GUBERNATIS
HISTORIA
ORBIS
SERAPHICI

2

37
46 E
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

En el año de 1379 algunos Religiosos observ.tes de la Regla fundaron [illegible] de Portugal, y refiere Urbano VI en el Breve que dio al Rey de Portug.l que dio licencia por Papa, [illegible] todos estos Religiosos [illegible] de la Prov.a de Santiago, uno de ellos llamado fr. P.o de [illegible] esta sepultado en el conv.to del [illegible]

En el año de 1527 el P. fr. Ju.o Paschoal alcanço licencia de [illegible] para fundar la Custodia descalza de S. Simon, en Galicia, y fundo [illegible] [illegible] conv.to [illegible] de [illegible] a 10 de 1528. vivio sugeto a los Conventuales, fue fundador de la [illegible] S. Gabriel [illegible] Paulo 4. dio titulo de Prov.a [illegible] de S. Joseph [illegible] de la Custodia de S. Simon. [illegible] Prov.a de S. Joseph [illegible] de España [illegible] en el año de 1583 [illegible] Gen.l de [illegible] descalzos de Galicia de la Prov.a de Santiago.

# ORBIS SERAPHICVS

## DE GVBERNATIS.

## TOMVS SECVNDVS.

Benedicto XIII dio [illegible] de la estrecha observ.a de la Regla en el conv.to de S. Fran.co de Oviedo, y eximio del grado de Doctores a los zelantes de ella que en el vivian: año de 1411. Consta de un [illegible] del obligado de [illegible] Sin proprio en comun ni en particular, [illegible] observ.

# ORBIS SERAPHICVS.

## HISTORIA DE TRIBVS ORDINIBVS A SERAPHICO PATRIARCHA SANCTO FRANCISCO INSTITVTIS,

Deque eorum Progreſſibus, & Honoribus per quatuor Mundi Partes,

SCILICET

EVROPAM, ASIAM, AFRICAM, ET AMERICAM

In obſequium IESV CHRISTI, & Eccleſiæ Romanæ, atque Fidei Catholicæ defenſionem, & dilatationem reportatis,

PER FR. DOMINICVM DE GVBERNATIS A SOSPITELLO
Ordinis Minorum de Strictiori Obſervantia, ex Reformata Provincia D. Thomæ Apoſtoli totius Ordinis Chronologum deſcripta.

## TOMVS SECVNDVS.



LVGDVNI
Apud ANISSONIOS, IOANNEM POSVEL, & CLAVDIVM RIGAVD.

M DC. LXXXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

# EMINENTISSIMO,

## ET REVERENDISSIMO

## S. R. E. PRINCIPI SACRO CARDINALI

# MILLINO

## VRBEVETANO EPISCOPO;

## NECNON PRO SEDE APOSTOLICA APVD CATHOLICVM REGEM PER HISPANIAS

Nuntio Apoſtolico, &c.

ORBIS molem Polis inniti, ſi communi Sapientum fertur adagio; ſtellas à ſole mutuari lucem, ſi nemo non agnoſcit; ſi armatam Principum dexteram ad quietem populorum evocari, omnibus eſt in confeſſo; Non difformiter, etiam Maronis ante tempora, Mæcenates quærere, quibus labores ſuos conſecrarent, ita librorum Authoribus in uſu poſitum fuiſſe conſtat, ut ex præſcriptione legitima tranſiiſſe videatur in legem. Iam nullum (dicere auſim) eſt reperire volumen, quod velut à Zoilorum dente pertimeſcens Magnatis alicujus reverito Nomine non inſigniatur in fronte, quaſi Cerva illa præmunita conclamet; Cæſaris ſum, noli me tangere; Mæcenatis ſui glorias tùm à ſanguine, tùm à virtute, admotâ Diogenis lucernâ, perquiſitas ipſo in libri limine deſcribunt, quia eidem ex Vliſſis arte dignitatem, ac æſtimationem ex armis Achillis obtinere contendunt. Has ergo ampliſſimas in Millina Domo ſicut invenire non laborioſum, ita brevi chartulæ compendio diminuere putaverim illicitum; quæ etenim in Familiis etiam primariis diviſa commendantur, omnia eminenter unita in Millina præſulgent. Si ſplendorem antiquitatis ad modum Neſtorianæ prudentiæ trium à ſæculorum experientia commendata præferimus, cujus ante plura ſæcula non ſit reperire primordia; non eſt certè, cur Puccios, & Paulos Millinos tum potentiâ, tum nobilitate ſuo ævo in Alma Vrbe primarios evocemus

*à duodecimo noſtræ ſalutis ſæculo; non eſt, cur vetuſtiſſimam in Vrbe S. Nicolai de Millinis Eccleſiam, vel à Fundatoribus Millinis, vel ab ipſis ea tunc in regione præpotentibus ita nuncupatam inquiramus; cùm longè ante Salutiferum Chriſti Redemptoris adventum unus pro mille latinæ eloquentiæ Princeps in oratione 14. pro Aulo Cluentio immemorabilem Tuæ (Eminentiſſime Princeps) ſtirpis antiquitatem, atque ſplendorem in Aulo Aurio Millino hoc contextu declaret:* Aulus Cluentius Avitus fuit Pater hujuſce, Iudices, homo non ſolùm municipij Larinatis, ex quo erat, ſed etiam Regionis illius, & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facilè Princeps. Is cùm eſſet mortuus Silla, & Pompeio Conſulibus, reliquit hunc Natum annos quindecim, grandem autem, & nobilē filiam, quæ brevi tempore poſt Patris mortem nupſit Aulo Aurio Millino Conſobrino ſuo, adoleſcenti in primis, ut tunc habebatur inter ſuos, & honeſto, & nobili.

Cicer. Orat. 14. pro Aulo Cluent.

*Si Martes, ſi Pallades lauris ſuis domos exornant; ſi lauri ipſi, quia Diis ſacri, vera pietate coronantur; antiquioribus, quos memoraveram, omiſſis, Petrum etiam Millinum, Mariumque prætereo, quorum ille velut omnigenæ ſapientiæ theſaurus in Vrbe veneratus, ab Eugenio* IV. *Caduceator miſſus ad Baſileenſes; inde ad Pium* II. *in Hetruria hærentem à S. P. Q. R. tandem à Sixto* IV. *Monteranenſi Comitatu, quem hæreditarium in Familiam tranſmiſit, præmio fuit honorifico decoratus: Alter, novus Agrippa, Sanctiori ab Auguſto prædilectus, ab Innocentio* VIII. *(unà cum Camerinenſi Duce) ſelectus eſt, cui Neptem ſuam Connubio fœlici copularet. Petrum alium Millinum adducere poſſem ex præclariſſimis rebus geſtis celeberrimum, Clementi* VII. *acceptiſſimum, ad quem velut ad Oraculum Delphicum Orbis cogniti ſapientes accurrebant: Marij ſecundi glorias martiales legimus non ſolùm à magnis Hetruriæ Ducibus honoratas, ſed & à Paulo* IV. *à B. Pio* V. *& à Gregorio* XIII. *præcipuis dignitatibus coronatas; laude tamen longè majori Lotharios, Hugones, Pipinos, Carlomanos, Rachiſios, Bambas, Vermundos, Sigibertos, Humbertos, & Amedæos æmulando, novoque exemplo Hilarionem in paternis laribus agendo, ſingulari cum pietatis opinione decedens maximum ſui deſiderium Vrbi univerſæ reliquit. Propiora forent Pauli, Marijque Tertij (ille Avus, hic digniſſimus fuit Eminentiæ Tuæ Genitor) promerita virtutum encomia, qui prædeceſſorum ſuorum glorias fœlicitate non minori fuerunt æmulati; ſed in obſequium modeſtiæ tuæ hos, alioſque plurimos lubens omitto. Ad unicum ſermonis telam reſtringo, ad eum nempe, cujus uti Nomen omine fœlici, ſic maximas virtutes, primariaſque à virtutibus glorias in Te, Princeps Eminentiſſime, renovatas non Vrbs, ſed Orbis applaudit: Savus Millinus unus adinſtar omnium nobis eſſe poteſt: Summis ille in Patriæ anguſtiis, in extremo rerum diſcrimine, novus Lartius, novus Poſthumius, novus Camillus ſub Prætoris titulo Dictatoris authoritate decoratus, novum Catilinam Franciſcum de Vico Viterbij Tyrannum, ſub Præfecti nomine Romæ affectantem imperium in Hetruria extinxit; mox Honoratum Gaetanum Fundorum in Latio Comitem, qui occupato Marino non contemnibili Caſtro Romanæ Campaniæ minitabatur excidium, ad honeſtæ cum S. P. Q. R. pacis leges adſtrinxit; Tullianâ gloriâ* Pater Patriæ, *non immeritò acclamatus, ab Vrbano* VI. *Pontifice meritis inde honoribus cumulatus.*

*Huic demum, quam delibavi, Familiæ Tuæ, majeſtati, ac gloriæ pace, belloque partæ cæleſtis virtus acceſſit, ne quid excelſum hac in gente deeſſet, ſed utrinque ſplendor humanus, & virtus divina promicarent. Veriora chriſtianæ pietatis monumenta ſi aliunde non eluceſcerent, Iura Patronatus, quæ tribus in Vrbis Patriarchalibus, nempe Lateranenſi, Vaticana, & S. Mariæ Majoris Eccleſiis Tua poſſidet Ampliſſima Domus aliò*

altè conteſtantur. Vivet in hiſtoriis Celſus Millinus ab omnigena ſcientiarum copia, ſed multò magis à prægrandi vitæ integritate, atque pietate Leoni X. percharus, & in Vrbe laudatiſſimus. Celſo non inferior Franciſcus, qui Lateranenſi Canonicatu, amploque patrimonio ſponte abdicatis, ut cum Petro verè dicere poſſet Redemptori, Reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, ſacrum Eremitarum S. Auguſtini Ordinem profeſſus, veri Apoſtoli factus exemplar, ſummo apud Martinum V. in pretio, ſanctiori ſui Ordinis Reformationi præpoſitus, tandem Epiſcopus Senogallienſis deſignatus, & ad altiora omnium votis expetitus, Patriæ totius venerationem in immatura morte promeruit. Celebrior utroque Lucas Millinus tum ſacræ ſplendore doctrinæ, tum Sanctitatis opinione, tum ſpiritu prophetico, tum miraculorum gloriâ (ut in hiſtoriis conſtat) à Deo decoratus, cui Callixtus III. quòd ſummam ſibi ab eo prænunciatam dignitatē præmortuo remereri non potuerit, indoluit. Si ergo commendatur nobilitas ab Atavis deducta, licèt in Nepotibus denigrata; verior, quæ propriæ virtutis, ut aiebat Tullius, innititur fundamento, cæteris illa ſupercellit, cujus, ut de Nilo tradunt, ignoretur origo, ſi quò remotior ſuos fontes agnoſcit, eò purioribus ſemper lymphis excurrat: Hæc in Te, Cardinalis Ampliſſime, omnibus ex gloriis ornatiſſima coruſcat.

Id unum gloriæ tuæ deſiderari poſſe videtur, (quod tamen ab aliis majori Tibi fælicitati jure tribuitur) quòd non primus ſacram Orbis Chriſtiani Iudicum Purpuram in Millinam Domum invexeris. Ioannes Baptiſta Millinus ex familiæ, indoliſque merito inter Lateranenſis Eccleſiæ (omnium Vrbis, & Orbis Eccleſiarum Matris, & Magiſtræ) Canonicos ante pubertatem adſcriptus à Ioanne XXIII. à Martino V. ſingulari benevolentiâ proſecutus, novus ævi ſui Salomon, à Nicolao V. Vaticanæ Baſilicæ Vicarius creatus, in ejus Templi reſtauratione, ac ornamento tota profuſione ſemper intentus, à Paulo II. Chriſtiani Orbis Atlante in ponderis levamen novus Alcides evocatus, à Sixto IV. (Seraphici Patriarchæ digniſſimo Filio) fuit inter ſuos Collaterales ſacro Murice decoratus. Poſtmodùm Legatus à Latere cum plenitudine poteſtatis ad ſedandas Lombardiæ graviſſimas commotiones amandatus, Caduceator glorioſiſſimus in Patriam rediit, feſtivis omnium acclamationibus, utì totius Italiæ pacificator exceptus. Ioanne Baptiſta non inferior Ioannes Garzias, qui à Paulo V. in omni virtutum genere probatiſſimus, in Hiſpanias ad Regem Catholicum Nuntius Apoſtolicus miſſus (ubi & in Generalibus Religionis Franciſcanæ Comitiis anno 1606. authoritate Apoſtolica præſedit, ejuſque ſummæ prudentiæ, atque integritati debitas grates Seraphica monumenta poſuerunt, ex prægrandium meritorum intuitu Fori-Cornelij ſuſceptis infulis, ſacrâ Cardinalium purpurâ fuit inſignitus. Ad componendas exinde inter Rodulphum II. Cæſarem, & Matthiam Auſtriæ Archiducem Cæſaris Fratrem controverſias deſtinatus, haud ſibi diſſimilis, ad votum Pontificis univerſum negotium integra fælicitate compoſuit, factus exinde Pontificis ejuſdem in Vrbe Vicarius, cui ſummum in ſacro Vaticano ſolium ei ab Orbe Catholico adprecatum mors immatura præripuit.

Ecce promotionis Tuæ, Cardinalis Ampliſſime, fæliciſſimum in Anteceſſoribus tuis omen, & exemplum. Publica tamen, & manifeſta ſint hæc Tua ſtirpis ornamenta, ſunt nihilominus externa: domeſtica latent, & Tibi propria; de quibus cum dicere jubeat admiratio mea, vetat modeſtia Tua. Vnum tamen omnium in oculis poſitum ſilentio præterire non licet; quibus namque meritorum alis Aquila generoſa ad maximam Cardinalatus dignitatem aſcenderis. A ſanctiſſimis Chriſti Vicariis

Clemente

*Clemente IX. & X. variis in muniis probatus, abhoc ultimo in Hiſpanias Nuntius Apoſtolicus cum poteſtate Legati de latere ad Regem Catholicum amandatus, quàm grandi vitæ candore, qua prudentiæ laude, quàm inflexibili Aſtræa, qua in adverſis conſtantia, qua denique gloria in maximis rei Chriſtianæ negotiis Apoſtolicæ dignitatis authoritatem ſervaveris illæſam, Catholicique Regis ſimul benevolentiam ſingulariter promerueris, atteſtantur honores exinde collati: Quàm integrè tanti muneris partes impleveris; ego ipſe teſtis oculatus edicere poßum, ſaltem ex parte, niſi me Tua modeſtia prohiberet in toto; me tamen omnino ſilente, ſilentium imponi non poterit Orphanis, & Viduis, Eccleſiis, & Regularibus utriuſque Sexus Ordinibus, univerſæque Curiæ Catholicæ, ubi quot homines ſunt, tot habes integerrimæ Tuæ pietatis, affabilis majeſtatis, ampliſſimæ munificentiæ, Neſtorianæ prudentiæ, ſummæ juſtitiæ, cæterarumque, quibus pro omnium bono à Deo decoratus es, inſignium virtutum præcones. Quoniam verò illas, ut antiqui Helvetij ſolem adorabant, digito ad os appoſito jubeor venerari; unico verbo rem totam abſolvam: S. S. D. D. Innocentius XI. quem Deus O. M. Eccleſiæ ſuæ diù ſervet incolumen, Te vel abſentem, nihilque tale cogitantem, in Albo Eminentiſſimorum Cardinalium adſcripſit, & Vrbevetanę præfecit Eccleſię. Hoc unum ad inſtar omnium, atque præ omnibus eſt mihi, & cæteris meritorum tuorum irrefragabile teſtimonium. Te rectiſſimus Hominum æſtimator, qui vel ad minimas promovendos dignitates linceis oculis perſcrutatur, nil præter Deum, cujus vices gerit in terra, præ oculis habens, Te inter eos declaravit, quos ex Orbe toto Chriſtianę Reipublicę ſupremos Cenſores digniſſimos approbavit.*

*Prodeat ergo fæliciſſimus hac in parte meus fætulus, & progreßus verè fortunatos in lucem producat Seraphicæ Tuæ Religionis; Tuæ dixi, quoniam ex Tua ſpeciali ad Seraphicum Patriarcham devotione in Tui cordis penetralibus repoſita, de beneficentiæ, ac protectionis Tuæ rara ſingularitate gloriatur; Prodeat inquam, tot, tantiſque Mæcenatis ſui ſplendoribus decoratus; Prodeat autem, ut ſingulare aliquid, & magis intrinſecum futurę poſteritati declaret: Haud enim ſine cauſa, Hieronymo etiam Marcello de Gubernatis ex Comitibus Intimelij, atque Caſtellarij, eoque tempore pro Regia Sabaudiæ Celſitudine apud Catholicum Regem Oratore, cum Tu, Eminentiſſime Princeps, ibidem Nuntius Apoſtolicus cum ſingularißimis benevolentiæ ſignis Tibi ſpecialiter devinctum reddidiſti, eo inquam non ſine cauſa oblationem iſtam rigoroſæ ſub obligationis titulo commendante, volumen de Ordinis Seraphici progreßibus Eminentiæ Tuæ devoveram; quod, jam votum impleturus, Tuas non poſſum ad Aras non appendere. Novi ego, quod Tu, Cardinalis Ampliſſime volebas, omnibus ignotum, qua me in hujus aſſumptione operis hærentem efficacia confortaveris, quàm ſincerè protexeris, & contra adverſos nonnullorum conatus quàm potenter defenderis. Sit in te ſpecioſum, quòd Tua beneficia celes; in me tamen turpe, ſi taceam; inficiandi genus eſt ſilentium. Hoc igitur Eminentiæ Tuæ ſtudioſiſſimo Petro Marino de Sormanis Ordinis noſtri Seraphici Generali Miniſtro inter cætera debeo, quòd ſolita ſua benignitate mea vota præveniens, mihi non modò concedere dignatus eſt, ſed & ad meritum obedientię ſalutaris injungere, ut hoc qualecumque grati animi monumentum Amplitudini Tuæ conſecrarem. Conſecratur tamen etiam cum fænore; ſub hac enim lauro ſecurum à fulmine, ad hanc Cæſaris ſtatuam tutum à dentibus Zoilorum, ad Te tranſlatum Tuum erit, Tuoque Nomine inſignitum*

*ſignitum quis convellere? Ad Aram Tuam appenſum quis audeat vellicare? Dumque offerentem unà cum ſuo munuſculo, ut benefica ſemper Animi Tui magnitudine protegere digneris, exoro; illud erit mihi conſtans, & perpetuum votum, ut majori ſemper Eccleſiæ ſuæ bono Te Deus O. M. diu ſervet incolumem.*

*EMINENTIÆ TVÆ.*

*Ex S. Petri de Vrbe in Monte Ianiculo die quinta Auguſti 1684.*

Humillimus Orator, & Servus
Fr. DOMINICVS DE GVBERNATIS.

# PRÆFATIO OPERIS.

CARTHAGINIS ruinas Mario Romano poſt Cónſulatus plúrimos,poſt repetitos ſæpiùs in Capitolio triumphales applauſus, à gladio perſequentis, & à facie mortis miſerrimè fugienti miniſtraſſe lenimenta doloris, non dubitamus, dum ipſum evidentiùs inſtruerent, qualis ſit omnium ſublunarium conditio naturalis. Si verò marmori, ſi ferro, ſi æri tempus edaciſſimo dente non parcit, quid firmitatis in arborum frondibus poſſit haberi? & ſuper arborum frondes mage volubilis eſt hominum volũtas. *Ecce qui ſerviunt ei*, (Creatori)
Job. 4. *non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit pravitatem.* Apoſtolicum Collegium Deus ipſe Homo factus elegit; & tamen Principis ejus qualis fuerit infirmitas, innoteſcit; ejuſque Sociorum imbecillitas recitatur in Evangelio. Noverit itaque miſer Homo, ut non ſuperbiat, ut neminem deſpiciat, ſuum proprium, & naturale *Nihil*, ſive de naturalibus, ſive de moralibus, ſive de gratuitis agamus. Quidquid eſt, à Deo eſt; ſolum *Nihil*, id eſt peccatum ſine ipſo factum eſt. Et tamen ineffabilis illa bonitas, & incomprehenſibilis ſapientia melius judicavit, de malis bona trahere, quàm mala nulla eſſe permittere.

Interrogabit aliquis, qui ad aliena magis, quàm ad ſua negotia reſpiciat, hoc ſcio jam in communioribus agitari conventiculis; interrogabit inquam; quomodo, vel ad quid uno in Franciſcano Corpore, per unum Legiſlatorem, una ſub vitæ methodo conſtituto, tot, tamque ampliata membra, ipſum Ordinem Minorum vel dividentia, vel integrantia? Curioſitatis hujuſmodi pruritum ultrò condonarem, ſi rudiores ſolos afficeret; quibus ad intelligendum univerſalis Eccleſiæ decorem, mentem attollere non vacat. Quòd ad ſublevandos Eclipſatæ Lunæ labores ignorantes illi populi tubis, tympanis, unitiſque clamoribus accurrant, eorum ruditati eſt indulgendum, qui Eclipſis cauſas ignorant. Nonne ab exordio naſcentis Eccleſiæ, ut una fuit lex omnibus Chriſticolis, ira & erant omnibus omnia communia? & tamen dum in omnem terram propagata prædicatio Apoſtolorum multitudinem credentium Chriſti aggregavit Evangelio, permanente legis, & finis unitate, tot ſtatuum differentias videmus in Eccleſia Dei ſanctitate florere, Eccleſiaſticos, & ſæculares, Conjugatos, & Cœlibes, & omnium Ordinum Regulares; unde meritò de ipſa prædictum credatur à Re-
Pſal. 44. gio Vate; *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.* Ipſis in Religionibus tanta cum majeſtate, prudentiâ, & ſanctitate, ſub una Regula unico à Patriarcha reſpectivè conſtitutis, & ab Apoſtolica Sede approbatis, quot jam membra dividentia diverſis abinvicem reſtrictionibus, aut mitigationibus, immò & habitus varietate diſtincta? Hoc in Benedictina, hoc in Auguſtinienſi, hoc in Carmelitarum Ordine, hoc in omnibus antiquioribus nulla poteſt tergiverſatione celari. Omnia namque ſublunaria ſuas viciſſitudines patiuntur. At in Seraphico Minorum Ordine,
Ariſt. 1. Metaph. quoniam Vir ſapiens non patitur admirationem; *Admiratio enim eſt de his quorum cauſa eſt occulta*; longè majori cum fundamento, patentioribus ex cauſis hoc cum eveniſſe non lateat, non eſt, cur de hujuſmodi diſtinctione, vel ampliatione miremur.

In altiſſimo Evangelicæ paupertatis apice Regulam Fratrum Minorum à Seraphico Pauperum Patriarcha conſtitutam, prout Chriſto dictante conſcripſit, ultra duo ſæcule ſine ulla diſpenſatione conſervatam, & Ordinem Minorum, quandiu in illius lite-
Virgil. l. 6. Æneid. rali obſervantia permanſit, indiviſum perſeveraſſe, non ambigimus. At verò perfectio paucorum eſt; *Pauci, quos æquus amavit Juppiter, aut altos evexit ad æthera virtus.*

Ampliatam ab Oriente in Occidentem in omni terræ angulo Gregis Franciſcani multitudinem quàm difficile fuerit arctiſſimos intra perfectionis Evangelicæ limites contineri,

contineri, nemo non agnovit. Cauſas relaxationis Religionibus communes, & in Minoritica magis proprias, in Tomo 1. lib. 5. enarravimus, atque præ cæteris, etiam præ continua, vixque intelligibili carnis maceratione, quæ tepidos trahere poſſit in obliquum, ſummum paupertatis apicem, cauſam Ordinis diviſionibus, occaſione accepta, miniſtraſſe, omnibus eſt in confeſſo; quippequæ non modò mundi Sapientibus hæc Regula viſa fuerit inobſervabilis, ſed & Innocentium III. Sanctiſſimum in terra Chriſti Vicarium ſummis ab ejus rigoribus expaventem ab ipſius approbatione deterruerit à principio. Hoc uno potiſſimùm ex capite non potuit hæc miſtica Rebecca Fratres ab invicem diſcordantes in ſuo corpore non portare, tandemque unum ab altero longa digreſſione recedentem non intueri. Cùm etenim miſtico huic Abrahæ benedicens Empirei Rector, ei ex una parte promiſerit, ipſius prolem ab Arctico in Antarticum fore ampliandam; ex altera verò, quòd nunquam forent in Ordine defuturi, qui contra relaxationes jam tum Seraphico adhuc Patriarcha vivente pullulantes, pro integra, & litterali Regulæ obſervantia mordicùs aſſerenda pugnarent; non fieri non potuit, quin paucis ab initio, pluribus exinde pravo ex aliorum exemplo ab Ordinis rigore declinantibus, ac denique Communitate ipſa Religionis majori ex parte diſpenſativa privilegia perquirente, filij Rechab, qui teſtamentum Patris invicto zelo volebant inconcuſſum, à parte reliqua ſeparari contenderent, ut ex Dei promiſſo Regula Sancti Franciſci conſervaretur illæſa. Omnia, quæ ſub cœlo naſcuntur, temporis mutabilitate aguntur, cum tempore conſeneſcunt, elanguent, & contabeſcunt.

Dum ergo nec gravis, nec authentica, id eſt non publicè tolerata fuit læſio paupertatis, tenues itidem præceſſiſſe in Ordine Minorum indiviſo Zelantium pro puriori Regulæ obſervantia Congregatiunculas, agnovimus, quas ideo in calce primi Tomi retulimus, quia nec ex ſe corpus unquam efformarunt, & tandem in Obſervantiæ Oceanum intrantes, rem, nomenque perdiderunt. Vbi verò ex Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione (quæ ſuper omnes Regulas authoritativè præſidere non dubitatur) ſupplicarunt aliqui, diminui ſibi Seraphicæ paupertatis excellentiam, (quam in Ordine Minorum eſſe inſigne ſingulariſſimum, omnibus eſt in aperto) cæteri, approbante, immò & applaudente ipſa piiſſima Matre Apoſtolica Sede, illibatum tenentes Patris tui teſtamentum, ab integra Regulæ Franciſcanæ obſervantia recedere noluerunt; unde hos ab illis neceſſe fuit ſeparari, quibus ſub arctiſſimis hujus vitæ rigoribus inconcuſſè permanere non vacabat.

Hac unica de cauſa Seraphicus Ordo Minorum, qui ultrà duo ſæcula glorioſè convixit indiviſus, in plura jam membra multiplicatus agnoſcitur. Deo, qui novit de malis bona trahere, ita ſuaviter diſponente, ut à Franciſci Filiis per multiplicata domicilia, ſibi abundantiùs ſerviatur. Eodem modo ſucceſſivis temporibus, dum novæ (tametſi non contra Regulæ eſſentialia) vel tepores, vel relaxationes ſuboriri viderentur, novis reformationibus data eſt occaſio; quod meliùs in operis proſecutione declarabitur. Ab Ordine namque diviſo proſperatos cum Dei benedictione Regularis, atque Strictioris Obſervantiæ profeſſores, Conventuales item, & Capucinos, qui eodem cum Reformatis tempore, ſed non eodem modo ſurrexerunt; qui ſinguli Religionem integram omni titulo venerabilem poſſent ex ſe conſtituere. Nulla enim pars ipſo in Ordine otioſa; in Paleſtra, quam quiſque, approbante Apoſtolica Sede, ſibi præfixit, in obſequium Dei, animarumque ſalutem, ad quod Seraphica vota nuncuparunt, bravium ſupernæ vocationis apprehendere omnes æquo conatu feſtinant; alius quidem ſic, alius verò ſic; ita ut *qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non judicet*: propriis laudibus partes ſingulæ coronantur.

Nec difformiter in fragiliori ſexu, in Ordine Clariſſarum eveniſſe conſtat; cùm etenim piiſſimi Chriſti Vicarij duriorem judicarent Regulam à Sancto Franciſco conſcriptam, quàm à pauperibus Virginibus ſub clauſura perpetua recluſis obſervari juberet; ab ipſo voluerunt exordio eam in multis Apoſtolicâ indulgentiâ temperare: Dum verò diſpenſationis hujuſmodi gratiam illæ humiliter recuſarent, quibus apex Evangelicæ perfectionis cordi erat infixus; actum eſt, ut, Apoſtolica ipſa Sede approbante, Ordo divideretur in duos, uno Re-

gulæ rigorem, altero privilegia proſequente. Oppoſitum videmus in Tertio ſancti Franciſci ordine, *qui de Pœnitentia dicitur*, eveniſſe; cùm etenim profeſſoribus ejus ab inſtitutione ſua liceat ſub propriis laribus Deo ſub Regula mitiori deſervire, ſemper ad altiorem perfectionis gradum anhelantes, in communi primùm congregari, deinde convivere, tandem ſolemnia Religionis vota profiteri voluerunt, & impetrarunt. Ecce quibus ex fundamentis varias in partes diviſa, & in immenſum multiplicata ſoboles Franciſcana non ſolùm fœtu novæ prolis, ſed & quotidianis ſanctitatis fructibus excreſcens, mundi totius angulos repleverit; ubi Deo quaſi apis argumentoſa deſerviat.

Sicuti autem Philoſophantes, uti docente Stagirita didicerunt, à prioribus, & notioribus naturæ tractatus omnes inchoare conſueverunt. Agere indiſpenſabiliter ſupponit eſſe. Hiſtoriarum nullus, quòd legerim, vel Romanæ, vel alterius cujuſque Monarchiæ præclara facinora deſcribenda ſuſcepit, quin priùs ejuſdem exordium vel deſcripſerit, vel ſupponendo delibaverit in compendio: Ita ego mare magnum univerſalis Hiſtoriæ Franciſcanæ ingrediens, in primo tomo cauſas ejus, ac eſſe intrinſecum indicare debui, ſed in communi priùs, quatenùs unum Corpus ab uno Legiſlatore, ſub una vivendi methodo fuit inſtitutum, & quoquo modo perſeveraſſe ſupponitur. Cum verò non modo in ampliſſimo Minorum Ordine, qui primus à Seraphico Patriarcha fuit inſtitutus, verùm & Clariſſarum, qui fuit ſecundus, atque *de Pœnitentia*, qui Tertius Ordo ſancti Franciſci non immeritò dicitur, multiplicata jam membra, atque multitudine prægrandi ampliata ſit videre, quibus uti nobilibus ex partibus Seraphicum Corpus integratur; argueremur profectò, niſi ſingulorum exordia, profectus, intrinſecumque ſtatum, priuſquàm de ipſorum operationibus agamus, ex integro deſcriberemus; ordine itaque doctrinæ ſervato, Seraphicæ Religionis in communi eſſe intrinſeco jam in primo tomo expoſito, ipſum de ſingulis ejuſdem membris hoc in ſecundo abſolvimus; denique in tertio, & quarto ſtatus ejus politicus, ſeu leges, quibus gubernatur, erunt explicandæ, quatenus in eſſe reali, atque morali ex integro conſtitutus, difficile non ſit cognoſcere, quomodo per univerſos terræ angulos diſtributus procedere valeat ad operationem. A Regulari, atque Strictiori Obſervantia dicendi ſumemus exordium; quia cùm ſubintroductis relaxationibus, aut mitigationibus non acquieverint, incœpiſſe de novo dici non poſſunt, ſed in obſervantia Regulæ, qualis à Seraphico Patriarcha noſcitur inſtituta, perſeverarunt; etſi pauci in comparatione aliorum ab initio ſeparari maluerunt, donec numero excreſcentes antiquum Ordinis ſigillum, atque Miniſtrorum Generalium totius Ordinis ſeriem non interruptam ab Apoſtolica Sede habere meruerunt: Vnde ſi alicubi Obſervantia ipſa de novo incœpiſſe legatur, accommodè intelligendum eſt, ut non de veri novitate principij, ſed de noviter facta à reliquis ſeparatione dicatur.

Tacitæ jam tandem objectioni non reſpondere non poſſum: non eſt, cur inſultet aliquis; factum eſt in propatulo: Cur tertium, & quartum hujus operis volumen ordine præpoſtero hujus impreſſioni præpoſuerim, erit non uni, vel alteri, vel querelæ, vel admirationis occaſio: non eſt tamen petra ſcandali, ſi cauſa penſetur; ſi aliorum exempla velimus attendere. Quis adversùs Maſtrium, virum in Academia Subtilium omni laude digniſſimum inſurrexit, eò quòd de Phyſico auditu doctiſſimas ſuas lucubrationes ante logicalia typis ediderit? ipſe ſua audiendus in cauſa. Ego pro me reſpondeo: dum primi Tomi prælo incumberem, celebrata ſunt Toleti anno 1682. Ordinis noſtri generalia Comitia, in quibus inter alia id unanimi Patrum voto ſancitum fuit, ut ob cauſas tunc probatas nova ſtatutorum utriuſque Familiæ compilatio fieret ex omnibus ab Ordinis inſtitutione ſtatutis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis complenda; unde coactus ſum, ut obedientiæ filius, hac, aliiſque de cauſis, ſecundo interim omiſſo, tertium, & quartum, in quibus à primo Religionis Capitulo in hodiernum uſque diem univerſa ſtatuta fuerunt ſummo cum labore collecta, accelerato prælo evulgare; quibus expeditis, ſecundum ecce pro debito producimus.

Supereſt, benevole Lector, ut ex tantæ in Seraphica Religione multitudinis conſideratione, in Divinæ Providentiæ imperſcrutabile arcanum aſſurgas, hoc prægrande Fidei Catholicæ teſtimonium aſſumens, quòd Grex per univerſos terræ angulos

angulos multiplicatus in immenſum, ſolo altiſſimæ paupertatis apice prædives, nihil prorſus in mundo poſſidens, etiam inter efferatos fidei hoſtes, abſque ſpeciali Numinis aſſiſtentia ſuſtineri non poſſet, humili cum laude confitearis, ipſumque Deum jugiter collaudes, quòd non modò prædivitum in Vrbibus ſaluti, ſed & Pauperum in Vicis, & Pagis, ac in montibus conſulere voluerit, pauperrimos Minoritas tam amplè protendendo, quibus ſatis ſit panem arctum, & aquam brevem inceſſanti labore ſibi comparare, unde omnium ſaluti, ut pro omnibus mori voluit Dominus IESVS, & in omnibus Deo valeant deſervire.



# APPROBATIONES RELIGIONIS.

*Fr. Petrus Eſporrin Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ Lector Iubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, Provinciæ Aragoniæ Provincialis, S. Officij Qualificator, & Procurator Generalis ejuſdem Ordinis.*

IUſſu Reverendiſſimi P. N. Fr. Joſeph Ximenes Samaniegò totius Ordinis S. P. N. Franciſci Miniſtri Generalis vidi Opus in duos Tomos diviſum, cui titulus eſt præfixus, *Orbis Saraphicus, &c.* compilatum à R. P. Fr. Dominico de Gvbernatis Theol. Lectore, & Religionis Chronologo. Opus ſanè arduum, cum ea, quæ Seraphicus Pater in obſequium Chriſti, Catholicæ Religionis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præſtitit per ſe, & per ſuos Filios per quatuor mundi partes, non facilè poſſint enarrari. Per quatuor Mundi plagas Minores peragrantes, granum frumenti, Chriſtum ſcilicet Dominum mortificatum infidelitate Judæorum, & perfidiâ Paganorum ſeminarunt prædicando, & ut fide populorum multiplicaretur, nulli parcentes laboribus, ſanguinem proprium effundere non timuerunt in Evangelicæ doctrinæ teſtimonium. Per quatuor Mundi angulos euntes miſerunt ſemina doctrinæ Catholicæ, quam ab Eccleſia Romana (quæ unica eſt, & ſola Columna veritatis) didicerunt, ut omnes in uno congregati ovili unicum cognoſcerent Paſtorem, ſuamque vocem ſolam audirent, ſub cujus cura, & Præſulatu ſalubria paſcua invenirent. Per quatuor mundi plagas Fidem Catholicam promulgarunt, et ſi quinta ſupereſſet, lumen veritatis in illam induxiſſent: neque enim ſolùm à Chriſto Franciſcus quatuor recepit in ſuo corpore vulnera, quæ in Domino micabant tanquam ſidera; ſed quinque: ut ſi in Orbe altera extaret plaga, illam etiam illuſtraret quintò. Manipulos ergo doctrinæ ipſorum collegit Author in hoc Opere, ex nunquam ſatis laudato Viro Annaliſta noſtro R. P. Luca Uvadingo, ex aliis Scriptoribus tum domeſticis, tum exteris, & ex inſtrumentis authenticis Religionis, ut uberes fructus Minorum, quos alij diſperſos in diverſis libris, quaſi in horreis propoſuerunt, in hoc opere collecti inveniantur. Summo enim labore, maximâque induſtriâ, hæc omnia Author noſter compegit, cum methodus ſit ſatis commoda, ſtylus non inſuavis, & diſtributio rerum apta. Tandem cum nihil contineat contra veritatem Catholicam, aut bonos mores, typis poſſe permitti judico. Romæ die 4. Octobris 1681.

Fr. Patrus Esporrin Procurator Generalis Ordinis.

*Loco † Sigilli.*

---

DE mandato ſpeciali Reverendiſſimi P. Ioſeph Ximenes Samaniego totius Ordinis Seraphici Miniſtri Generalis Ego infraſcriptus eâ, quâ potui, majori diligentiâ ponderando legi, & examinavi primum, & ſecundum Tomum *Orbis Seraphici, Hiſtoriæ de Trium Ordinum à S. P. Franciſco inſtitutorum Origine, atque progreſſibus, & Fratrum Minorum rebus geſtis per quatuor Mundi partes in obſequium Chriſti, Fidei Catholicæ, atque S. R. E.* à R. P. Fr. Dominico de Gubernatis ejuſdem Ordinis Chronologo, ingenti, & commendabili labore conſcriptos; nihil puritati Fidei, vel bonis moribus adverſum in iis advertere potui: Quinimo Franciſcanas glorias pro anterioribus ſæculis à Viro præclariſſimo Luca Uvadingo per annorum ſeries tanta cum laude à pulvere, & oblivione vindicatas hîc vidi, quæ præſertim ad cognoſcendum Ordinis ejuſdem ſtatum, fœliciorſque gubernium attinere poſſunt, ex eodem Uvadingo, cæteriſque tum impreſſis, tum manuſcriptis Religionis noſtræ monumentis ad hæc uſque tempora ex integro completas, atque per ſeparatas materias faciliori methodo, ſervatâ ubique Religioſâ modeſtiâ, congeſtas. Quare digniſſimum cenſeo, ut ad Dei gloriam, necnon ad Seraphicæ noſtræ Religionis decorem, & utilitatem in lucem prodire permittatur. Dat. Romæ in hoc Aracœlitano Conventu die 4. Octobris 1681.

Fr. Lavrentivs A S. Pavlo de Svetia

Fr. Joſeph

*Fr. Ioſeph Ximenes Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. S. Franciſci Miniſter Generalis, & Servus. Dilecto Nobis plurimùm in Chriſto P. Fr. Dominico de Gubernatis Lectori Theologo, Provinciæ noſtræ Reformatæ S. Thomæ Apoſtoli Patri, & pro Seraphica Religione Chroniſtæ Generali, ſalutem in Domino ſempiternam.*

CVm graviſſima nonnulla, eaque publica pro Seraphicæ noſtræ Religionis utilitate, ac decore ſint per Nos in Gallicis noſtris Provinciis expedienda negotia; Te, de cujus prudentia, morum integritate, doctrina, ac in rebus agendis dexteritate prævio experimento noſtro, plurimùm in Domino confidimus, ad præfata per Nos Tibi commiſſa expedienda Lugdunum, Pariſioſque harum ſerie, cum ſalutaris Obedientiæ merito deſtinamus, atque cum Amanuenſi Tibi beneviſo, capta temporis opportunitate, cum ſpeciali noſtra benedictione contendere valeas. Concedimus ad hæc, ut Tomos nonnullos ex Hiſtoria Seraphica, quam ex ſpeciali noſtro mandato, inſigni labore, & laudabili fructu conſcribendam ſuſcepiſti, jam cum magna noſtra ſatisfactione approbatos, Lugduni typis evulgare poſſis; atque eadem in Vrbe, tum ad S. Bonaventuræ, tum apud PP. Recollectos cum Amanuenſi tuo te recipere, atque ex ſpeciali noſtra commiſſione uſque ad impreſſionis complementum commorari valeas. Idcirco omnibus, & ſingulis Provinciarum, atque Conventuum noſtrorum Superioribus Te ſpecialiter commendatum volumus, prout harum ſerie, (quas ad triennium valere volumus) Te affectuosè commendamus, quatenus in via Tibi neceſſaria ſuppeditent, & in Conventibus omni Religioſæ charitatis officio, tanquam à Nobis ſpecialiter miſſum Te recipiant, & proſequantur. Vale, Deumque pro Nobis jugiter exora. Datum Romæ ex Ara-Cœli die 16. Ianuarij 1682.

Fr. IOSEPH Miniſter Generalis.

*Loco † Sigilli.*

*De mandato S. Reverendiſſimæ Paternitatis*
*Fr. PETRVS ANTONIVS A CANTVRIO Secretarius Gen. Ordinis.*

Regiſt. lit. D.

FACVLTAS

# FACVLTAS
## REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS.

*Fr. Petrus Marinus Sormannus de Mediolano Ex-Guardianus Sacri Montis Sion, totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici Patris Noſtri Sancti Franciſci Miniſter Generalis, & ſervus Dilecto Nobis plurimùm in Chriſto Patri Fratri Dominico de Gubernatis Lectori Theologo, Provinciæ noſtræ Reformatæ S. Thomæ Apoſtoli Patri, & pro Seraphica Religione Chronologo Generali ſalutem in Domino ſempiternam.*

CVm Tomum ſecundum Orbis Seraphici, ſeu Hiſtoriæ univerſalis Franciſcanæ, quam cum ingenti labore, & laudabili fructu de Religionis ejuſdem mandato conſcribendam ſuſcepiſti, jam Deo dante, abſolveris, à Patribus Theologis ejuſdem Ordinis noſtri magna cum ſatisfactione approbatum; Nos harum ſerie, & cum ſalutaris Obedientiæ merito, ut ſervatis aliàs de jure ſervandis, ipſum Typis evulgare valeas, facultatem tibi, & benedictionem noſtram ſpecialem impertimur. Dat. Romæ ex Ara-cœli die 4. octobris. 1684.

Fr. PETRVS MARINVS Miniſt. Generalis.

*Loco † Sigilli.*

*De mandato P. S. Reverendiſſ.*
*F. FRANCISCVS MARIA DE SANGRO*
*Secret. & Diffin. Gen. Ordin.*

*Regiſtrata fol. 136.*

---

*Approbatio Qualificatoris Sancti Officij.*

TOmus Secundus vaſti Operis, cui titulus *Orbis Seraphicus: Hiſtoria de tribus Ordinibus à Seraphico Patriarcha S. Franciſco inſtitutis:* libros octo, nimirum VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & XIII. in ordine complexus; à R. P. Fr. Domiminico de Gubernatis, ejuſdem S. Ordinis Minorum, laudabili ſtudio, ac diuturno labore confectus; de Superiorum mandato à me perlectus, nihil viſus eſt mihi continere Fidei Catholicæ, boniſve moribus adverſum. Quapropter rectè poterit Typis mandari, ſi ita eiſdem Superioribus videbitur. Romæ in Cœnobio S. Mariæ Tranſpontinæ. die 25. Septembris 1684.

Fr. LVDOVICVS PEREZ Ord. Carmel.
S. Rom. Inquiſitionis Qualificator.

PERMISSIO

# Permiſſio Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Aſſeſſoris ſancti Officij de mandato Sanctitatis Suæ.

CVm P. F. Petrus Marinus Miniſt. Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum dato ſupplici libello ad Sanctiſſimum D. D.& P N. Innocentium XI. poſtulaſſet, ut dignaretur Sanctitas Sua *ſecundum Tomum Orbis Seraphici, ſeu Hiſtoriæ de tribus Ordinibus à Sancto Franciſco inſtitutis, à P. F. DOMINICO DE GVBERNATIS A SOSPITELLO ejuſdem Ordinis Chronologo compoſitum* alicui, vel aliquibus Theologis eidem Sanctiſſimo benè viſis examinandum committere, ad effectum ipſum extra Vrbem tranſmittendi, & Sanctiſſimus ex Apoſtolica ſua benignitate die 12 Ianuarij huius anni 1684. in hæc verba annuiſſet. D. Aſſeſſor Sancti Officij provideri faciat, & committat examinandum Fratri Ludovico Perez Ordinis Carmelitarum S. Romanæ Inquiſitionis Qualificatori ad effectum prædictum: Ego in executionem Apoſtolicæ Commiſſionis præfatum Orbis Seraphici Tomum ſecundum eidem R. P. Ludovico Perez examinandum toto rigore pro parte Sanctitatis Suæ commiſi; qui nullâ non adhibitâ diligentiâ, cum nihil in ipſo vel contra Fidem, vel contra bonos mores, quod denique impreſſionem illius retardare poſſit, invenerit, harum ſerie, de mandato, ut ſupra, Sanctiſſimi, antedictum Orbis Seraphici Tomum ſecundum ubique imprimi poſſe concedo. Dat. Romæ in ædibus S. R. & Vniverſalis Inquiſitionis hac die 3. octobris 1684.

*CAMILLVS Epiſcopus Dragonenſis Aſſeſſor Sancti Officij de Mandato Sanctiſſimi D. N. ut ſupra.*

*Loco † Sigilli.*

# Summma Privilegij Regis Chriſtianiſſimi.

AVctoritate Regia ſancitum eſt, ne quis Librum, cui Titulus: *Orbis Seraphicus Hiſtoria de tribus Ordinibus à Seraphico Patriarcha Sancto Franciſco inſtitutis &c. per P. F. DOMINICVM DE GVBERNATIS A SOSPITELLO Ord. Minorum Strictioris Obſervantiæ &c. Tomus Secundus*, editum intra decem annos à prima editione numerandos imprimat, aut alibi impreſſum in hoc Regno divendat, præter Fratres Aniſſon, Ioannem Poſuel, & Claudium Rigaud, aut eos, quibus id juris conceſſerint. Hocque omnibus perinde clarum, notum, & indictum habeatur, ac ſi Regij Diplomatis ſententia Operis initio præfigatur. Qui ſecus faxit, librorum confiſcatione, aliiſque pœnis Regio Diplomate declaratis mulctabitur. Datum Chaville prima die menſis Iunij 1685. & Regni noſtri 43.

*De mandato Regis ſignatum*
IVNQVIERES.

Quod quidem diploma in acta Tipographorum Pariſienſium relatum eſt die 13. Iunij 1685. CAROLO ANGOT Syndico.

PROTESTATIO

# PROTESTATIO AVTHORIS.

CVm SS. D.N. Vrbanus Papa VIII. die 13. martij 1625. in Sacra Congregatione Sac. Rit. & Vniverſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. julij an. 1634. quo inhibuit imprimi libros Hominum, qui Sanctitate, ſeu Martyrij famâ celebres è vita migrarunt, geſta, miracula, vel revelationes, ſeu quæcunque beneficia, tamquam ipſorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenùs ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. julij anno 1631. ita explicaverit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati abſolutè; & ea, quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea, quæ cadunt ſuper mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio, quòd iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed Fides tantùm ſit penes Authorem. Huic decreto, ejuſque confirmationi, & declarationi obſervantiâ, & reverentiâ, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor, me haud alio ſenſu quidquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat authoritate, non autem divina, vel Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ nituntur; iis tantùmmodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Beatorum, aut Martyrum cathalogo adſcripſit.

# INDEX
## LIBRORVM, ET CAPITVLORVM.

### LIBER SEXTVS.

De Obſervantia Regulari in Ordine Minorum.


Cap.I. *Regularis obſervantiæ p. ſeparationis præludia.* fol. 2
Cap. II. *Reuglaris obſervantiæ veriora fundamenta.* f. 5
Cap.III. *Obſervantia Regularis ſtabilitur in Gallia.* f. 17
Cap. IV. *Regularis obſervantiæ in Hiſpanias introductio.* f. 27
Cap. V. *Introducitur in utramque Germaniam.* f. 46
Cap. VI. *Regularis obſervantiæ progreſſus majores.* f. 54
Cap. VII. *Primum Regularis Obſervantia gubernium ſub Vicariis.* f. 60
Cap. VIII. *Difficultates, & oppoſitiones contra obſervantiam Regularem.* f. 88
Cap. IX. *De Fratrum tranſitu, & Conventuum tranſlatione inter Conventuales, & obſervantes.* f. 135
Cap. X. *De finali ſtabilitate, & ſumma in Ordine Seraphico praeminentia Obſervantia Regularis.* f. 160
Cap. XI. *De pracedentia Regularis Obſervantia.* f. 173
Cap. XII. *Obſervantia Regularis perturbationes noviſſima.* f. 179
Cap. XIII. *Status præſens Regularis Obſervantia* f. 185
Cap. XIV. *Obſervantia Regularis primarij Honores.* f. 198
Cap. XV. *Obſervantia Regularis primarij Promotores.* f. 202
Cap. XVI. *De Antiquioritate Obſervantium in Ordine Franciſcano.* f. 204
§ I. *Quomodo Regula Fratrum Minorum fuerit inſtituta, confirmata, obſervata, & diſpenſata.* f. 206
§. II. *Minores Obſervantes unde, & quando nuncupati.* f. 209
§. III. *Minores Conventuales unde, & quando nuncupati.* f. 211
§. IV. *Integra principalis aſſumpti dilucidatio.* f. 213


### LIBER SEPTIMVS.

De Strictiori Obſervantia in Ordine Minorum.


Cap. I. *Quinam Minoritæ ſub Strictioris Obſervantia nomine militare glorientur.* f 268
Cap. II. *De PP. Diſcalceatis in Ordine Minorum.* f. 271
Cap. III. *Introductio Strictioris Obſervantia per Reformatos in Italiam.* f 327
Cap. IV. *De tranſlatione Fratrum, & Conventuum à Regulari ad Strictiorem Obſervantiam, & è contra.* f. 387
Cap. V. *Introductio Strictioris Obſervantia in Gallias.* f. 395
Cap. VI. *Introducitur Strictior Obſervantia, ſeu Reforma in Germaniam Inferiorem, & adjacentes Provincias.* f. 420
Cap. VII. *Introducitur Strictior Obſervantia in Germaniam ſuperiorem, & in Provincias adjacentes.* f. 424
Cap. VIII. *Fratrum Minorum Strictioris Obſervantia vita in principio, & ſtatus præſens.* f. 440
Cap. IX. *Strictioris Obſervantia primarij Honores.* f. 445
Cap. X. *De Primis Strictioris Obſervantia Promotoribus.* f. 454


### LIBER OCTAVVS.

De Domibus Recollectis.


Cap. I. *Prima Recollectorum in Hiſpaniis origo.* f 456
Cap. II. *Ordinis ſedula cura pro Recollectorum*

ctorum ampliatione. f. 458
Cap. III. Varij Recollectorum ſucceſſus. f. 463
Cap. IV. Vita Recollectorum in Ordine Seraphico. f. 483
Cap. V. Honores Recollectorum primarij. f. 485

## LIBER NONVS.

De Patribus Conventualibus.

Cap. I. De prima Conventualium nominis inter Franciſcanos introductione. f. 487
Cap. II. De legitima, & reali priuilegiorum inductione, & Conventualitatis exinde origine. f. 491
Cap. III. Patres Conventuales in Regula Franciſcana mitigatione ſtabiliuntur. 497
Cap. IV. Patrum Conventualium regimen, & ſtatus praſens. f. 512
Cap. V. Patrum Conventualium Reformatio. f. 516
Cap. VI. Conventualium ultimi ſucceſſus in Hiſpania. f. 524
Cap. VII. Patrum Conventualium ſucceſſus in Gallia. f. 536
Cap. VIII. De Congregatione Fratrum Minorum Conventualium Reformatorum. f. 542
Cap. IX. Patrum Conventualium primarij honores. f. 551

## LIBER DECIMVS.

De Patribus Capuccinis Ordinis Minorum.

Cap I. Prima Patrum Capuccinorum Reformationis occaſio. f. 555
Cap. II. Patrum Capuccinorum vera origo, & ſtabilimentum. f. 526
Cap III. Patrum Capuccinorum varij ſucceſſus, & progreſſus. f. 567
Cap. IV. Patrum Capuccinorum fœlix propagatio. f. 579
Cap. V. De regimine, & ſtatu praſenti Capuccinorum. f. 582
Cap. VI. De Capuccinorum tranſitu ad alias Religiones, & econtra. f. 593
Cap. VII. Patrum Capuccinorum primarij Promotores. f. 595
Cap. VIII. Capuccinorum primarij honores. f. 597

## LIBER VNDECIMVS.

De ſecundo Ordine per ſanctum Patriarcham Franciſcum inſtituto, ſcilicet de Clariſſis Sanctimonialibus.

Cap. I. Sanctus Franciſcus Claram ad Ordinem Seraphicum recipit, & Clariſſarum Religionem inſtituit. f. 598
Cap. II. Varia Regula Monialium Clariſſarum. f. 603
Cap. III. Teſtamentum B. V. Clara, & Confirmatio Apoſtolica Regula Clariſſis per ſanctum Franciſcum tradita. f. 613
Cap. IV. De Clariſſis ſecunda Regula, qua Vrbaniſta dicuntur. f. 617
Cap. V. Clariſſarum mirabiles progreſſus. f. 629
Cap. VI. S. Clara, & Clariſſa nunquam fuerunt Benedictina. f. 635
Cap. VII. Clariſſarum omnium dependentia ab Ordine Seraphico. f. 656
Cap. VIII. De Monialibus Conceptioniſſis. f. 691
Cap. IX. De Monialibus ſub titulo Annunciationis B. V. Maria, & de Ancillis eiuſdem V. Deipara. f. 706
Cap. X. De Reformatione Clariſſarum. f. 719
Cap. XI. Clauſura Sanctimonialium fuit omninò prima in Clariſſis. f. 751
Cap. XII. De Clariſſis Monialibus in communi conſiderationes particulares. f. 765
Cap. XIII. Clariſſarum Monialium primarij honores. f. 781

## LIBER DVODECIMVS.

De Tertio Ordine per Seraphicum Patriarcham ſanctum Franciſcum inſtituto, qui de Pœnitentia dicitur.

Cap. I. Inſtitutio, Habitus, & Regula Tertij Ordinis S. P. Franciſci. f. 783
Cap. II. Tertij Ordinis Franciſcani de Pœnitentia Apoſtolica confirmatio. f. 788
Cap. III. Ampliatio, & excellentia Tertij Ordinis Franciſcani. f. 789

Cap. IV. *Cura Fratrum Minorum pro Tertio Ordine propagando.* f. 798
Cap. V. *Quis det habitum ſecularibus de Tertio Ordine.* f. 801
Cap. VI. *Exercitia pietatis Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia.* f. 818
Cap. VII. *Tertius Ordo ſancti P. Franciſci elevatur in Regularitatem.* f. 823
Cap. VIII. *De Monialibus Urſulinis.* f. 849
Cap. IX. *Electiones Officialium in Tertio Ordine ſancti Franciſci.* ibid.
Cap. X. *Reformatio Tertiariorum de Pœnitentia Regularium; & præſertim in Congregatione Gallicana.* f. 851
Cap. XI. *De habitu Tertiariorum Ordinis ſancti Franciſci.* f. 878
Cap. XII. *Qualis ſit dependentia Tertij Ordinis de Pœnitentia ab Ordine Minorum.* f. 887
Cap. XIII. *Status præſens hujus Tertij Ordinis ſancti Patris Franciſci de Pœnitentia.* f. 916
Cap. XIV. *Tertij Ordinis S. P. Franciſci de Pœnitentia primarij honores.* f. 820

## LIBER DECIMVSTERTIVS.

De Religionibus ad Franciſcanam Religionem Ordinem aliqualem dicentibus.

Cap. I. *De Tertiariis, qui de ſancto Hieronymo dicuntur.* f. 922
Cap. II. *De Equitibus Immaculatæ Conceptionis ſub Regula ſancti Franciſci.* f. 927
Cap. III. *De Mulieribus in clauſtro Pœnitentibus.* f. 932
Cap. IV. *De Ordine ſacro Patrum Minimorum, ſeu ſancti Franciſci de Paula.* f. 934
Cap. V. *De Equitibus ſancti Sepulchri Ieſu Chriſti.* 938
Cap. VI. *De Ordinibus Aſcenſionis, & Militia Ieſu Chriſti.* f. 829
Cap. VII. *De aliis ſacris Congregationibus à Franciſcana aliquo modo dependentibus.* ibid.

# AVTHORES CITATI in hoc Tomo.

Acta Apoſtolorum.
Alvarus Pelagius lib. de planctu Eccleſiæ.
Archivium convent. S. Franciſci Burgen.
Archivium Aracœlitanum Ciſmontanum,& Vltramontanū.
Archivium PP. Capuccinorum de Vrbe.
Archivium S. Franciſci de Vrbe.
Archivium S. Iſidori de Vrbe.
Archivium Matritenſe in regeſt. Ordinis.
Arturus in Martyrologio Franciſcano.
Barezzius in chronicis.
Sanctus Bernardinus in ſermone de ſancto Benedicto.
S.Bonaventura in vita S.Frāciſci.
Bordonius ex Tertio Ordine ſancti Franciſci.
Bullarium Romanum.
Cajetanus Cardinalis in 2. 2.
Carolus Rapinæus hiſt.de Recollectorum origine.
Chronica Prov. Angelorum.
Chronica Reformationis Siculę.
Chronica Prov.ſancti Michaelis.
Chronica Daze.
Chronica Prov. Reform. Panormitanæ.
Chronica M. SS. Prov. Pietatis.
Chronica M. SS. Prov. S.Antonij Luſitanæ.
Chronica M.SS. Prov.Brixienſis.
Chron. M. SS. Prov. Bavariæ.
Chronica M.SS. Prov. Flandriæ.
Chronica Ordinis ad capitulum generale 66. de Recollectis.
Chronica M. SS.Poloniæ in Archivio Procuratoris Gen. de Vrbe.
Chronologia Seraphica.
Chronologia M. S. Prov. Algarbiorum.
Clypeus ſacrarum Monialium.
Compendium privilegiorū Minorum.
ConciliaBaſileenſe,Conſtantienſe, & Tridentinum.
Creſcentius Iacobillus.
De Luca Cardinalis in lib. *Il Religioſo prattico*.
Diana.
Didacus Lequile in hierarchia Franciſcana.
Emanuel Rodericus in qq. Regularibus.
Emanuel de Spe in chronic. Prov.Portugalliæ.
Firmamentum trium Ordinum.
Franciſcus Gonzaga Exminorita Epiſcopus Mantuan. in chronicis.
Franciſcus Longus à Coriolano.
B.Franciſcus deTrivillo in chronic. M.SS.Refor. Mediolanen.
S.Gregorius Hom. in Evangelia.
Haroldus Epitomator annalium Vvadingi.
Hieronymus Sorbus.
Laertius Cherubinus in rubric. bullæ confirmat. Regulæ Minorum.

Laurea

Lauræa Eminentiſſ. Cardin. Ex-Conventualis.
Liber regulæ Annuntiatiſtarum B. V. M.
Manipulum FF. Minorum.
Marcus Vliſſiponenſis in Chronic. Religionis.
Marianus.
Miranda de Sacris Monialibus, &in expoſitione regulę Minor.
Monumenta Ordinis.
Moriſius in hiſtoria de religionis origine.
Nigronius Societ. IESV in comment. ſuper regulam Societ.
Octavius Cajetanus de ſanctis Siculis.
Orbis Seraphicus tom. I.
Paulus Moriggia de Origine Religionis.
Paulus de terminis in clarificatione ſanctæ Claræ.
Petrus de Alva.
Petrus Rodulphus Cōventualis.
Petrus Marchant in Chronologia.
Raphael Volaterranus.
Regeſtum bullarum, & decretorum S. Franc. de Vrbe.
Relationes Provinciæ S. Thomę.
Ricciolus Ferrarienſis.
Rodulphus Toſſinianen. Conventual. lib. hiſtor. Fratr.
Sedulius.
Silveſter Marulus in Oceano Religionis.
Spondanus rei Eccleſiaſticæ Analiſta commendatiſſ.
Statuta generalia Reformæ Italicæ de anno 1642.
Statuta noviſſima Ordinis de anno 1679.
Tabula Capituli Gen. de anno 1664.
Terrinca in Theatro.
Tertullianus.
Thomas le Grue de religion. mundi.
Torrāmira in S. Benedict. Abbatem Patriarcham.
Toſſignanus in hiſtoria.
Vernonius in hiſtoria de Tertio Ordine.
Vita S. Petri de Alcantara Romæ impreſſa.
Vita Franciſci Gonzagæ Generalis dedicata Vrbano VIII.
Vvadingus in annalibus.
Zaccharias Boverius in annalibus Capuccinorum.

ORBIS

# ORBIS SERAPHICI.

## LIBER VI.

*De Obſervantia Regulari in Ordine Minorum.*

RELIGIONIS Seraphicæ ſucceſſus integriori perfectione, atque faciliori intelligentia tractaturi, de intrinſeco ipſius eſſe,ſive ſtatu tractatum præmittere debuimus, ex quo clarior appareret de extrinſecis ejuſdem ſucceſſibus,ſeu operationibus hiſtoria. Sicut autem in omni Republica ſtatum intrinſecum quoad eſſe phyſicum, atque morale, ſive politicum neceſſe eſt conſiderari; ſic in Ordine Minorum ſtatum ejus phyſicum vel quaſi phiſicum in primo, & in hoc ſecundo Tomo complectimur, in tertio, & quarto relaturi politicum. Cùm verò cujuſcumque rei generatio ex quatuor cauſis phyſicis, vel quaſi phiſicis cæteros ejuſdem ſucceſſus, aut novitates naturaliter antecedat; ita Seraphicum Minorum Ordinem ſecundùm ſuas quatuor cauſas, videlicet efficientem, finalem, materialem, & formalem in primo Tomo deſcripſimus;varios exinde illius eventus atque mutationes, nec non partes ipſum jam diviſum integrantes in hoc ſecundo narraturi. Partiales autem Congregatiunculas ſucceſſivè in ipſa Religione ſubortas, cum in una Provincia, vel natione reſtrictæ Ordinem univerſum non reſpicerent, breviúſque abſolvi potuerint, unico libro quinto compræhenſas ad calcem primi Tomi reponere volui,ne ampliores tractatus de Regulari, atque Strictiori Obſervantia, de Conventualibus, & Capucinis interſecare cogeremur; eo vel maximè quòd Tomum primum illæ non gravabant; de cæteris longè amplioribus jam tractaturi diffuſiùs. Hæc ſi advertere voluiſſet P. Franchinus, in opuſculo ſuo *De Antiquiovitate Franciſcana*, non doluiſſet, quòd omnia ſimul in uno Volumine non copulaverim.

Aggredimur itaque Tractatum de Obſervantia Regulari, quæ à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos Orbis terrarum, longè, latéque dilatata, etiam apud Antipodas ſua fixit Tabernacula; Quam inſignium Doctorum, & Martyrum, qui vel atramento, vel ſanguine proprio Evangelium Chriſti aſſeruerunt, & Catholicam Religionem; Sanctorum inſuper, & Beatorum continuata excellentia, & copioſa multitudo, præclariſſima demum Sedi Apoſtolicæ præſtita obſequia glorioſè coronant. Hujus Obſervantiæ, ut à cæteris Corporis Franciſcani partibus diſtinctæ, glorioſa conſervatio, potentiſſimæ oppoſitiones, invictæ defenſiones, ampliſſimique progreſſus jam nobis ſeſe offerunt deſcribendi.

Advertendum tamen hîc ſemel pro ſemper, quòd etſi Obſervantia ipſa in vera, rigoroſaque ſui acceptione nihil propriè ſuperaddat Ordini Minorum, ſicut Fr. Minor obſervans,nihil dicit, niſi Fratrem ad Regulam Minorum ſimpliciter viventem; unde qua talis nec ſeparatum Membrum in Ordine Minorum conſtituere poteſt, nec ab alio, quàm ab ipſo P. S. Franciſco ſuam recognoſcere originem; quatenùs tamen jam ab aliis Corporis Seraphici Membris ſuperinductis ſeparatim vivere cæpit, & in ſignum diſtinctionis, titulum Obſervantiæ Regularis aſſumpſit; in hac ultima largiore acceptione, ipſius

ipſius ortum, ſive potiùs primam ſeparationem à cæteris, ejus oppoſitiones, progreſſus, atque præeminentiam hoc ſexto libro deſcribenda ſuſcipimus.

## CAPUT I.

### *Regularis Obſervantiæ prima ſeparationis præludia.*

AD Obſervantiam pertinuiſſe non negamus, quotquot partiales in Ordine Seraphico præceſſerunt Reformationes in ſuperioribus enarratæ: verùm quòd nec authoritate Ordinis erectæ, nec Religionis universæ bonum prætenderent, ad unicam Provinciam, Nationémve reſtrictæ, deſideratum non potuerunt attingere finem. Obſervantiæ Regulari (in ſenſu jam declarato) prærogativa hæc debebatur, ut cæteras veluti fluvios, rivos, aut torrentes in ſe, velut in mari recipiens, Ordinem univerſum in Orbe Catholico reformaret, Antiquum Franciſcanæ Regulæ ſplendorem, quem in paucioribus ſuis conſervaverat, in integrum reſtitueret; Herοumque multitudine in Orbe veteri, & novo ad Dei honorem, Eccleſiæque Romanæ dilatationem gloria prorſus ſingulari coruſcaret.

Vuad. t. 3. 1334. n. 24. Iam ab anno 1334. ejus veriora illuxere præludia; non quidem (ut prænotavimus) quòd eſſe inceperit de novo, ſed à cæteris exire, ſive ſeparari, qui à primæva Regulæ perfectione declinare cernebantur. Cùm ergo B. Ioannes de Vallibus (de quo in tertia parte fuſiùs dicemus) anno præfato Ordinis Communitatem ut plurimùm ad libertatis commoditatem; cum præjudicio præſertim Evangelicæ paupertatis conſideraret inclinatam; à Gerardo Miniſtro Generali non ſubreptitiam, ſed authenticam facultatem impetravit, qua ſibi, aliiſque nonnullis Regulæ Franciſcanæ Zelotibus in ſeparato Eremitorio ſeorſim habitare, ſummamque nobis præfixam paupertatem, atque primordialem vitæ aſperitatem conſervare liceret. Hęc conceſſit Gerardus, qui ante adeptum Generalatũ, & in Generalatu ſemper fuit Seraphicæ paupertatis hoſtis acerrimus *judicia Dei quis examinare præſumat?*

Ioannes de Vallibus ea facultate munitus pauperrimum, & à ſæcularium tumultibus omnino ſemotum Tugurium veriùs, quàm Conventum, quod Brulliani dicitur, prope Montem-floridum inter Camerini, atque Fulginei montes in Provincia S. Franciſci, Cuſtodiæ Spoletanæ ad primevæ paupertatis apices extruxit. Ibidem cum Angelo Clareno in ultima ſenecta jam poſito, cum Gentili de Spoleto, cum Paulo, vel Pauluccio Fulginate, aliiſque ejuſdem ſpiritus viris, ad puriora, & prima S. Franciſci præcepta ſanctè convivebat, & anno 1351. piiſſimè obdormivit in Domino.

Fortanerius poſt Gerardum Miniſter Generalis multò magis Ioanni, ejuſque ſocijs favorabilem ſe præbuit; adeò ut ab aliquibus ad Pontificem Clementem VI. delatus fuerit, quòd cum evidenti novarum turbationum periculo (uti ſub Clemente V. præfuerant) privilegijs, ac exemptionibus audentiores illos redderet, qui S. Franciſci vitam, & præcepta ad litteræ rigorem ſectari procurabant; aliaque de ſuo adinventa exponendo Pontifici, eo prætextu, nè ſopita jam ſchyſmata, molæſtæque diſcordiæ iterum ſuſcitarentur in Ordine, ad illorum depreſſionem, ſequentes literas impetrarunt. Ibid. 1343. n. 10.

## CLEMENS PAPA VI.

### *Dilecto Filio Fortanerio Generali Miniſtro Fratrum Ord. Minorum.*

AD Sedis Apoſtolicæ notitiam frequentibus relatibus eſt productum, quòd nonnulli, qui ſe Fratrum Ord. Minorum Profeſſores, & Regulæ B Franciſci ad litteram ſectatores jactando ab univerſitate Communitatis Fratrum ipſorum, tam in habitu, modo vivendi, & doctrina, quàm in alijs approbatis ipſius Ordinis obſervantijs diſcrepare multipliciter probantur, ex quibus in Ordine ipſo ſuſcitantur turbationes, & ſcandala moliuntur. Nos intendentes, quòd ad Dei laudem, & gloriam, ejuſdemque quietem Ordinis per providentiam circũſpectam Sedis Apoſtolicæ ſalubris ſuper his ordinatio ſubſequatur, & quòd interim non expedit, aliqua facere, per quæ approbari ſecta talium in ejuſdem Ordinis ſcandalum videatur; tibi diſtrictiùs tenore præſentium inhibemus, nè illis immunitates Vuad. t. 3. an. 1343. n. 10.

nitates, gratias, vel favores concedere, vel exhibere prȩſumas, quouſque per Sedem eandem, circa ſtatum ipſorum, ſicut eidem Sedi videbitur, aliud extiterit ordinatum. Dat. Avenione 3. Kal. Decemb. anno II.

Publicata itaque Pontificis inhibitione multiplicari cum non poſſent hi primæ Minorum Diſciplinæ Zelatores, recluſi velut in ſolitudine, in ſancta ſua vocatione perſeverabant, donec Annis ſeqnentibus, ut ſemper invaleſcebat in Ordinis Communitate relaxatio, ita plurimi antiquam puritatem mordicùs aſſerentes, ad Fr. Ioannem de Vallibus ſe ſe recipere geſtiebant, ad perfectam Regulæ obſervantiam inconcuſſo conatu adſpirantes: Hi ergo intercesſione quorumdam nobilium virorum, & cauſam exponente Fr. Gentile præfato, qui poſt Ioannis obitum velut Præfectum parvulæ Congregationis agebat, impetrarunt ab eodem Pontifice meliùs informato, quatuor Cænobiola in S. Franciſci Provincia ſibi concedi, in quibus liberè, abſque Miniſtri Generalis, aut aliorum Superiorum contradictione liceret, ex Pontificis authoritate, ac protectione vivere ſimpliciter ad antiquum Regulæ præſcriptum: Diplomatis tenorem appono.

Ibi 1350. n. 15.

CLEMENS PAPA VI.

*Dilectis Filijs Carceris, & Montis Luci, nec non Eremitæ, ac Jani locorum Guardianis, ſeu Vicarijs, & Conventibus Ord. Fratrum Minorum Aſſinat. & Spoletan. Dioces.*

BONORUM operum, quæ B. Franciſci Confeſſoris Patroni veſtri pia ſtudia imitantes jugiter exercetis, fructus uberes, quos velut rami fructuoſæ arboris inceſſanter producitis, attendentes, dignum ducimus, ut illâ vos prærogativâ favoris, & gratiæ proſequamur, per quam ab omni perturbatione, ac inquietudine liberi, & immunes, eò quietius, & devotius Creatori omnium obſequium impendatis. Cum itaque ſicut dilectus Filius Gentilis de Spoleto ord. Fratrum Minor. pro parte veſtra nobis expoſuit, vos cæleſtium deſiderio afflati, ejuſdem Confeſſoris Regulam in ea puritate, & ſimplicitate primæva, in qua ipſe illam ſcripſit, & edidit, inviolabiliter, & illibatè ſervetis, & ſervare impoſterum proponatis. Nos laudabile veſtrum in hac parte propoſitum commendantes in Domino, illudque favore Apoſtolico proſequentes, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, & ſucceſſoribus veſtris Guardianis, ſeu Vicarijs, & Fratribus locorum ipſorum in perpetuum indulgemus, ut vos, & ipſi poſſitis liberè, ac licitè hujuſmodi Regulam ſimpliciter in primæva puritate hujuſmodi inconcuſſè ſervare; nec aliquis Superior, vel Prælatus dicti Oridinis in hujuſmodi obſervatione vos impetere, perturbare, aut moleſtare præſumat; & quòd ſingulis eiſdem in locis, ſinguli duodecim Fratres dicti Ordinis aſſumendi de Ordine ipſo, vel recipiendi de ſæculo, ac deputandi in locis eiſdem, & eorum quolibet (ſicut, & quoties fuerit opportunum) per Miniſtrum, ſeu Vicarium dicti Ordinis Provinciæ S. Franciſci, qui erunt pro tempore, vel eis impeditis, aut ſuper hoc requiſitis, tamen recuſantibus, vel nolentibus, aut contemnentibus, ſeu differentibus exequi, per Guardianum, ſeu Vicarium dicti loci Carceris, qui tunc erit, ſub hujuſmodi obſervantia Regulæ poſſint perpetuò commorari: Quódve Miniſter idem de ſingulis idoneis Guardianis, ac Fratribus eorundem locorum eiſdem dictorum ſingulorum locorum Fratribus providere, quoties caſus opportunitatis exegerit, teneatur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, Indulgentijs, & Privilegijs, aut Declarationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus ejuſdem Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, contrarijs quibuſcumque, etiam ſi de illis, & eorum totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus mentio facienda. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. dat. Avenione idibus Decemb. anno 9.

Evidentiùs patet ex Bullæ contextu, quòd non fuerit hæc nova Congregationis, aut vitæ inſtitutio, ſed antiquum, atque à S. Franciſco conſtitutum vitæ genus in hac noviter ſeparata Cõgregatione conſervatum. Illa tamen à Generalis, & aliorum Superiorum juridictione qualiſcumque exemptio cauſam præbuit

buit diſſidiorum, & tandem tenellæ Congregationi, ut videbimus, paravit excidium. Timuerunt enim Ordinis Prælati, ne intenta à Gentili Spoletano, jamque in quatuor illis humilibus domicilijs roborata ſocietas zelantium, alijs ſucceſſivè accedētibus nimiùm excreſceret: Timebant, ne multiplicato numero negotium faceſſeret univerſo Sodalitio: Timebant, ex hac parva ſcintilla magnum oriturum diſcordiæ incendium, illo majus quod aliàs ſub Clemente V. & Ioan. XXII. fuerat extinctum.

Auxit indignationem quòd hi habitus viles in qualitate, & forma, ab aliorum veſte difformes, per omnia ſimiles ei, quem præferebant reformationis Narbonenſis Authores, aſſumperint, quòd nihil ſibi commune cum reliquis voluerint, quòd omnem ferme Miniſtri Generalis authoritatem excuſſerint. Collato itaque conſilio anno 1354. in Comitijs Generalibus volebant, ut nomine totius Religionis periculum futuri in Ordine ſchiſmatis exponeretur in pleno Conſiſtorio Cardinalium, ijſdemque modis ageretur contra hos, quibus aliàs actum eſt contra Narbonenſes. Reſtitit tamen Farinerius jam Miniſter Generalis prudenter conſiderans, querelas has, & publicas coram Principibus diſceptationes parere externorum admirationem, & diuturniorem, atque acriorem domeſticorum commotionem. Obtinuit itaque ſua inter omnes authoritate, atque officij eminentia, ut tranquilliùs in hac re ageretur, & ſibi committeretur univerſa cura colligatos diſſipandi, & exorientem Congregationem ſupplantandi.

Ibi. n. 2. Vt celeriùs faceret, & majori urgeret conatu, imprudenti, & irreverenti facto cauſam miniſtravit Gentilis; dum enim Farinerius quoddam præciperet uni ex illius Conſodalibus; Gentilis autem hinc ſuæ circa exemptos authoritati detrahi, Generalis verò poteſtati addi timeret, arrepto Fratre, & amoto à Farinerij præſentia dixit: Nihil illi ſupereſſe in hos juriſdictionis, præſertim quo ad incolatum humilium Monaſteriorum, de quo tunc agebatur. Indignati, qui aderant ad hujuſmodi ſupremæ poteſtatis contemptum ſtimulos addebant, ut hominis tumor ſupprimeretur, & ficta, ut dicebant, revelaretur Religio. Irato denique multa ſuggeſſerunt, ab his patrari in manifeſtam inſtituti ruinam; eos, qui Superiorum declinabant diſciplinam, ad hos tranſire, ſpiritum libertatis inter eos dominari, & promiſcuè bonos, ac malos, ſanæ, & corruptæ doctrinæ homines ab eiſdem admitti. Cavendum proindè, & occurrendum ſuadebant in debili principio, ne multiplicato numero malum invaleſceret. Maturè in his agere, & abſque publico ſcandalo Ordinis obviare ſciſſuræ volens Farinerius, exploravit ſecretò eorumdem vitas, & geſta, quid domi agerent, quid foris tractarent, quos ad ſuum Contubernium admitterent: Comperit, eos recepataſſe aliquos Hæreticos, vel in fide ſuſpectos, ſub ſpe tamen, ut illi aſſerebant, eos convertendi, ſed in erroribus pertinaces abegiſſe; peccaſſe tamen, quòd cum eis communicaverint in Domo, Menſa, Lecto, & minimè correctos, aut correptos dimiſerint, neque, ut oportebat, denunciaverint Inquiſitoribus. Hoc tanquam fundamento reliquis malis ſubſtrato, expoſuit Innocentio VI. pericula futuræ in Ordine ſciſſuræ, & gravioris ſequuturæ diſcordiæ, quàm ſub Clemente V. præceſſerit, & facilè obtinuit, ut Clementis VI. privilegium revocaretur, dato brevi ad Miniſtrum Generalem, & Fratres Ordinis Minorum, in quo præfatam Clementis conceſſionem recitatam ex integro revocavit, Conventuſque ipſos totaliter Miniſtro Generali, & Provinvinciali ſubjecit, ut ex ipſo diplomate clarius apparebit.

## INNOCENTIVS PAPA VI.

*Dilecto Filio Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.*

SEDES Apoſtolica, pia Mater, quietem, & pacem deſiderans Filiorum, quæcumque inter eos litem generare poſſunt, & ſcandala, libenter removet, & ſubducit. Olim ſiquidem fel. rec. Clemens Papa VI. prædeceſſor noſter, Ibid. n. 3. volens dilectos Filios Carceris, & Montis Lucij, nec non Eremitæ, & Iani Guardianos, ſeu Vicarios, & Conventus Ordinis Fratrum Minorum Aſſiſinat. & Spoletan. Diæceſis Apoſtolico favore proſequi, per ſuas certi tenoris litteras eis noſcitur, inter cætera conceſſiſſe, quod in ſingulis

ſinguli s locis præfatis, ſinguli duodecim Fratres dicti Ordinis aſſumendi de Ordine ipſo, vel recipendi de ſæculo,ac deputandi in locis eiſdem, & eorum quolibet, ſicut & quoties exiſteret oportunum, per Miniſtrum ſeu Vicarium Fratrum dicti Ordinis Provinciæ S. Franciſci, qui eſſet pro tempore, vel ijs impeditis, aut ſuper hoc requiſitis, tamen recuſantibus, vel nolentibus, aut contemnentibus, ſeu differentibus exequi, per Guardianum, ſeu Vicarium dicti loci Carceris, qui tunc eſſet, ſub obedientia Regulæ B. Franciſci poſſent perpetuò commorari; quòdque Miniſter idem de ſingulis idoneis Guardianis, & Fratribus eorundem locorum eiſdem dictorum ſingulorum locorum Fratribus providere, quoties caſus opportunitatis exegerit, teneretur. Cùm autem ſicut exhibita nobis pro parte veſtra petitio continebat, eorundem locorum Guardiani, & Fratres prædicti prætextu conceſſionis hujuſmodi à tua, Fili Miniſter Generalis, & Miniſtri Provinciæ ſupradictæ obedientia in pleriſque ſe ſubtrahere moliantur, & nonnulla in recipiendis hujuſmodi Fratribus in locis commiſerint, & committant, ex quibus magna ſcandala, turbationem dicti Ordinis, & animarum pericula parientia ſunt ſequuta, & majora etiam timentur, niſi de opportuno provideatur remedio, eventura. Nos cupientes, quòd Sacer Ordo præfatus, quem affectuosè proſequimur in viſceribus charitatis,in religionis integritate, unitateque ſervetur, ceſſentque in eo ſeditiones, & ſcandala, quæ dudum diſſidiorum ſator humani generis inimicus in illo(proh dolor) ſeminavit, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & authoritate Apoſtolica decernimus,ut, non obſtante conceſſione præmiſſa, quatuor loca prædicta in omnibus, & per omnia ſint, & eſſe debeant in poteſtate, & ſub obedientia Generalis, & dictæ S. Franciſci Provinciæ Miniſtrorum ſecundùm morem Ordinis antedicti; ita quòd nullus in dictis quatuor locis, vel alioquo eorum pro Fratre de dicto Ordine, vel de ſæculo, per alium, quàm per ipſos Miniſtros, ſeu alterum eorum recipi poſſit, & quòd Guardiani, & Fratres, qui in locis eiſdem pro tempore fuerint, in omnibus ſint, & eſſe debeant ſubjecti dictis Miniſtris, ac eorum, & aliorum Prælatorum dicti Ordinis judicio, & Ordinationi,tam quoad Habitum, Tunicas, Mantellos, & eorum quantitatem, formam, prætium, valorem, & alia concernentia ipſum habitum, juxta fæl. rec. Clementis V. Ioannis XXII. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his editis deferendum, quàm quibuſcumque alijs,ſtare,& obedire omnimodè teneantur: & nihilominus per eoſdem Miniſtros, vel eorum alterum,prout, & quando eis expedire videbitur, de ipſis locis liberè valeant amoveri. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis, & Conſtitutionis &c. Dat. apud Villam Novam Avenion. Diæc. XV. Kal. Sept. Anno. III.

Egerat etiam Generalis cum Ægidio Cardinale in Italia Sedis Apoſtolicæ Legato,ut Gentilis caperetur, & cum duobus Fratribus, quos ſecum Romam ducebat, carceri manciparetur in Conventu Vrbis Veteris Provinciæ Romanæ. Ita in cuſtodiam ducto Præceptore, & Anteſignano,ac Anno ſequenti mortuo coadjutore Fratre Martino Laico Fulginate viro optimo, qui poſt mortem ſignis claruit, facile fuit, reliquos reducere, & ſocietatem diſſolvere. Perſeveravit tamen in aliquibus deſiderium Strictioris vitæ, & regularis Obſervantiæ, quod inter reliquos piè, & abſque quærela conſervarunt, donec alium obtinuerunt ducem Paulucceium de Trincis Fulginatem, qui majori modeſtia, atque prudentia, quod alij fruſtra,& imprudenter tentarunt, ad felicem exitum meruit adducere. Ibid.n.2.

## CAPVT II.

### *Regularis Obſervantiæ veriora Fundamenta.*

ANNO 1368. Fr. Paulucceius de Trincis Fulginas ex ſtatu, & ſtatura, ex corporis effigie, ac nomine contemptibilis, at genere, & pietate ſpectabilis, à Ioanne de Vallibus, & Gentile Spoletano zelum paupertatis, & ſtrictiorem ſuæ Regulæ obſervãtiam in Tugurio ſancti Bartholomæi in ſolitudine Bruliani edoctus, Ordinis reformationem fæliciter inchoavit, ad quam aſ- Vuad.to.4. 1368.n.10.

Ibid. 1355. n. 7. ſequendam ſemper adſpiravit: Anno 1355. Gentile in carcerem ducto; ejuſque diſſipata Congregatione in Cæſienſi deſerto, & Provincia S. Franciſci in Aſpero Monte, pœnitentiæ exercendæ opportuno, & propterea ſancto inſtitutori Franciſco familiari, in commodum, & devotum Cænobiolum reduxerat Tuguriolum ex Arborum ramis ab eodem S. Patriarcha conſtructum, ſacravitque Deo ſub titulo Annunciationis B. Mariæ Viginis, ut ibi Tyrones piè educarētur, & ſanctæ paupertatis ſpiritū, ex pauperrimi Domicilij incolatu attraherent.

Ibid. 1368. n. 10. Verum tamen multa ibi paſſus à laxioris vitæ ſectatoribus, ſeorſim, & ſolitarius vixit de Superiorum licentia in Turri conceſſa ſibi ab Vgolino de Trincis Vrbis Fulginei Principe ſuo conſanguineo, qua olim utebantur ad arctationem malefactorum Fulginates eo in loco, quo nunc eſt S. Lucæ Monaſterium. In libertatem ſpiritus hoc uſus carcere, in vigiliis, in jejuniis, in oratione, & contemplatione, vitam ducebat Angelicam, & exēplo ſuo multos alliciebat ad potiorem diſciplinam. Conſocios, & pij deſiderij conſcios aliquando orationibus, aliquando miſſis Nuntijs, & litteris in ſancto confirmabat propoſito, iſque fuit ſemel orationis fervor, dum pro his præcaretur, ut tota Turri ignita videretur, ſuperante verticem flamma copioſa; accurrit Populus ignem extincturus, ſed nullum reperit præter Pauluccium toto Corpore extuantem, mirabili hoc igne circumſeptum.

Ibid. 1368. n. 10. 11. Cum interea Vgolinus præfatus pro Comitijs in Provincia S. Franciſci celebrandis præſidente Generali Ordinis Thoma Firignano, quicquid opus eſſet in Comitijs, liberaliter, & abundè miniſtraſſet, Generali poſt Capitulum ad ſe cum Patribus venienti, & gratias agenti, præmonitus à Pauluccio, petijt, ut huic ſuo Conſanguineo, & pauculis ſocijs Tuguriolum concederet Bruliani. Annuit optimi Herois precibus Firignanus devictus tùm receptis beneficijs, tum arcta multorum honorum neceſſitudine. At non priùs Domum reverſus, quàm aliqui ſuggeſſerint, rem periculoſam conceſſiſſe, & in Domuncula hac parvam ſparſiſſe ſementem magnæ diſcordiæ futuræ. Dum hæc tacitus ſecum cogitat, & in memoriam revocat alias turbas in Ordine excitatas, ac difficulter ſopitas, ſequenti die ad Heroem accedens, rogat, ut ſibi liceat conceſſa revocare, dicens, ea indubitanter ceſſura in magnum Religionis detrimentum. Indignè tulit Vgolinus, ſibi promiſſa irritari, nec ſe permiſſurum (iratus dixit) ut adeo pueriliter ſecum ageretur. Ne Amicum, & benefactorem ampliùs offenderet, pridie dicta rata habuit Firignanus, qua ratione eluſæ ſunt artes inimici, qui pacis, & unitatis laudabili ſpecie ampliſſimum animarum lucrum voluit impedire.

Hoc itaque Anno 1368. in Domuncula iſta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis Fulgineum inter, & Camerinum radices fixit Pauluccius, & fundamenta jecit eo ſolidiora, quo humiliora, Regularis obſervantiæ eo ſenſu, quo in hujus libri principio declaravimus Socios advocavit viros bonos, non tamen æquæ conſtantiæ, cedentibus aliquibus loci aſperitati, & incommodis non facilè perferendis. In vicino lacu perpetuâ querelâ quaxabant ranæ, cænoſæ paludes gravem exhalabant aërem, dumeta, humileſque miricæ plurimos generabant ſerpentes, quos ipſis in lectis, per officinas, & in utenſilibus, magno horrore, & metu Fratres frequenter offendebant: hominum ibi commercium nullum, vinum nullum, ſolatia humana nulla, omnia inculta, & aſpera; Montis aliquot Incolæ ruſtici, pauperes, horridi, quorum veſtes Caprarum, Oviumque pelles, calceamenta calepodia. Ab iſtis mutuatus Pauluccius Calones, ijs uſus eſt, tum arctioris paupertatis, tum majoris pænitentiæ tuendæ gratia per loca petroſa; & ſocijs eorumdem uſum perſuaſit, obtenta priùs facultate à Generali Miniſtro. Hinc Calonum, ſeu Calepodiorum inter Regularis Obſervantiæ Profeſſores, maximè in Italia (à quibus in rudi vulgo denominantur) deducta conſuetudo, eò firmiùs retenta, quò minori hæc conſtant pretio, quàm ſoleæ, ſive ſandalia, magiſque arridet, quòd etiam ab alijs Religionibus ſint aſſumpta. Ibid. n. 12.

Hîc in ſumma vitæ auſteritate, & aſſidua contemplatione, dum per aliquot menſes hęreret recedentibus aliquibus ex ſocijs, alij fortiores, & robuſtiores ſpiritu acceſſerunt, inter quos illi præci- Ibid. n. 13.

pui,

pui, Fr. Angelus de Monte Leonis, & Fr. Ioannes de Stronconio doctiſſimi Concionatores, & laudabilis cōverſationis, quorum numerus itá crevit, ut augeri oportuerit domicilium, & ſacram Ædiculam, libenter ſumptus miniſtrante prædicto Domino Vgolino, cujus inſignia per annos plurimos præ templi foribus cōſpiciebantur. Aucto amplius ſodalitio, & diffuſa per omnem in circuitu regionem fama ſanctæ Societatis, plures occurrerunt undique Fratres, quàm ſub unius Tugurioli anguſtijs potuerint contineri. Obtinuit proindè infra breve tempus à prædicto Generali Ordinis Præfecto, ejuſque ſucceſſoribus in Provincijs S. Franciſci, Romana, & Tuſciæ, Cænobiola multa, quorum nomina dabimus aliàs opportuniùs, quæ vix hujus ſtrictioris vitæ æmulatoribus recipiendis ſufficiebant. Porrò Brullianum tanquam omnium primum majori proſecuti ſunt reverentia, tum domeſtici, tum externi, quòd abundè probavit Iulius II. anno 1511. Dum Bononiâ Romam regrediens, ad hunc locum inviſendum cum Cardinalibus ſeptem declinavit, cum Fratribus manducavit, & perpetuis Indulgentijs, in die S. Bartholomæi lucrandis Eccleſiam honeſtavit. Eodem anno 1368. & fortaſſis non majori cauſa, quàm quòd prædicto Fratri Paulucccio, aliiſque Fratribus ſpiritualibus faverit, & à Miniſtrorum exemerit poteſtate, Fr. Thomas Firignanus Miniſter Generalis accuſatus eſt apud Pontificem, quòd non rectè in fide ſenſerit, crimen urgentibus Gullielmo Ex-Minorita Narnienſi Epiſcopo, & Miniſtro Provinciæ S. Franciſci; probata autem pluſquam evidenter ejus innocētia, & malo adverſantium conatu, non modò priſtinæ reſtitutus dignitatis, ſed & ad Patriarchatum Gradenſem, & ad Cardinalatus apicem fuit evectus.

Ibid. 1374. n. 18. Declinante in dies Ordinis Communitate, relaxata in multis Provincijs Regulari diſciplina, in hac S. Franciſci mirificè reſtaurabantur per Fr. Paulucccium, ubi anno 1374. acquiſiverat alia ſex humilia Tuguriola, in quibus initiabantur, qui ex ſæculo adveniebant, vel religioſiùs inſtruebantur, qui laxioris vitæ pertæſi ex alijs Provincijs, aut Cænobijs advolabant. Vivebant tamen ſub obedientia Miniſtri Provinciæ S. Franciſci, qui ne creſcerent, intra humilium, Domuncularum limites continebat. Venerat autem anno 1374. in Vmbriam Generalis Miniſter; exploravit, probavitq; hominū virtutem, candidos mores, animū à faſtu alienum, vitam tranquillam, à turbis ſemotam, propoſitæ reformationis tenacem; placuitque ſuſceptum iter, per quod reliquos Conſodales judicabat ab his pauculis paulatim fore reducendos ad perfectam ſui inſtituti obſervantiam. Cupiens itaque, ut multiplicaretur, & ad alias Provincias extenderetur hæc reformatio, conceſſit Fratri Paulucccio, & cooperarijs pauperculorum locorum Guardianis amplam facultatem, ut quò vellent, propria authoritate Fratres mitterent, quoties expediret. Exemplar facultatis conceſſæ extractum ex ipſo Autographo, quod aſſervatur cum alijs litteris ad Paulucccium datis, in Archivio Cænobij S. Damiani propè Aſſiſium, hîc exhibeo, ex quo loca, quæ tunc poſſidebant hi futuri magnæ gentis novi Duces, Lector percipiet.

In Chriſto ſibi cariſſimis Fratribus Paulucccio Vagnotij de Fulgineo, ac Guardianis Eremitoriorum, ſeu locorum dicto Fratri Paulucccio commiſſorum, videlicet, Carceris B. Franciſci; Piſtiæ, Iani, Montis Lucij, Montis Iouis, Montis Ionis, & Stroconij, Fr. Leonardus Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Vt pro neceſſitatibus, ſeu utilitate præfactorum locorum, vos, & quilibet veſtrum, veſtrique Vicarij ire, ac etiam mittere poſſitis Fratres vobis commiſſos ad quæcumque loca Provinciæ S. Franciſci, & extra, in Provincijs convicinis, quotieſcumque diſcretioni veſtræ, ſeu alicujus veſtrum videbitur expedire, dilectioni veſtræ tenore præſentium concedo, Dat. Peruſij die 8. Iulij 1374. Ibid. n. 19.

Hæc opportunè conceſſit Paulucccio Generalis Miniſter, cum ille haud contemnendo beneficio totum affecerit ſodalitium: Infamis illa Fratricellorum ſecta toties ab Eccleſia proſcripta, ſuos habuit Peruſij fautores; undè magno illuc coierunt numero, & domicilia ſibi conſtituerunt intra, & extra Civitatem; ficta Religione, ementita paupertate, & fallaci hypocryſis larva, cum egregiam ſibi conciliaſſent in Populo opinionem, Ibid. n. 20.

inſultare modis omnibus cæperunt Franciſcanis ea in Vrbe degentibus , objicientes eis , vel ampliores ædes, vel molliores veſtes, vel Cibos lautiores, quàm arcta à S. Franciſco præſcripta pauperpertas videretur permittere. Atque eò uſque horum pervenit temeritas, & inſolentia , ut pertranſeuntibus Fratribus , quorum induſia , vel ſudariola ad collum paterent,in ipſis plateis manus inijcerent, extratoque linteo coram populo interrogarēt; An hæc illa vitæ Frāciſcanæ auſteritas? Aut an ſecundùm S. Franciſci Regulam hæc liceret geſtare ? His alijſque modis ita exprobrabant Minoribus, verè à prima Ordinis ſemita non parùm declinantibus, ut ſolos ſe S. Franciſci ſectatores apud rudem plebem oſtentarent , & Minoritas in tantum deduxerunt Populi contemptum, ut in publicum prodire aliquando timerent.

Ibid.n.21. Ad has anguſtias Fratres radacti cogitare cæperunt , quod ſupereſſet remedium : Multi multa propoſuerunt , ſed prudentiùs unus, nihil opportonius opponi poſſe,dixit,fictis Frāciſcanis,quàm veros , & rigidos ſancti Franciſci ſectatores , atque hos evocandos ex Eremo Bruliani , quorum auſterâ vitâ, & integrâ Regulæ Obſervantiâ poſſit Fraticellorum infringi præſumptio, & hypocriſis revelari. Placuit conſilium ; evocatiſque Fratre Pauluccio , & ſocio, quem ille aſſumpſit Laicum , ſuas expoſuerunt tribulationes, quibus ut ferventi oratione , & publica ad Populum exhortatione mederentur , præ reliquis Miniſter Provincialis injunxit. Pauluccius ſuperioris obſecuturus præcepto, longa præmiſſa prece , ad publicum vocare congreſſum ſuperbos Fraticellos, & populo , quales eſſent, ſtatuit manifeſtare, qui coram populo Fratrum detraxerant opinioni. Statuta diſertationi die, indignati Fratricelli , non alios ſibi congreſſores, quàm idiotas Laicos, contemnere cæperunt Paulucij humilitatem. At ille reſpondens, non in perſuabilius humanæ ſapientiæ verbis,ſed in Dei virtute fidentem ſemet certamen inire ; quod illud argumentum *interogavit*, per quod illi veros ſe S. Franciſci diſcipulos, & reliquos probarent eſſe degeneres ? Objecerunt illi Fratribus laxiorem vitam, multiplicem Regulæ tranſgreſſionem , & alia quæ adverſari videbantur ſtatui Franciſcanorum ; ſe verò in laboribus multis , ærumnis , undique à Prælatis agitatos , ab Inquiſitoribus ad necem perquiſitos , adamuſſim S. Franciſci obſervare præcepta. Ad hæc Pauluccius: [ Nihil S. Franciſcus ſtrictiori, & pluries repetito præcepto imperavit ſuis Fratribus , quàm ut Pontifici obedirent Romano : Vos præceptum hoc omnium potiſſimum floſcipenditis, Papæ non obeditis , ab eo inſtitutos Præſules contemnitis : Vt quid ergo de vana S. Franciſci ſequela gloriamini , & dum ſubſtantiam ipſam abijcitis , viridantium obijcitis ſpeciem Foliorum ? ] Manifeſto convicti argumento obmutuerunt, orto ingenti murmure in populo ; qui , dum planè conſtitit de veritate facti, exſibilare , & deſpectui habere cæpit , quos priùs habuit venerationi , & de ſuo Territorio penitùs ejecit.

Ob hanc inſignem obtentam victoriam , & reſtitutum in populo honorem adiudicarunt Fratres Pauluccio , & ſocijs Cænobium S. Franciſci à Monte nuncupatum , extra Vrbem ſitum , & facilè ſuggeſſerunt Miniſtro Generali , aliàs viris pijs propitio,ut præfatam concederet facultatem , quò vellent Pauluccius , ſuæque Familiæ Guardiani , aut Vicarij, Fratres amandandi ; qua ratione factum eſt , ut brevi nova hæc creſceret plantula , & religioſum multiplicaretur inſtitutum. Qui de hoc congreſſu ſcribunt , eodem tempore, & ob relatam cauſam , domo iſta Peruſina donatos Fratres eſſe ſubjungunt.

Leornardus Generalis Miniſter ſucceſſivè non parum promovit ſanctam hujuſmodi Reformationem , multa concedens ejus ſectatoribus privilegia, quæ illorum propagationi , conſervationi , & quieti judicavit opportuna. Injunxit etiam Provinciæ S. Franciſci Miniſtro Fr. Petro de Sora , ut peculiarem eorum curam ſuſciperet, & tenellam plantulam, beneficiorum foveret irriguo , quòd datis ad Fr. Pauluccium litteris exequutus eſt miniſter Provincialis [ Cum Rev. P. Miniſter Generalis multas gratias tibi , & inter alias pro pace , & conſervatione locorum tibi commiſſorum, conceſſerit , ut videlicet in dictis locis Patres incognitos non recipias , niſi priùs habito de his laudabili teſtimonio , & etiam quòd ſi quis Fr. dictam Familian perturbaret, Ibid.1375. n.14.

turbaret, provideatur ſibi de remedio opportuno tranſlationis, vel alio; & cum me in refugium, ſicut decet, tibi dederit; idcircò paternaliter tibi condeſcendens, & charitativè, prædictas gratias tenore præſentium tibi confirmo. Addens inſuper quòd quandocumque alicui Fratri de dictâ familiâ per me aliqua littera obedientialis, vel licentia mitteretur, nequaquam detur executioni ſine ſpeciali mandato tuo. Dat. in ſacro Conventu Aſſiſij die 6. Auguſti 1375.]

Ibid. 1376. n. 16. Pauluccij verò, ejuſque ſociorum humilitate, atque modeſtiâ ſemper magis excitatus, gratias gratijs addens, ſuccreſcentem familiam ab illo promotam continuatis voluit favoribus adjuvare, curamque omnem, & poteſtatem in prædictum Pauluccium refundere. Ita hoc anno ſcribit.

[ *In Chriſto ſibi cariſſimo Fr. Pauluccio de Fulgineo, Fr. Petrus de Sora Fratrum Minorum Provinciæ S. Franciſci Miniſter, & ſervus ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

Cupiens ſaluti Animæ tuæ, quieti, & ſpirituali conſolationi Fratrum tibi commiſſorum ſalubriter providere; dilectioni tuæ præſentium tenore concedo, quatenùs Fratres omnes, & ſingulos, qui in locis tuæ curæ commiſſis, præſentialiter commorantur, ſeù impoſterum morabuntur, poſſis in eiſdem locis de familia mutare, transferre, & penitùs removere toties, quoties diſcretioni tuæ videbitur expedire. Ipſi verò Fratres per te, ut prædicitur, collocati, mutati, tranſlati, ſeu remoti intelligantur per noſtram obedientiam taliter ordinati, ac ſi noſtras obedientias particulariter accepiſſent, nec expediet, ad noſtram præſentiã recurrere ad labores plurimos evitandos, paratus exiſtens, tranquillitati tuæ, & paci Fratrum tuorum libenti ſemper animo complacere. Dat. Fulginei die 1. Iulij 1376.

Ibid. 1380. n. 29. Non parvum anno 1380. ſuſcepit incrementum pia hæc Congregatio acquiſitis duodecim Cœnobiolis intra Provinciæ S. Franciſci limites, & altero Forani in Provincia Marchię; quod hoc anno Ludovicus Miniſter Generalis conceſſit. Plenam etiam accepit à Fratre Matthæo Amerino Miniſtro Provinciali loca iſta regendi poteſtatem, & Fratres, quò placeret, amandandi, cujus commiſſionis inſtrumentum hîc apponendum judicavi.

[ *In Chriſto ſibi cariſſimo Fr. Pauluccio Vannotij de Fulgineo Provinciæ S. Franciſci Frater Matthæus de Amelia prælibatæ Provinciæ Miniſter ſalutem, &c.*

De tuis exemplari vita, diſcretione, prudentia, animarum zelo, ac virtute multiplici longo tempore in Ordine comprobatis, in Domino fiduciam plenam gerens, te in locis devotis, ſeù Eremitoriis devotorum Fratrum ſimplicium infraſcriptis, videlicet Carceris B. Franciſci, S. Damiani, Rocchicciolæ Cuſtodiæ Aſſiſij, Farneti, Montis Peruſij, Mõtis Iovis, Cuſtodiæ Peruſij, Eremitæ, Mõtis Ionis, Cuſtodiæ Tudertinę, Stronconij, Narnienſis Cuſtodiæ, Iani, Montis Lucij, & Piſtriæ Cuſtodiæ Vallis, per Provinciales prædeceſſores meos, hactenùs tuæ curæ commiſſis, meum Commiſſarium inſtituo, & tenore præſentium denuntio inſtitutum. Diſcretioni tuæ committens, quòd in ipſis locis liberè poſſis, ac debeas Fratres ſimplices, & devotos de familia collocare, ipſoſque removere, mutare, & alios ſubrogare, atque pro eorum, & ipſorum locorum neceſſitatibus, ſivè utilitatibus, ad quæcumque loca Italiæ deſtinare, etiam ad locum Romanæ Curiæ. Inſuper & ipſos charitativè monere, corrigere, ſeù punire, videlicet in pane, & aqua ad terram, ac diſciplinis pænitentiare, expellere, & ad nativas eorum Provincias remittere moraturos, & ſi opus fuerit, per ſuos Miniſtros acriùs puniendos, eiſque fraternaliter, ac paternè imponere quæcumque circa prædicta pro eorum ſalute, neceſſitate, ſeù utilitate, & pro Regulari Oberſevantiâ ſecundùm Deum videris expedire. Quocirca, ô cariſſime Fr. Paulucci, devotioni tuæ injungo ad meritum ſalutaris obedientiæ per præſentes, quatenùs ſupradictæ meæ commiſſionis officium, atque curam, abſque ulla excuſatione recipias, & exequaris cum diligentia ſecundùm gratiam à Domino tibi datam. Fratres verò præfatorum locorum omnes, & ſinguli, præſentes pariter, &

futuri, in omnibus, quæ ad prædicta pertinent, teneantur tibi, ſicut mihi per ſalutarem obedientiam firmiter obedire, quos tibi, teque illis in Domino cariùs recommendo. Dat. Peruſij die 12. Septemb. anno 1380.

Ibid. 1382. n. 3. Anno 1382. Gullielmus Aſtenſis novus Miniſter Provinciæ S. Franciſci amplam dedit licentiam Fr. Paulucccio per univerſam Italiam percurrendi in ſuæ novæ familiæ beneficium, prout in ſequentibus litteris.

[*In Chriſto Chariſſimo Fr. Pauluccio Vagnotij de Fulgineo Fr. Gullielmus Miniſter Provinciæ S. Franciſci ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

VT ex cauſa rationabili pro tua prudétia judicata, cum ſocietate unius, vel plurium Fratrum, ſecundùm tuam diſcretionem per te aſſumpta ad ſingulos ſpirituales, & temporales Dominos, per totam Italiam commorantes (excepto Curiæ loco) quotieſcemque, & quandocumque tibi fuerit opportunum, liberè accedere poſſis, & cum eiſdem moram trahere, prout tua requiret neceſſitas, ſeu utilitas, dilectioni tuæ præſentium tenore concedo. Dat. Fulginei 10. Septemb. anno 1382.]

Ibid. 1384. n. 2. & ſeqq. Quotidiana etiam ſuſcipiebat incrementa Paulucij Grex puſillus multiplici favore Principum, quibus eorundem vita, exemplariſque converſatio placebat, & Superiorum Ordinis patrocinio, quod libenter præſtabant, ut in ſolitarijs locis à ſe derelictis ſuccederent, & ex Civitatibus, oppidiſque multis à Magiſtratibus vocati expellerent Fraticellos, ubique ſe fingentes veros S. Franciſci ſectatores, uti cum laude feciſſe diximus anno 1374. in Vrbe Peruſina. Iuvit eorum nomen, & authoritatem, quòd multi ex magnis, & urbanicis Conventibus ad Cænobiola hæc, & Eremitoria ſtrictiorem vitam, & arctiorem Regulæ obſervantiam amplexuri tranſibant; & viri nobiles opibus, & dignitate pollentes à ſæculo ad eorum ſocietatem tanquam ad ſacrum aſylum convolabant. Inter hos connumerandus Fr. Marcus Bergomenſis, vir multiplici eruditione clarus in ſæculo, initiatus in Cænobio Montis Peruſij, qui alios multos illius Vrbis Academicos ad hanc vitam ſectandam ſuo exemplo allexit. Annis multis eo in loco vixit, & tandem miraculis clarus deceſſit. Secuti ſunt etiam prodigijs inſignes in eâdem Domunculâ Fr. Benidictus Camers, Gabriel Spoletanus, Franciſcus Florentinus, Ioannes Peruſinus, Antonius Tudertinus, Bartholomæus de Yano celeberrimus Prædicator, & alij multi, de quibus ſuo loco dicemus.

Eò faciliùs horum votis annuebant Patres de Ordinis Communitate, quò humiliùs agebant, omnia Superiorum ſubijciebant arbitrio, & Domos nullas invadebant, ſed vel ſponte ab ipſis oblatas admittebant, vel novas aliorum munificentia ædificabant extra Vrbes in locis remotis, in quibus offenſioni non poterant eſſe Conſodalibus incolatu prioribus, dum neque populum ab eorum templis retrahebant, neque emolumenta minuebant. Duo deeſſe videbantur, ut ſcilicet liberè ubicumque offerrentur, domos ædificare, abſque ſpeciali propter ſingula recurſu ad Miniſtros, & poſſent ipſi ad Sodalitium ſæculares admittere, habituque induere; mittebantur enim adoleſcentes, qui recipi poſcebant, ad Miniſtros, in quorum libertate erat, vel huic Congregationi adijcere, vel aliò mittere, aut penitùs reijcere. Conceſſit iſtud libenter hoc anno Gullielmus Aſtenſis Miniſter Provinciæ ſancti Franciſci, obtenta priùs circa domos multiplicandas facultate à Ferdinando Hiſpano Patriarcha Hieroſolymitano ab Vrbano VI. ante biennium inſtituto Adminiſtratore Eccleſiæ Spoletanæ, & Pontificio Vicario in Ducatu Spoletano. Vt in litteris ſequentibus continetur: Primum induſit Martinus Min. Generalis.

[*In Chriſto ſibi cariſſimo Fr. Pauluccio Vagnotij de Fulgineo poſt æternam in Domino ſalutem Fr. Gullielmus Miniſter Provinciæ ſancti Franciſci.*

CVpiens tota animi voluntate occurrentibus quotidiè periculis omnimodè obviare; Idcirco ex cauſa rationabili mihi nota, dilectioni tuæ præſentium tenore concedo, & mando, quatenùs de Fratribus tibi commiſſis diſponere valeas, & debeas, quantùm ego perſonaliter poſſum, ſicut tuæ prudentiæ videbitur expedire; ac etiam eoſdem mittere valeas, & licentiare ad quaſcumque Provincias, quoties tibi videbitur

bitur expedire. Cæterùm ſpeciali meâ authoritate valeas Novitios ad Ordinem recipere, vel per tuos Guardianos recipi facere, prout opportuna tibi occurret neceſſitas. Dat. Peruſij die 12. Febr. 1384.

Idem confirmavit per ſuas litteras Ferdinandus Hiſpanus Legatus Apoſtolicus in Valle Spoletana datas Eugubij die 4. Martij 1384. & confirmavit iterum Miniſter Provinciæ ſancti Franciſci præfatus Gullielmus per alias litteras datas Peruſij eodem anno die 1. Aprilis.

Martinus Miniſter Generalis ſtatim à ſua inſtitutione Fr. Pauluccium Fulginatem, commiſſámque ſibi familiam favoribus multis proſecutus eſt, authoritatem conceſſit, in quibus poſſet urbibus, & oppidis, nova domicilia extruendi, aut extructa admittendi. Aliqua, quæ offerebantur, erant intra limites Schyſmaticorum, qui Clementi parebant; nam & aliqui Reguli in Italia, peculiareſque Ditiones inviſum habebant Vrbanum VI. Obtinuit proinde anno 1385. à Pileo Comite Pratenſi tit. S. Praxedis Cardinale, Apoſtolicæ Sedis Legato facultatem domos iſtas recipiendi, cum Schyſmaticis in rebus neceſſariis communicandi, & alia peragendi, quæ ipſum explicabit diploma, adjunxitque Indulgentias aliquot recitantibus plures preces, quæ ultra divinum Officium, quotidie illi pij vir repetebant.

*Pileus miſeratione divina Tit. S. Praxedis Prasbiter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis Legatus &c. Dilecto nobis in Chriſto Religioſo Fr. Pauluccio de Falgineo Ord. Fr. Minorum ſalutem.*

Ibid. n. 5. Religionis zelus, ac devotionis tuæ ſinceritas promerentur, ut illa tibi præſertim, per quæ tuæ, & fratrũ dicti tui Ordinis, & aliorum faluti animarum providetur, concedamus, & quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quòd religioſis Fr. Martinus Generalis Miniſter Ord. Fratrum Minorum te cum ejuſdem Ordinis Fratribus per eundem Miniſtrum curæ tuæ commiſſis, & etiam committendis, ad certa loca, etiamſi eremitica eſſent, & de novo recipienda, dummodo aliàs canonicè tibi concederentur, pro majoris devotionis zelo, ac obſervantia Regulæ Ordinis tui prædicti, conceſſerat licentiam transferendi, inibi Altiſſimo, ſub habitu, & Regula dicti tui Ordinis famulando, victuri. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, prædicta loca (ut aſſeris) tibi commiſſa ſint in Territoriis Schiſmaticorum, & Antipapæ adhærentium pro majori parte ſituata, & quòd te, & Fratres tuos prædictos, & alios curæ tuę ſubditos, & ſubjiciendos (ut præfertur) cum eiſdem aliquoties, ſpecialiter propter victum quotidianum mendicatim, juxta præfati Ordinis tui Regulam, & alias cauſas rationabiles, & neceſſarias quærendum, participare ſeu communicare contigerit, non tamen in contemptum Clavium, aut Eccleſiaſticæ libertatis detrimentum, & continget forſan in futurum; propter quod excommunicationis ſententias incurriſſe, & incurrere times, & ipſi timent. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi, & Fratribus, ac ſubditis aliis tuis prædictis, & ad ſervitia tua, & Fratrum tuorum in dictis locis reſidentibus, & reſidendis, ut prædicitur, ſuper hoc de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur devotis tuis ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ (ſi ita eſt, ut prædicitur) quatuor Fratres dumtaxat ex Fratribus prædictis, ut aſſeris, tibi commiſſis, & etiam committendis ad audiendum Confeſſiones Fratrum aliorum in prædictis locis ſub habitu Regulari tui Ordinis degentium, & degendorum, nec non aliarum Eccleſiaſticarum, & Laicarum perſonarum, ad ſervitia tua, & Fratrum tuorum præfatorum in dictis locis reſidentium, præſentium, & futurorum, nec non ad abſolvendum perſonas prædictas, & alias quaſcumque in tenimentis Schyſmaticorum, & Antipapæ adhærentium cura, quæ & ubi dicta loca tibi commiſſa, ſeu committenda ſunt, aut fuerint collata, habitantes Eccleſiaſticas, & ſæculares, quæ tamen Vrbanum Papam VI. verum, & Summum Pontificem recognoverunt, & recognoſcunt, ab omnibus excommunicationum, ſuſpenſionum, & Interdicti ſententiis, etiam majoribus, in forma tamen Eccleſiæ conſueta, injungendamque eiſdem pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem, ac ad diſpenſandum cum

cum perſonis Clericis prædictis ſuper irregularitatibus, ſi quas ipſi, aut quælibet earum prædictarum, propter participationem, & communicationem ſchyſmaticorum,& adhærentium Antipapæ prædictorum,incurrerãt,ſeu incurrent,per te deputãdi,deputatoſque taliter removendi, & loco remoti, vel remotorum alium, vel alios ejuſdem Ordinis Fratres, quoties, & prout tibi videbitur, uſque ad numerum quaternum dumtaxat prædictum, per te etiam ſubrogandi, ubique Confeſſorem, qui te abſolvat, tecumque diſpenſet in præmiſſis quantùm,& quando, ac quoties indigueris, & ea devotè ſibi confiteris, eligendi idoneum, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem. Volumus,quòd ſi ex confidentia conceſſionis noſtræ hujuſmodi aliqua, tu, vel Fratres tui, aut perſonæ aliæ prædictæ cõmiſeris,quoad illa prædicta noſtra conceſſio vobis nullatenus ſuffragetur. Præſentibus poſt triennium minimè valituris. Nulli ergo &c. Dat. In Corneto Viterbienſijs Diœceſis 8. Idus Octob. 1385. Pontif. Vrb.VI.an.VI.

Ibid. n.6. Per alias quoque litteras datas eodem die, & anno. *Ad hæc, quæ tui, & aliorum animarum ſalutem &c.* Multa ſpiritualia privilegia conceſſit, præſcriptis aliquibus Orationibus, prout fuſiùs ibidem habetur in Vuad.

Ibid. 1388. n. 1. Fr.Henricus Miniſter Generalis anno 1387. electus, Florentiâ in Vmbriam profectus, & Peruſij hærens Fr. Pauluccium Fulginatem,commiſſamque Familiam omnibus, quibus potuit, modis excitavit ad proſequendam, & ampliandam Ordinis reformationem. Quatuor dedit anno 1388. patentes litteras, quibus eum inſtituit ſuum peculiarem Cõmiſſarium ſuper quindecim loca, ſeu Cænobiola, ex quibus tota coaluit Familia intra limites Provinciarum S. Franciſci,& Marchiæ Anconitanæ.Multam inſuper poteſtatem conceſſit in Fratres ſibi ſubjectos, & authoritatem ſublegandi Commiſſarios. Deinde indulſit, ut in quodam Domicilio, quod in hunc finem in ſua Patria conſtruxit, honeſtas mulieres ſub Inſtituto Tertij Ordinis S. Franciſci collocaret. Reliqua privilegia ex ipſis litteris ampliùs patere poſſunt, in quibus concedit, ut in locis ſibi commiſſis (ad inſtar ſuorum prædeceſſorum) poſſit liberè, & debeat Fratres ſimplices, & devotos de Familia collocare, ipſoſque removere, mutare, & alios ſubrogare, atque pro eorum,& ipſorum neceſſitatibus, ſeu utilitatibus ad quæcumque loca Italiæ deſtinare, etiam ad locum Romanæ Curiæ, ac in caſibus occurrentibus, ſi ſuæ videbitur diſcretioni, in quibuſcumque locis, ſeu terris alijs per dictam Italiam, Boſnam, vel Corſicam, pro tempore moraturos ejuſdem Miniſtri Generalis authoritate poſſit collocare. Inſuper & ipſos charitativè monere, corrigere, ſeu punire, videlicet in pane, & aqua ad terram, de diſciplinis pænitentiare, expellere, & ad nativas eorum Provincias remittere moraturos, & ſi opus fuerit, per ſuos Miniſtros acriùs puniendos, eiſque fraternaliter & paternè imponere quæcumque circa prædicta pro eorum ſalute, neceſſitate, ſeu utilitate, & pro regulari Obſervantia ſecundùm Deum viderit expedire. Nulluſque Miniſtro Generali præfato inferior eum,aut Fratrem aliquem de ſub ſua cura degentibus pro exigenda aliqua pecuniaria collecta moleſtare, aut gravare audeat, vel valeat quoquomodo in aliquo impedire. Et hoc diſtrictè præcepit omnibus ſuæ obedientiæ ſubditis ſub pæna inobedientiæ contumacis. Quocirca Fr. Paulucij devotioni injungit ad meritum obedientiæ ſalutaris per præſentes quatenùs ſupradictæ ſuæ commiſſionis officium, atque curam abſque alia excuſatione recipiat, & exequatur cum diligentia ſecundùm gratiam à Domino ſibi datam: Fratres verò prædictorum locorum omnes, & ſinguli præſentes, pariter, & futuri in omnibus, quæ ad prædicta pertinent,teneantur Fr.Pauluccio præfato ſicut eidem Miniſtro Generali per ſalutarem obedientiam firmiter obedire. Cæterùm omnes gratias, & libertates per prædeceſſores ſuos illi conceſſas, tenore præſentium denuò confirmat. Dat. Peruſij anno 1388.die 15. Iulij.

Item per alias litteras datas Peruſij 1388. die 14. Febru. idem Miniſter Generalis conceſſit Fr. Pauluccio, ut plura Cænobiola poſſet excipere. Ibid.n. 3.

Item per alias litteras datas ut ſupra omnia ſupradicta confirmat: Addens quod ſi fortè aliquando proceſſu tempo- Ibid. n.4.

ris ſibi videretur, quòd de loco aliquo, ſeu locis ſuæ curæ commiſſis, curam (ut expedit) gerere non poſſet, ipſorum curam Miniſtris, in quorum Provinciis loca ipſa ſituata fuerint, liberè valeat reſignare, qui de ipſis curam habeant, juxta poſſe.

Addidit, ut ad benè complendum officium, ſi aliquem de ſuis per loca ſibi commiſſa ad viſitandos Conſodales, aut ad alia peragenda, aut etiam aliò deſtinandum fortè duxerit, teneatur ipſe ſic per Pauluccium electus, omni excuſatione ſemota, legitimo impedimento ceſſante, ſolicitè obedire Pauluccio. Hujuſmodi autem delegato, cæteri Fratres tanquam eidem Pauluccio humiliter, & fideliter obedire teneantur.

Ibid. 1390. n. 2. & ſeqq. Præter ea, quæ ſuperiùs recenſuimus Domicilia obtinuit anno 1390. in ultima ſenecta Fr. Pauluccius alia tria, nempe Camerini ad Montem ſanctum, Cæſæ Palumbæ, ac Murrhi in Provincia Marchiæ, quæ plenæ ejuſdem juriſdictioni, ac ſi Provincialis foret, Miniſter Generalis ſubjecta voluit, hac data commiſſione.

*In Chriſto ſibi cariſſimo Fr. Pauluccio de Fulgineo Provinciæ ſancti Franciſci, Fr. Henricus Ordinis Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem, &c.*

Tuis petitionibus liberi animo condeſcendens, ut Conventum Camerini, & loca Cæſæ Palumbæ, ac Murrhi Provinciæ Marchiæ tibi conceſſa per Miniſtrum dictæ Provinciæ, acceptare poſſis, regere, & gubernare, atque ibidem de Fratribus providere, & illos ibi exiſtentes amovere, & commutare, ac circa dictos Fratres, Conventus, & loca præfata facere omnia, & ſingula, ac ſi ipſorum Miniſter Provincialis fores; & quòd ſi aliqui ex Fratribus tibi commiſſis fortè habeant litteras à me, quòd in aliquibus locis ſtare poſſint, non amovendi &c. hoc penitùs non obſtãte, dilectioni tuæ præſentium tenore concedo &c. nolens, quòd in ſupradicta commiſſione Conventuũ, & locorum prædictorum ab aliquo me inferiore amoveri valeas, nec impediri, vel quomodolibet moleſtari &c. dat. Perusij die 29. Februarij 1390.

Ibid. 1390. n. 3. Super hæc, & alia Cœnobiola tractus Picæni Fr. Pauluccius ſuum conſtituit Commiſſarium, & Coadjutorem Fr. Franciſcum aliàs Cichum Fabrianenſem, virum optimum, qui dudum cum aliis Fratribus Picænis ei adhæſerat, & religioſiſſima converſatione Conſodales ad omnem virtutem, & ſæculares ad religioſam ineundam vitam alliciebat. Obtinuit hìc à Nobiliſſimo Heroe Chiavello Fabriani Domino, Guidonis Filio, Ædiculam Eremitæ Vallis Saxi IV. M. P. à Fabriano diſtantem, iis in partibus ob S. Franciſci incolatum, & ob alias rationes celeberrimam. Illinc olim, antequam in Minorum poteſtatem deveniret, translatæ Sanctimoniales Benedictinæ ad portam Plani Fabrianenſem, & proindè jus ſuum in locum, & vicina nemora repetebant, vel annui cenſus ſolutione in confeſſo compenſari volebant. Ne itaque Fratres arctiſſimam præferentes paupertatem hoc onere gravarentur, ſolvit Chiavellus Abbatiſſæ aureos ducentos, ut libera omnia permitteret. Multa alia adjecit beneficia; domunculam rebus omnibus neceſſariis inſtruxit, incolis victum, & veſtitum liberali manu porrexit, eiſdem ſæpiſſimè conveſcens, & convivens, in oratione pernoctans, & divinas laudes etiam media nocte perſolvens. Poſt aliquot annos creatus Imperator exercitus Veneti obiit Venetiis 7. Idus Auguſti Anno 1412. juſſitque ultimis tabulis, ad hunc locum ſuum corpus transferri, quod biennio poſt curavit Domina Lixa, ſive Alicia ejus Conjux adimpleri. Franciſcus autem præfatus Vicarij functus munere in illa Provincia annis multis poſt Monachatus quinquageſimum, eo in loco Eremitæ magna ſanctitatis opinione deceſſit.

Socium alterum Fr. Ioannem Stronconium, virum perfectum, doctum, egregium Concionatorem, & ardentem Regularis Obſervantiæ Zelatorem, deſtinavit Pauluccius hoc ipſo anno ad Tuſciæ Provinciam. Auxit hic valde familiam, maximè poſt Magiſtri mortem inſtitutus ejus in regimine ſucceſſor, vitæ puritate, & ſermonis facundia omnibus gratus, omnibus venerabilis, Cœnobia multa vetuſta ad hanc vitæ normam prudenter reduxit, uti ſuo loco dicemus. Tandem virtutibus, miraculis, & ſpiritu Prophetiæ clarus, multis perfunctus laboribus deceſſit Luceriæ Ibid. n. 4.

ſaracenorum in S. Angeli Provincia anno 1418.

Huic datus eſt ſocius Fr. Angelus de Monte Leonis ſac. Theologiæ Lector, qui è Cōventualibus tranſivit ad Fr. Pauli diſciplinam, allectus sūma Viri virtute, & reſtaurando Religionis deſiderio. Aſſiduus in oratione, & cæleſtium contemplatione, ſacratiſſimæ Paſſionis miſteria ingenti affectu in Miſſæ ſacrificio recolebat; ſingulis ferè momentis beneficia commemorans creationis, & redemptionis, Deo gratias agebat, & genua flectabat milies intra diei, noctiſque intervallum. Florentiæ magnam obtinuit cum ſocio virtutis, & doctrinæ opinionem; frequenter enim magno ſpiritus fervore prædicabant, & ad meliora populum omnem excitabant. Iecerunt illi in Thuſcia prima ſemina Regularis Obſervatiæ ædificato Fęſulis devoto Cænobio, obtentiſque mox alijs Cetonij, Columbarij, & S. Proceſſi à Tuſciæ Miniſtro.

Præter hos habuit alios ſocios Fr. Paulucciuś virtute præclaros, Fr. Petrum Narbonenſem, Fr. Germanum Laicum, & alterum ejuſdem conditionis virum optimum, ex quibus duo poſteriores ipſi conſepulti ſunt Fulginei.

Vuad. t. 5. 1415. n. 22. & ſeqq. Anno 1415. Fr. Albertus à Sarthiano Cluſinæ Diœc. in Tuſcia Oppido, Pij III. Patria, ad Obſervantes à Patribus Conventualibus tranſivit, annos natus 30. Latinè egregiè edoctus Gueríno viro inſigni præceptore, & græcè ſub Emanuele Chriſolora, utrâque linguâ eruditè ſcripſit, & utriuſque gentis ſtuduit converſioni. Sanctum hoc inſtitutum multifariam adjuvit ſuis doctiſſimis ſcriptis, & ab impugnatoribus liberavit, vocatis à ſæculo adoleſcentulis auxit, multiplicatis ædibus, & optimis præſcriptis legibus Formavit. Ipſe in ſummo vitæ rigore, & diſciplinæ ſeveritate, pauperem vitam tranſigens, omnes cupiebat Chriſto lucrifacere, vel aſſidua oratione, vel efficaciſſima prædicatione. Faciem nullius reſpiciebat, neque divitum potentiam timebat, quin minus Dei Verbum liberè proponeret, & quod abſonum erat, redargueret. Id tamen tanta fecit dexteritate, & eloquentia, ut prædicatorum ſui temporis Rex diceretur.

Ibid. n. 23. Tota verò Regularis obſervantia in Italia eodem anno majores vires ſuſcepit, firmioremque ſpem conceperunt Patres ſtabiliendi inſtituti ex decreto Conſtanſienſi, pro domibus Gallicanis conceſſo. Tringinta quatuor erant humiles ædiculæ in Italia, quibus hoc anno acceſſit totius Ordinis primæva à S. Franciſco commendatiſſima domus S. Mariæ Angelorum in Agro Aſſiſiate, Portiuncula nuncupata. Conceſſit hanc Miniſter Generalis annuentibus Patribus Provinciæ S. Franciſci, maximè his, qui habitabant ad ſacrum Conventum Aſſiſij, ubi ſancti Patriarchæ Corpus honorificè colitur, reſervatis tamen ſibi quotidianis, & amplis oblationibus, & pecuniarijs elęemoſynis, quæ in ædicula multis miraculis, glorioſæ Virginis apparitionibus, & diuturno S. Franciſci incolatu celeberrima à numeroſo concurrente populo exponebantur.

Ex his prædictis Cęnobiolis tria erant in Valle Reatina, & Provincia Romana, videlicet Fontis-Columbę, Gręcij, & Podij-Buſconis, reliqua in Vmbria, in Piceno, & Tuſcia. Numerus Fratrum per omnia diſperſorum erat exiguus, neque ſufficiebat Miniſterio domeſtico. Inter ducentos circiter pauciſſimi erant Sacerdotes, ita ut in Ædiculis Reatinis, alternis vicibus, unus Sacra perageret, & in Nocte Nativitatis Dominicę, primam Miſſam Gręcij, ſecundam ad Fontem Columbę, Tertiam in Podio celebraret. Pauci etiam erant docti, ante adventum quatuor Cęleſtium Pręconum, Bernadini Senenſis, Ioannis Capiſtranenſis, Alberti à Sarthiano, & Iacobi Picęni. Hi Religionis cultum, regiminis normam, & litterarum ſtudium invexerunt. Primi Satores inſtituti, filij abjecti, humiles, rerum agendarum, & ſcientię expertes, in ſolitudinibus, in Cavernis, & Eremitorijs à mundo ſemoti, non tám alienas, quàm ſuas curabant Animas, rerum cęlæſtium contemplationi, & pietati inceſſanter addicti. Ibid. n. 24.

Horum ſpiritualium Vicarius, quem anno 1390. diximus inſtitutum, Ioannes à Stronconio prudenter agebat; Provinciarum trium S. Franciſci, Tuſciæ, & Romanæ, in quarum diſtrictu domos regebat, Miniſtros plurimo obſequio, & placido regimine habebat propitios: Ibid. n. 25.

ita

ita turbas, & ſcandala evitabat,diſſidia, & lites procul faciebat, & placido, licèt lento incremento ſuam familiam dilatabat. Præſtat ſanè ita facere, quàm civilibus diſcordijs, inteſtinis odijs, publiciſquè tumultibus novas Reſpublicas feſtinâ eruptione, & odioſâ ſciſſurâ meditari. Si religioſè,ſi modeſtè, ſi debito modo Dei opus proponatur, ipſe ſtabiliet; Prælati, etſi durioris notæ, & conditionis, ſincero virtutis exercitio vincuntur, & religioſa humilitate manſueſcunt, præſtantioremque pietatem, aut ſanctioris vitæ genus non niſi aliunde quæſito colore audebunt condemnare: omnia econtra facilè, & animosè impugnabunt, ſi ſibi inſultari viderint, ſi inobedienter refragari, ſi aperta ſchiſmata intentari, ſi peregrinas novitates induci. Diù duratura lentè creſcunt, & occulto ſtabiliuntur incremento. Id ſua manſuetudine, & humilitate obtinuerāt Pauluccius Fulginas, & Ioannes iſte ſucceſſor, ut miniſtri Generales, & Provinciales quidquid opus erat,huic augendæ Congregationi ſpontè conceſſerint, ut Congregationes, ſeu comitia particularia celebrarent, Vicarium ſibi eligerent, privatis legibus regerentur, domos erigerent, Fratres quò vellent,deſtinarent, vel à ſæculo, vel à Cōmunitate Ordinis admitterent.Poterant Miniſtri per ſe Cænobiola viſitare, ſed faciebant eo ſuæ poteſtatis temporamento, ut majora pietatis incrementa non vetare,ſed promovere viderentur (quis enim virtutem, etſi occultè oderit, publicè condemnet?)nullum ad ſe revocarent, omnes pacificè arctiori committerent Regulæ obſarvantiæ. Hæc omnia ex Vuadingo litteraliter excripita, ſicut & cætera ferè in hoc tractatu compacta, ubi licuit, attulimus.

Vuad. t.5. anno.1415. n.26.& ſeq. Stronconius inſtitutum propagaturus, relicto,qui ſuas vices ſubiret, Nicolao Vzano per Vmbriç fines, tranſivit ad Provinciam S. Angeli inter Aprutinos, hoſpitio receptus in Vrbe Aquila à Paulo Pauli, Cive locuplete de Colle Brimano;ubi tantam cum ſocijs aſſecutus eſt opinionem, ut ſe ſuaque illis juvandis, & ſodalitio promovendo Hoſpes ultrò obtulerit. Actum eſt ſtatim de conſtruendo propè Vrbem habitaculo; dumque ſitum luſtrarent propè S. Angelum de Ocria, neque hîc arrideret propter nimiam diſtantiam ab Vrbe, deindè apud S Laurentium, viderent è Cælo dilabi in Vallem adverſam,paruumque nemus, globum igneum, qui ædis conſtrendæ locum deſignare videbatur decem paſſus ab Vrbe diſtantem; Illic, inquit Ioannes adſtantibus, Deo placet, ut habitemus; admotiſque operi manibus, brevi domum ſub S. Iuliani invocatione conſtruxit, expenſis pij viri Nuntij à Fonte; Ædiſque Præfectum conſtituit Fr. Dominicum Genuenſem, multiplicatis ab ipſo alijs Conventibus in diverſis Provincijs.

Quatuor interim prudentiſſimis viris Bernardino Senenſi, Ioanne Capiſtrano, Alberto Sarthianenſi, & Iacobo Picæno in conſortium admiſſis, jam videbatur Regularis Obſervantia tanquam quatuor columnis, & totidem petris angularibus ſecurè fulciri, tamquam quatuor propugnaculis firmiter muniri, & totidem veluti Aurigis per ſecuras ſemitas deduci. Omnes enim eamdem pari modo rexerunt;omnes ab Adverſarijs defenderunt, omnes vitę ſanctitate, atque apud Principes, & Pontifices æſtimatione fulcierunt. Licebat priùs viros pauperculos,& inermes impetere, licebat abjectos deſpicere, & fluctuantis inſtituti leges revocare: at poſtquàm tales obtinuit Propugnatores, & ex ea pendebant hujuſmodiClypei,omniſque armatura fortium, non adeò facile,aut integrum erat, ulteriores moleſtias inferre. Tāta erat uniuſcujuſque horum apud omnes opinio,tanta inter Principes reverentia,ut Pontifices præclariſſima illis per univerſam Italiam, & in remotiſſimis regionibus munia commiſſerint, univerſique fermè Principes peculiares miſerint Oratores, ut ſuas ditiones, vel doctrinâ, vel ſaltem præſentiâ bearent. Ibid. ann. 1416.n.7.

Ita jam placere cæpit ubiquè religioſum Regularis Obſervantiæ inſtitutum, Conſtanſienſis Concilij authoritate cōfirmatum, & laudabili ſectatorum converſatione commendatum, ut omnes omnium regionum Vrbes, & Oppida ultrò eos ad ſe vocarent,& domicilia conſtruerent. Martinus V.etiam Pontifex in Cōcilio electus, & inſtituto addictus, benigniſſimè piæ Congregationis propagationi annuebat, & cooperabatur, omnibus facilè concedens novas domos, & habitacula hujus vitę viris ędificandi facultatem Ibi 1418. n. 37.

cultatem. Anno 1417. amplam, & liberam ipſis Profeſſoribus Regularis Obſervantię facultatem tribuit ubique domos admittendi, vel conſtruendi. Dato brevi, quod appono.

## MARTINUS PAPA V.

*Dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatis.*

Ibid. in Regeſt. bull. 18. Mart. V. PRomptum, & benevolum libenter illis favorem impendimus, &c. ſanè pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd nonnulli partium diverſarum Chriſti fideles ad vos, veſtrumque ſtatum, & Religionem, omnium chariſmatum datore incitante Domino, ſingulare gerentes affectionis adminiculum, & per hujuſmodi Religionis propagationem, & manus veſtras ſuos in Cęleſtibus Theſauros recondi ſatagentes, nonnulla ad illos legitimè ſpectantia loca vobis, pro veſtris, ſeù aliquorum ex Fratribus Ordinis veſtri uſu, & habitatione, pia largitione dare, & aſſignare proponunt, voſque in tribus ſaltem ex locis eiſdem pręfatorum, & aliorum fidelium concurrentibus ſuffragiis, & obventionibus, domos cum Eccleſiis, Cemeteriis, Campanilibus, Campanis, hortalitiis, & aliis officinis, &c.

Quare pro parte veſtra nobis humiliter fuit ſupplicatum, ut hujuſmodi conſtruendi, & ædificandi, ſive conſtrui, & ædificari faciendi, licentiam concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. hujuſmodi quoque ſupplicationibus inclinati, vobis loca ab eiſdem Chriſti fidelibus illa dare & aſſignare volentibus recipiendi, ac in eis pro præfatis uſu, & habitatione domos cum Eccleſiis &c. & aliis officinis hujuſmodi conſtruendi, & ædificandi, ac conſtrui, & ædificari faciendi, ut præfertur, plenam, & liberam, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur. Et inſuper Fratribus Ordinis hujuſmodi, quos in eiſdem conſtruendis pro tempore morari, ſive reſidere contingat, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitionibus, &c. præfato Ordini, & aliis illius domibus per Sedem præfatam, & aliàs quomodolibet conceſſis, uti, & gaudere liberè, & licitè valeant, eadem authoritate concedimus pariter, & indulgemus. Nos obſtantibus &c. Datum Seguſiæ Taurinen. Diæceſ. xv. Kalen. Octobris Anno primo.

Inclaruerunt etiam præter antedictos pietate, & virtute plerique graves Viri, qui regularis Obſervantiæ profectum multipliciter foverunt, & ad provectiorem ſtatum perduxerunt: Fr. Iacobus Primadicius Bononienſis, Vir Venerabilis, magnæ apud omnes authoritatis; Tertius fuit familiæ Ciſmontanæ Vicarius Generalis Obſervantum, quam prudentiſſimè rexit annis ſex, multiſque poſt mortem claruit miraculis: Fr. Marcus Bononienſis, Vir ſanctiſſimus, & doctiſſimus, in omni dicendi genere eloquentiſſimus; Bis Vicarij Generalis munere laudabiliter functus eſt; Placentiæ defunctus miraculis effulſit ſuo loco recenſendis: Fr. Antonius Bitontinus Provinciæ Apuliæ, verbi divini Concionator egregius, omni virtutum genere ornatiſſimus. Doctiſſima à ſe edita in libros ſententiarum Commentaria obtulit Nicolao V. quæ tanta voluptate perlegit, ut ipſe ſolemni ritu gradum Magiſterij ei voluerit conferre: Fr. Albertus Calaber, inſignis etiam Concionator, vitæ religioſiſſimæ, & famæ præclaræ: Fr. Seraphinus Caietanus regularis diſciplinæ tenaciſſimus, & peritiſſimus Inſtructor Adoleſcentum; Diſcipulos optimos erudivit, Iacobum Picænum, Antonium, & Baptiſtam Montefalcenſes, Cherubinum Spoletanum, & alios, qui univerſę Italię, aliiſque regionibus virtute, & doctrinâ illuxerunt: Fr. Pacificus Romanus, vir eloquentiſſimus, Sedulus Franciſci Mayronis Sectator, qui pręcipuas Italiæ Civitates ſuis ſermonibus illuſtravit. Ibid. 1426. n. 10. & ſeq.

Fr. Bartholomęus de Yano Provincię ſancti Franciſci ſacrę Theologiæ Magiſter, qui S. Bernardini hortatione ad Obſervantes trãſiens, ejuſque Socius fideliſſimus, Italiam univerſam, & magnã Græcię partem prędicando circuivit, & Conſtantinopoli annis heſit duodecim Ioanni Paleologo Imperatori, & Ioſepho Patriarchę gratiſſimus. Eis optimus auctor fuit, ut unionem cuperent Eccleſiarum, & perſonaliter ad Concilium accederent Florentinum. Amiſſa tandem Civitate Conſtantinopolitana,

in

in Italiam regreſſus ſanctiſſimo fine quievit Peruſij ad S. Franciſci de Monte Cœnobium. Fr. Paulus Aſſiſias, etiam S. Bernardini exhortationibus ad Obſervantiam translatus, eidem adhęſit annis multis, cujus diſcipulum & individuum Comitem editis opuſculis ſe profitetur. Celeberrimus evaſit per omnem Italiam Prędicator, proinde vocatus Peruſium, & Patavium, atque ad alias Civitates, ut D. Bernardini ſupremos prędicaret honores in ſumptuoſiſſimis, quę potiſſimę Vrbes celebrabant, exequiis. Ex hujus viri Concionibus pręcipua capita geſtorum S. Bernardini deſumpſerunt, qui ejus vitam concinnarunt. Similiter Fr. Franciſcus à Trebio, Franciſcus Spoletanus, & Antonius Montefalcenſis, ac Antonius Ariminenſis, qui omnes virtute, prudentiâ, & ſanctitate regularem Obſervantiam in primęvo ſtatu illuſtrarunt.

Ibid. fol. 63. fol. 69. fol. 133. fol. 129. & alib. ſæpe. Ita ſingulis annis in Italia majori proficiebat incremento Regularis Obſervantia, S. Bernardino Senenſi multæ offerebantur domus, in quibus viverent hujus inſtituti viri; conceſſitque Martinus V. ut quatuor admitteret his in locis, quæ magis placerent: *Piis ſupplicum votis*, &c. Nonis Iulij 1426. Commiſit etiam ſuam authoritatem Epiſcopo Squillacenſi, ut licentiam tribueret incolis Oppidi Mardæ Diæceſis Neocaſtrenſis domum ædificandi pro obſervantibus. Dato Brevi, *Sinceræ devotionis*, &c. 4. Nonas Martij ejuſdem anni. Idem in plurimis aliis locis lætiſſimè concedens tenuem primò familiam maximoperè dilatavit. Facultatem ampliandi ſodalitium in Sicilia dato Brevi, *Promptum & benevolum, &c.* Kalen. Iulij anno 1419. Iuliano de Neapoli, atque Dominico Genuenſi conceſſerat; aliaque per plurima, ut reciperent, indulſit, habitacula.

## CAPVT III.

*Obſervantia Regularis ſtabilitur in Gallia.*

MAgno incremento proſperabatur ſancta reformatio regularis obſervantiæ in Italia, & anno 1388. ad alias regiones fœlicibus auſpiciis propagata. Etenim in Gallia, cum propter ſchiſma Pontificum, ſciſſamque in duas partes Religionem res in deteriùs tenderent, & fratres viverent liberiùs, habentes adverſas acies, ad quas confugerent, dum ſuæ ſtationis diſciplinam abhorrerent: excitavit Dominus ſpiritum trium Religioſorum Patrum in Provincia Turoniæ, ut collapſam diſciplinam inſtaurarent. Hi, vel ſuis, vel aliquorum præcibus à ſuo Pſeudo-Miniſtro Generali Angelo (non ab Antonio Phyreto, uti habet Gonzaga parte 1. pag. 8. qui non niſi anno 1405. aſſumptus eſt ad ſupremum Ordinis regimen ſub obedientia Innocentij VII. veri Pontificis) obtinuerunt, ut ſibi concederetur Cœnobium aliquod ſolitarium, in quo à turbis ſemoti vivere poſſent ſecundùm regulæ puritatem. Mox imperante Angelo, Fr. Ioannes Philippi præfatæ Provinciæ Miniſter eis humaniſſimè tribuit Conventum Mirabelanum Diæceſis Pictavienſis, in quo adjunctis aliis fratribus ſui chariſmatis æmulatoribus, ſummâ laude, & religioſâ quiete, dum vixit prædictus Miniſter, perſeverarunt. Infra paucos annos Anti-Pontificum Clementis, & Benedicti authoritate, procerumque favore, undecim loca infra limites Provinciarum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ (uti teſtantur acta Concilij Conſtantienſis ſeſſ. 19.) huic ſuo laudabili inſtituto aggregarunt. Defuncto Ioanne Philippi, qui ſummoperè illis faverat, iis è locis, quæ tunc poſſidebant, præſertim à Mirabelano deturbati ſunt. Quapropter Miniſter Generalis, qui tunc erat, illarum partium, authoritate Benedicti XIII. ablata domicilia non ſolum reſtituit, verùm etiam eis præfecit ſub Commiſſarij, aut Vicarij titulo Fr. Thomam de Curte, qui pium inſtitutum promoveret, & Religioſos ab Adverſariorum moleſtiis liberaret. Supervenit poſtea alia procella ſub Alexandro V. & Ioanne XXIII. ſub qua fluctuarunt, uſque ad Concilium prædictum Conſtantienſe, in quo tandem ſolidiùs jacta ſunt fundamenta Regularis Obſervantiæ in Gallia, uti ſuis locis enarrabimus.

Conventus Mirabelanus fuit omnium primus Regularis Obſervantiæ in Gallia; atque inde ad alios tranſiſſe reformationem, conſtat ex Concilio Conſtantienſi, in quo cum decerneretur, quid agendum eſſet circa Fratres, & domos

domos hujus novæ plantationis, deputatis Vicarijs, qui eos regerent, præceptum eſt, ut eis reſtitueretur, & aggregaretur Conventus Mirabelanus, quem (inquit Concilium Conſtanſienſe ſeſſ. 19.) *Volumus,& expreſsè ordinamus, cura, & regimini prædictorum Vicariorum ſubeſſe,ea ex cauſa, ut ſicut in eo hac ſtricta regularis obſervantia in partibus illis ſumpſit exordium, ita in illo tanquam in aliorum ſpeculo ſemper eluceſcat.* Poſtremò tamen graſſante in Gallia hæreſi Calviniſtarum,bis ab impijs ſectarijs hic locus ſuccenſus eſt;reliquiæ,res ſacræ, ac vetuſta quæque monumenta partim combuſta, partim nefariè conculcata, Fratres varijs tormentis, & preſſuris excruciati. Inter hos eluxit conſtantia,& pietas Fratrum Nicolai Clementeau, & Ioannis Thoringe Sacerdotum, qui mortem viriliter ſuſtinere potiùs, quàm Sacræ Euchariſtiæ Sacramentum abjurare, elegerunt, ſicque tandem crudeliter occiſi illuſtre Fidei Teſtimonium Chriſto Domino exhibuerunt. Domum reædificavit anno 1577. Chriſtianiſſimus Princeps Ludovicus Borbonius Dux Montis Penſerij.

In Aquitania verò anno 1402. pullulare cæpit novæ reformationis deſiderium, & Fr. Petrus de Villa Nova à Bonifacio IX. Pontifice impetravit, ut ſibi, alijſque ejuſdem ſpiritus viris unam, vel alteram Domum de licentia Generalis Miniſtri conſtruere, vel ab eodem Miniſtro recipere liceret, in qua ſecundùm veram Regulæ obſervantiam poſſent Altiſſimo famulari; diplomatis tenorem exhibeo.

Vuad.tom. 5. 1402. n.10.

### BONIFACIVS PAPA IX.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid.in Regeſt. bul. 53.Bonif. IX.

SAcrę Religionis, ſub qua dilecti Filij Petrus de Villa Nova, & nonnulli alij Fratres Ducatus Aquitaniç, Ord. Fratrum Minorum profeſſores, devotum, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas,ut votis ipſorum, illis pręſertim, quę divini cultus, augmentum, & pręditi Ordinis propagationem concernunt, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sanè petitio pro parte Petri, & Fratrum pręditorum nobis nuper exhibita continebat, quòd ipſi attendentes profeſſionem,& votum,quibus ſe Domino voluntariè obligarunt de obſervanda ſpiritualiter Regula B. Franciſci, quæ in plerìſque partibus non ſervatur, ut expedit, deſiderant ex intimis deſiderijs Cordis, ſub obedientia,& voto jam præmiſſis in aliquibus locis aptis, & convenientibus, & in dicto Ducatu unam, vel duas Domos ejuſdem Ordinis conſtructas recipere, vel de novo conſtruere, & ædificare, ut in illa, ſeu illis, tàm ipſi, quàm alij, qui à Domino fuerint inſpirati, Regulam ipſam, prout à præfato Confeſſore Ordinata cenſetur, & per nonnullos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros approbata, & declarata exiſtit, obſervare valeant, & ſecundùm ipſam vivere, & Altiſſimo perpetuò famulari. Quare pro parte dictorum Petri, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,ut ipſis unam,vel duas Domos cõſtructas in dicto Ducatu conſiſtentes, dilecti Filij Miniſtri Generalis dicti Ordinis accedente conſenſu, recipiendi alioquin unam, vel duas Domos eis aptas, & convenientes in locis ad id congruis, & honeſtis, cum Eccleſijs,Cæmeterijs,Campanalibus, Campanis, Domibus, & alijs neceſſarijs Officinis pro uſu, & habitione Fratrum prædictorum conſtruendi, & perpetuò retinendi, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, & dicti Ordinis propagationem intenſis deſiderijs affectamus, ac ipſorum Petri, & Fratrum pium propoſitum plurimùm in Domino commendamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictis Petro, & Fratribus,ut duas Domos dicti Ordinis conſtructas in Ducatu prædicto cõſiſtentes, ſi eis per præfatum Miniſtrum concedantur: alioquin eis unum, vel duo loca in eodem Ducatu, in locis tamen congruis, & honeſtis ubicumque recipere, & in eis unam, vel duas Domos cum Eccleſijs, Cæmeterijs, Campanilibus, Campanis, Domibus, & alijs neceſſarijs officinis de novo conſtruere, ac illa pro uſu, & habitatione hujumodi Fratrum, qui dictam Regulam ſpiritualiter, prout à præfato Confeſſore odinata, & ut pręmittitur, approbata, & declarata exiſtit, obſervare intendunt, perpetuò retinere, juribus tamen &c. ſaluis. fel. rec. Bonif.

Papæ

Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibente &c. mentionem, & alijs conſtitutionibus non obſtantibus quibuſcumque; &c. liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia, tenore præſentium elargimur. Eiſdem Petro, & Fratribus nihilominus, de uberiori dono gratiæ concedentes, quòd ipſi, & alij Fratres dicti Ordinis,qui in dictis Domibus pro tempore morabuntur, omnibus privilegijs, indulgentijs, libertatibus, immunitatibus, & litteris Apoſtolicis gaudeant, & utantur, quibus alij Fratres dicti Ordinis in alijs Domibus dicti Ordinis commorantes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur. Et inſuper Petro, & Guardianis, ſeu Fratribus præſentibus in dictis Domibus, ut præmittitur, recipiendis,qui pro tempore fuerint, quoſcumque Fratres dicti Ordinis illarum partium, qui damnatæ memoriæ Roberto olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum &c. publicè, & notoriè adhæſerunt &c. plenam, & liberam concedimus facultatem &c.Forma autem dictæ Regulæ talis eſt videlicet. *Ego &c. nulli &c.* Dat. Romæ apud S. Petrum 13. Kal Maij an. XIII.

Ibid.1409. n.14. Has omnes facultates revocavit Alexander V. ex Ord. Minorum aſſumptus, ſtatimatque Eccleſiæ gubernacula ſuſcepit. Antequam verò diplomatis tenorem adducam, ut qua intentione ad revocationem hujuſmodi devenerit, innoteſcat; advertendum, quòd ipſe inter primarios Religionis viros, omnigenâ ſcientiâ clarus, vitæque innocentiâ conſpicuus, utpote qui ſummos inter ſui ęvi Theologos, & Concionatores, primùm Pariſijs, deindè Mediolani ab excellentia doctrinæ notiſſimus inter Galeatij Mediolanenſium Ducis Conſiliarios primus, & juriſdictionis arbiter ad plures Epiſcopatus, nec non ad Sacram Cardinalium purpuram ex ſolo meritorum intuitu evectus; ignorare non poterat, quęnam eſſet ſuæ, ſuorumque conſodalium profeſſionis obligatio, aut qui ſua tunc temporis in Religione ſtatus, rerumque conditio. Hiſcè ſuppoſitis, ſupplicatus ipſe in ſui Pontificatus initio pro concedendis Conventui Chamberiacenſi in Sabaudia nonnullis diſpenſationibus in facto paupertatis; expedicto brevi, *Sacræ Religionis &c.* Dat. Piſtorij pridie Kal. Ianua. conceſſit quidem, ut eleemoſynas, legata &c. recipere valeant, in Apoſtolicis Nicol. III. & Clem. V. Decretalibus Regulæ expoſitionibus, atque in Ordinis ſtatutis ſpecialiter quoad hoc diſpenſando; illo tamen excepto, nè bona immobilia, & conſequenter cenſus, annuoſque proventus admitterent. Volebat ergo doctiſſimus, æquè ac pijſſimus Pontifex, ut univerſus Ordo in Regulæ puritate, ac obſervantiâ conſervaretur. Vnde non ex Reformationis odio, ſed ex reformandi totius Ordinis deſiderio revocationi prænotatæ conſenſiſſe non dubitatur. Cum enim ex occaſione ſchiſmatis Religiones univerſæ fuiſſent in ſectas diviſæ, alijs Romano, alijs Avenionenſi obtemperantibus, ut efficaciori profectù ad extinguendum ſchima procederet, prudentiſſimè voluit, ut Religioſæ ſodalitates ad unitatem priſtinam ſub unius Præſidis gubernio reverterentur; & ſi ad abolendam novam Congregationem credi poſſit, illos reſpexiſſe, qui litteras hujuſmodi ſupplicarunt. Itaque pro Minoribus, ut omnes omnino ſub uno viverent capite, nulloque favore poſſent exemptionis privilegium habere, ſequentes litteras expedivit. Vuad.t.5. in Regeſt. Bull. 13. Alex. V.

## ALEXANDER PAPA V.

*Ad futuram rei Memoriã*

ORdinem Fratrum Minorum &c. Quamvis cum ſecundùm ipſius Ordinis obſervantias, & inſtituta regularia hujuſmodi, votum obedientiæ inter cętera præcipuum, & ejuſdem Ordinis firmamentum principale exiſtat, præcipiaturque omnibus, & ſingulis fratribus ejuſdem Ordinis, ut ſuis Generali, & Provincialibus in omnibus,quæ animæ ſaluti, & iſtitutis prædictis non repugnant, obediant; & neque domum aut locum, ſeu rem aliam quamcumque ſibi approprient, unius formæ habitum, juxta ordinationes dicti Ordinis geſtent, & ſuis Cuſtodibus ejuſdem Ordinis ſint ſubjecti; pertineatque ad hujuſmodi Miniſtros dumtaxat, ſeu ad Cuſtodes, vel alios Fratres ipſius Ordinis, quibus ijdem Miniſtri, ſuper hoc commiſerint vices ſuas, ſæcularium perſonarum ad dictum Ordinem, ſeu Novitiorum ad ipſius Ibid.bulla 7.

ipſius Ordinis profeſſionem receptio. Tamen, ſicut dupliciter accepimus, nonnulli ex fratribus ipſis, ſui voti tranſgreſſores, abſque ipſorum Miniſtrorum commiſſione, ſeu conſenſu, imò contra ipſorum Miniſtrorum prohibtionem ſæculares perſonas ad Ordinē, & Novitios ad profeſſionem hujuſmodi recipere, ac loca ipſius Ordinis jam forſan ædificata, vel quæ ædificari procurant, ab alijs dicti Ordinis Fratribus omninò ſeparatim inhabitare, Vicarium quoque de eorum ſocietate ſibi retinere, alterius verò formæ, habitum geſtare præſumpſerunt, & præſumunt, prętendentes, ut præſumitur, ad hæc, ſeu aliqua eorum ab iniquitatis alumno Petro de Lunâ olim in ſua obedientia Benedicto XIII. nominato, ſeu à perditionis Filio Ioanne Berdolim Fratre, dudum pro Miniſtro Generali dicti Ordinis ſe gerente, ſpecialem habere licentiam, & ab ipſorum Miniſtrorū, & aliorum Superiorum ſuorum obedientia prorſus exemptos, & immunes. Nonnulli etiam ex eiſdem Fratribus, ut fræno laxato obedientiæ debitum fugiant, per ſe, ut ab hujuſmodi obedientia eximantur, ſeu ad ſtandum extra eorum domum, vel ſeparatim à Conventibus dictorum Fratrum, in domibus, ſeu locis particularibus, vel ad inſiſtendum ſervitijs Principum, vel aliarum perſonarum contra obſervantias, & inſtituta prædicta licentientur, per Reges, Principes, ſeu alios Dominos, vel Dominas, ſeu perſonnas ad Romanum Pontificem, aut alios eorum Superiores ſcribi, & ſupplicari per ſe, vel alium, ſeu alios faciunt, & procurant: & ſic in Ordine prædicto debitum obedientiæ pervertunt, unitatem ſeparant, & vinculum diſſoluunt Charitatis in magnam ejuſdem Ordinis confuſionem, & etiam læſionem. Nos igitur ipſius Ordinis odoriferam famam, & integritatem ſingularis affectionis Zelo conſervari, ac ſuper præmiſſis, quantùm nobis ex alto permittitur, providere cupientes, omnes, & ſingulas exemptiones, & alias conceſſiones, & litteras, quorumcumque tenorum exiſtant, quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis ſuper præmiſſis, aut alijs cōtra obſervantias, & inſtituta prædicta per Petrum de Lunâ, vel Ioannem Berdolim præfatos, quoquomodo conceſſas, & conceſſa, etiamſi de ipſis, & ipſarum toto tenore de Verbo ad Verbum præſentibus habenda foret mentio ſpecialis, quibuſcumque approbationibus, ſeu ordinationibus in Concilio Generali nuper in Civitate Piſan: celebrato, ſeu aliàs per Sedem Apoſtolicam, ſeu ejus authoritate editis, & alijs contrarijs nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium revocamus, & caſſamus, ac nullius eſſe decernimus roboris, vel momēti. Et nihilominus volumus, & eadē authoritate ſtatuimus, & ordinamus omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis præſentibus, & futuris, cujuſcumque etiam ſtatus, gradus, ſeu præeminentiæ, vel conditionis fuerint, ſub pœna excommunicationis, quam incurrant ipſo facto, diſtrictè præcipiendo mandamus, ut juxta Votum per eos emiſſum, ac obſervantias, & Statuta prædicta, Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus pręfatis parēre, & obedire debeant, & teneantur, ac realiter cum effectu pareant, & obediant; nec aliquam perſonam ſæcularem ad Ordinem, ſeu Novitium ad profeſſionem hujumodi, abſque ſpeciali commiſſione Generalis, vel Provincialium Miniſtrorum ſuper hoc pro tempore factam, recipiant; habitus juxta modum, & formam per fæl. rec. Ioannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum ſuper hoc ordinatos geſtent; nec præſumant per ſe, vel per alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè litteras quaſcumque promotorias, ut ab eorundem Miniſtrorum, & aliorum Superiorum obedientia eximantur, vel aliàs qualitercumque contra hujuſmodi obſervantias, & Statuta quovis quæſito colore licentientur, à Regibus, Principibus, aut alijs quibuſcumque Dominis, vel Dominabus, ſeu perſonis ad Romanum Pontificem, ſeu ad alios eorum Superiores procurare, vel impetrare, aut undecumque procuratas recipere, ſive eiſdem procuratis, eis oblatis, vel exhibitis uti præſumant, ſed eis penitus renuncient: ac alios ejuſdem Ordinis Fratres, & perſonas quaſcumque Regulares, aut ſæculares tales litteras impetrare, ſeu procurare volentes impediant, juxta poſſe. Volumus etiam, quòd hujuſmodi noſtri ſtatuti, & ordinationis tranſgreſſores ab hujuſmodi excommunicationis ſententiâ, niſi per Generalem, vel Provin

Provinciales Miniſtros, ſub quibus tranſgreſſores ipſi fuerint, dumtaxat, abſolvi valeant, ita, & taliter, quòd ante omnia ſe Generalis, & Provincialium Miniſtrorum obedientiæ ſubmittant eorundem. Nulli ergo, &c. Datum Piſis VIII. Kalen. Octobris anno primo.

Hæ ſunt illæ Alexandri litteræ, quas in favorem novæ reformationis Gallicanę in Conſtantienſis Concilij decreto revocatas fuiſſe legimus; Quamvis rogante Antonio Pyreto Miniſtro Generali jam ipſas à Ioanne XXIII. anno 1414. confirmatas etiam fuiſſe conſtaret, ex datis litteris, quas ſtatim appono; quibus omnem ſciſſuram, varietatem habitus, novorumque Conventuum conſtructionem, qui Miniſtris Provincialibus ex integro non ſubeſſent; aliaque hujuſmodi graviùs interdixit.

IOANNES PAPA XXIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vuad. t. 5. Reges. 1414. Bull. §. 5. HIs quæ pro ſtatu pacifico &c. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Antonij de Pyreto, Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoris, ac ejuſdem Ordinis Miniſtri Generalis, petitio continebat, quòd olim fæl: rec: Alexander Papa V. Prædeceſſor noſter nonnullas litteras Apoſtolicas, & indulta in favorem, & pro incremento, & obſervantiâ regularium inſtitutorum Religionis, & Ordinis prælibati gratioſè conceſſit, & indulſit Ordini ſupradicto, prout in ipſis litteris, quarum tenorem de verbo ad verbum fecimus annotari, pleniùs continetur. Quare pro parte ipſius Antonij nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro fælici ſtatu, & obſervantia Ordinis ejuſdem, litteris ejuſdem prædeceſſoris, ac omnibus in eis contentis robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras præfati prædeceſſoris, & omnia, & ſingula in eis contenta, & quæcumque inde ſecuta, rata habentes, & cognita ex auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus &c. Volentes, ac etiam eadem auctoritate ſtatuẽtes, quòd Miniſtri Provinciales in ſuis Provinciis, & Conventibus pro tempore exiſtentes, fratres volentes Regulam ipſius Ordinis ſecundùm Deum ſervare, non poſſint, aut debeant quomodolibet impedire: quòd ſi oppoſitum egerint, correctioni, ac judicio Generalis Miniſtri dicti Ordinis, & pro tempore exiſtentis, de Conſilio tamen duorum, vel trium proborum dicti Ordinis Profeſſorum præfata auctoritate decrevimus ſubjacere. Tenor autem litterarum ipſius prædeceſſoris ſequitur, & eſt talis: *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ordinem Fratrum Minorum &c. ( ut habetur in Bulla 7. Alexandri V. ) ſub Datum Piſis, 8. Kalend. Octobris, Pontificatus noſtri anno primo:* Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, communicationis, voluntatis, ſtatui, & cõſtitutionis &c. infringere. &c. Datum Bononiæ, quinto Kalend. Auguſti anno quinto.

Tandem deductis tumultibus ad Patres Concilij Conſtantienſis, & propoſitis multis quærelis, quæ habentur in monumentis Ordinis, commiſſa fuit cauſa Iordano Cardinali, Ordinis Protectori, Epiſcopo Albanenſi, & Petro Aliacò Cardinali Cameracenſi, aliiſque doctis, & probis viris, qui valdè propenderunt in partem ſtrictoris vitæ Profeſſorum, tandémque ex Decreto Concilij ſeſſ. 19. edita eſt hæc conſtitutio. Vuad. t. 5. 1415. n. 7.

*Sacro-Santa, & Oecumenia Conſtan. Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregat. dilectis Eccleſiæ filiis, Generali & Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus cæteriſque Ordinis Minorum profeſſoribus, ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem.*

SVpplicationibus perſonarum, quæ voto Religionis ſunt adſtrictę, illis præſertim liberaliter annuimus, quas ad finem intendere conſpicimus, per quem perſonæ ipſæ ſub placida tranquillitate juxta ſuam profeſſionem quieſcant, ac ſedulum, & tranquillum in humilitatis ſpiritu reddere valeant Domino famulatum. Nuper ſiquidem ſupplicatio, pro parte Religioſorum virorum Guardianorum, & fratrum veſtri Ordinis, Conventuum videlicet Sagienſis de S. Audomaro Morinenſis Diæceſis; de Varennis Remenſis; de Dolà Biſuntinæ, de Valle Cenomanenſis; de Elicio Nannetenſis; de Ambaſia Turonenſis, de S. Ioanne Angeliacenſis Xantonenſis; de



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Bercorio, de Choleto, & Fontiniaco communitatis Maleacenſis Diœceſis, infra Provincias Francię, Burgundiæ, & Turonenſem, juxta modum dicti Ordinis exiſtentium, nobis humiliter præſentata continebat, quòd divina cooperante clementia, temporibus his noviſſimis regularis obſervantia veſtri jam dicti Ordinis in præfatis Conventibus inceperat vigere, ſed variis obſtantibus impedimentis per Miniſtros, & Cuſtodes illarum Provinciarum eis præſtitis, in ipſa ſtricta obſervantia non mediocriter impediebantur, quorum impedimentorum occaſione multa ſcandala pullulabant: humiliter, & devotè ſupplicantes, quatenùs eis de remedio opportuno providere dignaremur. Nos igitur eorum ſupplicationibus tanquam juſtis benignè annuentes, cupientesque multa ſcandala veſtri Ordinis tollere, atque unitate in ea conſervata, Fratres in pacis dulcedine conſervare, ſtatuimus, & decernimus eiſdem ſupplicationibus fore providendum, ut de facto tenore præſentium eis providemus, juxta formam per Reverendiſſimos Patres Dominos, videlicet Iordanum Albanenſem de Vrſinis, ipſius Ordinis Protectorem; & Petrum tituli S. Chryſogoni Presbyterum Cardinalem Cameracenſem, vulgaritèr nuncupatos S.R.E. Cardinales, & alios ex parte hujus ſacri Cõcilij ſuper hoc deputatos ſpecialiter aviſatam, ordinatam, & traditam, atque per Religioſum Virum fratrē Ioannē Rocca, in ſacra Pagina Profeſſorem, & Vicarium Miniſtri Generalis antedicti, unâ cum aliis pluribus Magiſtris, & diſcretis Patribus ipſius Ordinis ex unâ parte, & fratres prænominatos Conventus repræſentantes ex alia concordatam, videlicet quòd fratres Conventuum prædictorum de cætero, & quouſque aliud ſuper hoc per ſacrum Concilium generale fuerit ordinatum, poſſint, & valeant quilibet in ſua Provincia eligere de ſua ſtricta obſervantia nnum fratrem idoneum, quem in ſcriptis Miniſtro illius Provinciæ præſentatum, ipſum dictus Minicter infra triduum, poſt hujuſmodi præſentationem, ſuum Vicarium conſtituere debeat ad ipſos regendum in ſolidum, loco, & vice ejus, & eis providendum in omnibus quibuſcumque, & ipſis modis, quibus ipſe Miniſter Provincialis etiã providere poſſet, ita quòd de ipſorum fratrum regimine in nullo poſſint ſe intromittere dicti Provinciales, vel Cuſtodes, ſed ad ipſos Vicarios cura, & correctio eorum omnino pertineat, excepto quòd ad ſuæ ſuperioritatis cognitionem Miniſter Provincialis ipſos poſſit, ſi voluerit, viſitare in propria Perſona, & tunc punire de conſenſu majorum, & diſcretorum Conventus, in quo fiet hæc viſitatio, quidquid punitione dignum repererit; quem ſi conſtituere renuerit modo prædicto, ex tũc conſtitutio ejuſdem præſentati ad Vicarium Miniſtri Generalis inferiùs annotatum devolvatur, & pertineat abſolutè. Qui quidem Vicarij huiuſmodi trium Provincialium poſſint, & debeant unâ cum fratribus diſcretis ſibi ſubditis, & formâ ſolitâ, inſimul eligere inter ſe unum alium fratrem, ad hoc ſufficientem, & idoneum, pro eorundem Vicariorum correptione, & totius hujus ſtrictæ obſervantiæ, in prædictis Provinciis meliori regimine, quem per eos in ſcriptis Miniſtro Generali Ordinis, qui erit pro tempore, humiliter præſentatum, ipſum Miniſter ſuper illos ſuum Vicarium conſtituere infrà triduum poſt illam præſentationem benignè debeat, & charitatívè: alioquin ipſo triduo tranſacto, ſit, & habeatur Vicarius ipſius Generalis authoritate ipſius ſacri Concilij conſtitutus. Qui quidem Vicarius Gēneralis, in ſua Congregatione, vel aliàs ſolus debeat, & poſſit Vicarios prętactos (quoties opus fuerit) punire, & ipſis, ac fratribus aliis ſibi ſubditis providere in omnibus quibuſcumque caſibus, quibus Miniſter generalis eis potuiſſet providere, ne ipſos, ut ſæpiùs contingit, quoties Generali Miniſtro indigent, longiùs oporteat evagari. Et pro hac vice primariâ conſtituimus in præfatum Generalis Miniſtri Vicarium Fr. Nicolaum Rodulphi, apud nos de hac obſervantia laudabili, ac diligentia ſolerti multipliciter commendatum: quem volumus poſſe deponi quoties Vicariis & aliis fratribus diſcretis ſæpè dictis videbitur expedire. Poſſit tamen Generalis Miniſter, qui eſt, & qui erit pro tempore, ipſos fratres, & Conventus in ſuâ perſonâ, quoties voluerit, viſitare, prælibato Vicario non obſtabte, & punire, ſi quid in dicta viſitatione puniendum

dum reperiret, ſicut moris eſt in Ordine, & aliàs facere conſuevit. Veruntamen non intendimus, quòd prædicti Vicarij propter mortem, aut depoſitionem illorum, quorum vice funguntur, poſſint à ſuis officiis removeri, vel in eis impediri, niſi ſuper hoc aſſenſus majorum, & diſcretorum ſibi ſubditorum priùs intervenerit, ad quos ſemper eos deponere,& alios eligere, antedictis Generali,Provincialibuſque Miniſtris præſentare, modo, & forma præmiſſis (quoties fuerit opportunum) volumus,& decernimus pertinere. Inſuper poſſit,& debeat ipſe Ganeralis Vicarius, & ſui ſucceſſores, Conventus ſibi pro tempore ſubditos, ad ſtatum dictæ ſtrictæ obſervantiæ conſonum, juxta declarationes, & ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, & Ordinis reducere, tollendo quaſcumque ſuperfluitates, ſive ſint in rebus mobilibus, ſive immobilibus, quantùm fieri poterit bono modo, habito ſemper conſilio majorum, & diſcretorum ſibi obedientium, eligendo (ſi opus fuerit) aliquos fideles, qui ipſas ſuperfluitates authoritate hujus ſacri Concilij vendant, commutent, aut aliàs in piis operibus convertant. Inſuper ſtatuimus, quòd omnes,& ſinguli Conventus prædictarum Provinciarum, quoties majori, vel ſaniori parti fratrum in eis exiſtentium placuerit, ad hanc ſtrictam obſervantiam ſe reducere, & Vicariis antedictis ſe ſubdere, hoc liberè facere poſſint,& etiam ſinguli fratres cujuſlibet Conventus dicti Ordinis, contradictione cujuſcumque non obſtante; à quorum Vicariorum obedientia, & ſubjectione, nullus exire poſſit ſine ſpeciali licentia Vicarij Generalis antedicti. Non tamen per hoc intendimus, quin Fratres, & Conventus, qui voluerint, poſſint ſecundùm hanc ſtrictam obſervantiam vivere, manendo etiam immediatè ſub cura Miniſtrorum Provincialiũ,exceptis tantùm prænominatis Conventibus, & Conventu de Mirabello Pictavienſis Diœceſis, quem volumus expreſſè, & ordinamus curæ, & regimini prædictorum Vicariorum ſubeſſe; & ex causâ, ut ſicut in eo hæc ſtricta obſervantia regularis in partibus illis ſumpſit exordium, ita in illo tanquam in aliorum ſpeculo, ſemper elueſcat. Cæterùm cum, juxta ſententiam ſapientis, volatilia ad ſibi ſimilia libenter conveniant, ſtatuimus quòd quando Fratres hujuſmodi obſervantiæ, peregrinationis ſtudio, vel aliàs per mundum proficiſcuntur, ad loca Conventus Communitatis Ordinis declinent, ſi voluerint; ad alia verò loca Fratrum in obſervantia ſibi ſimilium, ſemper declinare teneantur, juxta quod in ſtatutis Ordinis continetur. Inſuper quilibet Provincialis Miniſter Provinciarum præmiſſarum Vicario Generali ſæpè dicto pro præſenti duos Conventus in ſua Provincia fideliter aſſignet, aptos ad manendum, munitos libris, & alijs rebus pro cultu divino, quoties ab eodem Vicario,per litteras,aut aliàs in ſuo Provinciali Capitulo fuerit requiſitus, eligendos per ipſum Provincialem; ita quòd propter hanc aſſignationem mobilia quæcumque dictis Conventibus pertinentia quomodocumque non debeant abigi, ſeu ſegregari ſecundùm diſpoſitionem Cardinalis Protectoris veſtri Ordinis. Et ſi contigerit,quòd Miniſtri Provinciales,& Cuſtodes,vel alij expulerint, vel ejecerint fratres hujuſmodi obſervantiæ,ab aliquo,ſeu aliquibus Conventuum prænominatorũ à quindecim Menſibus citra violenter, & alios loco eorum ibidem collocaverint, vel mobilia ad ipſos Conventus, vel aliquem ipſorum ſpectantia deportaverint: volumus, & mandamus diſtrictè, prædictos Fratres indilatè recedere,& exire à dicto Conventu, mandantes tenore præſentium prælibato Vicario Generali, quatenus authoritate noſtra omnibus modis, quibus fieri poterit, honeſtè, & licitè, ipſos exire, & prædicta bona reſtituere, compellat per cenſuras Eccleſiaſticas,& alios Fratres,& ſubditos ſuos ibidem de novo collocando, omnibus quibuſcumque diſtrictè prohibendo,nè quis eum ſuper hoc impedire præſumat, ſub excommunicationis pœna; ſed magis ei præbeat unuſquiſque ſuper hoc requiſitus per ipſum potiùs auxilium, & juvamen. Statuentes ulteriùs,nè deinceps Fratres hujuſmodi ſtrictæ obſervantiæ,fiant Cepellani honoris, vel maneant continuò in domibus ſæcularium causâ confeſſionis, vel aliâ, citra tamen aliorum Fratrum veſtri Ordinis præjudicium, ne forſan fræno obedientiæ laxato, vel profana converſatione, Fervor devotionis eorum tepeſcat. Præcipimus inſuper,& mandamus

mus diſtrictè in virtute S. Obedientiæ omnibus,& ſingulis Fratribus Conventuũ prædictorum,& alijs in futurum ſub cura, & regimine prætactorum Vicariorum cõſtitutis,quatenus ipſis firmiter obediant, & pareant cum effectu in omnibus, in quibus Fratres illius Ordinis ſuis Generalibus, & Provincialibus Miniſtris obedire debent, aut tenentur. Cæterùm, cum prædicta ſint de voluntate partium (ſicut præfertur) per nos ſtatuta, & ordinata, diſtrictiùs inhibemus omnibus, & ſingulis Miniſtris, & Cuſtodibus, qui ſunt, & erunt in futurum, & alijs Fratribus veſtri Ordinis, nè occaſione controverſiæ priùs ſuper his motæ, ut proſecutionis in præſenti Concilio factæ, aut aliâ quavis causâ Fratres de hac obſervantia præſentes,vel futuros inquietent, moleſtent, vel affligant, ſeu eorum Vicarios, vel de Secta nova, vel reprobata quomodolibet vocent. Nec etiam Fratres dictæ Obedientiæ alios Fratres veſtri Ordinis, infament, aut elęemoſynas, aut oblationes ſibi dandas impedire præſumant. Quòd ſi de cætero alij ab alijs facto circa præmiſſa, aut eorum aliquid, hinc inde injuriati fuerint manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arreſtando, libris ſpoliando, aut aliàs maculam hæreſis falsò imponendo, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrant injuriatores, à quâ non poſſint, articulo Mortis excepto, abſolvi, niſi per eundem Cardinalem, qui pro tempore hujus Ordinis erit Protector. De cætero verò levioribus iniurijs verbalibus, omnes quicumque fuerint in hoc culpabiles deprænhenſi, per eorum Prælatos puniantur, circa præmiſſa ſententiarum fulminationibus, aut appellationibus interpoſitis, & litteris Alexandri V. & earum confirmatione non obſtantibus,quas tenore præſentium revocamus,caſſamus, & annullamus,ac nullius roboris,vel momenti declaramus, & alijs quibuſcũque ſtatutis Apoſtolicis,vel hujuſmodi Ordinis in contrarium æditis non obſtantibus. Nulli ergo &c. Dat. Conſtantiæ 9. Kal. Octob. 1415. Apoſtolica Sede vacante.]

Ibid.n.8. Circa hujus decreti ſubſtantiam aliqua conſideranda notavit Vuadingus hìc n. 8. Primò veriora Conventuum nomina in pluribus Codicibus corrupta recenſet, Sagienſis de ſancto Audomaro, de Varennis, de Dola, della Valle, de Cliſſio, de Ambaſia, de S. Ioanne Angeriæ, de Bercorio, de Coletto, de Fontiniaco Comitis, & de Mirabelo. Secundò errare noſtros Codices in Anno, qui communiter ſcribunt annum 1414. Apoſtolica ſede vacante, cum nempè ſub illo tempore fuerit depoſitus Ioannes XXIII. neque etiam adhuc inceptum fuerit Concilium. Tertiò in eo errare Marianum, quòd aſſerat, Ioannem de Roccha, ſive de Rota in decreto nominatum, Vicarium fuiſſe Fratrum obſervantum, & pro eis pugnaſſe, cum nihil minus feciſſet, ſed contra egiſſet, tanquam Vicarius Miniſtri Generalis inſtitutus, pro toto Corpore Religionis, & ibi Conſtantiæ relictus, dum ipſe Miniſter aliò ad negotia Religionis obeunda recederet. Quartò errare eos, qui ante hoc tempus, Vicarium Generalem habuiſſe Fratres Obſervantes in Gallia contendunt; cum ipſum Concilium aſſerat, Fratrem Nicolaum Rodulphi à ſe nominatum primum fuiſſe. Fuerunt quidem alij duo Vicarij, Fr. Thomas de Curte, & Fr. N. de Britannia, ſed non Vicariorum Generalium nomine cenſebantur. Quintò non minus allucinari eos, qui conſtitutionem hanc ad univerſum Ordinem extendunt, & pro omnibus Provincijs editam affirmant, cum pro tribus dumtaxat ſupranominatis fuerit promulgata. Vltimò demùm notat, ab hoc decreto initium, & fundamentum habuiſſe nomen Regularis Obſervantiæ. Alij verò dicuntur in eodem decreto Fratres de Communitate. Addo, & ego, poſt graviſſimam cauſæ diſcuſſionem, de conſenſu partium expeditum fuiſſe diploma.

Nicolaus Rodulphi à Patribus Concilij Conſtantienſis inſtitutus Vicarius Generalis ſuper Conventus Regularis Obſervantiæ Provinciarum Franciæ anno 1416. convocavit ad Cõmitia Superiores, & præcipuos Patres Turoniæ &c. multa conſtituit huic novæ reformationi ſtabiliendæ neceſſaria. Expletis Comitijs acta tranſmiſit ad ſingulos Conventus, præmiſſa hac inſcriptione: Ibid.1416. n. 8.
[*Dilectiſſimis in Christo Patribus, & Fratribus, Rectoribus, cæteriſque Conventuum Fratrum Minorum de S. Audomaro de Sagio, de Varennis Provincia Franciæ, de la Valle*

*Guido*

*Guidonis, de Mirabelo, de Cliſſio, de Cholete, de Fontiniaco Comitis, de Bercorio, de Ambaſia Provincia Turoniæ; de Dola, de Ciriaco Provinciæ Burgundiæ &c. Fr. Nicolaus Rodulphi ſuper eoſdem Conventus, & quoſdam alios in præfatis Provincijs Reverendiſſ. P. Miniſtri Ordinis Minorum, Generalis Vicarius, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.*]

Vt ergo, nec numero, nec authoritate proficiebāt Obſervantes, benè habiti sūt ab Ordinis cōmunitate; ut autem eos exceſcere viderunt, in eorum deſtructio nē cæperunt univerſaliter machinari. In Gallia primùm anno 1418. Conventus Angeliacenſis à Concilio Conſtantienſi connumeratus inter eos, qui regularem profitebantur Obſervantiam, fortaſſe

Ibid. 1418. n.40. Et in Reg. fol.61. bul. 14. Mart.V.

Nicolai Rodulphi Vicarij à Concilio deſignati, regimen detrectans, vel aliunde motus, voluit conjungi ſeneſcentis inſtituti Communitati, & Vicarij jugum excutere. Controverſiam commiſit Pontifex Epiſcopo Santonenſi decidendam, dato brevi per ipſum Pontificem Martinum V. *Exhibita nobis &c.* 12. Kalen. Iulij. Ex hac ergo prætenſa de Conventu Angeliacenſi victoriâ publicare voluerunt Patres Galli, revocata eſſe per Martinum V. Concilij Conſtantienſis pro Obſervantibus decreta: Verùm Guillelmus Voſſelini ſanguine, & doctrinâ conſpicuus, quarto jam Menſe inter Turonenſes obſervantes novitius, ſæculari habitu cum licentiâ reaſſumpto, Romam veniens tanta prudentia, & authoritate negotium in Curia Apoſtolica pertractavit, ut Martinus ipſe novo ſuo decreto, nunquam revocatum fuiſſe Conſtan-

Vuad. t.5. 1420. n. 10.

tienſe declaraverit, & quarens opus eſſet, illud iterum Apoſtolica authoritate confirmaverit. Dato brevi *Romanum Pontificem &c. Nonis Maij* 1420. de quo alibi.

Ibid. 1435. n.12. eo ſeqq.

Interim verò Obſervantium exemptiones dum Fratres de Communitate nimiùm ſibi inviſas extirpare contendunt, præſertim virtute ſtatuti Martiniani anno 1430. in Aſſiſienſi Capitulo editi, illi è contra pro eis ſuſtinendis toto conatu adlaborant; creſcentibus exinde inter utramque partem tumultibus quotidie, atque diſcordijs; Carolus Gallorum Rex, & alij Principes ſuas præces inter poſuerunt apud Patres Concilij Baſileenſis nondum interdicti, ut opportunum adhiberent remedium. Illi dum adhuc verſarentur ſub obedientiâ Eugenij. IV. ſequentem ediderunt conſtitutionem, qua cofirmatum voluerunt decretum Concilij Conſtantienſis Obſervantibus ſummè favorabile.

[ *Sacro-Sancta Generalis Synodus Baſileenſis in ſpiritu ſancto legitimè congregata univerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad futuram rei memoriam.*

SIc refloruit hactenus in agro militantis Eccleſiæ inclyta Franciæ Domus, ſicque fructificavit in fidei ſinceritate, etiam præclara Principum, & Prælatorum Regni illius dovotio; ut gratiſſimè etiam ad ea, quæ pacem, ſtatum, & tranquilitatem eorum, qui in ſpiritu humilitatis virtutum Domino ſub regulari obſervantia famulantur, reſpiciunt, ſui auxilij favores extenderint. Vnde profectò votis ipſorum favoris dignæ duximus auditionis gratiam impartiri. Sanè nuper pro parte Cariſſimi Eccleſiæ Filij Caroli Regis Francorum, nec non nonnullorum dilectorum Eccleſiæ Filiorum Ducum, Principum, ac Prælatorum Regni Franciæ Nobis petitio exhibita continebat, quòd olim pro parte dilectorum Eccleſiæ filiorum Guardianorum, & Fratrum Conventuum de ſancto Audomaro Morinenſis; de Sagio Sagienſis; de Varennis Rhemenſis; de Dola Biſuntinenſis; de-la Valle-Guidonis Cenomanenſis; de Cliſſio Nannetenſis; de Ambaſia Turonenſis; de ſancto Ioanne Angeliacenſi Xantonenſis, de Bercorio de Cholero, & Fontiniaco Comitis Maleacenſis Diæceſum, Ordinis Fratrum Minorum intra Provincias Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ juxta modum dicti Ordinis exiſtentium, ſacræ Conſtātienſi Synodo expoſito. quòd, divina cooperante clementia, temporibus illis, ut dicebant, regularis obſervantia dicti Ordinis, in præfatis Conventibus incæperat vigere; ſed varijs obſtantibus impedimentis, per Miniſtros, & Cuſtodes illarum Provinciarum ejuſdem Ordinis, eis præſtitis, in ipſa obſervantia non mediocriter impediebantur; ex quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant. Et propterea eidem Synodo humiliter ſupplicarūt, ut ſuper hoc de remedio opportuno provideret: ipſaque eorum Guar-

dianorum, & Fratrum ſupplicationibus inclinata, ac cupiens ſcandala quæcumque de medio tollere, in quadam ſua ſeſſione publica, licèt inter cætera tunc nonnulla ſalubria, etiam perdictos Fratres dictorum Conventuum (impedimentis tàm Miniſtrorum, quàm Cuſtodum prædictorum, & quorumcumque aliorum ejuſdem Odinis Fratrum quibuſlibet ceſſantibus) ſub certis modis, & Forma, ac pœnis confectis, & expreſſis quouſque aliud ſuper hoc per Sacrum Concilium foret ordinatum, obſervanda ſtatuiſſet, & ordinaſſet, prout inConſtitutionibus,& decretis hujuſmodi, quorum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſis, pleniùs continetur. Tamen nõnulli ex dictis Miniſtris,& Præſidentibus Ordinis prefati, Decreta, & Conſtitutiones hujuſmodi parui pendentes, quædam ſtatuta, & ordinationes, per quæ decreto, & Conſtitutionibus prædictis, nec non Regulæ B. Franciſci, ac declarationibus Apoſtolicis in Corpore juris clauſis, ad laxationem, & remiſſionem obſervantiæ regularis Ordinis ejuſdem, in Aſſiſinenſi, & Bononienſi Capitulis eorum Generalibus ſucceſſivè, & noviſſimè celebratis, non parum derogatur, dicuntur per Legatum Apoſtolicum fieri procuraſſe, ac etiam edidiſſe, propter quæ nova inter Fratres Conventuum eorundem, maximè Provinciarum Franciç, Burgundiæ, & Turoniæ præmiſſarum, nec non Miniſtros, & Præſidentes prædictos diſſentionis materia extitit exorta, ac in hoc Sacro Concilio per eoſdem Fratres introducta, graveſque inde Fratres dictorum Conventuum ipſorum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ Provinciarum moleſtias, & diſtractiones patiuntur, ſcandala quoque in Clero, & populo diverſarum partium Regni prædicti ſuſcitantur, & majora, niſi ſuper hoc debitè provideatur, veriſimiliter incommoda ſuccedent. Quare pro parte ipſius Regis, qui ſcilicet ad Ordinem ipſum, & memoratos Fratres, permaximè tamen ad illos, qui regularem ejuſdem Ordinis juxta Conſtitutiones, & Decreta prædicta obſervantiam ſervant, ex qua ſperat, Domino propitiante, Regno, & populo ſuo quàmplurima bona proveniſſe, & provenire noſcuntur, devotum gerit affectum; Nec non Principum, & Prælatorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſcandalis, & diſſentionibus hujuſmodi obviare, & ſuper præmiſſis opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, quorum intereſt, nè noxia graviora ſuccedant, ſublato majore diſpendio, congruam in præmiſſis adhibere medelam, & paci dictorum Fratrum, obſervationique laudabilium conſtitutionum providere cupientes, cum ad plenariam, & finalem quæſtionis hujumodi deciſionem, generalemque Ordinis ipſius reformationem, quam ante hujus Concilij diſſolutionem duce Paraclito, facere (alijs in præſentiarum gravibus negotijs, quibus neceſſariò incumbimus, præpediti) diſpoſuimus; intendere nequeamus; Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula circa obſervationem regularem Fratrum Conventuum prædictorum, per ſacram Conſtantienſem Synodum antedictam, ſtatuta, decreta, ordinata, & hujuſmodi in ſuo robore pleno vigore, & firmitate perſiſtere debere, donec, & uſque per Nos, aut generale Concilium, aliud fuerit ordinatum, authoritate univerſalis Eccleſiæ tenore preſentiũ decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, ac volumus, quòd decreta, & conſtitutiones hujuſmodi interim irrefragabiliter obſerventur. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & ordinationibus Capitulorum ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quibuſcumqe firmitaribus alijs, roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo &c. Dat. Baſileę 7. Nonas Octobris anno 1435.

Itaque per Conſtantienſis, & Baſileenſis Conciliorum, nec non per Martini V. decreta in exemptione à Generalis, & Provincialium Miniſtrorum obedientia confirmati; maximè verò per Eugenij IV. defintivam Conſtitutionem ſub proprijs Vicarijs ſtabili firmitate cõſtituti, & numero, & pietatis famâ non mediocriter excreſcentes in Gallijs, Coletanæ etiam reformarionis profeſſores (qui, & non raro Obſervantes appellitari affectabant) non ſemel habuerunt magna ex parte adherentes, ut ſuprà diximus, qnãquam & illud ab obedientia Miniſtrorum exemptionis privilegium, cum non leviter illis negotium faceſſeret, eoſdem

In libr. præced cap. de Colet.

dem ſemper ſub Miniſtrorum juriſdictionem reduxerit; Quinimò etiam ipſi de familia, ſeu de Regulari Obſervantia nuncupati, non uno in loco vanis, ex eadem cauſa ſtimulis adacti ſeſe Miniſtris dedere cogitarunt, donec per novas Pontificum declarationes fuerint in illo ſub Vicariis vivendi modo de purâ Regulę obſervantia certiorati; ut infra ſuo loco dicemus. Alij verò ad majorem vitæ perfectionem, & duriorem pœnitentiæ rigorem anhelantes in Oceani Inſulis adinſtàr Eremitarum figentes tentoria, variis meruerunt gratiis à Pontifice inſigniri, ut in ſequentibus apparet.

NICOLAVS PAPA V.

Vvad. t. 5. 1448. bull. 33. Nicol. V.

*Dilectis filiis Univerſis, & ſingulis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia nuncupatorum; ſub obedientia dilecti filij Ioannis de Mauberto, ejuſdem Ordinis in partibus Ultramontanis Vicarij Generalis, in Inſulis maris, in Franciæ, & Turoniæ Provinciis circa Normandiæ, & Britanniæ partes, velut Eremitis, & peregrinis degentibus.*

MEntis, &c. Hinc eſt, quod Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, & veſtrûm cuilibet, & quandiu in Inſulis maris, in Franciæ, & Turoniæ Provinciis circa Normandiæ, & Britanniæ partes veluti Eremitæ, & peregrini de licentia, & conſenſu Patronorum, ac Dominorum locorum, ſeu Inſularum hujuſmodi Altiſſimo exhibueritis famulatum, omnibus, & ſingulis privilegiis &c. gaudentes, uti, frui, & gaudere valeatis, ac loca veſtra valeant; Conſtitutionibus &c. nequaquam obſtantibus &c. indulgemus; volumus tamen, quòd per hoc nullum vobis jus in locis, in quibus pro tempore morari contigerit; contra Dominos, & Patronos prædictos, quomodolibet acquiratur. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno &c. 1448. Nonis Aprilis &c. anno ſecundo.

## CAPVT IV.

*Regularis obſervantiæ in Hiſpanias introductio.*

QVanta fuerit ſemper in Ordine Minorum pro deſcribendis, & conſervandis operum ſuorum notitiis culpabilis negligentia; vel ex unica (ut interim cætera omittam) Obſervantiæ Regularis in Hiſpanias introductione argumentum habemus irrefragabile. Quis enim crederet Gonzagam virum ſincero zelo adlaborantem (jam enim in S. Rota agitur de illo inter Sanctos recenſendo) Miniſtrum Generalem totius Ordinis, dum actu Chronica ſua nunquam ſatis laudata conſcriberet, informationes neceſſarias à Provinciis habere non potuiſſe? Lucam Vuadingum, cui pro ſcribendis Minoritarum Annalibus, mundus ferè totus, etiam extra Ordinem noſtrum famulatus eſt, nec potuiſſe à Religione integras obtinere notitias? Deo tamen ita diſponente, & S. P. Franciſco intercedente, difficultates omnes evicit importunus labor, invicta diligẽtia Reverendiſſ. P. Ioſeph Ximenes Samaniego Miniſtri Generalis, dum adhuc in Vltramontanis ageret Commiſſarium Generalem; Antiquiſſimas etenim hujus graviſſimę difficultatis, ſed originales ſcripturas adinvenit, quas in Burgenſi S. Franciſci Conventu perpetua ſecuritate voluit conſervari.

Ex Arch. Prov. Burgenſis, in Con. S. Franciſci.

Communi ergo errore B. Petrum Villacretium primum Obſervantię Regularis in Hiſpanias Invectorem conſtituunt, cui B. Petrum Regalado (jam honore Beatorum ex decreto S. R. Congreg. honoratum) cum aliis ſanctiſſimis diſcipulis cooperatores aſſignant. Contrarium ex pręallegatis ſcripturis evidentiſſimè apparet, quarum carentia Doctiſſimo Vvadingo magnum conſtat faceſſiſſe negotium; dum B. Petrum Santoyum aſſentiens cum Gonzaga anno 1431. defunctum; ipſum legit in Daza litteras impetraſſe ab Eugenio IV. Pontifice pro ſtabiliendis ſuæ reformationis in Hiſpania progreſſibus, cum paucis ante Santoij obitum menſibus aſſumptum fuiſſe credat Eugenium. Vlteriùs autem (quod ipſe non apponit) quia ſuppoſita opinione communi, difficilè intelligi poteſt, Santoyum Villacretij tum fideliſſimum, tum ferventiſſimum diſcipulum pro Congregatione diverſa, litteras procuraſſe Pontificias: quæ omnes difficultates, ſi prællegatæ ſcripturę perlegantur (quas Deo dante alia occaſione dabimus fuſiùs expoſitas) nullo negotio diſſolventur.

Vvad. t. 5. 1431. n. 8.

Primò itaque reſcribam, quæ Vuadingus, qui ſcriptores cæteros diligentiùs examinavit, nec non datâ occaſione correxit, ad rem noſtram coacervaſſe reperitur; deinde quid veriùs ex allegatis ſcripturis dicendum occurrat, in compendio narrabimus, hiſtoriam ex integro in Provinciis Hiſpanicis relaturi.

Vuad.t.4. 1373.n.24. Vuadingus ergo in Tomo 4. Annalium de reformatione Hiſpanica, hæc habet [ Deturpata valdè erat facies Religionis in Regno Caſtellæ propter bellorum tumultus inter Petrum olim Regem, & Proceres Regni; deinde inter eundem, & Henricum Fratrem, expulſis ex multis Cænobiis Fratribus, & per incertas ſedes divagantibus. Hinc, atque ex liberrima vita Petri, multorumque Optimatum, & Præſulum, qui in ſuas partes vocabant Superiores Religionum, introductæ ſunt in Regularium Sodalitia irregulares conſuetudines, & deformitates. Iudicavit ergo Pontifex, ſui muneris eſſe, his malis obvenire: quare miſſo ex Gallia Fr. Arnaldo Serrano Sacræ Theologiæ Magiſtro, & Provinciæ Aquitaniæ Miniſtro, adjectiſque ſociis ex Hiſpanis Fratre Didaco de Placentia, al-de Palentia Toletani Cænobij, & Ioanne Gonſalui de Opta Conchenſis lectoribus, & mox tertio Ioanne de Vbtea al-de Vbeta, quos ab omni Superiorũ Regulariũ, præterquàm prædicti Arnaldi obediẽtia exemit, datiſque litteris ad Henricum Regem, & Reginam Conſortem, Ordinis nitorem in ijs partibus reſtituere agreſſus eſt. Damus hic commiſſionis inſtrmenta.

## GREGORIVS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

*Cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Caſtellæ Illuſtri.*

CVm nos cupientes, quòd Fratrum Minorum, & ſanctæ Claræ Ordines, qui in Regno tuo Caſtellæ dicuntur in pluribus deformati, ad ſtatum reformationis debitæ reducantur, & propterea præfati Fratrum Minorum Ord. dilecto filio Arnaldo de Serrano Miniſtro Provinciæ Aquitaniæ, in Sacra Pagina Magiſtro, & ſanctæ Claræ Ordinum Prędictorum, dicto Arnaldo, ac dilectis filiis Didaco de Placentia, & Ioanne Gonſalui de Opta Toletan. & Conchen. locorum Ordinis Fratrum Minorum Lectoribus viſitationem, & reformationem duxerimus authoritate Apoſtolica committendas; ac deceat, & expediat, quòd ipſi Viſitatores propter correctiones, quas facienr, ſecuritate plenaria perfruantur; ſerenitatem tuam, quæ lætari debet, quòd in ipſo Regno ad laudem Dei, & ejuſdem Regni cuſtodiam, & proſperitatem decor Religionum ſervetur, & quidquid illum obnubilat, extirpetur, rogamus attentè, quatenus ob reverentiam Dei, & Apoſtolicæ Sedis, & noſtram, eiſdem Viſitatoribus favorem, & ſecuritatem regios, ſi illos petierint, digneris efficaciter impertiri. Datum apud Villamnovam. Avin. Diæceſis 4. halend. Septembris, anno 3. *In eundem modum ſcripſit Regina:* Cariſſimæ in Chrſto Fliæ Reginæ Caſtellæ Illuſtri, &c. Dehinc pro Fratribus præfatis.

*Ad futuram rei memoriam.*

EX certis rationabilibus cauſis noſtrum inducen. animum, dilectos filios Didacum de Placentia, & Ioannem de Opta Toletan. & Conchen. locorum Lectores, ac Ioannem de Vbtea Ordinis Frarrum Minorum profeſſores ab omni obedientia, Superioritate, & juriſdictione quorumcumque ſuorum Superiorum dicti Ordinis, authoritate Apoſtolica præſentium tenore eximimus, ac ſub noſtra, & Apoſtolicæ Sedis protectione recipimus gratioſè in virtute ſanctæ obedientię, & ſub excommunicationis pœna eiſdem Superioribus diſtrictiùs inhibemus, nè contra eoſdem exemptos viſitando, corrigendo, mandando, vel aliàs quomodolibet procedanr, nec eos impediant in officijs, & ſtatibus eorundem: alioquin quidquid cõtra noſtram inhibitionem hujuſmodi fuerit attentatum, decernimus irritum, & inane. Et ne ipſi exempti præter Nos videantur Supriore carere, eos curæ, & correctioni, ac ſuperioritati dilecti filij Arnaldi de Serrano Miniſtri Aquitaniæ ejuſdem Ordinis in Sac. pagina Magiſtri, uſque ad noſtrum beneplacitum ſubmittimus per præſentes. Nulli ergo &c. Datumapud Villam Novam Avin. Diæceſis, Idibus Septembris, anno 3. Ibid.n.26.

GRE

GREGORIUS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

*Dilectis Filijs Arnaldo de Campania Sacra Theologia Magiſtro,& Bernardo de Garriſovo Ordinis Fratrum Minorum.*

Vvad.t.4. Reg. fol. 130.bul.56 Greg.XI. AD audientiam noſtram non abſque &c quòd Ordo Fratrum Minorum in Regno Caſtellæ eſt multipliciter deformatus, in tantùm, quòd exindè non ſolum nõnullis Fratribus Ordinis prædicti,ſed etiam laicis diligentibus ipſum Ordinem &c. pervenerunt; ſuper quibus, per quos, ad quos &c. nec procuratur apponi. Nos igitur de his, ſivera ſint, meritò &c. tranſire, ac de veſtris prudentia, ſcientiæ dono, & zelo Religionis plenariè in Domino &c. diſcretioni veſtræ &c. quatenus ad dictũ Regnum vos,&c.habentes reſpectum omnia loca,& Conventus,&c.in dictoRegno,ac alijs Regnis, & terris dependentibus ab eodem authoritate, inquiratis in eis ſuper nõnullis &c.quos ſub Bulla noſtra vobis mittimus intercluſos, & ſuper aliis, de quibus videritis, &c. & ea, quæ per viſitationem &c. emendanda, &c. authoritate, &c. tàm in capitibus, &c. puniatis ſecundùm dicti Ordinis inſtituta, quos videritis Contradictores, &c. non obſtan. exemptionis, &c. juramento, &c. vel alia firmitate roboratis,etiamſi, de ipſis, eorumque,&c mentio facienda. Seu ſi aliquibus communiter &c. quòd interdici, &c. hujuſmodi mentionem. Cæterùm vobis,ſi pro reformatione, & correctione hujuſmodi, & dependentibus ab eadem videritis expedire, convocandi,& tenendi Provincialia Capitula Fratrum dicti Ordinis in Provinciis Regnorum prædictorum, & in eis præſidendi in omnibus agendis cum plenaria poteſtate,quam habet dilectus filius Miniſter Generalis Ordinis prælibati;Et inſuper convocandi,& tenendi Conciliũ Miniſtri, & diſcretorum Fratrum dicti Ordinis Provinciæ Aragoniæ,eoſque ad hoc authoritate præfata compeſcendi, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Avinione 11. Kalend.Februarij anno 4.

GREGORIUS PAPA XI.

*Dilectis, &c. ut ſuprà.*

DVdum vobis per Apoſtolica ſcripta commiſimus, & mandavimus, quòd omnia,& ſingula loca, & Conventus Ordinis Fratrum Minorum in Caſtellæ, & aliis Regnis, & Terris ab eo, &c. auctoritate noſtra viſitaretis, & reformaretis, prout in noſtris litteris inde confectis pleniùs continetur. Quia verò Regna, & Terræ prædictæ ſunt ſpatioſæ, & multa Monaſteria dicti Ordinis in eiſdem aſſeruntur, & nimis grave veriſimiliter vobis eſſet,& nonniſi in diuturnitate temporis hujuſmodi mandatum noſtrum poteritis,prout audivimus, executioni debitæ demandare. Nos volentes hujuſmodi veſtrum alleviare laborem,ac optantes viſitationem,& reformationem hujuſmodi celeritèr expediri, vobis aſſumendi aliquos Fratres Ordinis veſtri prudentiâ præditos, ac maturos, & nitidos honeſtate, ad exercendum unâ cum aliquo, vel aliquibus veſtrum, & etiam in ſolidum, præfatarum viſitationis, & reformationis officium, qui in omnibus, & per omnia, poteſtate per Nos vobis attributa fungantur, eóſque removendi,& alios aſſumendi,quoties videbitis expedire:ſuper quibus omnibus veſtras oneramus conſcientias, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Novis Avinionenſis Diæceſ. 8. Kalend. Auguſti, anno 4.] *id eſt anno ſalutis* 1374. Ibidem bull.58.

Quoniam verò nullus in hac Apoſtolica delegatione ſermo, nulla mentio de nova Congregatione legitur; de obſervantiæ Regularis in Hiſpanias introductione tractat Vvadingus ex profeſſo ad annum 1376. in hunc modum [ Hoc anno fundaſſe religioſum, & pium Cænobium Saliceti in Caſtella, Hiſpaniæ nobiliſſimâ regione, Beatum P. Villacretium, primumque ibidem poſuiſſe Reformationis, & Obſervantiæ Regularis fundamentum, ſcribit Gonzaga in deſcriptione prædicti Cænobij; ſed paulò ante in exordio Provinciæ Caſtellæ id factum ait anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto, quod & priùs ſcripſerat Marcus Vlyſſiponenſis; & utrumque ſecutus Petrus Salazarius in Chronicis ejuſdem Provinciæ. Vvad.t.4. 1376. & ſeqq.

Attamen pauliſper tardiùs in Hiſpaniam reformationem hanc incœpiſſe, plura videntur perſuadere. Primum, quòd ſub Ioanne Rege non niſi anno 1379. inaugurato, vetera monumenta Provinciæ S. Iacobi apud me M.S.S. inchoatam hanc referant reformationem. Secundum, quòd prædicti Auctores, Gonzaga, Salazarius, & Rodulphus eodem fermè tempore, apud Hiſpanos, & Gallos incœpiſſe conſpirent Obſervantiam; ac apud Gallos exordium conſtituunt anno 1388. Marcus verò circa 1393. Tertium quòd Gonzaga Villacretium Obſervantiæ reſtauratorem vixiſſe ann. 1440. inſinuet in deſcriptione Conventus Ocaniæ. Difficilè itaque credi poterit, hoc anno, multominùs anno 1366. Salicetanum ſtruxiſſe, præſertim ſi præmittantur anni viginti, quibus in Specu propè Oppidum S. Petri de Arlanzâ, in ſumma paupertate, & vitæ ſanctitate deliteſcens hanc meditabatur reformationem, ut ipſe refert Gonzaga; idque poſt multos annos expletos, adeptumque gradum Magiſterij inter Patres Conventuales: quibus temporum partitionibus, centum, & plures anni non ſufficient. Adde, adeò incertum eſſe annum, quo Domus Salicetana ædificata eſt, ut Gonzaga referat, Gallos, Anglos, Germanóſque hiſtoricos noſtros velle Cænobium S. Antonij de Capraria Provinciæ Caſtellæ, ſub annum milleſimum quadringenteſimum erectum; & alterum Occanienſe anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo fabricatum, antiquiora eſſe Salicetano, quibus ſanè inhoc non aſſentior: ex vetuſtis enim monumentis fermè ſub illud tempus ſcriptis, mihi conſtat, Regularem Obſervantiam in Hiſpaniâ ab hac æde emanaſſe; attamen hinc deducere, vel ſaltem probabiliter conjicere licet, adeo paucis annis præceſſiſſe. Salicetanam has alias Ædes, ut in hunc errorem, vel temporum confuſionem facilè fuerit incidere.

Quapropter judicaverim, initium reformationis Hiſpanicæ ad annum milleſimum trecenteſimum nonageſimum, vel circiter eſſe reducendum; & fortaſſis excitatos reformationis Authores, ad eandem aggrediendam, ex miſſis à Pontifice ante biennium Commiſſariis, qui Provinciæ Caſtellæ Miniſtrum Fr. Ioannem Didaci de Haro, laxioris vitæ fautorem, ex Pōtificio præcepto, & Miniſtri Generalis conſilio, ab officio depoſitum, in aliam tranſtulerunt Provinciam. Potuit ergo ſub illud tempus diſſidio partium, & zelo Viſitatorum Apoſtolicorū commotus Villacretius, in ſolitudinem ſecedere, & aliquot annis ſecum meditari tempus, & modum, arduum hoc opus aggrediendi, & deinde ab hoc Conventu illud auſpicari. Vt verò nihil hîc habeo firmum, aut ſtabile, ita neque definio; propono duntaxat dubitandi rationes, quæ ſinceris harum rerum indagatoribus, aliquale faceſſent negotium.

Concordat ergò cum reliquis Vvadingus, Obſervantiam Regularem in Hiſpaniis à Salicetano Conventu originem habuiſſe, ſed in tempore diſcordat; eòquidem majori congruentia. Si etenim, ut ipſe ait, Villacretium dicamus, ex præallegata Reformatione Apoſtolica cælitùs commotum, in ſolitudinem per quatuor integra luſtra ſeceſſiſſe, & conſequentèr circa annum 1393. ab ſpecu digreſſum, comparatiſque diſcipulis devotiſſimum in Eremo Salicetanum Cænobiolum extruendo Reformationis ſuæ poſuiſſe principia, vel etiam paulò poſteriùs; cum cæteris faciliùs concordabimus, quæ de Villacretio leguntur; nempè quòd anno 1404. ſecundum ſuæ Congregationis pauperrimum Aquileriæ Conventum poſuerit, atque paulò poſt B. Petrum Regalado tenerrimum adhuc adoleſcentulum (natus quippè anno 1390. ætatis ſuæ 14. ſolemnia Franciſcanæ Religionis vota nuncupavit in ordinis Communitate) ſanctiſſimis moribus emicantem ſuo conſortio aggregaſſe legatur; quæ nullo modo cohærere poſſunt, ſi anno 1376. in Salicetano Cōventu Cōgregationis ſuæ fundamenta poſuiſſe dicatur; námque intermedio annorū ſpatio uſque ad præfatum annum 1404 nulla in Annalibus de Villacretio mentio extare perhibetur. Similiter; & anno 1397. dum Bonifacius IX. graviter conqueſtus, quòd Miniſter Generalis à ſe per litteras Apoſtolicas admonitus, ut Provinciæ S. Iacobi, tum Fratres, tum Moniales reformare deberet, tantum negotium culpabili dilatione neglexerit, ad Angliæ Miniſtrum Provincialem ſcribit, ut Reformatores idoneos de ſuis ad præfatam S. Iacobi Provinciam cum

Vvad. t. 5. 1404. n. 14. & 1448. n. 4.

Apoſto

Apoſtolica authoritate deſtinare debeat; nec verbum quidem ibi de Petri Villacretij novâ reformatione reperitur; cui facilius fuiſſet, reformationis antedictæ negotium committere. Ecce Pontificis diploma.

## BONIFACIUS PAPA IX.

*Dilecto Filio Miniſtro Provinciali Provinciæ Angliæ Ordinis Fratrum Minorum, ſecundùm morem ejuſdem Ordinis.*

Vvad. t. 4. reg. 1397. fol. 207. bull. 36.

QVamvis, prout ex injuncti nobis paſtoralis officij debito tenemur, ſalutem cunctorum fidelium affectantes, pro ipſorum fidelium ſtatu, pacifico, & tranquillo conſervando, diligenti cura vigilemus; circa illos tamen, qui alios non ſolum doctrinâ verbi, ſed etiam exemplo boni operis informare tenentur, reddimur eò ampliùs ſolliciti, quò ex ipſorum ſtudio piæ vitæ fidelibus ipſis majores fructus dignoſcimus provenire. Sanè nuper ad noſtrum pervenit auditum, quòd in Provincia S. Iacobi Ordinis Fratrum Minorum, ſecundùm morem ejuſdem Ordinis, propter nonnullas diſcordias, & controverſias, inter dilectos filios Miniſtrum Provincialem, & Fratres dictæ Provinciæ dudum exortas, ſolita fidelium illarum partium, quam ad dictum Ordinem, ejuſque perſonas geſſerunt, tepeſcit devotio, periculoſi errores pullulant, & gravia ſcandala hactenus ſunt exorta, & in futurum vereſimiliter exoriri formidantur, in grave animarum periculum, regularis diſciplinæ enervationem, ac Ordinis, & Provinciæ prædictorum enormem læſionem, & jacturam. Er licèt nos dudum poſtquam præmiſſa nobis innotuerunt, Dilecto filio Henrico Miniſtro Generali dicti Ordinis, noſtris dederimus litteris in mandatis, ut dictam controverſiam audiret, eamque judicio, vel concordiâ terminaret; idem tamen Miniſter Generalis, quamvis hujuſmodi litteræ ad ejus indubitatam notitiam pervenerint, id hactenus efficere non curavit, neque curat; immò nonnullas poſtmodùm libertates, & privilegia Fratribus ipſis præjudicialia, prædicto Miniſtro Provinciali duxit concedenda, propter quæ dilecti filij nonnulli fratres dictæ Provinciæ, & præſertim duarum Cuſtodiarum, videlicèt Colimbricen. & Vlysbon. Ordinis, & Provinciæ prædictorum Magiſtri videlicèt, ac Baccalaurei, & Lectores in in Sacra pagina, ſentientes ab eodem Generali indebitè ſe gravari, tàm ab ipſius juriſdictione, quàm etiam à nonnullis aliis gravaminibus, ipſis per eoſdem Generalem, & Provincialem Miniſtros illatis dicuntur ad ſedem Apoſtolicam appellaſſe. Nos igitur nolentes, prout nec velle debemus, præmiſſa ſub diſſimulatione pertranſire, diſcretioni tuæ, de qua in his, & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus duobus fratribus dicti Ordinis ad id ſufficientibus, & idoneis, ac vitâ, & moribus approbatis, quos de tua Provincia duxeris eligendos, ut habentes præ oculis ſolum Deum, tàm in Capite, quàm in membris, omnia, & ſingula loca ejuſdem Ordinis in dicta Provincia S. Iacobi conſiſtentia, tàm Fratrum, quàm Monialium Ordinis ſanctæ Claræ ſub cura, & ſecundùm inſtituta Fratrum eorundem Minorum, eorumque perſonas viſitare, reformare, corrigere, & pacificare, ac in eis quandoque correctionis, & reformationis Miniſterio cognoverint indigere; nec non contra delinquentes inquirere, ipſoſque juxta ipſorum demerita punire, citra tamen privationem, ſeu revocationem dicti Miniſtri Provincialis; & nihilominus ea, quæ per eoſdem duos fratres facta, ordinata, diffinita, & ſententiata fuerint quomodolibet, vel peracta executioni debitę demandare, eadem authoritate valeant, atque poſſint, authoritate noſtra concedas plenam, & omnimodam poteſtatem. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, &c. non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus Ordinum, & locorum hujuſmodi contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi eiſdem Ordinibus à dicta ſit Sede indultũ, quòd perſonæ ipſorum Ordinum ad judicium trahi, aut ſuſpendi, ſeu excommunicari, ſeu ipſi, aut dictorum Ordinum loca interdici, aut viſitari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum

verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, tuæ, & dictorum Fratrum juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, quæ quoad hoc, ipſis nolumus aliqualiter ſuffragari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum nonis Octobris, Pontificatus noſtri anno nono.

Dum enim ex altera parte ſcribit Vuadingus loco præcitato de Regulari vocatione, magnum hunc virum à Villacretio fuiſſe, vel primo loco, vel inter primos ad ſui conſortium aſſumptum, cum ex ſpeciali Generalis Miniſtri mandato voluntarios aſſeclas perquireret; negotium reformationis neglexiſſe non diceretur ipſe Generalis, ſi pro ipſa mandatum ſpeciale Villacretio dediſſet: Vnde potiùs crediderunt (ſalvo meliori judicio) Generalem Ordinis poſt graviſſimam hujuſmodi Papæ correctionem, quaſi expergefactum de Hiſpanica Reformatione cogitaſſe; & Villacretium illo annuente digreſſum à ſpecu, receptiſque ſociis Salicetano in Cænobio, de cujus prima fundatione nihil certum reperiri confitetur Vuadingus, Congregationis ſuæ poſuiſſe primordia, & anno 1400. Aquileriæ addidiſſe ſecundum; ex quibus apparet circa annum 1400. utprimùm invecta fuiſſe in Hiſpanias Regularis obſervantiæ principia.

Quomodo autem introducta fuerit in Aragoniam, & quo tempore, Vuadingus ad annum 1388. ita deſcribit.

Vuad.t.4. 1388.n.6. [ Hoc eodem ſimile ſuſcepiſſe exordium eandem regularem Obſervantiam in Regno Aragoniæ referunt monumenta ejuſdem Provinciæ apud me M. S. S. idque apparere per quoddam diploma Petri de Luna Anti-Cardinalis Diaconi Sanctæ Mariæ in Coſmedin, in Hiſpania pro Clemente Legati, datum Calatajudi die 28 Octobris an. 11. Pontificatus Clementis, quo indulget Fratribus Raymundo Sancio, Antonio Moroſio, & Sancio Fababuxio, ut per ſe ſolitariè vivant in aliquo domicilio extra obedientiam Patrum Conventualium ſub regularis diſciplinæ ſanctioribus inſtitutis. Sed hæc rejicienda ſunt in annum ſequentem, in quem incidebat dies 28. Octobris anni undecimi Clementis, præſertim cum hic Cardinalis Legatus Menſe Octobris hujus anni deſtinaretur Palentiæ in celebrando Concilio Palentino, quod ita abſolvitur; *Iſte Conſtitutiones fuerunt publicè denunciata in Eccleſia Fratrum Minorum Palentina die 4. menſis Octobris anno à Nativitate Domini 1388. Ind. 11. Pontificatus Santiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Clementis divinâ providentiâ Papa ſeptimi anno decimo, præſentibus Rege, Archiepiſcopo Compoſtellano, Oveten: Legionen: Calaguritan: Palentin: & Zamoren: Epiſcopis, & Cleri, & populi multitudine copioſa* : Ex quibus conſtat, diplomatis tempus reducendum eſſe ad annum ſequentem. Hac illi fulti authoritate in Regno Valentiæ conciliato ſibi favore, & patrocinio pij, & nobilis viri Petri Latronis Cheluenſium Vicecomitis ſecundi, obtinuerunt domicilia duo, unum Chelvæ, alterum Pomerij vulgo *Maçanera* Regni Valentini, Oppida ſunt haud ignobilia.]

Similiter ejuſdem in Luſitania principium, & occaſionem ita delineat.

[ Inito conſilio tres viri pij Provinciæ ſancti Iacobi Fr. Didacus Arias Aſturicenſis, doctus, & facundus Concionator, Fr. Gondiſalvus Marinus nobilis Gallæcus, uti mox dicemus, ac Petrus Didaci, aliàs Diaz, ſtatuerunt ſolitarium ſibi locum deligere, in quo ſecudùm Regulæ ſuæ præſcriptum religioſiùs poſſent obſervare, quæ Voverunt. Nè verò temerè facere viderentur, ſed haberēt quo ſe tueri poſſent adversùs contradictores, & calumniatores, obtinuerunt à Bonifacio IX. Pontifice, quod trado diploma, quo perſpicuè videbitur hujus reformationis fundamentum. Vuad.t.4. 1392.n.4. ſeqq.

*Dilectis Filij Didaco Aria, Gondiſalvo Marino, & Petro Didaci Ordinis Fratrum Minorum Profeſſoribus ſalutem.*

VEſtræ devotionis integritas promeretur, ut petitionibus veſtris, in his præſertim, quæ animarum veſtrarum ſalutem, & quietem animi concernere dignoſcuntur, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Veſtris itaque in hac parte ſupplicationibus inclinati vobis, qui ut aſſeritis, vitam ſolitariam ducere, & locum in aliqua Eremo

mo infra Provinciam S. Iacobi in Compoſtella, ſecundùm morem dicti Ordinis recipere, ac inibi perpetuò Domino famulari deſideratis recipiendi locum hujuſmodi, ſi vobis pia largitione fidelium, vel aliàs legitimè concedatur, ac in ipſo Cellam, ſeu Domum conſtruendi, & ædificandi cum Oratorio, Campanili, Campana, Refectorio, & alijs neceſſarijs officinis, in loco tamen ad id congruo, & honeſto, ac habitandi ibidem; fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibitione, nè Fratres Mendicantium Ordinum quæcumque loca de novo recipere, aut recepta tenere præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentiâ ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mẽtionem, & quibuſlibet alijs Apoſtolicis, ac ipſis Ordinis ſtatutis, & cõſuetudinibus contrarijs nequaquã obſtantibus, plenam, & liberam facultatem authoritate Apoſtolica, tenore præſentium elargimur; Iure tamen parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo. Volumus autem, quòd Superioribus dicti Ordinis nihilominùs ſubditi ſub conſueta obedientia exiſtatis. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum quarto Idus Aprilis, anno tertiò

Ibid. n. 6. His acceſſerunt alij, quos ex vetuſtis Chronicis Luſitanis recenſet Marcus Vlyſiponenſis, Fr. Petrus de Alemangos, Fr. Aphonſus Salas, & Fr. Garzia de Montanos Laicus. Inter omnes præſtabat doctrinâ Aſturicenſis, authoritate Fr. Gondiſalvus olim Dominus de Altamira, qui in juventutis flore deſponſatâ ſibi filiâ Ariæ Gomeſij de Silva adoleſcentulâ novenni, ſecutus eſt Soceri partes in Luſitania contra Ioannem Magnum Magiſtrum Aviſianæ Militiæ, qui regnum affectabat, & tandem obtinuit contra Ioannem Caſtellæ Regem verum hæredem, propter Beatricem Conjugem, Regum Luſitanorum filiam. Dedita, bonis pactis conditionibus, arce Vimaranenſi, quam pro Caſtellano viriliter defendebat Gomeſius, eoque paulò poſt, in Caſtella decedentes, adoleſcentulę patruus ſponſam denegavit Gondiſalvo. Ægerrimè hoc ferens, videnſque omnia ſurſque deque agi inter duos hos Reges, aliàs Chriſtianos, & Conſanguineos, & infæliciſſima cladè Caſtellanum Algibarotę à Luſitanis affectum, decrevit Mundum relinquere, & vitam ab his turbis remotam tranſigere. Diſpenſatis itaque in pauperes opibus amplis, & deſtinatis in ædes Minorum fabricandas alijs facultatibus, ipſum etiam nomen Fratribus dedit, quibus religioſiſſimè convixit. Hi porrò Bonifacij, quem verum agnoſcebant Pontificem, authoritate ſuffulti, non intra Caſtellæ ditiones, quæ Clementi VII. parebant, ſed in confinibus Luſitaniæ Bonifacio obſequentis, ſedem figere ſtatuerunt, vel illinc moti, quòd ex Regula, quam profitebantur, vero, & Canonicè electo Papæ obdientiam debeant. Ita factum in quodam receſſu abditiſſimo ad vacandum Deo maximè opportuno ad III. M. P. à Civitate Tudenſi, ubi priùs erat vetuſtiſſimum Sacellum, B. Mariæ de *Meſteyro* nuncupatum, quod admirabili Cultu, & veneratione gens finitima, tàm Luſitaniæ, quàm Galleciæ revereri, & frequentare ſolebat, maximè cum eo commendaretur miraculo, quod, incenſa omni ex parte circumdante ſilva, eum incendium ad Eromitorij fores pertingeret, nullo illato detrimento, ſubitò extinctum eſt. Hìc itaque humile erexerunt domicilium, mox alia adiecerunt, ex quibus diffuſa eſt regularis obſervantia per univerſum Luſſitaniæ Regnum ſucceſſivis incrementis, uti ſuis locis nos referemus.] Hæc Vuadingus.

Horum deindè ſanctitatis famâ longè lateque diffuſâ, à vicinis populis evocati, dum numero excreſcerent, alia quatuor loca, in eodem paupertatis rigore, & vitæ ſanctimoniâ multiplicarunt, quæ Pontificio diplomate anno 1449. confirmata fuerunt. Ab his ergo ſanctiſſimis viris plantata fuit, & per Luſitaniam propagata; qui licèt in dies, & numero Fratrum, & Conventuum augerentur, in ſancta tamen humilitate perſeverantes ſub obedientia Miniſtri hujus Provinciæ, ad idſtar cæterorũ per Orbem obſervantium perſtiterunt; donec per Eugenium IV. obſervantia regularis ſuos ubique terrarum meruit habere Vicarios: de quibus omnibus paulò inferiùs longè clariorem dabimus notitiam.

Verumtamen has omnes zelantium Patrum Congregationes motiva potiùs,

ſeu deſideria particularis Recollectionis, quàm de univerſali Ordinis Reformatione conſilia fuiſſe, credi poſſe, mihi non ſinè fundamento videtur; cum in Italia pauci illi Religioſi, qui adhuc de familia (non verò de Obſervantia Regulari) dicebantur, humili obedientiâ ſub Ordinis Prælatis vivere, quamvis in ſeparatis Eremitorijs non detrectarent, nec ullas ad annum 1400. litteras Apoſtolicas poſtulaſſent. In Gallia itidem licèt nonnulli ab Italis independenter, ad ſolitaria loca ſeſe recepiſſent; titulum tamen Obſervantiæ Regularis, non ante annum 1415. in Conſtantienſi Concilio receperunt; ubi, & pro ſe ſolis, non pro Italis, aut Hiſpanis gubernium ab Ordinis Communitate ſeperatum impetrarunt; undè ſolùm datam Italis, & Hiſpanis, cæteriſque occaſionem uniendi Corpus Obſervantiæ Regularis, nemo non confitetur.

Quidquid autem ſit de illis, ſivè peculiares fuerint Congregationes intentæ, ſivè principia Regularis Obſervantiæ, de quo determinare non auſim; In dubium eſt etiam ex Vvadingo, B. Petrum de Santoyo ſanctiſſimum Villacretij diſcipulum, dum ab Italia in Hiſpaniam redijſſet, Italicam Regularis Obſervantiæ diſciplinam illò detuliſſe; quod, ſi diſcipulatum ejus ſub Villacretio in Cõventu Aquilerę, jam anno 1404. erecto, & Syriacam ejuſdem peregrinationem, atque in Italia ſub S. Bernardini jam ubique celebris diſciplinâ incolatum, computemus, non ante annum 1420. vel tardiùs potuit contigiſſe; de quo Vvadingus ipſe ita proloquitur. [Vir fuit pietate, & rerum agendarum peritiâ inſignis, Oppido natus Santoyo in tractu Campenſi, ad Religionem matura ætate, Sacerdotio inſignitus, ipſo die, quo primitias in Altari Deo conſecrare decreverat, inſalutatis parentibus, & amicis, qui ad ſolemnia primæ Miſſæ convenerant, acceſſit. Initiatus in Conventu Caſtri-Cæſaris, vulgo *Xeriſij* ſub diſciplina Patrum Conventualium, & paulò poſt emiſſam ſolemnem profeſſionem viſione monitus cæleſti in domo Pinciana, contulit ſe ad Cænobiolum Aquileriæ, ubi per annum commoratus Petro Regalato Magiſtro vitæ reſtitutę leges tulit, & didicit perfectè. Hinc Hieroſolymam profectus, & in regreſſu per Italiam S. Bernardini Senenſis doctrinâ imbutus, domos multas ſuæ Provinciæ Caſtellanæ ad diſciplinam hanc amplexandam induxit. Concilio interfuit Conſtantienſi, & neceſſarijs ſe munivit Pontificis Martini V. Regiſque Ioannis ſecundi decretis, ut inchoatum opus fæliciùs proſequeretur. Antonius Daza in ſuo de Petri Regalati geſtis libello, aſſerit, prædicti Regis operâ Bullas etiam obtinuiſſe Eugenij IV. reformationi ſtabilidendæ; ſed quì fieri potuit, ut Pontificis uno ante illius obitum Menſe electi litteras obtineret, cum vix, tempus interlapſum ſufficeret electionis Nuncio in Hiſpaniam tranſuehendo?]

Vvad. t. 5. 1431. n. 6.

Ecce per ipſa Vvadingi verba Santoyus B. Regalati diſcipulus, Martini V. decretis munitus, & S. Bernardini Magiſterio imbutus Regularem Obſervantiam in Hiſpanias invexit.

Deo itaque diſponente, obſervantiæ Regularis in Italia ſub ſancto Bernardino, aliiſque ejus aurei ſæculi Heroibus feliciſſimâ, & ſanctiſſimâ primordia, atq; progreſſus animadvertens, poſt maturam conſiderationem, novum hoc vitæ genus pro faciliori, & firmiori totius Ordinis reformatione Villacretiano inſtituto præferendum eſſe judicavit; & de facto in Hiſpaniam reverſus, ejus inſtitutionem, & propugnationem, toto conatu promovit. Oppoſuerunt ſeſe Santoyo Villacretiani diſcipuli pro ſolo ſuo antiquo conſervando inſtituto cõtendentes: Santoyus verò inſtitutum novum Obſervantiæ Regularis, & ut Religioni utilius, & ut populis acceptabilius præferendum aſſerebat. Inter hæc magnus Caſtellę Comeſtetabilis reformationis amātiſſimus pro pace inter eos firmanda, & Ordinis utilitate promovenda, eos coram ſe ad communem congreſſum evocavit: rationes pro ſola obſervantia Regulari tuenda, & Villacretianis eiſdem aggregandis longo, & efficaſſimo diſcurſu recitavit Santoyus; Quamvis Lopetius Salinas (quem Vvad. Salazar appellat, & cum alio Salinas in unum confundit) ad ſingula Santoij puncta clariſſimis reſponſionibus ſatisfacere curaverit, quę in pręfato cartorio integræ aſſervantur: de cujus congreſſu pleniori cognitione fuſiùs Deo dante tractabimus.

Ex Arch. Con. S. Fran. Burg.

Vigebant ergo in Hiſpanijs Villacretiana Recollectio (ſic enim vocatur

B. Pe-

B. Petrus Regalatus in decreto S. R. C. quo ut legitimus approbatus eſt ejus cultus anno 1683. die 24. Iul. & 17. Aug.) & Regularis Obſervantiæ inſtitutum à Santoyo invectum, ſed hoc multò diffuſius; unde à Martino V. in bulla *Ad hoc cura*. Dat. tertiò Idus maij anno decimo; per quam libros Clauſtralium ad Obſervantes tranſeuntium in Provincia S. Iacobi Obſervantibus adjudicavit; & in alia. *Super gregem* &c. mox apponenda, Obſervantes vocat, quos à Clauſtralibus condiſtinguit.

Vad. t. 5. in Reg. Bull. 173. Matt. V.

Tandem cedente paulatim Villacretiana peculiari Congregatione, Obſervantiæ Regularis integrum Corpus longè prævaluit, firmiſſimas radices egit, & cæteris ſuppreſſis, per Orbem univerſum ramos extendit: B. Patrem Fr. Petrum Santoyum primum ſuum in Hiſpaniis, atque principalem fundatorem agnoſcit; Villacretium verò, Regalatum, & alios horum ſocios ſuæ erectionis occaſionarios debet confiteri. Pincis, ſeu Valliſoleti primum Conventum ad Obſervantiæ Regularis normam reformavit; undè multiplicatis ſociis, atque Conventibus ſanctiſſimum inſtitutum, per Hiſpanias, Luſitaniam, & per Orbem novum incredibili fuit amplitudine dilatatum: Et quidèm non inaniter tuetur Vvadingus Pinciani Conventus reformationem anno 1440. à B. Petro Santoyo fieri non potuiſſe; quod ſcripſerat Gonzaga; cum in bulla 180. Eugenij IV. apud Vvad. in Reg. t. 4. *Sincera devotionis affectus &c. Datum Florentiæ 1440. Kalend. Septembris.* adnotetur expreſſè Conventum illum S. Franciſci Valliſoletanum jam à ſeptem annis ſanctiſſimè per omnia fuiſſe reformatum.

Vt Denique varios Vvadingi cõcentus in unum colligendo tùm de Lepotij, & aliorum Villacretianæ Recollectionis aſſertorum perſeverantiâ; tùm de Obſervantia Regulari per Sanctoyum, eique adhærentes introducta, evidentiùs appareat, de utriſque ſeparatim agam in compendio, ſed ad rem noſtram completiſſimè.

Ergo Petrus Sanctoyus jam Sacerdos, & ætatè aliquantò provectus in Conventu Xeriſij de Ordinis Communitate Minoritica vota ſolemniter profeſſus, & paulò poſt in Recollecta Domo Aquileriæ ſub B. Petri Regalati diſciplina vitæ normam ſtrictioris edidicit: exinde peracta Sanctorum Locorum peregrinatione, poſt aliqualem in Paleſtina incolatum in Italiam venit, ubi S. Bernardino jam prædicationis, & ſanctitatis famâ celeberrimo Magiſtro, Regularis Obſervantiæ inſtituta particularia edoctus, ipſa uti Populorum ſaluti, nec non ampliandæ, atque firmandæ Religioni magis accommoda deportavit in Hiſpanias.

Sub Regalato autem anno 1404. vix quartum ætatis luſtrum ingreſſo, Aquileræ ad Recollectionem admiſſo, non potuit Sanctoyus niſi circa annum 1410. leges Recollectionis ediſcere: Regularis Obſervantiæ in Italia mirificos progreſſus, & clariſſimam S. Bernardini famam non niſi circa annum 1420. intueri, & in Patriam deportare iſtud inſtitutum. Ibi tamen fuiſſe ſtatim avidè ſuſceptum, & multiplicatis ſub hac norma Conventibus, & pro eorum quiete ſub nomine Obſervantium ad Clauſtralium diſtinctionem expeditis anno 1427. litteris Apoſtolicis evidentiùs apparet. Reformata ſignanter Domo Valliſoletana, anno 1431. debitum mortalitatis exoluiſſe ſupponitur: Videri poſſunt hæc omnia in Vvad. to. 5. 1404. n. 14. 1431. n. 8. 1427. Bulla 190. Martini V. & 1440. Bulla 180. Eugenij IV.

Lopetius de Salinas (quem & Lopetium Salazarium, & Lupum de Salinis nominat Vvad.) ex primis Villacretij Diſcipulis jàm anno 1415. pauperrimum Pozæ Conventulum ex loci Domini pietate conſtruxerat; poſt Villacretium anno 1422. defunctum ejus conſtitutionum tenaciſſimus aſſertor, ipſas contra Sanctoyum Italicæ Obſervantiæ methodum introducere molientem ad ultimum uſque ſpiritum propugnavit anno 1427. (ut ipſe in ſuo teſtamento confitetur, quod à Reverendiſſimo Com. Generali Vltramontano Marco Zarzoſa, tandem ad me tranſmiſſum reverenter conſervo) optimos nactus ſuæ ſanctę Recollectionis Patronos Petrum Fernãdez de Velaſco Comitem de Haro Regni Caſtellæ Comeſtabilem, & Beatricem Manrique illius Conjugem, horum ex inſigni pietate multiplicavit in Caſtella ſuis Conſodalibus domicilia, quæ in unam Cuſtodiam ſub invocatione Sanctæ Mariæ de Minoribus unita ad mor-

tem uſque gubernavit, dum interim B. Petrus de Regalado obſervantiſſimas Aquileræ, atque Tribuli, ſive de Abrezo domos, prima poſt Salicetanum hujus ſanctæ Reformationis fundamenta, ipſo à Villacretio poſita, gubernaret.

De hac Sanctæ Mariæ de Minoribus ſuâ Cuſtodiâ, ejuſque Patronis Comitibus præfatis atteſtatur ipſe Lopetius in præallegato ſuo teſtamento feria 5. in Cœna Domini die 30. Martij anno 1458. compoſito, in quo & Regulas antiqui rigoris inibi obſervandas per extenſum exſcribit, ejuſque pro invariata manutentione Comitum præfatorum efficaciſſimam protectionem implorat, quatenus ejus gubernij formam variari non patiantur. Eam Vvad. ad annum 1412. n. 4. dicit in Capitulo Bononienſi ſub Mozanica Miniſtro Generali anno 1454. fuiſſe in Cuſtodiam erectam, Lopetio ipſo in Cuſtodem deputato.

Ex his ardentiùs ſemper excrevit deſiderium ſcripturas illas ex integro videndi, quas in Provincia Burgenſi deliteſcere ab initio prænotavi, ſicut jam ex parte habui, nempe Lopetij teſtamentum; tunc enim hæc omnia magis eluceſcent. Interim ex dictis, & dicendis, tùm ex Vvad. tùm ex reliquis hic citatis dubitare licet, nùm Vvadingus ipſe harum ex carentia notitiarum æquivocaverit, dum ad annum 1447. n. 20. recitata Congregatione generali omnium Reformatorum in Hiſpania ſub variis formis viventium, in Conventu Beneventano de mandato Ioannis Mauberti Vicarij Generalis, præſidente Ludovico de Sala, concluſum ibi notat, ut omnes in plures Vicarías Provinciales diſtributi, ſub Vltramontano (ut fiebat in Familia Ciſmontana) regerentur; ſolos autem Petri de Sanctoyo Sectatores, & incolas domus Aquileræ, atque Tribuli cum Cuſtodia Sanctoyana, id eſt extra montes, huic unioni non adhæſiſſe, ſed ſub Miniſtro Generali per ſua propria ſtatuta gubernari elegiſſe, ſubjungit: pro ſectatoribus enim Petri de Sanctoyo, ſectatores hujus Lopetij crederem eſſe dicendos, qui non niſi poſt mortem Lopetij anno 1459. ut ait Vvad. ipſe, fuere cum Obſervantibus uniti.

Moveor ad ſic credendum ex ſupra relatis ab ipſo Vvad. ad annum 1431. quòd Sanctoyus Obſervantiam Regularem in Hiſpanias invexerit; unde non apparet, quòd ei contrariati poſtea fuerint ejus diſcipuli Miniſtri Generalis Obedientiam eligentes, quando Obſervantibus ab Eugenio conceſſum fuerat proprium ſub ſuis Vicariis gubernium: ex altera parte ad idem confirmor, quòd Vvad. ipſe anno 1447. loco præcit. adjungit, ex hoc illorum receſſu à Vicariis ad Miniſtrum ortas fuiſſe graviſſimas diſcordias, etiam coram Rege diſputatas, partes ſuas defendente Lupo, ſeù Lopetio, non vero Sanctoyanis Sectatoribus. Dum etiam dicit Vvad. ad annum 1412. loco præcit. hanc Lopetij Cuſtodiam Sanctæ Mariæ anno 1454. à Miniſtro Generali fuiſſe erectam, Lopetio ipſo in Cuſtodem conſtituto, evidentiùs apparet, ipſum Lopetium poſt altercationes antedictas, ut ſe, ſuoſque in ſua vivendi forma ſtabiliret, à Miniſtro, quem ſolum audiebat, erectionem Cuſtodiæ poſtulaſſe, quorum omnium nullum in Sanctoyanis Sectatoribus apparet indicium; imò pro ſuſtinenda à Miniſtri Generalis Gubernio ſua exemptione ſemper inconcuſsè decertarunt ad modum Italicæ Familiæ.

Vlteriùs ad annum 1459. n. 37. dicit, ipſum Lupum (ſic eum hîc nominat) à ſuis jam dilectiſſimis Harenſibus Comitibus antedictis prorſus ex improviſo graviſſimè apud Pium XI. Pontificem fuiſſe traductũ, quòd quamdam Regulam, & vivendi normam à Regula ſancti Franciſci longè diſtantem, & in aliquibus contrariam tradiderit, & dicere non dubitatit, ſolam ſancti Franciſci Regulam ſine hac ſua nova forma ſervari non poſſe, ideóque dubitandum, ne Regulam novam excogitaverit, aut ne fortè in aliquo deviaverit à fine; idque eò periculoſiùs, quò præſumptioſiùs nulla legitimi Cuſtodis habita ratione Cuſtodiam ipſam vellet ipſe diſpoticè moderari. Subjungit exinde, ſe capere non poſſe, quomodo vir adeò exemplaris, & tot annorum curriculo Comitibus præfatis acceptiſſimus, & ſuis dirigendis conſcientiis deputatus, adeo repentè, graviterque fuerit deprehenſus; idque tandem in invidiam inſeparabilem Aulæ morbum retorquet. Ego cauſam criminarionum hujuſmodi fuiſſe crederem allegatum ſuperius Lopetij teſtamentum (Vvadingo

Vad. t. 6. 1459.n.37. 38.

dingo penitùs ignotum) in quo, & Regulas vitæ inexplicabili rigore deſcribit, eaſque poſt mortem ſuam, tùm fratribus ſervandas, tùm Comitibus protegendas edicit, & Comitem ipſum de obligatione ſecreta, novum S. Bernardino Conventum erigendi carpere videtur, & Cuſtodem actualem, ut filium ſuum ſpiritualem ad leges ſuas obſervãdas addicere. Quæ omnia licèt pia intentione dicta, cum grano ſalis accipienda fuiſſent, ab alterato animo fortè in malum interpretata, ejus etiam ſectatoribus jam rigores illos exoſis, & Cuſtode ſuam authoritatem non æſtimari, ægrè ferente, cauſam criminationibus dediſſe potuerunt: undè quantòcius ab ipſo Comite Caſtellæ Regni Comeſtabili fuiſſe illum revocatum, & veluti violenter adductum ſancto fine quieviſſe, concludit ibidem Vvad.

Quia, & veroſimile videtur, Comeſtabilem jam ab Henrico Rege obligatum, ut Cuſtodiam hanc cum cæteris per Hiſpaniam reformatis uniret ſub Vicario Generali Obſervantium ejus ex teſtamento in contrarium adeò obfirmato accenſum ad querelas fuiſſe ante dictas.

Ibid. 1460. n. 37. Quod ex ipſo Vvad. comprobari poſſet, qui anno 1460. (id eſt illicò poſt Lopetij mortem) ad eliminandas tot Reformationum varias Congregationes, ex Apoſtolica conceſſione voluit, ut omnes (Aquileræ, Tribulique domibus ſibi ſpecialiſſimè dilectis) ad unam vitæ methodũ ſub uno Vicario Generali unirentur, in quo omnes, & ſingulæ, ſpecialiter hæc S. Mariæ de Minoribus Cuſtodia conſenſerunt. Ex quo liquidò concludas Lopetianos Villacretianæ inſtitutionis zelantiſſimos aſſertores, uſque ad annum 1460. cum obſervantibus nullo modo conveniſſe.

Dicerem ergo, ſalvo miliori judicio, Villacretij, & ſimilium ſpeciales ſeceſſũs, Recollectionem potiùs ſpecialem, quàm totius Ordinis reformationem intendiſſe: Obſervantiæ verò Regularis normam à Sanctoyo in Hiſpanias invectam. Videantur interim, quæ dixi bac de re t. 1. lib. 5. cap. 9. § 2. de quo fuſiùs dicemus, ubi de Hiſpanicis Provinciis.

Vvad. t. 5. 1428. n. 1. Cum verò ſalutaribus hujuſmodi inſtitutis eruditi in Caſtella ſemper numero excreſcerent, ad eliminandas, quæ jam ab Ordinis Communitatate graviſſimæ pullulabant, controverſias, pacemque fovendam, ad quædam in Capitulo Provinciali concordata, tùm à Clauſtralibus, tùm ab Obſervantibus obſervanda decreverunt, quæ Martinus V. ad illorum petitionem Apoſtolicis litteris confirmavit, prout ſequitur.

## MARTINVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

SVper gregem Dominicum &c. ſanè pro parte dilectorum filiorum Provincialis Miniſtri, nec non Cuſtodum, Magiſtrorum, Guardianorum, Vocalium, Diſcretorum, aliorumque Fratrum Domorum Ordinis Minorum Provinciæ Caſtellæ, ſecundùm morem dicti Ordinis, nuper exhibita petitio continebat, quòd olim Fratres prædicti Ordinis, qui tunc Provinciale eorum in loco Methymnæ de Campis-Salmantin. Diæceſis celebratum Capitulum repræſentabant, in illo pro confovendis, & firmandis inter Fratres *Clauſtrales, & de Obſervantia* nuncupatos, Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi, charitate, & pace, & ut illi liberiùs, acceptiúſque Domino famulari poſſent, ſuis, nec non dictorum aliorum Fratrum nominibus, quaſdam Ordinationes, & Conventiones, ut inter Fratres Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi deinceps concordia, & amor vigeant, concorditer ſtatuerunt, & ordinarunt, illaſque promiſſerunt fideliter obſervare, prout in inſtrumenro publico deſuper confecto, cujus tenorem diligenter inſpici, & examinari, ac inferiùs de Verbo ad Verbum inſeri, fecimus, pleniùs continetur. Quare pro parte Miniſtri, nec non Cuſtodum, Magiſtrorum, Guardianorum, Vocalium, Diſcretorum, & aliorum Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Ordinationibus, & Conventionibus prædictis, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. ordinationes, & Conventiones hujuſmodi, omniaque in dicto inſtrumento contenta, & quæcumque indè ſecuta, rata habentes, & grata, illa authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defe- Ibid. in Reg. Bull. 190. Mart. V.

ctus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem; Per hoc autem authoritati, ſuperioritati, correctioni, & poteſtati Generalis Miniſtri ipſius Ordinis pro tempore exiſtentis, non intendimus in aliquo derogari. Tenor verò dicti Inſtrumenti ſequitur in hæc verba. *In Dei nomine Amen.* Noverint univerſi præſentis publici Inſtrumenti ſeriem conſpecturi, quòd anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, die verò vigeſima octava Menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. N. Martini diviná providentiâ Papæ V. anno decimo, in Villa Methimnæ de Campis vulgariter nuncupata Salamantin. Diœceſis, & infra Monaſterium S. Franciſci dictę Villæ Ordinis Minorum, in mei Notarij publici, & teſtium infra ſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentiâ perſonaliter conſtituti, Venerabiles Domini, & Religioſi viri Fr. Ioannes de S. Anna in Theologia Magiſter, & Provinciæ Caſtellę dicti Ordinis Minorum Miniſter, fr. Gondiſalvus de Valle-bona, fr. Petrus de Barzovilla Magiſter in Theologia, Fr. Ioannes de S. Vincetio, fr. Alphonſus Abulen. omnes quatuor Diffinitores Capituli Provincialis, & fr. Alphonſus de Guadalfajara, Gondiſalvus de Matimon, fr. Ioannes de S. Iacobo, fr. Arias de Enzinas, & Petrus de Zajuas, fr. Petrus de S. Facundo, fr. Petrus de Bajezą, fr. Petrus de Quintana, fr. Petrus de S. Iacobo, fr. Franciſcus Azafran, fr. Fernandus de S. Martino, fr. Martinus Corduben. fr. Alphonſus de Vico novo, fr. Ioannes Sorieti, fr. Franciſcus Carrionen. Fr. Garſias de la Rica, fr. Fernandus Corduben. in Theologia Magiſter, fr. Ioannes Burigen. fr. Ioannes de Vadilla, fr. Petrus de Sepulvera, Fr. Didacus de Caſtro-Cæſaris, fr. Alphonſus de Avila, fr. Petrus de S. Iacobo, fr. Petrus de Zayas, fr. Ioannes de S. Vincentio Cuſtodes Cuſtodiarum dictę Provinciæ, fr. Petrus de Mogerrerio, fr. Alphonſus Corduben. fr. Ioannes Xericen. fr. Antonius Vveten. fr. Arias de Enzinas, fr. Antonius Civitatis Regalis, fr. Rodericus Tacavarien. fr. Ægidius de Mayorico, fr. Franciſcus de Tarracona, fr. Valaſcus de Tapia, fr. Petrus de S. Anderico, fr. Ioannes de Alcocerio, fr. Michael de Monte, fr. Benedictus de Riaca, fr. Petrus de la Plaça, fr. Petrus de Atienæ, fr. Garſias de Ayllon, fr. Remigius de Barlanga, fr. Ioannes de Laconio, fr. Rodericus de Berinſeca, fr. Ioan. de S. Marina, fr. Petrus de Sancij, fr. Ioan. de Cucho, fr. Ioannes de Traſpadierna, fr. Ioannes de Alaria, fr. Michael de Miranda, fr. Ocham de Frigius, fr. Minuo de S. Luca, fr. Ioannes Iſpalen. fr. Antonius de Metina, fr. Ioannes de S. Anderèa, fr. Ioannes Loricario, fr. Alphonſus Valliſoletan. Fr. Ioannes de S. Eulalia, fr. Ioannes Arevalen. fr. Petrus Olmeten. fr. Vincentius Coloren. fr. Velaſcus Segobien. fr. Petrus Abulen. fr. Sanctus Conchen. Guardiani Conventuum, & Monaſteriorum dictarum Provinciæ & Cuſtodiarum: & fr. Garſias de S. Cruce, fr. Gundinus de la Parilla, fr. Antonius Gehen. fr. Alphonſus de Algezira, fr. Petrus de Vveda, fr. Alphonſus de Beroio, fr. Petrus de S. Ægidio, fr. Gondinus de Guerra, fr. Ioannes Conchen. fr. Franciſcus Oten, fr. Petrus del-Portugo, fr. Ioannes de Morales, fr. Ioannes Sotil, fr. Chriſtophorus Ayllon, fr. Benedictus de Riaca, fr. Rodoricus Clanyo, fr. Ioannes de Banares, fr. Rodoricus Regana, fr. Nicolaus Burgen, fr. Toribius de Carboncyra, fr. Franciſcus de Rupembea, fr. Dominicus de Vacillo, fr. Alphonſus de Malgar, fr. Ioannes de Archayos, fr. Fernandus de Senobar, fr. Ioan. Lenia, fr. Petrus de Dominabor, fr. Petr. de S. Salvatore, fr. Ioan. Matimon, fr. Gundin. Buſca Roydo, Fr. Benedictus de Gadalfaiana Vocales, & Diſcreti dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum, ac Conventuum; & omnes alij Magiſtri, Cuſtodes, Guardiani, Licentiati, Baccalaurei, Lectores, & Fratres dictæ Provinciæ Caſtellæ in ſuo Capitulo Provinciali præſentialiter congregati, prout de more habent per ſe, & nomine aliorum Fratrum de dicta Provincia quendam librum de papyro quaſi totum ſcriptum præſentaverunt, & oſtenderunt, quem regiſtrum, ſeu acta Provinciæ nominaverunt. In quo quidem libro, quidam erant articuli ſcripti, nominibus aliquorum ipſorum Fratrum roborati, & Sigillis dictarum Provinciæ, & Cuſtodiarum ſigillati, non raſi, nec cancellati, nec in aliqua ſui parte ſuſpecti, ut præſenti facie

cie apparebat. Quorum quidem articulorum tenor, ſeu forma de verbo, ad verbum talis erat: In Dei nomine Amen. Iſti ſunt articuli concluſi, & determinati per Miniſtrum, Cuſtodes, & Magiſtros, Guardianos, Diſcretos, Vocales, & alios Patres, & Fratres Provinciæ Caſtellæ pro bono pacis, & Concordiæ Fratrum, tàm de Clauſtro, quàm de Obſervantia in Capitulo Provinciali Metimnæ de Campis celebrato, pro feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ anno Domini 1417.

Primò quòd de cætero Fratres, & Patres de Obſervãtia humiliter, & cariſſimè recipiant Patrem Miniſtrum Provinciæ in ſuis Conventibus, Domibus, & Eremitoriis, & ei obediant ſimpliciter, & de plano, ſicut ex Regula tenentur, in omnibus, quæ ad ſuum ſpectant officium, dictuſque Miniſter eos benignè, & piè tractet, conſoletur, & foveat ſicut Pater Filios. Secundò, quòd quando aliquis de dicta Obſervantia deliquerit, ita quòd graviter debeat puniri, ſecundùm noſtras Conſtitutiones, Miniſter pro tali Fratre puniendo teneatur conſilium celebrare, in quo ad minus ſint ſex Fratres diſcreti, Zelum Dei, dicti Ordinis, & Iuſtitiæ habentes, ex quibus ad minus ſint duo boni Viri de dicta Obſervantia. Tertiò ſi dicti Fratres de Obſervantia, tàm illi, qui ſunt circa portus, quàm illi, qui ſunt ultra, petierint à Miniſtro ſibi aliquem in Vicarium inſtitui, Miniſter teneatur habere conſilium digeſtum, & maturum cum decem Patribus de dicta Provincia, & de Obſervantia, Zelum bonũ habentibus, quibus ſi viſum fuerit conſonum, & ſibi, illum, quem petũt, vel aliũ eis in Vicarium conſignet, qui dictos Fratres benignè, ſicut decet, tractet. Quartò quòd quando contigerit, quòd Cuſtos declinet ad aliquem Conventum, domum, aut Eremitorium de Obſervantia, dicti Fratres eum recipiant benignè, & cariſſimè juxta poſſibilitatem ſuam, ipſi prout Miniſtro obediant, ſicut Regula noſtra mandat; Cuſtos verò de ipſis ſemper ſe habeat intromittere de omni bono; ſimiliter Fratres de Clauſtro, & de Obſervantia ſe benignè recipiant, tractent, & benè, & honeſtè de ſe ad invicem loquantur, ubicunque ſe invenerint oſtendant ſe verè eſſe Fratres, ſecundùm quòd noſtrâ ſactâ Regulâ, & conſtitutione cavetur, & contrarium facientes reneatur Miniſter graviter punire. Quintò, ſi contingat quòd major, & laxior pars proborum, & diſcretorum fratrum nativorum, cum majori parte aliorum ſimiliter nativorum alicujus Conventus (qui non ſit caput Cuſtodiæ) voluerint vivere in Obſervantia, petant licentiam à Miniſtro Provinciæ, & ſi eos Miniſter viderit bono propoſito facere, ipſis teneatur dare, ac eos confovere, & adjuvare. Sextò, quæ pro bono pacis, & concordiâ, ac aliquorum Patrum de Obſervantia quiete, qui fortè tot labores, & aſperitates in Eremitoriis nequeunt tolerare, Provincia aſſignet ipſis pro Obſervantia in Cuſtodia Toletana Cõventum de Talana; in Cuſtodia Burgen: cõventũ Palentiolæ; & in Cuſtodia Murcienſi Conventum S. Michaëlis de Monte; in Cuſtodia Segobien: Conventum Metimnæ de Campis; in Caſtodia Pelentin: Conventum de Rupe fideli; in Cuſtodia Sorien. Conventum S. Dominici de Tilis. Septimò, quòd dicti Fratres de Obſervantia præſentes, & futuri contententur his locis ſibi à Provincia datis, cum aliis, quæ ad præſens habent in dicta Provincia, nec de cætero debeant, neque poſſint alia loca de novo recipere, nec quantùm ad hoc utantur litteris Apoſtolicis impetratis; aut impoſterum impetrandis. Octavò, quòd nullus Frater de Obſervantia amodò recipiatur ad morandum in Clauſtro, ſimiliter tranſeundo de Clauſtro ad obſervantiam, ampliùs, ſi revertantur, non recipiantur. Et quia tàm ampla, & differens receptio hominum laicorum, & ſimplicium, non ſolùm eſt contra Regulam, & Declarationes, ſed etiam inducit confuſionem, & ſcandala, nullus Prælatus ſine licentia ſpeciali Miniſtri poſſit, neque debeat ad dictam Obſervantiam, nec ad Ordinem aliquem recipere. Nonò, quòd Conventus aſſignati per Provinciam habentes eleemoſynas annuales ſub quacunque ſpecie, vel mercede maneant, ſic nec Fratres poſſint vendere, donare, tranſmutare, dimittere, vel quomodolibèt alienare, niſi de licentia Miniſtri, & aſſenſu Fratrum nativorum Cuſtodiæ talis Conventus; & Conventus, Domus; Eremitoria de Obſervantia, in quibus aliquo modo retinentur,

tinentur, vel recipiuntur, aut recipientur eleemoſinæ pecuniales, ſeu mercedes, teneantur ſolvere,& contribuere in negotiis Provinciæ, & ſuæ Cuſtodiæ, ſicut alij Conventus. Fr. Ioannes Miniſter, & Servus,fr. Germanus Diffinitor, fr. Petrus Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Bitorien: fr. Petrus Magiſter, & Diffinitor, fr. Ioannes Diffinitor, fr. Alphonſus Diffinitor, fr. Ioannes de S. Anderico Cuſtos Bitorien. fr. Ioannes Cuſtos Burgen. fr. Petrus Cuſtos Palenz. fr. Didacus Cuſtos Murcien. fr. Petrus Cuſtos Sorien. fr. Alphonſus Cuſtos Segobien. fr. Ioannes Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Iſpalen. fr. Petrus Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Bitorien. fr. Azias Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Toletanæ, fr. Rodericus Cuſtodiæ Burgen. Procurator, fr. Petrus de Varzovilla Procurator Cuſtodiæ Muricen. fr. Franciſcus Magiſter, & Procurator Cuſtodiæ Palen. fr. Benedictus Procurator Cuſtodiæ Sorien. fr. Vilaſcus Procurator Cuſtodiæ Segobien. Poſt quorum quidem articulorum præſentationem, & publicationem, dicti Domini Magiſtri, Diffinitores, Cuſtodes, Magiſtri, Guardiani, Procuratores, Diſcreti, Vocales, & alij Fratres in dicto Capitulo congregati, dixerunt ipſi nomine ſuo, & nomine aliorum Fratrum de dicta Provincia, habitis ſuper præmiſſis articulis, primitùs diligenti tractatu, maturáque deliberatione,& ipſorum,& cujuſlibet eorum certâ ſcientiâ, ac ſpontaneâ, merâ,& deliberata voluntate, concorditer pro bono regimine dictæ Provinciæ, & ne impoſterum Dyſcolis detur materia fugiendi obedientiam, & diſciplinam Ordinis, ac vagationis præcludatur via, dictos articulos,& contenta in eis, ſtatuerunt, ordinarunt, & in perpetuum obſervandos ab omnibus inſtituerunt, eoſque articulos in dicto regiſtro Provinciæ, ſeu actis adſcribi, & nominibus dictorum Miniſtrorum, Cuſtodum, & Procuratorum roborari, ac dictarum Provinciæ,& Cuſtodiarum ſigillis ſigillari fecerunt; ſed quod, ut credebant, aliquando fore neceſſe, aut expediens, articulos alicubi præſentari, ſeu oſtendi, ubi commodè dictum Regiſtrum haberi non poſſit, Idcircò quod unicè iterum,& de novo ſuper dictos articulos cōtenta in eis de licentia dictorum Patrum Miniſtri, & Diffinitorum, ipſis præfatis Cuſtodibus, Magiſtris, Guardianis, Procuratoribus, Diſcretis, Vocalibus, & aliis Fratribus in dicto Capitulo Provinciali præſentibus coram me dicto Notario, Teſtibus infrà poſitis ad omnia alia,& ſingula ſupradicta, per eoſdem tradita, & conceſſa ordinabant, ſtatuebant, & ſe fideliter prædictos articulos obſervaturos promittebant; ac per Sedem Apoſtolicam dictos articulos, & quemlibet ipſorum, ac omnia,& ſingula in eis contenta confirmari,& approbari valeant, de quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis dicti Domini ordinantes, & ſtatuentes petierunt ſibi fieri per me infraſcriptum Notarium unum publicum inſtrumentum, uel plura.

Acta fuerunt hæc in prædicta Villa Metimnæ de Campis anno, die, menſe, & Pontifice quibus ſuprà, præſentibus ibidem honorabilibus, & circumſpectis Viris Dominis Turibio Dominici milite, Roderico Gondiſalui Eriebro, Velaſco Roderico de Ganara, Ioanne Sancij de Valencia, Alvaro Roderici Rectore,& Petro Alphonſi de S. Facundo, omnibus in dicta Villa Metimnæ de Campis commorantibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, communitionis, & ſuppletionis infringere &c. Si quis autem &c. Dat. Romę apud ſanctos Apoſtolos, quinto Kal. januarij anno undecimo.

Habuiſſe tandem Vicarios ſuos ad formam Conſtantienſis Decreti ſibi à Martino V. conceſſos, conſtat ex Bulla Eugenij IV. mox alleganda: Cum enim ex Aſſiſienſis Capituli Decreto anno 1430. caſſati fuiſſent omnes ubique Obſervantium Vicarij, ita ut facto uno grege, & uno ovili, Franciſcani omnes ad Regulæ, quam profitentur, omnimodum rigorem in eſſentialibus obligarentur; fratres autem de communitate, cum citò recedentes à promiſſo,& abſoluti à juramento reverterentur ad libertates; & tamen Obſervantes ſua ſub obedientia vellent, etiam invitos continere; In Hiſpania præſertim cogere eos voluerit, ut Conſtantienſis Concilij favorem, aliaque privilegia Apoſtolica pro fælici ori ſuo gubernio priùs impetrata deperderent. De hoc graviter dolentes, reſtitutionis

ſtitutionis in integrum novam ab Eugenio Pontifice conceſſionem, intercedente præſertim Maria Caſtellæ, & Legionis Regina obtinuerunt, prout in ſequenti diplomate.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 5. in Reg. fol. 216. ann. 1434 bull. 59.

EX Apoſtolicæ Sedis &c. Dudum ſiquidem fæl. rec. Martinus Papa V. Prædeceſſor noſter, ut universi, & ſinguli Methinæ de Campo de Valleſoleto, de Cavellat. S. Dominici de Silis, S. Michaelis de Monte, S. Franciſci de la Salceda, S. Franciſci de Arevalo, & S. Franciſci de Conſtantina, Salmanin. Segobien. Burgen. Palentin. Conchen. Corduben. Toletan. Abulen. & Hiſpalen. Diæceſ. ac aliorum infra Caſtellæ, & Legionis Provincias Regnorum Caſtellę, & Legionis conſiſtentium Domorum Ordinis Fratrum Minorum *de Obſervantia* nuncupati juxta morem ipſius Ordinis inſtitutarum, Guardiani, & Fratres pręſentes, & futuri omnibus, & ſingulis exęptionibus &c. nec non ſtatutis, & Ordinationib⁹, tunc per Gen. Synodũ Cõſtant. ante, & poſt adjunctionem, ſivè unionem Hiſpanicæ nationis eidem Synodo, quam etiã deinde per eũ, in ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis primordiis, dilectis Filijs univerſis de S. Audomaro, de Varenis, &c. Morinen. Remen. & Biſuntunæ Diæceſ. & aliorum infra Franciæ, Burgundiæ, & Turonen. Provinciarum conſiſtentium Domorum dicti Ordinis, juxta morem prędictum inſtitutarum Guardianis, & Fratribus, ſeu in eorum favorem ſub quavis forma, & expreſſione verborum conceſſis, & editis, quorum omnium tenores ſuis haberi litteris voluit prò expreſſis, ex tunc in antea uti, & gaudere liberè, & licitè poſſent, ac ſi illa eis, & in eorum favorem, ſpecialiter, & expreſsè conceſſa, & edita fuiſſent, eiſdem Caſtellæ, & Legionis Regnorum, & provinciarum Domorum hujuſmodi Fratribus per quaſdam primò, & deindè ad ſupplicationem cariſſimi in Chriſto Filij noſtri Ioannis Caſtellæ, & Legionis Regis Illuſtris, per alias ſuas litteras omnibus dumtaxat ſub Regulari Obſervantia pro tempore degentibus in Hiſpaniarum partibus conſiſtentibus dicti Ordinis Fratribus, ut quondam Pacificus Hiſpanus, ejuſdem Ordinis profeſſor, pro prima vice, & ſucceſſivè ipſi, ſeu ex eis ad hoc pro tempore generale Capitulum ejuſdem Ordinis, quando, & quotiès eis videretur, indicere, tenere, & ad hoc alios de Obſervantia hujuſmodi Fratres convocare, in ipſiſque Capitulis, ex dictis Fratribus partium prædictarum ſecundùm morem dicti Ordinis, ſingulos Provinciales, Vicarios, ac unâ cum illis, Fratres de Obſervantiâ prædicti unum, qui etiam Provincialibus hujuſmodi præeſſet, dicti Ordinis profeſſores in Generalem Vicarium, qui ab aliquibus Ordinis de Obſervantia hujuſmodi Fratres, & etiam per ipſos de Capitulo pro tẽpore deputatis cõfirmari deberent, & tenerentur, ipſoſque de Obſervantia Fratres, & eorum domos, & loca, in dictis partibus dumtaxat pro tempore conſiſtentia, viſitandi, & quæ ſecundùm Deum, & Regularis Obſervantiæ hujuſmodi inſtituta ibidem corrigenda, & emendãda cognoſcerent, ſervatâ tamẽ formâ eis in Caputulis hujuſmodi traditâ, corrigendi, &c. reformãdi &c. poteſtatem haberent per ſe, vel alios, quos ad hoc deputandos ducerent, eligere, deputare, & ad Vicariatuum hujuſmodi officia aſſumere, in dictiſque Capitulis, tam circa vocationem, & abſolutionem hujuſmodi Vicariorum, & aliorum quorumque Officialium ſuorum officiorum, domorum, & locorum quorumlibet, electionem quoque, inſtitutionem, & confirmationem, quam circa Diffinitores, & ipſorum domorum, & locorum hujuſmodi Viſitatores in quolibet Capitulo deputandos, & alia, quæ circa obſevantiæ hujuſmodi conſervationem, regimen, & proviſionem eis quomodolibet neceſſaria, & opportuna viderentur, facere, ſtatuere, ordinare, & exequi; Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia per ſe, vel alios compeſcere valerent, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & privilegiis &c. cæteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus, plenam, & liberam facultatem authoritate Apoſtolica conceſſit, decernens irritum &c. Nos igitur earundem litterarum omnium tenores præſentibus pro expreſſis haberi volentes, Cariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Mariæ Caſtellæ & Legio-

nis Reginæ Illuſtris, ejuſdem Regis Conſortis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tàm exemptionum, privilegiorum, prętogativarum, quæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis Domorum favorem dumtaxat concernunt, quàm Prædeceſſoris conceſſiones hujuſmodi, nec non omnia, & ſingula, litteras prædictas, & per illas ut præfertur, conceſſa, ac in eis contenta, nec non quæcumque indè ſecuta, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patricinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis, & commonitionis infringere &c. Datum Florentiæ anno &c. 1434. Idibus Septemb. anno 4.

Verumtamen, cum eiſdem in Regnis, nonnulli eorum arctioris vitæ rigorem jam pertæſi, vel à Fratribus de Communitate per varias artes allecti ab illa ſanctitatis exemplaritate, ad quam ſpecialiùs obligati credebantur eſſe, recederent; præfata Maria Regina Obſervantiæ Regularis ſanctiora incrementa ſemper effectuosè prætendens, anno 1441. ab Eugenio Pontifice impetravit, ut Viſitator, & Reformator Generalis ſuper Obſervantes per Hiſpanias, authoritate Apoſtolica deputaretur, prout ſequitur.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Dilecto Filio Sancio de Canales Domorum Fratrum Ord. S. Franciſci de Obſervantia in Regnis Caſtellæ, & Legionis conſiſtentium Cuſtodi.*

Vvad. t. 5. fol. 289. an. 1441. bull. 192.

APoſtolicæ ſervitutis &c. exhibita quidem Nobis nuper pro parte Cariſſimæ in Chriſto Filiæ Mariæ Caſtellæ, & Legionis Reginæ petitio continebat, quòd licèt olim in Salamantin. & Placentin. Civitatibus, nec non de Molina, & de Soria Oppidis Oxomen. & Seguatin. Diœceſ. ac locis alijs ipſius Reginæ in Caſtellæ, & Legionis Regnis conſiſtentibus, nonnullæ domus, & loca ad laudem, & honorem Dei, & B. Franciſci dedicata extiterint, & de præſenti exiſtant; quòdque in illis religioſorum virorum copia ſub regulari dicti S. Franciſci degentium tunc, & in divinis Altiſſimo famulantium, obſervantiâ, non ſine Chriſti fidelium devotione maxima creviſſet; tamen Modernis temporibus nonnulli ex Religioſis prędictis jugum Dominicum ſuaviſſimum reſpuentes, reſpicienteſque retrò Regularem Obſervantiam, in Domibus, & locis prædictis hactenùs laudabiliter juxta dicti Ordinis inſtituta obſervatam, abijcere, & dietim infringere nituntur, quorum prætextu, laxatis per eos honoris, & pudicitiæ habenis, domus, & loca prędicta gravia ſuſtinent detrimenta, & diminuitur in eis cultus divinus. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c. mandamus, quatenùs ad prædictas domos, & loca, quotiès opportunum fuerit, perſonaliter te transferas, & habens prę oculis ſolum Deum, Domos, & loca hujuſmodi, ac perſonas prædictas, quæ nunc ſunt, & pro tempore erunt, authoritate noſtra, tàm in Capite, quàm in Membris viſites, illaſque, & illa ad Regularem, & debitam obſervantiam juxta Regularia ipſius Ordinis inſtituta reducas &c. Contradictores &c. compeſcendo. Nos Domos, loca, & perſonas prædictas, tàm in Capite, quàm in Membris, ut præfertur viſitan. &c. concedimus facultatem. Non obſtan. Conſtitutionibus Apoſtolicis &c. Datum Florentiæ anno 1441. quarto Kal. Iulij anno XI.

Iterum anno 1450. Nicolai V. Pontificis mira benignitate, Domorum omnium, quas per Caſtellam receperunt, erectiones confirmatas fuiſſe legimus, ut ex litteris Nicolai apparet.

## NICOLAVS PAPA V.

*Dilecto Filio Abbati Monaſterij S. Zoili de Carrione Palentin. Diœc.*

INter cæteros &c. ſanè pro parte dilecti Filij Lugdovici de Saia Cuſtodis Fratrum ſub Regulari Obſevantia viventium, dicti Ordinis Cuſtodiæ citra portus Provincię Caſtellę iuxta morem ejuſdem Ordinis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd infra diſtrictum hujuſmodi Provincię in diverſis locis diverſarum Civitatum, & Diœceſum diverſa Eremitoria, & alia loca pro uſu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis, ſub obſervantia prędicta viventium, ſub debita tamen ab alijs quibusvis Fratrum Mendicantium Domibus, diſtantia, authorita

Vvad. t. 5. Reg. fol. 390. ann. 1450. bull. 81.

thoritate, vel ſaltem conſenſu Diœceſani locorum hujuſmodi interveniente, noviter conſtructa, & erecta, ac ipſorum Fratrum uſibus applicata, & per Fratres ipſos recepta, & ex tunc inhabitata fuerint. Quare pro parte dicti Cuſtodis Nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque &c. diſcretioni &c. mandamus, quatenùs vocatis &c. informes, & ſi &c. fundationes, conſtructiones, & erectiones Eremitoriorum &c.& confirmes &c. Et nihilominus eiſdem Fratribus, quòd Eremitoria, & erecta loca hujuſmodi perpetuò retinere, liberè & licitè valeant, quódque Fratres in illis pro tempore degentes omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis, uti, & gaudere poſſint &c. concedas: jure &c. ſalvo. Non obſtan. fęl.rec. Bonifacij Papę VIII. &c. quibuſcumque. Nos enim tibi, ut ad ſingulas Civitates, vel Diœceſ. in quibus ſingula Eremitoria, & loca erecta prędicta conſtituta ſunt,ut prefertur, accedens, in eiſdem Conventibus, vel Diæceſibus præſentes noſtras litteras exequi valeas, perindè, ac ſi illis executor, vel Iudex deputatus fores, nec aliæ tibi quoad hoc obſiſterent Conſtitutiones, & Ordinationes Prædeceſſoris ſupradicti dat. Romæ apud S. Petrum anno 1450. 3. Nonas Decemb. anno 4.

In Aragonia verò, cùm jam Cænobia quinque anno 1424. partim in Aragonicis, partim in Valentiæ terminis ſibi comparaſſent, à Martino V. impetrarunt, ut ad majorem, atque fæliciorem Regularis Obſervantiæ progreſſum in unam coaleſcere Cuſtodiam deberent, ſub formulis, & conditionibus in ſequenti diplomate deſignatis.

## MARTINVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vvad.t.5. Reg. 1424. bull. 122. AD ea ex Apoſtolicæ ſervituris officio libenter intendimus, &c. Sanè pro parte venerabilis Fratris Ioannis Epiſcopi, & dilectorum Filiorum Decani,& Capituli Eccleſiæ Segobicen. nec non nobilis Viri Frederici de Aragonia, Comitis de Luna, ac Iuratorum Civitatis Segobricen. nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd à paucis annis citra in Provincia Aragoniæ extra muros Segobricen. *Sub S. Blaſij, ſeu S. Mariæ de Angelis*, & in Diæc. Valent. *ſub Sancti Spiritus in Eremo* aliud, ac in de Cheluâ, *ſub S. Franciſci* aliud,& in de Manſanera Cæſarauguſtan Diæc. *ſub B. Mariæ de la Vega* vocabulis aliud Monaſterium, ſive Domus Fratrum Minorum, ſecundùm morem dicti Ordinis dictorum Fratrum, in locis utique ad hoc congruis,& honeſtis per nonnullos Chriſti fideles pia devotione motos, de bonis eis à Deo collatis canonicè fundata fuerunt pariter &c. cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, illuſtris Comes, Epiſcopus, Decanus, Capitulum, & jurati Præfati, qui ad Religionem dicti Ordinis gerunt ſingularis devotionis affectum, cupiant, ipſa Monaſteria pro fælici ipſorum conſervatione ſub uno Cuſtode,& Guardianis dumtaxat regi, & gubernari, pro parte Epiſcopi, Decani, Capituli, Comitis, & Iuratorum præfatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. ſtatuimus, & etiam ordinamus, quòd Fratres dicti Ordinis, qui in ipſis Monaſteriis pro tempore reſidebunt de cætero, perpetuis futuris temporibus aliquem Fratrem idoneum ejuſdem Ordinis Profeſſorem, laudabilis converſationis, & vitæ in Cuſtodem dictorum Monaſteriorum, & eorumdem Guardianos, Lectores, & Vicarios, ac Fratres alios Officiales eligere poſſint; qui Cuſtos Segobric. & Sancti Spiritus impoſterum à Generali, ac aliis Miniſtris Provincialibus, Cuſtodibus, Guardianis, & Fratribus aliis dicti Ordinis nominetur; qui poſt electionem ſuam,& aliorum præfatorum, abſque alicujus alterius confirmationis præſidio præfata Monaſteria, & Fratres degentes in illis pro tempore ſub Regulari Obſervantia dicti Ordinis, juxta conceſſam ſibi à Domino prudentiam, & virtutem, ſalubriter regat, & dirigat, ac gubernet. Quodque Ordinatio dicti Cuſtodis, ac Guardianorum, & Fratrum diſcretorum ejuſdem Cuſtodiæ præſentetur Capitulo Provinciali, & legatur in tabula definitionis ejuſdem: in qua quidem ordinatione nequeat aliquid immutari, abſque conſenſu, & expreſſa voluntate Cuſtodis, ac Guardianorum præfatorum. Quodque dicta Cuſtodia ſit de corpore Provinciæ,& ſub obedientia,& cura Miniſtri modo, formâque præfatis. Præterea ut Fratres præfati non ſolum devo-

tionis ſtudio piæ vitæ, ſed etiam regulari diſciplinæ, & ſtudio ſacræ paginæ, ac prædicationi Verbi Dei diligentiùs vacare, & intendere poſſint, & ſibi, & aliis, animarum proficere ad ſalutem; Volumus, & etiam ordinamus, quòd in domibus,ſivè Conventibus Segobricen. & Sancti Spiritus ſupradictis legantur Biblia, & fiat exercitium ſcientiæ ſalutaris. Mandantes,& injungentes,eiſdem Fratribus in virtute ſanctæ Obedientiæ, quatenùs poſtpoſita quacumque eorum privata commoditate, in victu,veſtitu, & calceamentis vivere debeant uniformiter in communi, ad hoc, ut dicta Monaſteria perpetuò conſerventur, ſublatis quibuſcumque contentionnm, & diſſentionum fomentis, in ſalutari concordia, & obſervantia regulari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, ac privilegiis,& litteris Apoſtolicis eiſdem Monaſteriis, & eorum Conventibus, aut eorum alicui per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs ſub quacumque verborum forma conceſſis; etiamſi de illis, eorumque totis &c. foret mentio ſpecialis: ſtatutis quoque, & conſuetudinibus Monaſteriorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate aliâ vallatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. ſi quis autem &c. dat. Gallicani Pæneſtrin. Diæc. ſeptimo Kal. Auguſt. ann.7.

Vt autem ſublato quocumque Clauſtralium commercio fæliciùs in Domino proficere, & in puriori Regulæ Obſervantia conſervari valerent, anno 1415. obtinuerunt ab eodem Pontifice, ut ad Concilij Conſtantienſis decreta, quæ pro Galliarum Obſervantibus fuerant anno 1415. conceſſa, poſſent per omnia conformari, prout in ſequentibus litteris apparet.

### MARTINVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. fol. 120. bull. 130. IN Apoſtolicæ Sedis ſpecula &c. ſanè pro parte dilectorum Filiorum Segobricen. & Tiraſonen. nec non de Xelva, de Muroveteri, de-la Manſanera, de Camyeva, & de-la Alumna Segobric. ac Valentin. & Cæſarauguſtan. Diæc. Domorum Ordinis Minorum Guardianorum, & Fratrum *de Obſervantia*, nuncupatorum, Provinciæ, Aragoniæ ſecundùm ipſius Ordinis morem nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipſi, qui in ſtricta Obſervantia dicti Ordinis proponunt Domino deſervire, pro eorum quieto ſtatu,& animarum ſalute, cupiunt etiam ſecundùm conceſſiones, & indulta, ac ſtatuta, & decreta dudum per Generale Conſtantienſe Concilium, & ejus litteras Fratribus ejuſdem Ordinis de Obſervantia ſupradicta, in Franciæ, Burgundiæ, ac Turoniæ Provinciis ſecundùm morem prædictum ſub ipſa Obſervantia degentibus, conceſſa, vivere, ac regi, & etiam gubernari. Quare pro parte Guardianorum,& Fratrum domorum prædictarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum,ut tenorem litterarum prædictarum præſentibus inſeri,ac eis quòd omnibus,& ſingulis Conceſſionibus,ſtatutis, indultis, Ordinationibus,& decretis in illis contentis uti, & ſecundùm ea vivere, ac regi, ac etiam gubernari valeant, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. eiſdem Guardianis,& Fratribus domorum prædictarum &c. aliis ſecundùm prædictum morem ſub hujuſmodi Obſervantia in dicta Provincia Aragoniæ pro tempore degentibus, quòd conceſſionibus,ac indultis, nec non ſtatutis, ordinationibus, & decretis hujuſmodi in prædictis litteris Burgundiæ, Franciæ, & Turoniæ Provinciarum prædictarum Fratribus conceſſis, prout in eiſdem litteris continetur, uti &c. valeant authoritate &c. indulgemus. Tenor verò dictarum litterarum in quodam libro, in quo nonnulla acta ejuſdem Concilij ex ipſius ordinatione conſcripta fuerunt, repertus, quem præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, talis eſt. *Sacroſancta &c.* Cæterùm, ut prædictarum litterarum tenor ſic inſertus omnem rei, ſeu facti certitudinem habeat, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quòd idem tenor ſic inſertus plenam vim, plenumque robur, & vigorem per omnia habeat, & ad ea probanda hæ litteræ noſtræ ubilibet plenè ſufficiant, quandocumque, & ubicumque eas in judicio, vel alibi exhiberi contigerit, vel oſtendi. Nulli ergo &c. datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos 19. Kal. Septemb. anno 8.

Denique

Denique in Luſitania anno 1446. Eugenij IV. favore obtinuerunt, ut Domos quinque de Novo reciperent, & capitulariter congregati Vicarium ſibi Provincialem eligerent; dato ſequenti diplomate.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vuad. t. 5. Reg fol. 319. bull. 285.

DVm præclara dilectorum Filiorum Fratrum in Alanquerin. Leren. & Setuxialen. Vlixbonen. Colimbrien. & Elboren. Diæc. nec non Viſen. & nonnullis aliis Domibus Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Portugalliæ, juxta morem dicti Ordinis, ſub obſervantia prædicti Ordinis degentium, Religionis merita debitâ conſiderationis acie recolimus &c. tenore præſentium concemus pariter, & indulgemus, quòd ipſi annis ſingulis, in locis, & terminis ad id per Vltramontanum Vicarium Generalem primò, & ſucceſſivè per eorum Provincialem pro tempore exiſtentem Vicarium ſtatuendis, & ordinandis, ſe capitulariter congregare, & in hujuſmodi Capitulis, ad quæ ſinguli Guardiani, vel ſinguli Vicarij ſingularum Domorum, aut ſingulorum locorum, vel Eremitoriorum prædictorum, cum ſingulis Fratribus eorundem, ad hoc per Fratres Domorum, vel locorum, ſeu Eremitoriorũ hujuſmodi, aut majorem partem ipſorum electis, accedere teneantur, unum in eorum Vicarium Provincialem eligere, qui quidem ſic in Vicarium Provincialem electus, dummodo concordanter ab ipſis, vel majori parte eorum electus fuerit; ſi Miniſter Provincialis dictæ Provinciæ pro tempore exiſtens, electionem electi in Vicarium hujuſmodi infra triduum, poſtquàm illi præſentata fuerit, confirmare neglexerit, vel ſi dicta Provincia Miniſtro carverit, aut Miniſter ipſe excommunicationis ſententiâ innodatus, vel alio tàm Iuris, quàm facti impedimento detentus, ſeu à prædicta Provincia abſens fuerit, eo ipſo dicta authoritate Apoſtolica confirmatus ſit, & eſſe cenſeatur; & ipſe in Vicarium electus, ac confirmatus pro tempore, quem nihilominùs, ac omnes, & ſingulos Fratres prædictos ſub obedientia, & juriſdictione Generalis Vicarij Vltramontani Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum, pro tempore exiſtentis, perſiſtere volumus, atque decernimus, omnia, & ſingula, domos, loca, & Eremitoria prædicta, ac in eis degentes Fratres viſitare, monere, corrigere, punire, & etiam cum invocatione brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, incarcerare, & à carceribus relaxare, nec non in eoſdem Fratres plenariam, & omnimodam jurediċtionem, & poteſtatem habere, quoſcumque etiam Altiſſimo militaturos ſæculum abnegantes, aliàs tamen ad id idoneos ad profeſſionem admittere, eiſque habitum regularem exhibere, nec non illis, ad id tamen idoneis, ut ad omnes, etiam ſacros, Ordines per quemcumque Catholicum Antiſtitem gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicę habentem, ritè, & ſtatutis à Iure temporibus promoveri facere, de quibus ſibi videbitur, ex Fratribus prędictis, quòd ad Romanam Curiam, vel alia loca ſe transferre, & inibi aliquandiù morari liberè, & licitè valeant, licentiam concedere; libros quoque uſui Fratrum, quos pro tempore decedere contigerit, uſui aliorum Fratrum, de quibus etiam ſibi videbitur, diſtribuere, ac omnia alia, & ſingula, quæ Provincialis Miniſter de Iure, vel conſuetudine poteſt facere, exequi valeat, nec non Fratres ipſi de eorum Vicarij pro tempore exiſtentis conſilio, & aſſenſu in prædicta Provincia, quinque alias Domos, ſeu quinque alia loca jam fundata, & conſtructa, aut quæ fundari, ſeu conſtrui de novo contigerit, ac ſibi aliàs canonicè concedantur, recipere, & in ipſis, quas, ſeu quæ cum Eccleſiis, Campanilibus, Campanis, Cemeteriis, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro aliquorum ex ipſis perpetuò inhabitare liberè, & licitè poſſint, volentes, & decernentes, quòd Fratres in quinque domibus, ſivè locis recipiendis prædictis pro tempore degentes, omnibus, & ſingulis exemptionibus, privilegiis, &c. concedendis uti, & gaudere valeant; Non obſtan. fæl. rec. Bonif. VIII. &c. cæteriſque contrariis quibuſcumque; præſentibus, quoad prædicti Fratres ſub Regulari Obſervantia hujuſmodi vixerint, dumtaxat, & non aliàs valituris. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1446. 8. Idus Auguſti anno XVI.

Ibid. 1444. n.58. In Inſulas Baleares anno 1444. Regularem Obſervantiam legimus fuiſſe introductam, recedentibus multis doctis, piiſque viris, quibus illud florebat Regnum, ad loca ſolitaria, humileſque Domunculas, ex vili materia conſtructas; Aliorum ſe præbuit ducem Fr. Bartholomæus Catanins, vir doctiſſimus, in ſacra pagina Magiſter, Cuſtodiæ Majoricenſis Præfectus, qui cum ſe per aliquot annos in maxima paupertate, aſſidua oratione, jejuniis, atque vitæ aſperitate exercuiſſet, eâque de cauſa Balearibus in ſumma eſſet venerationе, atque aliquot ſibi ſimiles poſt ſe abduxiſſet conſodales, tres Conventus, Ibid. in Reg. r. 6. 1459. bull. X. unum ad primum ab Vrbe Majoricæ lapidem; alterum Sollaris; tertium Mahonis ſub Regularis Obſervantiæ auſpiciis ædificari, & domibus ejuſdem ſtrictioris inſtituti Provinciæ Aragoniæ adnecti procuravit. Denique ut in propriam coaleſcerent Cuſtodiam, conceſſit Pius II. expedito diplomate; *In eminentis Apoſtolica &c.* Datum Romæ &c. 1459. Kal. Novemb. quod ſuo loco deſcribemus.

## CAPUT V.

### *Introducitur in utramque Germaniam.*

Vvad. t. 4. 1388. n. 1. IN Boſnam (ſicut & in Corſicam) introductos fuiſſe magno animarum fructu Obſervantes ab ipſis ſuæ erectionis exordiis, patet evidenter ex litteris patentibus Henrici Alferij Generalis Miniſtri, quibus inter reliqua Fr. Pauluccio ſuper quindecim loca, quæ tunc anno 1388. in Vmbria, & in Marchia habebat Vicario ſuo conſtituto, concedit, etiam ut in Boſnam, & in Corſicam aliquem de ſuis idoneum ſubdelegare valeat, ut ejuſdem vitæ viros regat ſub arctiori illa vitę diſciplinâ. Anno 1451. Rege Boſnæ cum optimatibus multis ad fidem converſis cõmendata fuit Vvad. t. 6. 1451. n. 52. Capiſtrano illa Vicaria, dum ageret in Germania; & Michael Iadrenſis Boſnæ Vicarius datis litteris Capiſtranum invitavit, vehementiúſque rogavit, ut ad viſitandos Religioſos, & Regem, cæteroſque Catholicos Regni in fide confirmandos, eò transferre ſe vellet.

Itidem Thomas Farenſis Epiſcopus, in Boſnam Legatus Apoſtolicus ad eundem effectum Capiſtrano ſcribens, hæc habet inter reliqua.

REverende Pater, poſt devotas commendationes in Chriſto Ieſu &c. Ibid. n. 53. Quapropter ea, quæ aliàs ſub porticu S. Petri expoſui, & rogavi, replico, atque ex parte Dei rogo, ut dicta Vicaria ſit V. P. commendata, nunquam enim certè magis neceſſarium fuit, bonam curam de illa habere, ſicut nunc; Ex quo Rex, & major pars Regni fidei veritatem acceperunt, & in illa fideliter perſeverant, & indubiè ſperandum eſt, quòd ſi illi proviſum fuerit de religioſis Fratribus, totaliter Regnum iſtud purgabitur ab erroribus illis Manichæorum, & illuminabitur fidei veritate. Si autem, quod abſit, aliter fiat, dubitandum eſt, ne in deteriora labatur. Laboravit, & laborat continuò prędictus Vicarius cum Fratribus ſuis. Laborat ad hoc, & operam dat, quantum poteſt, Sereniſſ. Rex, & jam plures Conventus, ſeu loca ædificavit, & hoc mirabile dico P. V. & valdè notandum, quòd in locis occupatis per hęreticos, ſtatim ut Fratres ſunt, evaneſcunt hæretici, ſicut cera à facie ignis, & ſi tot eſſent Fratres boni Religioſi, ut occuparent loca principalia Regni, indubiè non remanerent, nec invenirentur hæretici. Quare pro reverentia Dei dignetur P. V. dictum Vicarium, atque alios bonæ voluntatis Religioſos ibi fovere, atque juvare, & alios ejuſdem propoſiti viros devotos eidem Vicario aggregare, ſpinas autem, & tribulos purgare &c. Dat. Farę die 19. Februarij 1451.

*Epiſcopus Faren. ac in Regno Boſnæ Apoſtolicæ Sedis Legatus &c.*

ANno 1453. præfatus Rex Boſnæ Vvad. t. 6. accepti beneficij Lucis Evãgelicę, 1453. n. 16 ſuis Magiſtris prę̃mium redditurus, Sacriſque operariis neceſſaria miniſtraturus, decrevit, ut in ſuo Regno Fratribus alimenta darentur, & qui nollent, ad præſtandum cogerentur. Diſplicuit Religioſis, maximè Marco Bononienſi Vicario Generali hoc edictum, & Dei providentiæ, populique benevolentiæ potiùs quàm violentæ Regiæ proviſioni vole-

bant

bant inniti. Scripſit itaque ex propinqua urbe Iaderenſi ſequentem epiſtolam.

*Illuſtriſſime, atque clementiſſime Rex.*

Vvad. t.6. 1453.n.17. TVæ ſacræ Majeſtati det Omnipotens continuum Regni incrementum, proſperos ad vota ſucceſſus. Vt Majeſtati tuæ ſæpiùs ſcribam, facit mea incredibilis de te opinio,& humanitatis, ac devotionis. Continua bonorum Fratrum Minorum ſolicitudo eſt, ut ſtatum ſuæ profeſſionis ſemper, & ubique ſervare poſſint. Sed cùm intellexi, Majeſtatem tuam pro ſua ſingulari devotione proviſionem feciſſe, ut à ſuis populis, vel voluntariè, vel invitè Fratribus noſtris victui neceſſaria tribuantur, & mihi, & Patribus Vicariæ Boſnæ viſum eſt, atque diffinitum, ſtatui noſtro nulla ratione convenire illud, quod tua ſolicita devotio Fratribus impendere curat; hoc enim ſi tolerabimus, cæteris noſtris Provinciis, & Patribus erit non modò grave,verùm etiam moleſtiſſimum,atque acerbiſſimum: facere ipſi nolumus, quæ in aliis facta repræhenderemus; quia ſervitia coacta Deo non placent.Quare magis,magiſque tuam ſacratiſſimam, devotiſſimamque Majeſtatem precor, ut ſubditi tui libero benefaciendi fruantur arbitrio, & Fratribus in tuo regno degentibus, qui te ſolum Gubernatorem, Defenſorem, Nutritoremque ſuum appellant, aliter provideatur. Quos ego tuæ Majeſtati in viſceribus Chriſti Ieſu per Sanguinem ipſius quantùm ſcio,poſſum, & valeo ſicut filios meos dilectiſſimos commendo, quamvis tua ipſa ſacra Majeſtas, ſingulariſque devotio non egeat commendatione noſtra. Valeat tua Serenitas.Ex loco noſtro S. Crucis apud Iadram 26. Ianuarij 1453.

Ibid.1461. n.82. Pius II. Pontifex, qui coram res cognoverat, res Boſnenſes eò majori ſtudio curabat ad Pontificatum evectus, quò illas indicabat magis idoneas ad reſiſtendum hæreticis, & ſchiſmaticis, ne latiùs diffunderentur in propinqua Regna Catholica. Audiens, itaque in illa Provincia magnam fuiſſe penuriam virorum in Philoſophia, ſacris Canonibus, & Theologia peritorum, ex aliis Provinciis illuc deſtinavit viros doctos, & præſertim Fratrem Petrum de Mili in eodem Regno natum cum ſociis quatuor, qui in optimis Ciſmontanis, & Vltramontanis Academiis ſub doctiſſimis Viris audierant; juſſitque, aliquot Conventus capaciores deſtinari ſtudiis litterariis. Id factum pleno omnium Fratrum aſſenſu in Congregatione provinciali, in qua variis decretis ſubſcripſerunt tot Cuſtodiarum præfecti, ut numeroſiſſimam, & latiſſimam illam tunc fuiſſe Provinciam,evidenter appareat.

In Palatinatu jam ab anno 1426.Conventum Heydelbergenſem, volente Ludovico Comite Palatini Rheni, & Bavariæ Duce, magna cum populorum ædificatione reformaverant; quem ut à nova relaxatione præſervaret Martinus V. ſupplicante Duce præfato, prout in Apoſtolicis litteris clariùs apparet, efficaciſſimè in ſancta reformatione munivit.

MARTINVS PAPA V.

*Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Domus Ordinis Fratrum Minorum Heydelberg: Vvormatien. Diœc. præſentibus, & futuris.*

PIa fidelium &c. ſanè petitio pro parte nobilis Viri Ludovici Comitis Palatin. Rheni, & Bavariæ Ducis nobis nuper exhibita continebat, quòd nuper dilecti filij Ioannes de Albomonte, & Ioannes de Vico Ordinis fratrum Minorum Profeſſores poſt commiſſionem ipſis per nos ad inſtantiam ipſius Comitis, per noſtras litteras ſub certa forma factam, domum veſtram accedentes, illam viſitationis per ipſos, impenſo officio in vita, & moribus Regulari diſciplinæ congruentibus reformarunt, & ad hujuſmodi obſervantiam reduxerunt Regularem. Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, hujuſmodi obſervantia per pleroſque, tàm Conventus, quàm perſonas ipſius Ordinis plurimùm exoſa, & contraria habeatur, timeaturque brevi temporis ſpatio, aliquas perſonas ipſius domus per Miniſtrũ Generalem, ſiveProvincialem dicti Ordinis, quâvis de Cauſa, ſive occaſione captata, de ipſa domo ad alia ejuſdẽ Ordinis loca transferri, ſive tranſmitti, ipſarumque loco alios Obſervantiam hujuſmodi minimè ſectantes, ſubſtitui, & per conſequens,domum ipſam ad priſtinam inob- Vvad. t.5. Reg.fol. 134. Bull. 137.

ſervantiam

ſervantiam relabi, ſivè reduci poſſe: pro parte ipſius Comitis nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos itaque ipſius Ducis in hac parte pium propoſitum in Domino plurimùm commendantes, &c. vobis quòd nullum veſtrum abſque veſtri Conventus conſenſu per Superiores prædictos, vel ex eis aliquem ad quamvis aliam Domum ipſius Ordinis, in qua hujuſmodi obſervantia, non vigeat transmitti, neque in ea veſtra domo aliquis Fratrum ipſius Ordinis, niſi Regulari hujuſmodi Obſervantiæ intendere velit per eoſdem Superiores præfici poſſit, aut valeat: quódque vos in eadem veſtra Domo de ſimili Conſenſu, quoſlibet alios Fratres dicti Ordinis undècumque pro tempore venientes, & hujuſmodi Regulam Obſervare volentes, licentiâ tamen per eos primitùs à Superioribus ſuis petitâ, licèt non obtentâ, authoritate Apoſtolica recipere liberè, & licitè poſſitis eadem authoritate &c. indulgemus, decernenteſque, omnes, & ſingolos proceſſus, & quaſvis excommunicationum &c. Si quos, vel quas præmiſſorum occaſione contra præmiſſa haberi contigerit, vel etiam promulgari, irritos &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &c. Datum Genezani Præneſtrin. Diæceſ. duodecimo Kal. Septemb. anno nono,

Cumque citiùs alia Reformationis loca in ejuſdem Principis Ludovici diſtrictu habuiſſent, ipſo etiam intercedente, anno 1427. conceſſit Pontifex, ut proprium ſibi Vicarium poſſent eligere, prout ſequitur.

## MARTINVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. fol. 150. bull. 184. AD ſtatum Monaſteriorum &c. Cum itaquè ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Ludovici Ducis Bavariæ, & Comitis Palatini Rheni, nec non Guardiani, & Fratrum domus Ordinis Minorum in Oppido Heydelbergen. Vormatien. Diæceſ. petitio continebat, quòd ipſi Guardianus, & Fratres, almifici Spiritus inſpirante gratia, Regulari Fratrum dicti Ordinis Obſervantiæ ſtrictiùs inhærere curent, & ad ſolidiorem illius in prædicta, nec nō aliis intra terras, & loca temporali ipſius Comitis ditioni ſubjectas conſiſtentibus dicti Ordinis domibus perſiſtentiam multipliciter profuturum exiſtiment, ut in eis aliquis ipſius Ordinis Vicarius eſſet, qui illarum, & inibi degentium perſonarum regimini, ac directioni ſtudioſiùs intenderet, & ſalubria eis in dies, auctore Domino conferre incrementa; pro parte Comitis, nec non Guardiani, & domus Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur &c. Guardiano, ejuſdéque domus Fratribus prędictis, præſētibus, & futuris, ut deinceps ſingulis annis aliquem idoneum, de quo eis pro tempore videbitur, ipſius Ordinis profeſſorem, in domorum, & perſonarum hujuſmodi Vicarium, qui domos, tàm in Capite, quàm in Membris, prædictas perſonas, quoties congruere conſpexerit, viſitandi, & quæ ſecundùm Deum, ac regularia dicti Ordinis inſtituta ibidem corrigenda, & reformanda cognoverit, corrigendi, reformandi, & emendandi, omnia quoque alia, & ſingula in talibus, ac circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna faciendi, ſtatuendi, ordinandi, exequendi &c. Contradictores quoque &c. compeſcendi plenam, liberamque facultatem habeat. Et ejus inibi Vicariatus Officium per unius anni ſpatium dumtaxat duret, quo finito, illum de novo, vel alium idoneum, etiā dicti Ordinis profeſſorem in ſimilem Vicarium eligere, ac deputare, & ad hujuſmodi officium aſſumere liberè, & licitè valeant, authoritate &c. concedimus pariter, & indulgemus: non obſtan. conſtitutionibus, &c. contrariis quibuſcumque. Nulli ergò, &c. Dat. Romæ apud ſanctos Apoſtolos 6. Idus Auguſti, anno decimo.

Habuerat ergò in Vltramarinis ante Capiſtranum aliquale initium Regularis Obſervantia; ſed permanentiæ ſuæ firmitatem, & dilatationis amplitudinem Provinciæ omnes, & ſingulæ illarum partium à ſanctiſſimis nunquam verò ſatis enarratis laboribus Capiſtrani ſe recognoſcere, altè proteſtantur. Vt autem de ſingulis paucula dita.

In Poloniam jam pluries à Rege Caſimiro, & à Cardinali Sbigneo Cracovien. Epiſcopo invitatus, ſe profecturum quodammodo repromiſerat, urgentibus autem gravioribus prò Chriſtiana Republica negotiis, cum declinaſſet in Miſ niam

niam novas à præfatis invitatorias litteras excepit tenoris ſequentis.

*Veverando Viro Dom. Ioanni de Capiſtrano Ord. Fratrum Minorum, Fratri in Chriſto Ieſu colendiſſimo.*

Vvad.t.6. 1452.n.19. SI litteris meis ſuperioribus, Veneráde, & Celebris Vir, Frater in Chriſto Ieſu Colendiſſime, adventum fœlicem tuum in Poloniæ Regnum, & Diæceſim meam Cracovinienſem multiplici prece, & perſuaſione expetij, & ut pro mea, & plebis meæ conſolatione venire in has oras dignareris, per nomen Domini Ieſu obteſtatus ſim, nec erubui homo ignotus fidei negotiis te in Bohęmia, & Moravia occupatum, ad veniendum huc invitare. Majori nunc animo & ſpiritu actus preces meas reſumo, vel, ut veriùs loqui debeam, repeto promiſſum, multa enim concurrunt, quæ mihi, & verba, & animum ſubminiſtrant, benigna, & ſuavis reſponſio, propitia, & clemens repromiſſio tua, non mihi ſolùm, ſed, & Sereniſſimo Principi Domino Caſimiro Regi Poloniæ facta, Summi Pontificis Nicolai PP. V. juſſio tuæ charitati, mea inſtantia ſcripta, & pridem mihi litteris ex Vrbe ſignificata: Bohæmorum deinde gentis obſtinata durities, quam eiſdem litteris meis tibi ſum vaticinatus, quæ nec ſanâ, & cæleſti doctrinâ tuâ, nec prodigiorum multitudine poterat molliri, Pharaonis imitata veſtigia, qui decem plagis, non quaſi ab irato Deo, ſed miſericordiæ patre ſuſceptis, ingredi auderet Maria, neque vereri profanus eum voluit, cui vidit ſubjici, & obedire muta elementa. Audio ſiquidem, te, Pater Venerande, Bohæmos liquiſſe, multis probris, & contumeliis, ab illis pro nomine Domini noſtri laceſſitum, Miſnenſes adiiſſe, & illic hactenus continuare manſionem: quæ res mihi aliquid admirationis peperit, ut Poloniâ neglectâ, quæ primùm adventum tuum meis, & Regalibus litteris ſubnixa expectavit, Miſniam adires. Sed occurrit menti, ad Archiſynagogi Principis filiam Chriſtum tranſeuntem, curationem fœminæ ſanguinis fluxum patientis, fuiſſe in itinere impeditum, & retentum, & Principis filiæ locum priorem tenuem Mulierculam præripuiſſe. Convenit tamen, Vir præſtantiſſime, exemplo Chriſti in muliere ægra fluxu, non ſubſiſtere, ſed exhibere præſentaim Principis Archiſinagogę filiæ promiſſam. Teneo equidem humaniſſimas litteras tuas, pollicitationem tuam ſæpè dulci recordatione revolvo, quâ mihi animum tuum, ſic ėrga me affectum detexiſti, ut non rogatus, aut invitatus à me, ſed ſuapte, & ſponte tua ad viſitandum, & videndum perſonam meam aſſeras proficiſci; prò maximo id tuli, feramque munere, colamque illud memoriâ beneficij ſempiternâ; præſertim ſi te coram videam, ſi oculis, ac manibus contrectem, ſi præſentiam mihi tuam exhibueris, cui jam ſcripta, & pollicitationes ampliſſimas obtuliſti. Neque id agi exiſtimabo, meo te provocante merito, ſed tuâ flagranti, quâ affluis, & redundas charitate; ſi enim Italicæ, ſi Bohæmicæ nationi clemens Dominus theſaurum munerum ſuorum per te ſuum Miniſtrum aperire dignatus eſt, quemadmodum ex tuæ charitatis litteris legi, & crebra, atque fideli multorum relatione audivi, non eſt abbreviata manus ſua; ur, & gentem Polonicam, atque Ruthenicam, quaſi alteram Chananæam non audiat, & vociferatione illius, quæ per os meum erumpit, non moveatur, te apud pium Dominum pro ſalute Polonici, & reductione Ruthenici populi intercedente, & alloquente Clementiam Domini. *Dimitte eam, quia clamat poſt Nos*; Nam etſi *non ſit bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*, iis videlicet, qui jam per aliquot ſæculorum ætates, aut in ſceleribus ſuis diſplicent Deo, aut in erroribus, & ſchiſmatibus ſuis, proximi ſunt inferno; micas tamen de Dominorum menſis cadentes Carellis non negat, cùm ſcias, Chriſtum fide petentis delectatum, panes pro fragmentis, & Chananææ, & aliis pluribus contuliſſe. Scis, mulierem Sunamitem pedibus Eliſæi admotam, à ſupplicatione non ceſſaſſe, donec importunitate virum Dei victum ad Filij reſuſcitationem ex Galgalis moveret: quod ſi Giezi baculi virtute reſuſcitaturum filium ſequi, & omittere preces perſtitiſſet, aut dilata, aut intercepta filij curatio fuiſſet. Itaque vir Dei, à me, & priùs, & nunc exoratus adveni, & populo huic in ſuis medere languoribus, & quod duplici ſcripto, tum Regi, tum mihi pollicitus es, per effec-

effectum operis preſta; tantò enim ferventiùs adventum tuum expetit, & ſuſpirat, quantò ampliùs malè habere ſe cernens, Medici ſuffragio indiget. Frater hic mihi in Chriſto dilectus Ladiſlaus ex Moldavia cum cæteris Fratribus reverſus ad me deſcenderat; queritur, ſe in hominibus partium illarum, damnato dogmate hæreſis Bohæmicæ infectis, parvum fructum retuliſſe, ſæculari brachio, quod ſibi hæreticorum rabies donativo, & largitione conciliat, illos ſuſtentante, nunciabitque tibi non ſurrexiſſe puerum, neque vocem, neque ſenſum ad baculi impoſitionem acceſſiſſe, & tamdiù lethali ſomno illum decumbere, donec virtus major Elyſei mittentis advenerit. Volui per illum tuæ charitati hæc ſcripta mittere, ſimul ut deſideria mea, & populorum tuum adventum ſummè deſiderantium impleas, & me ab arce memoriæ tuæ non excludas. Felix, & incolumis vive pro dilatatione Fidei ſanctæ, Vir præſtantiſſime, & colendiſſime Pater. Datum Sandomiriæ apud Eccleſiam S. Mariæ Collegiatam die 15. Aprilis 1452.

*Venerando Patri Fratri Ioanni de Capiſtrano Ord. Minorum de Obſervantia, Patri ſincerè dilecto.*

Ibid.n.20. Venerande Pater ſincerè nobis dilecte. Quantùm cupiamus præſentiam veſtram, & videre vos conſtitutum, in Regno, & Dominijs noſtris, jam pridem declaravimus litteris noſtris, charitati veſtræ miſſis. Nunc iterum, ut aliquando potiamur hujuſcemodi deſiderijs noſtris, affectum illum repetentes ſignificare vobis volumus, quia his diebus venerunt ad conſpectum noſtrum Religioſi, Ladiſlaus Hungarus cum tribus Fratribus Ordinis, & profeſſionis, qui vulgato nomine de Obſervantia Beati Franciſci nominantur; & precibus porrectis attentiùs precati ſunt, ut ipſis locum aliquẽ in hac Civitate noſtra Cracovien. in quo ſe commodè collocare, & Deo ſub Regulari Obſervantia militare poſſent, dare, & aſſignare dignaremur. Et quia plurimùm afficimur Fratribus dictæ profeſſionis, annuimus liberaliter precibus, & petitionibus ipſorum, & profundando, erigendoque Monaſterio contulimus, & aſſignavimus ipſis Eccleſiam ſanctæ Crucis extra Muros Cracovienſes ſitam. Et demum pro conſumando tam pio opere, Regali munificentiâ ipſis non deficiemus, quatenùs ipſorum meritis, & orationibus Regnum noſtrum fælicia pacis, & proſperitatis ſuſcipiat incremẽta, & nobis poſt decurſum vitæ præſentis, ęternę vitę à Deo, & Salvatore noſtro obveniât præmia. Hac quoque cõſideratione, iterum, & magnoperè expoſcimus adventum veſtrum; quo, & dicti Fratres pro ampliori perfectione veſtro inſtituerentur exemplo, & populus Regni noſtri prædicti gratiarum, & conſolationum ſpiritualium, quas miſericors Deus per vos tam abundè dignatur operari, ſe etiam gauderet eſſe participem. Quod ut fiat in morem ſuperiorum litterarum noſtrarum charitatem veſtram affectuoſè invitamus. Datum Cracoviæ feria 6. inter Octavas Viſitationis Beatæ Mariæ anno Domini 1452.

Annno 1453. novis, atque affectuoſiſſimis eorundem Epiſtolis invitatus Cracoviam cum Caſimiri Regis Legatis intravit, tamquàm Angelus è Cælo miſſus à ſæcularibus, & Eccleſiaſticis, à Primoribus & Popularibus exceptus: Immenſo fructu, quotidiè prædicans fidem dictis, & perſonæ reverentiam advehebat prodigiorum multitudo; etenim inſpectante populo Cæcos, Claudos, variiſque morbis oppreſſos, mirabiliter ſolo tactu, & Crucis virtute ſanabat Ibid.1453. n.3.& 4.

Hominis doctrinâ, & ſanctitate allecti infra paucos dies centum, & triginta, inter quos multi Baccalaurei, & Artium Magiſtri Vniverſitatis Cracovienſis recenſebantur, ſe illius diſciplinæ commiſerunt. Omnes ipſe religioſa veſte donavit, ſed cum non haberet, quò reciperet, domicilium opportunum, licèt Rex unum dediſſet, viti diximus, Fr. Ladiſlao, aliaque offerret, præ omnibus elegit Tyrocinio cõſtruendo locum à turbis remotum extra mænia ad Clivũ Montis in ſuburbio Stradomiræ propè Arcem ad Auſtralem Vrbis portam à Cardinale Sbigneo collatum. Prædium erat Ioannis Oleſnicij Palatini Sandomirienſis Sbignei Fratris Germani, cujus erga Capiſtranum, & inſtitutum pietati, & liberali affectui Ioannes facilè conſenſit. Pius Antiſtes ſtatim operi manum admovit,

Eccle

Eccleſiamque ligneam ſub invocatione S. Bernardini raptim erexit, cellaſque adjunxit, ordinataque ſupplicatione ſolemni totius Vrbis die Nativitatis B. Mariæ Virginis Fratres in Monaſterium introduxit. Deputatis hîc octuaginta Fratribus Guardianum præfecit Capiſtranus virum optimum, & ſanctiſſimum prædictum Ladiſlaum Hungarum, peritum Regularis diſciplinæ Magiſtrum: Vndè per Poloniam dilatatum fuit inſtitutum.

Ibid. 1452. n.24. Magdeburgi nobili ſaxoniæ Civitate incredibili reverentiâ exceptus, animarum multitudinem Chriſto lucrifaciens, ludorum inſtrumenta, mulierumque vanitates in foro comburens, Regularis Obſervantiæ firmiſſima fundamenta jecit in Saxonia 1454. Conventus duos recenter ædificatos illius Provinciæ Vicario tradidit. Ibid.1456. n.106. Cum verò integram ibidem Conventualium Provinciam reformari neceſſe judicatum fuerit; quò ſtudioſiùs Legati Apoſtolici in partibus Germaniæ, & Eccleſiarum Prælati domos Provinciæ Saxoniæ reformare ſatagebant, eò diligentiùs, qui laxioris vitæ genus jam introductum fovere cupiebant, modis omnibus adverſabantur. Nihil non excogitabant, per quod irritos redderent pios Reformatorum conatus, & demum eodem anno confirmationem extorſerant in Curia Romana Conſtitutionum Benedicti XI. & Martini V. aliorumque Pontificum, qui quoquomodo rigorem Regulæ laxabant: ſed nihil profuerunt, ſuperante Prælatorum diligentiâ illorum tergiverſationes, & ſingulis annis reſtituente, undè manifeſtiùs exciderat, regularem diſciplinam.

Ibid.1452. n.25. Pro Bohemiæ Regno ab hæreſi vindicando, & Religioſis moribus inſtruendo longè acriùs per annos plures laboravit, licèt Roychiſami hæreſiarchæ dominantis in Regno reſiſtentiâ impeditus in Bohemiam ipſam penetrare non potuerit. Nullibi tamen majores tulit Fructus, aut honorificentiùs fuit ſuſceptus, quàm anno 1452. in Vrbe Vratiſlavienſi Sileſiæ præcipua; in ejus occurſum tota ſuis ſedibus evulſa viſa eſt proficiſci: Clerus univerſus, & Magiſtratus, omniſque populus cum exultatione advenientem ſuſcepit, & docentem audivit. Nihil hîc pravum, quod non correxerit, nihil injuſtum, quod non æquaverit, nihil jubebat, quod protinùs non fieret, obedientibus cunctis ejus doctrinæ tanquam divinæ.

Ampliſſimum pro centum Religioſis Cænobium ibidem conſtructum, quamvis intra Saxonicæ Provinciæ terminos conſtitutum; quòd tamen audierit Vratiſlaviam ad Bohemiæ Provinciam olim attinuiſſe, ſimul cum aliis nonnullis Auſtriæ, & Bohæmiæ Vicariatui, Apoſtolica authoritate incorporavit. Ibid.1456. n. 106.

In Hungaria jam ab anno 1427 præfuiſſe Obſervantes, conſtat ex Pontificio Martini V. diplomate. *Piis ſupplicum &c. Dat. Romæ 7. Idus Decemb. ann. X.* in quo eis concedit, ut oblatum ſibi quoddam Cænobium acceptare valeant. Ibid.t.5. 1447.n.15. Iamque ab anno 1447. Nicol. V. Pontificis decreto erecta fuerat pro Obſervantibus Vicaria ſpecialis à Boſnenſi penitùs ſeparata, & ſub Vicarij Generalis regimine conſtituta, cui Domos univerſas à Flumine Zalba uſque ad mare Tartaricum attribuit, & privilegiis ſingulariter eminentibus honeſtavit, ut ſuo loco dicemus. Dum verò Capiſtranus anno 1451 acclamatione tanta, tanto rei Chriſtianæ profectu per Germaniam diſcurreret, ex Hungaria Fr. Michael de Bechem Vicarius Fratrum Regularis Obſervantiæ per ſuas litteras Budæ ſcriptas intenſiſſimum ſignificavit Reginæ, & Procerum deſiderium, ut illùc vellet commigrare, fructuoſumque deſcribit Fratrum laborem tum in Hungaria, tum in Provinciis circumjacentibus; impediri autem majorem progreſſum morte multorum Religioſorum, qui in Tranſilvania peſte deceſſerant. Petit itaque, ut alij ſubſtituantur, meſſem ingentem curaturi. Vvad.t.6. 1451.n.54

Veruntamen anno 1458. ejuſdem Hungariæ Patres, aut ægrè ferentes, quòd à ſe electos Vicarios Provinciales oporteret (quod antea non fiebat) confirmationem expetere, ac expectare, vel quòd ſtrictiori forſan diſciplinâ ſub Vicariis coërcerentur, à Calixto III. obtinuerunt à Vicarij Generalis juriſdictione ad Miniſt. Generalis obedientiam transferri; quamvis ipſis ultrò poſtulantibus fuerit citiùs decretum hujuſmodi revocatum, Pontificias ad hæc litteras in ipſa Hungariæ Provincia deſcribemus.

In Germania univerſa, tanta erat miraculorum, & doctrinæ Capiſtrani fama longè, latèque diſperſa, ut Angelus è Cælo deſcendiſſe videretur: Tot, tantiſque prodigiis obſtupefacti Magiſtri Viennenſes effuſim hominem commendabant à pietate, doctrinâ, vitâque per omnia conſimili, licèt (uti ſolet ubique) non defuerint æmuli livore tabeſcentes, qui tantam miraculorum copiam captandæ potiùs inanis gloriæ, quàm confirmandæ doctrinæ, aut erudiendis populis adaptari muſſitarent. Sed ſanctiſſimi viri famam offuſcare non poterant, concurrentibus undique populis, applaudentibus Magiſtris, commendantibus Romanorum, & Bohæmorum Regibus, qui Viennam venientem ſtatim proſequuti, frequenter prædicantem audierunt, & ad ſecreta, ſeriaque conſilia paſſim evocabant. Tantus erat concurſus populorum, ut nullâ poſſet Eccleſiâ circumſcribi; opuſque fuerit in ampliſſimis plateis, apertiſque campis prædicare, ubi aliquando ultra centum millia ejus ſermonem præſtolabantur. Pijs, & fervidis Concionibus omnes commovit, ut diligentiùs animas ſuas curarent; fœminas, ut vana, & laſciva miſſa facerent ornamenta; Mercatores, ut uſuras, & lucra iniqua contemnerent, adoleſcentes, ut prorſus mundo valedicerent. Ex his plurimos per alias Religiones diſpertivit, ſuæ reſtitutæ tamen Obſervantiæ quinquaginta adjudicavit. His educandis Fridericus Imperator indulſit, ut quem vellet, in Vrbe locum deligeret. Placuit S. Theobaldi humile Sororum aliquot Tertij Ordinis receptaculum in ſuburbio propè Mœnia conſtitutum. His itaque aliò cum facultatibus ſuis decentiùs tranſlatis, die 22. Iulij, Cæſaris impenſis, concurrente etiam populi adjutorio, initium accepit Domus Obſervantum, in qua Tyrones commiſſit educandos Michaeli Siculo Guardiano, & Hieronymo Mediolanenſi Vicario Iuvenum inſtructori. Horum exemplo allecti multi Baccalaurei, aliquot Magiſtri, & plerique viri docti ſua nomina dederunt, ita ut brevì ad numerum excreuerit centenarium, & poſt aliquot annos ad ducenteſimum. Ratiſponæ in Bavaria, & Norimbergæ fructu non inferiori prædicavit, nec dici facilè poteſt, quantùm hujus viri ſanctitate, & prædicatione Ordo Minorum per Germaniam accreverit. Lipſiæ, quod Miſniæ oppidum eſt Accademiâ inſigne, ſexaginta præclaros viros & doctos ſuo aggregavit Inſtituto. Ibid. 1452. n.23.

Itaque multiplicatis in Auſtria, Bohæmia, Iſtria, & Moravia ſuorum Obſervantium Conventibus anno 1452. Nicol. V. impetrato Pontificio decreto. *Dum præclara dilectorum, &c. Dat. Romæ anno 1452. pridie Nonas Martij*: quod in ipſa Auſtriæ Provincia dabimus per extenſum, Conventus illos in unam Provincialem Vicariam coaleſcere voluit. Qui ſtatim à ſui prima fundatione mirum in modum excreviſſe comprobantur, dum anno 1453. à Nicolao Pontifice per varias Germaniæ Regiones Capiſtranus ipſe Cœnobia pro ſuis Obſervantibus, de novo recipiendi, quot quot in Conſcientiâ ſuâ opportuna judicaret, facultatem ampliſſimam recepit, prout in litteris ſequentibus. Ibid. n. 16.

NICOLAVS PAPA V.

*Dilecto Filio Ioanni de Capiſtrano Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum Profeſſori.*

CIrcumſpecta charitas Apoſtolicæ Sedis, Catholicæ Fidei, & ſac. Religionis propagationi, ac ſaluti animarum intenta continuè illa libenter concedit, cum neceſſitas imminet, aut utilitas perſuadet, per quæ propagatio, & ſalus hujuſmodi valeant faciliùs provenire. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, divinâ favēte miſericordiâ, tu in Bohæmiæ, Auſtriæ & Moraviæ Provinciis more Minorum Ordinis perſonaliter conſtitutus, quāplurimos litteratiſſimos Viros diverſis temporibus, & ultimò circa diem S. Stephani proximè decurſi quamplures Magiſtros, & Baccalaureos in Theologia, ac Clericos numero ſexaginta quinque, vel circiter, terrena totaliter abnegantes, & Ieſum Chriſtum Salvatorem noſtrum in mendicitate imitari volentes, ad habitum Ordinis, ſeu Religionis S. Franciſci receperis, pluresque alij devotione inducti à te recipi ſimiliter ferventer exoptent, quos ob locorum regularium defectum acceptare non poſſis, in quibus eoſdem valeas regulariter collo-

Ibid. in Reg. bull. 119. Nicol. V. fol. 55.

care

eare, ac inſtituere, pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi in Provincia, ſeu Provincijs Bohęmiæ, Moraviæ, & Auſtriæ, ſeu cujuſlibet earum confinibus juxta morem Ordinis Minorum pręfati aliquas Domos pro uſu, & habitatione Fratrum Minorum Ordinis de Obſervantia hujuſmodi fundandi, conſtruendi, & ædificandi, ſeu fundari, conſtrui, & ædificari faciendi, inſuper, & Conventus dicti Ordinis Fratrum inhabitatos, vel quaſi, maximè per hæreticorum perſecutiones uſurpatos accipiẽdi, reaccipiẽdiq; licentiã cõcedere, aliáſque in præmiſſis opportunè providère de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dictæ Religionis propagationem, divini cultus augmentum, & animarum ſalutem ſupremis affectibus deſideramus, tuum pium, & laudabile propoſitum in hac parte plurimùm in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi in Provincia, ſeù in Provinciis, ſeu cõfinibus hujuſmodi in locis ad id cõvenientibus, & idoneis, pia tibi fidelium largitione, ſeu aliàs quomodolibèt concedendis, per te, ſeu dictos Fratres, vel alios ordinatione tua juſtis modis acquirendis, unam, vel plures, & quotqnot neceſſarias, & opportunas eſſe cognoveris, ſuper quo tuam Conſcientiam oneramus, Domos, & loca, etiam Conventus Ordinis præfati inhabitatos, vel quaſi, hujuſmodi pro uſu, & habitatione dictorũ Novitiorum, & aliorum dicti Ordinis de Obſervantia Fratrum præſẽtium, & futurorum, cũ Eccleſiis, Campanis, Clauſtris, Cæmeteriis, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, accipiẽdi, acceptãdi, & aſſumẽdi, ac de novo fundãdi, conſtruendi, & ædificandi, ſeu capi, recipi, fundari, conſtrui, & ædificari faciendi; ipſiſque Fratribus, & Novitiis, illas, & illa pro hujuſmodi uſu, & habitatione recipiendi, & inhabitandi, & inibi Altiſſimo famulandi, plenam, liberam licentiam authoritate Apoſtolica tẽnore præſentium elargimur; ſtatuentes, & ordinantes, quòd ipſi Fratres, & Novitij in eiſdem domibus, Conventibus, & locis conſtructis, vel conſtruendis pro tempore commoraturi, ſub cura, & regimine Generalis Vicarij Citramontani præfati Ordinis, & Familiæ de Obſervantia nuncupatæ, prout alij Fratres dicti Ordinis, & Obſervantiæ Citramontanarum partium ſint, & eſſe debeant, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, & gratijs, libertatibus, & immunitatibus, aliis fratribus, & domibus dicti Ordinis per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs in genere conceſſis, uti valeant pariter, & gaudere. Non obſtantibus fæl. rec. Bonifacij VIII. prædeceſſoris noſtri prohibitione, ne Fratres Ordinũ Mendicantium, in quovis Caſtro, loco, vel Villã ad inhabitandum, domos de novo recipere, ſeu hactenùs receptas mutare præſumant, & per Conventus à Fratribus dicti Ordinis Conventualibus habitari, vel non à pręd̃ictis de Obſevantia nuncupatis aſſumi, vel aliàs recipi, & habitari non debeant abſque prædictæ Sedis licẽtiã ſpeciali, faciente plenam, & expreſſam de prohibitione hujuſmodi mentionem, & aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hujuſmodi &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1453. 4. Nonas Maij Pontif. noſtri an. VII.

In Auſtria cum Gabriel Mutinenſis primus Vicarius à Capiſtrano conſtitutus rigores maximos pręter Regulæ præcepta ſtatuiſſet; Chriſtophorus de Variſio Gabrieli in Vicariatu ſuffectus rigores illos, ut quærelantibus ſatisfaceret, aliqualiter tẽperavit; ſed ob Chriſtophori infirmitates in regimine contractas anno 1454 Gabriel gubernium repetere juſſus; dum ad antiquos rigores redire voluiſſet, arguentibus reſpondit, eos in illo rerum principio eſſe neceſſarios, maximè in gente molli, & frigida, duriori vitæ non aſſuefacta. Ibid. c. 6. 1454. n. 32.

Ipſum Capiſtranum de ſuis per Germaniam laboribus breviori, ſed candido Stylo dicentem, apud Vvad. libet audire. [ Aliqualem patior à Patribus Conventualibus contradictionem propter octodecim loca à me in his partibus recepta, & à primo lapide conſtructa, exceptis duobus dumtaxat per ipſos Miniſtros mihi conſignatis, uno in Bohæmia, altero in Auſtria. Ex illis à me fundatis, unum dedi Vicario Provinciæ Argentinæ; duo propter inſtantiam Illuſtriſſ. Principis Guillielmi Ducis Saxoniæ tradidi Vicario Provinciæ Saxoniæ; alterum in Civitate inclinata Vuratiſlaviæ intra limimites eſuſdem Provinciæ Saxoniæ conſtitutum, quia multi aſſerunt orignatiè,

& antiquitùs ſpectaſſe ad Provinciam Bohæmiæ, cum hoc Vicariatu Auſtriæ, & Bohæmiæ authoritate Apoſtolica incorporavi. Conventus eſt capaciſſimus, & communiter in eo reſident centum Fratres. Poſtquàm ab Italia receſſi, ad Obſervantiam regularem admiſi ultra ſexcentos, qui per Dei gratiam in divino timore, & fervore Spiritus ſuam ſalutem operantur, & laudabiliter perſeverant, præter illos, qui jam deceſſerunt, ex quibus aliqui glorioſè ad Dominum tranſierunt.] Denique omnes, & ſingulæ per ſuperiorem Germaniam Obſervantium Provinciæ à glorioſis Capiſtrani laboribus originem ſuam recognoſcere gloriantur.

Ibid. tom. 6. 1460. n. 57. Nec difformiter in Hiberniam quaſi à primo ſuo principio intrarunt Obſervantes, quamvis Eugenij IV. Caliſti III. & Pij II. decreta ignorantes ſub Miniſtro Generali Ordinis, & Provinciali Conventualium ad annum uſque 1460. vixiſſe reperiantur; quo tempore per Pij ejuſdem litteras ſpeciales; *Ad uberiores &c. dat. Romæ anno* 1460. 7. *Idus Auguſti* permiſſi ſunt, ut ſecundùm ritum, & mores aliorum Obſervantum vivere poſſent ſub regimine Vicariorum.

Ibid. tom. 5. 1446. n. 17. Similiter, & in Scotiam Iacobus I. Scotorum Rex audiens eſſloreſcere jam novum Religioſorum Minoritarum germen, per alias Provincias, & Regna, magno animarum bono diffuſum, ſcripſit anno 1446. ad Patres Provinciæ Coloniæ, ut ex his aliquos, qui collapſam in ſuo Regno diſciplinam reſtituerent, amandarent: A Colonienſibus monitus Ioannes Maubertus Vltramontanæ Familiæ Vicarius, deſtinavit Cornelium à Zirichzcena Batavum, Virum pium, & venerabilem, quibuſdam, etiam ſociis adjunctis, qui vitæ integritate, & plurima virtute eam conſecuti ſunt apud Regem, & Populum opinionem, ut ad arcana quæque conſilia vocarentur, & brevi opportuna ſibi domicilia conſtituiſſe comprobentur, quæ omnia pleniori ſtylo, ubi de ſingulis Provinciis agemus, per extenſum enarrabimus.

## CAPVT VI.

*Regularis Obſervantiæ progreſſus Majores.*

Vvad. tom. 5. 1415. n. 23. CVm Majores quotidie radices ageret, atque per univerſas Orbis Chriſtiani partes ramos ſuos ampliſſimè protenderet Regularis Obſervantia, in Italia præſertim jam S. Bernardino Senenſi, Capiſtranenſi, aliiſque ſuis Heroibus inſigniter exornata, & ſanctitatis, & doctrinæ titulo glorioſè conſpicua, cœpit mirabiliter proſperari. Anno 1415. Deo fœliciter ei obſtetricante, ædem totius Ordinis primævam, & Matricem, à ſancto Franciſco commendatiſſimam, domum, inquam, S. Mariæ Angelorum, in agro Aſſiſinate *de Portiuncula* nuncupatam, nullo hominum movente, de Sola Miniſtri Generalis benignitate, annuentibus Patribus Provinciæ S. Franciſci, at ſub conditionibus alibi recitatis, accepit. Anno 1419. vel 1420. operante, ut ex mox dicendis argumentari licet, Franciſco Cathanio ex ſtirpe Comitis Orlandi, qui locum primò S. Patriarchæ donavit, ſacrum Alvernæ Montem, ſingulariſſimum item Franciſcanæ Religionis decoramentum, meruerunt Obſervantes accipere, ut ait Vvadingus: Id ſe colligere dicit ex diplomate Martini V. *Sacræ Religionis &c.* 1420. Ibid. 1420. n. 16. *Kal. Auguſti*, in quo Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia loci de Alverna, Aretinæ diœceſis confirmat donarionem Eccleſiæ Parochialis S. Laurentij de Sala in Oppido Bibienæ ejuſdem Diœceſis ab Epiſcopo Bæſo dudum factam, ut in domibus contiguis ejuſdem Eccleſiæ cœnobium ædificaretur Minorum. Donatio hæc facta eſt Patribus Conventualibus ſub Alexandro V. ratamque habuit Ioannes XXIII. Succeſſor, cui novum robur adjici curarunt hoc anno Obſervantes. Quare non anno 1430. uti habet Gonzaga in Provinciæ Thuſciæ con. 7. & 17. ſed 1420. recenſenda eſt tranſlatio Conventus Alverniȩ ad Obſervantes; idque ſuadet temporis circumſtantia, quâ Florentiæ prope Montem Alverniæ hærentem Pontificem convenire potuit commodè Franciſcus Cathanius Cluſinus ex Styrpe Orlandi præfatus. Malè habuerunt Patres Conventuales, locum toto Orbe celeberrimum ſui Inſtitutoris incolatu, receptiſque Chriſti Vulneribus inſignem, Ibid. 1431. n. 6. à ſe transferri: ſublatoque Martino tranſlationis Authore, ſtatim recuperare tentarunt, ejectis propria authoritate Obſervantibus; ſacram omnem ſupellectilem, ſcripturas, & monumenta

ad

Ad Conventum Certomondi tranſmiſerunt, veriti, nè denuò expellerentur. Subſtituto Eugenio IV. Clariſſimus vir Coſmas Mædiceus, & Franciſcus Cathanius præfatus, aliique permulti injuriam exponentes obtinuerunt, ut Iordano Cardinali Vrſino Ordinis Protectori controverſiam committeret. Auditis partibus, acceptoque Pontificio decreto, die 28. Novembris 1431. magna interminatione præcepit Iordanus Gullielmo Miniſtro Generali, ut abſque ulla tergiverſatione Cænobium Obſervantibus reſtitueretur. Aliud impetravit decretum ab ipſo Pontifice Fr. Franciſcus Franciſci Florentinus, qui ſimul cum Cathanio, & duobus Civibus Florentinis cauſam urgebat, ut ſi quæ bona ablata fuiſſent, aut aliò tranſlata, integrè conſignari deberent. His muniti litteris, & Florentinorum favoribus adjuti, triduo ante Domini Natalitia denuo introducti ſunt Obſervantes, qui paſſi ſunt ibi per aliquot annos multas moleſtias, & ærumnas, donec præfatus Eugenius, Montis, & Fratrum protectionem Florentinis Lanariæ artis peculiari diplomate commendaverit; & deinceps alienatis reditibus, ex ſpontaneis piorum oblationibus, acquiſitiſque eleemoſynis ingens Fratrum Collegium, & frequens adventätium peregrinorum, nobiliumque hoſpitium ſuſtentarunt. Locum nunc incolunt Fratres ſtrictioris Obſervantiæ; ut ait Vvadingus. Ibid.

Ibid, 1421. n. 8. Celeberrima itidē loca Terræ Sanctæ, præcipuum noſtri Ordinis ornamentum, per eadem tempora de mandato Sedis Apoſtolicæ adminiſtranda ſuſcepit. Sub anno 1421. à Martino Pontifice id factum innuerat Vvadingus; at id in calce t. 5. in admonitione ad Lectorem in fine Indicis rerum appoſita, notavit deindè textum illum univerſum num. 8. eſſe delendum; quod anno 1434. ex Brevis Apoſtolici Eugenij IV. contextu ſecuriùs ita deſcribit. [Circa hoc tempus propter varias querelas malè adminiſtrati regiminis locorum Terræ Sanctæ per Patres Conventuales, decrevit eiſdem locis præficiendum eſſe unum ex Obſervantibus, ſed cum facere omiſiſſet Miniſter Generalis in Comitiis Ordinis anno proximè elapſo celebratis, & Guardianum inſtituiſſet Fratrem Scolarium à Monte Ilcino, in ſacra pagina Magiſtrum, hæreticæ pravitatis Inquiſitorem, Pontifex hunc ad ſe venientem, ut neceſſaria impetraret privilegia pro bono Terræ Sanctæ regimine, excitavit, ut officio in ſuis manibus renunciaret, ſubſtituitque Fratrem Iacobum Delphinum, nobilem Venetum, Regularis Obſervantiæ Profeſſoré. Ne verò inglorius remaneret Scolarius, ſcripſit ad Miniſtrum Generalem, ut illum aliquo decoraret honore. *Propter bonas cauſas &c. 4. Auguſti.* Ab iſta laxati regiminis incuria fortaſſe dimanarunt illę graviſſimæ controverſię ſub Martino Pontifice contra Ordinem Minorum pro Terrę Sanctę Cuſtodiâ ſuſcitatæ, à nobis in proprio loco referendæ. Haſque ut radicitùs evelleret Eugenius IV. gubernium ejus pro majori decore transferri voluit ad Obſervantes.

Pauci quidem inter ipſos præfuerant à principio viri docti, pręter eos qui è Cōventualibus trāſiviſſent, aut in ſęculo ante ſuſceptam hanc vitæ rationem litteris operam dediſſent, quorum longam ſeriem recenſet Vvadingus ad annum 1427. n. 16. In pauperibus namque tuguriolis plus ſtudebant penitentiæ agendæ, ac rebus cæleſtibus contemplandis, quàm Philoſophicis, aut Theologicis diſciplinis addiſcendis. Humilitatem, & ſæculi fugam, quam maximè meditabantur, timebant per inflantem ſcientiam poſſe profligari, & ſacrarum ſemina virtutum, propter inanem bullam popularis auræ ſterileſcere. Bernardinus Senenſis animadvertens, plurimos à Principibus ad conſcientiæ arcana adſciſci, voluit idoneos reddere, inſtituto Theologiæ Moralis ſtudio in Conventu Montis extra Vrbem Peruſij. Deinde ad aliorum inſtigationem Eugenius IV. præcepit, ut ſcholas aperirent Theologiæ ſcholaſticæ, & juris Canonici, ut aptiores redderentur confeſſionibus populi frequenter adventantis excipiendis, & exterarum gentium, ad quas mittebantur, converſionibus exercendis: Lecto per ipſum Bernardinum tractatu de cenſuris, cæperunt plurimi admirari ingentem cumulum excommunicationum, quæ in Corpore juris continebantur, & ſcrupulis urgeri, an indebitè fortè alios abſolverint, & an ipſi aliquas incurrerint. Nicolaus Auximanus, ut Fratrum ſerenaret conſcientias rem Eugenio aperuit, qui, & Ibid. 1440. n. 28.

abſolutionibus, ſi quæ erant invalidæ, rohur quâ potuit adjecit, & Fratres omnes cenſuris, quibus tenerentur, abſolvit.

Eò tandem res devenit, Deo potiùs mirabiliter operante, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, quàm Fratrum ſtudio evincente, ut Eugenius IV. Calixtus III. Nicolaus V. alijque ſucceſſivè Romani Pontifices præcipua Sedis Apoſtolicæ negotia per Obſervantes tractari, & expediri voluerint, in œcumenicis Conciliis, & contra Hæreticos, ac ſchyſmaticos, & in dilatanda, atque propugnanda inter Idolatras fide Catholica, tota ſingularitate adlaboraverint; nec non per univerſos Terræ Angulos, tum pietatis, tum doctrinæ titulo glorioſè triumpharint, quæ omnia ſuis in locis ex profeſſo tractabuntur.

Fæliciſſima ſuæ promotionis augmenta à ſpeciali Dei provedentiantia, atque à Seraphici Patris aſſiſtentia ſemper huic Familiolæ proveniſſe, plurima illa mirabilia conteſtantur, per quę in continuis, atque graviſſimis perſecutionibus liberata fuiſſe comprobatur. Nec tamen à Zelo, à prudentia, à ſollicitudine, atque à debita in bonum publicum unione Prælati ejus ceſſaſſe legentur; qui pro utriuſque Familiæ progreſſibus indifferenter laborabant. Vnicum ad hoc proferam Beati Capiſtranenſis argumentum.

Audivit Vir ſanctus, abijſſe ad immortales Ioannem Mauberti in Vltrmontanis Vicarium Generalem, & pro familia ſua Columnam omninò firmiſſimam; indoluit pro rei gravitate, & pro Gregis emiſſi periculo: cum verò pro Chriſtianæ Reipublicæ graviſſimis neceſſitatibus Commiſſarius Apoſtolicus in Germaniam amandatus, ad eos perſonaliter accedere non poſſet; ſequentem ad ipſos Vltramontanos Barchinone pro Succeſſoris electione congregatos dedit Epiſtolam.

*Reverendis in Chriſto dilectis Patribus, & Fratribus Regularis Obſervantiæ in Capitulo Generali Barchinone Congregandis.*

Vvad. t. 6. 1451. n. 49. Reverendi in Chriſto Patres, præceptoreſque mei præcipui, gratiam ſalutarem, & pacem in Domino ſempiternam. Intellecto ſuperiori tempore obitu recolendæ, ſemperque venerandæ memoriæ, communis Patris noſtri Fr. Ioannis de Mauberto, ut debui, non potui non condolere, tum propter ſuarum virtutum præſtantiam, & vitæ ſanctimoniam, tùm propter communem utilitatem, quâ privati ſumus. Equidem ad ſummam mihi cenſeo accidiſſe mæſtitiam, tanto Patre nos eſſe orbatos, qui communis Pater, Paſtor ovium Evangelicarum, Dux magnæ cohortis exercitus Chriſti optimus extiterat; Ejus ſanè obitus tantam mihi contulit moleſtiam, & dolorem, quòd neſciam, quid graviùs, quid difficiliùs, quidvè acerbiùs mihi potuiſſet afferri. Quamquàm, cum me ipſum recolligerem, & naturam, ac humanarum rerum fragillitatem comtemplarer, ratio ipſa facilè minuit, & delinivit dolorem, meum, tum verò maximè, quandoquidem illum non abiiſſe, verùm potiùs revixiſſe, & ad amæna Paradiſi ſpatia evolaſſe, non ſolùm perſuadeor, ſed certior ſum. Sed de his hactenus. Et nè noſter nimiùm protrahatur ſermo, veniam ad ea, de quibus neceſſarius ſermo habendus eſt. Certior factus ſum fide digna relatione, colendiſſimi Patres, inſtitutum, ac ſancitum eſſe, ut Generale Capitulum veſtrum Barchinone, futuro Feſto Pentecoſtes omninò celebretur, pro novo Patre, novoque Paſtore eligendo, quod tantam mihi attulit lætitiam, & jucunditatem, ut id cõtra omnem priſtinum dolorem conſoletur. Sed animadvertite, quæſo Patres, vobis eligendum eſſe Virum utique bonum, integrum, pium, eruditum, expertum, atque ſanctum; nam ſic omnis ratio perſuadet, ut quales eſtis, talem Paſtorem eligatis. Spiritus ſanctus vobis illum invocantibus concedat pacificum virum, qui unanimes Vos gubernet; juſtum denique, qui ohſtinatos, zelo tuendæ, ac ſervandæ Religionis percutiat. Vos autem velim eſſe intentiſſimos, ut eligendus ardentiſſimus ſit zelator totius noſtræ Familiæ, quæ Obſervantiæ Nomen ſibi vendicat, adhæreatque ſemper voluntati Fratrum in Italia, adeò ut ſemper uno animo, unoque corde, tum factis, tum opere vos unà nobiſcum ſitis. Admoneatur autẽ, ut de omnibus occurrentibus, quæ ad dedecus, vel incommodum aliquo pacto totius noſtræ Familiæ accide

accidere poſſent, reddat nos Italicos diligentiſſimè certiores, ut nos propinquiores Curiæ Romanæ valeamus de remedio opportuno providere. Inveniet ſanè omnes nos ſemper paratiſſimos ad vota, & ad utriuſque Familiæ defenſionem, & tutelam. Hæc quidem omnia ſi rectè feceritis, optimi Patres, refloreſcet utraque Familia, ædificabitur ſæculum, lætabitur Eccleſia, congaudebunt Angeli, congratulabitur Chriſtus, collætabitur ſancta, & individua Trinitas unus Deus, illa quoque Mater Domini pudiciſſima (ut de B. Franciſco nihil dicam) in cujus pio gremio noſtra religio coalvit, & excrevit jucundo præſidio vobis aderit, ut Evangelium Filij, quod ante profeſſi eſtis, tanta fautrice adjuti ſine macula calumniæ obſervetis. Erigite itaque animos, ampliſſimi Patres, & pariter imploremus merita vetuſtiſſima Patrum, excitemus gratiam Majorum noſtrorum, præſidio quorum adſit ſanctæ veſtræ congregationi pulcherrima charitas, quam perſuadet Religio; adſit pax, quam & natura ipſa proclamat, adſit concordia, quam Chriſtianum nomen ſublimiter edocet; adſit veritas, quæ ſuis viribus nixa omni tempore ſuperat, vincit, & triumphat; adſit denique unitas, quam parit Eccleſia, quam præbet gratia, quam tribuit Chriſti Domini, ac Dei noſtri ſumma benevolentia, ut Paſtorem utique religioſiſſimum, & ſanctum eligere poſſitis, ut vobis utilitati, & præſidio, nobiſque commodo, & jucunditati ſit futurus. Valete in Chriſto Ieſu, & me veſtris ſacris orationibus quàm diligenter commendate, meque utimini arbitratu veſtro, dum mihi vita Comes. Venetiis 13. Aprilis 1452.

*Veſter, etſi inutilis, fidelis tamen Coadjutor, & ſervus Fr. Ioannes de Capiſtrano manu propria.*

Ibid. n. 50. Abſolutis demum Comitiis receſſit Vicariùs in Galliam, eóque vocavit Alphonſum Baroxium Provinciæ Caſtellæ Vicarium ad Cænobium Fontiniaci Comitis prope Rupellam, & Commiſſarium inſtituit nationis Hiſpanicæ, juſſitque, ut prudenter, & placidè curaret reducere Fratres reſtitutæ Obſervantiæ ad Obedientiam Vicariorum, & inſuper in virtute peculiaris Bullæ Eugenij IV. poteſtatem conceſſit quinque Conventus conſtruendi, vel reformandi. At ille ſapienter iſta perficiens, Patres Cuſtodiæ Hiſpalenſis, ut omninò reliquis Obſervantibus adhærerent, induxit, & magno inſtituti incremento novellum germen annis quindecim optimè gubernavit. Obtinuerat ſub hujus anni initium ampliſſimum privilegium Pontificium, quo robur, & firmitatem adjecit omnibus, quæ in Provincia Caſtellæ peracta erant circa reformationem veterum, aut erectionem novorum Conventuum regularis Obſervantiæ, & ſtabilitatem Fratrum in eiſdem Domiciliis, nè ad Miniſtrorum placitum ab eiſdem removerentur.

## NICOLAVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

VRget nos ſuſcepti cura regiminis, quo univerſis Orbis Eccleſiis, & Ordinibus diſponente Domino præſidemus, ut pro ſtatu perſonarum quarumlibet, ſub Sacræ Religionis jugo, ſtudio piæ vitæ vacantium, paternæ conſiderationis acie ſollicitè cogitantes, illarum, quibus hujuſmodi obſervantiæ cultus turbari poſſet, occurramus diſpendiis, ſicque ipſarum occurramus profectibus, ut ab eis quarumvis adverſitatum ademptis anfractibus, nullum internæ pacis patiantur excidium, nullumque ſuæ Religionis perferant detrimentum; ſed eò devotiùs hujuſmodi inſiſtant cultui, vacentque contemplationi cœleſtium, quò quietior, liberiorque fuerit ſtatus earumdem. Sanè cum, ſicut accepimus, Domus, & loca religioſa plurima Ordinis Fratrum Minorum in Provincia Caſtellę, ſecundùm morem dicti Ordinis conſiſtentia, ad debitam juxta primæva ipſius Ordinis inſtituta Regularem obſervantiam reformata ſint, atque reducta; quædam etiam ſub hujuſmodi Obſervantia ſint noviter fundata, & erecta, ac in illis interger ejuſdem Obſervantiæ cultus adeò effloreat, ut exindè fructus exuberent omnis ſanctimoniæ, & honeſtatis, ac converſationis Deo placitæ, & vitæ exemplaris. Et ſicut devotorum quorum- Vvad. t. 6. an. 1451. fol. 5. bull. 88.

dam, qui Fratrum in domibus, & locis prædictis degentium vitam ipſam ſinceris amplectuntur charitatis affectibus, nobis oblata petitionis ſeries continebat, ipſi verò ſimiliter timeant, ne Fratribus in domibus noviter fundatis, & erectis hujuſmodi degentibus, occaſione fundationis, & erectionis eorumdem turbationis moveatur materia, ac tàm illi, quàm in aliis ad hujuſmodi Obſervantiam reductis domibus, & locis Fratres pro tempore commorantes per ſuorum, quos in ſuis domibus, & locis pro tempore elegerint præſidentium, ſive Superiorum deſtitutiones, ac Fratrum eorumdem ad alia loca tranſlationes, vel domorum, & locorum hujuſmodi ad laxiorem Obſervantiam mutationes per dicti Ordinis Provinciales Miniſtros, aut alios Superiores faciendas, ab hujuſmodi Obſervantia retrahi, ac in eiſdem Domibus, & locis ipſa Obſervantia ſupprimi, & conculcari poſſint tempore ſuccedente. Pro parte devotorum eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere ſuper his opportunè de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui integritati Obſervantiæ hujuſmodi, dictorumque Fratrum ſtatui, & tranquillitatis, & quietis dulcedini conſervandis, prout incumbentis nobis ſollicitudinis cura depoſcit, libenter intendimus, hujuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, fundationes, & erectiones prædictas, quæ ex Diœceſanorum locorum permiſſione congruis in locis, & ab aliis domibus, & locis mendicantium ſub debita diſtantia ſitæ ſunt, nec non omnia circa domorum, & locorum aliorum prædictorum ad prædictam Obſervantiam reductorum reformationem, providè geſta, rata, & grata, eorumdemque tàm noviter erectorum, quàm aliarum Domorum, & locorum nomina, & deſignationes præſentibus pro expreſſis habentes, fundationes, & erectiones, & geſta hujuſmodi, ac omnia inde ſecuta, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & etiam approbamus, ſupplentes omnes deffectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Et nihilominus volumus, & authoritate prædicta, earundem præſentium ſerie ſtatuimus, & decernimus, quòd perpetuis futuris temporibus Guardiani, & alij dictis domibus, & locis noviter erectis, & alij ad hujuſmodi Obſervantiam redactis præſidentes, per Fratres in eiſdem domibus, & locis degentes pro tempore electi, abſque ipſorum, qui eos elegerunt, ſeu Fratrum domorum, & locorum eorumdem conſenſu à ſuis officiis, per quemquam ex Provincialibus dictæ Provinciæ Miniſtris, ſeu aliis dicti Ordinis Superioribus amoveri; Quòdque etiam Fratres in eiſdem domibus, & locis laxari, ſeu ipſa domus, & loca aliis dicti Ordinis Fratribus, non ſub hujuſmodi Obſervantia viventibus adjungi per quemquam, ex Miniſtris, & Superioribus antedictis, quibus etiam, nè quidquam eorum attentare præſumant diſtrictiùs inhibemus, quàvis authoritate minimè debeant, ſive poſſint ſub excommunicationis pœna, quàm ſecus facientes incurrant eo ipſo, & à qua præterquàm in mortis articulo conſtituti ab ullo, quàm à Romano Pontifice, abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis &c. quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtrorum confirmationis, approbationis, ſupplectionis, voluntatis, decreti, & ſtatuti infringere; Si quis &c. dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domini 1450. Idibus Febr. Pontif. noſt. an. 4.

Non mediocriter etiam ad Obſervantiæ Regularis augmentum, & proſperitatem conduxit Gabrielis Condomerij Veneti, Gregorij XII. Nepotis ad Summum Pontificatum fœlicisſima evectio ſub nomine Eugenij IV. cui ante aliquot menſes prædixerat honorem hunc Ioannes Capiſtranenſis, ab ipſo ſummoperè dilectus. Profecturus enim in regionem longinquam, dum vale dicto Gabrieli ſummâ reverentiâ, pedes oſcularetur, rei novitate excitus Cardinalis, interrogavit, cur ita pręter morem feceſit, anteà ſolitus manum dumtaxat oſculari? Reſpondit Ioannes, ſe venerari ſacram illam, Cælo cognatam, quam in eo prævidebat, dignitatem, neque ampliùs viſurum, niſi in ſupremo Eccleſiæ faſtigio. Tertio ab electione die, dum Eugenio congratulaturus accederet, colloquium hoc propheticum Pontifex ei in mentem reduxit, promiſitque veterem amicitiam majori fore lucro fovendam. Id ſolum ſe cupere, dixit Capiſtranus ut Ibid. 1431. n. 2.

ut Regularis Obſervantię familiam paterno amplexaretur affectu, atque in priſtinum reſtitueret ſtatum, quem habebat, ante celebrata Comitia Generalia Aſſiſij anno 1430. nimirum, ut ſub ſuę vitæ, & converſationis Vicariis regeretur, cum jam probaverit, unionem à Martino Pontifice intentam, Religioni reformandæ potiùs obfuiſſe, quàm profuiſſe. Hæc, & majora beneficia pollicitus Eugenius adimplevit, quicquid augendæ, illuſtrandęque huic Congregationi expediebat, abundè largitus.

Cùm verò Eugenius IV. ſancta intentione, credens videlicet, hac ratione ſopiri poſſe quotidianas Conventuales inter, & Obſervantes controverſias, quę maximo populorum ſcandalo multiplicabantur, Obſervantibus interdixiſſet, ut domos multiplicare de novo non poſſent, quęcumque ſuper his privilegia olim impetraſſent, ex integro revocando; certior factus exinde, non ideò quietari querelas, ſed fructus impediri, quos maximo populorum profectu Obſervantes ubique proferebant, revocationem illam nova revocatione caſſavit, & amplam nova recipiendi loca facultatem impertivit, dato ſequenti diplomate.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

*Dilecto Filio Fr. Alberto de Sarthiano Ord. Minorum Provinciæ S. Antonij Miniſtro, & ipſius Ordinis Vicario Generali.*

Vvad. t. 5. Reg. fol. 300. bull. 214. TAnta eſt noſtra ad Ordinem tuum affectio &c. cum itaque proximis diebus in litteris Apoſtolicis creationis tuę in Vicarium Generalem, per Nos factæ bono reſpectu, & ad finem pacis, unioniſque inter Fratres Ordinis ſervandæ duxerimus revocare omnes litteras Apoſtolicas, quarum tenore priùs conceſſeramus Fratribus dicti Ordinis, qui dicuntur *Devoti*, ut nova loca poſſent capere, atque etiam prędictam litterarum Apoſtolicarum revocationem fecerimus; poſtmodumque Nobis conſtiterit, dictam revocationem, nedum paci, & concordiæ Ordinis profuturam, ſed maximum diſcordiæ, & ſcandolorum fomitem futuram; eandem litterarum Apoſtolicarum de novis locis, per antedictos *Fratres devotos* capiendis, revocationem tenore prȩſentium authoritate Apoſtolica ſuſpendentes, & ubi oporteat, annullantes, devotioni tuæ de cujus modeſtiâ Nobis notâ plurimùm in Domino confidimus; concedendi dictis Fratribus *Devotis*, prout Nos etiā tenore, & authoritate prædictis de novo concedimus, ut prædictis litteris Apoſtolicis ſuper capiendis novis locis, proinde utantur, ac ſi nulla fuiſſet facta revocatio, plenariam concedimus facultatem. Dat. Florentię anno 1442. 3. Kal. Auguſti anno 12.

Dehinc exorante Capiſtrano univerſis Provinciarum Vicariis ejuſdem inſtituti indulſit, domos ſex, vel admittendi, vel conſtruendi in ſuis reſpectivè diſtrictibus.

EVGENIVS PAPA IV.

*Dilecto filio Ioanni de Capiſtrano Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, &c.*

INter Eccleſiaſticos Ordines, &c. cum itaque, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, nonnulli Chriſti Fideles, ex devotione &c. loca quædam pro uſu, & habitatione tui Ordinis Fratrum fundarent, conſtruerent &c. Nos ergo &c. tibi nec non pro tempore exiſtentibus quarumcumque Provinciarum juxta morem Fratrum Minorum de Obſervantia Vicariis, ſex loca ubicumque conſiſtentia cum Eccleſiis Campanilibus &c. Officinis, ſi tibi, aut illis aliàs canonicè conſignentur, &c. Vobis per eoſdem Chriſti Fideles forſitan aſſignandis domibus, Eccleſiis cum Campanilibus &c. Officinis hujuſmodi fundari, conſtrui, & ædificari, faciendi, ac recipiendi, ac perpetuò retinendi, diæceſanorum locorum, in quibus hujuſmodi loca fuerint, aut ejuſmodi Ordinis Superiorum licentiâ minimè requiſitâ &c. concedimus facultatem. Et inſuper univerſis, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus, quos in locis hujuſmodi pro tempore reſidere contigerit, ut omnibus, & ſingulis &c. quomodolibèt conceſſis uti &c. valeant &c. concedimus &c. Datum Senis anno 1443. 3. Idus Septembris anno 13. Vvad. tom. 5. Reg. fol. 313. bull. 238.

Itaque modis omnibus proſperabatur Regularis Obſervantia, veluti ab Ordinis

nis Communitate qualitercumque ſeparata. Domos ſuas ubique terrarum ex ſpeciali Dei aſſiſtentia, & S. Franciſco cooperante multiplicabat ad ſtuporem; nobiliora ferè Ordinis ornamenta receperat, viros, & doctrinâ, & prudentiâ, & pietate præcipuos non ſolùm à ſæculo fugientes, ſed & ab ipſa Ordinis Communitate digreſſos excipiebat abundanter, Sedi Apoſtolicæ, ſæculique Principibus quotidie reddebatur acceptior; denique ſub propriis Vicariis, & legibus vivere permiſſa, fœliciſſimæ illius promotionis, quam in Ordinis præeminentia cõſtituta receperat, indubiũ jam proferre videbatur argumentum. Verùm hæc omnia diſcordiarum inter Fratres fuerũt origo, & fomentum, quas ſtatim deſcribemus, ubi de Vicariis tractatum præmiſerimus.

## CAPUT VII.

### *Primum Regularis Obſervantiæ gubernium ſub Vicariis.*

NArrationem iſtã de Vicariorum inſtitutione, quo nẽpe tempore, quâve occaſione ſub propriis Vicariis gubernari cœperit Obſervantia Regularis, in Ordinis Annalibus nõ plenè declaratam, ut majori, quâ fieri poſſit, ſinceritate proponamus, certa ab incertis primò ſeparabimus; deinde conferendo unum cum alio, & ex certis argumentando ad incerta, univerſa dilucidare procurabimus.

Indubium itaque primò habemus, quòd contenti perfectionis ſuæ Zelotes in ſeparatis domiciliis citra relaxationis periculum convivere, non detrectabant, ſub Prælatis de Ordinis communitate integra ſubjectione gubernari, quandiù ſic vivere licuit in pace; nec diſpenſativa privilegia fuerunt in Ordinem invecta: hoc vidimus de B. Pauluccio, ejuſque Familiolâ in Italia, de Villacretianis in Hiſpania, nec non de primis Zelotibus in Gallia; qui nihil ultra ſibi ab Ordinis Communitate ultrò conceſſa intentarunt à principio.

Vvad. t. 5. 1415. n. 6. Cum verò in Gallia, ut prænarravimus, fuerunt à ſuis pauperibus Conventibus inter cæteros de Ordinis Communitate Conſodales hinc inde diperſi, ad S. Concilium Conſtantienſe recurrentes, ſupplicarunt, ut extra relaxationis periculum ſibi liceret, in domibus ſeparatis ad Regulæ puritatem convivere; ubi poſt accerrimam cauſæ diſcuſſionem, ut in ſuperioribus enarravimus, ex univerſalis Concilij decreto impetrarunt, ut in deſignatis Provinciarum Franciæ, Burgundiæ, atque Turoniæ Domiciliis, ſibi liceret proprios habere Superiores, in qualibet ex præfatis Provincia Vicarium Provincialem, nec non Vicariũ Generalẽ ſuper univerſos conſtitutum; ut etiam leges condere, & Generales ſuas Synodos celebrare valerent, eaque ſtatuere, quæ reformato ſuo vivendi modo efficaciùs conducere judicarent. Hæc fuit, nullo inficiante; prima Vicariorum Obſervantium anno 1415. authenticè ſtabilita deputatio.

Itaque virtute præfati decreti Nicolaus Rodulphi anno 1416. ſuorum Obſervantium (tali agnomine fuerunt in memorato decreto inſigniti) Superiores in Conventu Bercorienſi Provinciæ Turoniæ convocavit ad Comitia, ubi multa conſtituit, huic novæ Reformationi ſtabiliendæ neceſſaria. Ibid. 1416. n. 8. Anno verò 1419. è mortalibus abeunte Rodulpho Vicario Generali præfato, perpauci illi Vicarij Provinciales, atque Domorum Præfecti die 19. Januarij coactis in Cœnobio Cholerti Provinciæ Turonenſis ſuis Comitiis, juxta facultatem ſibi à Synodo Conſtantienſi conceſſam, delegerunt ſibi Vicarium Generalem Fr. Thomam de Curte, ſive de Curia, qui jam ante Concilium hujuſmodi Zelotibus fuerat quoquomodo præpoſitus; ſed Alexander V. (uti ſupra narravimus) è ſuo gradu deturbaverat. Ibid. 1419. n. 9.

Cum verò ex prænarrata cauſa Conventus Angeliacenſis ad Ordinis Communitatem ab Obſervantia devoluti contenderent Ordinis Prælati, revocatum fuiſſe à Martino V. Pontifice decretum Conſtantienſe; ideóque (nè diviſionem in Ordine fieri contingeret) Vicariorum hujuſmodi Obſervantium ſubſiſtentiam enervare conarentur; Pontifex ipſe per Gullielmum Yoſſelini (ut diximus in ſuperioribus) adhuc inter Obſervantes Novitium, pleniùs informatus, an. 1420. Synodalem illam Conſtitutionem ex integro confirmavit, expedito Brevi, cujus tenorem appono. Ibid. 1420. n. 10.

MAR

MARTINVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

ROmanum Pontificem Chriſti Vicarium, Beatique Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem Religioſos ſub arcta Obſervantia Domino devotè famulantes Apoſtolicis convenit munire præſidiis, ne fortè cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à ſincero propoſito revocet, ſeu robur, quod abſit, ſacræ Religionis infringat. Accepimus ſiquidem, quòd nonnulli Miniſtri, & aliqui alij profeſſores Ordinis Fratrum Minorum prætendentes, nos pridem, ſtatuta, decreta, & ordinata per ſacram Synodũ Conſtantienſem Provinciarum Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ, ſecundùm morem ipſius Ordinis, nec non domorum de S. Audomaro Morinenſis; de Sagio Sagienſis; de Varēnis Rhemenſis; de Dola Biſuntinenſis; de la Valle Guidonis Cenomanenſis; de Clicio Nannetenſis; de Ambaſia Turonenſis; de Bercorio, Choletto, & Fortiniaco Comitis Maleacenſis Diœceſis, cæteraſque Domorum infra Provincias præfatas exiſtentium, qui Ordinem præfatum dicuntur ſub arctiori Obſervantia tenere, per ſuas litteras conceſſa, in genere, vel in ſpecie, per noſtras litteras revocaſſe, caſſaſſe, irritaſſe, & annullaſſe, reponēdo ipsũ Ordinem, quoad electionem Generalis, & Provincialium Miniſtrorum ejuſdem, & Obſervantiam Regularem vivendi ſub obedientia Prælatorum ipſius Ordinis, eo modo, ſeu in illis terminis, in quibus Ordo ipſe ante obitum, & tempore fæl. rec. Gregorij Papæ XI. prædeceſſoris noſtri exiſtebat; Non obſtantibus litteris, & privilegiis Apoſtolicis, & aliis indultis, ſub quavis verborum forma hactenùs quibuſcumque conceſſis, & concedendis in futurum, etiamſi de illis, & eorum totis tenoribus eſſet in eiſdem de præmiſſis mentio facta ſpecialis; prætextu aſſertarum noſtrarum litterarum, nec non revocationis, irritationis, caſſationis, annullationis, & repoſitionis præfatarum eoſdem Vicarios, Guardianos, & Fratres dicti Ordinis Provinciarum, & domorum præfatarum, contra hujuſmodi ſtatuta, decreta, & ordinata præfatę Synodi diverſis modis opprimere, & moleſtare præſumpſerint hactenùs, & præſumunt, in præfatorum decretorum, ſtatutorum, & ordinatorum Sacri Concilij derogationem non modicam. Nos igitur, qui contra hujuſmodi præfatæ Synodi ſtatuta, decreta, & ordinata nihil hactenùs voluimus, prout nec volumus attentari, intendentes memoratos Vicarios, Guardianos, & Fratres ab illatis, & forſan inferendis oppreſſionibus, & Moleſtationibus omnibus ſuper præmiſſis, & eorum occaſione relevare; motu proprio declaramus, noſtræ intentionis, & voluntatis hactenùs minimè fuiſſe, aut etiam exiſtere, aliquid contra hujuſmodi ſtatuta, decreta, & ordinata in pręfatorum Fratrum de Obſervantia favorē, & litteras dictę Synodi feciſſe, aut derogaſſe eis, ſeu illa, vel illorum aliquod revocaſſe, caſſaſſe, irritaſſe, & annullaſſe in genere, vel in ſpecie. Quinimmò volumus, dicta decrecta, ſtatuta, & ordinata in ſuo Ordine permanere, decernentes, quaſcumque noſtras, & alias litteras, ſi quæ forſan in contrarium in aliquo repertæ fuerint, ſeu reperientur in futurum, nec non quaſvis alias nullius extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti. Non Oſtantibos clauſulis, ſub quibuſcumque verbis expreſſis in eiſdem prætenſis, vel aliis litteris, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò &c. noſtræ declarationis, voluntatis, & Conſtitutionis infringere &c. ſi quis &c. Datum Florentiæ Nonis Maij 1420. anno 3.

Quomodo tandem perſeveraverint in Gallijs hujuſmodi Vicarij Generales, atq; Provinciales, uſque ad Apoſtolicam Eugenij IV. ampliorem conceſſionem, de quo ſtatim dicemus; videre eſt in c. 3. in ſerie Capitulorum, atque ſtatutorum Generalium Ordinis. Hæc omnia ſunt citra controverſiam.

Primos, qui extra Galliam Conſtantienſi hujuſmodi Vicariorum conceſſione gaudere fuerint permiſſi, Hiſpanos fuiſſe non latet; impetraverant quidem ab ipſa S. Synodo Villacrètianæ reformationis aſſertores, ut in ſuis paoperrimis Cænobiis conſtitutiones illæ obſervari deberent. quas pro recollectionis omnimoda perfectione legimus à Seraphico Patriarcha pro ſacra ſub-Aſſiſienſi Portiunculæ Domo fuiſſe pręſcriptas:

dum verò ab Ordinis Communitate ſeſe viderent in ſuo religioſo receſſu inquietari, qui per varias Hiſpaniarum partes jam ſacræ Reformationi ſeſe perfectiùs addixerant; ad redimendas injuſtas vexationes ſub propriis Vicariis Provincialibus ad inſtar Gallorum vivere procurarunt.

Sup. c. 4. Aragonenſes lego anno 1425. impetrato ad hoc à Martino V. Pontifice Brevi Apoſtolico, *In Apoſtolicæ Sedis ſpecula, &c.* quod in Superioribus ex integro deſcripſimus, eviciſſe, ut Conſtantienſi Decreto Turoniæ, Franciæ, atque Burgundiæ Obſervantibus in Gallia conceſſo in omnibus, & per omnia fruerentur, ex quo Vicarios ſuos Provinciales eligere cœperunt, & conſtituerunt, donec anno 1430. in Comitiis Aſſiſienſibus, ſub ſpe omnimodæ unionis fuerunt in tota Obſervantia ſuppreſſi; Eos autem citiùs reaſſumpſiſſe cum Italis conſtat, ex eo quòd anno 1440. Miniſter Generalis ex cauſa in Vvadingo relata voluerit, ut Fr. Bernardus Iſcoriola ibidem Vicarius Provincialis à Vicariatu amoveretur, qui tamen anno immediatè ſequenti, operante S. Bernardino Senenſi, & jubente Pontifice, fuit reſtitutus, & tandem univerſali privilegio Eugeniano gaudere potuerunt.

Vvad. tom. 5. 1440. n. 41.

Ibib. 1441.

In Regnis Caſtellæ, ac Legionis habemus equidem inſtitutum fuiſſe anno 1428. Vicarium Obſervantium Ioannem à S. Marina Cordubenſem ſacræ Theologiæ Lectorem, qui in Ordinis Communitate jam doctrinâ conſpicuus, zelo tamen vitæ perfectioris, atque Regulæ ad litteram obſervandæ deſiderio excitatus, ad Obſervantes digreſſus inſtitutus eſt Vicarius; an verò ſuper unicum Marchenæ Cænobium, de quo agitur in bulla mox alleganda, vel ſuper univerſos Caſtellæ Obſervantes Vicariatum exerceret, non mihi planè conſpectum: à Martino V. dato brevi, *Pus ſupplicum &c. dat. Romæ 14. Kal. Maij anno* 12. fuit in officio confirmatus. Quod autem clariùs, & ſecuriùs dubium omne repellit, eſt Pontificium diploma quinquageſimum nonum Eugenij IV. in ſuo Regeſto &c. *Ex Apoſtolicæ Sedis &c. anno* 1434. *idibus ſeptemb. anno* 4. quod in ſuperioribus dedimus per extenſum. His ergo in litteris narrat Eugenius IV. quomodo jam olim per Martinum V. conceſſum fuerit univerſis Fratribus, & Conventibus de Obſervantia Regulari per Regna Caſtellæ, atque Legionis conſtitutis, ut decreto Conſtantienſi pro Gallicis Obſervantibus expedito in omnibus, & per omnia frui poſſent, atque gaudere, ac ſi principaliter eiſdem Hiſpanis conceſſa fuiſſent. Deinde quòd ab eodem Martino V. fuerit ipſis Obſervantibus in Regno Caſtellæ, & Legionis, Ioanne Rege intercedente, conceſſum, ut Vicarium Generalem per eoſdem Obſervantes ſucceſſivè de triennio in triennium eligendum, & Provinciales Vicarios eodem modo per electionem aſſumendos habere, ſuaque per ſeipſos Provincialia, & Generalia Capitula celebrare poſſent, & in ipſo Capitulo Vicarium Generalem noviter electum in officio confirmare, cæteraque diſponere, ac exequi, quæ ad Regularis Obſervantiæ conſervationem, atque profectum conducere crederentur. Quæ omnia Eugenius ipſe in præcitatis ſuis litteris ampliſſimè confirmavit. Quamvis autem Martinianas ab Eugenio allegatas litteras, hucuſque videre non potuerim, dum in Eugenianis ferè per extenſum deſcribuntur, ipſas tunc Eugenio fuiſſe præſentatas, dubitare non licet. Id unum in inſtrumento Concordiæ inter Fratres de Ordinis Communitate, & Obſervantes initæ anno 1427. quòd etiam ſuperiùs in cap. 4. deſcripſimus, obſervo, quòd relatis omnium, & ſingulorum Patrum Clauſtralium nominibus, nullus legatur cum titulo de Obſervantia ſubſcriptus: in ſeptimo verò Concordiæ puncto continetur, quòd Obſervantes privilegiis omnibus jam impetratis, aut in futurum impetrandis per omnia renunciaverint; ex quo ſuſpicari poſſe videtur, ante annum 1427. præfatum, has ab Eugenio recitatas Martini V. Papæ litteras fuiſſe jam expeditas. Poſt hujuſmodi verò conceſſionem Eugenij, fuiſſe per Hiſpanias continuatos hujuſmodi Vicarios, dubitari non licet, ut fuſiùs in ſingulis Provinciis adnotabimus.

Ibid. 1428. n. 10. & in Regeſ. bull. 216. Mart. V.

Sup. in c. 4.

In Portugalia, cùm pauci eſſent à principio Regularis Obſervantiæ Profeſſores, & nova eſſet etiam de Ordinis Communitate Provincia, à Miniſtro Provinciali fortè meliùs habiti, Vicarium Provincialem per ſe ipſos eligendum

Vvad. t. 5. in Reg. bull. 185. Eug. IV.

dum non niſi anno 1446. virtute decreti Eugeniani generalis ad favorem Obſervantium, atque per ſpeciale diploma ipſius ſibi conceſſum, *Dum præclara dilectorum &c. dat. Romæ anno Sal. 1446. 8. idus Auguſti*, habuerunt, ut proprium ſibi Vicarium Provincialem ſub obedientia Vicarij Generalis Vltramontani liceret eligere: de inſulis Balearibus, & dictum eſt ſuperiùs in cap. 4. & dicetur in proprio loco.

Ibid. bull. 184. Marr. 5. In Bavaria, & in Palatinatu Rheni ad petitionẽ Ducis Bavariæ, Comitiſque Palatini Rheni ab anno 1427. Vicarium ſibi eligere cæperunt; at ſub conditionibus, & modis in Apoſtolico diplomate ipſis per Martinum V. Pontificem conceſſo deſignatis; Incipit: *Ad ſtatum Monaſteriorum &c. dat. Romæ 6. idus Auguſti anno* 10. quod ſuprà deſcripſimus.

Ibid. bull. 196. Marr. V. In Marchionatu Brandeburgenſi per conceſſionem ejuſdem Martini Pontificis, intercedente Friderico Marchione Brandeburgenſi, Vicarium triennalem cum ampliſſima poteſtate, ſicuti priùs ab Henrico tit. S. Euſebij Presbytero Cardinali per Germaniam Sedis Apoſtolicæ Legato, nec non Religionum omnium Reformatori ſolertiſſimo, fuerat ordinatum, impetrarunt: incipit Diploma Pontificium; *Meditatio noſtri cordis &c. Dat. Romæ prid. Kal. Maij anno* 2.

Quando introducti fuerint in Hungariam, quomodo ibidem perſtiterint, quaſque viciſſitudines ſubierint, jam in cap. 4. diximus ad ſufficientiam, pleniúſque ipſa in Hungarica Provincia referemus.

Vvad. tom. 5. 1432. n. 12. In Boſnam, ubi jam ſub B. Paulucccio de Trincis ſtabilita fuerat Regularis Obſervantia, anno 1432. amandatus eſt Vicarius Provincialis B. Iacobus à Marchia, cui demum recedenti ſuffectus eſt in Vicariatu Fr. Ioannes de Vvaya anno 1441. alijque deinde ſucceſſerunt in officio.

Vt autem cæteris particularibus omiſſis, de quibus in parte 2. hujus operis ſigillatim dicturi ſumus, ad Italiam in communi deſcendamus; & quando vel Generales pro tota Ciſmontana Familia, vel Provinciales in locis particularibus Vicarios habuerint Obſervantes, integra fidelitate referamus; priús, quę certa ſunt apud omnes, enarrabimus; deinde ambigua, quantùm fieri potuerit, elucidabimus; denique Vicariorum hujuſmodi inalterabilem deputationem ex Apoſtolica diſpoſitione producemus.

Nulli ergo non eſt in confeſſo, quòd in Mariano, in Gongaza, in Ordinis Chronicis, & Annalibus legimus, Paulum, ſive Pauluccium de Trincis humili ſua ſimplicitate, gratiâ, & benevolentiâ valdè ſingulari honoratum fuiſſe à Generalibus, atque Provincialibus Ordinis Miniſtris, eâque fuiſſe ab ipſis poteſtate donatum, ut non ſolùm plena juriſdictione Conventus omnes Reformatos in Vmbriaca, in Etruſca, in Picæna, aliiſque in Provinciis conſtitutos gubernaret; ſed, & ut Commiſſarios ſuos cum eadem poteſtate ſubdelegare valeret, quibus Obſervantes omnes, velut ipſi Pauluccio, imò ut Miniſtro Generali obedire tenerentur; unde, & B. Ioannem de Stronconio doctiſſimum æquè, ac piiſſimum virum Conventuum omnium hujuſmodi Viſitatorem, & in Thuſcia ſuum Commiſſarium inſtituit: litteras Generalium, præſertim verò Henrici Aſtenſis hac de materia dedimus in ſuperioribus.

Habemus item indubium, poſt Pauluccij obitum, videlicet ab anno 1390. Stronconium iſtum fuiſſe Pauluccio in Obſervantium regimine ſubſtitutum; Ex Mariano, nec non ex monumentis Ordinis ſcribit Marcus in Chronicis Ordinis, eum ab Antonio Piretti Miniſtro Generali anno circiter 1405. declaratum fuiſſe ſuper Obſervantes Commiſſarium Generalem, ſuumque Vicarium; quod ſæpiùs repetitur ab Vvadingo: cui etiam quâ tali conceſſum fuit à Gregorio XII. Pontifice, ut quinque loca pro ſuis Obſervantibus erigeret, quæ Piſtorij, Aſculi, Fulginei, Nuceriæ Saracenorum, & propè Florentiam ſub titulo S. Salvatoris erexit. Inde familiam ſuam propagaturus, quæ adhuc tenuis Vmbraicæ, Etruſcæ, Picenæ, atque Romanæ Provinciarum limites non excedebat, in Regnum Neapolitanum profectus, Pennenſem (nunc S. Bernardini) atque S. Angeli Provincias, debita eum facultate Obſervantibus cõſtituit, Conventibus ditavit, & dominicum à Genua in prima Commiſſarium Provincialem aſſignavit, & in ſecunda Thomam de Scarlino nuncupatum. Verùm jam

Chron. Ord. par. 3. lib. 1. c. 26.

Vvad. to. 5. 1405. n. 2.

Chron. Ord. par. 4. lib. 1. c. 28.

Vvad. t.5. in Reg. bull. 63. Bonif. IX. jam ab anno 1403. Bonifacius Papa IX. Ioanni de Stronconio concedens, ut duo Cœnobia pro ſuis valeat admittere dato Brevi Apoſtolico; *Sacræ veſtræ Religionis* &c. ſic eum nominat, *Tibi, Fili Ioannes, qui, ut aſſeris, Vicarius dilecti Filij Nicolai de Peruſio Miniſtri Provinciæ S. Franciſci, ſeu potiùs Henrici de Aſt. Miniſtri Generalis &c. per eundem Miniſtrum deputatus exiſtis, ac tuo in hujuſmodi officio ſucceſſori &c.* undè confirmare licèt quæque jam diximus, ab Henrico Generali confirmatum fuiſſe Stronconium in officio Vicariatus Generalis; & tamen hæc omnia ex mera Generalium benignitate promanâſſe, notat Vvadingus ad annum 1415. Vvad. t.5. 1415. n.25. ita dicens [Id ſua manſuetudine, & humilitate obtinuerant Pauluccius Fulginas, & Ioannes iſte ſucceſſor, ut Miniſtri Generales, & Provinciales, quidquid opus erat huic augendæ Congregationi, ſponte conceſſerint; ut Congregationes, ſeu Comitia particularia celebrarent, Vicarium ſibi eligerent, privatis legibus regerētur &c.] Hæc ergo universa ſic dilucidata habuerunt in Italia Obſervantes ante primum ſuum Generale Capitulum anno 1431. authoritate Pontificia celebratum.

Ibid. n.26. Chron. Ord. par. 3. lib.1. c. 26. Nicolaum Antonij de Vzano nobiliſſimum olim, atque ditiſſimum civem Florentinum, qui, ſuis omnibus in pauperes diſtributis, nomen dederat Obſervantibus, & omni virtute conſpicuus à Ioanne de Stronconio, dum in Apuliam contenderet, inſtitutus fuerat in Tuſcia, ut ſuas vices gereret, anno 1418. pro Stronconio vitâ functo fuiſſe in Vicariatu Generali ſubrogatum, ſcribunt Ord. Chronica, ſed non invenio, qui hæc confirmet; nec tamen qui contrarium adducat.

Terrinca in Theatro fol.17. P. Antonius à Terrinca ex Tuſciæ Obſervantium Provincia exemplari vitâ, & fructuosâ prædicatione conſpicuus, dictæque ſuæ Provinciæ laudatiſſimus Chronologus in ſuo Theatro Etruſco Minoritico par. 1. tit. 2. ſect. 4. poſt Ioannem Stronconium S. Bernardinum Senenſem nominat Vicarium Generalem anno 1421. ab Angelo Salveto Miniſtro Generali de mandato Martini V. Pontificis inſtitutum; eique anno 1424. eadem authoritate ſuffectum fuiſſe dicit Nicolaum Vzanium præfatum; ſed ſucceſſivis exinde temporibus non niſi Vicarios Provinciales fuiſſe in Obſervātia, conteſtatur. Hoc modo tres tantùm præfuiſſe Vicarios Generales, nempe Ioannem Stronconium, Bernardinum Senenſem, & Nicolaum Vzanium haberemus uſque ad generaliſſimum Aſſiſienſe Capitulum anno 1430. celebratum.

Chronologia Seraphica cum P. Terrinca ex parte conformis, S. Bernardinum Vicarium aſſignat poſt obitum Stronconij, Bernardino ſuffectum Vzanium, & Vzanio Angelum de Civitella notavit; at dicit, iſtos non Vicarios Generales, ſed tantùm Provinciales extitiſſe in Etruſca, & Vmbriaca Provinciis ſimul adhuc unitis. Chronol. fol.97.

Contra tamen hæc omnia negotium faceſſere videtur, quod ſcribit Vuadingus ad annum 1424. videlicet, quòd, cum Thomas de Scarlino nuncupatus eo anno Cænobium ad milliare unum ab Oppido Radicodoli conſtruere cæpiſſet; Oppidani verò inhumaniter ſe gererent erga Fratres; cum illae tranſiret S. Bernardinus Senenſis ad Vicariatum Generalem Regularis obſervantiæ aſſumptus, ejus imperio Fratres locum deſerverint: ex quibus evidenter inducitur, eum anno 1424. ab officio non fuiſſe abſolutum, ſuccedente Vzanio; item ipſum non Provincialem, ſed Generalem Vicariū extitiſſe, ex litteris Apoſtolicis non leve ſumit augmentum dubitationis hujus ultimæ fundamentum; etenim Martinus V. anno 1423. per Breve ſuum Apoſtolicum, *His, qui divini cultus &c.* 7. *Idus Martij anno 6.* concedens, ut in Provincia Terræ-laboris duo nova pro Obſervantibus poſſint ædificari Cænobia, litteras conceſſionis ſic inſcribit; *Dilecto Filio ...... Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum Vicario Generali.* Iterum Martinus ipſe Pontifex anno 1426. per diploma ſuum Pontificium, *Pijs ſupplicum votis &c. Dat. Romæ Nonis Iunij anno 9.* Bernardino Senenſi concedit, ut in variis Italiæ partibus (non intra Thuſciæ limites) quatuor Domos valeat accipere, ſuiſque Obſervantibus extruere; Licèt autem ipſum titulo Vicarij non inſigniat, aliquam tamen in toto Obſervantium cœtu præcellentiam eum habuiſſe non dubitaverim, ex commiſſione ad totum Obſervantiæ corpus attinente. Vuad. t.5. 1424. n.10. Ibid. In Reg. bull. 96. Mart. V. Ibid. bull. 154. Mart. V.

Hæc omnia ad augendam potiùs, quàm

quàm ad ſoluendam difficultatem cón ducere videntur. Ne verò ipſam prorſus inſolutam relinquere dicamur; dicerem; ſaluo meliori judicio; quòd citra omnem dubitationis apparentiam fuerint, & Pauluccius, & Ioannes Stronconius ſuper exiguam adhuc ſuam Familiolam cum grandi facultate Commiſſarij, vel Vicarij, ſed à Miniſtrorum Generalium nutu omnimodè dependentes, ſic enim atteſtantur pleræque Generalium, & Provincialium Miniſtrorum litteræ commiſſionales; ſic omnibus noſtris ſcriptoribus eſt in confeſſo. Dicerem ſecundò, quòd poſt obitum Stronconij, qui fuit anno 1418. cum viderent Patres de Ordinis Communitate tenuem Congregationem eouſque velut in Eremitoriis latitantem, jam in Vmbriaca, in Etruſca, in Romana, in Picæna Provinciis, in Apulia etiam, & in Aprutio, in Calabria, in Corſica, in Palatinatu, & in Bavaria ramos ſuos extendere; quodque multò graviùs apparebat, in Vltramontanis ex decreto Conſtantienſi ferè independentes ſuos ſibi eligere Prælatos; Heroës omni titulo conſpicuos acquirere, & domicilia paſſim multiplicare, inceperint humanâ ſapientiâ ſibi cavere, eoſque non ampliùs deputaſſe Vicarios, uti de facto ab anno 1418. ad 1421. nullus legitur extitiſſe, vel in ipſa Vmbria: exinde factum opinor, quòd Martinus V. hujus Familiolæ ſanctis progreſſibus cõſulturus; etiam ne quid minus eſſent ab Vltramontanis Ciſmontani, præceperit Pyretto, & Saluetto ſucceſſivè Miniſtris Generalibus, ut proprios obſervantibus Vicarios aſſignarent, ad hoc ut ſub propriis legibus quietiùs in ſancta Recollectione conviverent.

Vvad. t. 5. 1430. n. 5. Ad hæc opinanda convincenti fermè argumẽto adducor, ex eo nẽpe, quòd an. 1430. in primo Capitulo generaliſſimo Ord. Aſſiſij celebrato cũ de integra Ordinis Vnione tractaretur, Cardinalis Cervantes in Comitiis Præſes Apoſtolicus ad antiquandos univerſos Obſervantium Vicarios, non niſi præhabito unanimi eorum aſſenſu devenire voluerit, ad hoc ut de voluntaria ipſorum renunciatione conſtaret: ex quo, inquam, apparet, quòd hujuſmodi Vicarij à Miniſtrorum Arbitrio non dependerent; aliàs etiam Obſervantibus invitis potuiſſent revocari.

Quòd autem Provinciales potiùs, ut habet Chronologia Seraphica, quàm Generales, ut ab aliis præcitatis aſſeritur, fuerint hujuſmodi Vicarij, conjectura non levi mihi perſuadetur; ut enim cætera omittam, cum Patres de Ordinis Communitate à juramento præſtito præfatis in Comitijs de tuenda pura Regulæ Obſervantia citiùs receſſiſſent, immò & privilegia diſpenſativa primitùs impetraſſent; & Obſervantes Duce B. Ioanne Capiſtranenſi ab Eugenio Pontifice obtinuiſſent; ut pro ſanctiori ſuo gubernio, fæliciorique progreſſu ſibi liceret Capitula ſua celebrare, ſuoſque Vicarios eligere, *quales ante Synodum Aſſiſienſem habuerant*; Non Generales pro tota Familia, ſed Provinciales Vicarios elegiſſe leguntur, in quo Chronologia Seraphica, Marianus, Vlyſſiponenſis, cæterique cum Vvadingo concordant. Ibid. 1431. n. 4.

Licèt enim B. Ioannes Stronconius, S. Bernardinus, B. Nicolaus Vzanius præfacti, unà cũ B. Pauluccio Primicerio Commiſſarij Gen. dici poſſint, quatenùs à Miniſtris Generalibus inſtituti, Generalem quandam, uti diximus, in ſuos reſpectivè authoritatem ſibi commiſſam exercuerunt: quia tamen eatenùs plenam, & abſolutam non habuerunt poteſtatem, qualem ſucceſſores; nimirum talem, ac tantam, qualem, & quantam habent Miniſtri Generales, viſitandi, vocandi, citandi, admonendi, corrigendi, puniendi, Capitula convocandi, Prælatos, & Officiales inſtituendi puniendi, ſuſpendendi, amovendi, ſubrogandi, Commiſſarios, Viſitatores Reformatores deſtinandi, & demùm omnia, & ſingula faciendi, & exercendi, quæ Generalis ipſe facere poteſt: & exercere: ideò communiter in Catalogo Vicariorum Generalium non recenſentur; ſed Vlyſſip. par. 3. Gonzaga par. 1. Chronolog. & Vvad. in Annalibus, ac Didacus de Lequile in Hierarch. Franciſcana tom. 2. illos tantùm recenſent, qui præfatam authoritatem habuerunt. Vno autem ore, & Calamo S. Bernardinum Senenſem omnium primum conſtituunt, licèt in inſtitutionis anno diſcrepent. Hæc omnia in noſtris monumentis obſcura, quantùm fieri potuit dilucidata, diligentiori aliorum examini meliùs diſcutienda remitto.

Ibid. 1430. n. 1. Vt autem ad indubitata jam redeamus; Martinus V. Pontifex Seraphicum Ordinem ad Sanctiores perfectionis ſemitas per religioſæ concordiæ vinculum, necnon per primævam Regulæ Minoriticæ Obſervantiā reducere, hortante præſertim Capiſtranenſi, ſummoperè deſiderans, primum generaliſſimum Ordinis Capitulum, convocatis etiam Vltramontanis, & Ciſmontanis Obſervantibus, Aſſiſij 1430. celebrari præcipit, aſſignato, qui præſideret, Ioanne Cardinali Cervantes. Negotium ſanctæ unionis ad votum piiſſimi Pontificis ſuccedere viſum eſt à principio. Conſenſerunt univerſi de Ordinis Communitate Prælati, in novas pro integra Reformatione conſtitutiones, à Capiſtranenſi de Cardinalis mandato compoſitas, atque pro Vmbone recitatas, per quas reſecatis abuſibus (privilegia diſpenſativa nulla adhuc extabant) ad Regulæ puritatem, juxta Decretales Nicolai tertij, & Clementis quinti expoſitiones, vivere promiſerunt, promiſſione juramento firmata. Gullielmus Generalis præ cæteris Sacramentum dixit in Comitiis, quòd nullo tempore peteret, aut conſentiret, ſe ſe à tali juramento abſolvi. Obſervantes è contra, renuntiatis ultro ſuis Vicarijs, omnimodæ Miniſtrorum obedientiæ, atque juriſdictione ſe ſe ſubjecerunt. Non tamen priùs ſoluta Comitia, quàm maturiùs expenſis conſtitutionibus, plurimos libertatis amicos cæperit juramenti pœnitere, qui aliis in

Ibid. n. 23. ſuas partes evocatis, rogarunt Cardinalem Legatum, ut ſe ſe à præſtito juramento vellet abſolutos: conceſſit ille poſtulata ſupplicantibus, ne laquearet animas propoſiti minimè tenaces. Quin & Generalis non modò abſolutionem à ſpeciali, quod dixerat, ſacramento, impetravit à Pontifice, ſed & ad ſetenandas Fratrum conſcientias privilegia Regulæ diſpenſativa omnium primus obtinuit; & tamen cùm pactum omne ſua ex parte reſcinderent, firmum tamen volebant Aſſiſienſe conſtitutum in quantum Obſervantes jam Vicariis deſtitutos ſuæ juriſdictioni fecerat ſubjectos.

Ibid. 1431. n. 1. & 5. Martino Pontifici paulò poſt, nempe die 21. Februarij 1431. à mortalibus abeunti ſuffectus Eugenius IV. tertio poſt electionem die à Ioanne de Capiſtrano (qui dignitatem ei prædixerat) exoratus, Obſervantibus indulſit, ut Comitia Generalia ſeorſim à Conventualibus (ſic ipſe primus noncupauit Minoritas priuilegiorum ſectatores) celebrarent, ſuos Vicarios eligerent, quales ante Capitulum Aſſiſienſe habuerant, ad hoc ut maturiori conſilio, communibuſque ſuffragijs, quæ ſuæ ſtabiliendæ, ac propagandæ diſciplinæ conducerent, diligẽter examinarẽt, & fœliciùs exequerentur. Ita factum; ad S. Pauli Cenobium extra Bononiā convenientes primarij de Obſervantia Capitulum Generale celebrarunt, atque Vicarios Provinciarum elegerunt, redacto ad Priſtinam formam regamine; eoſque abſque ulla interruptione per ſingulas Italiæ Provincias continuatos eſt videre paſſim apud Annaliſtam. Vicarios autem Generales Obſervantiæ ad annum uſque 1438. nullibi reperimus hac ex conceſſione conſtitutos, etſi Capiſtranus plurima ſuper univerſum Obſervantiæ Corpus, ex ſpeciali mandato Papæ polleret authoritate, ut habent Chronol. Seraphica, & P. Terrinca præcitati. Chronol. Seraph. fol. 98. Terrinca cit.

Integro ſeptennio per Italiam univerſam Obſervantes per ſuos Vicarios adminiſtrari continuarunt; ſub Generalis tamen Miniſtri poteſtate degentes, ſuiſque in neceſſitatibus ad ipſum recurrere coacti, non dolere non poterant, videntes, de opportunis, ut par extat, remedijs non provideri, detrimentaque non levia exindè ſæpiſſimè tolerari. Super hujuſmodi familiæ ſuæ miſeriam Capiſtranus longum habuit Florentiæ cum Eugenio Pontifice colloquium, oſtendens, nullam ex rationibus, aut viis, vel ab ejus Anteceſſore Martino, vel ab ipſo intentatis ad ineundam inter Conventuales, & Obſervantes veram concordiam valere potuiſſe. Nullo itaque modo Regularem Obſervantiam in hac recenti familia fore ſtabiliendam, niſi à Capite inciperet, & Rector daretur hujus vitæ ſectatoribus, qui præiret exemplo. Chronol. ibid.

Gullielmus ergo Miniſter Generalis Senis ex gravi infirmitate decumbens, tum circa negotia ſibi à Pontifice commiſſa, tum circa Religionis ampliſſimæ ſuæ quotidianas, atque graviſſimas expeditiones occupatus, optimè conſiderans, quòd Regularis Obſervantiæ incremento multiplici per omnes Provin- Vvad. t. 5. 1438. n. 5.

cias,

cias, ſe diffundentis graviſſimis neceſſitatibus opportunè non poſſet occurrere, orituras ideò non leves expectantium querelas, ſtatuit eis alium præficere, qui ſuas vices ſumma obiret poteſtate, eò vel maximè, quòd noverit etiam ſe in hoc rem gratam Pontifici facturum. Anno itaque 1438. cadente menſe julio vocatum ad ſe Bernardinum Senenſem Religioſis gratum, & univerſis venerandum, Vicarium, & Commiſſarium ſuum ſuper omnes in Provinciis Italiæ Regularis Obſervantiæ Profeſſores inſtituit, inſtitutumque declaravit: Electionem hujuſmodi commendarunt univerſi; & Pontifex ipſe ſpecialiter approbatam, etiam Apoſtolico diplomate voluit eſſe confirmatam.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. n.6. FRatrum Ordinis Minorum in vinea Domini Sabaoth Altiſſimo jugiter famulantium merita promerentur, ut eis in his, quæ divini cultus, & Religionis, ac Regularis Obſervantiæ augmentum reſpiciunt, præcipuos favores, & ſpecialia præſidia, quantùm cum Deo poſſumus, impendamus. Sanè ad notitiam noſtram nuper deducto, quòd dilectus Filius Gullielmus de Caſali ſacræ Theologiæ Profeſſor, & Generalis Miniſter ipſius Ordinis, ex certis rationabilibus cauſis, animum ejus moventibus, dilectum Filium Bernardinum de Senis, ejuſdem Ordinis Profeſſorem, omnium, & ſingularum Domorum, & Conventuum Italiæ dicti Ordinis, ſub ſacro Obſervantiæ nomine conſtitutorum, ſui ipſius Vicarium fecit, conſtituit, & deputavit, prout in litteris præfati Generalis Miniſtri pleniùs continetur, quarum tenor ſequitur de verbo ad verbum: ac talis eſt.

*In Chriſto ſibi Cariſſimo Fratri Bernardino de Senis Provinciæ Tuſciæ Frater Gullielmus de Caſali ejuſdem Ordinis Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

*CVm ita ſit, quod ad ſacram Indulgentiam Portiunculæ, ad quam ſummoperè deſiderabam accedere, propter detentionem agritudinis ire non poſſim, ubi quàm plurima providere cogitabam ad augmentum divini cultus, & ampliorem Obſervantiæ Regularis, ac deſideriorum ſpiritualium quietationem omnium familiarum Italiæ, ſub ſacro nomine Obſervantiæ nominatarum, quarum magna pars Fratrum ad eandem ſacratiſſimam Indulgentiam convenire ſolet. Et praterea cum ex hac mea debilitate agritudinis, non poſſim pro meo deſiderio pluribus negotiis occurrere in eorumdem Fratrum Familiis, quibus eſſet ſalubriter providendum, ne propter hanc perſonalem invaleſudinem ipſa familia, & Fratres ſub eadem degentes, opportunis proviſionibus careant, Te, de cujus vita laudabili, Ordinis, & juſtitia zelo, converſatione honeſta, providentia circumſpecta, diſcretione pracipua, experientia magna, & multiplici probitate virtutum, quibus, ut informatus exiſto, Te inſigniter decoravit Altiſſimus, & nihilominus de multorum Miniſtrorum, & ſacra Theologia Doctorum, aliorumque proborum noſtri Ordinis Fratrum concordi conſilio pariter, & aſſenſu, Te meum Vicarium, & Commiſſarium quoad Fratres omnes, & ſingulos in eiſdem Familiis degentes, & qui degent etiam in futurum, inſtituo, & inſtitutum denuntio, per praſentes, plenam tibi conferens poteſtatem, ac authoritatem pro ipſarum, & Fratrum in eiſdem exiſtentium reformatione, viſitandi, vocandi, citandi, admonendi, corrigendi, puniendi Pralatos, & Officiales quoſlibet privandi, & ſuſpendendi, alioſque ipſorum loco ſubrogandi; ac ipſos in Pralatos, & Fratres, ut ſuprà, viſitandi publicè, & privatim, tàm in Capitibus, quàm in membris, etiam in his, in quibus mandatum ſpeciale requireretur; ſubſtituendi quoque Commiſſarios in Provinciis, & Familiis ſupradictis, ac deſtituendi quoties Tibi videbitur opportunum, omniaque alia, & ſingula faciendi, & exercendi quoad Fratres Praſatos, qua ego facere, & exercere poſſem ex officio mihi injuncto, ſi ibi perſonaliter intereſſem; Contradictores verò per cenſuram Eccleſiaſticam, & alias pœnas in noſtro Ordine infligi conſuetas, compellendi, & compeſcendi. Quocirca diſcretioni tua ad meritum Obedientia ſalutaris diſtrictè pracipio, & injungo, quatenùs dictum Vicariatus, & Commiſſariatus Officium, per me tuis humeris impoſitum, ſic providè, ſic ſollicitè, ſic vigilanter, quoad pramiſſa ſtudeas exercere, quòd nequaquam*

*de negligentiâ argui, ſed de diligentiâ meritò valeat commendari: & per eandem obedientiam diſtrictè præcipio, & injungo omnibus, & ſingulis Fratribus in dictis familiis, & Provinciis commorantibus, & commoraturis, & ſub pœna carceris, & excommunicationis, quam trinâ monitione Canonicâ præmiſſâ, ex nunc, prout ex tunc profero in ſcriptis, quòd tibi, tamquam mihi in omnibus, quæ ad dictum tuum officium Vicariatus, & Commiſſariatus ſpectare noſcũtur, toto tui Vicariatus & Commiſſariatus tempore ſine contradictione quacumque firmiter obediant, quos tibi, teque illis cariùs in Domino commendo Datum Senis die 22.* Iulij 1438.

Nos hujuſmodi ſalubrem, neceſſariam, & plurimùm fructuoſam ipſi Ordini, & obſervantiæ diſpoſitionem à præfato Generali Miniſtro de dicto Bernardino factam attendentes, ac ipſum Apoſtolicis favoribus, & præſidiis ſtabilire cupientes, Vicariatus hujuſmodi conſtitutionem, & deputationem, de dicto Bernardino, ut præmittitur, factam motu proprio, non ad ipſius Bernardini, vel alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtrâ merâ liberalitate, & ex certa ſcientia, ſupplendo omnes, & ſingulos deffectus, ſi qui intervenerint in eâdem, authoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. ſi quis autem &c. Datum Ferrariæ Kal. Septembris anno 1438. Pontificatus. Ann. 8.

Ibid. 1440. n. 30. Tanto itaque ferebatur Eugenius affectu erga Congregationem hanc, ut nihil fermè potuerit negare, quod ad illius augmentum poſſet conducere. Petierat Nicolaus Auximanus, Pontifici gratiſſimus, ut ab omnimoda juridictione Miniſtrorum Provincialium Convẽtualiũ (à quibus diverſimodè vexabãtur) domos, & perſonas eximeret Obſervantium, conceſſa ampla facultate eorumdem Vicariis: Conceſſit hoc Eugenius, dum Gullielmus Generalis Miniſter abeſſet in Gallia; Vt verò rediit, ægerrimè tulit hunc Nicolai conatum, eoque coram Fratribus, & coram S. Bernardino aſperè correpto, obtinuit à Pontifice, ut diploma hujus conceſſionis revocaretur.

Intereà temporis, Vt indicatum eſt in ſuperioribus, qui in Hiſpaniis jam à Martino Pontifice impetraverant, ut decreto Conſtantienſi adinſtar Gallorum frui, & per omnia gaudere poſſent, conſſiderantes, acriterque dolentes, ſe ſe propter Aſſiſienſis Capituli decretum, tam grandi beneficio privatos, cum jactura non levi, à Patribus Clauſtralibus per omnia dependere; Dum Galli nova Baſileenſis (adhuc legitimi) Concilij proviſione in ſuorum Vicariorum electione perſiſterent; interpoſita Mariæ in Caſtella Reginæ potenti interceſſione, anno 1434. impetrarunt à Pontifiee Eugenio, ut Conſtantienſis iterum decreti favore, & Martini V. antiqua ampliatione per omnia gaudẽtes, Capitula ſua tùm Generalia, tũ Provincialia celelebrare, & ſub propriis Vicariis per ſe ipſos electis gubernari valerent, & cætera peragere, quæ ad Regularis Obſervantiæ conſervationem, vel profectum quomodolibet neceſſaria eſſe, vel opportuna viderentur: expedito diplomate, *Ex Apoſtolicæ Sedis &c.* Datum Florentiæ anno 1434. idibus Septembris, quod ſupra per extenſum deſcripſimus.

Cum verò in Caſtellæ, Legioniſque Regnis nonnulli ex obſervantia Religioſi, atque Conventus, vel tędio rigoris affecti, vel à laxioribus ad relaxationem allecti à Regulæ puritate, quam profeſſi fuerant, ad vitæ commoditates declinare, & ſub Clauſtralibus vitam eligere viderentur; Eugenius IV. dato Brevi *Apoſtolicæ ſervitutis, &c. quarto Kalendas iulij* 1441. quod aliàs dedimus per extenſum, Fratrem Sancium de Canales deſtinavit in Viſitatorem cum plenitudine poteſtatis in præfatis Legionis, & Caſtellæ Regnis, tàm in Capite, quàm in membris, quatenùs Conventus omnes, & ſingulos, atque Religioſos, qui jam Obſervantibus nomen dediſſe reperirentur, ad ipſius vitæ arctioris obſervantiam omninò compellere deberet. Vvad. t. 5. in Reges. bull. 192. Eug. IV.

Tandem, Deo ſuaviter omnia diſponente, cum celebrata eſſent anno 1443. Comitia generalia bis mille Fratrum, utriuſque familiæ, Conventualium, & Obſervantium in Vrbe Patavij, Præſidente Alberto Sarthianenſi Ordinis Vicario Generali. Hunc cupiebat valdè Pontifex Eugenius in Miniſtrum Generalem Vvad. t. 5. 1443. n. 3. & ſeq.

ralem aſſumi, judicans, neminem utrique parti prudentiùs, & amabiliùs imperaturum, quàm qui inter primos annis multis educatus, inter ſecundos abſque querela ſit laudabiter converſatus. Illi tamen, non potuerunt adduci, ut ex his quemquam ſibi vellent præficere; indecorum putantes, ex nupera Familia ſibi Superiorem adſciſſere, & aſſuetæ licentiæ maximum rigidioris diſciplinæ zelatorem præfecturâ donare. Tumultuantes choibuit Bernardinus Senenſis, conſtanter aſſerens, neque Albertum dignitatem ambire, nequè ex ſua familia alterum aſſumendum. Electus tandèm, etſi turbulentè Antonius de Ruſconibus Novocomenſis, doctrinâ, & ſanguine illuſtris. Id factum 13. Aprilis die, habet Rodulphus, ſed minùs verè; Etenim Concionem doctam ipſius Alberti die 8. Maij habitam ad electores, ut idoneo viro ſuffragarentur, inter ejus ſcripta ſe habere, dicit Vvadingus.

Delatam ad Pontificem electionem, etsì diſplicuerit, confirmavit tamen, nè Philippum Mariam Ducem Mediolanenſem, paulò ante reconciliatum, offenderet, ſi ſubditum ſibi, nobili natum familiâ à ſuis Conſodalibus electum, gravi famæ jacturâ reijceret. Iuſſit porrò, ut familiam Obſervantium ipſis regendam committeret, & in duas partes diviſam, citra Montes traderet Ianni Capiſtrano, ultra Montes Ioanni Mauberto. Congregatis in Conventu Senenſi utriuſque generis partibus, diſceptatum eſt de menſura poteſtatis hujuſmodi Vicariis tradendæ, ſed commiſſâ causâ Cardinalibus Morienſi, Firmano, Tarantino, & Cumano ſtatutum eſt, ut universâ, quam Miniſter Generalis habebat in omnes Fratres, fungerentur illi authoritate in cætus obſervantium. Sex alia hujus deciſionis Capita recenſet Didacus de Lequile, ſed undè receperit, non aſſignat. Dedit itaque Antonius commiſſæ poteſtatis, quæ ſequuntur inſtrumenta, mutatis mutandis, utrique.

*In Chriſto ſibi Cariſſimo Fratri Ioanni de Capiſtrano Ordinis Minorum Provinciæ Pennenſis; Fr. Antonius de Ruſconibus, Sacræ Theologiæ Magiſter, ac totius ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.*

CVm pridem, quinto videlicèt Idus Iulij ſanctiſſimus Dominus noſter Eugenius Papa IV. de Salute, & conſervatione Fratrum in debita obedientia, ac Regulari, quam voverunt, obſervantia conſiderans, mihi, cum mandare poſſet, ſua benignitate ſuaſerit, aſſiſtentibus ſibi R. R. Patribus S. R. E. Cardinalibus, videlicèt Tarentino, Cumano, Morinenſi, & Firmano, nec non R. P. D. Ioanne Siculo Abbate S. Pauli de Vrbe, & quàmplurimis Reverendis Miniſtris, ac Venerabilibus Sacræ Theologiæ Magiſtris, & aliis probatiſſimis Fratribus dicti Ordinis, quatenùs conſiderata multitudine Fratrum, & diverſitate virorum, pro bono regimine, & gubernatione, ac manutẽtione, & augmẽto omnium, & ſingulorũ, pręſentium, & futurorũ in Conventibus, Domibus, vel locis devotis ejuſdem Ordinis, quĩ de Obſervantia nuncupantur, præſertim in partibus citramontanis commorantium; Vicarium unum Generalem conſtituerem cum plenaria facultate, & authoritate in omnibus Provinciis Citramontanis, ad quam Generalatus officij, cui indignus præfectus ſum, authoritas ſe extendit, & ad te, nomine proprio expreſſo, oculũ mentis ſuæ direxerit; hinc eſt, quòd ego, ut teneor, ſuaſionem hujuſmodi, & omnem aliam ſuæ Sanctitatis prò mandato accipiens, cupienſque Mandatis Apoſtolicis obedire, ac etiam inſpecta tuæ vitæ ſinceritate, morum gravitate, ſufficientiâ multâ, prudendentiâ circumſpectâ, diſcretione præcipua, fervenri charitate ad bonam Ordinis reformationem, in commiſſis fidelitate, in exequendis promptitudine, in regendis, ac ad meliorem frugem reducendis Fratribus aptitudine, tua deníque multiplici probitate, quibus omnibus te inſigniter decoravit Altiſſimus, nihilominus confiſus in Domino, communicato etiam conſilio cum pleriſque Miniſtris, ac ſacræ paginæ profeſſoribus, & aliis probis noſtri Ordinis Fratri Ibib. n. 6.

Fratribus, qui reverenter hoc ſanctum S. D. noſtri propoſitum laudarunt,& inſtitutioni de te fiendæ conſenſum præbuerunt; Te meum Vicarium Generalem in omnibus, & ſingulis Provinciis, & Vicarìis, ac eorum Conventibus, & locis partium Citramontanarum ſuper omnes Fratres de Obſervantia nuncupatos, præſentes, & futuros ad Capitulũ uſque proximum Generale, inſtituò,& inſtitutum denuntio per præſentes, cõmitens tibi plenariè vices meas, & dans tibi liberam authoritatem, poteſtatem, ac omnimodam facultatem meam ſuper omnes,& ſingulos dictos Fratres in præfatis Citramontanis partibus commorantes, ac commoraturos, tàm in Capitibus, quàm in membris viſitandi, publicè, & privatè vocandi, citandi, inquirendi, examinandi, procedendi, judicandi, admonendi, terminandi, decidendi, ſententiandi, approbandi, reprobandi, corrigendi, arctandi, detinendi, puniendi, carcerandi, & à carceribus liberandi, ad actus legitimos reſtituendi, Fratres Provinciarum, & Vicariarum hujuſmodi collocandi,& commutandi, expellendi, & revocandi; Fratres de Vltramontanis partibus cum bona licentia venientes recipiendi, Apoſtatas omnes ad Ordinem redire volentes cum pænitentia, quæ tibi videbitur injungenda, reducendi,& acceptandi; Fratres Conventuales, dummodò ſuis Miniſtris non ſint rebelles, & ab eis licentiam petierint, ac pænitentiam non effugiant delictorum, veraciter cupientes ad meliorem frugem ſe transferre, & vivere regulariter, recipiendi; Officiales, & Prælatos quoſlibet tibi ſubiectos, cum opus fuerit, aut caſus exegerit, privandi, abſoluendi, deponendi,& reſtituendi, vel alios loco eorum, ſi tibi videatur, inſtituendi, de conſenſu tamen Fratrum eorumdem locorum, in quibus hujuſmodi Officiales, aut Prælati exiſtunt, vel ſaltem majoris partis eorumdem, Fratres, Conventus, domos,& loca prædicta præſentia pariter,& futura tibi ſubiecta informandi,& reformandi; abſque ſocio, vel ſinè licentia de ultramontanis partibus venientes puniendi,& quos noveris babiles, ac idoneos, etiam ad ſacros Ordines, uſque ad Sacerdotium incluſivè promoveri faciendi, ad confeſſionis, & prædicationis officia promovendi, & promotos, ſi tibi videbitur, privandi, vel ſuſpendendi, omnes, & ſingulos Fratres hujuſmodi ab omnibus peccatis ſuis, pænis ſpiritualibus, vel temporalibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, tranſgreſſionibus Regulæ, ſtatutorum, caſibus, irregularitatibus, & cenſuris mihi conceſſis, vel reſervatis, liberè abſolvendi, liberandi,& diſpenſandi, quotiès opus fuerit. Teque ab hujuſmodi abſolvi, liberari, & diſpenſari faciendi, &c. quotiès tibi videbitur oportere; ad omnes Provincias, & Vicarìas Ordinis ſimiliter quoties, & quando tibi viſum fuerit, & ad meam præſentiam, ac Romanam Curiam, accedendi, & mittendi, fugientes à Sæculo, & quoſcumque volentes Deo in noſtro Ordine deſervire, tàm pro laicis, quàm pro Clericis ad habitum, & profeſſionem noſtræ Religionis recipiendi, gratias à me conceſſas eiſdem Fratribus, vel impoſterum concedendas, ſi tales, quod abſit, inadvertenter conceſſi, aut impoſterum concedere contigerit, per quas ab Obſervantia Regulari diſtraherentur fratres hujuſmodi, aut quæ ſcandalum in regimine tibi commiſſo parerent, haberi volo pro infectis. Contradictores inſuper quoſlibet,& rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris, & dicti Ordinis remedia,&c. per invocationem brachij Eccleſiaſtici, vel ſæcularis ſi opus fuerit, compeſcendi; Congregationes in Provinciis, & Vicarìis omnibus tibi ſubiectis, ſivè pro electione Vicariorum, ſivè pro aliis utilibus negotiis, & occurrentibus opportunis faciendi, ſivè fieri faciendi, petitâ tamen licentiâ à Miniſtro illius Provinciæ, in qua hujuſmodi Congregationem fieri contigerit. Proviſo quòd Vicarij à Fratribus Provinciarum, ſeu pro tempore eligendi, præſententur Miniſtris earumdẽ, qui Miniſtri infra triduum teneantur eoſdẽ confirmare, ac etiam quòd Guardiani, quoties eoſdem ab ipſis Fratribus eligi contigerit, more conſueto Miniſtris Provinciarum præſententur, & in Tabula Diffinitionis capitulorum deſcribantur. Congregationem inſuper Generalem omnium Provinciarum, vel Vicariarum tibi, ut præmittitur, ſubiectarum, in loco convenienti, quoties tibi, tuo durante officio, fuerit viſum opportunum

tunũ,de licentia tamen,mei qui ex nunc me ad hoc tibi propitium,& favorabilẽ exhibeo, aut alterius Miniſtri Generalis: ſi quem huiuſmodi tempore durante fieri contigerit,congregãdi, & faciendi, & generaliter, & ſpecialiter omnia alia, & ſingula in ſpiritualibus, & temporalibus circa Conventus, Fratres, & loca huiuſmodi faciendi, gerendi, exercendi, ordinandi, diſponendi, adminiſtrandi, & ſtatuendi, quæ ego ipſe facere poſſem, ſi perſonaliter intereſſem. Quæ omnia præſentibus haberi volo pro ſufficienter expreſſis, & declaratis. Eaſdem inſuper authoritates, & gratias, poteſtates, & facultates per me tibi conceſſas, vel earum partem aliis Fratribus, quos ad hoc judicaveris idoneos; ſuper quo tamen onero Conſcientiam tuam, committendi,vel concedendi, nec non per ipſos tuos Commiſſarios mitti,& concedi faciendi, cùm tibi videbitur opportunum. Mandans proprerea,omnibus,& ſingulis Fratribus in pręfatis Citramontanis partibus commorantibus, aut commoraturis Prælatis, & Subditis ad mãdatum Obedientiæ ſalutaris,in virtute Spiritus Sancti,quatenus,omni appellatione poſtpoſita,quam nullo modo facerę liceat, toto tempore dicti tui Vicariatus officij, tibi tanquam perſonæ meæ in omnibus,& per omnia firmiſſimè, & humiliter pareant, & intendant, & nullo colore, vel cauſa quæſitis poſſint ipſi Fratres ad fugiendam pænam excommunicationis, & carceris, ac privationis Officiorum,& omniũ actuum legitimorum latæ ſententiæ, aut ad ſubterfugiendum correctionem, examinationem, reformationem, & tuam,ſivè Vicariorum tibi ſubditorum Obedientiam,ad Conventus,& loca tuæ curæ non commiſſa confugere, neque ſi jam confugerint,vel deinceps cõfugere cõtingeret, Miniſtri,Cuſtodes,Guardiani, ſeu quicumque alij Fratres, tibi non ſubditi, cujuſcúmque conditionis, gradus, & dignitatis exiſterent, ſub pæna privationis officij ſui, & excommunicationis latæ Sententiæ, & privationis omnium actuum legitimorum, minimè audeant illos recipere, aut fortè receptos, vel impoſterum, quod abſit, recipiendos, retinere contra tuum velle, vel Vicariorum tibi,ut præmittitur,ſubjectorum. Nolentes propterea,quòd aliquis me inferior,&c. quacumque dignitate, aut authoritate præfulgeat,de cura, & regimine, ac gubernatione omnium Fratrum, tibi, ut præmittitur, in Citramontanis partibus ſubditorum, durante tempore præfati Vicariatus tui, in aliquo te quomodolibet impedire, aut te, aut quibus commiſeris, inquietare, ſeu quovis modo moleſtare præſumat, ſub pœnis,& cenſuris prælibatis. Reſervata tamen mihi poteſtate, te, & alios Vicarios tibi ſubditos,quoties caſus exegerit, & opportunum videbitur, perſonaliter dumtaxat viſitandi, corrigendi, puniendi,& alia faciendi, quæ circa hujuſmodi videbuntur opportuna. Salvo quòd contra te,non niſi de conſenſu Vicariorum, ad aliquam pænam, ſaltem gravem, procedere intendo,non tamen ſimiliter contra alios earumdem partium. Non intendo tamen per conceſſionem hujuſmodi, quòd tu, aut Fratres præfati de Obſervantia nuncupati loca Conventualium poſſis, ſeu poſſint recipere. Tu verò tàm diligenter, tàm providè, & ſollicitè, ac vigilanter ſtudeas præfatum Vicariatus officium exercere, ut præter æternę vitæ præmia, valeas apud ſanctam Sedem Apoſtolicam, me, & totum Ordinem, meritò commendari. Dat. Senis, die 13. julij anno 1443.

*EIDEM.*

CVm Te meum Vicarium inſtituerim,in omnibus,& ſingulis devotis locis, domibus, & Conventibus partium Citramontanarum, quoad Fratres,qui dè Obſervantia nuncupantur; & in litteris hujuſmodi inſtitutionis nulla mentio facta fuerit de Monaſteriis S. Claræ adhærentibus Obſervantiæ Regulari: Ne propter taciturnitatem præfatam Monaſteria prælibata,& Moniales,ac familiæ, in eiſdem commorantes,aut commoraturæ patiantur aliquod in ſuo regimine detrimentum; Te meum Vicarium, & Commiſſarium in omnibus, & ſingulis Monaſteriis prælibatis, in ſpiritualibus, & temporalibus, præſentium tenore inſtituo, & inſtitutum denuntio per præſentes,cum omni plenitudine poteſtatis, authoritatis,& facultatis tibi traditæ per me, in inſtitutione ejuſdem Vicariatus, quoad Fratres antedictos. Volens omnia, & ſingula in litteris inſtitutionis hujuſmodi contenta haberi in præſentibus pro ſufficienter expreſſis. Mãdans nihilominus

ominus ad meritum Obedientiæ ſalutaris, in virtute Spiritus Sancti, & ſub pœnis in præfatis litteris tuæ primæ inſtitutionis contentis, omnibus, & ſingulis Monialibus, tàm Abbatiſſis, quàm Prælatis, aut ſubditis, & aliis quibuſcumque Perſonis in eiſdem Monaſteriis reſidentibus, tàm præſentibus, quàm futu-
Ibid.n.7. ris, quatenùs tibi, tamquàm mihi inomnibus pareant, & intendant. Datum Senis 1443. die 8. Auguſti.

Eugenius IV. ſecuritatem, & robur deputationi hujuſmodi additurus priores litteras Generalis Miniſtri Apoſtolico diplomati inſervit in hunc modum.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

FRatrum Ordinis Minorum, in vinea Domini Sabaoth Altiſſimo jugiter famulantium merita promerentur, ut eis in his, quæ divini cultus, & Religionis, ac Regularis Obſervantiæ augmentum reſpiciunt, præcipuos favores, & ſpecialia præſidia, quantùm cum Deo poſſumus, impendamus. Sanè pridem ex noſtra diſpoſitione, dilectus filius Antonius de Ruſconibus Sacræ Theologiæ profeſſor, & Generalis Miniſter ipſius Ordinis ex certis, ac rationabilibus cauſis animum noſtrum, ſuumque moventibus, dilectos filios Ioannem de Capiſtrano, domorum, locorum, & Conventuum Citramontanorum, nec non Ioannem de Mauberto ejuſdem Ordinis profeſſores, domorum, locorum, & Conventuum omnium, & ſingulorum Vltra-montanarum partium dicti Ordinis, ſub ſacro Obſervantiæ nomine conſtitutarum, Vicarios Generales fecit, conſtituit & deputavit, prout in litteris prædictis Generalis Miniſtri pleniùs continetur, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur: & talis eſt.

*In Chriſto ſibi Cariſſimo Fratri Ioanni de Capiſtrano, &c. ut ſupra habetur.*

NOs igitur ſalubrem, & neceſſariam, & plurimùm fructuoſam ipſi Ordini, & obſervantiæ Regulari diſpoſitionem à prædicto Generali Miniſtro de dicto Ioanne de Capiſtrano factam, ut præmittitur, motu proprio, non ad ipſius Ioannis, vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtrâ merâ liberalitate, & ex certa ſcientia, ſupplendo omnes, & ſingulos deffectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Dat. Senis 1443. Kal. Auguſti. Pontificatus anno 13.

Commiſſum munus, quò difficiliùs Ibid.n.8.
ſuſcepit, eò diligentiùs exercuit Capiſtranus, per omnes Provincias diſcurrens, vitia eradicans, virtutes infundens, bonos præmiis, malos ſupliciis afficiens, & quod caput eſt, Religioſiſſimæ vitæ ſuæ exemplo, omnes ad ſuſcepti inſtituti obſervantiam ſuavi cogens virtute. Bernardus in ſermone de S. Benedicto: *Sermo vivus, & efficax exem-* S.Bernard.
*plum operis eſt; plurimum faciens ſuadibi-* in ſerm.
*le, quod monſtratur factibile.* Vt verò ſci- de S.Bened.
rent, quibus tenebantur legibus, & ordinatè omnia procederent, per aliquot dies abiit in ſolitudinem Montis Alvernæ, ibique ſalutares ſcripſit Conſtitutiones adhibitis in Regulam Commentariis, per quæ quid oportebat, quid expediebat ad ſalutem, apertè declaravit. Qui legere voluerit reperiet in libro *Trium Ordinum firmamentum* inſcripto; & nos dabimus in tomo tertio.

Denique ab eodem Eugenio, longè majori authoritatis amplitudine, tum Generales tum Provinciales, ſuos Vicarios à ſe ipſis obſervantibus eligendos impetrarunt.

In principio namque anni 1446. Eu- Vuad.Ibid.
genius IV. ſecum firmiter conſtituit 1546.n.1.
Fratres Obſervantes firmùs à Conven- & ſeq.
ventualium ſeparare cōſortio, & proprio committere regimini: Vrgebant frequentes querimoniæ, lites, & controverſiæ plurimæ; ſuadebat Pontificis ſodalitio benefaciendi ſtudium, ſuggerebatque Ioannes Capiſtranenſis, qua pollebat apud Eugenium æſtimatione. Dicebat quippe, nullam intentatam reliquiſſe concordiæ viam Martinum V. atque ipſum Eugenium pacis, & unitatis ſtabiliendæ, modos omnes inveſtigaſſe, ſed in caſſum laboraſſe, nullumproinde remedium ſupereſſe, præter unū illud ſeparationis. Eam tamen ita faciendam, ut adhuc Corpus Capiti adhæreret, & Generali Miniſtro ſubeſſent, nè viderentur ab Ordine totaliter receſſiſſe, &

S. Fran

S. Franc. Vicarium, ſeu Succeſſorem deſpexiſſe, ejuſque obedientiæ ſe ſubtraxiſſe. Conſilio acquieſcens Eugenius, ut conſultiùs hæc fierent, commiſit ipſi Capiſtrano, utpotè in his verſatiſſimo, curam exarandæ bullæ, in qua omnia hæc continerentur, & per quam deinceps caveretur Obſervantium tranquillitati, & augmento. Poſt multos dies benè concepta, & diſpoſita prodiit in hunc modum dolente, & multa obiiciente Miniſtro Generali.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

VT Sacra Ordinis Minorum Religio, cujus zeli ſinceritas, ex ſuis laudabilibus clarens operibus cõmendabile plurimùm Catholicæ fidei præſtare non deſinit augmentum, ab omni reddatur, quantùm permiſerit Altiſſimus, adverſitate ſecura, internis gerimus inſitum votis affectum, ut ſemoto, quod officit, & ſubrogato quod proficit, nihil maneat, quod Fratres à cœpti forſitan retrahat ſalubritate propoſiti, aut ullatenùs robur Sacræ Religionis infringat. Sanè ſiquidem dilectus filius Antonius de Ruſconibus Sacræ Theologiæ profeſſor Ordinis Minorum Generalis Miniſter, Nobis ſuadentibus, & nonnullis etiam Sacræ Theologiæ profeſſoribus, & probis viris noſtrum propoſitum laudantibus, aſſentientibuſque, & idipſum conſulentibus, duos inſtituit Vicarios dilectos filios, ſcilicèt Ioannem de Capiſtrano in, & ſuper omnes in partibus Citra-montanis, & Ioannem de Maubertoin, & ſuper omnes in partibus Vltramonranis ejuſdem Ordinis Fratres de Obſervantia nuncupatos profeſſores cũ plenaria ſui Officij poteſtate utrique ſingilatim conceſſa, ut in ſuis noſtris inſertis litteris euidenter apparet. Cum igitur ex præfata inſtitutione ſtatus quietem, fugata vagationis materia, ſacro ſtudio attentionem, perſonarum augmentum, & plurima bona, ut certâ experientiâ didicimus, ipſis Fratribus de Obſervatia nuncupatis, nec non clariſſimæ Religioni, ex eorum exemplari vita acceſſiſſe intelligamus, & plura, Domino concedente, in futurũ evenire ſperetur, ſi eadem inſtitutio futuris tẽporibus perſeveret. Nos, qui ſingulorum, præſertim Regulari Obſervantiæ deditorum quierem pariter, & ſalutem intenſis deſideriis affectamus, inhærentes conſtitutionibus, & ſtatutis ſuper hujuſmodi diſpoſitionibus editis Sacri Conſtantienſis Concilij, & fælic. rec. Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri, motu proprio, non ad alicujus. &c. ſed ex certa ſcientia, authoritate Apoſtolica de Conſilio, & aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ut deinceps Vicarius Generalis ipſorum Fratrum de Obſervantia ultramontanus propè finem triennij, ex quo ad Officium Vicariatus electus fuerit, poſſit, & debeat convocare Vicarios, & diſcretos, ab nomen in Congregatione habentibus deputatos, quarumlibet Vicariarum, & Provinciarum ſibi ſubiectarum, in loco per ipſum Vicarium Generalem deputando, ante finem ipſius triennij capitulariter facere congregari: quorum ſi qui infirmitate, vel legitimo impedimento detenti intereſſe non poſſint, per Nuncios ab eis deputatos, vel ſuppletionem vocis eorum, juxta eorum conſuetudinem, præſentia ſuppleatur; qui ſic congregati facultatem habeant eligendi, & eligere ſint aſtricti unum Religioſum ejuſdem Ordinis in eorum ſimilem Vicarium Generalem. Cujus electionem, ſi à duabus partibus eligentium celebretur, quamprimùm cõmodè fieri poterit, Generali Miniſtro totius Ordinis faciant præſentari. Ipſe verò Gen. Min. infra triduum à præſentatione ſibi facta, prædictam electionem, confirmare teneatur, concedendo, & committendo plenariè vices ſuas, dando ſcilicet ei liberam authoritatem, & poteſtatem, ac omnimodam facultatem ſuam, ſuper omnes, & ſingulos Fratres de obſervantia nuncupatos in partibus ultramontanis tam in Capitibus, quam in membris, viſitandi publicè, & privatè, vocandi, citandi, inquirẽdi, examinãdi, procedendi, judicandi, amovendi, terminãdi decidendi, ſententiandi, approbandi, reprobandi, corrigendi, arctandi, detinendi, puniendi, carcerandi, & à carceribus liberandi, ad actus legitimos reſtituendi, Fratres Provinciarum, & Vicariarum hujuſmodi collocandi, & commutandi, expellendi, & revocandi, Fratres de Cis-montanis partibus, cum bona licen

licentia venientes recipiendi, Apoſtatas omnes ad Ordinem redire volentes cum pœnitentia, quæ eidem Vicario videbitur injungenda, reducendi, & acceptandi Fratres Conventuales, dummodò ſuis Miniſtris non ſint rebelles, & ab eis licentiam patierint, & pœnitentiam non effugiant delictorum, veraciter cupientes ad meliorem frugem ſe transferre, & vivere regulariter; Officiales, & Prælatos quoſlibet ſibi ſubiectos, cum opus fuerit, aut caſus exegerit, privandi, abſolvendi, deponendi, & reſtituendi, vel alios loco eorum, de conſenſu tamen Fratrum eorumdem locorum, in quibus hujuſmodi Fratres, Officiales, aut Prælati exiſtunt, vel ſaltem majoris partis eorumdem, Fratres, Conventus, domos, & loca prædicta præſentia pariter, & futura conſtructa informandi, & reformandi; abſque ſocio, vel ſine licentia de Citra-montanis partibus venientes puniendi, & quos noverit habiles, & idoneos etiam ad ſacros Ordines, & ad Sacerdotium incluſivè promoveri faciendi, ad confeſſionis, & prædicationis officia promovendi, & promotos, cum eidem Vicario videbitur, privandi, vel ſuſpendendi omnes, & ſingulos Fratres ſibi ſubjectos ab omnibus peccatis ſuis, pœnis ſpiritualibus, vel temporalibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, tranſgreſſionibus Regulæ, & ſtatutorum caſibus, irregularitatibus, & cenſuris prędicto Generali Miniſtro commiſſis, vel reſervatis, liberè abſolvendi, liberandi, & diſpenſandi quoties opus fuerit, ſe quoque ab hujuſmodi abſolvi, liberari, & diſpenſari faciendi, etiam quoties, ei videbitur oportere; ad omnes Provincias, & Vicarìas, & ad præſentiam ipſius Generalis, ad Romanam Curiam accedendi, & mittendi; fugientes à ſæculo, ac quoſcumque volentes Deo in dicto Ordine deſervire, tàm pro Laicis, quàm pro Clericis ad habitum, & profeſſionem recipiendi: gratiæ, ſive litteræ quæcumque à prædicto Generali Miniſtro eiſdem Fratribus conceſſæ, vel deſtinatæ, vel impoſterum concedendæ, ſi tales eſſent, per quas ab Obſervantia Regulari diſtraherentur Fratres hujuſmodi, aut quæ ſcandalum in regimine eidem Vicario commiſſo parerent, habeantur pro infectis. Contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris, & dicti Ordinis remedia, etiam per invocationem brachij Eccleſiaſtici, vel ſæcularis, ſi opus fuerit, compeſcendi, Congregationem in Provinciis, & Vicariis omnibus ei ſubjectis, ſive pro electione Vicariorum, ſive pro aliis utilibus negotiis, & occurrentiis opportunis, faciendi, ſive fieri faciendi, & generaliter, ſpecialiterque omnia loca, & ſingula in ſpiritualibus circa fratres, Conventus, domos, & loca hujuſmodi faciendi, exercendi, diſponendi, adminiſtrandi, ordinandi, & ſtatuendi, quæ ipſe Miniſter Generalis facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet. Eaſdem inſuper authoritates, & gratias, poteſtates, ac facultates per ipſum Miniſtrum Generalem eidem Vicario conceſſas, vel earum partem aliis fratribus, quos ad hoc judicaverit idoneos, committendi, & concedendi, nec non per ipſos prædicti Vicarij Commiſſarios committi, & concedi faciendi. Mandet propterea ipſe Generalis Miniſter, quod mandatum in commiſſione prædicto Vicario facta in ſcriptis appareat, omnibus, & ſingulis Fratribus in prædictis Vltra-montanis partibus commmorantibus, & commoraturis, Prælatis, & ſubditis ad meritum ſalutaris Obedientiæ, in virtute Spiritus Sancti, quatenùs omni appellatione poſtpoſita, quam nullo modo facere liceat, in omnibus, & per omnia firmiſſimè pareant, & obediant eidem Vicario toto tempore ſui Vicariatus, tanquam perſonæ ipſius Generalis Miniſtri, & nullo colore, vel cauſâ quæſitis, poſſint ipſi Fratres ad pœnam excommunicationis, & carceris, ac privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum latæ ſententiæ ad ſubterfugiendum correctionem, examinationem, reformationem, & prædicti Vicarij, ſeu Vicariorum illi ſubditorum obedientiam ad Conventus, & loca illius curæ non commiſſa aufugere, neque ſi jam aufugerint, vel deinceps aufugere ſi contingeret, Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, ſeu quicumque alij Fratres eidem prædicto Vicario non ſubditi, cujuſcumque conditionis, gradus, & dignitatis exiſterent, ſub pœna privationis officij ſui, & excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis omnium actuum legitimorum audeant illos recipere, aut fortè receptos, vel impoſterum recipien

recipiendos,retinere contra ejuſdem Vicarij velle, vel Vicariorum illi Subditorum; aut ſi quid aliud facultatis, & authoritatis in dictis litteris continetur, quarum tenorem hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, ac ſi de eis de verbo ad verbum facta eſſet mentio ſpecialis. Quæ commiſſio aſſumptione ad dignitatem, ſuſpenſione,depoſitione,vel obitu ipſius Generalis committentis nullatenùs expiret, ſed firma authoritate Apoſtolica ad tempus conceſſionis, & ſtabilis perſeveret. Quo triduo elapſo, & electione non confirmata,electus ipſe confirmatus,cum plenaria poteſtate hujuſmodi ad triennium habeatur, Sedis Apoſtolicæ authoritate; & ſi tempore electionis prædicti Vicarij vacaret Generalatus officium, electum ipſum Vicarium, cum præmiſſa poteſtate confirmatum cenſeri,& eſſe volumus, & ordinamus. Interim verò dum fuerit confirmatus,Vicarius,in cujus Provincia contigerit fieri hujuſmodi electionem,exerceat officium Vicarij Generalis, & præmiſſa, quæ circa convocationem, congregationem,electionem,& præſentationem, confirmationem, & commiſſionis ſtabilitatem, per prædictos dilectos filios Generalem Miniſtrum, & ejus Vicarium, & cæteros, ut prædicitur, fieri volumus,ita & per inferiores Miniſtros, & eorum Vicarios Provinciales hujuſmodi, & qui adeſſe habent, & debent fieri in ſuis Provinciis, & Vicariis, ſtatuimus, & ordinamus. Si verò Vicarius Generalis infra triennium, ex hac luce migraverit, Vicarius in cujus Provincia mori contigerit, nunciet quantocyùs poterit, aliis Vicariis Vltramontanis, & de conſenſu, atque conſilio duorum proximorum Vicariorum terminet locum, & tempus, niſi fuiſſent per Vicarium ante ipſius obitum deputata, & convocet, qui fuerint convocandi pro Succeſſoris Vicarij electione celebranda; quo vacationis tempore, authoritate Apoſtolicæ Sedis, exerceat officium Vicariatus hujuſmodi Vicarius ipſe, in cujus Provincia obiit prædictus Vicarius Generalis cum plena poteſtate præmiſſa. Generalis verò,aut quiſpiam Miniſtrorum, vel Cuſtodum, ſeu Frater dicti Ordinis, prædicto Vicario Generali, ſeu cæteris Vicariis, vel cuipiam Fratri ejuſdem familiæ de Obſervantia nuncupatis, moleſtiam, ſeu impedimentum aliquod inferre non audeat, nec præſumat, niſi quòd prædictus Generalis Miniſter per ſe dumtaxat perſonaliter viſitare; & corrigere poſſit, & valeat prædictum Vicarium Generalem, Conventum, locum, vel domum, fratrem, ſeu fratres ejuſdem familiæ piè, benignè,& charitativè ad meliorem frugem provocando, & ſi quidquam, quod abſit, criminoſum repererit, ipſum Vicarium de conſilio, & aſſenſu majoris partis Vicariorum prædictorum; cæteros verò de conſilio, & conſenſu majoris, & ſanioris partis Fratrum, domus, loci, vel Conventus Viſitatorum in eodem loco, & non extra, corrigere valeat, punire, pœnitentiare, & emendare, ſecundùm quod delicti qualitas exegerit faciendum. De regimine verò,& cura Fratrum prædictorum de Obſervantia nuncupatorum, ſe aliter non intromittat. Nulli ergo, &c. Datum Romæ 1445. 3. Idus januarij Pontif. anno 16.

Eodem modo,aliam edidit Bullam pro inſtitutione Vicarij Ciſ-montani. Deinde timens, ne aliquid in præjudicium Obſervantiæ in Capitulo Generali proximè celebrando decerneretur, ſcripſit ad Miniſtrum Generalem ſequentes litteras, in quibus ad memoriam revocat, quæ ipſe cum è Florentia per Senas in Vrbem rediret, aliàs circa regimen Obſervantium cum illo conſtituerat. Ibid. n. 2.

*Dilecto Filio Antonio de Ruſconibus ſacræ paginæ Profeſſori, Ordinis Minorum Generali Miniſtro, &c.*

CVm omnia à nobis geſta cupiamus conſervari, tùm illa maximè perpetuam habere firmitatem, & optamus, & operam adhibemus, quæ pro divini cultus augmento,& Religionis conſervatione à Nobis matura, & digeſta deliberatione contingit ordinari. Non dubitamus,tuam devotionem eſſe memorem eorum,quę in Civitate Senarum concluſa fuerunt à te de Vicarijs inſtitutis à te citrà, & ultrà montes pro regimine Fratrum tui Ordinis qui de Obſervātia nūcupātur. quam diſpoſitionē,& ordinationem noſtris litteris Apoſtolicis confirmavimus, Deoque cooperāte non pænituit, Nos hujuſmodi Ordinationis, quādoquidē omnia inter vos Fratres dicti Ordinis

poſtmodum pacificè ſucceſſerunt, nec diſſidia, clamores, aut aliæ contentiones, ſicut aliquando aliàs cum Chriſtifidelium ſcandalo contingebat, intervenerunt; & quod tuo Ordini non parvum decus affert, ipſorum de Obſervantia dicti Ordinis Fratrum Minorum numerus crevit, & reputatio eorum vitæ inter populos eſt adaucta. Quibus attentis, & aliis rationibus animum noſtrum moventibus, volumus, & tuæ devotioni ſtrictè mandamus, ut in generali Capitulo proximè celebrando, aut alibi, nihil prorſus facias, aut intentes, quod prædictæ Ordinationi noſtræ aliqualiter contradicat, niſi fortè aliter Nos duxerimus mandandum. Ideòque Miniſtris Provincialibus mandabis, ut de dictorum Fratrum de Obſervantia regimine nullatenùs ſe intromittant, niſi eo modo, quo fuit Senis concorditer ordinatum. Dat. Romæ 1446. pridie Nonas Maij Pontificatus 16.

Ibid. n.3. Harum ergò Apoſtolicarum virtute litterarum B. Ioannes de Capiſtrano anno 1446. in feſto Pentecoſtes Obſervantes ſuos ad Aracælitanum Cænobium antecedenti anno ſibi conceſſum, optimèque reparatum convocavit ad Comitia generalia, in quibus renuntiato (quod tamdiù concupierat) Vicariatu Generali, Succeſſorem habuit B. Iacobum de Primadiciis.

Ibid. 1447. n.1. & ſeq. Exortâ in quibuſdam Provinciis controverſiâ circà authoritatem Vicarij Generalis, & retrocedentibus ad Conventuales quibuſdam ex familia Obſervantiæ, Eugenius IV. in limine anni 1447. conſtituit, ut omnes, qui hoc nomine *Regularis Obſervantiæ* cenſerentur, Vicariis Generalibus Cis-montano, & Vltra-montano reſpectivè obedirent, præfatas ſuas litteras de inſtitutione, & authoritate plenaria Vicarij Generalis Vltra-montani ſuper Obſervantium familiam renovando, aliquorum ſubterfugia acriter condemnans, qui Generali, atque Provincialibus prædictis obedire detrectabant, vel ab Obſervantia ipſa ad Conventuales recedere variis prætextibus procurabant, quos omnes omninò, ſub præfatis Vicariis Generali, atque Provincialibus pleno jure ſubjacere, & ſine ulla tergiverſatione obedire mandavit.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

DVm præclara merita Religionis dilectorum filiorum, Vicarij, & Fratrum Ordinis Minorum ſub ipſius Ordinis Regulari Obſervantia in Citramontanis partibus commorantium, debita meditatione penſamus, & conſideramus, quòd ex dictorum Fratrum operoſis miniſteriis militans Eccleſia ſuſcipit incrementa; ad illa meritò intendimus, per quæ ſublatis quibuſvis diſpendijs, & animarum periculis, eorumdem Fratrum Religionis ſtatus augeri, & in bono ſtatu valeat conſervari. Cum autem, ſicut ad noſtrũ, non ſinè diſplicẽtia grandi, pervenit auditum; licèt Nos dudũ decreverimus, quòd omnia, & ſingula Conventus, domos, eremitoria, & loca Fratrum Ordinis, & Obſervantiæ Minorum, in dictis partibus conſiſtentia, illorumque perſonæ per unum Vicarium generalem, qui ſuper Conventus, domos, eremitoria, loca, & perſonas prædictas eamdem ſuperioritatem, dominium, poteſtatem, & juriſdictionem haberet; quibus dilectus filius Antonius de Ruſconibus Miniſter Generalis prædicti Ordinis dilectum filium Ioannem de Capiſtrano, ipſorum Ordinis, & Obſervantiæ profeſſorem, in Vicarium Generalem domorum, Conventuum, Eremitoriorum, locorum, & perſonarum eorumdem deputavit; ac illis, nec nõ omnibus aliis, & ſingulis, qui Generali Miniſtro ejuſdem Ordinis pro tempore exiſtenti, domos, Conventus, Eremitoria, loca prædicti Ordinis, illorumque perſonas de jure, vel de conſuetudine, ſeu ex privilegio, aut aliàs quomodolibet competere noſcebantur, ac etiam ſingularum Provinciarum in dictis partibus conſiſtentium, juxta morem ejuſdem Ordinis, quæcumque Conventus, domus, Eremitoria, & loca eorumdem Ordinis, & Obſervantiæ, illorumque perſonæ per ſingulos Vicarios Provinciales illa, & prorſus ſimilia juriſdictionem, dominium, & poteſtatem in ſibi commiſſis habentes, quæ Provincialibus dicti Ordinis in commiſſis Conventibus, domibus eremitoriis ac locis, & earum perſonis de jure, vel conſuetudine

Vvad. t. 1447. n.2.

tudine, ſeu aliàs quomodolibet competat, gubernentur: tamen plerumque nonnulli ex Fratribus Ordinis, & Obſervantiæ eorumdem, ſtabilitatis violato propoſito, variis coloribus, & exquiſitis figmentis, & præſertìm ſub palliatione obedientiæ alicujus Prælati dicti Ordinis, Vicariorum, & Superiorum ſuorum obedientiam ſubterfugere cupientes, Generalis, & Provincialium Vicariorum hujuſmodi pro tempore exiſtentium, monitionibus, & mandatis recuſant, ſeu negligunt, aut non curant obedire, in non modicum ipſarum animarum periculum, & Religionis diminutionem pariter, & contemptum. Nos igitur attendentes, quòd ſi per Regulares perſonas bonum obedientiæ, quæ melior eſt quàm victima, & unum ex tribus ſubſtantialibus dictæ Religionis exiſtit, negligitur, de facili iſtius Religionis nervus, & diſciplina diſſoluitur, ac ſtatui Religionis hujuſmodi ſuper præmiſſis ſalubriter providere volentes, motu proprio, non ad dictorum Fratrum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtrâ ſcientiâ, ac perpetuâ, & irrefragabili Conſtitutione, tenore præſentium, univerſos, & ſingulos Fratres Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum, tàm præſentes, quàm futuros monemus, eiſque in virtute ſanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenùs ſingularum videlicet Provinciarum, illarum ſingulis Provincialibus, ac omnium Provinciarum hujuſmodi Fratres, & Provinciales Vicarij dilecto filio Iacobo de Primaditijs, moderno, & aliis Generalibus Vicariis pro tempore exiſtentibus prædictis, appellatione, & contradictione quibuſlibet remotis, in omnibus, & ſingulis licitis, & honeſtis, Regulam, & ſtatum, ac Ordinem ipſorum F. F. Ordinis, & obſervantiæ, nec non Officium eorumdem Vicariorum, quomodolibet concernentibus, quę dicti Vic. pro tẽpore duxerint ordinãda, ſeu illis injunxerint, aut mãdaverint, humiliter pareant, & intendãt, nec non illa efficaciter ſtudeant adimplere. Diſtrictiúſque inhibemus univerſis, & ſingulis Eccleſiaſticis, tàm ſæcularibus, quàm prædicti, & alterius eujuſcumque Ordinis Regularibus, ac laicis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, & Ordinis, vel conditionis exiſtant; etiamsi Regali, Reginali, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant, nè Fratres Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum Vicariis præfatis, ut præmittitur, non parentes, aut quovis modo inobedientes, etiam ſub palliatione obedientiæ, ſeu alio quovis quæſito colere recipere, aut illis auxilium, Conſilium, & favorem, quoad inobedientiam hujuſmodi quoquomodo per ſe, vel per alium, ſeu alios directè, vel indirectè præſtare audeant: quod ſi contravenire præſumpſerint, excommunicationis, nec non ſi profeſſores dicti Ordinis extiterint, dignitatum, & Officiorum ſuorum privationis, & ad illa, ac quæcũque alia ſimilia impoſterũ obtinenda, inhabilitationis ſententias; à quibus etiam, præterquam in mortis articulo conſtituti exceſſibus, non niſi per Romanum Pontificem, & dictum Vicarium Miniſtri dicti Ordinis pro tempore exiſtentem, quibus ſuper his plenariam concedimus facultatem, abſolvi, reſtitui, ſeu diſpenſari non poſſint; & quas eoſdem contrafacientes incurrere volumus ipſo facto, promulgamus per præſentes, ac Vicariis pro tempore prædictis Fratres inobedientes præfatos per ſe, vel per alium, ſeu alios capiendi, & carcerandi, ſeu capi, & carcerari faciendi, ac aliàs contra eos, tamquam Apoſtatas, juxta ipſius Ordinis Regularia inſtituta; nec non omnia in præmiſſis, & circa ea neceſſaria quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam, ac liberam, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus facultatem. Decernentes Fratres Ordinis, & obſervantiæ prædictorum ſuam inobedientiam hujuſmodi ſub cujuſvis Prælati dicti Ordinis nomine, ſeu obedientiâ, nullatenùs palliare poſſe. Et inſuper, ſicut etiam ad auditum noſtrum pervenit, quòd plures Fratres, ſeu aliæ perſonæ in Conventibus, domibus, eremitoriis, atquè locis præfati Ordinis prædictis Vicariis non ſubiectis, eleemoſynas queſtuando petere; & nonnulla alia minus honeſta, quæ contra conſtitutiones, & declarationes Apoſtolicas, nec non ſtatuta, & conſuetudines ejuſdem Ordinis facere, & attentare præſumpſerunt, & dietìm præſumunt, in

non modicum Fratrum Ordinis, & obſervantiæ eorumdem ſcandalum, & plurimorum pernicioſum exemplum. Nos, ut talium præſumptuoſorum audacia de cætero compeſcatur, Iacobo, & ſingulis Generalibus, & Provincialibus Vicariis prædictis, & ipſorum cuilibet dicta authoritate præſumptores hujuſmodi, cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, capiendi, & incarcerandi, & in carceribus detineri faciendi, nec non aliàs eos puniendi, & corrigendi; contradictores quoſcumque per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia compeſcendi, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, plenam, & liberam etiam tenore præſentium concedimus facultatem. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, & indulgentiis, ac litteris, etiam Apoſtolicis præfato Ordini, illiuſque Fratribus, in genere, ſeu in ſpecie ſub quibuſvis verborum formis per Sedem Apoſtolicam, ſeu aliàs conceſſis, & in antea forſan concedendis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Et inſuper, quia difficile foret hujuſmodi noſtras litteras ad loca ſingula deferri, eiſdem ſcientiâ, motu, & authoritate, decernimus, quòd ipſarum tranſumpto manu publica, & ſigillo dicti Vicarij, vel alicujus Epiſcopalis, aut Superioris Eccleſiaſticæ Curiæ, munito, tanquam præfatis noſtris, ſi originales litteræ prædictæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ intentionis, mandati, inhibitionis, voluntatis, promulgationis, conceſſionis, & conſtitutionis infringere, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domin. 1446. quinto Idus Februarij Pontif. noſtri anno 16.

Vvad. t. 5. 1447. n. 17. Non ideò tamen quievere per omnia ſtimuli conſcientiarum: primò etenim in Vltramontanis, præſertim in Gallia, timoratæ conſcientiæ ſtimulis agitati nonnulli dubitabant, an liceret Vicariis Generalibus, & peculiaribus Provinciarum Obſervantiæ dumtaxat ſubijci; & Miniſtri Generalis, ac Provincialium ſe ſubtrahere obedientiæ? Quare integræ domus ad priſtinum ſtatum redire volentes, ſupplicarunt, ut præſcriptis quibuſdam legibus, & cautionibus, ne diſſiparetur inchoata Reformatio, liceret ad Miniſtros reverti. Ita ſub his formulis conceſſit Nicolaus V. dato brevi, quod appono.

## NICOLAVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Licèt ex debito, &c. Dudum ſiquidem fæl. record. Eugenius IV. prædeceſſor noſter, dilectum filium Ioannem de Mauberto Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem Generalem omnium, & ſingulorum dicti Ordinis Guardianorum, & Fratrum ſub Regulari obſervantia degentium, ác in Regno Franciæ pro tempore commorantium Vicarium fecit, conſtituit, & deputavit, ac voluit, ſtatuit, decrevit, & mandavit, quòd dicti Guardiani, & Fratres omnes & ſinguli ſub cura, & obdientia ipſius Ioannis permanère deberent, & nonnulla alia deſuper fecit, & conceſſit prout in diverſis ejuſdẽ prædeceſſoris litteris pleniùs continetur. Cum itaque, ſicut pro parte dilecti filij Petri Legerij Miniſtri Provincialis Provinciæ Turonenſis juxta morem dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd multi Fratres Ordinis, & Provinciæ prædictorum in eadem obſervantia, ac ſub ipſius Vicarij obedientia tàm prædictarum, quàm aliarum Concilij Conſtantienſis dudum antea deſuper confectarum litterarum vigore præſentialiter degentes, ex certis rationabilibus cauſis ad id animas eorum moventibus, ex tunc in antea, non ſub Vicariis hujuſmodi, ſed ſub Generali totius Ordinis, ac Provinciali Miniſtris Provinciæ hujuſmodi, nec non aliis ejuſdem Ordinis Superioribus pro tempore exiſtentibus, aliàs ſub dicta Obſervantia, ac Regularibus ipſius Ordinis inſtitutis permanere deſiderent, pro parte dicti Petri Provincialis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut

ut ſuper hoc prædictorum Fratrum ſtatui, quieti, & tranquillitati opportunè de benignitate Apoſtolica providere dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus hujuſmodi tamquam juſtis, & rationabilibus, ac antiquæ, & laudabili dicti Ordinis conſuetudini conſonis annuentes, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, decernimus, atque declaramus, quòd de cætero omnes, & ſingulæ Provinciæ, & Ordinis prædictorum domus ſub obedientia Ioannis Vicarij hujuſmodi præſentialiter exiſtentes, quandocumque major pars Fratrum in illis pro tempore degentium, id duxerit eligendum, ac etiam omnes, & ſinguli Ordinis, Provinciæ, & obſervantiæ eorumdem Fratres ſub cura, & obedientia Ioannis Vicarij hujuſmodi nunc, & pro tempore permanentes, quando id ſimul, vel ſucceſſivè etiam elegerint, non ſub Ioannis Vicarij, ſed ſub Generalis, & Provincialis, nec non aliorum Superiorum pro tempore exiſtentium Ordinis hujuſmodi perpetuo permanere teneantur, & debeāt, quòdque nullus ex Superioribus dicti Ordinis, tàm in prædictis domibus, ſic ſe ſubmittentibus eiſdem, quàm etiam ex certa, & rationabli cauſa in omnibus aliis ejuſdem Ordinis, & Provinciæ reformatis, & ſecundùm Regularia inſtituta viventibus, nec non ab earum fundatione ſub cura, & obedientia Generalis, Provincialis, & aliorum Superiorum uſque nunc degentibus, Guardianum, ſeu Superiorem, vel Officiarium, aut aliàs ad commorandum in eiſdem, vel ipſarum aliqua per Superiores prædictos, vel eorum aliquem, ſeu aliàs quomodolibet ullo umquam tempore deputare poſſit, vel debeat, abſque Fratrum prædictarum domorum voluntate, & aſſenſu; ita tamen, quòd talis Guardianus, ſeu Superior, vel Officiarius ſit ſemper conformis eiſdem habitu, & vitâ, & ab ipſis electus, nec aliquis ex Generali, Provinciali, & aliis Superioribus pro tempore ſupradictis, abſque præmiſſis voluntate, & conſenſu aliquem ex Fratribus præſentibus, & futuris omnium, & ſingularum domorum prędictorum Ordinis, & Provinciæ, ac Regularis diſciplinæ ſub cura, & obedientia Generalis, & Provincialis pro tempore degentium hujuſmodi, aliquam aliam domum prædicti Ordinis, non ſecundùm Regularia ſtatuta viventem transferre, neque alium dicti Ordinis Religioſū, in aliqua ex domibus Provinciç, & Regularis diſciplinæ eorum curæ commiſſis hujuſmodi deputare, neque collocare valeat, niſi ſecundùm Regularia ſtatuta vivere velit: neque etiam ipſi præſentes, & futuri Guardiani, & Fratres contra eorum voluntatem in ſuis domibus prædictis, vel earum aliqua ad commorãdum recipere teneantur, etiam decernentes ex nunc irritum, & inane, proceſſus etiam quoſcumque, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdictionis ſententias, & pœnas in ſe cōtinentes, nec non omnia alia, & ſingula, quæ contra ſtatutum, decretum, & declarationem noſtram hujuſmodi haberi, fieri, aut famulari forſan contigerit, irrita, & inania exiſtere, nulliuſque roboris, vel momenti. Et nihilominus ſingulis omnium domorum Ordinis, Provinciæ, & Regularis diſciplinæ prædictarum, ſub cura, & obedientia Generalis, & Provincialis, nec non aliorum Superiorum hujuſmodi Guardianis præſentibus, & futuris, ut omnes, & ſingulos Clericos, ſæculares, & laicos ſub Regulari habitu prædicti Ordinis vivere volentes, in Fratres ejuſdem Ordinis recipiendi, eiſque habitum prędictum exhibendi, nec non ab ipſis profeſſionem Regularem ſecundùm ipſius Ordinis conſuetudinem, ſi illam emittere volverint, etiam recipiendi, Superiorum ſuorum deſuper licentiâ petitâ, licèt non obtentâ plenam, & liberam eadem authoritate licentiam elargimur. Non obſtantibus &c. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ 1447. pridie Kal. Septembris, Pontificatus anno primo.

Fuerunt aliqui Fratres, & integri Conventus, qui tunc ſe ſubtraxerunt Fratris Ioannis de Mauberto Vicarij Generalis imperio. Atque ille eodem anno 1447. ut reliqui firmiùs ſubſiſterent, & majori omnium conſenſu res tranſigerentur, Capitulum Generale indixit in Cænobio ſancti Audomari, ubi communibus præſcriptis legibus circa Officium divinum, habitus qualitatem, & formam, internam, & externam converſationem, & demum circa paupertatis Obſervantiam, majorem pacem, & animorum concordiam induxit. Ibid.n.19.

Vvad.t.6. Reg.1452. bull. 115. Hæc differenter in Provincia Burgundiæ Conventus Dolæ, alijque de Colettana præſertim Reformatione, qui generaliter à Fratribus Obſervantiæ Regularis aliquo modo diſcriminabantur, quamvis puriorem Regulæ Obſervantiam profiterentur, obediebant à principio tùm Generali, tùm Provincialibus Miniſtris de Ordinis Communitate, quod erat in tota Colettanorum Reformatione communius; cùm verò audita Obſervantium à Conventualibus ſeparatione prædicta, ipſi etiam Vicariis Obſervantiæ nomen dediſſent, quantociùs, vel facti pœnitentes, vel à Conventualibus allecti iterum à Vicariis Obſervantiæ recedere, atque Miniſtris Conventualium ſe ſubdere voluerunt cum integris, etiam ſuarum Colettanarum Monialium Cænobiis: verùm quoniam Nicolaus Pichon Conventus Dolæ Guardianus ſuo, & aliorum ſibi adhærentium nomine Apoſtolicas litteras à Nicolao V. ſe obtinuiſſe dicebat, quarum virtute, tum Fratres, tum Abbatiſſæ, & Moniales præfatæ de Colettana Reformatione ſub Vicariorum Obſervantium integrâ obedientiâ perſeverare tenerentur, recurrentes iſti ad eumdem Nicolaum, obtinuerunt, ut à Vicariorum ſubjectione liberati in ſua reformatione ſub Miniſtrorum obedientia, atque gubernio liberè, ac licitè perſeverare valerent. Quæ omnia fuſiùs videri
Lib.5. cap. de Colettanis. poſſunt in ipſius Nicolai litteris, *Ex Paterna charitatis affectu*, &c. anno 1452. 7. Idus Decembris Pontificatus anno 6. quas in tom. 1. l. 5. retulimus.

Petra ſcandali fuit illa Bulla Eugeniana diviſionem hujuſmodi in ordine prætexens. Capiſtranus itaque de Clauſtralium animo plenè ſecutus, cum anno 1449. in Vicarium Generalem fuiſſet electus, Nicolao Pontifici in Picænum venienti obviam fuit, & de omnibus integrè, atque ſincerè informavit. Pontifex verò ad Generalem Miniſtrum ſequens diploma tranſmiſit.

## NICOLAUS PAPA V.

*Dilecto Filio Antonio de Ruſconibus S. Theologiæ Magiſtro, Ordinis Minorum Generali Miniſtro.*

Vvad.t.5. 1449.n.17. Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Profecturus ad Capitulum dilectus filius Fr. Ioannes de Capiſtrano, ad præſentiam noſtram ſe contulit, & ut Nobis enunciavit, ſe Vicarium electum fuiſſe, ac publicatum, ipſum attenta ſuæ præſentis vitæ honeſtate, ac Religionis obſervantia, authoritate noſtra confirmavimus, & pro confirmato haberi debere decernimus. Tu erga illum benignè fac, & gratè ſuſcipias, ſibique favori, & præſidio, noſtro intuitu, & ſuis benemeritis, eſſe velis in omnibus, quæ ad eum, & cæteros de Obſervantia ſpectant, ſi Nobis rem gratam cupis efficere, ac eumdem confirmes; nam quò illi te favorabiliorem præſtabis, eò Nobis gratius futurum exiſtimes. Si verò contra fieret, quod non credimus, tanto uberiorem aſſiſtentiam, & favorem conſequetur à Nobis. Datum Spoleti die 23. Maij Pontificatus noſtri anno tertio.

Spoleto abiit Florentiam Capiſtranus, quò etiam conceſſerant præcipui Patres Obſervantiæ. Illic enim Miniſter Generalis Antonius prædictus Comitia generalia Patrum Conventualium in Cænobio Sanctæ Crucis indixerat pro Feſto Pentecoſtes. Acta utriuſque Capituli perierunt. Soli ſupplicationi publicæ, ſeu proceſſioni Conventualium interfuerunt Obſervantes, ab aliis Comitiorum geſtis abſtinuerunt. Magna ſolemnitate peractum eſt publicum ſpectaculum, ducta ſupplicatione à prædicto Cænobio ad domum civicam, ubi Magiſtratus advenientes honorificè excepit, & ſuper gradus Palatij inter Miſſarum ſolēnia Vicarius Capiſtranus egregium habuit ſermonem. Audiebat eum populus tanquam virum Apoſtolicum, & tanquam è Cælo miſſum. Cùm è Conventu Nemoris in Vrbem veniret, effuſa per aliquot milliaria, extrà Vrbem turba virorum, ac mulierum cum gaudio, & applauſu ſuſcepit, eum libenter in Vicariatu Generalis Miniſter confirmavit, dato hoc inſtrumento. Ibid. n.18.

*In Chriſto ſibi cariſſimo Fratri Ioanni de Capiſtrano; Frater Antonius de Ruſconibus de Comis S. Theologiæ Magiſter, ac totius Ordinis Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

Cum in Congregatione Fratrum, qui de Obſervantia vulgariter nuncupantur, n. 19.

cupantur, in loco Nemoris de Mugetto celebratâ, fueris per ipſos Fratres in eorum Vicarium in Ciſmontanis partibus electus, quam electionem, ut confirmarem, fui à te, & à pluribus ex ipſis, qui tecum aderant, humiliter, & reverenter requiſitus. Ego itaque, ad quem ſpectat merita ſubditorum ponderare, electionem ipſam de te mihi cariſſimo filio ritè, canonicè, & juridicè factam, atque celebratam, de conſilio tamen Venerabilium Patrum Miniſtrorum, multorumque aliorum Vocalium in præſenti Capitulo General. Florentiæ celebrato anno Domini 1449. die 2. junij exiſtentium, accepto, approbo, confirmo, tibi vices meas, & omnimodam poteſtatem, atque facultatem committendo. Et ut tibi cedat ad meritum obedientiæ ſalutaris, quatenùs ipſam electionem, in eorum Vicarium, & Paſtorem, ut præmittitur, ritè, juridicèque de te factam, omni contradictione ſemota, humiliter, reverenterque ſuſcipias, ſuſceptamque, cum omni diligentia ſtudeas exercere, ſecundùm multiplicem gratiam à Domino tibi datam. Injungens inſuper omnibus, & ſingulis Fratribus de Obſervantia vulgariter nuncupatis, cujuſcumque conditionis, & gradus exiſtant, tuo regimini commiſſis, ut tibi veluti meo Vicario, per eandem obedientiam ſalutarem teneantur firmiter obedire; exhortantes te in Domino, ut ita ſollicitè circa eorum regimen te habeas, & charitativè, quod ſæpè dictorum fratrum tua inſtitutio cedat in profectum, animarum ſalutem, & Religionis augmentum, quos tibi, teque illis in Domino commendo. Vale in Chriſto Ieſu, & ora pro me. Datum Florentiæ tempore noſtri Generalis Capituli ibidem celebrati anno, menſe, & die qui ſupra.

**Ibid. n.20.** Propter repetitas Pontificum conſtitutiones Miniſter Generalis Capiſtranum in Vicariatu confirmavit; ægrè tamen ferebat ipſe, & Miniſtri Provinciales, à ſe pedetentim divelli numeroſam, Principibus caram, populo acceptabilem, & multis titulis honorificam familiam. Nihil ergo intentatum reliquerunt, nihil non excogitarunt, ut ſibi eo ſubjectionis, & unionis glutino compaginarent, quo non tàm reſciſſum à corpore membrum, quàm ejuſdem pars intima, & capiti inhærens exiſtimaretur.

In Bullam itaque Eugenianam, ſeparationis conſpicuam originem, modis omnibus invehuntur, & conantur labefactare. Inde fœlicior videbatur conatus, & titulus ſpecioſior, quòd plerique ex ipſa familia id clam appeterent, & ſecretis ſuggeſtionibus hos ad aggrediendum urgerent. Illorum anteſignanus, & inſtructor erat Robertus Licienſis, qui, dum ſtrictioris vitæ paulàtim tedæret, & fibulas laxaret diſciplinæ, impatienter ferebat moroſos correctores, & integros Rectores, qui à recto tramite declinantem reducere ſatagebant. Accedebant alij ſimiles, ambitionis æſtu perciti, qui populi applauſum, & gloriam ex doctis Concionibus partam, in contemptum ducebant humilis inſtituti, omnia in proprium commodum convertentes. Ne verò viderentur injuſtè agere, aut à perfectioris vitæ propoſito reſilire, illud obtenderunt pietatis velamen, ſe velle genuino S. Franciſci Succeſſori, Ordinis Capiti propriè ſubeſſe, & germano, ſolidoque vinculo, non commentitio, & exili nimis, quale Eugenius excogitavit, corpori inhærere. Ità ab ipſo Inſtitutore Franciſco in ſua Regula præceptum contendebant, atque rigoroſè, ita intelligenda verba illa dicebant: *Vniverſi Fratres unum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere Generalem Miniſtrum, & ſervum totius Fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire.*

Sic plerique *culices colunt, & camelos deglutiunt*, in minimis religioſi, in magnis profuſi, inania ſuperſtitioſè curantes, ſeria temerè negligentes: *Optimi ſcilicet æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, parvam, aut nullam de maximis curam gerant.* Hi in recentis diſciplinę ſeveriore inſtituto laxiorem vitam, & impunem affectantes diſſolutionem, *à modicis quidem delictis abſtinebant, magna autem mala alacriter committebant:* nam & reſtauratæ diſciplinæ novellum germen concutiebant, per viam hanc benè ambulantes conturbabant, in partes ducebant, ſenſum ſuum ſummi in Terris Legiſlatoris judicio pręferebant. *Maioribus major, minoribus minor opera noſtra, & cura debetur, de quorum etiam contemptu juxta eandem conſiderationem gravior, leviorve offenſa contrahitur. Cujus enim inter præceptores reverentior nobis imminebit authoritas, ejus gravior formi-* Ibid. n.21. ex D. Bernardo ex Chryſoſt. & aliis.

*danda erit offenſio, ac majoris cujuſque mandati tranſgreſſio damnabilior æſtimanda.* Non abſque noxa ſanctorum Inſtitutorum Canones violantur; ſed majori culpâ Apoſtolica contemnuntur præcepta. Pontificis major eſt authoritas, per quem illi authoritatem accipiunt: ſi revocare, ſi infirmare, ſi temperare velit, in ipſius eſt poteſtate. Verum eſt; *non cuilibet hominum mutare fas eſt regulas ſanctorum Baſilij, Auguſtini, Benedicti,* adde *Franciſci; alioſque authenticos Canones, ſed ſolis diſpenſatoribus Myſteriorum Dei: quæ namque ab hominibus tradita ſunt, etiam per hominum Rectores licitè interdum, innoxièque pro cauſis, perſonis, locis, & temporibus diſpenſantur* Nec tamen diſpenſavit Eugenius in Primicerij obedientia, à Franciſco præſcripta, ſed ab eo derivari voluit authoritatem in rigidiorem perfectioris obedientiæ exactorem. Plenam Miniſtro Generali reliquit in omnem Ordinem poteſtatem, ſed in hac familia, vel per ſe, vel per idoneum Miniſtrum exercendam.

Vvad.t.6. 1454.n.31. Semper altè doluerunt Miniſtri, quòd Vicarios ab obſervantibus electos confirmare tanto rigore tenerentur; & data occaſione confirmare detrectabant. Anno ſequidem 1454. Ioannes Quieſdeber, ex Vicario Provinciæ Franciæ in Vicarium Genaralẽ Vltra-montanum electus, Vir doctus, & ſui ſtatus Zelantiſſimus, Miſſis qui electionis acta ad Miniſtrum Generalem perferrent, confirmari ſupplicavit; ſed longâ morâ, fictiſque coloribus ille confirmationem diſtulit, donec tandem à Pontifice monitus conceſſit. Ejus cauſam juvit Capiſtranus, ad quem Ioannes binas dedit totius rei narrativas. Nihil tamen Miniſtri Generalis moræ, aut tergiverſationes eum à regimine ſuſcipiendo retardarunt, dum ſibi licuit juxta Eugenij conſtitutionem poſt triduum à præſentatis actis, & ſi Miniſter Generalis confirmationem negaret, authoritate Apoſtolica regimen ſubire.

Quod tandem ſub Nicolao Pontifice continuis ſuſurrationibus, atque machinationibus obtinere non potuerunt Conventuales, obſiſtente in primis Capiſtranenſis præſentiâ, qui tum ſingularium ſuorum meritorum intuitu, tum quòd Nicolao Pontificatum prædixerit, erat inter pauciſſimos eidem acceptus; ſub Calixto III. tandem evicerunt, captatâ Capiſtranenſis abſentiâ in Hungarica expeditione occupati.

Calixtus ergo ſancto Zelo ductus, ut continuis diſcordiis, & non ſine populorum ſcandalo graviſſimis diſſentionibus finem aliquando imponens, Conventuales cum Obſervantibus in pace componeret, adhibito B. Iacobi de Marchia Conſilio, bullam edidit quæ *Concordia* dicitur, tenoris ſequentis. Vvad.t.6. 1456. n.129.

## CALIXTUS PAPA III.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Illius, cujus in pace factus eſt locus, vices, quamquam immeriti gerentes in terris, circa profeſſores Regularium Ordinum quorumlibet, ut ſepoſitis contentionum, & diſcordiarum vepribus, in amœnitate quietis, & pacis illius famulentur auctori; noſtræ vigilantiæ ſtudium propenſiùs adhibemus: ſed id nimirum in Sacra Religione Fratrum Minorum, qui fervore charitatis igniti, eorum dulci eloquio fructum in agro militantis Eccleſiæ afferunt ſalutarem, eò ſtudioſiùs agere ſatagimus, quò ipſi veluti quædam ſalutaris eruditionis exemplaria cæteris fidelibus eſſe debent, quorum diſcordiæ, ſi diutiùs perduraret, vergere poſſent in eorum perniciem, perniciosum exemplum, ac ſcandalum plurimum. Sanè cum olim nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, circa quietem, & tranquillum regimen dilectorum filiorum profeſſorum ejuſdem Ordinis piè, & ſanctè, ac multifariè laboraſſent, ordinantes aliqua circa Regulam per B. Franciſcum traditam, prout ipſis expedire videbatur; tandem fæl. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter quaſdam tunc inter eos, qui de obſervantia nuncupantur, & alios Fratres ejuſdem Ordinis profeſſores vertentes differentias ſedare, & amputare, ac eis impoſterum benè vivendi normam tradidiſſe ratus, nonnulla circa regimen, & gubernationẽ, & alia eoſdẽ Fr. de Obſervantia nuncupatos contingentia ordinavit, ſtatuit, & conceſſit, prout in diverſis ipſius litteris deſuper confectis pleniùs continetur. Verum undè prædictus prædeceſſor pacem dediſſe credidit, æmulo humani generis ſuperſeminente Zizania,

zania, eruperunt contentiones, & odia, ac diſſentiones, & ſchiſmata emerſerunt, quæ in eorum exacerbatis mentibus uſque ad noſtra tempora pervicaciùs perdurarunt. Ex quo Nos cupientes illa, nè præfatæ Religioni diutiùs inveterata (quod abſit) naufragium deſolationis pariant infirmorum, noſtræ proviſionis auſpiciis perpetuò terminari, digeſtâ ſuper his cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione præhabita, de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio pariter, & aſſenſu, ad laudem Omnipotentis Dei, & honorem B. Franciſci, ad quem ſingularem devotionem gerimus, nec non perpetuam dictę Religionis quietem, & pacem, nonnulla ſalubria, & Deo, ut ſperamus, accepta ſtatuta, & ordinationes edidimus, per eoſdem Fratres, & eorum Prælatos perpetuis futuris temporibus, auctore Domino inviolabiliter obſervanda. Authoritate igitur Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli Fratres dicti Ordinis, præſentes, & futuri, quocumque nomine vocentur, & cenſeantur, ipſique Miniſtri, Cuſtodes, Vicarij, & alij quicumque Generali Miniſtro dicti Ordinis pro tempore exiſtenti, juxta continentiam prædictæ Regulæ obedire teneantur. Nec non quòd omnes, & ſinguli Cuſtodes, vel Vicarij Fratrum prædictorum de Obſervantia nuncupatorum quarumcumque Provinciarum, eorumque Diſcreti ad Capitulum Generale juxta morem dicti Ordinis teneantur accedere, in quo poſtquàm Vicarius Vicariorum, vel Cuſtodum eorumdem Officio Vicariatus hujuſmodi ceſſerit, ut moris eſt, ijdem Cuſtodes, aut Vicarij, & Diſcreti (præſidente dilecto filio Generali Miniſtro pro tempore exiſtenti, aut aliquo ab eo deputato, ſi ibidem noluerit intereſſe) aſſumptis duobus ſcrutatoribus ex numero Vocalium, aliorum vota ſcrutetur; ut moris eſt, tres ex eiſdem Fratribus de Obſervantia nuncupatis nominent, & prædictus Generalis Miniſter, unum ex dictis tribus, ſic nominatis in Vicarium Cuſtodum, vel Vicariorum eorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum inſtituat, & is, quem ex prædictis tribus Generalis prædictus inſtituerit, vel confirmaverit, hujuſmodi inſtitutioni, vel confirmationi conſentire teneatur, nec poſſit ſinè rationabili cauſa, vel juſto impedimento renunciare. Et ſi forſan aliqua controverſia circa nominationem, inſtitutionem, vel confirmationem hujuſmodi oriretur, nominetur in eodem Capitulo unus alius ab eiſdem Fratribus de Ob-vantia dictis, qui poſſit, & faciat ea, quæ incumbunt, quouſque controverſia hujuſmodi ſopiatur, quemadmodum de Miniſtris obſervatur. Præfatus verò inſtitutus poſtquàm acceptaverit, Generalis prædictus committat illi plenariè vices ſuas, & nihilominus eandem authoritatem, & poteſtatem in Fratres de Obſervantia nuncupatos habeat, quam dictus Generalis habet. In qua quidem electione, nominatione, vel confirmatione celebranda, ſi Vocales deficerent ad nominationẽ prædictorum trium, ſuppleantur, ex prædictis Fratribus de Obſervantia nuncupatis. Ordinantes etiam, quòd Cuſtodes, vel Vicarij prædicti de Obſervantia nominati in eodem Generali Capitulo ad electionem Generalis Miniſtri vocem activam tantùm habeant, ſic quòd, Domino largiente, pro tranquillo ipſius famulatu, ordinamus, & providemus, quòd ſecundum Deum talem eligere ſtudeant, quem ad pacem, & unitatem dicti Ordinis conſervandam, fore crediderint aptiorem Et inſuper quòd Miniſtri Provinciales per ſe ipſos, vel eis legitimâ causâ impeditis, ab ipſis deputati electioni Vicariorum, ſeu Cuſtodum Provincialium eorum, qui de Obſervantia nuncupantur, intereſſe poſſint, qui unâ cum duobus ſcrutatoribus, ex numero Vocalium ab eis eligendis, aliorum vota ſcrutentur, & qui à majori parte fuerit nominatus, & electus Vicarius, ſeu Cuſtos per eoſdem Provinciales Miniſtros in ſingulis Provinciis confirmetur; & nihilominus ſit, & pro tali habeatur; & ſi aliqua diſceptatio, vel controverſia ſuboriretur, interim unus eligatur ab eiſdem in ipſo Capitulo, qui præſit, & alia faciat, quæ incumbunt, quemadmodum de Miniſtris obſervatur, & de aliis ſe nullatenus intromittat. Guardiani verò inſtituti in Congregationibus Provincialibus prædictorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum leguntur in Tabula Provincialium Capitulorũ; ſimiliter autem

tem Prædicatores, & Confeſſores in Congregationibus Provincialibus nuper electi, in eiſdem Provincialibus Capitulis confirmentur; Ordinamus prætereà, quòd prædictus Generalis Miniſter per ſe ipſum dumtaxat prædictum Vicariorum, vel Cuſtodum Vicarium de Obſervantia nuncupatorum viſitare, & ſi ejus demerita id exegerint, punire, ac pro notorio, & pro quo ad depoſitionem legitimè procedendum eſſet, crimine, ab eodem officio deponere poſſit, & valeat, de conſilio tamen, & conſenſu ſaltem qninque, vel ſex ex Vicariis, vel Cuſtodibus antedictis. Quòd ſi fortè contigerit, aliquem ex Fratribus de Obſervantia nominatis hujuſmodi prædicto Generali Miniſtro pro crimine deferri, vel accuſari, tunc, & eo caſu Generalis prædictus per ſe ipſum, aut ejuſdem Provinciæ, in qua accuſatus reſideat, ſeu etiam Vicarium Vicariorum, vel Cuſtodum, ſeu quemvis alium Fratrem de Obſervantia in eadem Provincia continuè reſidentem viſitare, aut convictum, ſeu confeſſum in aliquo loco Fratrum de Obſervantia hujuſmodi, ubi convictus, vel confeſſus fuerit, aut in quo deliquerit, corrigere, & punire; & identidem obſervetur, quoad omnem locum Fratrum de obſervantia prædictorum. Cæterùm volumus, quòd nullus Frater de Obſervantia hujuſmodi de loco ſuo amoveatur, ſed in eo potiùs ad famulandum Altiſſimo quieta mente foveatur, prout in Conſtitutione fæl. rec. Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri dicitur pleniùs contineri. Quòdque nullus Frater Conventualium nuncupatorum abſque licentia dicti Generalis, ſeu Provincialium Miniſtrorum ſaltem petitâ ad loca Fratrum de Obſervantia, & è converſò nullus eorum, qui de Obſervantia nuncupantur, etiam legitimâ ſubſiſtente causâ ad loca, ſeu Conventus aliorum Fratrum Conventualium prædictorum ſinè ſpeciali ejuſdem Generalis, ſeu Provincialium Vicariorum petitâ; & obtentâ licentiâ, excepto evidenti ſuæ ſalutis periculo, poſſint accedere, prout in Conſtitutione prædicti Martini V. dicitur contineri, ſub pæna privationis Officiorum, quæ obtinet, & inhabilitatis ad quoſcumque actus legitimos exercendos. Et ut eiſdem Fratribus de Obſervantia delinquendi, & vagandi tollatur occaſio, volumus, quòd ſi quis Prælatorum, aut Fratrum tàm Conventualium, quàm de obſervantia nuncupatorum aliquem Fratrem fugitivum receperit, ab officio, cui præeſt, ſuſpenſus, & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipſo. Adiicientes quòd ipſe fugitiuus à ſuo Prælato ubicumque repeti, ac pro crimine, levitate, aut aliâ ſuæ fugæ causâ corrigi, & puniri poſſit, qui ſi poſtquàm correctus, & punitus fuerit, recedere voluerit, petere debeat licentiam, prout ſuperiùs enarratur, nec de cætero à quovis Fratrum de Obſervantia repeti poſſit, niſi fortè conſtiterit, eum ad frugem vitæ melioris redire voluiſſe. Si quis autem Prælatorum, aut Fratrum prædictorum ſuper reſtitutione fugitivorum hujuſmodi requiſitus, illam facere noluerit, ſuſpenſionis, & inhabilitatis prædictæ ſententiam incidat eo ipſo; quos fugitivos dictus Generalis Miniſter libris, & aliis rebus ſuo uſui conceſſis, etiam propter hæc privare debeat. Volentes inſuper, quòd Generalis Miniſter, & Vicarius Vicariorum, vel Cuſtodum prædictorum attentè caveat, quòd nulli Fratrum Conventualium, vel de Obſervantia nuncupatorum, diſcurrendi, vel vagandi per Provincias licentiâ concedat abſque rationabili cauſa, & evidenti neceſſitate, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, etiam ſub aliquarum Indulgentiarum ſpecie, vel prætextu. Quòd ſi litteræ conceſſionum hujuſmodi aliàs quàm pro cauſa, & neceſſitate ſimilibus reperirentur, illæ nullius ſint roboris, vel momenti; Ac etiam pro evitandis ſcandalis prædictus Generalis Miniſter abſolutionem eorum, qui votum caſtitatis tranſgreſſi ſunt, & impoſterum tranſgredientur, ſi ad eum pro abſolutione acceſſerint, per ſeipſum impendere poſſit. Et nihilominùs pro eodem delicto, vel crimine eos ad Vicarios, vel Cuſtodes Provinciales dumtaxat eoſdem remittere teneatur, & debeat, qui illam per ſe exerceant, nec eam committere poſſint, niſi Guardianis locorum delinquentium eorumdem, qui pro modo culpæ injungant ſatisfactionem, & pœnitentiam ſalutarem, ut omnibus qualitatibus, & circumſtantiis diligenter penſatis, meliùs Deo animas lucrifacere poſſint. Vicarij verò, vel Cuſtodes Provinciales

Fratres

Fratres de Obſervantia prædictos in eorum Provinciis conſtitutos de loco ad locum transferre poſſint, prout viderint expedire. Et ſi cui fortè Fratrum eorumdem conceſſum foret, ne de aliquo loco removeri poſſit, tunc Vicarius ipſe cauſam, ob quam remotionem ipſam facere vellet, indicare debeat concedenti. Cæterùm ſi Vicarium Vicariorum, vel Cuſtodum Citrà, & Vltra-montanũ infrà tempus ſui officij inexpleti à rebus humanis decedere contigerit, Vicarius, vel Cuſtos Provincialis, in cujus Provincia deceſſerit, gerat loco ejus Commiſſariatus officium, uſque ad Capitulum Generale, vel illius Succeſſoris electionem, ſicut de Miniſtro obſervatur. Vicarius autem Vicariorum, vel Cuſtodum officium gerat uſque ad Capitulum generale, in quo eidem officio liberè cedere teneatur; & ex tunc alterius Vicarij hujuſmodi proviſio fiat, prout ſuperiùs dictum eſt; & ſic ſucceſſivè obſervetur, nec ipſe cedens pro ea vice nominari, vel inſtitui, aut præfici poſſit, ſeu valeat quoquo modo. Et quoniam (uti etiam accepimus) propter quæſtas, quæ nonnunquam à vagabundis Fratribus ubique fiunt, quamplura in eodem Ordine ſæpenumerò ſcandala oriuntur, omnibus, & ſingulis tàm Conventualibus, quàm de Obſervantia Fratribus prædictis ſub excommunicationis pœna diſtrictiùs inhibemus, ne ipſi de Obſervantia ſub nomine Conventualium, neve Conventuales, ſub nomine, aut prætextu de Obſervantia Fratrum, aut locorum quæſtuare quoquomodo præſumant. Mandantes eorum Superioribus, ut eos qui contra inhibitionem noſtram hujuſmodi fecerint, carceribus uſque ad condignam pœnitentiam mancipent, & obſervent; qui quæſtuantes nihilominùs ad omnes actus legitimos inhabiles propterea cenſeantur eo ipſo, ac eandem excommunicationis ſententiam incurriſſe declarari, & pro excommunicatis publicè nunciari poſſint; à quâ quidem ſententia Conventuales à Generali Miniſtro, de Obſervantia verò Fratres prædicti à Vicario dumtaxat, & non ab aliis, præterquàm in mortis articulo conſtituti, poſſint abſolvi, qui etiam ab ipſorum Prælatis rebus quæſitis hujuſmodi protinùs priventur. Statuimus etiam, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli Fratres tàm Conventuales, quàm de Obſervantia nuncupati, ad Civitates, Terras, ſeu Caſtra, in quibus Conventus dicti Ordinis fuerint pro tempore, accedentes, teneantur, & debeant ſaltem poſt unam diem naturalem ſe, Conventuales videlicet Conventualium, & de obſervantia locorum Prælatis præſentare, in quâ quidem Civitate, vel Terra, ſi unus dumtaxat Conventus fuerit, ad ipſius unius Prælatum debeant ſe conferre, illius mandatis humiliter pariturí. Nos tamen ipſis ſub excommunicationis, ac ſimilis inhabilitatis pœna mandamus, à quâ, ſi qui incurrerint, poſſint per eorum Superiores abſolvi, ne in eiſdem Civitatibus, ſeu Terris ſine Prælatorum ſuorum licentia diutiùs permanere præſumant, qui ſi ſecus egerint, Prælati prædicti eos capere, punire, ac rebus ad eorum vitam conceſſis, & præſertim apud eos repertis, liberè privare valeant, niſi à Superioribus eorum aliud habuerint in mandatis. Poſtremò cum Vicaria Auſtriæ per plures Provincias juxta morem dicti Ordinis extendatur, ne à quo Miniſtro Provincialis Vicarius, vel Cuſtos Provinciæ confirmari debeat, hæſitari poſſit, volumus, ut ille Provincialis Miniſter congregationi Fratrum de Obſervantia prædictorum, in eadem Vicaria intereſſe, & Vicarium hujuſmodi, vel Cuſtodem confirmare poſſit, & debeat, in cujus Provincia Congregatio ipſa fuerit celebrata. Quocircà prædictis Generali Miniſtro, & aliis Miniſtris, Cuſtodibus, vel Vicariis quibuſcumque prædictis, cæteriſque Fratribus, & perſonis dicti Ordinis præſentibus, & futuris, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ad quam ex voto tenentur, ac pro ſpe ſalutis æternæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs circa obedientiam, electiones, nominationes, inſtitutiones, & confirmationes, & alia ſuperiùs expreſſa, ordinationes, ſtatuta, mandata, & inhibitiones noſtras hujuſmodi ſtudeant inviolabiliter obſervare, præmium exinde ab eo, qui auctor eſt concordiæ, & pacis, uberrimum accepturi. Inſtitutis Regularibus dicti Ordinis quoad reliqua nihilominùs, in ſuo robore permanentibus. Non obſtantibus prædictâ Eugenij IV. cæteriſque, &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ 1455. 4. Nonas Februarij Pontific. anno primo.

Ibid.n.130. Ad ſingulos Provinciarum Miniſtros tranſmiſſa ſunt hujus diplomatis exemplaria,manu Cardinalis Firmani Ordinis Protectoris ſubſcripta.Miſſum etiam aliud diploma ad Archiepiſcopos Toletanum, & Compoſtellanum, quos Pontifex in Regnis Caſtellæ, & Legionis deputavit prædictæ Conſtitutionis executores,&Fratrum de Obſervantia Conſervatores; revocavit etiam, quas ſupra diximus doloſè extortas,litteras pro Mi-
Ibid.1455. n.92. niſtro Turoniæ contra Fratres de Obſervantia, & illas etiam, quas pariformiter pro Colettanis Obſervantibus Provinciæ Burgundiæ conceſſerat, qui ab inſtitutione ſua Miniſtris Generali, & & Provincialibus ſubjecti, cum deindè Vicariis Obſervantiæ Regularis nomen dediſſent, prævalente tandem Conventualium inſtigatione, obtentâ præallegatâ bullâ, iterum Conventualibus ſe ſubjecerant;tandem verò ſub Calixto ad Obſervantes redierunt.

Ibid.1458. n. 20. Mortuo autem Calixto, à Pio II. in initio Pōtificatus Colettani penè omnes in Provinciis Burgundię, Fräcię, Aquitaniæ, & alijs Vltra-montanis partibus litteras impetrarunt, *Religioſam vitam, Profeſſis &c.anno* 1458.17.*Kal.Novembris anno primo* quarum virtute ſub Obedientia Miniſtrorum Generalis, & Provincialium iuxta primævam ſuam inſtitutionem vivere ſibi liceret, nec in Eugeniana,vel Calixtina bullis comprehenſi dicerentur, licet Obſervantium nomine nuncuparentur.

Ibid.1463. n. 25. Cogitavit etiam remedium aliquod adhibere Ludovicus Vicentinus in Ciſmontanis Vicarius Generalis, auxiliante Philippo Cardinale Bononienſi, tot ſcandalis, & populorum admirationibus,quæ ex vago, & multiplici Obſervantium nomine oriebantur. Erat enim qui ſpecioſâ, & populis Obſervantium voce allecti ita vocari affectabant, ſed Obſervantium legibus, aut Præfectis ſubeſſe nolebant, applauſibilem prætexentes rationem, ſe à Miniſtri Generalis, & Provincialium obedientia nolle recedere; prout libro 5. fuſiùs enarravimus.

Ibid.1458. n. 14. Denique ut de Vicariis iſtis tractatum finalem,ac concluſionem abſolvam; cum revocatâ per Calixtum III. bullâ Eugenianâ, nec hæc, nec Calixtina per Conventuales, obſervaretur, in maxima erant Obſervantes anguſtia: mortuo autem Cardinale Firmano Ordinis Protectore, ſubſtitutus ei in Officio Beſſarion Cardinalis Nicænus Vicarium Generalem Obſervantium ad Pontificem Pium II. introduxit, atque, ut benignè audiretur, obtinuit. Expoſuit ille novas inferri Obſervantibus moleſtias, nolentibus Conventualibus obſervare bullam Calixti III. per quam revocari curaverant Eugenianam; ſe proindè, ſuoſque miſerè fluctuare, & quam ſibi præſcribant, formam vivendi penitùs ignorare; rogavitque, ut pro ſua paterna ſollicitudine remedium adhiberet.Id ſe facturum placidè promiſit, commiſitque cauſæ diſcuſſionem Domino Nicæno. Ille verò Pontificem rogavit, ut in re ardua, multiſque annis controverſa alios adjungeret, qui diſcordiarum Cauſas exciperent, & circa remedium cogitarent. Delecti ſunt Guilielmus Cardinalis Rhotomagenſis tit.S.Martini in Montibus, Alanus Cardinalis Avenionenſis tit S. Praxedis, Angelus Reatinus, & Ioannes Barchinonenſis,Epiſcopi.

Die 27. Septembris aſſidentibus prædictis Dominis Miniſter Generalis aſſociatus à Magiſtro Ioanne Ordinis Socio, & Magiſtro Michaele Ordinis Procuratore, dixit ſe ante Capituli celebrationem, in ipſo Capitulo, & poſt peractum, modis omnibus conciliandæ, & firmandæ paci ſtuduiſſe, ſed fruſtrà;nullam enim fore concordiam, neque unionem in Religione judicabat, perſiſtentibus in ſuo robore bullis ſive Eugenianâ, ſive Calixtinâ; Illa enim, *dixit*,ordinem ſcindit; Hæc electionis tollit libertatem. Vicarius Generalis aſſiſtentibus Marco Bononienſi Vicario Provinciæ Bononiæ,& Angelo Bolſeno Obſervantium Procuratore, objecta diſſoluit,apertéque oſtendit omnem, quam ambiebant pacem Patres Conventuales, eò dumtaxat tendere, ut enervarentur Eugenij, & Calixti diplomata, atque ad liberum eorumdem imperium reducerentur Obſervantes: Iſtud verò non expedire multis, ſolidiſque probavit argumentis, deducta breviter rei ſerie ab Obſervantiæ primordiis, relatiſque privilegiis, & defenſionum munimentis, quibus Concilia Conſtantienſe,& Baſileenſe,Pontifices Martinus V. Eugenius IV. Nicolaus V. & Calixtus III. indemnem Ibid. n.15.

demnem ſartam, tectamque voluerunt hanc familiam à Conventualium moleſtiis: Brevi compendio porrectis Nicæno rerum ſummariis, auditiſque Cardinalibus ad Concordiam exhortantibus, diſceſſerunt. Vt fraternè convenirent, Vicarius ſæpè rogavit Miniſtrum Generalem, ſed nihil profecit, non niſi revocatis bullis, quidquam fieri poſſe, obtrudente Miniſtro. Poſt multas altercationes, exactamque ſcripturarum, quę hinc indè Cardinalibus tradebantur, diſcuſſionem, Pontifex utriuſquè partis Capita ad ſe vocata die 11. octobris, præſentibus Iudicibus ſupranominatis, quibus Nicolaum titulo S. Petri ad Vincula Cardinalem adjunxit, benignè, & patienter audivit, deindè Fratres in proximum emittens cubiculum; Cardinalium, & Epiſcoporum longo tempore auditis ſuffragiis, eos denuò revocavit, indictoque ſilentio, gravi, ſerioque vultu, dixit, ſe opportuniori tempore concordiæ, leges, & uniformem vivendi modum omnibus præſcripturum, & quando id fieri poſſit, Miniſtro Generali prænunciaturum. Interim ne Obſervantes incerto, inſtabilique vivendi genere fluctuarent, conſtitutionē obſervarent Eugenianam. Circa tranſitum pręcepit, nè quiſpiam ab Obſervantibus ad Conventuales abiret, qui tranſeundi non obtineret facultatem; qui verò ab his ad illos vellet tranſmigrare, licentiam tantùm peteret, etſi non impetraret; diſcriminiſque rationem illam dixit, quòd à Conventualibus diſcedentes ad arctiorem vitam tranſirent. Prohibuit, nè Fratrum Conventus, vel Sororum Monaſteria Conventualibus ſubjecta Obſervantes admitterent, & nè circa id genus Obſervantium, qui Miniſtro parebant Generali, aut Miniſtris ſuberant Provincialibus, quidpiam præciperet Vicarius Generalis, nec illorum ſe ingereret regimini. Poſtremò addidit, in horum à ſe maturè conſtitutorum tranſgreſſores ſeverè animadvertendum. Reſtituiſſe autem Obſervantes ad priſtinum vitæ genus ſub Eugenianis litteris Pium Pontificem nullus mirabitur, qui ejus Epiſtolam, ante paucos annos de tuendis eiſdem litteris ad Cardinalem Firmanum ſcriptam, conſpexerit infra recitandam.

Super conficiendis verò litteris Apoſtolicis circa ea, quæ Pontifex coram Cardinalibus, & Epiſcopis decreverat, & ſuper addendis, tollendiſve quibuſdam clauſulis acriter diſceptatum eſt inter Miniſtrum, & Vicarium coram Cardinale Protectore. Vt cautiùs, & maturiùs in hac re procederet Vicarius, aſſenſum, & vota adhibuit Angeli de Bulſeno Procuratoris familiæ Ciſ-montanæ, Marci Bononienſis Provinciæ Bononiæ, & Gabrielis Veronenſis Provinciæ Auſtriæ, Iacobi Cornetani Romanæ Vicariorum, & Petri de Anguillaria Cęnobij de Ara-Cæli Guardiani, quorum Syngraphis ad omnes Vicarios tranſmiſſis notum voluit, ſe non ex ſuo cerebro, ſed ex prudentium, & piorum conſilio negotium omne firmaſſe. Vltra hæc, ut potiori abundaret cautelâ circa tollendas ad votum Miniſtri Generalis quaſdam clauſulas è diplomatis formula, antequàm ederetur, conſulendos voluit doctiſſimos in Curia Viros, utriuſque juris peritos, Antonium de Caffarellis, Orlandum de Florentia, Ludovicum de Interamna, Lucam de Roma, Andręam à ſancta Cruce, Antonium de Baroncellis, Manſuetum Oratorem Peruſinum. Demum die 20. Novembris prodijt infraſcripta bulla inſertis Eugeniana, & Calixtina, ſub die illo, quò Pontifex in Camera ſupradictâ à nobis recenſita decrevit. Ibid. n. 18. & ſeqq.

## PIVS PAPA II.

*Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Vicariis, cæteriſque Fratribus Ordinis B. Franciſci, tàm Conventualibus, quàm de Obſervantia nuncupantis, &c.*

PRo noſtra ad B. Franciſcum devotione, & pro ea benevolentia, & charitate, qua veſtrum complectimur Ordinem, &c. *Demum recitatis Eugenij IV. & Calixti III. prǽinſertis litteris per integrum, ſic proſequitur.* Ibid. n. 19.

Quæ quidem litteræ Calixto ipſo anteceſſore noſtro, qui eas conceſſit, vivente minimè obſervatæ fuerunt, immò bis, primò in Capitulo Mediolanenſi, ſecundò in Capitulo Romano, ubi præſens Generalis fuit electus, contra earundem tenorem proceſſum exitit, quoad voces activas Obſervantibus conceſſas

 ipſo

ipſo anteceſſore noſtro tacente, ac ſuas litteras non defendente. Vndè pauló poſt veſtrum in alma Vrbe Capitulum celebratum, Nobis ad ſummi Pontificatus apicem aſſumptis, utraque pars veſtrûm à Nobis cum inſtantia, & humilitate, Conventuales, ut libertas, & unitas Ordinis ſervetur, contra quod duæ, ut dicebant, bullæ prædictæ faciebant; Obſervantes, veró, ut ſciant, ſub qua forma vivant, cum bullæ Eugenij in aliquibus per bullas Calixti modificatæ, & alteratæ eſſent; bullæ veró Calixti non haberent Obſervantiam, poſtularunt, adeó ut hujuſmodi ſupplicationibus, & petitionibus pro noſtro Paſtoralis officij debito duxerimus opportunè pró viribus providendum. Eâ igitur re aliquando cum nonnullis S. R. E. Cardinalibus communicatâ, Venerabili Beſſarioni Epiſcopo Tuſculanenſi, nec non Ordinis ipſius Protectori, & dilectis filiis noſtris Gullielmo tit. S. Martini in Montibus Rhotomagenſi, ac Alano tit. S. Praxedis Avenionenſi, nec non Nicolao tit. S. Petri ad Vincula Præsbiteris Cardinalibus, & Angelo Reatino, & Ioanni Barcinonenſi Epiſcopis commiſimus, & dedimus in mandatis, vt partibus diligenter auditis, ac utriſque rationibus, juribus, & allegationibus, intellectis, nobis referre curarent; à quibus omnibus relatione aliquando nobis attentiſimè audientibus facta, & partibus deindè vocatis à nobis, præſentibuſque Commiſſariis antedictis diligenter auditis, & examinatis, vidimus, atque intelleximus, res ipſas veſtri Ordinis ejus fore conditionis, & naturæ, ut neque brevi tempore, neque levi, facilique tractatu ſatis dirigi, & componi valeant. Et Nos magnis nuper, omniumque maximis occupationibus detineri cæpimus, quæ noſtram, & noſtrorum omnium operam expoſcunt, itaut cum omnibus Chriſtiani Orbis Imperatore, Regibus, & Prælatis, Principibus, & Populis conveniendum ſit, ut rem Chriſtianam à Turcarum, aliorumque Barbarorum invaſionibus periclitantem, adjuvante exercituum Domino, protegamus. Quare veſtram utriuſque partis devotionem in Domino exhortamur, ut veſtræ Religionis decus, & fundamentum humilitatem amplectentes, Salvatoris noſtri exemplo, qui ſeipſum exinanivit pro nobis, mutuam ſervantes charitatem alteri alteros ſupportetis, ac obſequio in vera humilitate præveniatis. Et nihilominus Nos de S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu antedictorum, & Epiſcoporum volumus, decernimus, declaramus, præcipimus, & mandamus ſub pænis in litteris Eugenij IV. contentis, quas contravenientes ipſo facto incurrant, vobis utriuſque partis Fratribus Ordinis B. Franciſci, & à vobis quomodolibet dependentibus, inter vos viciſſim facere, & ſervare quoad omnes clauſulas earumdem, quæ in prædictis Eugenij IV. litteris continentur, quouſque per Nos dante Domino, aut per Sedem Apoſtolicam vocatis utriſque, qui ſunt vocandi, univerſali totius Ordinis bono aliter providebitur. Ad pacem veró, & quietem inter vos intereà conſervandam, volumus, & inhibemus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna, quam contravenientes ipſo facto incurrant, nè pars una alterius Loca, Conventus, vel Monialium Monaſteria quovis quæſito colere invadere, aut capere audeat, vel aliter perturbare, nec eos, qui hucuſque ex Obſervantibus ad Conventuales, vel è converſó diſceſſerunt, aliquo modo moleſtare, vel inquietare. Inſuper quia Provincia Auſtriæ in pluribus Provinciis diffuſa eſt; ab illo Miniſtro declaramus Vicarium illius Provinciæ confirmandum, in cujus Provincia Congregationem Provincialem per eumdem Vicarium contigerit celebrari. Non obſtantibus; &c. nulli ergo &c. Datum Romæ 1458. 5. Idus octobris Pontificatus anno primo. Harum virtute litterarum obſervantes in ſua hujuſmodi à Conventualibus ſeparatione permanſerunt, uſque ad omnimodam Ordinis diviſionem à Leone X. ſtabilitam, quam dabimus in ſequentibus.

## CAPVT VIII.

### *Difficultates, & oppoſitiones contra Obſervantiam Regularem.*

QVamdiù, nec numero, nec authoritate proficiebant Obſervantes, benè habiti ſunt à Conventualibus; Sacerdotum enim penuriâ adeó laborabant, ut Conventibus Podij-buſconis Græcij Vvad. t. 5. 1415. n. 14.

Grecij, atque Fontis Columbæ ſingulos aſſignare non poſſent: doctos nullos habebant, donec Bernardinus Senenſis, Albertus de Sarthiano, Ioannes de Capiſtrano in eam intrantes, Religionis cultum, normamque regiminis cum ſtudio litterarum invexerint; nec non ampliſſimè intra, & extra Italiæ confinia eam dilatare, atque Heroibus perpluribus tùm doctrinâ, tùm ſanctitate conſpicuis nobilitare potuerint. Vt ergo illos viderunt numero, & famâ notabiliter excreſcere, atque ſub propriis Provinciarum Vicariis ab Ordinis communitate paulatim ſeparari, Conventuales ipſi, à quibus primò fovebantur, contra illorum glorioſos profectus univerſaliter machinari cœperunt.

Cronol. Seraph. fol. 91. Majori autem impetu anno 1429. tamquàm de hęreſi ſuſpectos coram Martino Pontifice in criminibus multis illos accuſarunt: undè Romam convenientes 150. Patres ex ipſis præcipui, dum ad S. Franciſci Transtyberim, non ſine mœrore, Pontificis decretum præſtolantur, quò ſolidiùs, & clariùs ad objectiones adverſantium reſponderi poſſet; B. Ioannem de Capiſtrano, ſcientiâ præclarum, omnique perfectione conſpicuum elegerunt, ut omnium nomine loqueretur. Vnâ ergo dierum, cum omnes ad cauſam coram tribus Cardinalibus ad hæc à Pontifice deſtinatis circumſtarent; conſurgens in medio quidam è Patribus Conventualibus Epiſcopus per horas tres, turpia, & horrenda contra pauperculam familiam longa arte meditata eructavit. Hæc omnia cum Capiſtranenſis tenaciſſimâ memoriâ perſtrinxiſſet, & genuflectentibus ſecum cæteris humili prece, maximaque cum difficultate dicendi facultatem impetraſſet, ad ſingula Epiſcopi argumenta, concluſiones, & Sententias (Cæleſti adſpirãte Spiritu) eâ claritate, eo verborum, & rationum pondere reſpondit, ut non ſine grandi admiratione illa omnia contra Obſervantes adducta, falſa eſſe, nemo evidentiſſimè non cognoverit. Cardinales autem, omnibus indicto ſilentio, paceque inter utramque partem efficaci ſermone propoſita, Obſervantes, ut veros S. Franciſci filios exultantes in Domino ad propria dimiſerunt, Deo præſervatori humiles gratias acturos.

Ibid. Pontifex ergò de pauperculæ hujus Familiæ integritate, atque perfectione certior factus, Clauſtrales autem ſemper magis in relaxationem tędere certò cognoſcens, ut altercationes inter utramque partem efficaciùs abſcinderet, de reformando Ordine univerſo cogitavit: Quod arduum negotium à plurimis, tùm de Ordinis Communitate, tùm de Familia Fratribus rogatus, præſertim verò à Capiſtranenſi, reformationis, & unionis cupidiſſimo, cùm in ſacro Cardinalium conſeſſu propoſuiſſet, Cardinales omnes una voce commendantes, omninò fiendum eſſe conclamarunt. Martinus itaque Papa, qui generale Ordinis Capitulum jam primò in Civitate Leodienſi indictum, Romam transferri per Apoſtolicum diploma præceperat, re meliùs perpenſa juſſit, ut Aſſiſii celebraretur; ad quod tùm de familia, tùm de Communitate Vocales omnes, etiam Galli, non obſtante Conſtantienſis Concilii decreto convenire deberent, miſſo ad Antonium de Maſſa Miniſtrum Generalem, & ad omnes Provincias hoc diplomate. Vvad. t. 5. 1429. n. 8. Et 1430. n. 1.

## MARTINVS PAPA V.

*Dilectis Filiis Antonio de Maſſa in Theologia Magiſtro, Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, ac Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus, & univerſis Fratribus ejuſdem Ordinis ad generale Capitulum congregandis.* Vvad. t. 5. 1430. n. 2.

Romani Pontificis providentia circumſpecta loca, & tẽpora ad actus neceſſarios, ad quos perſonæ Eccleſiaſticæ, & religioſę convenire debeãt, conſtituta plerumque commutat, prout rerum, & temporum qualitate penſata, conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem cum Generale Capitulum Fratrum Minorum in Civitate Leodienſ. ex inſtitutione, & ordinatione noſtra celebrari deberet; Nos qui Ordinem ipſum, inter cæteros Religioſos Ordines, ob ſingularem devotionis ardorem, quem arga B. Franciſcum gerimus, paterna charitate proſequimur, ac deſideramus, ut Fratres in eodem Ordine degentes juxta ejuſdem Ordinis inſtituta religioſè vivant, & Deo puris mentibus famulentur, ut juxta deſiderium Cordis noſtri debita in dicto Ordine reformatio fieret,

quæ Deo accepta, & nobis grata, & ipſi Ordini conveniens exiſtat, & Chriſtiano populo fructuoſa; dictum Generale Capitulum ad locum Romanæ Curiæ, pro anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo, in feſto Pentecoſtes celebrandum, de Conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium authoritate Apoſtolica, duximus transferendum, prout in litteris noſtris ſuper inde confectis, ſerioſiùs continetur: quod cùm commodè fieri nequeat, nos propterea certis ex cauſis rationabilibus animum noſtrum moventibus, prædictum Capitulum de eorundem Fratrum conſilio ad Civitatem noſtram Aſſiſij, eadem authoritate transferimus per præſentes, terminum celebrationis hujuſmodi à feſto Pentecoſtes ad feſtum Trinitatis ſanctæ proximè futurum, conſilio, & authoritate ſimilibus prorogãtes, ac mandantes in virtute S. Obedientię, & ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum tibi Generali, ac omnibus, & ſingulis Officialibus, & cæteris aliis, qui ad præfatum generale Capitulum acceſſuri ſunt: nec non Magiſtris, Fratribus, & Electoribus de ſingulis Provinciis per Miniſtros eligendis, inſuper Vicariis, ſeu Præſidentibus certorum Conventuum Fratrum de *Obſervantia* nuncupatorum dicti veſtri Ordinis, videlicet de S. Audomaro Morinen. de Sagio Sagien. de Varen. Rhemen. de la Valle Cenomanen. de Cliſſio Nannenten. & Ambaſia Turonen. de Berchorio, & Choletto, & Fontiniacho Comitis Maleacen. Diœceſis infra Provincias Franciæ, & Turoniæ, iuxtà modum dicti Ordinis exiſtentium, unà cum aliis Fratribus Diſcretis nomine dictorum Cõventuũ, ad dictũ Capitulum generale transmittendis, quatenus ad præfatam Civitatem Aſſiſii, in feſto Trinitatis prædicto pro celebratione huiuſmodi Capituli conveniaris, & ibidem quæ ad Dei laudem, & Religionis honorem pertinebunt, efficere ſtudeatis, conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis dicti Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, nec non indultis, & conceſſionibus per ſacrum generale Conſtantien. Concilium præfatis Fratribus, & Conventibus conceſſis, & prioribus litteris noſtris, cæteriſque contrariis non obſtantibus qubuſcumque. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos 3. Kal. maij anno 13.

Poſt hæc, ut omnia majori pondere, & authoritate tranſigerentur, de Conſilio Cardinalium Præſidem dedit Capituli Ioannem Cervantes Hiſpanum tit. S. Petri ad Vincula Cardinalem, Virum prudentem, & doctum, qui disjunctos conjungeret, & diſſidentes animos reconciliaret, eaque omnia prudenter ſtatueret, quæ unioni Ordinis, & bono regimini judicaret expedire, expeditis ad ipſum litteris Apoſtolicis. Ibid. n.3.

*Dilecto Filio Ioanni tituli S. Petri ad Vincula Presbitero Cardinali, &c.*

CVm generale Capitulum Fratrum Minorum &c. Nos enim tibi dirigendi, diſponendi, ſtatuendi, præcipiendi, mandandi, & quoſcumque tranſgreſſores, mulctandi, puniendi, corrigendi, privandi, abſolvendi, ponendi, deponendi, approbandi, reprobandi, procedendi, judicandi, & exequendi; Voces quoque Miniſtrorum, & Cuſtodum, cæterorumque dicti Ordinis officialium abſentium, aut aliàs commodè intereſſe non valentium ſupplendi, ac dictum Ordinem reformandi, tàm in Capite, quàm in Membris, contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, omniaque alia, & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis, vel quolibet præmiſſorum neceſſaria, ſeu quoquomodo opportuna tibi videantur, authoritate Apoſtolica plenam, & liberam per præſentes concedimus facultatem. Mandantes in Virtute S. Obedientiæ, & ſub pœnis excommunicationis, ſuſpenſionis, & privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, cæteriſque Officialibus, & Fratribus in dicto Capitulo congregatis, quatenus tibi in omnibus pareant, & intendant. Nos enim ſententias, ſive pœnas quaſcumque inflixeris, ſeu intuleris in rebelles, ratas habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter ſervari. Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis dicti Ordinis confirmatione Apoſtolica, vel quacumque &c. roboratis Ibid. n.4.

roboratis, nec non privilegiis, & indutis, ac conceſſionibus per ſacrum generale Concilium Conſtantienſe præfatis Fratribus conceſſis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ 8. Idus Iunij 1430. Pontificatus noſtri anno 13.

Ibid. n.5. Convenientibus igitur in unũ univerſis totius Religionis ſuffragatoribus, tàm ex Patribus Conventualibus, quàm ex Obſervantibus die 15. Iunij, in quem incidit feſtivitas Corporis Chriſti, inchoata ſunt Comitia, objectaque ſunt varia capita laxioris vitæ, remiſſi regiminis, & ſupinæ ſocordiæ Antonio de Maſſa Miniſtro Generali, quibus diligenter diſcuſſis, & ritè probatis, amotus eſt ab officio, cum honore tamen tranſlatus ad Patriæ ſuæ Epiſcopatum. Deinde omnium ſuffragiis electus eſt, qui multitudinem hanc magnam regeret, Fr. Gullielmus de Caſali: Vir erat doctus, facundus, & pius, victu Religioſus, inceſſu gravis, in regimine prudens, induſtriâ, & rerum experientiâ huic muneri idoneus, utì annis multis, quibus præfuit, opere comprobavit. His acceſſit quòd Obſervantium familiam valdè ſemper dilexerit, & frequenti beneficiorum obſequio ſibi devinxerit; undè factum, ut faciliùs Cardinalis Præſes inductus ſit ad tollendos univerſos Obſervantium Vicarios, illique lubentiùs ſe immediato Miniſtri Generalis regimini commiſerint, & Ordinis adhæſerint Communitati.

Ibid. n.6. Facta utriuſque partis unione, ut ſolidiùs cohærerent, actum eſt de abolendis corruptelis, & ſtatuendis legibus, quibus ritè, & æquè deinceps regerentur. Frequenti indicto conſeſſu, collatiſque ſuffragiis, maximè enituit virtus, & ſapientia Ioannis Capiſtranenſis in explicandis difficultatibus, & adhibendis remediis. Hunc ex omnibus unum elegit Cardinalis, qui eas conderet leges, quibus utrinque parendum eſſet, & mutuo unionis vinculo pax decreta firmaretur. Scripſit ille juxta temporis, & ſtatus indigentiam varias obſervationes in duodecim Regulæ partitiones, quibus ex ſuggeſto per ipſum Capiſtranenſem, præcipiente Legato, perlectis, ſummo applauſu, & tumultuariâ acclamatione omnes aſſenſerunt. Ne verò eſſet, quem facti pœniteret, ſingulos jurejurando adſtrinxit Cardinalis ad Conſtitutionum Obſervantiam, & Generalem Miniſtrum ampliùs induxit, ut Sacramentum diceret, ſe à pactis Sacroſanctè ſtabilitis, nullo tempore abſolvi petiturum. Majori deindè robore omnia terminaturus, ſuo diplomate, & Sigillo decreta munivit, & per univerſas Provincias diſtribuit; Quæ quoniam hîc apud Vvadingum, & in Chronologia Saraphica, & apud alios plurimos habentur ex integro, hîc repetenda non cenſui, ſed in tertio tomo deſcribemus.

Non priùs diſſoluta Comitia, quàm maturiùs expenſis Conſtitutionibus, cæperit pænitere pleroſque ex Fratribus, & in ſuas partes alios convocare, qui demum interpellarunt Legatum, ut à præſtito Sacramento vellet abſolutos. Nè laquearet animas propoſiti minimè tenaces, jusjurandum relaxavit; Pro firmiori tamen decretorum executione ipſum Conditorem Capiſtranenſem ſocium adjunxit Generali Miniſtro, cujus impulſu, & conſilio ſecundùm hos Canones Ordo univerſus reformaretur. Ita terminato Capitulo, & dimiſſis Electoribus, Generalis Miniſter cum ſuo Collaterali Capiſtranenſi cæpit multa corrigere, diſcurſus inutiles, & vagationes imminuere, proprietatem eradicare, prætioſa alienare, ſuperflua reſecare, curioſas veſtes, & capitia abſcindere, aliaquè hujuſmodi reſtituendæ Religioni munia præſtare. At citò deferbuit in Miniſtro zelus, & fervor; perfunctoriè agebat, quæ ſimulare non poterat, modò Conventualibus, modò aliis obſecundans, palàm præferens Reformationis conatum, clam prætermittens neceſſaria. Ibid. n.13. & 14. Diligebat porrò ſtrictioris vitæ ſectatores, ſed laxiores contriſtare nolebat, undè novi ſchiſmatis origo, perſeverantibus veteris diſcordiæ ſeminariis. Commovit ampliùs Obſervantes, quòd ex decretis aliqua irritari, alia mitigari, ſeque à pręſtiti juramenti nexu ſolui Gullielmus curaverit, atque ultra hæc, diploma impetraverit, quo Pontifex indulſit, ut Fratres recipere, & poſſidere poſſent bona mobilia, & immobilia, legata quæcunque ultimis tabulis conſcripta admittere, fructus, redditus, proventus per procuratores petere, & exigere.

Ægrè tulerunt hæc, qui puritatem Regulæ immaculatam volebant, neque à querelis

querelis deſtiterunt, donec ſub Eugenio Pontifice anno 1431 indicto peculiari pro ſolis Obſervantibus Capitulo in Vrbe Bononienſi, & Patrum Concilij Baſileenſis, adhuc legitimi indulto, novam ſibi poſuerunt regiminis formam,& paulatim à Patribus Conventualibus receſſerunt.

Ibid.n.34. Sæculares etiam creditum eſt ab æmulis concitatos fuiſſe, ut Obſervantibus moleſtias omni ex parte inferrent, inter quos Pogius Brandolinus Florentinus (edita infami ſcriptura) pernicioſâ, quâ pollebat, eloquentiâ Obſervantes in univerſum, non mediocriter apud ſæculum deturpare conatus eſt, eos ſimulatores ſanctitatis appellans, ſatores errorum, ſceleribus implicatos, perverſè agentes, abſque virtute, ſcientia, impudentes, inſolentes, animo impotentes, ſuperbos, qui nulli ſubeſſe velint, & pacem ſpernentes, magis præeſſe percupiant. Quem B. Albertus Sarthianenſis Attica, & Romana eruditione clarus edita gravi, ſed modeſtiſſima Apologia verbatim confutavit &, ſuorum honorem, jam ex operibus apud ſæculares præclarum,ſuo ſcripto clariorem reddidit.

Ibid.1433. n.11. In Capitulo Bononienſi anno 1433. toto conatu laboraverunt Conventuales, ut obſervantiam Regularem ſibi per omnia ſubijcerent, juxta decreta Capituli Aſſiſiatis authoritate Apoſtolica confirmata, neque aliàs revocata, quæ tamen ad beneplacitum ſuum interpretabantur. Graviùs hæc urgebant contra Obſervantes Provinciæ Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ, tamquam diviſionis authores, & Conſtitutionum ſub Martino editarum (quæ propterea Martinianæ dictæ ſunt) contemptores. Similiter contra Fratres Hungariæ,& Boſnæ, & demum contra Hiſpanos, qui Gallis adhæſerunt, proceſſum eſt per graves interminationes, ut Provinciarum Miniſtris ſe in omnibus ſubijcerent. Sed Galli Carolum Regem, multoſque Proceres, & Hungari Sygiſmundum Imperatorem, Hiſpani Ioannem Regem,& Reginam Mariam habuerunt fautores, quorum ope, & favoribus,annis ſequentibus obtinuerunt illud qualecumque Concilij Baſileenſis decretum, & alia Eugeniana, quibus confirmatum eſt decretum Concilij Conſtantienſis, & priſtinum ſuum regimen reſtitutum eſt Obſervantibus. Dùm verò de æquitate, & juſtitia decreti Conſtantienſis altercaretur, doctum eddidit tractatum in favorem Obſervantium Fr. Ioannes Brixius, quondam Miniſter Provinciæ Franciæ,Doctor Pariſienſis.

Iam tamen, ut ſibi conſulerent Obſervantes Eugenium IV. medio Capiſtranenſi ſupplicaverant, quatenùs Sua Sanctitas concedere dignaretur, ut paupercula familia Obſervantiæ in gubernatione, & regimine ſub obedientia Vicariorum,ſicut anteCapitulũ generaliſſimum fuerat, permaneret; poſtquàm priores Conventuales ab Obſervantia ſtatutorum ſe abſolvi procuraverant.Qui Pontifex nedum poſtulata benignè conceſſit, verùm etiam ſtatuit, quòd in futuro feſto Pentecoſtes Fratres familiæ in unum convenirent, & Generale Capitulum celebratum fuit in loco S. Pauli apud Bononiã,& hoc fuit primum Generale Capitulum per familiam Obſervantium celebratum. De quo Capitulo adſtant in loco Capiſtrani duo Brevia à Romano Pontifice ad Patres ipſius familiæ in Capitulo congregatos tranſmiſſa. Chronol. Seraph.in Cap.gli.39 fol. 98.

Indulſit deindè, ut etiam Vicarium Generalem, tàm in Vltra-montanis, quàm in Cis-montanis per ſeipſos eligendum haberent, ut à Conventualibus præterquàm in recognitione ſupremi Capitis non dependerent: primò enim Gullielmo Generali coram præcepit, ut S. Bernardinum cum plenitudine poteſtatis ſuum Vicarium Generalem ſuper Obſervantes inſtitueret, quod ille fecit datis litteris Senis 22. Iulij 1438. & Papa confirmavit datâ bullâ. *Fratrum Ordinis Minorum* &c. Dat. Ferrariæ die 1. Septembris 1438.Deindè anno 1443. Antonio de Ruſconibus itidem Miniſtro Generali præcepit,ut Capiſtranenſem in Cis-montanis,Ioannem Mauberti in Vltra-montanis Vicarios Generales cum plenitudine poteſtatis inſtitueret, & nè ulteriùs ad Miniſtri Generalis activam electionem concurrerent,abſolvit: Et tandem anno 1446. editâ bullâ, Vicariorum ſuorum Generalium (ſicut, & Provincilium) electionem ipſis Obſervantibus liberam per omnia conceſſit; quo pacto eos à Conventualium juriſdictione totaliter eximit, præterquàm quòd

quòd Miniſtrum Generalem totius Ordinis ſupremum Caput recognoſcerent, qui Vicarios Generales (ad tollenda, *inquit*, ſcandala) in triduo confirmare teneatur, in cujus bullæ executionē anno 1446. in Ara-cælitano Capitulo primo electus fuit Vicarius Generalis Fr. Iacobus de Primadiciis, vir ſanguine, doctrinâ, ſanctitate, & Pontificiis legationibus aliè conſpicuus: quæ omnia in capite præcedenti fuſiùs enarravimus.

Vvad.t.5. 1449.n.20. & ſeq. Contra hanc Eugenij conſtitutionem, & Obſervantium maximam exemptionem toto cantu adlaborarunt ſemper Conventuales; atque præter cætera, quæ Eugenio vivente attentare neqiverant, illud fuit non minimum, quod ſub Nicolao V. ut ſimplices Fratres concuterent, atque ad ſui ſubiectionem attraherent, paſſim diſſeminabant, ſecuros non eſſe in conſcientia, immò ſemper in ſtatu peccati mortalis Obſevantes, quamdiù Miniſtro Generali, cæteriſque Miniſtris in Regula præſcriptis non obedirent: reverâ tamen nec Eugenius in obedientia Primicerij à S. Franciſco præſcripta unquam diſpenſavit, ſed ab eo derivari voluit, authoritatem in rigidiorem perfectioris obedientiæ exactorem: plenam Miniſtro Generali reliquit in univerſum Ordinem poteſtatem, ſed in hac familia, vel per ſe, vel per idoneos Vicarios exercendam. Et tamen Antonius de Ruſconibus Miniſter Generalis cum ſuis, & præſertim cum Roberto Licienſi ab Obſervantibus egreſſo indignum ſcrupulum ſuſcitans, quaſi de ſuprema Romani Pontificis ſuper omnes Regulas authoritate non conſtaret, pauperculos Fratres inquietare non deſiſtebat, ut eos omnimodè ſibi ſubijceret.

n.21. Valdè turbavit univerſam familiam horum Patrum, maximè Miniſtri Generalis adverſus conatus, juſſitque Vicarius Capiſtranus, ut optimo in tribulationibus remedio, huic periculo Fratres omnes caverent, Orationibus, ſcilicet, & jejuniis inſtantes, Deum deprecarentur, nè permitteret, noxia iſta proſperari conſilia. Præ omnibus ferventiſſimè oravit Franciſcus à Papia, ſivè Ticinenſis, vir ſanctiſſimus, cui apparuit Chriſtus, & merentem conſolatus dixit: *Vt quid propter iſta turbaris? cur tantopere commovèris? cujus eſt hoc opus? cujus familia? non nè mea? Ego proſperabo, & creſcere faciam in gentem magnam, quæ præ multudine numerari nō poterit. Quis ex tot diverſiſque nationibus Sodalitium hoc coagmentavit? quis adeò brevi tempore tot contradicentibus multiplicavit? Ego feci, ego ab inimicis defendam. Qui vos conturbant non facient impunè; ab hac vita reſilientes pænitebit, ſed perſeverantes benè habebimt; pro deſertoribus alios ſubſtituam, qui eorum Coronas ſuſcipiant.*

Oblata deindè myſterioſi artificij rota ad ſimilitudinem vaticinij Ezechielis, quæ mirâ velocitate, quocumque placebat, dirigebatur; & in ictu oculi univerſi Orbis partes pertingens, ad eos declinabat, quos mittens intendebat, & ſecundùm dirigentis beneplacitum eos immutabat, voluntatemque, quantumvis rebellem emolliebat. Verè Spiritus vitæ erat in Rota. Ad ejus volicitatem, flexilitatem, virtutem, & potentiam obſtupenti Franciſco, oraculo patefactum eſt myſterium; videlicèt rotâ illâ deſignari Dei gratiam, quæ ad univerſum hominum genus extenditur pro arbitrio conferentis, & ſinè morâ, prout Deo lubet pertinaciſſimas quaſque conterit voluntates. *Hoc*, inquit, *benigno, & miſericordi pro vobis, & contra veſtros inimicos utor inſtrumento; miſſâ hâc rotâ, infuſâ gratiâ perſequentium immuto mentes, perſeverantium confirmo voluntates, & quod vobis proſit, Rectoribus immitto conſilium. Attamen, ut in veſtrum auxilium, & pro vobis operetur, neceſſe eſt, ut, & vos levem, ſed fortem armaturam induatis duplicis humilitatis. Primò, ut contriti, & humiliati in conſpectu Dei, libenter ſubijciamini Præpoſitis veſtris, & omni humanæ creaturæ propter eum, & oretis, velit ſuo adeſſe auxilio, ut quod elegiſtis vitæ genus, poſſitis obſervare: ſecundò, nè deſpiciatis minus perfectos, neque propter eorum remiſſiorem, aut laxiorem vitam, vobis ipſis complaceatis, aut tamquam perfectioribus applaudatis; ſed in timore, & tremore multo, veſtram ſalutem operemini, & præſidium.* Finito divino colloqnio, ardenti, & ignita facie, è templo aſcendit Franciſcus exclamans; O ſancta humilitas! ô ſancta humilitas! quanta tua eſt virtus, & potentia! Revelationem hanc ab ipſo Franciſco Vicarius Generalis, qui orationem injunxerat, n. 23.

 accepit,

accepit; & præcipuis Ordinis Patribus retexit, ut ſcirent, qualiter ſe in hujuſmodi tribulationibus haberent, & quid ſubditis prudenter præſcriberent. Ipſe porrò ad Pontificem abiit, ut caveret, nè quid ei falsò ſuggereretur, aut ille Eugenij IV. conſtitutum labefactaret. Propitium invenit, & ergà Obſervantiam ſtabiliendam propenſiſſimum, cujus commodo, & fæliciori augmento judicavit apprimè idoneam ipſius Capiſtrani præfecturam. Repulit itaque adverſantium conatum, circa univerſalem revocationem bullæ Eugenianæ, nec quidquam in Italia obtinuerunt, licèt in partibus Vltra-montanis favore quorumdam Principum, unam, vel alteram Provinciam, præſertim Caſtellanam reſtitui ad priſtinum ſtatum, & Miniſtrorum obedientiam, domos Obſervantium, nominatim Civitatis Regiæ, paulo anteà reformatam impetrarint. Obſervantes autem contra bullæ narrationem, tot objecerunt exceptiones, ut ſubitò revocata fuerit, quod in ſecunda Hiſtoriæ parte fuſiùs apparebit.

Ibid.n.29. Robertus Licienſis inter Obſervantes profeſſus, Prædicator adeò celebris, ut Raphael Volaterranus lib. 21. Antropol. poſtquàm Bernardinum Senenſem, Ioannem Capiſtranum, Iacobum Picænum, aliosque præclaros Ordinis Concionatores laudaviſſet, in dicendo, & declamando Robertum omnibus prætulerit. Ipſe in Capitulo Aquilano ſub an- Vvad.t.6. 1452.n.35. no 1452. ambiebat inter Fratres Præſulatum, ſivè aliquid honoris in Comitiis conferendum. Renuerunt Superiores propter impetratum Breve Apoſtolicum, & facultatem, quò vellet, prædicationis titulo proficiſcendi, ſolique Miniſtro Generali obſequendi. Cæpit itaque Superiores Regularis Obſervantiæ deſpicere, in ipſum ſodalitium vehementer invehi, Patribus Conventualibus adhærere, in ſuam ſententiam traxit Ioannem Veranum de Volaterris, & Angelum de Rupe Maritima Provinciæ Etruſcæ, utrumque celebrem Concionatorem; Hic paulo poſt è Cœnobio Piſtorienſi Conventualium fęda, & diuturna gravatus infirmatate deportatus eſt ad Xenodocbium Cippi, ubi miſerè vitâ finivit. Ille Aquilam miſſus à Miniſtro Generali, ut in Quadragiſima prædicaret, fautores habuit Epiſcopum, & Comitem Montorij, ſed populum averſum, qui priùs avidè excipiebat ſub ſtrictiori vitę genere in Spiritu vehementi prædicantem. Quantùm itaquè ſtatus mutatio diſplicuerit, oſtenderunt univerſi: pauci hunc in æde S. Franciſci, fermè omnes in area S. Thomæ propè Eccleſiam S. Mariæ de Aſſerico, Dominicum à Goniſſa Picęnum reſtitutæ diſciplinæ profeſſorem, audiebant. Auxit hoc livorem, eo quo potuit ſtudio, contra Obſervantes ſimul cum Roberto pugnavit, eóque demum perventum, ut magna commotione fluctuarir hoc germen novellum. Per aliquot annos duravit tempeſtas, ſedavit tandem Calixtus III. Præcipui procellarum motores Robertus, & ſocij, quibus poſtea Iacobi à Mozanica, mox Miniſtri Generalis autoritas acceſſit.

Robertus ergò Licienſis jam prædictis de Cauſis ad Conventuales digreſſus, Idid.ann. 1453.n.18. atque ab ipſis ad concionandum Romã deſtinatus anno 1453. in ſecretis conſultationibus, in familiari ſermone, publicè, & palam, etiam ex ſuggeſtu huic Obſervantium ſtatui detrahebat, in eoque perſeverantes, niſi rejectâ bullâ Eugenianâ ad Miniſtrorum obedientiam redirent, malè dicebat perituros. Inſuper libellum incipientem; *Placet magnopere in Obſervantibus*, in hujus inſtituti perniciem emiſit (cui Vir doctus, & pius Nicolaus Auximanus religiosè, & ſolidè reſpondit. Tractatulus incipit. *Quidam minus ſcripuloſus, &c.*) Deindè ſuæ aſſertioni de perniculoſo, & damnabili ſtatu Obſervantium majorem fidem conciliari curavit per aliorum ſubſcriptiones, ſubjunxitque, aliquos ex ipſis Provinciarum Vicariis ita ſentire, & velle ad priſtinam Miniſtrorum obedientiam redire. Benevolos habuit, & propitios præ aliis Cardinales tres Dominicum Capranicam Romanum tit. S. Crucis in Ieruſalem Ordinis Protectorem, Petrum Barbum Venetum tit. S. Marci, & Ioannem Carvajalium Hiſpanum S. Angeli Diaconum. Horum operâ inſinuari, curavit iſta Nicolao V. Pontifici, maximè Vicariorum deſiderium. Ille vocatum ad ſe Vicarium Generalem Marcum Bononienſem interrogavit, an ita ſe res haberet? Reſpondit longè alienam eſſe ipſorum mentem, eamque meliùs explorari poſſe, ſi

in

in conſpectu vocarentur. Ita factum; ſed unanimi conſenſu illi indicto cætu decreverunt, à ſuo ſtatu non recedere, quem omnes ſanctum, omnes ſalutarem, ſed & Regulæ Obſervandæ omninò neceſſariumeſſe, condixerunt,ſuis Singraphis, & ſigillis, quæ originaria habentur in Archivio S. Iſidori de Vrbe, ut ait Vvadingus hîc, confirmarunt. Præter Ioannem Mongini de Sauxure Procuratorem familiæ Vltta-montanæ in Curia, miſerat Theodoricus Auriga Vicarius Generalis ex Gallia Nicolaum Pichonij, & Ioannem Treverenſem; ex Hiſpania Petrum de la Penna, Alphonſum de Mayorga, Bonaventuram de Mella utriuſque nationis compromiſſarios, qui idipſum ſimul cum Gabriele Veronenſi, Auſtriæ,& Bohemiæ Vicario ſub finem Iunij ſubſcripſerunt: omnes ſermone, & inſtituti defendendi zelo prævivit Petrus ab Anguillaria Provinciæ Romanæ Vicarius. Averſas partes cum Roberto maximè perurgebat Magiſter Iacobus de Mozanica Miniſter Mediolanenſis. Ibid. n. 19.

Optimum in hac tribulatione nacti ſunt Obſervantes amicum,& tutelarem, Petrum de Nuceto Lucenſem, Pontifici ſummè carum, & à ſecretis. Hic valde diligebat Fratrem Archangelum à Pontremulo Provinciæ Tuſciæ Vicarij Genaralis ſocium, fidum olim in ſæculo amicum. Per hunc ſecretò ad ſe frequenter declinantem admonebat Vicarium omnium, quæ gerebantur,& quæ agenda erant conſulebat. Quidam Fr. Philippus de Maſſa Laicus ſupradictæ Provinciæ, vir valdè verſatus in rebus Curiæ, & magnæ opinionis apud Aulicos propter ſuam ſapientiam, & rerum agendarum petitiam, impatienter de hac controverſia locutus, inſipienter quiddam dixit, quod Nicolaum quintum valdè commovit in Obſervantes. Conturbatum placavit Petrus, rogavitque, ut ſe quamprimùm de his Fratrum moleſtiis liberaret, decernendo,quod æquiùs videbatur, & inſtituto Obſervantiæ magis propitium.

Interim Fr Robertus, & qui cum eo Ibid. n. 20. ſentiebant, omnem poſuerunt operam, ut Cardinales, & qui adhibiti fuerant huius rei conſiliarij, in ſuam abirent ſententiam, parumque cùm proficeret, in tantum prorupit Robertus exceſſum, ut in ſolemni Concione habita in Campo-Floræ multorum millium cætui, ſui affectus vehementiam expreſſerit, rationibus duodecim perſuadere niſus, Obſervantes ſuæ Regulæ adverſari, impioque conatu Ordinis ſciſſionem moliri; Per domos etiam, & familias ſimilia ſeminabat, ita ut inter Ciues diſcordia, in eademque domo inter Parentes,& Conſanguineos, paſſim oriretur diſſenſio, pro ſuo affectu, ſtudio partium præoccupato.

Vt maturiùs ageret,& utramque familiam ſolidiùs componeret, convocavit Ibid. n. 21. Nicolaus Pontifex ex præcipuis Italiæ univerſitatibus Doctores 35. ex quibus 26. erant vtriuſq; juris periti, quibus examinandam, & diligenter diſcutiendam commiſit Bullam Eugenianam; deinde coegit graviſſimum cætum, cui præeſſe voluit Gullielmum de Eſtoutevilla Gallum, tunc Epiſcopum Andegavenſem, mox Archiepiſcopum Rothomagenſem, tit. S. Martini in Montibus Cardinalem S. R. E. Camerarium, & intereſſe alios tres Cardinales, Gullielmum Vgonis de ſtagno, etiam Gallum, Metenſem Antiſtitem, tit. S. Sabinæ, Dominicum Firmanum Ordinis Protectorem, & Ioannem Carvajalium Hiſpanum ſuprà commemoratos; quibus etiam adnumeravit aliquot Epiſcopos, & Curiæ Prælatos. Re maturè, & diligenter diſcuſſa convenerunt omnes coram Pontifice 3. Nonas Iulij, unanimemque dixerunt ſententiam, conſtitutum Eugenij nulla, ex parte claudicare, neque præſcriptæ à S. Franciſco vivendi normæ adverſari. Iudicium tantorum virorum probavit Pontifex Nicolaus V. admiſſoſque in Concilium Angelum Generalem Miniſtrum, Provinciales Franciæ, Mediolani, S. Antonij, Robertum Licienſem, alioſque ex ea parte deputatos; ex iſta verò Marcum Bononienſem Vicarium Generalem Ciſ-montanum Obſervantiæ, Antonium Bitontinum Apuliæ, Seraphinum Caetanum Terræ laboris, Matthæum de Regio Calabriæ, Ioannem de Prato Tuſciæ, Bapt. de Levanto Ianuæ,& Nicolaum Auximanum Marchiæ Vicarios; Ad pacem, & fraternam concordiam exhortatus monuit prolatæ, & ſtabilitæ ſententiæ, ſeque velle, ut Obſervantes in ſuo permanerent inſtituto; ſi qui tamen eſſent, quos arctioris vitæ pœniteret,

nitteret,liberè ad Conventuales abirent. Cùm verò Iacobus de Mozanica Miniſter Mediolanenſis reliquis animoſiùs ita inſinuaret: *Ex Regulæ præſcripto, Beatiſſime Pater, tenentur hi Fratres Miniſtris obedire, & in unum Corpus nobiſcum coire;* Placidè reſpondit Pontifex; *Abraham, & Loth, propter ſubſtantiæ multiplicationem, & pacem conſervandam, ab invicem diviſi ſunt: veſtra Religio in immenſum crevit, diverſique ſuccreverunt affectus; expedit, ut novellum hoc germen alio regimine gubernetur. Satis ſuperque vobis Miniſtris imminet cura; haud parum præſtabitis, ſi veſtro regimini commiſſos dignè gubernetis* Deinde præcepit Patribus Conventualibus, nè amplius contra Bullam Eugenianam,aut ſtatum Obſervātium loquerentur; Obſervantibus, nè ampliùs Conventualium Cœnobia ſibi conferri procurarent,aut oblata reciperent, neque volentibus ad Conventuales tranſitum denegarênt; & demum utriuſque partis profeſſoribus, nè unus adverſus alterum prædicaret; ſi qui aliter facerent, cenſuris innodari & carceribus immitti, vel à ſuis Superiobus, vel à locorum Ordinariis poſſe, & debere decrevit. Ita maturè,& prudenter rebus compoſitis, multi ad Conventuales abiere, percrebuitque rumor, his faviſſe Pontificem, ſtatumque Obſervantium infirmaſſe. Hinc nova Obſervantiæ fautorum commotio, piorumque Fratrum conſternatio, de ſuæ vitæ norma actum eſſe credentium. In tota hac turbarum ſerie, ab omnibus deſiderabatur Ioannes Capiſtranus, cujus authoritate facilè componi poſſet controverſia, & ſedari tempeſtas. Rogarunt plurimi per Epiſtolas, ut laboranti adeſſet familiæ, & afflictos ſuâ ſolaretur præſentiâ. Vir nobilis Ioannes Columna Romanus Obſervantium fautor datis litteris, ut veniret, obſecravit. Ibid.n.22.

*Reverendo Admodum Patri Ioanni à Capiſtrano &c.*

Ibid.n.23. NOn oblivione amoris eximij in te mei, neque conſuetudinis meæ in ſcribēdo intermiſſione, ſuperioribus tēporibus litteras ad te meas mittere neglexi; ſed quia nimiùm longè à me abes, & quòd tabellariorum certorum permagna hic ſit penuria. Iam verò quia nuncius certus iſthùc venit, cui non temerè committere litteras meas poſſum, ſtatui aliquid ad te ſcribere. Pater Ioannes, etſi ego non dubitem, ideò in mundo te eſſe natum, ut Authori tuo Deo uſui, gratiæ, gloriæque eſſes, nomenque ejus quovis terrarum ferres; tamen cum multa animo conſidero, reſque huius candidiſſimæ familiæ de Obſervantia mecum agito, quanto in diſcrimine, quanto in periculo ſitæ ſint malorum, impiorumque conſiliis, non mihi videtur apprimè ſatis eſſe, vel ſi Germaniam, ſi Scithiam, totumque ſeptentrionē ad Deum convertas, miracula multa facias, mortuos, ut hic fama eſt, ſuſcites, & hi Viri innocentiſſ. ſanctiſſ. atquè frugaliſſimi in procella quotidiè, turbineque verſentur. Quid enim mali humano generi, fideique Chriſtianæ putamus fore, ſi hæc permunda familia, Beatique Franciſci vera Religio poſt tanta vbique terrarum merita, & monumenta contracta labefactetur, diſpergatur, & ruat? Heù, Pater Optime, in te ſolo ſpes eſt, qui Deum, atq; homines flectis quò vis, qui colla ſuperborū, atque garrulantium ora proſternis. Veni, tuereque Oues tuas, nihil timeto; ſatis illic effeciſti: parum prodeſſent facta ipſa tua, ſi arbor illa, ex qua tot dulciſſimi fructus emanant, penitus eradicetur. Veni, inquam, vocatus ab omnibus bonis: per tuam fidem, per animam tuam te oro. Vale Romæ XXIII. Iulii.

*Filius in Chriſto Ioannes Columna Romanus.*

ILle verò piaculum reputans, res Germanicas, & Bohemorum ſalutem, quam maximè cupiebat, negligere, judicavit ſufficienter, huic Conſodalium periculo obviari, ſi Cęſaris, amicorumque præcibus apud Pontificem, nè Obſervantibus officeret, ageretur. Id obtinuit, & litteras Cæſaris, & Magnatum, ad Pontificem miſit anno 1455. ut mox dicemus. Ibid.n.24.

Sub huius tumultus initium Angelus Miniſter Generalis Comitia totius Ordinis habuit Peruſij die 20 Maij. Illic præcipuè actum eſt de reintegranda Religione, & tollenda ſciſſura, decretumque eſt, ut, quo fieri poſſit modo, ageretur de reuniendis Obſervantibus totius Ordinis Corpori per derogationem

nem Bullæ Eugenianæ. Peruſio Romam profecti præcipui Patres totum in hac re poſuerunt conatum. Sed cum pro voto non ſucceſſerit, & Angelus in Patriam rediret, in morbum incidit; quo gravatus, cum ægrè Peruſium advenisſet, pauloposſt deceſſit è vita die 20. Auguſti 1453.

Ibid. 1454. n. 21. & ſeq. Capiſtranus de his omnibus certior factus licèt graviſſimis circumſeptus curis, & graviſſimo omnium negotio totus intẽtus, pro vindicãda nẽpè à lachrymabili tyrannide Europa univerſa, cui jam victoriis inſoleſcens imminebat Maumethes, conſodales ſuos Regularis Obſervantiæ profeſſores in magno diſcrimine conſtitutos defendere non omiſit. Cum enim Nicolaus V. pro pacis ſtudio, ſublatis cẽſuris ab Eugenio latis in eos, qui ſpretis ſuis Obſervantiæ Superioribus ad Conventuales tranſirent, & in illos, qui tranſeuntes reciperent, aut retinerent, liberã transeundi feciſſet poteſtatẽ, paſſim, & ubique hujuſmodi recurſus fiebant, & diſcurſus. Siquidem cum errantes corripere tentarent Prælati, ut ſupplicium declinarent ſubditi, fugiebant ad Conventuales, à quibus benignè recepti benè habebant, atque, ut ampliùs allicerentur, laici ad Clericatum, Clerici ad Sacerdotium, Sacerdotes, etſi immeriti ad honores, & præfecturas aſſumebantur. Deindè multis ex his in Cænobijs aliquot collocatis, nouum quodd̃a vitæ reformatæ genus ſub omnimoda Superiorum Conventualium poteſtate componebant. Rurſum Obſervantibus hos in populo præferebant, quippe quos abſque aliqua Regulæ offenſione religiosè ſub Prælatis legitimis vivere divulgabant, illos verò Bullarum privilegiis à vera Superiorum obedientia deviare: Demum faciliùs, & liberiùs Conventuales ad Obſervantium domicilia, & conſortia accedebant, quorum aſſiduo commercio, & laxiori conſuetudine molliuſculè ſpiritus fervor tepeſcebat, & paupertatis rigor ſenſim decreſcebat.

Ibid. n. 23. His aliiſque inde exorientibus malis excitatus Capiſtranus omnia datis litteris ad Pontificem diſtinctè recenſuit, dignèque ponderavit, rogans, ut tantis obviaret incommodis, in integrum ſuo robori reſtitutis bullis Eugenianis. Mox ad Cardinalem Firmanum Ordinis Protectorum Obſervantibus palam adverſum, Conventualibus propitium, (qui etiam in publico conſeſſu contemptibiliter quoſdam Obſervantium Prælatos è ſuo abegit conſpectu, & authentico teſtimonio, peculiarique decreto omnibus notum voluit hunc liberum ad Conventuales recurſum) pro ſuo zelo aliquanto ardentiorem, & pro ea, qua apud omnes pollebat authoritate audentiorem dedit Epiſtolam, objectis his, quæ in Religioſum commiſſit inſtitutum. Alias eddidit ad Latinum Cardinalem Vrſinnm verè Obſervantium Protectorem, & Defenſorem, miſſo exemplari multorum privilegiorum nimis laxorum, quæ Miniſter Generalis conceſſerat Philippo de Maſſa, aliiſque Obſervantium Prædicatoribus; atque ad Petrum de Noxeto Põtifici à ſecretis ob priſtina beneficia, gratias agens, novumque in præſenti tribulatione auxilium implorans. Poſtremò omnium Provinciarum Vicariis ſeriò, & & diffuſè ſcripſit, ut tanto ſtatus diſcrimini occurrerent, Principes auxiliatores adhiberent, & modis omnibus ſerpentem ignem extinguerent. Ipſe Imperatorem, aliosque in Germania ad ferendam opem excitavit. Ibid. n. 24.

Ampliùs commovit Capiſtranum, ut iſta perurgeret, nimis ampla facultas à Pontifice conceſſa Roberto Licienſi jam cum Marco Vicario Generali inter Obſervantes reconciliato. Certè licèt inſignis, & graviſſimus fuerit Prædicator, tamen adoleſcenti, & ſtrictioris inſtituti ſectatori nimis viſus eſt Pontifex induliſſe. Datis litteris, *Sacra Religionis, &c.* 1454. 3. *Kal. Iunij Pontificatus anno* 8. in quibus ei concedit, ut cum Miniſtri Generalis obedientia ad quæcumque loca, Conventus, & domos dicti Ordinis, etiam Regularis obſervantiæ cum quatuor, vel quinque Fratribus liberè proficiſci valeat, quos ex prædicto Ordine, & Obſervantia ad ſuum beneplacitum eligere, & dimittere poſſit, & in Conventibus prædictis cum ſociis ipſis, ad libitum commorari, quos etiam Relgioſi omnes ſincerã charitate tractare debeant, adhoc ut ubique terrarum, etiam in Platæis Verbum Dei liberè prædicare valeat; appoſita contra impedientes, vel contrafacientes graviſſima excommunicatione, Pontifici pro tempore reſervata; quæ omnia, & alia Ibid. n. 30.

hujuſmodi peſſimè apud Obſervantes audiebantur, utpotè graviſſimæ ſemina relaxationis.

Interim Iacobus Boſalinus de Mozanica Vicarius Generalis totius Ordinis per obitum Miniſtri à Pontifice creatus, coactis Bononiæ Comitiis Generalibus anno 1454. electus eſt in Miniſtrũ Generalẽ. Vir erat doctus, rebus magnis aggrediẽdis, & peragẽdis aptiſſimus. Toto ſui regiminis tẽpore ſummopere contendit, in unum corpus univerſos Franciſcanos reducere, & ſuæ poteſtati Obſervantes ſubjicere. Nihil pro hac re aſſequenda intactum reliquit, ubiquè, vel in itinere, vel in quiete apud Obſervantes declinans, ſivè uniendæ Religionis deſiderio, ſivè ampliandæ poteſtatis affectu. Statim ut electus eſt, Ioannem Capiſtranum commiſſi ſibi muneris admonuit, atque, ut ille ſuæ familiæ Fratres hortaretur ad obediendum ſibi in omnibus, multis rationibus ſuadere contendit, eam potiſſimam ſubjungens, non ſibi Fratri Iacobo, ſed S. Franciſco Ordinis Inſtitutori omnem hanc obedientiam exhiberi.

Capiſtranus autem Obſervantium ſuorum indemnitati, & Eugenianæ bullæ integræ manutentioni, atque ut liberum Obſervantium ad Conventuales tranſitum à Nicolao V. conceſſum, revocandum ſtuderet, Epiſtolas ab Imperatore, ad prædictum Nicolaum, & ad Cardinales Frmanum, atque Carvajalium interventu ſui amici Silvij Epiſcopi Senenſis obtentas in principio anni 1455. deſtinavit ad Vrbem: harum aliquot exemplaria hìc apponenda duxi.

### *Epiſtola Æneæ Silvij ad Joannem de Capiſtrano.*

Ibid. 1455. n. 37. Reverende &c. Nicolaus Capellanus meus litteras vobis reſtituet, quas Cæſar Rom. Pontifici, ac duobus Cardinalibus, & Magiſtro Henrico Senfleben Procuratori ſuo in Romana Curia, ſcribit. Ego quoque eiſdem Cardinalibus litteras dedi, quemadmodum Fr. Philippus expoſtulavit, quarum exemplaria ſimul recipietis, intelligetiſque, & quomodo ab Imperatore, & quomodo à me ipſo ſcriptum ſit. Veſtrum erit, quantocius ad Romanam Curiam dirigere, ac curare per veſtros, ut Magiſtro Henrico conſignentur, qui ea Apoſtolicæ Sedi offerat, ac reſponſum exigat. Si qua deinceps, vel pro dignatione veſtra, vel pro Fratribus veſtris curare me volueritis, quoad facultas, fuerit, non deerit voluntas. Ex Nova Civitate die 12 Ianuarij 1455.

*Veſter Æneas Epiſcopus Senenſis.*

### *Alia Epiſtola Æneæ Silvij ad Summum Pontificem.*

Beatiſſime Pater Domine noſter Reverendiſſime. Quàm laudabilis ſit, quantumque fructum attulerit Chriſtianæ religioni novella plantatio Fratrum Minorum, qui de Obſervantia S. Franciſci nominatur, nec B. V. latet, nec Veſtri anteceſſores ignoraverunt. Ibid. n. 38. Namque cum graviſſima eſſent in conſpectu ſanctæ Sedis Apoſtolicę hujus plãtationis opera, congruũ, ac neceſſarium exiſtimaverunt Veſtri prædeceſſores, hanc fructiferam, & Deo acceptam Vineam vallo, ac foſſa munire, circumdare ſepibus, & omni præſidio tueri, nè poſſet illam aper de ſylva exterminare. Fuerunt attentiſſimi ſuper hunc gregem Romani Præſules, modiſque omnibus cavere ſtuduerunt, nè veras Franciſci caulas lupi rapaces ingrederentur, aut indè oves abducerent. Dederunt igitur huic plantationi multa privilegia, præbuerunt litteras Apoſtolicas miræ protectionis, & digni favoris plenas. Cumque magna multitudo Fratrum ejuſdem Ordinis, non tamen ejuſdem vitæ, qui Conventuales appellantur ab inſtitutis, ac vera Regula B. Franc. Fundatoris, non modicè declinaſſent, vellent tamen totum Ordinem regere, ac ex ſe ipſis Miniſtrum eligere, qui religionem univerſam ſuo nutu regeret; provida Veſtrorum Anteceſſorum Ordinatione cautum fuit, iis, qui de Obſervantia dicerentur, quique verum iter ſui Magiſtri ſequerẽtur, Fratribus Generalem Vicarium concedi, qui hujus devotæ familiæ curam gereret, neque Conventualium Fratrum imperio quovis modo poſſet impediri. Placuit etiam anteceſſori Veſtro Sanctæ memoriæ Eugenio IV decretum interponere, nè quis ex Obſervantibus Fratribus ad Conventuales migrare poſſet, anathemate in eos promulgato, qui hoc attentare præſumerent. Fuit igitur hæc novella plantatio in hæc uſque tempora

pora pacifica, nullo ſeditionum turbine agitata, famulata eſt Deo in charitate non ficta. Extendit palmites ſuos in univerſam terram, manipulos in aream Domini multiplices attulit: multùm hæc ſancta familia ſub Divo Bernardino Senenſi, quem V.B. cæleſtibus Sanctorum adſcripſit Ordinibus, ampliata eſt; multùm etiam ſub venerabili, ac mundiſſimæ vitæ Patre, & optimo Prædicatore Fr. Ioanne de Capiſtrano crevit, atque profecit; omittimus, quæ in Italia, queve cæteris in Regionibus per Fratres hujus plantationis geruntur; quos ubique viam Dei in veritate docere non ambigimus. In hac certè Germania noſtra Fr. Ioãnes ipſe, & qui eum ſequuntur, plus utilitatis attulerunt, quàm noſtris poſſit litteris exponi; etenim cum prædicet hic vir Dei aſſiduè, cum vitia fulminet, virtutes extollat, mortaleſque omnes ad pænitentiam evocet, neque quicquam ſit, quod in ejus, aut ſermonibus, aut actibus reprehẽdi poſſit, ſintque omnia ejus opera digna laude, non facilè dixerimus, in quanto tum populorum, tum Principium favore, ac devotione noſtræ nationis hæc familia teneatur; cujus in dies augeri ſuppoſita, & opera pietatis creſcere animadvertimus. Sed accepimus noviſſime S. V. ex inſtigatione Conventualium dicti Ordinis, Eugenij antedicti decretum, ſive bullam, ac ejus effectum ſuſpendiſſe, & alia nonnulla privilegia eidem Generali conceſſiſſe, quæ Fratres Obſervantes ad obedientiam Conventualium reducere, ac trahere videntur. Credimus equidem S. V. quæcumque agit, ad utilitatem Reipublicæ Chriſtianæ convertere, neque ſine magno conſilio, ac matura deliberatione ſuæ mentis conceptum efferre; hoc tamen inſtantibus dictis Conventualibus per S. V. ſuper Eugenij decreto factum dicitur. Graviſſimum, & inſupportabile, ut intelligimus, Fratribus de Obſervantia videtur, familiamque illam omnino peſſundat, nec poſſibile creditur, eam durare poſſe, niſi V. S. conſilium mutet, & quæ Veſtrorum anteceſſorum provida meditatione ſtatuta ſunt, iis curſum eſſe decernat, cõfoveatque ſuos filios, & Apoſtolico munimine tueatur. Cogitantes igitur, indidignum eſſe, eós qui pro Regula ſuſcepta, ac jurata vitam ducunt, neque à dextris, neque à ſiniſtris declinant, iis ſubiici, & obedire compelli, qui longè à limitibus vitæ, quam profeſſi ſunt, abierunt. Affecti quoque huic novellæ, ac ſalutiferæ plantationi, cujus profectum, & augmentum magnopere cupimus, ejus autem ruinam veluti Chriſtiano populo damnoſiſſimam formidamus, S. V. obnixè exoratam, eique ſincero, & ardentiſſimo ſupplicamus affectu, quatenus Eugenij decretum in ſuum priſtinum valorem reducentes, ac privilegia, & indulta quæcumque Fratrum de *Obſervantia* vocatorum confirmantes, indemnitati, ac ſtabilitati Regulæ ipſorum, ac familiæ providere, & opportunè conſulere dignemini. Id erit nobis pro ſingulari, & ampliſſimo munere, & apud omnes peræquè gentes V. S. commendabitur, qui frugiferam, & acceptam Deo familiam in protectionem, & tutelam acceperit. Datum, ut ſupra &c.

### *Epiſtola Cæſaris ad Cardinalem Firmanum.*

Reverendiſſime Pater, & amice noſter chariſſime. Scribimus S.D.N. Papæ ſuper quodam negotio concernente Fratres S. Franciſci, qui de Obſervantia nuncupantur; intelleximus enim quamdam bullam fæl. rec. Eugenij Papæ IV. in favorem dictorum Fratrum conceſſam, noviſſimè per Sedem Apoſtolicam, ſive revocatam, ſive ſuſpenſam eſſe. Quæ res præfatis Fratribus multum nócumenti affert, ac familiam eorum pénitùs diſſipare videtur. Cum autem V. P. R. ſicut accepimus, totius Ordinis Fratrum Minorum Protectrix exiſtat, ad eamque potiſſimè pertineat, de fælici ſtatu, & utili progreſſu ejus cogitare, ſtatuimus, & veſtræ dignationi circa idem ſcribere: Rogamus igitur, & attentè petimus, quatenùs apud S. D. N. ſcripta noſtra promovere, & familiam hanc de Oſervantia incolumem velitis; quando nihil eſt, quod ex ejus operibus niſi fructiferum exeat, & Chriſtiano populo ſalubre. In eo autem faciet nobis R. V. P. ſingulariſſimam complacentiam, & Deo rem gratiſſimam, & Chriſtianæ plebi utilem, & acceptam. Datum ut ſupra &c. Ibid. n. 39.

*Epiſtola ejuſdem Cæſaris ad Cardinalem Sancti Angeli.*

Ibid. 1455. n. 40. & ſeq. REverendiſſime &c. Intelleximus, S. D. N. ad inſtantiam Fratrum Sancti Franciſci, qui Conventuales appellantur, nonnulla privilegia Fœl. rec. Eugenij Papæ IV. Prædeceſſoris ſui revocaſſe, ſive ſuſpendiſſe, quæ in favorem Fratrum ejuſdem Ordinis, qui de Obſervantia dicuntur, emanaverant. Scribimus eidem S. D. N. obnixè ſupplicantes, quatenus præfatum privilegium, ſive Bullas Eugenij in priſtinum vigorem reducere velit, ne familia Fratrum Obſervantium, quæ profectò frugifera eſt, penitus diſſipetur; informati enim ſumus, niſi Sedes Apoſtolica in hac parte Fratres hujuſmodi confoveat, & Apoſtolico munimine tueatur, imminere ruinam dictæ familiæ. Hortamur igitur P. V. R. ut apud S. D. N. litteras noſtras, quas cum præſentibus dirigimus ſuper hoc negotio, ferventi ſtudio noſtro promovere velitis, atque ita curare, ut deſuper gratum reſponſum obtineamus. In ea re faciet nobis V. R. P. ſingularem complacentiam, & rem, ſicut arbitramur, Deo gratam, & acceptam hominibus promovebit. Dat. ut ſuprà.

*Alia Epiſtola ejuſdem ad Magiſtrum Henricum Senſleben.*

n. 41. HOnorabilis, Devote, Dilecte. Scribimus S. D. N. in favorem Fratrum S. Franciſci de Obſervantia juxta copiam præſentibus interclusâm. Volumus, ut rem illam cum Reverendiſſimo Cardinale S. Angeli, de quo plurimùm confidimus, communices, eumque horteris, ut noſtro intuitu ejus negotij curam ſuſcipiat, quem non dubitamus, ſi voluerit, ad effectum juxta deſiderium noſtrum perducere poſſe. Studebis igitur rem hanc pro tua induſtria, quemadmodum deſideramus, expediri, nobiſque D. N. Papæ reſponſum quantociùs ſignificari. Dat. anno, menſe, & die prædictis.

*Epiſtola Æneæ Silvij ad Cardinalem, &c.*

REverendiſſ. Pater, & Domine mi Colẽdiſſime, poſt humilem recommendationẽ: Quãvis ſcribẽte Cæſare, ac negotia Fratrum B. Franciſci de Obſervantia commendante, modeſtiùs fuerit me ſilere, quia tamen ob memoriam Divi Bernardini conterranei mei huic familiæ ſingulariter afficior, nequeo me comprimere; cogor aſſiſtere Familiæ ſanctæ, neque patrocinia mea his negare poſſum, qui non me ſolum, ſed omnes Chriſti Fideles ſuis orationibus, ac piis operibus adjuvant. Vtinam eſſet in me auxilij copia, & aliquid poſſet patrocinium meum, profectò nihil his Dei ſervis denegarem; nam etſi ſum ipſe peccator, & iniquitate circumdatus, diligo tamen eos, quorum vitam caſtam, mundamque video, quia quãtò minùs eſt in me virtutis, tantò eos iuvare attentiùs debeo, quorum probitas in aperto eſt, ut ſi nequeam meis actibus Deo placere, horum ſaltem commendationibus reddar acceptus. Sicut enim providi, & puſillanimes in prælio ſæculari milites fortium virorum virtute ſalvantur, ita & in B. Petri navicula, prudentes, ac animoſi nautæ vecordes, atque ignavos ſervant remiges. Facit hoc Religio B. Franciſci, quæ apud Obſervantes habetur; hæc enim veluti lectiſſima militum manus undique Chriſtianorum luſtrat exercitum: nunc iſtam, nunc illam partem tuetur, arcet inſidias, impetum frangit hoſtium, ſemper armata, ſemper in vigilia, ſemper in negotio eſt, nobis ut otium pariat. Scimus quantùm ſub Bernardino Senenſi, jam ſupernæ Ieruſalem Curiæ, hæc Religio Eccleſiæ Caholicę profuerit; quamtùmque modo ſub Fratre Ioanne de Capiſtrano utilitatis attulerit. Et quid hæc Religio aliud agit, quàm quæ jubere novimus Evãgelium? ſentes, ac tribulos ex agro Dominico divellit, ſemen bonum ſeminat, zizaniam, ac lolium ſarculo veritatis præcidit, exterminat avaritiam, pellit libidines, fulminat illecebras, voluptates ſtrangulat, ambitiones, & odia fugat, ignaviæ, ac ſocordiæ ſtimulum adigit, & aperiens in Eccleſia diebus ſingulis os ſuum pęnitentiam ſuadet, & viam Domini in veritate docet. Hæc ſunt opera Fratrum, qui

qui de Obſervantia nuncupantur. Neſcio, cui hæc non placeant. Credo, quæ non ſunt omninò præciſa ab Eccleſia, membra, omnibus horum gratam eſſe converſationem; nec me dubium habet, quin ſancta Sedes Apoſtolica iis Chriſti militibus afficiatur, nam & Romani Præſules quam plurima huic familiæ privilegia contulerunt, quibus ab infeſtationibus hoſtium prçſervaretur illæſa. Sed audio, noviſſimis diebus non nihil ſuggeſtum eſſe B. P. noſtro Papæ Nicolao V. adverſus huiuſmodi ſactam, ſanctamque Cogregationem, fertur enim Sanctitatem ſuam litteras Eugenij Prædeceſſoris ſui, quæ in favorem horum de Obſervãtia Fratrum emanarunt, ſeu revocaſſe, ſeu ſuſpendiſſe; quod minimè feciſſet, niſi, ut aiunt, ſiniſtrè de converſationibus horum Fratrum fuiſet inſtructus. Pernicioſa res eſt lingua fallax, & ſubdola, multumque damni ſæpè in communi affert. Sed magna vis veritatis, quæ contra omnes inſidias facilè per ſe ipſam emergit. Vita horum Fratrum in aperto eſt. Non poteſt abſcondi Civitas ſupra montem poſita. Eſt hæc familia quaſi lucerna ardens ſupra Candelabrum, quæ Domum Domini hoc eſt Eccleſiam, miro ſplendore irradiat. Venit adverſus eam jam Princeps hujus mundi, & nihil habet in illa; fundata eſt domus ſupra firmam petram. Nihil eſt, quod in eam valeant Aquilones. At quamvis credatur cæleſtis Imperatoris ſuſtẽtata manu, neque timeat verſutias ſerpentinas, cupit tamen ejus auxilio communiri, qui locum magni Dei tenet in terris; nam etſi domus dirui ipſa, ſi demergi B. Franciſci navicula nequeat, poſſunt tamen ex inquilinis, ſive ex nautis nonnulli periclitari; neque omnino tuta eſt, niſi Apoſtolicę Sedis præſidio muniatur. Meum nihil eſt, de alto judicio Sacri Senatus cẽſere, aut de prima Sede quidquam dicere, cujus opera judicare in terris mortalium nemo poteſt; non tamen errare me putaverim, ſi apud dignationem veſtram, animi mei ſecretum aperuerim, & quid ex uſu crediderim, ſapientiæ veſtræ palam fecerim. Nam & hoc juraſſe memini me factum, cum ſacris Pontificalibus initiarer. Ego, ut apertè loquar cum veſtra dignatione, vehementer timeo, nè novitas hæc ſcandalum pariat, ſi Fratres de Obſervantia ad Conventuales migrare permittuntur; hoc enim in primis non intelligo licitum eſſe. *Vovete & reddite.* ſcriptum ſcimus, ſervanda, quæ ſanæ mentis promittunt puberes. Claudenda eſt porta, quæ ducit ad interitum; aperienda, quæ monſtrat vitam. Sunt præterea, ut fama eſt, ſupra viginti millia Fratrum, qui de Obſervantia dicuntur; tota Chriſtianitas his plena eſt: non eſt leve tantam offendere multitudinem: incautum eſt cum his contendere. Quòd ſi dicatur, multò plures eſſe Conventuales, doctrinamque horum perſpicaciorem videri, prædicationes quoque in omnibus Vrbibus audiri, nihil moveor: parùm prodeſt ſermo, cui vita contraria eſt; neque ſcientia ſinè ſapientia proficit. Monaſteria Conventualium comminui, ac ruere cernimus, Obſervãtium augentur, & florent; his Principum aures patent, neque Pontifices, aut alij Prælati ijs adverſantur. Nihil enim ab his parochialium jura læduntur; ſubſidio Plebanis, non oneri, ſunt: Conventuales autem nunc offertoria cupiunt, nunc de jure ſepulchrali contendunt; ob quas res acceptiores omni populo ſunt Obſervãtes, quàm Conventuales. Taceo de vita diſpari, quę ipſo nomine deſignatur. Mihi profectò non videtur, Romanum Pontificem hanc familiam contriſtare debere. Et quoniam veſtra dignatio Protectionem Ordinis Minorum in ſe ſuſcepit, præſumpſi hæc ſibi ſcribere. Intelligetis ex litteris Cæſaris animũ ejus. Vtile cenſeo provideri. Fr. Ioannes homo Dei eſt; Populi Germaniæ quaſi Prophetam eum habent; poſſet, cum vellet, elevato digito magnam turbam facere. Sentio ex ijs, qui pęnes eum ſunt, ægrè ſibi eſſe, quod de Bulla Eugenij fertur; ſed homo ſapiens ſpem vultu ſimulat, præmit altum corde dolorem; quamvis ſcio conſtantiam ejus immobilem, neque timendum eſſe, quæ ſemper Apoſtolicæ Sedis dignitatẽ, ac eminentiam prædicavit, retrocedere linguam. Decet tamen Summi Pontificis providentiam ijs benefacere, eoſque conſolari, qui de Romana Eccleſia ſunt benemeriti. Qualem eſſe hunc Patrem Ioannem cum ſuis fratribus, nemo, qui ſapiat, inficias ibit. Hæc bonâ veniâ dixiſſe voluerim. Veſtra dignatio, quę

libera voce dico, in partem recipiat meliorem, meque ſuo more commendatum habeat. Ex Nova Civitate die 10. Ianuarij 1455.

Ibid.n.43. Paulò poſt acceptas has litteras corporis ſarcinam depoſuit Nicolaus V. ſed ſtudium non depoſuerunt Obſervantium adverſarij, eos omnino ſub ſuam poteſtatem redigendi, immò majori conatu ſub novo Pontifice Calixto III. inſtiterunt, ſperantes hominem univerſo Sodalitio addictum, pacis, & unitatis amatorem faciliùs in ſuam ſententiam attrahendum. Duo Pontifici ſuggerebant; nempe haud tutâ conſcientiâ Obſervantes in eo ſtatu verſari; magnopere Ordinis diſpendio ſciſſuram hanc utriuſque familiæ quotidie amplius augeri. Vt hæc magis perſuaderent, dicebant, bullam Eugenianam antedictam, falſam, & ſubreptitiam, ab Eugenio nequaquam emanaſſe, ſed à Ioanne Capiſtrano, Nicolao Auximano, & Iacobo Primadicio Obſervantibus excogitatam. Deinde familiam hanc adeò ab Ordinis Corpore receſſiſſe, ut omnino cenſeretur ſeparata, & diviſa, & deinceps, non Minorum, aut Franciſcanorum nomine, ſed Fratrum de Bulla, aut de privilegio appellari debere. Etſi verò Obſervantes his obiectionibus plenè ſatisfecerint, & Flavij Blondi, Eugenio olim à ſecretis, aliorumque teſtimonio plenè probaverint, ſciente, conſulente, & volente Eugenio bullam integram emaneſſe, neque ex ea ſciſſuram, neque ſtatus, neque nominis ſequi diſcrepantiam, attamen ita importunè Pontificem alij interpellabant, turbaſque in Curia excitabant, ut decreverit, planè utramque partem audire, & maturâ ſententiâ litem odioſam dirimere.

Ibid.n.44. Patienter audita utraque parte præſentibus Cardinale Firmano, & Iacobo Picæno ſibi gratiſſimo, juſſit, ut ſub feſtum Omnium ſanctorum Miniſter Generalis cum Provinciarum Miniſtris, & Vicarius Generalis Obſervantium paulò anteà inſtitutus cum ſuis Vicariis Aſſiſij convenirent, de concordiæ, & unionis modo efficaciter agerent, & controverſiam placidè terminarent, ſin aliter, ſe omnes has turbas ſeverè cohibiturum comminatus. Deinde Abbatem S. Abroſij Monaſterij Mediolanenſis, tunc Ordinis S. Benedicti, nunc S. Bernardi, Blaſium Ghilinum, juris utriuſque peritum, virum nobilem, gravem, & doctum, etſi annis juniorem, qui univerſo cœtui præſideret, utriuſque partis rationes exciperet, & ad ſe ſcriptas afferret, amandavit. Demum congregatos paternè exhortatus eſt, ut quæ pacis, & charitatis ſunt, fraternè ſectarentur, controverſias miſſas facerent, & omnem ſcandali materiam ablegarent. Tribus hæc Epiſtolis per diſtinctos menſes Fratribus intimata voluit, quas appono.

*Dilecto Filio Baptiſtæ de Levanto, Ord. Minorum ſuper Fratres Ciſ-montanos de Obſervantia nuncupatos, Vicario Generali.*

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à fæl. rec. Eugenio Papa IV. prædeceſſore noſtro nonnullæ emanaverint Apoſtolicæ litteræ, quæ quamvis tunc bonum concernerent ſtatum Regularis Obſervantiæ Fratrum Ordinis Minorum, nuper eiſdem tamen Apoſtolicis litteris ex poſt, inimico humani generis inſtigante, diſcordias exortas eſſe ſentimus, itaut majores exindè ſuccreſcere ſit dubitandum, niſi de Apoſtolico remedio provideatur; maximè cum pro varietate gentium, temporumque congruitate digniſſimum ſit, ac decens novas condere leges. Te itaque hortamur, ut tu cum illis Provinciarum Ciſ-montanarum Vicariis, & Fratribus idoneis, quos duxeris evocandos, in proximo feſto Omnium ſanctorum, & in Conventu B. Franciſci apud Civitatem noſtram Aſſiſij debeas perſonaliter intereſſe, ibidem ſimul cum dicti Ordinis Generali Miniſtro, ſuiſque Fratribus à ſe vocatis bonam præfati Ordinis pacem, atque concordiam concedente Domino, tractaturi. Quòd ſi, ut ſperamus ad ſanctum duxeritis finem, Nobis mirum in modum complacebitis. Si verò, quod abſit, feceritis ſecus, procurabimus, diſcordias hujuſmodi noſtra ſtatim effici proviſione concordes. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 29. Menſis Iulij 1455. Pontificatus noſtri primo. Vvad.t.6. 1455.n.43.

*Dilecto*

*Dilectis Filiis Generali, & Porvincialibus Miniſtris, Vicariiſque quibuſcumque, ac cæteris Ord. Min. Profeſſoribus in Civitate noſtra Aſſiſij in proximo conventuris.*

Ibid. n. 44. DIlecti Filij &c. licèt per alias litteras noſtras devotionem veſtram ſimus hortati ad omnia bene, & cum charitate agenda, quæ in iſta Congregatione tractanda ſunt, nihilominus adhuc magis ſolliciti de pace, & tranquillitate Ordinis veſtri, cui paternè ſumus affecti, mittimus ad vos dilectum filium Abbatem Monaſterij ſancti Ambroſij de Mediolano, latorem præſentium, virum religioſum, gravem, & doctum, qui dictæ Gongregationi interſit, eaque nobiſcum agat, & curet, quæ ad honorem Dei, & præfati Ordinis pacem, veſtramque concordiam pertineant. Hortamur itaque vos in Domino, & paternè monemus, ut illum reverenter ſuſcipere velitis, & ſalutaria ejus conſilia, & mandata, quæ vobis noſtro nomine exponet, cum debita humilitate audire, & loqui: ſperamus enim, cum vir prudens, & interger ſit, interventu ſuo adjuturum quicquid boni operis per vos cogitabitur. Vos autem memores Dei, & profeſſionis veſtræ, aque etiam expectationis, quæ de vobis habetur, velitis dignos vos præſtare, qui non ſcandalorum, ſed pacis, & obedientiæ filij appellemini. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annnulo Piſcatoris XXI. Octobris 1455. Pontificatus noſtri anno primo.

## EISDEM.

Ibid. n. 45. CVm omnium Chriſti fidelium unio, & pax ſit procuranda à Romano Pontifice præſertim, quem Deus auctor pacis, & amator, Vicarium ſuum in terris conſtituit, illorum certè eſt in primis quærenda, qui ſæculo renunciantes, ac voto religionis adſtricti, charitatis, & bonorum operum exempla præſtare cæteris debent; ut fideles populi eorumdem ſancta deſideria videntes, glorificent Deum Patrem, Redemptorem noſtrum, qui in Cælis eſt, & ipſi ad benè agendum, retinendamque concordiam devotiùs incitentur. Sanè cum Superioribus annis ob quaſdam certi tenoris litteras à fel. rec. Eugenio Papa prædeceſſore noſtro Fratribus prædicti Ordinis, qui de Obſervantia dicuntur, conceſſas viſum nonnullis ſit, & videatur de præſenti, æmulationem quamdam, ac ſciſſuram in ipſo Ordine inductam eſſe, ac Regulam à Fundatore ipſius Beato Franciſco in Spritu charitatis, & humilitatis datam, à vobiſque profeſſam, malè ſervari, nec uni Rectori, ſervo totius fraternitatis, firmiter obediri. Factum eſt tandem inimico pacis id procurante, ut diverſo inter ſe ſtudio Fratres ipſi, partim ſub Generali, & Provincialibus Miniſtris, partim ſub Vicariis novo quodam more regantur, & ad tuendas quique ſuas partes non ſolum per noſtram curiam quotidie diſcurrerint, eamque catervatim repleverint, non tàm humilitatis, quàm libertatis ſpiritu ducti, ſed, quod dolenter referimus, ad præſidia ſæcularium, quos maximè his de rebus propter pernicioſum exemplum celare oportebat, nec non, & Capitaneorum gentium armorum confugerint; litteras contra Fratres ſui Ordinis procurantes, ſeque, & alios cum detrimento animarum, & mutua confuſione vexantes, ob quæ diſſentiones, lites, & ſcandala exorta ſunt, & quotidie, niſi occurratur, majora, & plura oriri timentur. Nos itaque, cum vos, & Ordinem prædictum ſingulari charitatis affectu proſequamur, ac ex debito noſtri paſtoralis officij his in eo natis ſcandalis, quantùm cum Deo poterimus, obviare intendamus; quo perſonæ in illo degentes ſublatis contentionibus hujuſmodi cultui religionis ardentiùs invigilent, & in humilitatis ſpiritu debitum famulatum reddere valeant; ſtatuimus dudum, & mandavimus, ut in noſtra Civitate Aſſiſij, in qua Beatiſſimi Franciſci Corpus requieſcit, circa feſtum Omnium ſanctorum inſimul congregaremini, & vos invicem honore, humilitate, & charitate præveniretis, memoreſque illius S. Chryſoſtomi ſententiæ, *quòd qui primatum deſideraverit in terra, inveniet confuſionem in Cælo, nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit.* Nec quiſquam laboret quomodo aliis major appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur; quoniam non qui major fuerit in honore, ille eſt juſtior, ſed qui fuerit juſtior,

ille eſt major. Ac rurſum Salvatoris noſtri dicentis: *Qui major eſt veſtrum, ſit ſicut Miniſter*, nec non etiam vulnera veſtra mutuo lingentes, orationibus ad Deum fuſis in vinculo charitatis, & pacis inter vos contendentes, ſcandala hujuſmodi ſopire,& componere ſtudereris, omniaque alia, & ſingula diſponere, & ordinare velletis, quæ ad honorem Dei, & dicti Ordinis pacem, Frarrum ipſorum unitatem pertinere noſcuntur. Et propterea cupientes, id à vobis liberè,& efficaciter fieri, vos omnes, & ſingulos paterna charitate in Domino hortamur, vobiſque prædictis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ, quam contrafaciẽtes ipſo facto incurratis, vel incurrat, ſi quis contrafecerit, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs in reddendis votis,& conſiliis veſtris ſuper pace, & quiete dicti Ordinis componenda, & charitate informanda per ſcrutinium, aut aliàs publicè, vel ſecretè prout inter vos erit conventum, omni gratia, metu, & cæteris animi paſſionibus procul amotis, ſolum Deum, & animarum veſtrarum, ac eorum qui propter hujuſmodi veſtras contentiones, malum exemplum, & ſcandalum patiuntur, ſalutem præ oculis habentes, id liberè profiteamini, quod ſecundùm Deum, & conſcientiam veſtram, ac veſtri Ordinis primævas conſtitutiones,& puritatem Regulæ meliùs, & utiliùs, ac magis ſalutare judicaveritis; ſcientes,ſi ſecus agetis, quamvis homines fallatis, non poſſe effugere vos tamen æternum illud ſummi Dei judicium, quod cum ſempiterno ſupplicio ſubire cogemini. Nos autem, quantùm in nobis erit, & Deus juvare dignabitur, de opportuno remedio, non ſine eorum, qui ſcandala, & zizaniam in tanta Religione ſeminare non deſinunt, confuſione, providere curabimus. Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1455. 16. Kal.Novembris Pontificatus noſtri anno primo.

Et interim ut diſſentionibus,& alternis odiis viam præcluderet, datâ graviſſimâ bullâ, *Remigins univerſalis Eccleſiæ* &c. 11. Kal. ſeptembris 1455. in qua aliam ſimilem Nicolai V. de verbo ad verbum inſerit, ſub graviſſimis pœnis, & cum efficaciſſimis clauſulis Obſervantibus interdixit, nè ullo modo etiam reformationis prætextu Conventualium domos invaderenr, vel occuparent, aut à Principibus oblatas reciperent.

Convenientes itaque apud Aſſiſium Conventuales in ſacro Conventu S.Franciſci, & Obſervantes ad S. Mariæ Angelorum, diſcutere cœperunt, in quibus poſſent convenire. Vbi advénit Abbas, ſuæ legationis inſtrumentum expoſuit, ad pacem, & charitatem fraternam exhortatus cępit compoſitionis articulos excipere. Multa,& mirabilia ad ſeptemdecim capita redacta aſperulè objecta ſunt contra bullam Eugenianam,quibus diffusè productis, etiam multorum Doctorum juris-conſultorum, ex præcipuis Italiæ Academiis conſultationibus Obſervantes reſponderunt; ſed demum eò perventum eſt, ut ea admiſſa, probataque,ageretur de modo concordiæ, & ſic oporteret aliquas ejuſdem conſtituti clauſulas explicare, vel mitigare. Demum patienter auditis partibus, habitiſque hinc inde variis collationibus, hos, quos ſubiicio, articulos pars utraque porrexit. Ibid.n.48.

*Articuli Patrum Conventualium.*

PRo ſervãda unitate,& pace Fratrum Ordinis Minorum, & ut provideri poſſit, quòd omnes, & ſinguli Fratres ejuſdem Ordinis, quibuſcumque nominibus nuncupentur, juxta expreſſa, & clara mandata regulæ ſubiiciantur,& pareant Miniſtro Generali, Miniſtris Provincialibus, atque Cuſtobibus, ſicut hactenus, & ſemper fuit in eodem Ordine conſuetum, & conſtitutum, quæ infra notantur conſtituenda, etiam authoritate Pontificis neceſſariò viderentur. Ibid.n.49. & ſeq.

Et primò quòd in qualibet Provincia, in qua ipſi fratres de Obſervantia habent loca, licèt plura, & in diverſis partibus ejuſdem Provinciæ conſtituta, una Cuſtodia eorũdem præciſè ſtatueretur,quæ etiam gauderet omnibus privilegiis, officiis,exemptionibus,& honoribus,quibus quęlibet alia Cuſtodia dictæ Provinciæ uti,& gaudere conſuevit. Cuſtos verò illius Cuſtodiæ, atque Guardiani ſecundùm ſtatuta Benedicti Papæ XII. conſt. 20. eligantur per Vocales dictæ Cuſtodiæ. Similiter, & electionum earumdem confirmationes ſecundùm eandem conſtitutionem

titutionem celebrentur, & terminentur.

Secundò, quòd talis Cuſtos in Cuſtodia ſua, atque familia habeat omnem authoritatem, quam nunc habent illi, qui dicuntur Vicarij, Superiorum nihilominus obedientiâ ſemper ſalvâ.

Tertiò, quòd non liceat Miniſtris ſine conſenſu Cuſtodis, aut Cuſtodiæ, reliquarum Cuſtodiarum Fratres, Fratribus ejuſdē Cuſtodię quomodolibet immiſcere, vel è contra, ſed in eorum devotionibus, quantùm cum Deo potuerint, conſervare laborent. Id ipſum nec dicto Cuſtodi liceat aliarum Cuſtodiarū Fratres ſinè Miniſtrorum Provincialium, aut Generalis licentia in dicta Cuſtodia receptare.

Quartò, quòd Miniſter Provincialis ſemel in anno, aut ſaltem in triennio poſſit viſitare loca præfatæ Cuſtodiæ, & à Fratribus de familia dictorum locorum inquirere de vita, moribus, ac regimine præfati Cuſtodis, non poſſit tamen illum privare, neque publicè pœnitentiare, etiam pro quocumque obmiſſo delicto, ſive commiſſo ſine conſenſu majoris partis Diſcretorum prædictæ Cuſtodiæ, & habitis ſufficientibus cauſis allegatis, atque probatis. De correctione verò Fratrum reliquorum dictæ Cuſtodiæ Miniſter nullatenùs ſe impediat, niſi ſpecialiter à prædicto Cuſtode, vel à maiori parte Diſcretorum ejuſdem fuerit requiſitus etiā in ſcriptis, niſi fortè talis eſſet exceſſus, quòd Miniſter Superiorum ſuorum mandato, & authoritate cogeretur.

Quintò, quòd ſi quādoque cōtingeret, Fratres illius Cuſtodiæ in Conventibus aliarum Cuſtodiarum, diutiùs immorari ſint interea Prælatis eorumdem Conventuum, aut locorum, ut cæteri illic reſidentiam facientes, per omnia ſubiecti, & è converſo de Fratribus aliarum Cuſtodiarum, dum caſu quomodolibet diverterent ad Conventus, vel loca Cuſtodiæ, intelligatur.

Sextò, quòd omnes Fratres in ſæpè dicta Provincia commemorantes, ad proceſſiones Generales in Civitatibus, aut locis, ubi verſantur, per obedientiam convenire, ſeu concurrere teneantur, cùm ſuper hoc fuerint requiſiti; & etiam ſicut convenit cum cæteris Fratribus ſine differentia, communiterque procedant.

Septimò, quòd ad obviandum ſcandalis, quæ de facili poſſent contingere, Fratres locorum antedictæ Cuſtodiæ, cùm fuerint in Terris, in quibus loca non habent, non mendicent, aut procurent ſine licentia Guardiani, Vicarij, aut majoris partis Fratrum Conventus, aut loci alterius Cuſtodiæ inibi conſtituti; & præterea cùm inde diverterint, ad hujuſmodi Conventus, aut loca declinare teneantur, ubi etiam gratioſè recipiantur, & pertractentur, & è contra.

Octavò, quòd Generalis Miniſter à Fratribus ſæpè dictis habeat obedientiam ſicut, & à cæteris Fratribus Ordinis in omnibus, videlicet quæ Regulæ, divinis, aut Eccleſiaſticis præceptis non contradicunt, ſervatis ſemper ſuprà notatis pro omnimoda videlicet dictæ Cuſtodiæ conſervatione, & pace. Id ipſum etiam Vicarius Generalis, morte videlicet, aut peragratione Miniſtri Generalis ad partes ultramontanas temporaliter conſtitutus omnimodam, ut præfertur, obedientiam habeat ab eiſdem.

Nonò, quòd Cuſtos præfatus, nullo modo, nulloque quæſito colore, nec Fratres illius Cuſtodiæ S. Bernardini præſumant de novo accipere aliquem Conventum, vel locum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, Generalis Miniſtri, vel ejus Vicarij Generalis, ac conſenſu Capitulorum Provincialium, & Cuſtodialium illarum Provinciarum, & Cuſtodiarum, in quibus loca, vel Conventus, accipere diſponunt, ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto accipientes, & etiam inibi commorantes incurrant, & à qua nequeant abſolvi, niſi à Generali Miniſtro cum conſenſu Capituli Generalis. Idipſum intelligatur de non accipiendis Conventibus, & locis aliarum Cuſtodiarum.

Decimò, quòd ſi ſupradictus Cuſtos habuerit juvenes habiles ad ſtudium, & velit eos collocare, teneatur Miniſter eos de convenienti ſtudio providere, atque benignè, charitativèque pertractari facere, nec illos promoveat ad ulteriora ſtudia, aut removeat à ſtudiis, in quibus ad inſtantiam ſui Cuſtodis primò fuerant collocati, ſine conſenſu, aut licentia præfati Cuſtodis. Tales ſtudentes commorantes in locis ſtudiorum, ab eiſdem nullatenus recedant ſine licentia Miniſtri in ſcriptis habenda, & quamdiu

manſerint in eiſdem, ſtent ſub obedientia Prælatorum in omnibus, quæ divinis, Eccleſiaſticis, ſeu regularibus non derogent inſtitutis.

Item ſi prædictus Cuſtos requiſiverit, & habere voluerit aliquem, vel aliquos ex Fratribus Conventualibus habiles ad legendum Iuvenibus ſuis in locis dictæ Cuſtodiæ, eos de licentia Generalis Miniſtri, aut etiam Provincialis Miniſtri recipere, & tenere poſſit durante tempore lecturæ.

Vndecimò, quòd Prædicatores, & Fratres prænominatæ Cuſtodiæ nullo modo prædicare poſſint in Civitatibus, Caſtris, Villis, aut aliis locis, in quibus ſunt Conventus, aut loca aliarum Cuſtodiarum ſinè licentia Miniſtri Generalis, Provincialis, Cuſtodis, aut Guardiani illius Conventus, aut loci, & cum conſenſu Diſcretorum, niſi fortè ex mandato particulari Sedis Apoſtolicæ de hoc ſtatuto plenam, & expreſſam facientę mentionem, ſub pænis inferendis juxta ſtatuta Ordinis. Generalis verò Miniſter, Cuſtodes, aut Guardiani tribuant eis liberè licentiam, ubi videant expreſsè, ex hoc non provenire ſcandalum Ordini, ſed magis devotionem augeri Venerabilium Prælatorum Eccleſiæ, Dominorum temporalium, populorum, aut Communitatum.

Duodecimò, quòd ſuper authoritate, ſeu licentia prædicandi tribuenda Fratribus ejuſdem Cuſtodiæ ſerventur mandata Regulæ, Papalium & Generalium ſtatutorum, ſicut ſervantur, & ſervari debent ab omnibus reliquis Fratribus Ordinis Minorum, quæ ſancta ſunt, & neceſſaria.

Vltimò, quòd Procurator electus per Capitulum Generale, ſufficiat tàm prò Fratribus Conventualibus, quàm pro ipſis, & nullus alius per eos in Curia inſtituatur, cum talis multiplicatio potius obſit, quàm proſit.

Et his ſtatutis ſervatis, ſeu conceſſis non erit opus, quòd dicta familia per Vicarios de cætero gubernetur, ſed per Prælatos in Regula expreſſos, videlicet Generalem, Provinciales Miniſtros, atque Cuſtodes.

*Subſcripſerunt.*

Magiſter Vldaricus Provinciæ Argentinæ pro familia Vltra-montana Procurator Curiæ.

Magiſter Franciſcus Eugubinus Procurator Ciſ-montanus.

Hugolinus de Aſſiſio Provinciæ S. Franciſci Miniſter.

Ioannes de Tybure Provinc. Romanæ Miniſter.

Vbaldus de Monte-novo Marchiæ.

Ambroſius de Fliſco Ianuæ...... Mediolani.

Galaſſus de Neapoli Terræ laboris.

Nicolaus Tirro Siciliæ.

Amicus N. Pennenſis.

Simonettus de Foggia S. Angeli.

Franciſcus de Taranto Apuliæ.

Onofrius de Biſſiniano Calabriæ.

Matthias Doringh Saxoniæ.

Et aliquot graves, & docti Magiſtri.

*Articuli Obſervantium.*

IN primis ſint omnes ſubjecti Miniſtro Generali, ut infra. Quòd tantùm fiat unum Capitulum generale in toto Ordine, & quando Citra-montes fieret, omnes Vicarij, & Diſcreti familiæ ad illud venire teneantur, & conventi, poſt renunciationem Vicarij Generalis, quam in fine ſui Triennij ſemper facere teneatur, debeant ſimilem eligere de familia, & electus à majori parte Vocalium debeat acceptari. Electio fiat in manibus Patris Generalis ſecum præſentibus duobus ſcrutatoribus eligendis de Corpore Congregationis, & ſcrutentur vota Fratrum ſcretè, ut ſemper in Ordine moris fuit. Si electio non fieret à majori parte vocum, in unum conventuri in tribus, vel pluribus vicibus procedāt electores in electione nihilominus ad alia remedia juris, & Ord. ſtatutorum antiquorum. Quando Vltra-montes fieret Capitulum generale, provideatur Vicario, & Fratribus familiæ Vocalibus ſupradictis, ut poſſint venire, & vocari ad Congregationem faciendam per ſe de Vicario ſuo eligendo, ut in memoriali clauſularum continetur; ita quòd non poſſint impediri, ſi Generalis venire renueret, aut nollet Commiſſarium mittere. Si electum Vicarium, ut ſupra, Pa- n. 55. & ſeq.

ter

ter Generalis confirmare nollet, confirmatio devoluatur ad Sedem Apoſtolicam, vel Papam, & interim donec fuerit confirmatus, tamquàm Commiſſarius Patris Generalis authoritate Apoſtolica in omnibus familiæ curam gerat, & ſemper, & in omnibus concernentibus Ordinem, & bonum Obſervantiæ Regularis familiæ, omnes Fratres de familia dicto Vicario obedire teneantur.

Provideatur, quòd Generalis contra bonum, & regimen familiæ non concedat gratias alicui Fratri, aliàs pro infectis habeantur tàm factæ, quàm faciendæ.

Item quòd Pater Generalis poſſit viſitare per ſe dumtaxat, quemlibet Fratrem, & locum, & non poſſit punire nos in Conventibus, neque de Conſilio Fratrum Cōventualium, ſed in locis noſtris, & Fratrum delinquentium, & Vicarium Generalem prædictum deponere poſſit, ſed non niſi ex notorio crimine, & conſilio, & aſſenſu majoris partis Vicariorum familiæ. Nec aliter ſe intromittere poſſit Pater Generalis de Fratribus familiæ, neque eos moleſtare, neque Miniſtri, neque Cuſtodes, vel inferiores Fratres ſub pæna privationis actuum legitimorum, & officiorum, quam contrafacientes incurrant ipſo facto.

Provideatur, quòd Fratres in familia delinquentes, & fugientes ad Conventus capi poſſint, & corripi à Prælatis familiæ.

Provideatur de Caſu, quando Vicarius Generalis moritur in officio, ut in memoriali continetur. Item de Vicariis Provincialibus, & Congregationibus, eorumdemque electionibus, ut fiant, & non impediantur, ſed fieri poſſint, uti hactenus conſuetum eſt. Item quòd Decreta noſtra omnia firma intelligantur, donec ſupraſcripta authoritate Apoſtolica ordinentur, & confirmentur. Quibus confectis Vicarius Generalis ſupradictus erga Fratres ſuos ea authoritate fungatur, & tantam habeat, quantam Pater Generalis habet erga Conventuales, & Vicarij Provinciales, quantam hactenus habere conſueverunt.

*Subſcripſerunt nullo ſervato ordine Provinciarum*

Baptiſta de Levanto Vicarius Generalis.
Iacobus Primadicius, & Marcus Bononienſis, olim Vicarij Generales.
Antonius à Montefalcone Vicarius Provinciæ ſancti Franciſci.
Petrus de Anguillaria Vicarius Provinciæ Romanæ.
Gabriel de Mazavachis Bononiæ.
Petrus Maurocenus S. Antonij.
Franciſcus de Caſtronibus Marchiæ.
Hieronymus Ianuenſis Genuæ.
Bonaventura Plantanida Mediolani.
Alphonſus Hiſpanus Terræ-laboris.
Paulus de Synopoli Calabriæ.
Angelus de Altamira Apuliæ.
Bernardinus Aquilanus S. Bernardini.
Gaſpar Vectus Dalmatiæ.
Iulianus de Cortona Tuſciæ.
Iacobus de Corneto Provinc. Orientalis.
Bartholomæus Corſicanus Corſicæ.
Gabriel Veronenſis Auſtriæ.
Ioannes de Monte-Ilcino S. Angeli.
Iacobus de Marchia.
Ioannes de Prato.
Auguſtinus de Monte Baroccio.
Barnabas Interamnenſis.
Bartholomæus Fulginas.
Mattheus Narnienſis.
Ludovicus Vicentinus.
Iacobus Reatinus, Vocales peculiariter vocati.
Bartholomæus de Porris Commiſſarius, & Procurator Curiæ Ciſ-montanus.
Antonius de Mugnano Guardianus Ieroſolymitanus. Præter hos ſubſcripſerunt, etiam Diſcreti ſupradictarum Provinciarum.

Acta ſunt hæc 6. novembris ſumma tranquillitate, omneſque, & voce, & ſcripto proteſtati ſunt, ſe paratiſſimos ad obediendum Summo Pontifici in omnibus, quæ circa concordata, aut præter illa ſtatuere placeret. Diſceſſurus Abbas deſcendit in Ædem Portiunculæ, ubi frugali menſa ab Obſervantibus excepto, ſummopere placuit in tanta paupertate Religioſa munditia, in copioſo cætu altum ſilentium, in univerſis Fratribus ſumma modeſtia. Ita retulit Ibid. n. 58.

Pontifici, viroſque adeo impenſe laudavit, ut fecerit propitium. Viſis itaque articulis ſtatuit Pontifex rem omnem abſque tumultu placidè tranſigere, vocatumque è Marchia Iacobum Picænum conſtituit totius controverſiæ compoſitorem. Ægrè tulit vir pacati animi invidioſum hoc, & moleſtum ſibi munus injungi; ſed ſecundò præcipienti Pontifici, ut his intenderet, ponderoſiſque verbis dicenti, omnem ſe ille conferre poteſtatem tumultus hos ſedandi; conſcientiam ſuam omnino hac commiſſione ſe velle exonerare, illumque Deo, & ſancto Franciſco ſtrictam reddíturum rationem, niſi cauſam plenè ſibi commiſſam integrè, ſincerè, & intrepidè perageret, oportuit obedire. Placuit utrique parti talis, ac tantus Arbiter, etſi enim ex Obſervantibus aſſumptus, Conventualibus non erat ingratus, quibus familiarem, & amicum ſe ſemper oſtendit. Diu, & maturè conſideratis articulis utriuſque partis à Pontifice acceptis, alios, in quibus convenire deberent, excogitavit. Vellent omnes ſcire, quid ageret, ſed ſecretè ſecum negotium ruminabat, & in longum pluribus habitis cum Pontifice conſultationibus protraxit.

Ibid.n.59. Selegerant ex ſuo grege Obſervantes ſeptem, qui totius Sodalitatis nomine tanquam compromiſſarii negotium proſequerentur, Baptiſtam Vicarium Generalem, Alphonſum Hiſpanum Vicarium Neapolitanum, Bernardinum de Foſſa Aquilanum Provinciæ S. Bernardini Vicarium, hujus hiſtoriæ ſcriptorem, Bartholomæum de Porris in Curia Commiſſarium, Matthæum Narnienſem, Ludovicum Vicentinum, & Ioannem Pratenſem doctos viros, & illuſtres Prædicatores. Addiderunt alios quatuor, quorum judicium in rebus gravioribus erat expetendum, Iacobum Primadicium, Iacobum Picænum, de quo agimus, Auguſtinum de monte Baroccio, Marcum Bononienſem. Tandem Ordinatos, & ſtabilitos articulos Iacobus oſtendit utriſque; omnibus omnes non placuerunt, ſed modò hos; modò illos hinc inde corrigi, mutari, deleri contendebant. Ipſos articulos produco.

*Articuli à Fratre Iacobo de Marchia compacti.*

IN nomine Domini. Amen. Primò omnes Fratres de familia tàm capita, quàm membra, teneantur obedire R. P. Generali, in omnibus, & per omnia. Ibid.n.60. & ſeq.

Omnes Vicarij Citramontani, & Diſcreti Vocales teneantur accedere ad Capitulum generale, & ibi poſt renunciationem Vicarij Generalis, quam ibi facere teneatur, debeant ſimilem alium de familia eligere, & electus à majori parte Vocalium debeat acceptari. Electio fiat in manibus Patris Generalis, vel Præſidentis in caſu, ſi adeſſe noluerit, ſecū aſſumptis duobus ſcrutatoribus, quos ex numero dictorum Vocalium poſſit eligere; P. Generalis, & ſcrutatores ſcrutentur vota Fratrum ſecretè, ut moris, & de jure eſt. Electus à majori parte Vocalium gerat Commiſſariatus Officium, donec Patri Generali ipſum placuerit confirmare, quique Vicarius habeat illam authoritatem in Fratres omnes de familia, quam habet Pater Generalis in Conventuales.

Omnes Vicarij familiæ prædictæ habeant voces in Capitulo Generali, ita tamen quòd non poſſint eligere in Generalem, niſi Conventualem Miniſtri Provinciales poſſint, ſi voluerint, intereſſe electioni Vicariorum, quamvis hoc hactenus nunquam fuerit conſuetum. Et tales Vicarij ſic electi faciant officium Commiſſariatus, donec ſint à ſuis Miniſtris confirmati; & Guardiani inſtituti in Congregationibus familiæ Provincialibus, legantur in Tabula Provincialium Capitulorum; ſimiliter Prædicatores, & Confeſſores noviter electi confirmentur in Capitulis Provincialibus, quamvis hoc hactenus numquam fuerit conſuetum. In nullis verò aliis Miniſtri Provinciales, vel Cuſtodes de factis, & negotiis, aut Fratribus familiæ ſe valeant intromittere.

Reverendiſſ. P. Generalis poſſit viſitare per ſe dumtaxat ſuum Vicarium Generalem, & eum punire, & deponere poſſit, ſed non niſi pro notorio crimine, pro quo meritò deponendus eſſet, & hoc de conſilio, & aſſenſu ſaltem quinque, vel ſex Vicariorum familiæ. Et ſi caſus accideret, quòd aliquis Frater de

de familia eſſet accuſatus apud Patrem Generalem, ipſe Pater Generalis poſſit per ſe, vel per Vicarium Provinciæ illius, in qua Frater accuſatus reſidet, aut per Vicarium Generalem, aut per alium quemcumque Fratrem in familia reſidentem viſitare, & corrigere in loco ubi convictus eſt.

Nullus Frater de familia amoveatur de locis familiæ, ſed potiùs foveatur ibidem, prout in Martiniana continetur, ſcilicet Martini Papæ V.

Nullus Frater Conventualis poſſit venire in familiam abſque ſpeciali licentia Patris Generalis. Similiter etiam nullus Frater de familia poſſit accedere ad Conventuales ſine ſpeciali licentia ſuorum Vicariorum. Si quis verò Prælatorum hinc inde receperit aliquem Fratrem fugitivum, ipſo facto ſit ſuſpenſus ab officio, & omni actu legitimo: & nihilominus fugitivus pro crimine commiſſo poſſit à Prælato ſuo ubicumque repeti, & puniri, & poſt punitionem, ſi voluerit recedere, petat licentiam ut ſupra, & nunquam in perpetuum poſſit à quocumque de familia recipi; ſi verò aliquis ex levitate fugerit ad Conventum, tunc qui receperit, cadat in pœnam ut ſupra, de fugitivo pro crimine. Et nihilominus Prælatus ſuus, poſſit eum recipere, & punire, ut decet, & ſi voluerit ſtare, petat licentiam, ut ſuprà. Si quis autem Fratrum impedierit prædictas repetitiones, ipſo facto omnibus officiis, & actibus legitimis ſit privatus, & ultrà hoc Generalis Miniſter poſſit condemnare, & ſpoliare tales libris, & aliis rebus omnibus, quibus utuntur.

Pater Generalis non poſſit concedere gratias alicui Fratri de familia diſcurrendi, vel eundi per Provincias, & ſub ſpecie Indulgentiarum, & præcipuè abſolvendi in his, quæ tangunt contra votum caſtitatis.

Nullus Frater Confeſſor, vel alter de familia poſſit per ſe, vel per alium impetrare, niſi capax ſit recipiendi, gratiam permanendi in aliquo loco à R. P. Generali, quia ipſe P. Generalis fortè non eſt informatus de cauſa remotionis illius.

Si Vicarius R. P. Generalis Citramontanus moreretur intra tempus officij ſui, tunc Vicarius Provincialis illius Provinciæ, in qua mori contingeret, gerat Commiſſariatus officium uſque ad Capitulum Generale, & alterius Succeſſoris electionem.

Prædictus Vicarius Generalis ſic electus gerat officium ſui Vicariatus uſque ad Capitulum Generale, in quo Capitulo fiat electio alterius Vicarij, nec poſſit reelegi pro vice immediatè ſequenti.

Et quia multæ enormitates, & mala exempla, & ſcandala circa ſæculares committuntur circa quæſtus per fratres vagabundos; ideò quicumque Fratrum de familia aliquid quæreret ſub nomine, vel prætextu Fratrum, vel locorum Conventualium, vel ſi qui Conventuales alij ſtantes extra familiam quocumque ſub nomine Fratrum, vel locorum de familia aliquid quærerent, vel quæſtam, vel aliquid procurarent, ſint ipſo facto excommunicati, nec poſſint abſolvi Conventuales, niſi à Generali Miniſtro, & Fratres de familia, niſi à Generali Vicario familiæ, & priventur à ſuis Prælatis rebus ita procuratis.

Omnes Fratres prædicti Ordinis, tàm Conventuales, quàm de Obſervantia, ſub cujuſcumque Obedientia exiſtant, venientes ad Civitates, vel Terras, ubi Conventus, vel loca noſtri Ordinis fuerint, teneantur ſe repræſentare poſt unum diem naturalem Prælatis Conventuum, vel locorum, ita quòd extra loca, vel Conventus ſine licentia Prælatorum non poſſint permanere ſub pœna privationis omnium actuum legitimorum. Et ſecus facientes Prælati locorum, aut Conventuum poſſint eos capere, & punire, & ſpoliare rebus, quibus utuntur, & repertis apud eos.

Cùm Vicaria Auſtriæ ſit diffuſa per plures Provincias, & Regna, ac ſub diverſis Miniſtris, quorum diſtantia ſit maxima, ita ut difficillimum eſſet ad omnes recurrere, Vicarius præfatæ Vicariæ in Congregatione electus pro tempore confirmetur ab illo Miniſtro, in cujus Provincia Congregatio prædicta fuerit celebrata.

Obſervantibus diſplicuerunt tres primi articuli, in primo enim nimis ampla, & omnimoda tribui videbatur Miniſtro Generali poteſtas in Obſervantes, neque quidquam ſibi ſupereſſe reſervationi Eugenianæ, quin pro arbitrio ſuo mutare, & evertere poſſet omnem ſta-

tum Obſervantium. In ſecundo, & tertio diſplicebat commiſceri electionibus Conventualium,& adeò domeſticè cum eis converſari, ut timeri poſſit laxiores mores, immodicoſque ſumptus ab eis paulatim derivandos. Conventualibus verò, præter ſolum primum, reliqui fermè omnes diſplicebant, parumque aut nihil, inculcabant Pontifici, ſibi per hanc compoſitionem concedi, & ægerrimè ferebant, dari Obſervantibus in electione Generalis ſuffragia. Vt verò conſtaret Pontifici, quanta accreverint Conventualibus, & quæ contra, vel præter bullam Eugenianam eis concedebantur, ſcriptum hoc eidem porrexit Iacobus.

*Quæ, & qualia conceduntur Patribus Conventualibus in articulis à Fratre Iacobo compoſitis.*

Ibid.n.66. PRimò,quòd omnesFratres deObſervantia nuncupati teneantur firmiter in omnibus, & per omnia obedire R. P. Generali;contra quem Fratres de familia conqueri videntur, quòd rumpat omnia jura ipſorum in bullis Domini Eugenij contenta.

Secundò, iuxtà eaſdem Bullas EugenianasFratres de familia non tenebantur accedere ad Capitulum generale, nec electio Vicarij Generalis,in manibus Paris Generalis fieri debebat,nec etiam poterat eligere duos ſcrutatores, ego verò in contrarium pono.

Tertiò,ſecundùm bullas Eugenianas poſt triduum Vicarius erat confirmatus: ego verò poſui confirmationem in poteſtate Generalis, quando ei placuerit.

Quartò,ſecundùm bullas eaſdem non tenebantur Fratres ire ad Capitulum generale:ego autem volo, quòd teneantur,& habeant vocem ſolùm activam, & non paſſivam in electione Generalis, quod Fratres de Obſervantia ſibi reputant in infamiam.

Quintò, ſecundùm bullas ipſas Miniſtri Provinciales in nullo poterant ſe intromittere de familia:ego verò pono, quòd poſſint intereſſe electioni Vicarij Provincialis.

Sextò, ſecundùm eaſdem bullas Confeſſores, & Prędicatores ordinabantur in Congregationibus Provincialibus familiæ liberè: ego verò pono quòd debeant preſentari & confirmari in Capitulis Miniſtrorum Provincialiũ,quod nunquam fuit conſuetum.

Septimò, ſecundùm ipſas bullas Vicarius Generalis non poterat deponi ſine conſenſu majoris partis Vicariorum: ego verò pono quòd poſſit deponi de conſenſu quinque, vel ſex Vicariorum.

Octavò,ſecundùm eaſdem bullas Generalis Miniſter ſolùm viſitare poteſt per ſe: ego autem, quòd etiam per alium commiſſione ſua, ſcilicet per Vicarium Generalem, vel Provincialem, vel per alium Fratrem de familia.

Nonò,ſecundùm eaſdem bullas Conventuales Fratres poterant venire ad nos ſine licentia obtenta: ego autem quòd non ſine petita,& obtenta, excepto cum eſſet periculum ſalutis ſuæ evidens, ut in Martiana continetur.

Decimò, ſecundùm ipſas bullas Conventuales,qui veniebant ad nos,non poterant à Prælatis eorum repeti: ego autem quòd poſſint repeti, niſi in caſu ſupra immediatè poſito.

Vndecimò, ſecundùm bullas,prædictæ repetitiones Conventualium ad Obſervantiam venientium poterant impediri:ego autem contra impedientes pœnam appoſui privationis ipſo facto officiorũ, & omnium actuum legitimorum.

Duodecimò, ſecundùm bullas, Generalis non poterat concedere gratias in genere, quæ fuiſſent in detrimentum regiminis Vicariorum: ego autem pono quòd poſſit exceptis in duobus caſibus.

Vltimò, ſecundùm bullas Fratres familiæ poterant facere congregationem per ſe, & in ea Vicarium eligere: ego autem, quòd non poſſint,ſed teneantur ire ad Capitulum generale, & ibi Vicarium eligere Generalem.

Hæſitante adhuc Calixto Pontifice,& propter graviſſima, quæ animo volvebat circa ſacri belli apparatum, rei deciſionem differente, ex conſilio ſibi aſſiſtentium Baptiſta Vicarius Generalis acceſſit ad Cardinalem Firmanum Protectorem ægrè ferentem, ſe excluſo rem graviſſimam Religionis ſuæ curæ commiſſæ ſoli Fratri Iacobo fuiſſe commendatam, dixitque omnium illud votum eſſe, ut negotium ille perageret, & apud Pontificem promoveret. Homini ſuæ famæ,& authoritatis retinendæ cupidiſſimo placuit propoſitio,acceptiſque propoſitionibus

poſitionibus, ſive articulis Fratris Iacobi, pauculis ad Obſervantum vota mutatis, dexterè egit apud Pontificem, ut tandem controverſia hæc abſolveretur. Re itaque ſibi, & B. Iacobo commiſſa, tandem gravi diplomate, inſertis Iacobi articulis emiſſo, magna tempeſtas ad initium anni ſequentis ſedata eſt.

Doluerunt ad Calixtinæ bullæ publicationem Obſervantes, quòd plurima de ſuis antiquis privilegiis auctore ipſo B. Iacobo de Marchia perdidiſſe viderentur, quem firmiſſimum Obſervantiæ propugnaculum in abſentia Capiſtranenſis eſſe confidebant: undè non ſecretos ſolùm, ſed & publicos contra ſe ipſum ſuorum clamores, ac quærimonias gravi, ac longâ ad Capiſtranenſem epiſtolâ ipſe deſcribit, quam pænes me habeo.

Ibid. n. 68. De his turbis monitus Capiſtrianenſis per litteras ſui Conutis Gabrielis Veronenſis, & inſtantiſſimè rogatus à Vicario Generali Baptiſta Levantino, ut perſonaliter tantis malis, quæ Obſervantium ſtatui imminebant, occurreret, reſpondit, publica rei Chriſtianæ negotia præponderare peculiaris inſtituti controverſiis, neque ſibi annis gravi, & laboribus fracto adeo integrum eſſe ex ultimis Hungariæ finibus per immenſa terrarum ſpatia in Vrbem evolare. Scripſit tamen Pontifici Calixto diffuſas litteras rogans, nè velit à ſuis prædeceſſoribus iuſtè ſtatuta mutare, & laudabiliter in religioſæ familiæ tutelam, & incrementum conceſſa quoquo modo revocare. Alias dedit ad Cardinalem Firmanum, præcans, velit ſuo adeſſe patrocinio, & in calce duas ſibi factas mirabiles recenſet viſiones. His præmiſit Imperatoris, & Prælatorum, ac Procerum Regni Hungariæ in confeſſu generali unitorum litteras. Omnium ſubjicimus hìc exemplaria.

*Sanctiſſimo Domino &c. Calixto III.*

BEatiſſime Pater ad pedum oſculanda veſtigia Beatorum humillimam, & promptiſſimam uſque ad Crucis mortem obedientiam mandatorum; nec mihi gratius quidquam. Vehementiſſimum mihi inerat deſiderium ad tuam Clementiſſimam Sanctitatem perſonaliter me cõferre, niſi ſenectutis gravitas retardaſſet, & longa viarum diſtantia terruiſſet, nec non temporum qualitas indiſpoſita retraxiſſet. Sum namque ad præſens in ultima Chriſtianitatis Cathedrali Eccleſia Chanadienſ. appellata conſtitutus, à Turcis perfidiſſimis diſtante per milliaria, ut aſſerunt, ad plus quatuordecim, Diœceſis tamen ad ipſos uſque Turcas extenditur. Et in hanc Civitatem noſtra ætate jam bina vice progreſſi, ne dum ipſam Civitatem, ſed etiam totam hanc regionẽ depopulantes ferro, & igne vaſtarunt. Abſens igitur, & tam extraneus peregrinus eſſe jam quinquies diverſis ex locis V. C. S. ſupplici calamo viſitavi, & poſt cæteras notificationes de periculis Reipublicę Chriſtianę nunc inſinuo V. S. quòd Deſpotus ille Raſcianorum Princeps pacem inijt cum Chriſti Hoſte ſęviſſimo magno Turca Mahometh. Inſtant P. B. tempora periculoſa, & dies mali ſunt. Eſt igitur futuris paratis periculis obviandum, & cautiùs eſt ante tempus occurrere, quàm poſt vulneratam Chriſtianitatẽ remedium quærere; Nam poſt obitum ſerò medicina paratur. Ecce tremunt in partibus iſtis quaſi omnes, etiam ſi quaſi leones feroces extiterint contra eos. Non repetam, quæ in aliis ſcripſeram T. S. Tuum ſit apud Chriſtum Ieſum decernere, quid agendum. Omnes animæ ſuæ ſunt, Chriſti redemptæ ſanguine prætioſo, ſub tua cura, ſub tuo regimine, ſub tua tuitione ſubmiſſæ: Greg. Hom. 9. in Evang. *Tantò ergo eſſe humilior, atque ad ſerviendum Deo promptior quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione*, & alias oves habes, quæ non ſunt ex hoc ovili, Chriſti vice, ac jure tibi commiſſæ; quoniam conſtitutus es ſuper gentes, & Regna, ut evellas, & deſtruas omne vitium, & quicquid ſapit criminis, aut culpę, & diſperdas, & diſſipes omnes hæreſes, & ſchiſmata, gentiumque ſimulacra, & Paganorum, & ædifices, & plantes omnem fidei veritatem, ac virtutum moralitatem, & Theologicam ſanctitatem; in te omnes intendunt, undique ſpeculantes, tamquam in eum, qui ſolus in Terris Deum hominibus repręſentas. Opus eſt igitur, ut ſit in te plenitudo Sanctitatis, ſicut eſt in te ſolo plenitudo poteſtatis. Spectaculum factus es Deo, Angelis, & hominibus, & futuris ſæculis univerſis. Greg. Hom. 9. in Evang.

Quantò Thronus altior, tantò patentior. Exemplum omnium bonorum operum te ipſum oportet exhibere, quia tanquam columna, & ſaxum immobile poſitus es in domo Domini, ſuper quam omne pondus Fidelium conquieſcit. Quantò gradus celſior, tantò caſus periculoſior judicandus, Eccl.3.v.20. *Quantò major es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam*, quam in nos omnes tanquam in tuas oviculas effundere non poſtpones, quia Divina Gratia tanquam unguentum in capite, ſcilicet in Chriſto Ieſu tanquam in vero Dei Filio, quod deſcendit in barbam, ſcilicet in ejus ſanctiſſimam Humanitatem, ab ipſo Divino Verbo aſſumptam, & barba in capite eſt, & Chriſtus Ieſus Caput eſt omnium Catholicorum; Caput inquā myſteriale, & inviſibile, à quo poteſtatis plenitudo deſcendit in barbam Aaron, & ſic in te tanquam in ſingulariſſimum ſuum Vicarium, qui caput es miniſteriale, & viſibile totius Eccleſiæ ſanctæ Dei, totiuſque myſtici Corporis Ieſu Chriſti benedicti. Papa es, Summus Præſul, Maximus Pontifex, Rector, & Paſtor omnium Chriſtianorum, cunctorumque viventium, & mortalium, Princeps terrarum, atque cœlorum, quia quodcumque ſolveris, vel ligaveris ſuper terram, ſolutum, vel ligatum erit, & in cœlis. Et cùm tanta ſit tua poteſtas, noli extolli, hominem te cognoſce mortalem, quia magna potentia Dei ſolius, & Paſtor paſtorum ſuper omnes eſt judicaturus magnos, & parvos; Sap.6. ver.8. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus, nec verebitur magnitudinem cujuſquam, quia puſillum, & magnum ipſe fecit, cùm æqualiter eſt ſibi cura de omnibus &c. *Deinde multis interjectis*. Ecce dum litteras ad gaudium expectabam à tua piiſſima Sanctitate; à Fratribus è converſo plenas mœroribus, lachrymis, & ſingultibus, atque ſuſpiriis, & anguſtiis cordis dolore ſuſcepi, quæ myſticè cor meum gladio penetrabili vulnerarunt; eoquod ad finiſtram æmulorum noſtrorum informationem T. S. inclinata videretur ad irritandum noſtra ſalutifera decreta, communi etiam concordia, & conſenſu Generalium, atque Provincialium Miniſtrorum, qui tunc aderant, nobis cognitā causā tradita, & conceſſa, magna juſtitia mediante, ut plenè communiter tractatur per Doctores *in c. licèt de Regularibus &c.* (*Demum poſt multas juris allegationes, & varias rationes ſubjungit.*) Quantùm autem in me eſt, ut ſcripſi, ſcribo, quòd à Domino Ieſu Chriſto putabo deciſum, quicquid in his, & in aliis quibuſcumque tua Sanctitas enodabit, confiſus in tua conſcientia, & ſanctitate, juſtitia, & æquitate, ac poteſtatis plenitudine, quòd divinum cultum, & ſanctæ Catholicæ fidei myſteria dilatare potiùs intendat, quàm minuere. T. B. pedibus ſacratiſſimis Fratres meos omnes ubilibet de Obſervantia nuncupatos, meamque puſillitatem facio inſtantiſſimè commendatos; qui omnes unanimes, & concordes, ubicumque fuerint pro T. C. S. quotidiè ſpeciales orationes offerunt Altiſſimo, ut ipſe, qui te elegit, in hac graviſſima tempeſtate te dirigat, protegat, & conſervet ad profectum, defenſionem, & exaltationem Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, ut in fine cum grege tibi credito ab vitam pervenias ſempiternam. Amen. Ex Canadienſi Eccleſia die 23. Septemb.1455.

*Reverendiſſimo, &c. Cardinali Firmano.*

Reverendiſſime in Chriſto Pater, & Domine D. obſervandiſſime, fautor, atque Protector noſter ſingulariſſime, humillimam commendationem cum omni officio obſquendi. Significatum eſt mihi per Fratres, in quantis perturbationibus paupercula noſtra conſtituta ſit familia; quod graviter fero. Sed hæc ſola ſpes me conſolatur, quòd R. D. V. non patietur nos in ruinam dari, ſi præcipuè ad bene vivendum anhelamus, nec mihi perſuaderi poteſt, quòd dum vixerit V. R. D. non interponat ſe uſque ad ultimum ſpiritum pro defenſione, & conſervatione, nec non & augmento familiæ de Obſervantia tamquam verus ſinceruſque Protector noſter, quemadmodum meis temporibus fecit. Quamobrem ſupplico humilime R.D.V. quòd causā noſtrā ita ſuſcipiat R.D.V. corā S.D.N. ut falſis ſuggeſtionib⁹, non acquieſcat S. ſua in diminuēdis gratiis, & decretis per Summos Pontifices, cum omni debita maturitate, & conſilio nobis indultis. Sed dignetur B. Sua Ibid.n.70.

B. Sua nos fovere, conſervare, & augere ad benè, beatèque vivendum ſub Obſervantia Regulari. Quæ res facillima eſt ad obtinendum, dũmodo R.D.V. ſe interpoſuerit cum ardenti animo. Quod ut faciat, nè in malum exitum res evadat, R. D. V. magis exoro, imploroque. Quam Chriſtus Ieſus fœliciſſimo ævo tueri dignetur pro conſervatione filiorum ſuorum, atque ſervorum. Ex Cænadino Regni Hungariæ Civitate die 17. Septembris 1455. E.R.D.V. Inutilis ſervus, licèt fidelis Orator, Fr. Ioannes de Capiſtrano Ordinis Minorum minimus, & indignus manu propria.

*Beatiſſimo Patri &c.*

Ibid. Beatiſſime Pater, &c. intelleximus poſt divam electionem V.S. aliquod diſturbum illatum fuiſſe Fratribus Ordinis S. Franciſci, qui de Obſervantia nuncupantur per Generalem Miniſtrũ, & Fratres Conventuales ejuſdem Ordinis contra decreta ſacrorum Conciliorũ Conſtantienſis,& Baſileenſis, confirmata poſtmodum per fœl.rec. Martin. P.V. & Eugenium P.IV. qui Eugenius etiam nova decreta in favorẽ prædictorumFratrum de Obſervãtia eddidit, & inſtituit. Quæ etiam V. S. prædeceſſor Nicolaus Papa V. immaculata reliquit, & intacta, ac vivæ vocis oraculo confirmavit Fratribus antedictis. Cum itaque P. B. per eoſdem de Obſervantia Fratres fructus uberes pullulent in omni populo Chriſtiano, prout rerum bonarum mater experientia docet, tàm ſanâ doctrinâ ſolemnium Prædicatorum, quàm exemplo lucidæ vitæ Fratrum eorumdem ubicumque commorantium, ac ſuis orationibus, exhortationibus, & conſiliis ad viam ſalutis, & fidei ſtabilitatem, ac morum reformationẽ continuò ſublevantium, & dirigentium. Quamobrem V. S. obnixiùs exoramus, avido ſupplicantes affectu, ut Fratres ipſos de Obſervantia Paternali ſuſcipiat protectione commiſſos, cui ſe immediatè ſubeſſe fatentur, prædicantque quotidie, & commemorationem faciunt populis Chriſtianis de Obſervantia debita V.S. & Culmini ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, nec non & Apoſtolicæ Sedi. Et quàm maximè teſtimonium perhibere veridicum poſſumus ex prædicationibus Fratrum prædictorum in his partibus prædicantium. Dignetur igitur V. S. ad evitandum ſcandala, quæ exoriri poſſent in populo Chriſtiano apud Reges, & Principes, atque Vulgares, qui nullo modo paterentur meleſtiam aliquam, aut vexationem inferri ſæpè dictis de Obſervantia Fratribus, decreta præfatorum ſacrorum Conciliorum, ac prædeceſſorum V. S. favorabiliter confirmare, manutenere, & ampliare, potiùs quàm minuere. Quod cedet nobis pro munere ſingulari, & ampliſſima complacentia, tamquam res Deo grata, Chriſtianis Principibus, & populis fructuoſa, ac V. S. laude digna, & memoriâ immortali. Quam dignetur Altiſſimus fœliciter conſervare pro ſuæ S. Eccleſiæ regimine ſalutari, & defenſione, & ampliationem S. fidei Ortodoxæ. Datum ubi ſupra.

Hæ fuerunt Cæſaris litteræ: Alias conſimiles in Obſervantium commendationem ſcripſerunt ad Pontificem Prælati,& Barones Hungariæ.

Hinc in Capitulo generali Obſervantium ad S.Pauli extra Bononiã celebrato anno 1455. Marcus Bononienſis egit de religendo tertium in Vicarium Ioannem Capiſtranenſem, ſibi perſuadens brevi in Italiam reverſurum. Ita cupiebat propter viri ſanctitatem, regiminis experientiam, & dignam apud Pontificem,ac Cardinales ęſtimationem, judicans ſolum hunc poſſe quaſſatæ Religionis imminenti diſcrimini mederi. Facilè in eum omnium vota concurrebant, ſed diſſiparunt conſilium Gabriel Veronenſis, & Nicolaus de Fara, Capiſtrani Socij, qui palam dixerunt, id valde Seni diſpliciturum, & certò ſe ſcire,neque eum velle,neque poſſe in tanto rei Chriſtianæ diſcrimine ex Hungaria redire, & proinde conſultiùs fore alium præficere, qui præſens poſſit malis occurrere,& Provincias viſitare. Ibid.n.79.

Tandem præmiſſis omnibus præfatis diligentiis publicata fuit per Calixtũ III. bulla, *Illius cujus in pace &c.* ſupra per extenſum deſcripta,& ad univerſos Provinciarum Miniſtros, atque Vicarios modo prædicto tranſmiſſa; in qua moderationibus aliquibus juxta B Iacobi Picæni votum ſuperEugenianam appoſitis,opinatus eſt Pontifex, ſe Obſevantes inter,

inter, ac Conventuales concordiam, paceemque firmam ſtabiliſſe, undè & bullam compoſitionis, ſeu concordiæ eam nuncupari voluit. Ad ſingulos,inquam, Provinciarum Miniſtros tranſmiſſa ſunt illius diplomatis exemplaria manu Cardinalis Firmani Ordinis Protectoris ſubſcripta. Miſſum & aliud diploma ad Archiepiſcopos Toletanum, & Compoſtellanum, quos Pontifex in Regnis Caſtellę, & Legionis deputavit prædictæ conſtitutionis executores,& Fratrum de Obſervantia conſervatores.

## CALIXTVS PAPA III.

*Venerabilibus Fratribus Toletano, & Compoſtellano Archiepiſcopis.*

Vvad.t.6. 1456. n.131. DVdum pro quiete, & tranquillitate Ordinis Minorum, qui inimico humani generis procurante, non nullas turbationes, & diſſentionum ſcandala patiebatur, & ut inter Conventuales, & de obſervantia nuncupatos,ejuſdem Ordinis Fratres, omnis diſſidendi materia tolleretur, de Conſilio, & aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum Cardinalium, nonnullas ordinationes fecimus, & ſtatuta, atque decreta, ſuper quibus litteras Apoſtolicas ſub data Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1455. 4.Non.Februarij Pontificatus noſtri anno primo expediri mandavimus. Quarum quidem Ordinationum,ſtatutorum, & deſuper litterarum emanatarum tenores, ac ſi de verbo, ad verbum inſerti forent, haberi volumus pro ſufficienter expręſſis. Cupientes igitur, ut Ordinationes, & ſtatuta hujuſmodi inviolabiliter obſerventur, & cuſtodiantur, fraternitati veſtræ tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios omnia, & ſingula ſtatuta, & Ordinationes prædictas, & in eis contenta per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia integrè obſervari, & inviolabiliter, ac realiter, & cum effectu cuſtodiri faciatis. Et nihilominus prædictis Fratribus de Obſervantia cõmorantibus in omnibus, & ſingulis Monaſteriis,Eremitoriis, quæ in regnis, & dominiis Cariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici Caſtellæ, & Legionis Regis tenent, & poſſident, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtatis, non permittentes illos,aut illorum domos,conventus,& eremitoria à quibuſvis perſonis etiam dicti Ordinis Miniſtris, Cuſtodibus, & aliis quibuſvis Prelatis, & perſonis cujuſcumque dignitatis, aut præeminentię exiſtant,& quacumque authoritate fungantur, moleſtari, vexari, aut eos à domibus, Monaſteriis, & Eremitoriis prædictis, expelli, aut aliàs quomodolibet inquietari, vel eis gravamina, aut injurias, ſeu damna irrogari, vel ab eorum incepta Obſervantia, & laudabili propoſito retrahi,aut impediri quomodolibet poſſint: Moleſtatores,& injuriatores ac inquietatores hujuſmodi,nec non cõtradictores quoſlibet,& rebelles cujuſcũque ſtatus,gradus, & dignitatis,Ord.vel Conditionis extiterint quandocumque, & quotieſcumque expediat per cenſuram &c. invocato, &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus fæl. rec. Bonifacij Papæ 8. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1456. 8. Kal. Maij, &c. anno 2.

Verùm adeò maturè, multoque præmiſſo examine tametsì ſupradicta bulla concordiæ digeſta fuerit; non tamen omnibus placuit: fueruntque, ex utraque parte, qui aliqua reſcindi,aliqua cuperent ſuperaddi. Baptiſta verò de Levanto Vicariorum Vicarius (jam enim ſic vocabatur poſt Calixtinam Vicarius Generalis Obſervantium) Miſſis inſtructoriis litteris, ſingulos de obſervantia Superiores, & Conventualium Miniſtros Iacobus de Marchia duxerunt compeſcendos.Ita ſcripſit uterque. Ibid.n.133

*Reverendis in Chriſto Patribus Vicariis Provincialibus Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ.*

*Fr. Baptiſta de Levanto humilis Vicariorum Vicarius.*

REverendi in Chriſto Patres,poſt recõmendationẽ in Domino,& ſalutẽ incrementa virtutum,& gloriam adipiſci. Ex conſtipatione nubium nonnumquam claritas ſiderum contabeſcit. Ex auſtrali Vento, in æquore concitatâ procellâ, ipſius profunda perſpicua nullâ viſus acutie penetrantur. Fulvi auri ſpeciem luti deturpatio, quaſi contemptibilem labefacit. Ex controverſiarum

con

conglomeratione veritas obfuſcatur; Ex malitiarum denſitate ad Mundos oculos lippiditas deriuatur; ex malorũ ſuggeſtione bonorum claritas caligat. Sed ſicut ſolari ſpiculo rarefacta nubium denſitas paulatim diſſoluitur, Eurique afflatu periculoſa freti concitatio quietata perviũ uſque ad profunda ſanis oculis reddit intuitum, aurificiſque peritiâ abſterſâ maculâ fulgore ſuo aurum perſeuerat illæſum; ſic prorſus nobis ignoto ſapientiæ divinæ judicio, in agitata tranſactis diebus his in Romana Curia cauſa noſtra ſæpius geſtum eſſe, qui mecum uſque ad finem belli comptomiſſarij familiæ perſeveravere Patres, certâ experientiâ didicerunt. Superiorum enim, inferiorumque cauſarum vapores tot ſæpiùs ad cognoſcendæ veritatis noſtræ offuſcationem inſimul convenerunt, ut niſi Solis juſtitiæ Chriſti Dei noſtri vi quadam nubes reſcindente litium, Fratrum lachrymis interpellata, prævius futuræ luci, quaſi radius emicuiſſet, gratiæ penitus luce ſubtracta errantes in invio, viam civitatis habitaculi invenire nequiſſemus. Æmulantium nobis ſuggeſtiones, tàm impetuoſam in Franciſci piam plantulam, familiam noſtram pauperculam, per totam curiam indignationem concitarant, ut ne dum audiri in cauſa noſtra fas eſſet, ſed & amodò exoſos omnibus vix videri permittebatur, niſique tenuis auræ illius ſibilus, in quo Eliæ apparuit Dominus, ſubintrans corda, Romano Pontifici, Domino Protectori, totique ſacro Collegio DD. Cardinalium inſufflaſſet, priſtinoſque fluctus, nobis naufragium comminatos, in eiſdem erga nos propria amænitate placaſſet, tot jam inundantium procellarum anfractibus conquaſſata navis, in qua dormiebat Dominus expergefactus clamore diſcipulorum periclitantium in naufragij ſcopulos protinùs impegiſſet. Irrogatæ nobis infamiæ claritatem familiæ noſtræ aliquandiu denigrantes, vitam noſtram adeò contemptibilem, atque damnabilem proclamarunt, ut uſque ad hæreſim proſilirent. Sed clementia Dei noſtri, quò majori temporis in hujuſmodi diuturnitate cauſa protracta, eò majori maturitate diligentiaque digeſta & diſcuſſa modificatis nonnullis; Neceſſariis autem familiæ nedum piè, benignèque conceſſis, ſed, & majori ſolito robore confirmatis indultis quibuſlibet aliis familiæ noſtræ ante conceſſis firmitate perdurantibus, fulgore ſuo familia integra perſeverat, eò minus in futurum litigiis laceſſenda, quò Papa, Cardinalibuſque ex humilitate noſtra benevolis nobis effectis, traditâ nobis bullâ eorumdem omnium aſſenſu, authoritateque fulcitur. In qua quidem bulla, ſi quid boni, gratique vobis eſſe noveritis, id tantùm bonitati divinæ, clementiæ S. D. N. favori D. Protectoris, interpoſitioni P. Fratris Iacobi de Marchia, indefeſſæque uſque ad ſanguinem ſollicitudini P. P. Compromiſſariorum familiæ, qui laboraverunt fideliter, adſcribatis. Si quid autem moleſti, à priſtinaque bulla alieni, demeritis meis primò, Romanæ Curiæ ſic volenti, cui reſiſtere ſacrilegium, impotentiæque aliter cum bona conſcientia, ſanoque conſilio faciendi, non negligentiæ adſcribatis. Die, noctuque, intus, & extra, ſimul, & privatè, litteris, verbis, & geſtis non parcendo, jejuniis, frigoribus, vigiliis, diſcurſibus, fami, & ſiti, diuturnitati temporis, aut faſtidiis Curiæ, infamiis, repræhenſionibus, objurgationibus manifeſtis, calamitatibuſque quàm pluribus non cedendo, Per Venerabiles mecum deputatos actum eſt, quicquid poſſibile fieri judicarunt; quæſiere quęrenda, petiere petenda, renuére renuenda, conſuluere conſulenda, ægretulere ægreferenda; conqueſti ſunt ubi querendum, Apoſtolicæque Sedis diſpoſitione ſemper, ac obedientia reſervata, nihil eorum penitùs omiſerunt, quę abſentibus vobis ideo proceſſus rei fortè ignatis, aut non acceptanda, aut interpretanda, aut requirenda, aut conſulenda, aut reclamanda, aut addenda, aut minuenda, aut excipienda, aut aliàs quomodolibet modificanda fuiſſe viderentur. Sed talibus extremitatibus, quoad opinionem, rem, & favorem quandoque declivis cauſa noſtra ſuccubuit, ut à morte ad vitam eam relevatam judicaremus, qui duodecim favoris ejuſdem gradus, & perfectionis pro medietate, pro tertia parte nonnumquam libentiſſime admitteremus. Si diligenter cogitantes compenſaveritis omnia, intelligetis facilè, ſed majori firmitate, benevolentiâque Curiæ à favoribus primæ bullæ, & perfectione non longè diſtare, ſi fortè non inveniatur exce

excedere. Quicquid attamen ſit, vel diminutionis à prima, vel augmenti, quia à Sede Petri, nedum æquanimiter tollerandum,ſed reverenter,& humiliter ſuſcipiendum à vobis; Et ſi ſolari lumini fruſtra candelæ ſuperaddatur lumen, ut eidem ſacratiſſimæ Sedi morem gerã, ut dignum eſt, harum ſerie vobis omnibus, præſentibus, abſentibus, & futuris, Prælatis,& ſubditis meæ curæ commiſſis,obſervandum antepono, quod vobis ex debito veſtræ profeſſionis obſervare committitur. Ne autem alicui nuper confectæ bullæ ignorantia ſit occaſio delinquendi, ejus tranſumptum ad vos tranſmitto, quod vulgariter, & litteraliter omnibus exponatis, obſervatique diligentiùs ſtudeatis. Ex imminentibus in Curia impedimentis ad vos venire nequivi. Suadeo autem vobis abſens corpore, præſens verò ſpiritu profeſſionis veſtræ Obſervantiam, ſinceræque dilectionis vinculum inter vos primò, deinde inter vos, & Conventuales, ac Clerum, à quorum oblocutione, ut à veneno caveatis. Vt autẽ ab inutilibus diſcurſibus, etiam indulgentiarum potiſſimè Romæ,in futurum abſtineatis,intendo. Si autem in Curia aliquid vobis agendum erit, quia hoc tempore impetrare, aut impoſſibile, aut difficilimum eſt, Commiſſario meo ſignificare, non Fratres mittere, pro viribus ſtudeatis. Si quid autem vobis,aut Provinciis veſtris, per me gratum fieri valet, inſinuate; avidiùs enim injuncta proſequar, quàm confidentiùs injungatis. Valete,& orate pro me: Ad Capitulumque generale à proximo futuræ Pentecoſtes ad annum Mediolani celebrandum, Vicarius Provinciæ ejuſdem Diſcretus venitę. Ex Vrbe 7. Februarij 1456.

*Reverendo in Christo Patri N. Provinciæ S. Franciſci Miniſtro &c. Frater Iacobus de Marchia &c.*

Ibid.n.134 REverende in Chriſto Pater, Tibi pax, & gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit ſemper. Multas tribulationes, & anguſtias hinc indè à Patribus Conventualibus, & ab iſtis de Obſervantia Minorum perpeſſus ſum; ſed Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis ſecundùm magnam miſericordiam ſuam me potenter eripuit ab his omnibus. D. N. Pontifex in virtute Spiritus ſancti mihi præcepit, ut unionem, & concordiam in Ordine S. Franciſci facere conarer, ſecundùm conſcientiam meam integram,& immaculatam,ponens Deum judicem intra me,& ipſum, ut in die judicij de Ordine S.Franciſci redderem rationem ego,& non ipſe. Stupefactus igitur, & territus de tam ſtupendo præcepto, pluries excuſans me in tam gravi re, & ſcandaloſa, dicens me non eſſe ſufficientem, & capacem, nulla ratione voluit meas legitimas excuſationes admittere, ſed replicans ait: *Fac, quod tibi præcepi.* Certè P. honorande, videns me ad tam horrendum judicium obligatum,de Ordine S.Franciſci reddere rationem, huius tam gravis rei timens Deum, & ſalutem animæ meæ, timens commiſſionem mandati Vicarij Ieſu Chriſti benedicti, ac etiam cum ſemper fuerimus Zelantes de unione ſacræ noſtræ Religionis, poſtpoſitis omni acceptatione perſonarum,omnique diſplicentiã quorumcumque, habens Deum præ oculis, in nomine Ieſu manum meam ad rem tam difficilem, & ſcandaloſam mittens, ad quam certè olim bo. me. Papa Nicolaus V. cum toto ſacro Conſiſtorio, ac etiam multi D. D. Cardinales, Venerbiles Prælati ad hanc materiam decidendam deputati, ſentientes magnum periculum exinde poſſe evenire, non præſumpſerunt ponere manus ſuas. Videns igitur ego jura ipſorum Fratrum de Obſervantia,quę ipſi à Sede Apoſtolica ſecundùm multa Conſilia peritorum Doctorum, ſolemniumque Collegiorum, quæ ipſi acquiſierunt, attamen propter unionem Ordinis ſperans de Dei Miſericordia, judicavi, & determinavi omnes articulos in ſchedula incluſos, ex ipſorum juribus extrahens,& in nomine Ieſu Chriſti præbui, & donavi Reverendiſſimo P. Generali, & ferè omnia jura, & bullas ipſorum irritavi, annullavi, & caſſavi,ſicut clariùs reſpicietis. Certus autem ſum, in extremo Iudicio non reddere rationem ſummo Deo aliquid juris extuliſſe à Reverendiſſimo P. Generali, cùm nihil, immò unum iota ab ejuſdem juribus acceperim, ſed benè ex parte iſtorum de familia, quorum jura ab eiſdem accepi, & eidem P. Generali commodavi, ut ſacer Ordo redintegraretur, & unus Paſtor,

tor,& unum ovile fieret in eodem; & tamen multi ex Fratribus paſſionibus oculos obtuſos habentes,poſt ipſorum Iudicum expoliationem me etiam eruiſſe oculos eorum fortè deſiderantes, non ſolùm mihi indignati ſunt, ſed etiam valdè offenſi, quamvis certus ſim, quòd omnes R. R. P. P. Miniſtri, Venerabileſque Patres, & Fratres omnes in hac tam gratioſa unione me laudabunt, & gratias innumerabiles juſto Deo agent, & me omnium ſervum paternali amore, & charitate magna amplexabuntur. Reverendiſſimus verò P. Generalis nullo modo vult acquieſcere ( contra voluntatem ſummi Pontificis,& D.N.Protectoris, & multorum D. D. Cardinalium ) quòd ejus Vicarius Generalis fiat per electionem : ſed ipſe de ſuo pectore vult talem Vicarium familiæ dare,cùm aliter fieret contra Regulam ; at hoc non eſſe verum , probatur , cum Cuſtodia per electionem det Cuſtodem Miniſtro , & non è contra, & Provincia det per electionem Diffinitores eidem Miniſtro, & non è contra , ac etiam per electionem dat Miniſtrum P. Generali, & non è contra ; & Congregatio familiæ dat per electionem Vicarium Miniſtro , & non è contra. Debet ergo acquieſcere P. Generalis voluntati Summi Pontificis , & conſiderare unionem Ordinis , & tam magna jura ipſorum de familia ſibi eſſe donata,& in nomine Chriſti de tam utili, & gratioſa unione ſui Ordinis in omni plenitudine charitatis contentari. Tu verò Pater honorande , oſtende hos articulos Patribus Provinciæ , & hanc litteram;& me in Chriſto recommendetis. In omnibus his Dominus Protector ordinavit,& compoſuit omnes articulos,ſicut in bulla clarè perſpicietis , quæ ab eodem confecta eſt. Ex Vrbe, die ultima januarij 1456.

Ibid.n.135 Nihilominus multi ex Vltra-montanis Patribus præſertim in Gallia , & Belgio novam hanc recuſantes Conſtitutionem , Eugenianæ adhæſerunt , appellationemque interpoſuerunt ad ipſum Calixtum meliùs informandum.Baptiſta Vicarius Ciſ-montanus prævidens mala , & diſſidia indè ſecutura , miſit Hieronymum de Magiſtris Mediolanenſem , inſignem Eccleſiaſtem , qui Ioannem Vicarium Vltra-montanum de ſingulis præſens moneret , ſecreto Conſilio ad Obſervantiæ defenſionem excitaret , & tandem rogaret , ut proximis Comitiis Generalibus intereſſet, in quibus communibus ſuffragiis imminentia mala repellerent.

Emiſſi diplomatis tempore procul ab Vrbe diſtabat Generalis Miniſter ad Inſubres profectus, ſuique muneris judicavit Baptiſta omnem ei reverentiam, noviterque ex recentis Conſtitutionis præſcripto exortum obedientiæ genus ei quantocius exhibere. Miſſo itaque diplomate , ſcriptiſque litteris ad Chriſtophorū de Modoëtia Guardianum Medilanenſem, & N. Ticinenſem, præcepit , ut eumdem adirent , & quo decebat reverentiæ obſequio , cum Pontificia Conſtitutione ſuas litteras contraderent ; tenor Epiſtolarum hîc eſt. Ibid. n.136.

*Venerandis P. P. F. F. Chriſtophoro de Modoetia Guardiano S. Angeli Mediolani, & N. Guardiano Papiæ.*

TAndem Venerande Pater , quod ab omnipotente Deo ſemper votis , & præcibus optavimus , illa nobis illuxit dies, qua poſt maximos labores paupercula familia noſtra multo jam tempore tribulationum fluctibus variè exagitata, utcumque in Domino quieſcere poterit. Agitur quidem optimè Pater, octavus menſis, poſt quam ex Congregatione in Bononia electus fui Vicarius, quòd nulla mihi præſtita eſt quies Mentis, nunc Pontificem precando , nunc Cardinales exorando , nunc Dominos interpellando , nunc varios labores , ut ſtaremus firmi , & libenter,impigrèque ſuſcepi. Itaque, ut res hæc celeriorem conſequeretur finem , accerſitum olim huc R. P. Generalem ea , qua merito debuimus , veneratione ſuſcepimus , cum eoque multipliciter communicato ſermone , tractatiſque quampluribus contra omnē noſtram voluntatem cum eo Capitulis , ad talia condeſcendimus , quæ omnis humana ratio ſanctè , juſtèquè refellere minimè debuiſſet. Is autem ſumma arte ad ardua intendens , nos verò in Terris proclives ſuſcipere , non acquievit , menteque nequaquam quietata , aut contenta recedens credit omnia ad votum poſſe conſequi. Sed Deus cordis ſecreta conſpiciens aliter diſpoſuit. Non facilè dicam, dum P. Ge-

neralis hinc receſſurus erat, quàm facillimè illicò nobis ſe præbuit fidum fautorem Dominus Protector, qualem numquam fauturum ſine dubitatione expectabamus. Eis quidem cauſa noſtra Terminis, etſi non ad libitum noſtrum, omnino concluſa eſt, quòd non erit facilis diſceptandi occaſio, niſi malignare volentibus. Videre poteris in tranſumpto, qualiter compoſita ſunt omnia. Poſtquam verò ſic placitum eſt coram Pontificis Majeſtate, & digniſſimo Cardinalium cætu acceptum, pro debito noſtro, & reverentia Generalis, cui ſemper eam exhibere tenemur, opportunum judicavi, hujus expeditionis à me ſibi per te notitiam perferri oportere. Itaque hujuſmodi inter vos calculato negotio, ad Patris Generalis præſentiam adire ſtudeatis, blanda eum prævenientes allocutione, ut quod per Romanam Eccleſiam ſancitum eſt, etſi nobis, non ſibi moleſtum, gratanter ſuſcipere velit, utque quietè vivamus, favorabilem ſe præbere; offerentes ei totam familiæ Confraternitatem, quam velit pro ſua in omnes charitate benigno proſequi favore, & nos omnem, quam debebimus, ultro, ac libenter obedientiam præſtabimus; ea inſuper adijciendo, quæ veſtra prudentia circa hæc judicaverit neceſſaria. Ex Vrbe die 9 Februarij 1456.

Ibid.n.138 Suggeſſerunt aliqui Pontifici Calixto, mutato ſtatu, authoritate, & nomine Superioris Obſervantium, dignitatē, vel officium ex novo decreto certis limitibus circumſcriptum, debere ſuum pondus, & confirmationem à Miniſtro Generali juxta novam bullam accipere. Scripſit itaque brevia hæc monita, tum Baptiſtæ Vicario, ut peteret, tum Mozanicæ Miniſtro, ut concederet confirmationem.

*Vicario Vicariorum, vel Cuſtodum Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum.*

Dilecte Fili, ſalutem. Quia propter noſtras novæ inter Fratres Ordinis tui compoſitionis editas litteras dubitari forſan ab aliquibus poſſet, an tu Vicariatus officium, quod hucuſque exercuiſti, exercere ampliùs debeas, ad tollendam hujuſmodi dubitationem, & nè nova Fratrum Congregatio Ordinem ipſum ad præſens perturbet, volumus, & tibi per præſentes mandamus, ut recepta à dilecto filio præſenti tui Ordinis Generali Miniſtro debita inſtitutione, quam ab eo per te, vel alios ad id deputatos humiliter poſtulabis, officium tuum præfatum uſque ad Capitulum generale in proximo fiendum, ſub ea poſtate, & titulo exerceas, de quibus in prædictis litteris latiùs continetur; volentes etiam, & concedentes, ut donec inſtitutionem præfatam habueris, ipſis Fratribus de Obſervantia nuncapatis, juxta formam litterarum earumdem continuò præſis, cuncta quæ incumbunt, cum timore Dei, & debita diligentia exequaris. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum &c. die 15. Februarij.

*Dilecto Filio Generali Miniſtro Ordinis Minorum.*

Dilecte Fili, ſalutem &c. Nè ob novam Vicarij Vicariorum, vel Cuſtodum electionem, ſi fieri in præſentiarum contingeret, Ordo ipſe ulteriùs inquietetur, mandavimus præſenti Vicario, ut officium juxta contenta in noſtris novæ compoſitionis litteris uſque ad Capitulum generale primò fiendum continuaret, & à te inſtitutionem debitam humiliter peteret. Quare cum in præſentiarum ea de cauſa ad te mittat, devotionem tuam in Domino exhortamur, ut pro pace, & quiete Ordinis, eam illi cum charitate, & ſinè dilatione impendere velis. Quod à vobis pro veſtra, & aliorum pace, & quiete ita fieri judicamus. Dat. ut ſupra. Ibid.n.140

Miſit Baptiſta litteras has Pontificias Bartholomæo Caymo Guardiano novi Conventus Mediolanenſis, ut Miniſtro traderet Generali, ab eoque humiliter, & reverenter traditi Vicariatus peteret confirmationem. Hanc ad ipſum Miniſtrum Epiſtolam adjunxit. Ibid.n.141

*Reverendiſſimo P. Fratri Iacobo de Mozanica Ord. Min. Gen. Miniſtro Sacræ Theologiæ Magiſtro,*

Reverendiſſime Pater in Chriſto. Etſi ſatis mihi conſtet, te nullâ animi tui moleſtiâ integrum ducere officium meum, in tuo quoque Arcano pectoris,

pectoris, jam in eodem me confirmaſſe, tamen ut hortamentis Apoſtolicis paream, & debitum tuæ Paternitati honorem perſolvam, in remotis agens, ſtatui harum bajulos ad te venturos deſtinare humili, quâ convenit obſecratione; petens confirmationem officij mei, quâ & cumulus tibi honoris futurus eſt, & officium meum ſumma cum laude tua, & maximo Religionis incremento exercere poſſim; hoc enim non erit à tua dignitate alienum; Quinimmò ubique dum ero, tibi, officioque tuo, quo meum extat, honorem, debitamque obedientiam, præſtare humiliter non reluctabor. Nunc in Apuliæ finibus ago; peracta verò ſolemnitate Paſchali, in Calabriam proficiſcar, inde in Siciliam transfretaturus. Quicquid mihi mandaveris, ſemper, & ubique factum iri puta. Valeat in Domino Paternitas tua, quam incolumem tueatur Omnipotens. Me, & totam Confraternitatem hanc pauperculam tibi commendo, ut eam pio proſequaris affectu. Habebis certè illam tibi devotam: pro tua in eam præſtita humanitate in perpetuum tibi ipſam devincies. In Capitulo quoque generali futuro, ſi quæ pertractanda erunt, tuo judicio adhærebimus. Dat. die 22. Februarij 1456.

Ibid.n.142 Dedit porro libenter Iacobus deſideratam confirmationem ſequenti inſtrumento expreſſam. Abierat interim Baptiſta Neapolim, & peragratâ Apuliâ transfretavit in Siciliam, neque ante Menſem Iulij confirmatæ ſibi authoritatis documentum Panormi (ubi Bonaventuram de Plantanidis Vicarium in Congregatione Provinciali ad S. Mariæ de Gratiis Bergami electum ſuis litteris confirmavit) excepit. In eo porro diſpliceuere quædam reſtrictæ authoritatis clauſulæ, quas poſtea accepit ampliores ad modum traditæ per Magiſtrum Antonium de Ruſconibus Ioanni de Capiſtrano.

*In Chriſto ſibi Cariſſimo Fr. Baptiſtæ de Levanto Ord. Min. Prov. Ianuæ: Fr. Iacobus de Mozanica, artium, & S. Theologiæ Doctor, ac ejuſdem Ordinis Generalis Miniſter, & ſervus ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

CVm per ſingulare S. D. N. Calixti Papę III. ad me directum breve ſub datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris 15. Februarij 1456. Pontificatus anno 2. fuerim exhortatus, ut pro pace, & quiete Ordinis, mihi commiſſi, meum in Italia Vicarium ſuper Fratres devotos, ſeu de familia inſtituerem, tibique mandaverit, ut inſtitutioně ipſe à me deberes humiliter poſtulare, tuque inſtitutionem eiuſmodi per tuas à me litteras petieris reverenter. Idcirco cupiens eiuſdem S. D. N. exhortationibus, quas pro mandatis ſuſcipio, morem gerere, ſimulque Fratribus ipſis per univerſam Italiam conſtitutis, volens, pro ut jam dudum deſideravi, opportunè providere, ac familiæ ipſi de perſona tua juxta illius votum ſalubriter in Domino complacere, Te de cujus integerrima vita, egregia virtute, morum ſanctimonia, Religionis amore, juſtitiæ zelo, diſcretione præcipua, prudentia circumſpecta, cæteriſque virtutum prærogativis, atque aptitudine ſingulari, ad familiam ipſam regendam, gubernandam, & ſi oportuerit, reformandam, veridico multorum relatu, & ipſa teſte experientia informatus, de complurium Venerandorum ſanctæ Theologiæ profeſſorum, aliorumque noſtri Ordinis proborum Fratrum, concordi conſilio pariter, & aſſenſu, mei authoritate officij ſuper omnes, & ſingulos Italiæ, ſeu Citramontanos Fratres de familia, ſeu ſub illius Vicariis conſtitutos, meum Vicarium, Commiſſariumque cum plenitudine poteſtatis, uſque ad proximè futurum Capitulum generale Mediolani, Domino volente, celebrandum inſtituo, atque inſtitutum denuncio per præſentes, dans tibi plenam, & integram tenore præſentium facultatem, & etiam poteſtatem, univerſa, & ſingula dictorum Fratrum devotorum loca, ipſoſque omnes, & ſingulos Fratres præſentes pariter, & futuros gubernandi, & reformandi tàm in Capitibus, quàm in Membris, publicèque, ac privatè viſitandi, vocandi, citandi, conveniendi, examinandi, inquirendi, procedendi, admonendi viſitandi, corrigendi, carcerandi, & à Carceribus liberandi, Officiales inſtituendi, & eorumdem in loco alios ſubrogandi, gratias concedendi, ad ſacros Ordines licentiandi. Prædicatores, Confeſſores examinandi, & promovendi, actibus legitimis privandi, privatoſque ad eoſdem reſtituendi, habilitandi, & provehendi:

Contradictores quoſlibet,& rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam,& juris,& facti remedia, ſive de iure, ſive de approbata Ordinis noſtri conſuetudine in eodem Ordine hactenus conſueta coercendi,& compeſcendi,omniaque alia, & ſingula circa eorumdem regimen, gubernationem, curam, ac reformationem habenda, & expræſſa pro ſufficienter expræſſis quomodolibet faciendi, & exequendi,quæ ego ipſe facere, ſeu exequi poſſem,ſi apud eadem loca, ſeu Fratres præfatos perſonaliter intereſſem. Quare mando tibi ad meritum Obedientiæ ſalutaris, quatenus præfatum Vicariatus, & Commiſſariatus officium, tuis humeris per me injunctum,humiliter, & reverenter ſuſcipias, ſuſceptumque diligenter,ac fideliter exequaris, juxta multiplicem gratiam à Domino tibi datam; hortans te nihilominus in Domino Ieſu Chriſto, ác per ſanguinis aſperſionem ejuſdem, & B. P. N. Franciſci glorioſa ſtigmata te obſecrans,& obteſtans, ut in præfati cura regiminis adeo prudenter, adeo maturè,adeo ſollicitè, adeoque circumſpectè te ipſum habere velis, ut uberes, atque optatos fructus,& videam inſimul, & gaudeam proficiſci, tuque apud Deum, & homines de diligentia magis laudem reportes, quàm de negligentia (quod abſit) ſis meritò arguendus. Et per eandem ſalutarem Obedientiam, & nihilominus ſub pœna inobedientiæ contumacis,omnibus, & ſingulis dictis Fratribus per univerſam Italiam ubilibet conſtitutis, cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, ſeu dignitatis exiſtant, præſentibus pariter, & futuris diſtrictè præcipio,& injungo, quatenus tibi tamquam meo legitimo, & indubitato Vicario, ſeu Commiſſario deſignato, & inſtituto velut perſonæ meæ propriæ toto Vicariatus, ſeu Commiſſariatus ejuſdem tempore in omnibus, quæ ad dictum pertinere videbuntur officiũ, humiliter, & abſque contradictione aliqua pareant, & intendant. Quos tibi, teque illis facio chariùs in Domino commendatos. Dat. Cremonæ die 22. Aprilis 1456.

Ibid.1457. n.56. Anno 1457. Congregati ad Capitulum Mediolanenſe, tum Obſervantes, tum Conventuales ſtatuit Miniſter Generalis de Mozanica, ut omnes in Domum unam S. Franciſci convenirent, neque quidquam ciborum provideretur pro Obſervantibus Capitularibus in domo eorumdem. Nihilominus Devoti Cives abundantiſſimè omnia mittebant, Curribus, & Plauſtris frequenter adducta. Illi ut plurimùm ad S. Franciſci Cænobium tranſvehebant, ubi etiam manducabant. Quando ad acta perventum eſt Capitularia, excluſi ſunt Obſervantes contra Calixtinæ Conſtitutionis diſpoſitionem, de quo conqueſti Vicarij Ciſmontanus,& Vltramontanus,Notarij publici teſtimonio repulſam voluerunt declaratam. Illis recedentibus in domum ſuam, Conventuales proſecuti ſunt Comitia, quorum acta perierunt.

Obſervantes in domo S. Angeli aliud celebrarunt Capitulum, & prout Calixtus conſtituerat, tres viros dignos, ex quibus deligi poſſet Vicarius Ciſmontanus, & totidem pro Vltramontano præſcripſerunt. Hunc dixit Miniſter Generalis Theodoricum Aurigæ, aliàs hoc munere perfunctum; illum Antonium Montefalcenſem, Virum Venerabilem, inſignem Eccleſiaſten, inter Prælatos, & Magnates non mediocris authoritatis. Ibid. n. 57.

Iterumque in Capitulo Romano anno 1458. die 19. Maij ad Aracælitanum Conventum congregato,à Miniſtri Generalis electione fuerunt excluſi, ita jubente Calixto Pontifice, ut ſecuriùs, & faciliùs pro defuncto Mozanica ad regiminis apicem Iacobus de Sarzuela Provinciæ Aragoniæ Miniſter, jam à ſe inſtitutus Vicarius,ad Generalatum promoveretur. Octo diebus abundè ſumptus miniſtravit, & Prẹſides Capituli inſtituit Rodericum Cardinalem de Borgia ſuum Nepotem S.R.E. Vice-Cancellarium,& Dominicum de Capranica Ordinis Protectorem. Putaverunt Obſervantes ſe juxta tenorem bullæ Calixtinẹ convocandos ad ſuffragia ferenda;ſed in ipſo electionis limine lecto per Rodericum Cardinalem brevi Pontificio, ſignificatum eſt, quibuſdam de cauſis placuiſſe ſanctiſſimo Domino, ut pro illa vice ſuffragia non ferrent in Miniſtri Generalis electione, ſed ſeparatim unaquæque Obſervantiæ familia ſuos procrearet Vicarios, reliquis bullæ Calixtinæ in ſuo robore permanentibus: ſecuriori,quem volebat, hominis Aragonij promotioni ita judicavit expedire, Ibid.1458. n. 5.

neque

neque enim adeò facilè huc flectendos putabat Obſervantes.

Ibid. n. 7. Iacobus Sarzuela anno 1458. in Generalem electus non priùs ad Præſulatum aſcendit, quàm cogitaverit de infirmanda, & revocanda bulla Calixtina. Vbi apud Pontificem de hac re ſermonem habuit, juſſus eſt acquieſcere. [Fermè, *inquit*, Calixtus, in conficiendis his litteris ſanguinem ſudavimus, multo labore, ſtudio, & patientiâ ſuperandæ erant Fratrum diſcordiæ: non adeò facilè revocandam cenſemus, neque expedire, ut Nos in ſimiles reincidamus anguſtias. Ipſi inter vos inite Concordiam, pacificè rem componite, & quod omnium votis probabitur, Noſtro firmabitur conſtituto]: Egit itaque modis omnibus Miniſter, cum Vicario, ut bulla mutaretur, oblatiſque quibuſdam articulis dixit, ut quos placeret, admitteret, qui diſplicerent reprobaret, & omnia ad ſuum ſenſum componeret. Vicarius cum ſuis Conſiliariis Bononienſi, & Foſſano ad tàm liberales oblationes, & verba ſpecioſa fluctuâtibus parum aberat, quin conſentirent. Conſulendum duxerunt Cardinalem Protectorem, qui planè dixit, incautos, & ſimplices in decipulas abduci; quòd ſi res ſuas ſalvas cuperent, monuit intactas ſervarent Calixtinas; ſi quid enim mutari permitterent, amplam prædicebat portam aperiri multis controverſiis.

Ibid. n. 14. Cum ergo nec Eugenianâ, nec Calixtanâ bullâ frui poſſent Obſervantes, unde & in maxima fluctuatione verſarentur; ſtatim ab obitu Calixti Pontificis, & Cardinalis Firmani Protectoris, per Cardinalem Nicænum Firmano in protectione ſubrogatum, Baptiſta de Levanto Vicarius Generalis ad Pij II. pedes familiariter introductus, expoſuit, novas inferri Obſervantibus moleſtias, nolentibus Conventualibus Obſervare bullam Calixti Pontificis, per quam revocari curaverant Eugenianam; ſe proinde, ſuoſque miſerè fluctuare, & quam ſibi præſcribant normam vivendi, penitus ignorare; rogavitque, ut pro ſua paterna ſollicitudine remedium adhiberet. Id ſe facturum placidè promiſit Pontifex, ut ſupra dictum eſt.

Vvad. t. 6. 1464. n. 8. & ſeq. Tandem quò graviùs Obſervantiam ejus æmuli percuterent, illius profeſſores de publica Seraphicæ Regulæ transgreſſione notatos, quòd non Miniſtris in Regula præſcriptis, ſed Vicariis obedirent, nequidem ab Inſtitutore ſomniatis, eos niſi reſipiſcerent à ſtatu damnationis reſilire non poſſe, etiam coram multitudine prædicabant; de his omnibus à Chriſtianiſſimo Gallorum Rege informatus Pius II. Pontifex litteras duas Apoſtolicas, ad Obſervantes ipſos alteram, alteram ad Regem expedivit, ut ſequitur.

## PIVS PAPA II.

*Dilectis filiis Vicario Generali, & univerſis Fratribus Ordinis Minorum B. Franciſci de Obſervantia nuncupatis.*

Circa Regularis Obſervantiæ profeſſores ſollicitudinis noſtræ vices libenter impendimus, ut eorum Religio ſalutarem fructum fœcundiùs afferat, ipſique incrementis continuis laudabiliùs in Domino proficiant, dubietates omnes, per quas eorum mentes poſſint ambiguæ reddi, eas præſertim, quæ ſuper conceſſis à Sede Apoſtolica gratiis, & indultis circa eorum modum vivendi, ac ſalutarem Regulæ Obſervantiam ordinatis oriuntur, è medio tollimus, ac eaſdem Apoſtolicę declarationis luce illuſtramus. Cum itaque nuper accepimus, fuiſſe aliquando non nullos, qui dubium ducerent, utrum vos, qui in profeſſionem Regulæ veſtræ videmini obligati vivere ſub obedientia Miniſtrorum Ordinis, juxta ipſius Regulæ à B. Franciſco editæ, & per Sedem Apoſtolicam multipliciter confirmatæ & approbatæ, litteram, cum nunc ex conceſſione, & determinatione Apoſtolica, præſertim fæl. record Eugenij IV. & Nicolai V. prædeceſſorum noſtrorum, & noſtra, veſtros Superiores Vicarios appelletis, & non Miniſtros, Regulæ ipſius mandatum adimpleatis: an potiùs præter illam agentes graviter, & contra votum profeſſionis, præſertim obedientiæ delinqvatis. Vnde factum ſit, ut in Conſcientiis aliquorum, & veſtris propterea ſcrupulus aliquando ſuboriatur, ex eorum ſententia, qui Apoſtolicas præfatas determinationes non ad plenum intelligunt. Volentes ſuper hujuſmodi ambiguitate vobis conſulere, & Conſcientiarum veſtrarum quieti de benignitate Apoſtolica provi

providere, omniúque Mentes propterea de veſtro ſtatu ambiguas paternali affectu, quantùm in Nobis eſt, quietas reddere, & ſalubriter attendentes, quòd ſicut ſine Apoſtolicæ Sedis authoritate nulla Regula, ſeu modus religiosè vivendi rectè inſtituitur, aut declaratur, neque interpretari poteſt. Ita in ejus poteſtate eſt, & inſtituta, ſi vellet, in melius commutare, & prout viventium in eis animarum ſaluti noverit convenire, ſuo arbitrio ordinationes novas, ac determinationes inſtituere, & Prælatorum eorumdem vocabula, ac denominationes immutare, alterare, & interpretari; Authoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia interpretamur, & declaramus, quòd cum Sedes præfata veſtræ familiæ de Obſervantia poſt Generalem totius Ordinis Miniſtrum, Generales, & Provinciales Vicarios Miniſtrorum loco, certis, piis, & ſanctis reſpectibus eſſe voluerit, & decreverit, Vicarij ipſi, qui vobis præſunt, & quibus vos ex debito profeſſionis veſtræ prædictæ obeditis, veri, & indubitati veſtri Miniſtri, & tales, quales Beatus Franciſcus per Regulam præfatam, & Deus fore intendebat, ſunt, & perpetuò erunt quoad uſque Apoſtolica Sedes, in cujus arbitro conſiſtit, aliud alio tunc reſpectu ordinare ſtatuerit, differentes à prædictis ſolo nomine, & id ex præmiſſa determinatione Apoſtolica, quam ipſi quoque præſentium tenore, ex ſimili authoritate, & ſcientia ratam, & gratam habentes, confirmamus, & approbamus, voſque qui eiſdem Vicariis obeditis, ſecundùm determinationem prædictæ Sedis Apoſtolicæ, Regulæ veſtræ præfatæ, & præcipuè in ea parte ubi eſt, *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut obediant ſuis Miniſtris*, plenè & integrè ſatisfacitis, plenèque, & integrè ſatisfacere, authoritate præfata per præſentes decernimus, & declaramus. In contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ 1463. pridie Idus Ianuarij Pontificatus an. 6.

*Cariſſimo Filio Regi Galliarum Illuſtri.*

Ibid. FÆlicis recordationis Eugenius Papa IV. & alij ſubſequentes Romani Pontifices, non ſine magna cauſa, & rationabili, Fratribus Ordinis Minorum, qui ſub Regulari Obſervantia degunt, ut Superiores, & Prælatos ſuos alio nomine, quam in eorum Regula expreſſum ſit, nuncupatos eligere poſſent conceſſerunt, qui Prælati quamvis non Miniſtri, ſed Vicarij nuncupentur, in nomine tantùm, non autem re differunt à Miniſtris, neque fuiſſet par, cum & Prælati Fratrum Conventualium appellentur Miniſtri, duos in eadem Provincia Prælatos, alterum videlicèt Conventualium, alterum de Obſervantia Fratrum, Miniſtros nuncupari; ſed æquiùs fuit, eos diverſis nominibus appellari. Ex hoc Excellentia tua intelligat, ſi qui ipſorum de Obſervantia æmuli contrarium dixerint, quaſi ex eo ſecundùm Regulam non vivant, quòd ſuos Prælatos non Miniſtros, ſed Vicarios appellent, non ritè moveri; ad quod fides illis danda non ſit, nam Vicarios pro Miniſtris datos eſſe Fratribus de Obſervantia, & quidem ab Apoſtolica Sede, cujus authoritate confirmata, & ſine qua neque Ordo inſtitui, neque vivendi nova Regula adinveniri poteſt ſufficienter. Qua ex re hortamur Majeſtatem tuam, ut talia contra dictos Fratres te non moveant, ſed ſumat argumenta, ex vita, & laudabilibus eorum actionibus, & eos, ut decet, Deo Dilectum Chriſtianiſſimum Regem, pietatis oculo reſpiciat. Hoc enim adijciet præconia Altitudini tuæ, eritque Nobis, & dictę Sedi gratiſſimum, cùm intellexerimus, Celſitudinem tuam in ejus fidem, & protectionem dictos Fratres, Dei ſervos, ſuſcepiſſe. Datum Romæ 1464. Idus Maij Pontificatus anno 6.

Hac non obſtante Sedis Apoſtolicæ declaratione, cum ex fælicioribus quotidie Obſervantium progreſſibus, augeretur in dies æmulorum ira; iterum ſub Alexandro VI. in partibus Vltra-montanis accuſabantur tamquam Regulæ tranſgreſſores, quia non Miniſtris, ſed Vicariis obedirent; unde illas Pij litteras Alexander VI. duxit innovandas; & pro quæſtuationũ ſecuritate providere.

ALEXANDER PAPA VI.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis &c.*

SAnctam Regularem vitam profeſſos, &c. Exhibita quidem nobis nuper Vvad. t. 7. 1493. n. 12.

pro

pro parte dilectorum filiorum Generalis, & Provincialium Vicariorum Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, in partibus Ultra-montanis commorantium, petitio continebat; quòd licèt olim in generali Concilio Conſtantienſi, non ſine magna, ac rationabili cauſa, fuerit determinatum, ac per Eugenium IV. & Nicolaum V. ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, confirmatum, & approbatum, quòd dicti Fratres de Obſervantia nuncupati Superiores haberent, qui non Miniſtrorum, pro ut in eorum Regula, ſed Vicariorum nominibus appellarentur; quòd dicti Fratres ſecundùm eorum Regulæ præceptum, & quantùm ad ea, quæ Regularem concernunt Obſervantiam, tenerentur obedire; & demum per piæ mem. Pium II. predeceſſorem noſtrum fuerit Ordinatum, quòd cum Sedes Apoſtolica, in cujus arbitrio, & juſtitia eſt dicti Ordinis, ſi velit, in meliùs commutare, & prout ſaluti animarum expediens eſſe cognoverit, Prælatorum nomina, & vocabula mutare; in eorundem Fratrum de Familia, loco Miniſtrorum, Generalis, & Provincialium, prout in Regula dicti Ordinis, Vicarios Generalem, & Provinciales eſſe voluerit, qui ſcilicet Vicarij dictis Fratribus de Obſervantia nuncupatis præſidentes, & quibus ipſi Fratres, ex debito ſuæ profeſſionis obedientes exiſtunt, tunc erant, & perpetuò forent eorundem Fratrum veri, & indubitati Miniſtri, & tales quales B. Franciſcus Regulam condens intendebat, quouſque eadem Sedes aliud alio tunc reſpectu ordinare decerneret. Quòdque dicti Fratres eiſdem Vicariis obedientes ſecundùm determinationem prædictam Regulæ ſuæ, præſertim in ea parte ubi dicitur. *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut obediant ſuis Miniſtris,* plenè, & integrè ſatisfaciunt, prout in eorundem prædeceſſorum litteris pleniùs continetur. Nihilominus, quia hujuſmodi determinationis, confirmationis, ac litterarum prædictarum publicatio nulli extra Ordinem præfatum committitur, ſive demandatur, apud Clerum, & populum redditur minus nota; & ab hoc quidam utriuſque ſexus, & ſtatus eorundem Fratrum æmuli, partim, ut creditur, invidiâ, partim verò ignorantiâ ducti præfatos Fratres caninis latratibus lacerantes, tanquam ſui ſtatus tranſgreſſores accuſant: quodque ex eo quòd non Miniſtris immediatè, ſed dictis Vicariis obediunt, & ſubſunt, ſecundùm Regulam præmiſſam non vivunt, falsò aſſerunt ipſos, aut inobedientes, aut privilegiatos, aut Fratres *de Bulla*, ſeu aliis ignominioſis vocabulis, quaſi non eſſent ſub Regula approbata, tàm publicè, quàm privatè, aut per libellos, ſeu litteras diffamatorias appellantes, charitativa ſubſidia ſuorum benefactorum modis, quibus poſſunt, impediunt. Nonnulli verò Religioſi, licèt ſub ſimili habitu, ſub alterius tamen conſiſtentes obedientia, eleemoſynas, quibus ipſi Fratres de Obſervantia nuncupati, ſub dictorum Vicariorum obedientia degentes, ſuſtentari deberent, à Chriſti fidelibus ſub nomine, ac titulo eorundem Fratrum de Obſervantia nuncupatorum indifferenter petunt, & recipiunt in non modicam Fratrum prædictorum jacturam, & infamiam, proximorum pernicioſum exemplum, & ſimplicium errorem, & deceptionem. Quare pro parte dictorum Vicariorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis, & eorum pro tempore ſucceſſoribus paterno præſidio aſſiſtentes, prædictas litteras per vos, & quemlibet veſtrum in Eccleſiis veſtræ juriſdictioni ſubjectis, & alibi, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicari, & quoad præmiſſa, & his ſimilia, ipſorum Vicarios, & eorum ſubditos coram Clero, & populo excuſari, & defendi; ſicque hujuſmodi obtrectationibus, æmulis eorundem Fratrum diffamatoribus ſilentium imponi, ac pios Fratres ſic, ut præmittitur, ſecundùm Apoſtolicam determinationem, ſub cura, & regimine dictorum Vicariorum viventes in bona fama conſervari, & non permitti aliquos Religioſos, ſive ſæculares ſub nomine, vel titulo dictorum Fratrum, aut domorum, ſive locorum de dicta Obſervantia, & ſub dictis Vicariis, ſecundùm prædictas confirmationes viventium in ipſorum terminis, niſi fuerint de eorum familia, & ſub dictis Vicariis immediatè conſtituti, publicè, vel occultè eleemoſynas quæritare, recipere, aut eos quomodolibet perturbare, ſeu diffamare; mandare, aliáſque in præmiſſis opportunè pro-

videre de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus firmiter, ac mandamus, quatenus quilibet veſtrum, ut ſi poſtquam dictæ litteræ Eugenij, aut Pij prædeceſſorum prædictorum ſibi fuerint præſentatæ, vel de eis, aut altera ipſarum per earum tranſumpta authentica, ſeu aliàs fuerit facta fides ex parte Vicariorum prædictorum, nunc, & pro tempore exiſtentium, vel Commiſſariorum, aut Fratrum per eos deputatorum fuerit legitimè requiſitus, per ſe, vel alium, ſeu alios prædictas litteras in Eccleſiis ſuæ jurisdictioni ſubjectis, dum major inibi multitudo fidelium convenerit ad divina, & alibi, dum opus fuerit, publicè, ſolemniter, & quantùm ad præmiſſa, & his ſimilia, eiſdem Vicariis, & eis obedientibus Fratribus nunc, & pro tempore efficaci præſidio aſſiſtens, eos coram Clero, & populo excuſet, & defendat, ſicque eorum hujuſmodi detractoribus, æmulis, & diffamatoribus ſuper præmiſſis ſilentium imponat, ac ipſos Vicarios, & eis obedientes Fratres, ſicut præfertur, ſecundùm Apoſtolicam determinationem, ſub cura, & regimine dictorum Vicariorum viventes, in bona fama conſervet, & juxta decreta Viennenſis Concilij contra falſos eleemoſynarum queſtores edita, dicti Ordinis profeſſoribus ſub dictorum tamen obedientia Vicariorum, ſecundùm eorum conſtitutiones immediatè non degentibus, & quibuſvis aliis perſonis, & ſæcularibus, nè falsò aſſerant, ſe eſſe de Fratribus ſub dictorum Vicariorum obedientia degentibus, aut pro eis, & eorum domibus immediatè de cætero, præſertim infra limites queſtarum domorum earundem Fratrum ſub dictorum Vicariorum obedientia degentium; nec quòd ipſi Fratres ſub Vicariorum, qui quoad eos Miniſtrorū locum tenent, obedientia degentes, non ſint veri Fratres Minores, & regularia inſtituta dicti Ordinis non obſervent, affirmare, eoſque injurioſè inobedientes, Byſochos, aut *de Bulla*, ſeu aliis ignominioſis vocabulis publicè, vel occultè, aut per litteras diffamatorias, ſeu libellos appellare quoquomodo præſumāt, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhibeat; & illos, quos in hujuſmodi inhibitionem contraveniendo, excommunicationis ſententiam prædictam incurriſſe conſtiterit, excommunicatos publicè denunciet, faciatque ab aliis nunciari, & ab omnibus arctiùs evitari, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos iteratis vicibus aggravare procuret; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxlio brachij ſæcularis, donec compuncti corde, prævia ſatisfactiune, meruerint à dicta excommunicatione abſolutionis beneficium obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam &c. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ 1493. Kal. Aprilis Pontif. anno 1.

Nec tamen adhuc adverſariorum ira quievit; iterum Alexandro defuncto ſub Iulio ipſius ſucceſſore paſſi Obſervantes varias moleſtias à Patribus Conventualibus, & Reformatis, qui ſub illorū militabant obedientia, nec non ab aliis Ordinibus Mendicantibus, à Iulio II. has litteras impetrarunt. Vvad. t. 8. 1512. n. 24.

*Dilectis Filiis Vicariis Generalibus, & Provincialibus, & Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia, ſivè de Familia nuncupatis.*

Dilecti filij &c. Exponi nobis nuper feciſtis, quòd licèt per ſacrum Conſtantienſe Concilium, ac fæl. rec. Eugenium IV. Nicolaum V. Pium II. Paulum etiam II. & Sixtum IV. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per ſpeciales litteras noſtras, quas cum multa maturitate conceſſimus, ſtatutum, & ordinatum fuerit, quòd vos per omnes mundi Provincias de Romani Pontificis licentia novas domos ædificare, & ſpontè oblatas etiam per Miniſtros, & Cuſtodes recipere, Verbum Dei prædicare, & juxta Regulam S. Franciſci, quam voviſtis de eleemoſynis humiliter mendicatis, ſeu à Chriſti fidelibus ſpontè oblatis ſecundùm modum in Regula veſtra expreſſum vivere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis Ordini Fratrum Minorum conceſſis, dummodò non ſint contra prædictam ſancti Franciſci Regulam, gaudere poſſitis: quòdque alij Fratres Minores Conventuales, etiam ſub Miniſtris Reformati non debeāt vos in prædictis, vel eorum aliquo quomodolibet impedire; prout hæc, & alia in prædi

prædictis litteris Apoſtolicis latiùs continentur: Nihilominus nonnulli Miniſtri Provinciales, & Fratres Conventuales, & alij, qui etiam de Obſervantia ſub Miniſtris ſe nominant, & nonnulli aliorum Mendicantium Ordinum Religioſi, paſſione, ut creditur, ducti, falsò aſſerentes, malitiosè fingentes, & coram populi multitudine publicè prædicantes, vos non eſſe de Ordine Minorum, vel mandicantium, modis quibus poſſunt, conantur vos impedire, & cohibere, nè in locis ubi prædicti Conventuales, & alij Religioſi ſupradicti, ac etiam vos prædicare, & mendicare conſuevistis, eos in prædicando, & mandicando prævenire debeatis, vel poſſitis, immò nonnulli ex eis hujuſmodi prædicationes, & mendicationes vobis in hujuſmodi locis totaliter auferre, jactantes ſe litteras à Sede Apoſtolica idipſum in ſe expreſsè continentes obtinuiſſe, & plura alia attentantes in grave veſtrum, & Chriſti fidelium ſalutis præjudicium. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, vos per univerſam Chriſtianitatem ob devotionem Chriſti fidelium, & præſertim tàm Eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium Principum ad vos affectum, valdè multiplicati fueritis, & hucuſque laudabiliter ſecundùm veram S. Franciſci Regulam in ſumma paupertate vivatis, & ſic vivere cupiatis in futurum, etiam ab initio familiæ, & locorum vobis datorum in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, & uſu prædicandi, & mendicandi in veſtris locis, & terminis cum magna ædificatione Cleri, & populi fueritis, Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut vobis ſuper his opportunè providere paterna charitate dignaremur. Nos igitur, qui ſub Religionis jugo Domino famulantes vos libenter proſequimur favorè gratiæ ſpecialis, attentè conſiderantes, *vos eſſe veros S. Franciſci filios, & imitatores in arctiſſima paupertate fundatos*, & privilegio Mendicantium ob religioſæ, & exemplaris vitæ meritum gaudere debere, vos, & veſtrum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis quòd Verbum Dei populo proponere, & veſtras eleemoſynas temporibus, & locis conſuetis petere, & recipere, juxta quod vobis ex S. Franciſci Regula, & conſtitutionibus Apoſtolicis permittitur, prædictorum Conventualium, & aliorum Mendicantium Ordinum Fratrum adventu, & præventu minimè expectatis, liberè, & licitè valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, cum ad hoc Dominici Epiſcopi Portuenſis dicti Ordinis Protectoris, ac Gomecij totius Ordinis prædicti Vicarij, Miniſtro ad præſens carentis, expreſſus accedat aſſenſus, concedimus; ac Conventualibus prædictis, & aliorum mendicantium Ordinum præfatorum Fratribus ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, eo ipſo incurrenda, ne vos per ſe, vel alium, ſeu alios directè, publicè, vel occultè circa præmiſſa producta, vel ipſorum aliquod impedire, ſeu moleſtare præſumant, præcipimus, & mandamus: Mandantes nihilominus univerſis Conſervatoribus, ſeu Iudicibus, quatenùs ipſorum ſinguli per ſe, vel alium, ſeu alios vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos conceſſione, præcepto, & mandato prædictis pacificè gaudere; Non permittentes, vos per Conventuales, & alios Mendicantium Ordinum Fratres prædictos, ſeu quoſcumque alios deſuper quomodolibet indebitè moleſtari: Contradictores quoſlibet, &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 18. Aprilis 1512. Pontificatus 9.

Verùm enim verò talem nunquam Vvad.t.6.
tribulationem paſſa eſt Obſervantia 1472.n.3.
Regularis, qualem vidit ſub Sixto IV. Pontifice, ad quem uſque à præfata Pij II. determinatione aliqualiter requieverat: jam verò ex Pontificis de ſuis aſſumpti authoritate victoriam ſibi promittentes Conventuales, rurſus pro ſubigenda ſibi Obſervantia nullum non moverunt lapidem. Sixtus equidem à B. Iacobo de Marchia Obſervante in partium diſcordia ad Generalatum nominatus, atque ad Cardinalatum, & Summum Pontificatum prophetatus, Obſervantium familæ erat non mediocriter

addictus; nihilnminus Fratris Petri Cardinalis Riarij etiam Cnnventualis, atque ſui inter cæteros dilectiſſimi Nepotis, alinrumque Cnnventualium cnntinuatis præcibus, & apparentibus excitatus ratinnibus, eǹ rem deduxit, ut de eliminanda cnnſtitutinne Eugeniana, cæteriſque Obſervantium exemptionibus, atque Pnntificum favnrabilibus cnnſtitutionibus nnn ſolùm cngitaverit, ſed & abſnlutè decreverit, ut ſub uno Conventualium regimine tntum Franciſcani Ordinis corpus ſubijceretur. Vt ſpecioſiùs id fieret, firmiuſque perſeveraret conſtitutum, coegit Cardinalium Conciſtorium; Verùm tàm fervidè propoſitionem ſuam prnnuntiavit, ut Cardinales ipſi, qui prn Obſervantia hucuſque pro viribus pugnaverant, linguam movere auſi non fuerint: vocatus deinde in Conſiſtorium Marcus Bononienſis, tunc in Cis-montanis Obſervātium Vicarius Generalis, ſpecie quidem, qua prn ſui ſtatus defenſione, & peculiari illo gubernin retinendo allegaret, quæ pnſſet; revera tamen, ut jam ſtatutorum cnntra ſe definitionem præſens audire, atque acceptare deberet. Iuſſus, ut diceret, ſi quid haberet, allegavit præ cæteris (ſumma ſemper humilitate, ſed invicta conſtātia) Concilij Conſtant. decretum ſingulari authnritate venerandum, nec non Eugenij bullā poſt tot diſceptationes, ac diſputationes à Succeſſoribus Pontificibus nnva ſemper confirmatione validatā; ſtatum denique animarū, quæ inter relaxatos ad Regulæ puritatē vivere nmninn non valerent. Hæc, & his ſimilia cùm nihil ad placandum Pontificem prnficere videret, ac Cardinales, etſi aliter apud ſe ſentirent, minimè auſns manifeſtæ Pnntificis determinatinni cnntraire, extractam è manica S. Franciſci Regulam in medium proijciens, elevatis in Cælum oculis, alta voce, magnoque fervore dixit. *Tu igitur, Sanctiſſime Pater Franciſce, tua Regulæ Obſervantiam defende, ego nihil proficio*, ſtatimque è conſpectu receſſit.

Chronol. Sraph. ad an 1469. fol. 138. Hominis ſermone, audentique factn commotus Pontifex, cunctique Cardinales altè ſilentium tenuerunt, atque re pro tunc infecta, dimiſſum eſt ad aliā occaſinnem Conſiſtnrium. Interim Marcus in Cænobio Aræ-cæli ſæpiſſimè ad Dominum exclamans dicebat; *Salva nos Domine, perimus; impera, & fac tranquillitatem*: juſſitque per nmnes ſui inſtituti Cnnventus nrationes, & ſupplicatinnes fieri, & per Prnvinciarum Vicarins implnrari Regum, & Principum auxilia. Mirum quanta promptitudine omnium fermè litteræ in Vrbem tranſmiſſæ. Quidam Pnntificem præcabantur, ne religioſum, omnibuſque gratum Obſervantiæ ſtatum concuteret; Alij, præſertim Angliæ Rex, & Dux Mediolanenſis ſeveriùs agebant, comminantes, ſiquid acciperent Obſervantes moleſtiæ, ſe protinùs Conventuales à ſuis dominijs procul facturns: Multò audentiùs, atque gravinra nimis Rex ipſe Angliæ, necnon alia quædā Principiſſa poſt humiles ad favorem Obſervantium inſtantias ſcripſerunt ad Pontificem in Chronnlogia ſeraphica hoc in loco perlegenda: Pontifici nmnes ſimul in patina nblatæ, & deinde lectæ epiſtnlæ eatenus admiratinni fuerunt, ut commotus dixerit Pnnrifex. *Ego putavi, mihi rem eſſe cum mendicis & pediculoſis Fratribus, non cum univerſis Principibus.* Aderat tunc Philippus Cardinalis Bonnnienſis Nicolai V. Germanus frater, qui turbatum, minantemque videns Pnntificem; [Cave, inquit, Beatiſſime Pater, ne gentem hanc affligas; adeo per nrbem crevit Chriſtianum, eamque apud omnes Principes nacta eſt npininnem, ut ſi quid magnum in te moliri velit, poſſit. Cnnſultiùs puto permitti, ut ſuis legibus vivat, & amplioribus gratiis excitari debeat, ut quod præſtat multiplex Apoſtolicæ Sedi nbſequium, libentiùs proſequatur.] Vvad. t. 6. 1472. n. 4. & 5.

Quievit Sixtus, motumque compoſuit animum; ſed contra Marcum perſtitit iraſci, quòd tàm audacter in Cnnſiſtorio locutus, auſus ſit etiam contra eum Principes omnes convocare. Iuſſit itaque Neapolim profectum in Curiam reverti; Præmonitus autem à Rege, accepiſque à Curiæ Commiſſarin litteris, ſibi parari malum, clàm abiit in Etruriam. Atq; illinc revocabatur iteratis præceptis, ſed aſſequi non potuit, eludentibus Fratribus curſorum ſolertiam, & varia Marco præparantibus latibula. Tandem Pnntificis ira deferbuit, ſed Marcus nnn ſe credebat ei, regimenque proinde Religinnis commiſit Fratri Petro Neapolitano Provinciæ S. Antonij, & poteſta- Ibid.

tem

tem omnem capitulum celebrandi, cujus tempus imminebat.

Electus autẽ in Comitiis novus Vicarius generalis B Angelus de Clavaſio, Romam profectus poſtulavit à Pontifice cõfirmari, tùm majoris honoris, tùm prolixioris itineris Ferrariã uſque, ubi Generalis hærebat, evitandi gratiâ. Renuit Sixus, dicens, expedire magis, ut juxta conſuetudinem, & bullam Eugenianam, quam Obſervantes cupiebant inviolatam, à Miniſtro Generali confirmatio peteretur. Ita porrò factum, poſtulatis benignè annuenre Miniſtro. Abſolutis demum actis capitularibus, in Vrbem profectus Angelus Vicarius ſocios aſſumpſit Paulum Lucenſem S. Theologiæ Magiſtrum doctiſſimum, olim Pontificis Diſcipulum, qui ex Conventualibus ad Obſervantes transferat, & Ludovicum Vicentinum, & Andræam Curiæ Commiſſarium, ut Pontificem pro more ſimul adorarent. Humaniſſimè excepti auſi ſunt pro Marco Bononienſi intercedere, & plura objicientem Sixtum rogare, ne oblivifceretur miſereri, nec contineret in ira ſua miſericordias ſuas. Placatus tandem præcibus præſertim Magiſtri Pauli ſibi gratiſſimi; hominem ſubridẽs interrogavit; an non ille eſſet, qui in Comitiis dixit, ſe pro defenſione Marci, & Obſervantiæ mortem omnem ſubiturum? Cui ille ob veterem amicitiam intrepidè dixit, verè ſe illum eſſe, nec dicti pœnitere, eòque animoſiùs defenſionem aggreſſum, quò certiùs ſciret, inſtitutum hoc, quod Marcus zeloſè propugnabat, Eccleſiæ univerſæ ſummè proficuum eſſe, & ſuæ Sanctitati addictiſſimum. Sereno tandem, & tranquillo animo promiſit Pontifex, ſe nullam deinde moleſtiam Obſervantiæ illaturum, ſed bonos quoſcumque hujus vitæ viros beneficè proſecuturum.

Vvad. t. 7. 1500. n. 15. Graviſſimam præ cæteris, atque longioris durationis commotionem contra Obſervantes excitavit Ægidius Delphinus de Amelia, prout diffuſiùs lib. 3. in Delphino Generali, & alibi dictum credimus ad ſufficientiam.

Vvad. t. 8. 1503. n. 3. & ſeq. Anno 1503. Delphinus Generalis vivente adhuc Alexandro Pontifice, ut probat Vvadingus, in Gallias ad Trecenſe Cænobium pro Synodo Generali præcipuos ex Conventualibus, ex Regulari Obſervantia, nec non ex Reformaris ſibi ſubjectis (id. Colettanis, Clarenis, & Amadæis) Patres convocavit, quamvis Conventuales tanquam ab ipſo malè habiti, ſuiſque ſubjectis Reformaris longè poſtpoſiti, ægrè convenerint. Omnia illius conſilia eò tendere comprobatum eſt, ut deſtructa Obſervantia Regulari, Ordinẽ univerſum ſub ſpecioſo unionis, & pacis titulo ſibi tandem poſſet omnimodè ſubiicere. Hoc plurimis, ſubtilibuſque artibus per Gallias, & Hiſpanias (ut ſupra in ejus vita abundè narravimus) toto ſuo Generalatus tempore pro viribus attentavit. Tom. 1. Orb. Seraph. lib. 3.

Deſtitutis itaque Miniſtris, & Cuſtodibus Cõventualibus ſubſtituit, ſive Obſervãtinos, ſive ex ſuis Reformatis; ſed ne fortè ex ambitu prælationis reformatum vitæ genus aliqui vendicarẽt, ſtatuit, ne ulli ex iis, qui deformatè, aut laxiùs vixerũt, eligi poſſent in ſuperiores, niſi poſtquàm per ſeptennium cum Obſervantinis, aut Reformatis laudabiliter vixiſſe probarentur. Ne verò prælaturam adepti ad priſtinam laxitudinem diuturni imperij licentiã redirent, præcepit, ne ultra triennium regimen protraherent. Et ne Obſervantini ſui ſtatus jacturam, aut diſciplinæ corruptelam ſequi poſſe formidarent, ad firmiorem cautelam indulſit, ut conſtituta, & privilegia à Conciliis Baſileenſi, & Conſtantienſi, ab Eugenio IV. Pontifice, & Succeſſoribus decreta in Archivio Supremi Parlamenti reponerentur, ut inde deſumi poſſent, quotieſcumque eorum munimine ſe in ſuum ſtatum, ſi aliquando deperditum, vellent vindicare. Idque inſuper adjunxit, ut ſi viderent Miniſtros, aut Cuſtodes à recta via in laxam deflectere, liceret ab eis recedere, ſibique alios aggregare. Vvad. ibid.

Ibid. Indignati Conventuales, ſe à Miniſtro Generali de ſe ipſis aſſumpto ita contemptibiliter haberi, ut ubique ab officiis deturbatos Reformatis ſibi ſubjectis voluerit inferiores; in pleriſque locis, preſertim in Provincia Franciæ prævenire ejus conatum, & ad Obſervantes Vicariis parentes, tranſire decreverunt. Itaque tres præcipuas Domos Bethunicenſem, Iprenſem, & Gandavenſem, Tornacenſis, Attrebatenſis, & Morinenſis Diœceſum (quarum prima erat cuſtodiæ Attrebatenſis,

ſis, & poſteriores Cuſtodiæ Flandriæ) Obſervantinis dederunt, ſeque ad illorum mores compoſuerunt. Id ubi reſcivit Ægidius Miniſter, cæpit expoſtulare Vicarium Obſervantũ prædictæ Prov. quòd contra tot Pontificum bullas auſus ſit illos Conventus admittere, præcepitque, ut inde ſibi ſubditos removeret. Hic verò pacis ſtudio omnem ſuam in Miniſtrum transtulit poteſtatem, ut recedere compelleret, expreſsâ in albis ſchedulis propriâ Syngraphâ, ut ſui libentiùs obedirent. Miſſus qui exequeretur, Bonif. Provincialis Miniſter Conventum Bethunij, licèt ægrè, obtinuit, non tamen Gandavi, aut apud Ipreſes; dum Vrbium Rectores id permittere abſque licentia ſui Principis Philippi Archiducis, qui in Hiſpaniam eam Provinciam recturus abjerat, ſibi non licere conſtanter affirmarent. Acriter, & longo tempore inter partes litigatum fuiſſe, ſæpiuſque ad Sedem Apoſtolicam appellatum ab Obſervantinis, ut injurias repellerent, legitur in regeſto Pontificio Iulij II. qui anno 1504. & ſub alterius initium cauſam omnem commiſit Abbati Monaſterij S. Iacobi Leodienſis, Decano S. Petri Lovanienſis, Leodienſis Diœcæſis, & Ioannis S. Severinæ Canonico Pariſienſi, qui demum ſententiam pro Obſervantibus tulerunt. Atque hæc, hiſque ſimilia ita commoverunt in Ægidium Patres Conventuales, ut tandem obtinuerint hominem ab officio removeri.

Ibid. Obſervantes inſuper ferre non poterant, ſe tot Pontificum, Conciliorumque generalium decretis munitos, & favoribus, ubique multiplicatos, magno diſciplinæ detrimento ad conſortium Conventualium, à quibus reſtituendæ Regularis Obſervantiæ titulo receſſerant, artificiosè ſub ſpecioſo titulo unionis fore reducendos. Vnde licèt denuò ſub Menſem Auguſti in Cænobium Rapiſani Provinciæ Aquitaniæ præcipuos Patres, maximè Vicarios Franciæ, Turoniæ, & Burgundiæ congregaverit Generalis Miniſter, & Legatum Apoſtolicum in Francia hærentem habuerit fautorem, nihil potuit extorquere circa unionem tunc ineundam, præter quoſdam articulos ab Obſervantibus porrectos, & totius rei peragendæ in Comitiis generalibus Ordinis univerſi conſtitutum. Inde profectus in Hiſpaniam, dum illic etiam ſuum ugeret deſiderium, & unioni introducendæ præſtitit fundamenta, multorum controdictione ejus evertitur conſilium; mutato etiam rei Eccleſiaſticæ ſtatu. Etenim, cui valdè fidebat, moritur Alexander IV. 15. Kal. Septemb. anno 1503.

Longè fælicioribus ventis quoad hęc ſe navigaſſe credebat in Hiſpaniis; ubi licèt inaniter pro attexenda apud Reges Catholicos Fratris Franciſci Cardinalis Ximenij authoritate laboraſſet; evicit tamen, ut Aragonicæ Prov. Obſervantes ſibi per omnia ſubijcerentur, data ſpe, ut in futuro generaliſſimo Capitulo Caput Religionis eligeretur reformatum; reverſuri alioquin ad priſtinam vivendi formam, ut de facto à Iulio II. fuerunt anno 1506. reſtituti: quæ omnia in ejuſdem Iulij Papæ litteris, *Religio ſancta Minorum, &c. Dat. Romæ die 13. Iunij. 1506.* ſtatim recitandis, per extenſum enarrantur. Vvad. t. 8. 1506. n. 1. & ſeqq.

Multæ ſubortæ ſunt ab his Ægidij novitatibus turbæ in Religione propter diverſa Conſodalium ſtudia, quibuſdam ad ſtrictiorem Regulę Obſervantiam anhelantibus, aliis laxiorē, quam eatenus profeſſi erant, vitæ normam propugnantibus, domoſque ſuas, quæ integrè cum incolis ad Oſervantes deflectebant, repetentibus. Inter eos etiam, qui ſe Reformatos ſub Miniſtro Generali dicebant, & Fratres de familia, ſive de Obſervantia, qui ſub Vicariis vivebant, quotidianæ erant controverſiæ, utraque parte ſe alteri præferente in Regulæ Obſervantione. Volens itaque Iulius II. has lites ſopire, & controverſias terminare, ſtatuit univerſum Ordinem ad Comitia convocare: quod ſignificatum voluit Miniſtro Generali, & utrique Vicario, Ciſ montano ſcilicet, & Vltramontano Obſervantium, Miſſo hoc diplomate, cujus exemplar à ſe ſubſcriptum ad omnes Provincias curavit transmititti Dominicus Cardinalis Grimanus, nuncupatus Patriarcha Aquilegienſis Ordinis Protector. Do illud Miſſum ad Vicarium Ciſ-montanum. Ibid. 1505. n. 15. & ſeqq.

*Dilecto*

*Dilecto Filio Vicario Ciſ-montano Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum.*

DIlecte fili ſalutem, &c. Reformationem Seraphici Ordinis B. Franciſci ſalubriter deſideratam pro Dei honore, & dicti Ordinis honeſtate fieri cupientes, conſiderantesque, quòd niſi generale Capitulum celebretur, diſſentientium vota convenire non poterunt, proprio motu, & ex certa ſcientia (Domino authore) ſtatuimus, & juſſimus Capitulum generaliſſimum omnium congregationum Ordinis antedicti in alma Vrbe noſtra Romana convocari, celebrarique debere: Quo circa tibi in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac privationis officij pœna præcipimus, & mandamus, ut cum Vicariis, Cuſtodibus, & aliis Vocalibus Provinciarum tuæ curæ commiſſarum ad illudCapitulum convenias, quod anno 1506. in die Pentecoſtes in dicta alma Vrbe celebrabitur. Et quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus ſunt, & expediens foret, deferri; motu ſimili volumus, & authoritate Apoſtolica decernimus, quòd illarum tranſumpto manu publici Notarij confecto, & dicti Ordinis Protectoris Sigillo munito plena fides adhibeatur, & illi ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut eiſdem præſentibus ſtaretur, ſi forent originaliter exhibitæ, vel oſtenſæ. Non obſtantibus &c. Datum Romę die 5. Iulij 1505. Pontificatus noſtri anno 2.

Ibid. Nihil non fecit Franciſcus Zenus Vicarius Generalis, nè per has litteras indictumCapitulum celebraretur, timens in eo familiam Obſervantium gravem aliquam jacturam fore paſſuram, aut unionem illi ſummè pernicioſam, in eo violenter ſecuturam. Quare imploratis Vicarij Generalis Vltra-montani, & Vicariorum omnium Provincialium auxiliis, ſuaſit, ut Regum., & Principum litteras ad Pontificem impetrarent, & ipſe ad Hiſpanum, & Gallum, atque ad Archiepiſcopum Toletanum Franciſcum Ximenium litteras dedit, ut in tanto periculo ſuo adeſſe præſidio non dedignaretur. Deinde anno 1506. convocatis Vicariis, & Cuſtodibus Florentiam, cum eis Conſilium inivit, quomodo in tanta preſſura cum Pontifice, & Miniſtro Generali eſſet agendum?

Magnam indidit Ægidius Delphinus Miniſter Generalis ſpem Pontifici ſtabiliendę unionis inter utramque Religionis partem, eoque temporamento, ita ſe res moderaſſe affirmavit, ut neque Conventuales Obſervantium, neque viciſſim Obſervantes Conventualium cōſortium abhorrerent. Sed dum ex ſuâ domo SS. Apoſtolorum Conventuales, & Obſervantes ex Ara-cæli ad Palatium Dominici Cardinalis Grimani Ordinis Protectoris convenirent, Magiſter Catharinottus Doctor Pariſienſis, & Provinciæ S. Bonaventuræ Conventualium Miniſter in favoremObſervantium perorans, ipſorumque ſeparationem à Conventualibus approbans, ſic ait [ Benè, & optimè, ô Patres Obſervantini à nobis ſeparationem intentatis, & ſuſtinetis: mutuum conſortium nunquam repetatis; facilius enim, & ſecurius eſt futurum, ut vos omnes ex conſortio noſtro in libertatem corruatis, quàm nos jam relaxationi dediti inter vos ſincerè reformemur ] & utraque pars propoſitam ſibi unionem non ſolùm difficilem, ſed & impoſſibilem eſſe affirmavit, idque ipſum conſtantiſſimè cum repeterent in ſacrario Aracæli die Veneris ante Pentecoſten ſub veſperum illius diei, quo peragendum erat munus præcipuum Capituli, videlicet confirmationis Ægidij, aut electionis alterius; Dominicus Protector, & Marcus Cardinalis Vigerius deſtinatus Aſſeſſor acriter reprehēderunt Ægidium, quòd vel Pōtificem deceperit, vel nimis leviter Religionem turbaverit, & unionem ſibi temerariè perſuaſerit.

Opportunè hoc ceſſit Ægidij æmulis, vel inimicis, præſertim Mauritio de Portu Hiberniæ Miniſtro, publico in gymnaſio Patavino profeſſori, qui tot hominem oneravit accuſationibus, ut verè uterque Cardinalis judicarit, quieti Fratrum, & bono regimini Ordinis expedire illū à Generalatu abſolvere. Vt verò id honorificentius fieret, miſerunt, qui ſuggererent, ut ipſe potiùs miſſionem peteret, quàm depoſitionem expectaret. Conſilio acquieſcens Ægidius, nè gravius ſibi adveheret malum, ſabbatho ſummo manè cauſatus, ſe tota noctæ præcedente egrè fuiſſe, amandavit

Vvad. t. 8. 1506. n.

vit ſocium ſuum Magiſtrum Philippum de Bagnacaballo,qui plenis comitiis,coram Cardinalibus in aula capitulari præſidentibus, ejus nomine liberam, & ſpontaneam Generalatus ceſſionem faceret, atque Ordinis ſigillum, potiſſimum Præfecturæ inſtrumentum, Protectori exhiberet. Redactis his in publicas Notarij tabulas, dum ad Succeſſoris electionem procederetur, Ægidij honori caventes Cardinales declararunt, non fuiſſe hominem ab officio deturbatum, ſed ipſum tanto muneri ſpontè ceſſiſſe; liberumque proinde Electoribus eſſe, illum ſuis ſuffragiis ad priſtinum gradum revocare.

Obſervantini ad lævam ſedentes, cõſtitutis à dextris Patribus Conventualibus, rogarunt Cardinales,ne cogerentur ad ſuffragia ferenda; ſed permitterentur è Conclavi recedere,id enim ſibi cõceſſum in Bulla Eugeniana referebant, ne convenirent in electionibus Miniſtrorum Generalium: illis benignè dimiſſis, elegerunt Conventuales Raynaldum Gratianum è Cottignola, Romandiolæ Oppido, Provinciæ Bononiæ Miniſtrum, de quo ſuo loco diximus abundè. Pauca, vel nulla in celeberrimo capitulo edita ſunt ſtatuta, præter ea,quæ concordiam, & pacem inter Conventuales, & Obſervantes firmandam concernebant, quæ propter Cœnobiorum tranſlationem, aut Fratrum alternos tranſitus paſſim turbabatur. Vt huic malo mederetur Iulius, binas litteras promulgavit; alteram hîc exibeo, altera cap. ſeq. dabitur opportunè.

### IVLIVS PAPA II.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vvad. t. 8. 1506. n. 8. CVm multæ, & graves ad nos, & Apoſtolicam ſedem per Fratres Ordinis Minorum Conventuales, ac de Obſervantia nuncupatos aſſiduè deferrentur querelæ, multæque lites inter eos ſuſcitatæ fuiſſent occaſione domorum, ſive locorum ſuorum, ac Monaſteriorum Ordinis Sanctæ Claræ, & Pœnitentum Tertij Ordinis Beati Franciſci utriuſque ſexus, ac Fratrum hinc inde oblatorum reſpectivè, & receptorum contra conſtitutiones fæl. rec. Eugenij IV. Pauli II. & Sixti IV. Roman. Pontif. prædeceſſorum noſtrorum; Ordoque ipſe in plura quaſi capita, & nomina eſſet diviſus, emergentibus in dies novis Congregationibus, & vocabulis, quæ confuſionem quandam videbantur afferre. Nos, qui Ordinem antedictum, è quo ſanctæ Memoriæ Sixtus IV. prædeceſſor noſter præfatus, & noſter ſecũdùm carnem Patruus Divinâ Providentiâ ad apicem ſummi Apoſtolatus pervenit, & cuius Nos, dum Cardinalatus officio fungeremur, fuimus Protectores, in viſceribus gerimus charitatis, cupientes litibus, diſcordijſque huiuſmodi finem imponi, & ea decerni, ac ordinari, per quæ viri Religioſi in eodem Ordine Altiſſimo famulantes cum animi, & mentis tranquillitate ſemotis litibus,& contentionibus vivere poſſint; Capitulum generaliſſimum omnium Cõgregationum præfati Ordinis Romæ indiximus,quod in feſtivitate Pentecoſtes proximè præterita à tanto numero Fratrum, quantus nunquam alibi dicitur conveniſſe, ſummâ concordiâ, Deo favente, eſt celebratum. Vt igitur lites huiuſmodi ceſſent, & unuſquiſque ſciat,quid retinere,quid ſequi, aut facere debeat; motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia non ad alicujus petitionis inſtantiam, præſentium tenore decernimus,ac declaramus,quòd Fratres Minores Clauſtrales, ſive Conventuales nuncupati omnes Domos, Cõventus, & loca habitationum ſuaram; omnia item Monialium Monaſteria Ordinis S. Claræ, & omnes Congregationes Tertij Ordinis Pœnitẽtium Regularum B. Franciſci, quæ tenent, & poſſident, regunt, & gubernant, vel in quibus celebrant, & Eccleſiaſtica ſacràmenta miniſtrant de præſenti, tenere, poſſidere, & gubernare, ut præfertur, perpetuò debeant in futuro. Et quòd Fratres de Obſervantia, ſeu de Familia nuncupati retinere liberè, & licitè poſſint, ac retineant, & poſſideant, ac gubernent omnes Domos, Conventus, & loca eorum habitationis, & Monialium Monaſteria, ac Domos Congregationum Pœnitentum utriuſque ſexus Tertij Ordinis B. Franciſci, quæ nunc tenent, & poſſident, & in quibus divina celebrant indulto Sedis Apoſtolicæ, vel authoritate, ſeu conſenſu Generalis, & Provincialium Miniſtrorum, aut voluntate ipſorum Fratrum Conventualiam, vel aliarum quarum-

cumque

cumque Congregationum, qui priùs dictas domos, vel Monaſteria poſſidebant, etiamſi illa de Obedientia Conventualium, ſive Clauſtralium priùs fuiſſent; ita tamen, quòd deinceps nullas domos, nullave loca, & Monaſteria Monialium, nullas etiam Congregationes Pœnitentum Tertij Ordinis B. Franciſci dictorum Clauſtralium, ſive Conventualium, nec de eorum Obedientia, & per eos regi ſolitarum, quovis quæſito colore recipere poſſint. Et nihilominus omnes, & ſingulas lites, & cauſas ſuper hujuſmodi domibus, ſive locis, Monaſteriiſque Monialium, & Congregationis Pœnitentum ubicumque conſiſtentium, & coram quibuſcumque judicibus, ac in quacumque inſtantia pendentes, ad Nos advocãtes penitùs extinguimus, & perpetuum ſilentium imponimus dictas cauſas proſequentibus, aut ſua quomodolibet intereſſe putantibus. Decernimus inſuper, quòd Fratres de Obſervantia, ſive de Familia nuncupati ad Clauſtrales, ſive Conventuales, & de eorum Obedientia tranſire volentes non poſſint, neque debeant recipi, niſi petitâ, & obtentâ licentiâ Vicarij, ſub quo fuerint, quam licentiam etiam in ſcriptis oſtendere teneãtur: Fratres verò Clauſtrales, ſive Conventuales, vel de eorum Obedientia ab Obſervantibus, ſive de Familia non recipiantur, nec recipi debeant, niſi ſaltem petitâ ſuorum Superiorum licentiâ, etiam non obtentâ. Et inſuper, ut tot Congregationum, & denominationum tollatur varietas, omneſque Fratres Ordinis Minorum ad eam integritatem, & unitatem, in qua fuerunt tempore Eugenij, Pauli, & Sixti prædeceſſorum noſtrorum præfatorum, quorum conſtitutiones ſtatuta dictorum Fratrum tangentes tenore præſentium confirmamus, & inviolabiliter obſervari perinde, ac ſi illis nunquam derogatum fuiſſet, ab omnibus, ad quos ſpectat, volumus, & decernimus reducantur: omnibus, & ſingulis Fratribus Congregationum *de Clareno, Fratris Amadæi, de Colettaneis, & de Caputio, ſive ſancto Evangelio*, & quorumcumque aliorum quocumque nomine nuncupentur, qui ſub Regula, & habitu reliquorum Fratrum dicti Ordinis incedunt, diſtrictè præcipiendo mandamus, ut infrà terminum unius anni à data præſentium computandi, Clauſtralibus, ſive Conventualibus, aut Obſervantibus, ſive de Familia Ordinis antedicti, in ea reformatione, in qua nunc ſunt, adhærere, & unire ſe debeant, locaque eorum Cõventualibus, vel de Obſervantia Fratribus unita eſſe cenſeantur, quibus major, & ſanior pars Fratrum illa incolentium unà cum ſuo Guardiano ſe unire capitulariter elegerint, & ſe univerint: ita tamẽ, quòd qui Conventualibus, ſive Clauſtralibus unientur, reformatam vivendi rationem per omnia retineant ut priùs, & eorum domus, & loca per reformatos regantur juxta declarationem fæl. rec. Sixti IV. prædeceſſoris noſtri de Amadæis editam. Quæ omnia, & ſingula ab omnibus ad quos ſpectat, ſeu ſpectare poterit, quomodolibet in futurum, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, & maledictionis æternæ inviolabiliter obſervari volumus, & mandamus. Non obſtantibus quibuſcumque litteris Apoſtolicis, & indultis dictis Congregationibus, & Ordinibus, aut alicui eorum, ſive illarum auctoribus, & inſtitutoribus, ſuper quibuſvis verborum formis, & clauſulis fortioribus, & inſolitis conceſſis, etiamſi tales eſſent, quòd de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio eſſet habenda: quibus motu proprio, & ex certa ſcientia derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Cæterùm quia difficile foret, has litteras noſtras ad omnia loca deferri, volumus, quòd earum tranſumptis manu Notarij publici ſignatis, & alicujus Prælati Eccleſiaſtici ſigillo munitis, ea protſus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ, vel oſtenſæ forent. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 16. Iunij 1506. Pontificatus noſtri anno tertio.

Cùm verò malè haberet multos Miniſtros, præſertim Bonifacium de Cæva Provinciæ Franciæ Miniſtrum, quòd illæ Congregationes Amadæorum, Clarenorum, Colettanorum, aliæque magis adhærerent familiæ Obſervantium, quàm ſuo inſtituto Conventualium; inito cum Miniſtro Generali conſilio, impetrarunt litteras Pontificias, quibus multa in favorem Conventualium, & præjudicium Obſervantinm continebantur. Conſtitutiones omnes antiquas ad Vvad. t. 8. 1510. n. 8.

ad novam formam ſuo potiſſimum inſtituto accommodam reduxerunt, quam Cardinalis Protectoris approbatione reddiderunt magis honorificam. Litteras autem Pontificias, & conſtitutiones ex Protectoris præcepto ubique per omnes Fratres obſervãdas, primò promulgarunt in Germania, procul ab Vrbe, ut tardiùs quæ facta erant, audirentur, & difficiliùs adhiberetur remedium, interim verò per aliquas Provincias, & Obſervantium Vicarios admitterentur. Vbi autem cæperunt promulgari, Obſervantes ſibi caventes monuerunt Vicarium Generalem, qui ſtatim rem detulit ad Pontificem. Hic porro valdè commotus eſt, dicens Miniſtrum Generalem ſibi impoſuiſſe, & diploma, de quo agebatur, non tàm impetraſſe, quàm extorſiſſe. Vt efficacius adhiberet remediũ, & Fratres perſpicerent, quantùm iſta ei diſplicuerint, voluit Raynaldum Miniſtrum ab officio removeri, aliumque in Comitijs Generalibus Romæ celebratis ad SS. Apoſtolos ſubſtitui.

Ibid. n. 10. & 11. Ne autem omnino inglorius remanaret Raynaldus, eum creavit Pontifex Archiepiſcopum Raguſinum; ſed litteras, quas in præiudicium Obſervantium procuraverat, Pontifex indignabundus revocavit, dato hoc diplomate Bononiæ, ubi ejectis Bentivoliis, aſſerta Sedi Apoſtolicæ Civitate, bello adverſus Gallos totus intentus hærebat.

## IVLIVS PAPA II.

*Dilectis Filiis Cis-montano, & Vltra-montano Vicariis Generalibus Fratrum Minorum de Obſervantia.*

Etſi noſtræ immutabilis intentionis fuerit, & ſit, quòd litteræ noſtræ in forma brevis ſuper generaliſſimo capitulo in alma Vrbe juſſu noſtro celebrato editæ, & in illis contenta quæcumque, necnon in ipſo capitulo ſtatuta, decreta, & ordinata juxta illorum tenorem, & approbationem noſtram deſuper factam, & indè ſequuta quęcumque, inviolabiliter perpetuò obſervarentur, & obſervẽtur; ita ut ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus in ipſo Ordine Fratrũ Minorũ tàm Clauſtralium, ſive Conventualiũ, quàm de Familia, ſeu Obſervantia nuncupatorũ cujuſcumque contẽtionis, & diſcordiæ occaſio, & fomes tolleretur, & omnimodæ, ac perfectæ pacis, & unitatis incrementum foveretur; omnes, & ſingulas lites, controverſias, & cauſas inter prædictos Fratres ſuper Conventibus, ſive locis, Monaſterijs Monialium, & Congregationum Pœnitentium, ubique conſiſtentium, etiam coram quibuſcumque Iudicibus, ac in quacumque inſtantia pendentes ad Nos advocantes pœnitùs extinxerimus, perpetuum ſilentium etiã dictas cauſas proſequentibus imponentes, & omnia, & ſingula privilegia, & indulta per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, præſertim per conſtitutiones fæl. rec. Eugenij IV. Pauli II. & Sixti IV. noſtri ſecundùm carnem Patrui, Generalibus, & Provincialibus Vicarijs antedictæ familiæ de Obſervantia, & eiſdem Fratribus conceſſa in ſuo robore permanere declarantes, per eaſdem noſtras litteras, & in forma brevis confirmaverimus: Nihilominus præter ſpem, intentionemque noſtram accidit, ſicut nuper, & non ſine mentis noſtræ moleſtia accepimus, quòd per dilectum filium Raynaldum Gratianum de Cotignola dicti Ordinis Fratrum Minorum tunc Generalem, & Bonifacium de Cæva Provinciæ Franciæ Miniſtros, vigore cujuſdam ſupplicationis per eumdem Generalem Miniſtrum à Nobis potiùs extortæ, quàm impetratæ, ſtatuta, & ordinata multa fuerunt, quæ decretis, ordinationibus, reformationibus, & ſtatutis, in antedicto Capitulo generaliſſimo etiam per litteras noſtras in forma brevis confirmatis, & privilegiis, ac gratiis per præfatos Romanos Pontifices prædictis Generalibus, & Provincialibus Vicariis, & Fratribus antedictæ Familię de Obſervantia conceſſis à Nobis per litteras noſtras etiam in forma brevis, ut præmittitur, confirmatis repugnant, & contrariantur; & ad conturbationem antedictæ Familiæ, quæ uberes fructus in Eccleſia Dei vitæ merito, pariter & exemplo, atque eruditionis verbo protulit ſemper, & profert, cedere videntur, & cedunt. Nos igitur, qui Capitulum ipſum generaliſſimum idcircò fecimus celebrari, ut perpetuæ pacis vinculum in eodem Ordine, ut præfertur, ſervaretur: quique ea, quæ in dicto Capitulo præſidentibus duobus ex S. R. E. Cardinalibus acta, ſtatuta, & ordinata

ordinata fuerunt, obſervanda; Nec non omnia,& ſingula per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros antedictæ Familiæ conceſſa,ac etiam per Nos confirmata in ſuo vigore, & robore permanſura, & in nullo violanda ſemper duximus; tenore præſentium univerſa, & ſingula per Miniſtros prædictos etiam authoritate Ven. Fr. N. Dominici Epiſcopi Tuſculani,Patriarchæ Aquilegienſis ejuſdem Ordinis Protectoris, vigore ſupplicationis prædictæ acta, & ordinata, quibus ordinationibus, & ſtatutis dicti Capituli generaliſſimi, & privilegiis, ac gratiis antedictis quomodolibet derogatum eſſet, aut in præſens derogaretur; revocamus, nulliuſque roboris, & momenti, utpotè contra mentem, intentionemque noſtram facta, & ordinata eſſe, decernimus. Librum quoque, in quo reformationes per dictos Miniſtros, ſeu alias quaſcumque perſonas nobis inferiores factæ, deſcriptæ, & promulgatæ fuerunt, & omnes lites,& contentiones hactenus exortas extinguimus penitus, & abolemus. Inſuper univerſa, & ſingula privilegia, & indulta præmiſſa eidem familię de Obſervantia conceſſa in ſuo robore permanere, nec eiſdem in minimo de mente noſtra unquam derogatum fuiſſe declaramus; quin potiùs illa omnia, & ſingula, ut præfertur, confirmamus, & præſentibus confirmata eſſe volumus, & mandamus. Non obſtantibus &c. Dat. Benoniæ die 22. Novembris 1510. Pontificatus anno 7.

Quoniam verò de Bulliſtarum nomine, atque Obſervantium & Conventualium, & aliorum pluries actum eſt, operæ pretium duxi ad multorum ſatisfactionem, quibus propriis, veriſque nominibus ſingula Corporis Franſcicani Membra nuncupentur, & quibus ab in doctis (ut modeſtiùs loquar) indignè vocitentur, indicare. Adverto primò, quòd nomen *Fratrum Minorum* ex ſancto Evangelio deſumptum à Seraphico Patriarcha in ſua Regula appoſitum, & in Regulæ confirmatione confirmatum, proprium fuit, & eſt Religioni Franciſcanæ conſtitutivum, & à cæteris Religionibus diſtinctivum. Ab Ordinis ejuſdem exordio ad uſque Concilium Conſtantienſe, id eſt per duo integra ſæcula, & ultra unicus hic permanſit Filijs S. Franciſci titulus; in Ordine quippe adhuc indiviſo nec neceſſitas, nec voluntas fuit addendi novum agnomen nomini à Seraphico Patriarcha conſtituto, ab omnibus venerato; cum nec eſſet, à quò per additionem alius condiſtingui deberet. Declaraverat quidem Innocentius Papa IV. Eccleſias Minorum, in quibus Miſſæ, Divina Officia, Verbi Divini prædicatio, cæteraque hujuſmodi Eccleſiaſtica munia, ſicut in Eccleſiis Collegiatis, concurrente fidelium multitudine, celebrantur, dici poſſe Conventuales, ad hoc ut contra gravamina Fratribus illata, & in *cap. nimis grava; & c. nimis iniqua, De exceſſibus Prælatorum* expoſita, privilegiis frui poſſent Eccleſiarum Collegiatarum. Habetur etiam in ſtatutis Farineriis, & Benedictinis, diſtincta fuiſſe olim loca Conventualia à non Conventualibus; prima erant, in qua Fratres numero competenti ad celebranda collegialiter Divina deputabantur de Familia; ſecunda erant loca minora, ſeu eremitoria, in quibus Fratres perpauci non poterant ad Divina collegialiter uniri: Fratres item Conventuales, ideſt in tali Conventu eo anno firma aſſignatione, ſeu de familia deputati, qui Conventum talem incolere debebant ex officio; & ad publica Conventus ejuſdem conſilia, vel acta cum ſuffragio concurrere, à Fratribus non Conventualibus diſcernebantur, id eſt ab exteris, & advenis, qui tali in Domo de familia non collocati, ad ipſius acta, vel conſilia cum ſuffragio non poſſunt convenire. Conventualitas his tribus ſenſibus intellecta, nunquam religionem ipſam affecit, nulli ejus parti, vel fuit, vel eſt, aut eſſe poteſt propria, cum ex æquo etiam num omnibus, etiam Obſervantibus, & Capucinis conveniat, ut & Conventualibus: Et tamen adhuc omnes primo, & primario nomine Fratrum Minorum appellari gloriantur, etſi addito proprio diſtinctivo jam ab invicem ſecernantur.

Primum nominis additamentum titulo Minorum ex cauſa diſtinctionis, autenticè appoſitum, fuit titulus *Obſervantium*, ſive de Regulari Obſervantia: Quamvis enim *Frater Minor Obſervans* nihil revera importet, niſi verum ſimplicemque *Fratrem Minorem*, videlicet qui in pura, ut debet, Obſervatione Regulæ vivere profitetur, ut habet Paul.

V. in bulla, *Poſtulat Apoſtolici* &c. 4. Febr. 1607. tamen à ſacra Conſtantienſi Synodo titulus ille *Minoris Obſervantis* eis attributus eſt, qui Regulam purè, ſimpliciterque obſervare voluerunt, ad aliorum differentiam, qui ad libertates declinabant. In Italia tamen iidem ipſi zelotes, Regulæque puritatem profitentes multò ante *Fratres de Familia* nuncupari conſueverant; unde illorum opinionem approbare non auſim, qui *Fratres Obſervantes ideo de Familia* dictos eſſe cenſuerunt, quaſi de Familia Papæ, qui eis tota familiaritate ad ardua negotia uteretur, uti revera Eugen. IV. Nicol. V. Calixt. III. Pius II. & alij Pontifices utebantur: Sed longè ante à Miniſtro Provinciæ S. Franciſci, & deindè à Miniſtris ſucceſſivè Generalibus ſic fuiſſe nuncupatum reperio, ut in eorum litteris in antecedentibus deſcriptis eſt videre; unde cum aliis veriùs dicendum crederem, quòd Fratres de Familia ideo ſint appellati, quia cum pauci eſſent ab initio, ad modum tenuis cujuſdam Familiæ differenter ab Ordinis Communitate convivebant. Irriſoriè aliquando ab æmulis dicti ſunt *Bulliſtæ*, ſive de *Bulla*; quia ex Bulla Eugeniana ſub propriis Generalibus, & Provincialibus Vicariis à Miniſtrorum juriſdictione exempti regebantur. Irriſoriè itē, aut forſan ex ignorantia, vel inadvertentia dicti ſunt *Zoccolantes* ex eo quòd ut plurimùm calepodiis vulgo italico *Zoccoli* pro ſoleis ad majorem paupertatem, & aſperitatem, non ſub ulla obligatione, vel præcepto uterentur. Licèt enim aliqui falcem in aliorum meſſem mittere volentes poſt duo ſæcula authoritate Vrbani VIII. eos ad calepodia voluerint aliquando obligatos; citiùs tamen repræſentata ſinceriùs rei veritate, moderata fuit hæc obligatio. Ablegatis autē per graviſſimas cenſuras à Leone X. deriſoriis hujuſmodi nominibus, vel jam inventis, vel noviter inveniendis, Fratres Reformati in Bulla *Vnionis* appellantur, eo quòd Ordinem univerſum Minorum ad Regulæ puritatem reformaverint. At generaliùs, immo & ex ipſius *Vnionis* Bullæ præſcrito Fratres Minores de Obſervantia, vel Regularis Obſervantiæ nobili titulo fuere decorati, quem à Concilio Conſtantienſi jam primò receperant; eoquòd omnimodam Regulæ Obſervantiam abdicatis privilegiis diſpenſativis quibuſcumque profiteantur; eoque glorioſo agnomine à Sede Apoſtolica, à ſacris Cardinalium Congregationibus (quæ ſummam faciunt authoritatem) generaliter, ut proprio diſtinctivo nuncupantur.

In eodem Obſervantiæ Corpore fuit à ſpiritualibus, qui ad majorem perfectionis gradum adſpirabant, inſtituta ab Ordinis Prælatis, & ab Apoſtolica Sede ſtabilita ſtrictior Obſervantia, quia majores vitæ rigores profitetur; in Hiſpania diſcalceati, Reformati in Italia, in Gallia Recollecti dicuntur: Hoc tamen in uno eſſentiali ab Obſervantia Regulari condiſtincta, quòd Syndicum Apoſtolicum ad arctiores Nicolai III. & Clementis V. decretales acceperit: Quamvis enim Syndicus, ut vocant, Martinianus non includat diſpenſationem ullam in Regula, ut declaratum eſt in primo tomo libr. 3. & 4. tamen ad plura ſe ſe extendit, quam per Nicol. III. & Clem. V. ſit conceſſum, qui duo Pontifices litterali Regulæ rigori tenaciùs inhærentes Syndici facultates magis reſtrictas voluerunt. In reliquis (de Fratrum particularium converſatione non loquor) accidentalia ſunt, non eſſentialia, in quibus Regularis, & ſtrictioris Obſervantiæ profeſſores differunt ab invicem; cum ad Regulæ præcepta obligentur ex æquo, & æqualiter obſervare debeant: utrique videant, ut ſuæ obligationi ſatisfaciant.

Alij ab Obſervantia digreſſi Capuccinorum nomen ab acumine Caputij ſibi ſuperaddere voluerunt, quod nec eſt in Regula, nec contra Regulam; ſed illo peculiarem Congregationem à cæteris Franciſcanis condiſtinguunt.

Conventualium tamdem agnomine, quatenus una determinata pars corporis Franciſcani jam ſignificatur; illi intelliguntur, qui Regulam Fratrum Minorum non in ſuo rigore, ſed ad Apoſtolica privilegia diſpenſatam, & mitigatam profitentur: qui primùm in Hiſpania ſub Martino V. Clauſtrales dicti ſunt ab amplioribus Clauſtris, & Cōventibus, quos inhabitabant; deinde Eugenius IV. (ut ſuo loco explicabimus) eos Cōventualium nomine incæpit appellare ad Obſervantium differentiam; quo ſub vocabulo, veluti vitæ privilegiatæ profeſſores fuerunt anno 1517. in Bullis *Vnionis*,

& *Concordiæ* in ſeparato Corpore ſtabiliti; qua etiam appellatione ex tunc fuerunt ſemper in Apoſtolicis decretis, & reſcriptis nuncupati, continuòque, nuncupantur. Cæterùm, ut dixi, antiquum nomen Fratrum Minorum in Regula præſcriptum, addito proprio reſpectivè diſtinctivo, omnes, & ſinguli ſemper aſſumunt, ubi ſermo de ſingularibus occurrat.

## CAPUT IX.

### *De Fratrum tranſitu, & Conventuum tranſlatione inter Conventuales, & Obſervantes.*

QUamvis ex prævisâ Ordinis ſciſſura, atque populorum, & Principum ad Fratrum zelantium favorem ſingulari applauſu maximè ſibi timentes Fratres de Communitate, omne reformationis genus ſemper ægrè tulerint, atque diſſipare curaverint; ſecundariò tamen ex Cœnobiorũ ſuorum trãſlatione, atque Fratrum tranſitu ad Obſervantes querimonias ſuas contra corpus Obſervantiæ ſtabilire prætenderunt: Hinc profectò continua emerſiſſe legũtur jurgia, & ad Sedem Apoſtolicam graviſſimæ querelæ Conventuales inter, & Obſervantes. Dolebant primi, quòd Cœnobia ſua, vel authoritate Apoſtolica, vel Populorum, & Principum, in manu potenti, oblatione, Obſervantibus traderentur; conquerebantur ſecundi, quòd, vel ab ædificandis, vel à recipiendis novis Conventibus injuſta Conventualium oppugnatione impedirentur. Graviorem etiam miniſtravit diſcordiarum materiam continuus Fratrum à Conventualibus ad Obſervantes, & ab Obſervantibus ad Conventuales digreſſus; Unde Prælati Ordinis, quoniam ex hoc dilabentes ſubditos corrigere non poterant, ad Sedem Apoſtolicam pro opportuno remedio ſæpiùs repetitis inſtantijs habuere recurſum.

Concilium Conſtantienſe ubi primò Obſervantibus in Gallia proprios Superiores ex indulto ſpeciali conceſſit, ſuper his modo infraſcripto decrevit in ſua pro Obſervantibus bulla anno 1415. expedita.

[ Inſuper ſtatuimus, quòd omnes, & ſinguli Conventus prædictarum Provinciarum quoties majori, vel ſaniori parti Fratrum in eis exiſtentium placuerit, ad hanc ſtrictam Obſervantiam ſe reducere, & Vicariis antedictis ſe ſubdere, hoc liberè facere poſſint; & etiam ſinguli Fratres cujuſlibet Conventus dicti Ordinis, contradictione cujuſcumque non obſtante, à quorum Vicariorum obedientia, & ſubjectione nullus exire poſſit ſine ſpecialia licentia Vicarij Generalis antedicti. ] Quę omnia per Martin. V. ſpeciale diploma. *Romanum Pontificem Chriſti Vicarium &c. Dat. Florentiæ Nonis Maij* 1420. in generali confirmatione præfati decreti confirmata fuerunt, quin & per litteras ſpeciales indicantur etiam validata ab ipſo Martino, prout citantur in Eugenij, Calixti, & Pauli Pontificum litteris, ſtatim allegandis. Vvad.t.5. 1415.n.7. Ibid. 1420. n.10.

Hæc autem omnia expreſſiùs declaravit Eugenius IV. in pręcitata bulla, *Vt ſacra Ordinis Minorum &c. 3. Idus Ianuarij* 1445 ubi inſtituto Obſervantium Vicario Generali eidem authoritatem attribuit acceptandi Fratres Conventuales [ dummodo ſuis Miniſtris non ſint rebelles, & ab eis licentiam petierint, & pœnitentiam non effugiant delictorum, veraciter cupientes ad meliorem frugem ſe transferre, & vivere regulariter.... in omnibus, & per omnia firmiſſimè pateant, & obediant eidem Vicario toto tempore ſui Vicariatus, tanquam perſoſonæ ipſius Generalis Miniſtri, & nullo colore, vel cauſa quæſitis, poſſint ipſi Fratres ad pœnam excommunicationis, & carceris, ac privationis officiorum, & omnium actuum legitimorum latæ ſententiæ ad ſubterfugiendum correctionem, examinationem, reformationem, & prædicti Vicarij, ſeu Vicariorum illi ſubditorum obedientiam, ad Conventus, & loca illius curæ non commiſſa aufugere; neque ſi jam aufugerint, vel deinceps aufugere ſi contingeret, Miniſtri, Cuſtodes, Guardiani, ſeu quicumque alij Fratres eidem prædicto Vicario non ſubditi, cujuſcumque conditionis, gradus, & dignitatis exiſterent, ſub pœna privationis officij ſui, & excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis omnium actuum legitimorum, audeant illos recipere, aut fortè receptos, vel impoſterum Ibid. 1446. n.1.

ſterum recipiendos, retinere, contra ejuſdem Vicarij velle, & Vicariorum illi ſubditorum, aut ſi quid aliud facultatis, & authoritatis in dictis litteris cōtinetur, quarum tenorem &c. ac ſi &c. facta eſſet mentio ſpecialis. ] Quæ etiam circa Conventus ab Obſervantibus ad Conventuales, à Conventualibus ad Obſervantes tranſferendos ordinavit, ut & in allegandis ſucceſſorum Pontificum litte-
Vvad.t.6. 1453.n.21. ris apparebit.

Nicolaus Papa V. ut ſucreſcentes quotidiè partis utriuſque querelas extingueret, revocatis Eugenij præfatis prohibitionibus, atque cenſuris, liberum Obſervantibus ad Conventuales digreſſum aperuit; contra quem Ioannes de Capiſtrano, tunc in Germania pro publico Eccleſiæ bono ſumma cum laude occupatus, unitis ſuis cum multorum
Ibid.1454. n. 22. Principum, & Prælatorum, & Cæſaris litteris, ad Nicolaum ipſum humillimè, ſed efficaciſſimè ſupplicavit, quatenùs reſtituto Eugeniano decreto, tranſitum prædictum de novo interdiceret, ne Religionem totam peſſumdari contingeret, dum ſubditi Superiorum diſciplinam ex culpa timentes, liberam haberent ad alios impunè diffugiendi facultatem.

Circa mutuam itidem Conventuum, & Monaſteriorum occupationem, Ordinis paci conſulturus, gravem edidit prohibitionem idem Nicolaus, quam Calixtus III. petente Iacobo de Sarzuela dehinc Miniſtro Generali ſibi cariſſimo in ſuis litteris inſertam magno rigore confirmavit; prout ſequitur.

## CALIXTVS PAPA III.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vvad.t.6. 1455.n.47. Regimini univerſalis Eccleſię, diſponente Domino præſidentes juxta paſtoralis officij debitum curā reddimur indefeſſā ſolliciti, ut Regulares Ordines, præſertim dilectorum Filiorum Fratrum Minorum, quorum Religio univerſum complevit Orbem, in quorum utique tranquillitate quieſcimus, jurgiorum, & litium reſecatis anfractibus, in concordiæ dulcedine, & pacis ubique famulentur Altiſſimo. Vnde ad ipſorum dirimendas lites, & quæcumque ſubmovenda ſcandala, quæ in ipſo Ordine, ambitione quorumdam faciente, ac inimico humani generis ſuperſeminante zizaniam, pullulare conſpicimus, eo Apoſtolicæ ſollicitudinis ſtudio propenſiùs occurrimus, quò illorum diſſentio diſpendioſior fore cenſetur, ac periculoſiùs alijs cedit in exemplum: Illa etiam Apoſtolico munimine roborantes, quæ propterea ſalubribus remedijs novimus proceſſiſſe. Sanè dudum fæl. rec. Nicolaus V. prædeceſſor noſter attentè conſiderans, quòd ex captionibus domorum, locorum, & Conventuum Fratrum Minorum hujuſmodi, ac Monaſteriorum Monialium S. Claræ ſub eorumdem Fratrum cura, & adminiſtratione degentium, quæ per nonnullos alios Fratres prædicti Ordinis de Obſervantia nuncupatos crebrò fiebāt; per quæ plurima ſcandala in diverſis mundi Regionibus, & Provinciis exorta erant, & majoribus exinde, niſi deſuper opportunè provideretur, aditus pateſcebat; Ad præcludendam viam ſcandalis hujuſmodi nonullas inhibitones, & mandata eiſdem Fratribus de Obſervantia nuncupatis, ſub variis cenſuris, & pœnis fecit, prout in ipſius prædeceſſoris litteris, quarum tenorem præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, pleniùs continetur. Tenor autèm earundem litterarum talis eſt. Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Cęſaruguſtan. & Epiſcopo Oxomen. ac dilecto Filio Abbati monaſterij de Vervela Tiraſonen. Diœceſis ſalutē, &c. Cùm ad ſacrum Fratrum Minorum Ordinē, quem meritò in viſceribus amplectimur charitatis, intuitum dirigimus mentis noſtræ, illum profecto in Eccleſia militanti veluti ſtellam matutinam multis coruſcare percepimus inſigniis meritorum. Vnde cum ipſius profeſſores votiva pacis dulcedine potiuntur, nos utique in eorum quiete quieſcimus, & quando aliquid ſiniſtri inter eos veriſimiliter emerſurum fore dubitatur, tantò ei accuratiùs, celeriùſque obviamus, quantò id proſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Tranſmiſſa nobis dilecti filij Iacobi de Sarzuela Miniſtri Provincialis Provinciæ Aragoniæ ſecundùm morem dicti Ordinis, petitio continebat, quòd licet olim ſuper diverſis quæſtionibus, controverſiis, & diſſentionibus, quæ inter Conventuales, & de Obſervantia nuncupatos ejuſdem Ordinis Fratres, tàm ſuper captione domorum

niorum dictorum Fratrum Conventualium, quàm etiam Monaſteriorum, & aliorum religioſorum locorum Ordinis S. Claræ, quorum Moniales ſub ipſorum Fratrum Conventualium cura vivere conſueverant, per prædictos Fratres de Obſervantia factâ, ſeu veriùs attentatâ, in pleriſque mundi partibus, retrofluxis temporibus pluribus vicibus ſucceſſivè ſubortæ fuere, & earum occaſione ſuper ſimilibus inanteà non attendendis varia, & diverſa ſalubria, & rationabilia, & honeſta etiam ſub magnis, formidabilibuſque pœnis inhibitiones, & mandata, & aliæ (ut credebatur) ad id ſufficientes proviſiones à Sede Apoſtolica emanaſſe noſcuntur. Tamen ex conjecturis veriſimilibus dubitatur, ne inhibitionibus, mandatis, & aliis proviſionibus minimè obſervatis, ſimili occaſione ſimiles quæſtiones, controverſiæ, & diſſenſiones de novo oriantur, ſeu jam ſopitæ ſuſcitentur in Provincia antedicta, niſi eiſdem Fratribus Conventualibus de ulteriori, novoque Apoſtolico deſuper adminiculo provideatur remedio opportuno. Nos igitur illius veſtigiis inhærentes, qui pacem ſuis reliquit diſcipulis in diſceſſu, ſcandalis, quæ exinde (quod abſit) ſuboriri poſſent, viam præcludere, ac quæſtionibus, controverſiis, & diſſentionibus inter Conventuales, & de Obſervantia Fratres prædictos obviare ubilibet cupientes, omnibus, & ſingulis de Obſervantia Fratribus hujuſmodi, etiam in quibuſcumque gradibus, officiis, & adminiſtrationibus, ac tàm in prædicta, quàm in quibuſvis mundi Provinciis conſtitutis, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia diſtrictiùs inhibemus, ne per ſe, vel alium, ſeu alios quovis quæſito colore, vel ingenio de cætero aliquem, ſeu aliquam domum, Monaſterium, ſeu locum Fratrum Conventualium, aut Monialium prædictarum de novo capere, nec retinere, ſeu de illo, vel de illis ſe intromittere quoquomodo præſumant. Alioquin in contrafacientes, ac inhibitionis noſtræ hujuſmodi tranſgreſſores, eiſque in præmiſſis quomodolibet dantes auxilium, conſilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, cujuſcumque etiam dignitatis fuerint, etiamſi Pontificali, vel alia quavis Eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant, excommunicationis, & in domos tranſgreſſorum Fratrum hujuſmodi interdicti Eccleſiaſtici ſententias tenore præſentium ferimus, ac etiam promulgamus; ita quòd per alium, quàm per Romanum Pontificem ſic excommunicati, præterquam in mortis articulo conſtituti, ab hujuſmodi ſuſpendi, vel totaliter tolli, ſeu etiam relaxari non poſſint. Et inſuper vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios præſentes litteras ubi, quando, & quoties vobis viſum fuerit, & deſuper fueritis requiſiti, authoritate Apoſtolica prædicta ſolemniter publicetis, dictiſque Fratribus Conventualibus, etiam ubilibet conſtitutis, fortis, & efficacis defenſionis præſidio eadem authoritate aſſiſtentes, non permittatis illos, aut eorum aliquos contra tenorem præſentium quomodolibet moleſtari, aut eis injurias irrogari. Et nihilominus illos, quos vobis conſtiterit, prædictam excommunicationis ſententiam incurriſſe, tamdiu in Eccleſiis, & Eccleſiaſticis locis, Dominicis, & feſtivis diebus, dum major inibi populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos publicè nuncietis, donec ab eadem ſententia abſolutionis beneficium meruerint obtinere, dictumque interdictum faciatis ſtrictiùs obſervari, quouſque per Sedem Apoſtolicam aliàs deſuper fuerit ordinatum: contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram &c. invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtan. fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, illis præſertim, quibus cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, &c. & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Fratribus de Obſervantia præfatis, vel quibuſvis &c. quòd interdici &c. Cæterùm quia difficile foret, huiuſmodi præſentes litteras ad ſingula, in quibus de eis forſan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem authoritate Apoſtolica decernimus, quòd ipſarum tràſumpto publica manu, & ſigillo alicuius Superioris Prælati, aut Epiſcopi munito tanquam præfatis, ſi originaliter exhiberentur, litteris, plena fides adhibeatur, & illi perinde ſtetur, ac ſi dictæ litteræ originales forent exhibitæ, vel oſtenſæ; irritum quoque, & inane ſi ſecus, &c. Datum Romæ apud S.

Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1454. 8. Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Iacobi de Mozanica Theologiæ Profeſſoris, ac Generalis Miniſtri, & univerſorum Fratrum dicti Ordinis petitio continebat, ipſi dubitantes, ne Fratres de Obſervantia nuncupati prædicti, prætendentes, ſe quibuſvis Brevibus, aut Litteris Apoſtolicis fore munitos, unde inhibitiones, & mandata prædicta obſervare contemnant, ac in eorum priſtino propoſito perſeverare nitantur, pro parte Generalis Miniſtri, & Fratrũ prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatũ, ut ipſius Ordinis quieti, paci, & ſaluti ſuper ijs opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ad quorum auditum quamplurimæ querelæ contra Fratres de Obſervantia nuncupatos hujuſmodi ſuper his delatæ fuerunt, non ignari quot, & quanta ſcandala ſuſcitare poſſent, quæ ex inexplebili nonnullorum ambitione procedunt, in tanto Ordine, tot diviſiones, & ſchiſmata, & propterea amplioribus deſuper adminiculis providere cupientes, ac etiam omnia, & ſingula tàm Nicolai prædicti, quàm piæ memoriæ Eugenij Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri, & noſtris etiam ſuper receptione, occupatione, & extorſione à ſolita Generalis, & Provincialium Miniſtrorum, ac aliorum Prælatorum Ordinis Minorum in Regula expreſſorum juriſdictione, & Obedientiâ Domorum, Locorum, ſeu Conventuum prædictorum, aut Monialium S. Claræ, ſeu Minoriſſarum ab eiſdem Fratribus de Obſervantia nuncupatis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia ac ſub quibusvis verborum formis conceſſas facultates, & indulta, ac acceptationum hujuſmodi, etiam cum ſuppletione defectuum ratihabitiones, approbationes, & confirmationes tenore præſentium revocantes, caſſantes, & annullantes, ac pro nullis, irritis, & infectis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prohibitionem, & mandatum hujuſmodi, ac primò dictas litteras huiuſmodi, & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcumque inde ſecuta, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia tenore præſentium approbamus, ac pleno firmitatis robore ſubſiſtere, & per quoſcumque tàm Fratres de Obſervãtia nuncupatos huiuſmodi, & eorum Vicarios, quàm alios quoſcumque, etiam Pontificali, aut alia quavis dignitate prædictos ſub eiſdem pœnis, & cenſuris perpetuò inviolabiliter obſervari decernimus, ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Dilectis Filijs Abbatibus, & Eccleſiarum, ac Religioſorum Locorum quibuſcumque Prælatis, alijſque perſonis Eccleſiaſticis in quibuſvis mundi partibus conſtitutis, ad quos præſentes noſtrę litterę, aut eorum authentica tranſumpta pervenerint, ſub virtute ſanctę Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ipſi, ac eorum ſinguli per ſe, vel alium, ſeu alios inhibitionem, & mandatum prædicta, ac præſentes noſtras litteras, & quęcumque in eis contenta, quoties pro parte Generalis prędicti, aut alicujus ex dilectis filijs Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus, & Fratribus quibuſcumque Ordinis antedicti fuerint requiſiti, in eorum Eccleſijs, Civitatibus, & Diœceſibus, ac Provinciis, ac ubi, & quando viderint expedire, ſolemniter publicantes, ac in premiſſis eiſdem Miniſtris, Cuſtodibus, & Fratribus efficacis defenſionis prędidio aſſiſtentes, facienteſque omnia, & ſingula in primò dictis, ac prę ſentibus noſtris litteris contenta, tàm à Fratribus de Obſervantia nuncupatis hujuſmodi, quàm quibuſvis aliis authoritate Apoſtolica inviolabiliter obſervari, non permittant eos, vel eorum aliquos circa captionem Domorum, Locorum, & Conventuum, aut Monaſteriorum Monialium prædictorum directè, vel indirectè, aut quovis quæſito colore ſub cenſuris, & pœnis in litteris Nicolai prædeceſſoris prædicti, & quibuſcumque aliis gravioribus imponendis quomodolibet moleſtari, aut eis gravamina, vel injurias aliquas quomodolibet irrogari, reſtituturi, & reintegraturi Generalem, & Provinciales Miniſtros, Cuſtodes, & Fratres prędictos ad quælibet, eis per eoſdem Fratres de Obſervantia nuncupatos poſt emanationem primò dictarum litterarum quomodolibet capta. uſque in hodiernum diem, Domos, Loca, ſeu Conventus, aut Monaſteria Monialium Sanctæ Claræ, ſeu Minoriſſa-

rum,

rum, quæ ſub cura Generalis, & Miniſtrorum prædictorum hactenus fuerunt. ¶Et inſuper omnes, & ſingulos Fratres de Obſervantia nuncupatos hujuſmodi, eorumque fautores, conſiliatores, & adhærentes, ad quos etiam contra cenſuras, & pœnas in prima dictis litteris Apoſtolicis hujuſmodi contentas ſcienter contraveniſſe, ac ſententiis præmiſſis irretitos eſſe per ſolam fide dignorum relationem conſtiterit, in Eccleſiis, Dominicis, aliiſque feſtivis diebus, dum major inibi populi multitudo convenerit ad divina, tamdiu excommunicatos publicè nunciantes, & ab aliis nunciari, & ab omnibus arctiùs evitari, ac interdictum prædictum inviolabiliter obſervari facientes, donec inobedientes, rebelles, & præſumptores hujuſmodi ſuum recognoſcant errorem, & domos, ſeu loca capta hujuſmodi Miniſtris, Cuſtodibus, & Fratribus prædictis reſtituerint, ac liberè, & expeditè dimiſerint, ac de damnis, & intereſſe ſatisfecerint competenter, à Nobiſque, & Apoſtolica Sede abſolutionis beneficium, ac reconciliationis gratiam meruerint obtinere; nullo eis in præmiſſis appellationis obſtaculo quomodolibet ſuffragante; Et inſuper excommunicatos, & interdictos præfatos, ſi expedierit, aggravare, & reaggravare eadem authoritate procurent. Contradictores per cenſuram &c. invocato ad hoc &c. ¶Non obſtantibus conceſſionibus, indultis, facultatibus, conſtitutionibus, & decretis, etiam in Conſtantienſi Concilio editis, ac prædictis, & aliis confirmationibus, & cognominibus perſonarum, quibus illa conceſſa fuerint, aut quævis alia expreſſio facienda foret, quorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis habemus; & haberi volumus. Necnon fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam prędeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne aliquis extra ſuam Civitatem &c. quàm aliis quibuſcumque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tàm de judicibus delegatis, &c. obviare. Aut ſi Fratribus de Obſervantia nuncupatis, ac præſumptoribus, ac fautoribus prædictis &c. indultum, quod interdici &c. mentionem. ¶Volumus autem, & authoritate decernimus antedicta, quòd approbationi, confirmationi, conſtitutioni, mandato, inhibitioni, & litteris noſtris huiuſmodi per quaſcumque alias litteras Apoſtolicas, etiam ſi ipſis expreſſè derogare videantur, nullatenus poſſit, aut valeat derogari, niſi de proprijs nominibus, & cognominibus dilectorum filiorum Generalis Miniſtri Ordinis prædicti, ac Hieronymi de Sibinigo Theologiæ, & dicti Ordinis profeſſoris, ac ejuſdem Ordinis Generalis Procuratoris, ac earumdem litterarum non per generales, vel alias expreſſam mentionem importantes clauſulas, ſed de verbo ad verbũ ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mẽtio fiat, quòdque tranſumpto præſentium litterarum manu publica, ac alicujus Epiſcopi, vel ſuperioris Prælati, aut Collegij Cathedralis, aut etiam ipſius Generalis Ordinis antedicti ſigillo munito plena fides adhibeatur in judicio, & extrà, ac ſi originales ipſæ litteræ forent exhibitæ, vel oſtenſæ, irritum, & inanæ &c. attentari. Nulli ergo &c. noſtrorum revocationis, caſſationis, annullationis, confirmationis, ſtatuti, &c. infringere, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1455. 11. Kalen. Sept. &c. anno primo.

Etiam circa Fratrum mutuum hinc inde digreſſum Calixtus ipſe ſimiles partiũ rumores quietaturus data bulla, *Illius, cujus in pace &c.* 4. *Nonas februarij* 1455. ſic ſtatuit ad propoſitum [ Quòd nullus Frater Conventualium nuncupatorum abſque licentia dicti Generalis, ſeu Provincialium Miniſtrorum ſaltem petitâ ad loca Fratrum de Obſervãtia, & è converſo nullus eorum, qui de Obſervantia nuncupantur, etiam legitima ſubſiſtente cauſa, ad loca ſeu Conventus aliorum Fratrum Conventualium prędictorum, ſine ſpeciali ejuſdem Generalis, ſeu Provincialium Vicariorum petitâ, & obtentâ licentiâ, excepto evidenti ſuæ ſalutis periculo, ſub pęna privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad quoſcumque actus legitimos exercendos &c. Et ut eiſdem Fratribus de Obſervantia delinquendi, & vagãdi tollatur occaſio, volumus, quòd ſi quis Prælatorum, aut Fratrum tàm Conventualium, quàm de Obſervantia nuncupatorum aliquem Fratrem fugitivum receperit, ab officio, cui præeſt, ſuſpenſus, & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipſo. Adijcientes, quòd ipſe fugitiuus à ſuo Prælato ubicumque repeti, aut pro eti- Ibid. 1456. n. 129.

mine, levitate, aut aliâ ſuæ fugæ cauſâ corrigi, & puniri poſſit, qui poſtquam correctus, & punitus fuerit, ſi recedere voluerit, petere debeat licentiam, prout ſuperiùs enarratur, nec de cætero à quovis Fratrum de Obſervantia repeti poſſit, niſi fortè conſtiterit, eum ad frugem vitæ melioris redire voluiſſe. Si quis autem Prælatorum, aut Fratrum prædictorum ſuper reſtitutionem fugitivorum hujuſmodi requiſitus, illam facere noluerit, ſuſpenſionis, & inhabilitatis prædictæ ſententiam incidat eo ipſo: quos fugitivos dictus Generalis Miniſter libris, & aliis rebus ſuo uſui conceſſis, etiam propter hæc privare debeat.]

Ibid. 1458. n. 16. Iterum verò Pius II. anno 1. ſui Pontificatus, reſtitutâ in integrum bullâ Eugenianâ, ordinavit circa tranſitum, ne quiſquam ab Obſervantibus ad Conventuales abiret, qui tranſeundi non obtineret facultatem, qui verò ab his ad illos vellet tranſmigrare, licentiam tantùm peteret, etſi non impetraret; diſcriminiſque rationem, adiunxit, à Conventualibus diſcedentes ad arctiorem vitam tranſire. Prohibuit, ne Fratrum Conventus, vel Sororum Monaſteria Conventualibus ſubjecta Obſervantes admitterent, & ne circa id genus Obſervantium, qui Miniſtro parebant Generali, aut Miniſtris ſuberant Provincialibus, quidpiam præciperet Vicarius Generalis, nec illorum ſe ingereret regimini. Poſtremò addidit in horum à ſe maturè conſtitutorum tranſgreſſores ſeverè animadvertendum. Apoſtolicas Pij litteras quoniam in ſequentibus pluries allegantur, hîc omittere non debui, quas in priorum confirmationem edidit.

## PIUS PAPA II.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Ultra-montes ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem &c.*

Vvad. t. 6. 1464. n. 22. INter aſſiduas curas, quæ in quotidiana emergentiũ nobis negotiorum inſtantia mentem noſtram diſtrahunt, ea præcipuè nos ſollicitat, & angit, ut regularem vitam profeſſi, & ſub religionis jugo virtutum Domino famulantes, ceſſante diſſidiorum, & turbationum amaritudine, tranquillitatis, & pacis dulcedine potiantur, & in contemplationis ſuavitate liberi quieſcant. Cùm itaque relatione dilecti filij Vicarij Generalis Fratrum de Obſervãtia Ordinis S. Franciſci partium Ultra-montanarum intellexerimus, quòd licèt Nos olim pro conſervatione pacis, & charitatis inter univerſos Ordinis Sancti Franciſci, tàm de Obſervantia nuncupatos, quàm Conventuales Fratres per diverſas alias litteras noſtras, tàm ſuper eo, ne eorum alij aliorum loca immodeſtè occuparent, quàm etiam pro conſervatione privilegiorum, & immunitatum dictis Fratribus de Obſervantia per Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſarum, & quæ eis poſt id tempus fortè concedi contingeret, certas ordinationes, proviſiones, inhibitiones, & mandata ſub excommunicationis, aliiſque tunc expreſſis pœnis, in quas contra facientes ipſo facto inciderent, ediderimus, prout in noſtris inde confectis litteris, quarum tenores, continentias, & effectus perinde, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, hîc pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Tamen aliquãdo poſtea cõtigit, quòd nonnulli ex eiſdem Fratribus præter earumdem litterarum continentiam & tenorem temerè egerunt, tàm domos, & loca ſibi invicem ſubtrahentes, quàm aliàs mutuò ſe jugibus perturbationibus, & inquietudinibus vexantes, & ad ſæcularia etiam judicia contra ſacrorum canonum inſtituta, aliquando trahentes, quibus Nos ad prædicti Vicarij ſupplicationem conſulere, & ne mãdata noſtra hujuſmodi temerariè cõtemnere, aut ſe ipſos de cætero perturbare perſeverent, volẽtes providere; fraternitatibus veſtris, & veſtrũ cuilibet committimus, & mandamus, quatenus vos, & veſtrum quilibet, quoties ſuper hoc per aliquem prædictorum Fratrum tàm de Obſervantia, quàm Conventualium fueritis requiſiti, litteras noſtras præfatas in veſtris Eccleſiis, Civitatibus, & Diœceſibus publicari ſolemniter faciatis, & diligenter provideatis, ne Fratres ipſi ſe ſe mutuò, ut prædictum eſt, per ſeipſos, aut per ſuos quoſcumque fautores, contra ipſarum litterarum tenores, ſive in domorum, & locorum, quæ alij poſſident, niſi ex ſpeciali Apoſtolicæ Sedis indulto faciant, occupatione, ſeu

invaſione

invaſione, ſeu aliàs ullo moleſtiæ genere, aut ſe mutuò coram Iudicibus ſæcularibus trahendo, aut in ſuis Apoſtolicis indultis indebitè lædendo inquietent: Quòd ſi fortè contigerit, aliquem ex Miniſtris, Vicariis, Cuſtodibus, Guardianis, aliiſve Fratribus ſupradictis propter præmiſſa excommunicationem, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas in eiſdem noſtris, & aliis per fel. rec. Eugenium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum eis conceſſis litteris contentas, de cætero incurrere, & id per evidentiam rei, aut ſummariam facti, omni ſtrepitu, & figura judicij prorſus remota, informationem vobis, aut veſtrum alicui conſtiterit, & per vos, & per veſtrum quemlibet ad alterius partis inſtantiam, ſuper pace conſervanda ſecundùm præfatas noſtras, & aliorum Romanorum Pontificum conceſſiones, proviſiones, & ordinationes piè moniti non deſtiterint, eos tamdiù excommunicatos cæteriſque prædictis pœnis, ſententiis, & cenſuris irretitos, authoritate noſtra in veſtris Eccleſiis, ubi magna populi multitudo ad divina Officia audienda convenerit, publicè nunciare faciatis, mandetiſque ab omnibus evitari, donec debitam admiſſorum emendam præſtiterint, meruerintque ab eiſdem ſententiis, & pœnis abſolutionis beneficium, & reconciliationis gratiam obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus fæl. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus quibuſcumque, præſertim quibus cautum eſt, nè quis extra ſuam Diæceſim, in quibus fuerint deputati, contra quoſcumque procedere, &c. aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Fratribus, & eorundem Ordini in genere, vel in ſpecie conceſſis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta noſtræ hujuſmodi juriſdictionis explicatio quomodolibet valeat impediri, quæ quoad hoc nolumus eis ſuffragari: Cæterùm quòd difficile foret præſentes, & alias prædictas noſtras, & aliorum Romanorum Pontificum litteras ad ſingula loca perferri, volumus, & dicta authoritate decernimus, tranſumpta eorum authentica manu publici, & legalis Notarij ſubſcripta, & ſigillo alicujus Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis Curiæ ſignata, fidem indubiam obtinere perinde, ac ſi prædictæ aliæ, & præſentes noſtræ litteræ originaliter exhiberentur; in contrarium facientibus quibuſcumque non obſtantibus. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1563. pridie Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto. Ibid. 1467. n. 10.

Cum verò Paulus II. frequentes querelas exciperet circa Conventus à Conventualibus ad Obſervantes tranſlatos, aliaque frequentia nimis audiret inter utroſque diſſidia, his ut mederetur, gravem hanc ex utriuſque partis conſenſu edidit conſtitutionem.

## PAULUS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

CUm ſacer Ordo Fratrum Minorum in agro militantis Eccleſiæ, tamquam rutilans in amictu ſponſæ carbunculus, aut candida Margarita præfulgeat, indignum, & ejus ſanctimoniæ contrarium reputamus, illum diſſentionum ſentibus implicari. Unde ne inteſtinæ diſcordiæ, quæ per verſutum humani generis hoſtem inter dicti Ordinis profeſſores jam dudum diſſeminari cœperunt, diutiùs invaleſcant, ad officium noſtrum pertinet, eas eradicare; & ut ipſi inter ſe mutua charitae conjuncti expectatum fructum afferant, & exemplo proficiant, partes noſtræ ſollicitudinis adhibere. Sanè licèt olim tàm fæl. rec. Eugenius IV. Nicolaus V. Calixtus III. & Pius II. quàm nonnulli alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri ad amputandas quaſdam diſſentiones inter Fratres ipſos, qui Conventuales, & qui de Obſervantia nuncupantur, vertentes, diligenter intenderint, & varia eorum ſtatuta, & Ordines, & litteras ediderint; Noſque ipſorum prædeceſſorum veſtigia imitari, eiſdem Fratribus de Obſervantia nuncupatis, ne loca Conventualium, aut Monaſteria Monialium eorum curæ ſubjecta recipere, neque, ut illa à cura ipſorum Conventualium auferantur, tentare, aut etiam privatis perſonis perſuadere præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohibuimus, prout in noſtris, & eorum

eorumdem prędeceſſorum litteris pleniùs continetur, tamen propter ipſius Ordinis longè latèque diffuſi magnitudinem, aliqua adhuc diſcordiarum ſemina ſuperfuerunt; Nos ea de Dilectorum filiorum Franciſci de Savona Generalis Miniſtri dicti Ordinis, & Marci de Bononia ipſius Generalis in Ciſmontanis partibus ſuper Fratres de Obſervantia Generalis Vicarij, nec non Generalis Procuratoris Conventualium, ac Commiſſariorum de Obſervantia prędictorum in Romana Curia deputatorum, & ſufficienter, prout Nobis planè conſtat, mandatum habentium expreſſo conſenſu, per moderationem litterarum prædictarum, & aliarum proviſionum adjectionem amputanda, auferendaque duximus. Cum itaque in prædictis noſtris litteris in Fratres de Obſervantia præfatos quoquo modo de alicujus domus, Conventus, ſeu Manaſterij oblatione perſuaderent, excommunicationis feratur ſententia eo ipſo, cujus abſolutio dumtaxat Sedi Apoſtolicæ reſervatur; & propterea, ut prædicti Vicarij, & Commiſſarij coram Nobis expoſuerunt facilis ad multos ſimplices eâdem ſententiâ illaqueandos, & pro obtinenda abſolutione ad Romanam Curiam vagandi via paretur, nos cupientes eorumdem Fratrum de Obſervantia metum tollere, eoſque nihilominus, ne domos Conventualium, & ab eorum cura Monaſteria prædicta ſubtrahant, eâdem pœnâ viam præcludere, & viciſſim, ne Conventuales ad eorum perturbationem proſiliant providere, nec non prædictas noſtras litteras, quæ incipiunt *Supernæ diſpoſitionis &c.* non obſtantibus quibuſvis in eis adjectis, derogatoriarumque prohibitoriis, aliiſque fortioribus clauſulis, quas, & ipſarum litterarum tenores, etſi de verbo ad verbum, & pro earum derogatione forſitan requiri videretur, præſentibus non enarrentur, haberi volumus pro expreſſis, harum ſerie ex certa ſcientia moderantes, & ſi quid ultra, vel contrarium revocantes, authoritate Apoſtolica, & ſcientia ſimili tenore præſentium, tàm Conventualibus, quàm de Obſervantia, & nonnullis aliis, qui Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubſint, & de Obſervantia nuncupantur, dicti Ordinis Fratribus tàm Citra, quàm Ultramontanis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna diſtrictiùs inhibentes, ne proprio motu, induſtria, & malitia, videlicet Fratres Conventuales Obſervantium, & è converſo illi de Obſervãtia per ſe, vel alium, ſeu alios quovis quæſito colore, vel ingenio, de cætero Conventualium Fratrum prædictorum aliquam domum, locum, Conventum, ſeu Monaſterium Monialium de novo recipere, invadere, vel perturbare, aut de illa, vel illo ſe quomodolibet intromittere; Conventuales autem, & alij Fratres, etiam de Obſervantia Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris ſubditi, eorumque Prælati, ne aliquos Fratres de Obſervantia ſub Vicariis vivere ſolitos transfugas, ſeu ad eos fugientes, niſi oſtenderint litteras ſuæ licentiæ à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen Conventus, à quo receſſerint, & illius ad quem remiſſi ſunt, etiam ſub prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc ipſis Fratribus Conventualibus, & aliis de Obſervantia dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis, ab Apoſtolica Sede conceſſę, quam quoad hoc penitus revocamus, acceptare quoquo modo præſumãt, ſed illos ad præfatos ſuos juxta litterarum dicti Pij prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editarum, quas per omnia volumus obſervari, continentiam remittere teneantur. Et vice verſa prohibemus, ne Fratres de Obſervantia nuncupati prædicti ſcandaloſos, & criminoſos Fratres Conventuales, & diſciplinam Ordinis ſubterfugientes recipere, ſed illos ſimiliter ad præfatos ſuos remittere debeant, ſervatâ tamen piæ memoriæ Eugenij IV. & Pij prædicti prædeceſſorum noſtrorum litterarum quoad hoc editarum, formâ; alioquin Nos ex nunc, prout ex tunc in contrafacientes, & inhibitionum omnium noſtrarum prædictarum transgreſſores, tàm Conventuales, quàm de Obſervantia, & alios Fratres prædictos, eiſque in præmiſſis omnibus dantes auxilium, conſilium, vel favorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, cujuſcumque ſtatus, vel dignitatis fuerint in Ordine, excommunicationis ſententiam harum ſerie promulgamus, à qua non poſſint, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolutionis beneficium obtinere. Si verò

verò illi Fratres, qui de Obſervantia nuncupantur; & ſolùm Generali ſubſunt, inhibitioni prædictæ contravenerint, ultra præmiſſas pœnas, etiam per Miniſtros Provinciales, eorumque Vicarios, Miniſtro extra illam Provinciam exiſtente, ad omnem ipſorum Fratrum de Obſervantia requiſitionem, non obſtante quacumque ipſis per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs conceſſa exemptione, arceri, & ad ſatisfactionem in præmiſſis compelli poſſint, & debeant remediis opportunis. Præterea cum intellexerimus, nonnullos dicti Ordinis Fratres ab obedientia, quam voverunt, ſubterfugientes variis prætenſis coloribus, & mediantibus litteris Apoſtolicis ſibi procuraſſe Conventus, & loca, in quibus ſine Superiorum obedientia degerent: Nos attendentes, id eſſe regulari dicti Ordinis diſciplinæ contrarium, authoritate, & ſcientia ſupradictis earumdem tenore præſentium omnes, & ſingulos per eoſdem Fratres taliter receptos Conventus, ſeu domos, aut Generali immediatè, aut Provincialibus Miniſtris, ſeu Vicariis de Obſervantia dicti Ordinis ſubeſſe debere decernimus, & mandamus. Ita quòd infra 15. dierum ſpatium habitâ præſentium notitiâ, illi Fratres, qui ea receperunt, vel qui in eis habitant, eligere manifeſtè, & ſub publico teſtimonio dicere teneantur, utrum Generali, vel Provincialibus Miniſtris, an verò Vicariis de Obſervantia ſubeſſe malint; ſtatuentes quòd impoſterum nullus talis Frater aliquem locum, ſeu domum, etiam quarumcumque litterarum obtentu recipere valeat, niſi de licentia Generalis, ſeu Provincialium Miniſtrorum, vel Vicarij Obſervantium illius Provinciæ, in qua locus, ſeu domus ipſa conſtiterit, niſi his litteris fuerit ſimpliciter derogatum; quam ſi receperit, ſi ipſe maluerit ſubeſſe Vicariis de Obſervantia nuncupatis, ipſis prælibatis Vicariis; alioquin ipſis Generali, vel Provincialibus Miniſtris ſubeſſe debet, ut ſuperiùs eſt expreſſum. Etſi fortè recuſaverint ita ſubeſſe, Nos per eos taliter recepta loca ex nunc prout ex tunc Eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto. Cæterùm ut Seraphicus iſte Ordo dilatetur, authoritate, & ſcientia prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quòd eiſdem Fratribus de Obſervantia, eorumque Vicariis perpetuò liceat, habitâ tamen ſuper hoc ab eadem Sede licentiâ, in quacumque civitate, caſtro, ſeu alio loco, etiamſi in illo, vel alio alia, vel aliç Conventualiū Fr. domus eſſent, novas domos ędificare, vel ſi ędificatæ à Principibus, Dominis, Communitatibus, aut aliis eis largientur, dummodo non ſubijciantur Conventualibus, aut immediatè Generali Miniſtro dicti Ordinis, accipere, & inhabitare; inhibentes Miniſtris, & Fratribus Conventualibus, ac aliis, qui Miniſtris ſubſunt Provincialib⁹, ſeu dumtaxat Generali ſupradictis, ſub eadem excommunicationis pœna, quam in contrafacientes ex nunc prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, & à qua non poſſint, niſi per eumdem Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo abſolvi, ne proprio motu, vel induſtriâ per ſe, vel alium, ſeu alios quovis quæſito colore, vel ingenio ſuper receptione, vel retentione talium domorum per eos, juxta hanc noſtram licentiam accipiendarum, contra præſentium tenorem impedire, aut eis moleſtiam aliquam inferre præſumant. Et ſimiliter ſub eadem pœna prohibemus Fratribus de Obſervantia prædictis, ne eoſdem Fr. Conventuales, aut alios Generali, vel Provincialibus Miniſtris ſubditos, quominus in eiſdem Civitatibus, atque locis etiam nova loca conſtruere, & conſtructa, dummodo Vicariis non ſubſint, ſi eis, ut præfertur, donentur, vel concedantur, accipere, & retinere poſſint, impedire audeant. Et nihilominus volumus, & tenore præſentium ordinamus, quòd ſi quando (quod abſit) Conventuales, vel de Obſervantia, aut alij Fratres prædicti inhibitionibus noſtris hujuſmodi contravenerint, aut aliàs contra tenorem præſentium attentaverint, ut tunc Fratres de Obſervantia ad Generalem, vel Provinciales Miniſtros, & è converſo Conventuales, & alij Fratres prædicti ad Vicarios memoratos pro obſervatione præſentium, & rebellium correctione recurrere poſſint. Qui quidem Miniſtri, & Vicarij transgreſſores ipſos teneantur, & debeant authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, & opportuna remedia uſque ad ſatisfactionem debitam coërcere; aliis pœnis prędictis in ſuo robore nihilominus permanentibus; Decernentes irritum, & inane

ſi ſecus ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Datum Romæ 1466. pridie Kalendas Martij Pontificatus anno tertio.

Frequentes nihilominus ex eiſdem controverſiis querelæ, cùm poſtea deferrentur ad Sixtum IV. Pontificem, quaſi verò præfatorum Eugenij IV. Pauli II. aliorumque Pontificum præfatæ proviſiones Apoſtolicæ fuiſſent in non uſum redactæ; voluit Sixtus eaſdem pro opportuno remedio innovare; & primò quidem ad Vltramontanum Vicarium Generalem, ſequentes litteras expediuit,

## SIXTVS PAPA IV.

Vvad. t. 6. in Reg. 1471. bul. 2. Sixti IV.

FEciſti nos humiliter ſupplicari, ut dignaremur paterna benignitate opportuno tibi adeſſe remedio, ad cõtinendũ in obediẽtia Fratres tuæ curæ ſubjectos, quorũ aliqui plerumque vagãtur, ex eo quòd nõnulli dicti Ordinis Fratres tuæ curæ non ſubiecti litteras, & indulta à nobis ſe habere aſſerunt, recipiendi Fratres de Obſervantia, contra, & præter formam litterarum fel. rec. Pauli II. prædeceſſoris noſtri ſuper concordia Obſervantium, & Conventualium Fratrum dicti Ordinis editarum. Quocirca recolentes, quòd Nos dum in Minoribus eſſemus, ſuaſores ipſi Paulo prædeceſſori fuerimus edendi huiuſmodi litteras; quamquàm nec fuit, nec eſt noſtræ intentionis prædictis litteris concordiæ, quas utiles, & perneceſſarias eſſe cognoſcimus, in aliquo quoad hoc derogares volumus; & tenore præſentium declaramus, quòd quicumque Frater tuæ curæ ſubiectus abſque licentia tua, aut ſui Provincialis Vicarij præſumeret recedere, ipſo facto excommunicationis pœnã ligatus ſit, quam pœnã ultra illas in dicti prædeceſſoris litteris contentas, receptores quoque illorum incurrant; quibuſcumque privilegijs, litteris, & indultis, & in genere, vel in ſpecie, locis, vel perſonis quibuſlibet per Nos, vel per Sedem Apoſtolicam cõceſſis, aut impoſterum concedendis, etiam ſi talia forent, quòd de eis, eorumque totis tenoribus, præſentibus habenda eſſet expreſſa, & ſpecifica, ac de verbo ad verbum mentio ſpecialis; quæ omnia harum ſerie revocamus, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Dat Romæ, Ibibus Octobris 1471. Pontificatus anno primo.

Deinde per Ordinem univerſum ſequens diploma publicari mandavit.

## SIXTVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.* Ibid.

REgiminí univerſalis Eccleſię quamquam immeriti, diſponente Domino præſidentes, curis perurgemur aſſiduis, ut juxta creditæ nobis deſuper diſpenſationis officium, quieti ſubditorum quorumlibet; (præſertim ſub Regulari Obſervantia, ſtudio piæ vitæ vacantium, in quorum utique proſperitate reficimur) jugi, quantùm Nobis ex alto conceſſum fuerit, ſollicitudinis ſtudio intendamus; & ut illa, quæ pro Religionis incremento, concordiã interveniente, providè facta ſunt, in præſervationis Obſervantia perſiſtant, nulluſque ultra quàm Religionis regulária inſtituta permittunt, vendicare præſumat, noſtræ ſollicitudines partes interponimus efficaces. Dudum ſiquidem fel. rec. Paulus II. Prædeceſſor noſter de noſtri, qui tunc in Minoribus conſtituti, Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum fungebamur officio, & dilecti filij Marci de Bononia, tunc noſtri in Ciſmontanis partibus ſuper Fratres dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatos, Vicarij Generalis, ac Generalis Procuratoris Conventualium, & Commiſſariorum de Obſervantia nuncupatorum, tàm Citrã, quàm Vltra-montanorum Fratrum prædictorum in Romana curia expreſſo conſenſu, inter alia inhibuit, ne dicti Ordinis Profeſſores Conventuales, & de Obſervantia nuncupati, Generali duntaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis ſubditi, eorumque Prælati Fratres de Obſervantia nuncupatos, ſub Vicariis vivere ſolitos transfugas, ſeu ad eos fugientes (niſi oſtendant litteras ſuæ licentiæ à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomen domus, à qua receſſerint, & illius ad quam remiſſi eſſent) etiam ſub prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc ipſis Fratribus Conventualibus, & aliis dictis Vicariis non ſubdi

ſubditis, eorumque Prælatis ab Apoſtolica Sede conceſſæ ( quam idem Paulus prædeceſſor quoad hoc penitus revocavit ) acceptare quoquomodo præſumerent , ſed illos ad Prælatos ſuos juxta quarumdam aliarum litterarum Pij II. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editarum ; quam idem Paulus prædeceſſor voluit obſervari , continentiam , remittere tenerentur ; neve ejuſdem Ordinis profeſſores de Obſervantia nuncupati, & ſub Vicariorum obedientia vivere ſoliti, ſcandaloſos ,& crimınoſos Fratres Conventuales nuncupatos diſciplinam Ordinis ſubterfugientes recipere , ſed ſimiliter ad Prælatos ſuos remittere deberent, prohibuit , ſervatâ tamen Eug. IV. & Pij II. prædictorum prædeceſſorum noſtrorum aliarum litterarum quo ad hoc editarum formâ,alioquin ex tunc contra inhibitionum prædictarum omnium trangreſſores , tàm Conventuales, quàm alios de Obſervantia, ac alios Fratres prædictos , eiſque in præmiſſis omnibus dantes auxilium, conſilium,vel favorem publicè , vel occultè, directè, vel indirectè cujuſcumque conditionis, ſtatus, vel dignitatis forent in Ordine prædicto , excommunicationis ſententiam promulgavit , à qua non poſſint niſi à Romano Pontifice ( præterquam in mortis articulo conſtituti ) abſolutionis beneficium obtinere.Si verò illi Fratres, qui de Obſervantia nuncupantur, & ſolùm Miniſtro Generali ſubſunt, inhibitioni prædictæ contravenerint , ultra præmiſſas pœnas, per Miniſtros Provinciales, eorumque Vicarios,Miniſtro extra illam Provinciam exiſtente, ad omnem ipſorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum ſub Vicariis viventium requiſitionem ( non obſtante quacumque per Sedem Apoſtolicam , vel aliàs conceſſa exemptione) coerceri ; & ad ſatisfaciendum in præmiſſis compelli poſſent , & deberent remediis opportunis. Præterea idem Paulus Prædeceſſor,cùm intellexiſſet , nonnullos dicti Ordinis Profeſſores ſub Obedientia , quam voverant,variis prętenſis coloribus , etiam mediantibus litteris Apoſtolicis ſibi procuraſſe domos , & loca , in quibus ſine Superiorum licentia degerent,omnes,& ſingulas per eoſdem Fratres ſic receptas domos, aut Generali , & Provincialibus Miniſtris , ſeu Vicario de Obſervantia nũcupatorum Fratrum dicti Ordinis ſubeſſe debere decrevit , ac Fratres , qui illas inhabitabant , ut infra certum terminum tunc expreſſum, eligerent ſub teſtimonio publico, utrum Generali, & Provincialibus Miniſtris,an vero Vicariis de Obſervantia nuncupatis ſubeſſe mallent ; ſtatuit , quòd ex tunc nullus talis Frater aliquam domum ( etiam quarumcumque litterarum obtentu ) recipere valeret,niſi de licentia Generalis, ſeu Previncialium Miniſtrorum , vel Vicarij de Obſervantia nuncupatorum Fratrum illius Provinciæ ,in qua domus conſiſteret.Et ſi reciperet, ſi ipſe ſubeſſe mallet Vicarijs de Obſervantia nuncupatorum Fratrum prælibatis,alioquin ipſis Generali , ſeu Provincialibus Miniſtris ſubeſſe deberet,ut ſuprà eſt expreſſum. Et ſi fortè recuſarent , domos ipſas ſic receptas Eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto , prout in quibuſdam litteris ipſius prædeceſſoris deſuper confectis pleniùs continetur. Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Generalis Vltra-montani , & Provincialium Provinciarum, Caſtellæ, Legionenſis , Aragoniæ , Portugalliæ, Valentiæ,& Navarræ, Regnis, & Principatu Cataloniæ , & reliquis Hiſpaniarum partibus , ſecundùm morem dicti Ordinis conſiſtentium Vicariorum eorumdem Fratrum de Obſervantia nuncupatorum petitio continebat , quod dilectus Filius Alphonſus de Bolano dicti Ordinis Profeſſor in Granatæ, Guineæ Aphricæ ,ac in omnibus mari Oceano ſitis Inſulis pro converſione Infidelium Apoſtolicæ Sedis Nuncius , & nonnulli alij ejuſdem Ordinis Profeſſores in Regnis, & Principatu,ac reliquis Hiſpaniarum partibus prædictis ſub Obedientia Miniſtrorum , aut Vicariorum Provincialium dicti Ordinis, tàm Conventualium , quàm de Obſervantia nuncupatorum eſſe , & vitam ducere recuſant, & quoſcumque ab eiſdem Fratribus ſub Obedientia Miniſtrorum , & Vicariorum degentibus pro tempore recedentes , abſque Prælatorum ſuorum licentia recipiunt , & retinent inter eos , & perſæpe indoctos adOrdines,& inhabiles ad officia,etiam prędicationis,& confeſſionis, ad ſtudia promovent, & promovere præſumunt , illoſque mittunt ad loca eis grata , ad quæ pręmiſſa facere poſſe ex

Apoſtolica cõceſſione eis facta ex variis, & diverſis cauſis, & præſertim pro converſione Infidelium partium earumdem, quamquam in Regula cap. 12. dictorum Fratrum contineatur, quòd *Quicumque Fratrum divina inſpiratione voluerint ire inter Saracenos, & alios Infideles, petant inde licentiam à ſuis Miniſtris Provincialibus; Miniſtri verò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos viderint eſſe idoneos ad mittendum*, & Conventuales nuncupati ſub obedientia Miniſtrorum Provincialium degentes, illos dicti Ordinis profeſſores, qui ſuas profeſſiones in domibus eorumdem Fratrum de Obſervantia emiſerunt, ſine licentia ſuorum Superiorum recedentes, & ad eoſdem Conventuales confugientes, recipere, & retinere non verentur contra dictarum litterarum Pauli prædeceſſoris præfati cõtinentiam. Quædam verò Abbatiſſæ, & Moniales diverſorum Monaſteriorum Ordinis S. Claræ, & Minoriſſarum, & aliæ domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatæ Sorores, in communi viventes ſub certa cura Fratrum eorumdem de Obſervantia, ac etiam aliæ viventes ſub eorum cura, vigore quarumdam litterarum Apoſtolicarum, etiam ( ut aſſerunt ) conceſſarum, ſibi ipſis Viſitatorem, quem volunt, ſine conſenſu eorumdem Fratrum Cuſtodiæ, intra quam Monaſteria, & domus earum conſiſtunt, dumtaxat habere, & eligere præſumunt, & deputatos eis idoneos Confeſſores, & Viſitatores in Provincialibus Capitulis, aut aliàs juxta morem, & ritum dicti Ordinis, vel ſaltem eorumdem Fratrum de Obſervantia admittere recuſant in Religionis opprobrium, & pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum, ac contra regularia inſtituta, ritus, & mores dicti Ordinis, ſecundùm quos promotiones prædictæ cum magna maturitate, ac de perſonis idoneis, & habilibus fieri debent ſolum in Capitulis Provincialibus Ordinis prælibati eorumdem Fratrum de Obſervantia. Fuit quoque pro parte Generalis Vltra-montani, & Provincialium Vicariorum Regnorum, Principatus, & partium prædictarum nobis humiliter ſupplicatum, ut pro conſervatione, & manutentione Ordinis memorati, & Chriſti fidelium devotionis ad illum in partibus eiſdem, ne de cætero præmiſſa fiant, ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibere, ac receptos Fratres prædictos abſque ſuorum Superiorum licentia poſt concordiam prędictam juxta Pauli Prædeceſſoris formam litterarum, & quos in futurum contra illam recipi contigerit, eiſdem Generali, & Provincialibus Vicariis Provinciarum Regnorum, & partium prædictorum illos repetentibus reſtitui, præfatoſque alios Fratres Miniſtris, & Vicariis non obedientes ad eligendum, an ſub Miniſtris, vel Vicariis eſſe velint, parendumque illis, ſub quibus eſſe decreverint, & ad ducendum vitam juxta regularia dicti Ordinis inſtituta, obſervandumque contenta, & prælibatis litteris Pauli prædeceſſoris præfati. Abbatiſſas quoque Moniales, & ſorores prædictas ad recipiendum Confeſſores, & Viſitatores juxta ſtatuta Religionis, pro tempore per ipſos Generalem, & Provinciales Vicarios Provinciarum, Regnorum, Principatus, & partium prædictarum ( ut præfertur ) pro tempore deputatos compelli, ac alios, quos aliter deputari contigerit, amoveri, mandare; aliàſque eis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dicti Ordinis, & illius profeſſorum proſperitatem, & pacem ſummis deſideramus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati volumus, & Apoſtolica authoritate pręſentium tenore declaramus, quòd in premiſſis omnibus, & ſingulis quoad omnes Fratres ſerventur litteræ prædictæ Pauli prædeceſſoris præfati; quoad Moniales verò ſerventur ſtatuta Ordinis. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis in eiſdem Regnis, & Principatu, ac partibus conſtitutis etiam mandamus, quatenus quilibet eorumdem, qui deſuper fuerit requiſitus in præmiſſis omnibus, & ſingulis nobis expoſitis faciat authoritate noſtra in ſua Civitate, & Diœceſi ejuſdem Pauli prædeceſſoris præfati litteras, & in eis contenta quoad Fratres, & ſtatuta Ordinis & Religionis, quoad Moniales, & Sorores hujuſmodi per quoſcumque inviolabiliter obſervari, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo: invocando etiam ad hoc ( ſi opus fuerit ) auxilium brachij ſæcularis. Non obſtanti

ſtantibus &c. Contradictores &c. Datum Romæ 1473. Kal. Maij Pontificatus anno 3.

Ibid. in Reg. 1472. bull. Sixti IV. 9. Idem confirmavit iiſdem ferè verbis per bullam, *Feciſti nos humiliter ſupplicari, &c.* Datum Romæ die 12. Octobris 1472. Pontificatus anno 2. in Vvadingo legendam.

Et iterum pro eiſdem Vltra-montanis dato brevi, quod appono, dedit executorem Cardinalem Protectorem.

SIXTUS PAPA IV.

*Dilecto Filio Iuliano tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali &c.*

Ibid. 1475. bull. 15. Romanus Pontifex cunctorum, &c. Dudum ſiquidem fæl. rec. Paulus Papa II. predeceſſor noſter de noſtro, qui tunc Generalis Miniſtri Ordinis Minorum fungebamur officio, ac dilectorum filiorum Marci de Boonia Generalis Vicarij Ciſ-montani, ac Generalis Procuratoris Cooventualium, ac Commiſſariorum de Obſervantia nuncupatorum tàm Citra, quàm Vltramontanorum dicti Ordinis in Romana Curia expreſſo conſeoſu, inter alia per ſuas litteras inhibuit; ne dicti Ordinis profeſſores Conventuales, & de Obſervantia nuncupati Generali dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris dicti Ordiois ſubditi, eorumque Prælati Fratres de Obſervantia nuncupatos ſub Vicariis vivere ſolitos transfugas, ſeu ad eos fugientes acceptare præſumerent, niſi oſtendereot litteras ſuæ licentiæ, à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus cootineretur nomen domus, à qua receſſiſent, & illius ad quam remiſſi eſſeot, etiam prætextu cujuſcumque licentiæ ſuper hoc, ipſis Fratribus Conventualibus, & aliis dictis Vicariis non ſubditis, eorumque Prælatis ab Apoſtolica Sede conceſſæ, quam idem Paulus prædeceſſor quoad hoc penitus revocavit; ſed illos ad ſuos Prælatos juxta quarumdam aliarum litterarum piæ mem. Pij Papæ II. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper hoc editarum, continentiam remittere tenerentur; & ne ejuſdem Ordinis profeſſores de Obſervantia nuncupati ſcandaloſos, & criminoſos Fratres Conventuales nuncupatos, diſciplinam Ordinis ſubterfugientes recipere: ſed ſimiliter ad Prælatos ſuos remittere deberent (ſervatâ tamen fæl. rec. Eugenij Papæ IV. & dicti Pij prædeceſſorum noſtrorum aliarum litterarum quo ad hoc editarum formâ) ſub excommunicatioois pœna, quam tranſgreſſores dictarum inhibitionum ipſo facto incurrerent, ſimili modo prohibuit, prout in dictis litteris ultimis continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Vicarij Generalis, & Fratrum dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatorum Vltra-montanorum petitio continebat, pro obſervantia litterarum Pauli prædeceſſoris hujuſmodi, quas etiam Nos, dicto Paulo prædeceſſore (ſicut Deo placuit) rebus humanis exempto, ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti authoritate Apoſtolicâ approbavimus, experientia teſte, ad magnam conferat pacem, ac per eam contentionibus, & jurgijs obvietur. Pro parte ejuſdem Vicarij Vltra-montani, & ſuorum Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras Pauli prædeceſſoris hujuſmodi obſervari mandare, & alias ſibi opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur, qui inter quoſvis Religioſos contentionibus, & jurgiis obviare ſummoperè optamus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ, qui Protector dicti Ordinis exiſtis, & illius Protectori pro tempore exiſtenti, ſeu tuo, aut illius locum tenenti per Apoſtolica ſcripta maodamus, quatenus tu, & Protector ipſe pro tempore exiſtens, ac locum tenens, qui ſuper hac pro parte Vicarij Vltra-montaoi, & ſuorum Fratrum prædictorum fueris, ſeu fuerit requiſitus, litteras Pauli prædeceſſoris hujuſmodi obſervari, & tàm prædictos Fratres Conventuales, quàm de Obſervantia contra litterarum Pauli prædeceſſoris hujuſmodi tenorem, & formam, prætextu quarumcumque litterarum (etiam per Nos forſan conceſſarum) in quibuſvis domibus receptos & etiam extra illas ſtantes, ad Superiores remitti facias, ſeu faciat, & non permittas, ſeu pemittat eoſdem Vicarium, & Fr. ſuos contra teoorem litterarum Pauli prædeceſſoris hujuſmodi ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtari; moleſtatores, & cōtradictores quoſlibet per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Præmiſſis, ac conſtitutionibus, &

& ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus juramento, confirmatiune Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac omnibus, quæ idem Paulus prædeceſſor in dictis litteris ſuis voluit non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incar. Dom. 1475. Kal. Iunij Pun. noſtri. an. 4.

Iterumque petente Vicario Generali Cis-montano in hunc modum confirmavit.

*Dilecto filio Petro Neapolitano Vicario Generali Cis-montano familia de Obſervantia Ordinis Minorum &c.*

Ibid. bul. 21. CONſiderantes, quòd à fæl. rec. Paulo II. noſtro immediato prædeceſſore Nobis tunc in Minoribus agentibus procurantibus, matura fuit deliberatione ſancitum pro quiete, & concordia Ordinis B. Franciſci, ut nulli Miniſtro, aut alij liceret Fratres familiæ de Obſervantia ſine ſuorum Prælatorum licentia ad ſe recipere, utile admodum, & neceſſarium eſſe putamus ordinationi, & decreto ipſius prædeceſſoris pro hujuſmodi concordia inhærere, & illa in ſuo robore conſervare: quocirca tenore præſentium declaramus, quòd nec dilectus filius frater Petrus de Campolis nunc Miniſter Provinciæ Mediolani, nec quiſvis alius Miniſter, aut Frater Ordinis antedicti, aliquem de familia Obſervantiæ Fratrem ſine ſuorum Prælatorum licentia, ut præfertur, recipere valeat, aut poſſit: Decernentes eos, qui ſecus fecerint, cenſuras, & pœnas in litteris dicti prædeceſſoris contentas incurrere ipſo facto. Volumus inſuper, & ſimiliter declaramus, quòd elapſo hoc ſacro Iubilei anno, Fratres cujuſlibet familiæ in caſibus reſervatis Miniſtris, non poſſint niſi à te, aut Vicario Provinciali abſolvi. Litteris noſtris ſub quacumque verborum forma eiſdem quibuſcumque &c. Datum Romæ die 26. Octobris. 1475. Pontif. anno 5.

Vuad. t. 7. 1479. n. 4. Quod item confirmavit per bullam datam Angelo de Clavaſio Vicario Generali Ciſmontano Ordinis Minorum de Obſervantia prout ſequitur.

SIXTUS PAPA IV.

*Dilecto filio Angelo de Clavaſio Vicario Generali Ciſ-montano Ordinis Minorum de Obſervantia.*

DIlecte fili ſalutem &c. Paulus II. fæl. rec. prædeceſſor noſter immediatus, Nobis tunc in Minoribus conſtitutis, ſuadentibuſque, ac ſupplicantibus, certas ſuper concordia Fratrum Ordinis S. Franciſci Obſervantium, & Cōventualium ſub bulla plumbea edidit litteras, quibus inter cætera Apoſtolica authoritate decrevit, ſub gravibuſq; pœnis, ac cenſuris inhibuit, ne Fratres Conventuales aliquem de Obſervantia abſque ſui Superioris licentia non ſolum petita, ſed impetrata recipere, aut in ſuis locis quoquomodo tenere poſſint, aut debeant. Nos quoque poſtquam ipſo Paulo prædeceſſore, ut Deo placuit, de humanis ſublato, ad Summum Pontificatum evecti fuimus, litteras hujuſmodi & voluimus, & ſtuduimus in ſuo robore præſervare, ut in eo Ordine, in quo diſponente Domino, coaluimus, Pax & concordia ſervaretur. Quare cum nuper ex querela ad nos delata intellexerimus, nonnullos de Obſervantia Fratres hujuſmodi licentia non obtenta à Superiorum ſuorum Obedientia receſſiſſe, & ab ipſis Conventualibus Fratribus, aliiſque Religioſis receptos fuiſſe, etiam fortè ſub aliquarum noſtrarum litterarum prætextu. Nos intendentes, quòd nunquam fuit noſtræ intentionis litteris ipſis dicti prædeceſſoris in aliquo derogare, aut cuiquam licentiam recipiendi dictos de Obſervantia Fratres, qui expreſſam ſuorum licentiam Superiorum non haberent, concedere. Tuis honeſtis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & tenore præſentium declaramus, tibique, de quo plurimùm in Domino confidimus, plenam facultatem concedimus, quòd omnes, & ſingulos Fratres Obſervantiàm Ordinis antedicti profeſſos, qui hactenus non impetratâ Superiorum ſuorum licentiâ, receſſerunt, retrahere, ad obedientiamque reducere, & juxta ſalutaria Ordinis, & Regulę inſtituta corrigere, ac punire poſſis; omnibus, & ſingulis, apud quos Fratres ipſos eſſe continget, ſub

excom

excommunicationis latæ ſententiæ pœna mandantes, ut illos, poſtquam à te fuerint requiſiti, manifeſtare, & abſque mora, & contradictione in manus tuas, vel Vicariorum, & Commiſſariorum tuorum reſtituere debeant. Gratiis, litteris, & conceſſionibus noſtris, & Apoſtolicæ Sedis in genere, aut in ſpecie quomodolibet ſub quacumque verborum forma conceſſis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Et inſuper, quia præſenti anno, dum generale Capitulum Ordinis ejuſdem Sancti celebraretur, ex abundantia charitatis omnibus, & ſingulis ejuſdem Ordinis perſonis induſſimus, ut confeſſorem eligere, & à caſibus reſervatis Prælatis earum abſolvi valerent. Quæ res, ut accepimus multos ad peccandum procliviores reddere, & à jugo obedientiæ ſeducere poſſet; Declaramus pariter, ac volumus, quòd Fratres tuæ curæ ſubjecti in caſibus reſervatis Miniſtris, non poſſint niſi de tua, aut Vicariorum Provincialium licentia abſolvi. Litteris noſtris ſub quacumque verborum forma eiſdem Miniſtris, & Fratribus conceſſis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Et inſuper ad evitandos diſcurſus Fratrum concedimus, quòd omnes Vicarij Provinciarum poſſint abſolvere omnes fratres à cenſuris, & diſpenſare cum eis ſecundùm tenorem conceſſionis fęl. rec. Clementis Papę I V. & noſtrę additionis. Non obſtantibus limitatione, ſeu reſtrictione poſtmodum à nobis facta, qua id ſolùm ad Miniſtrum Generalem, & ejus Vicarios reſtringi, & limitari diſpoſueramus. Verùm quia difficile foret has litteras ad diverſas Mundi Partes mittere; Volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quòd harum tranſumpto manu publici Notarij ſubſcripto, & ſigillo officij tui munito, tanquàm patentibus litteris originalibus firmiter ſtetur, & ea fides adhibeatur, ac ſi eædem originales litteræ exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. Octobris 1479. Pontif. n. an. 9.

Et iterum pro Vltra-montanis ratificavit ipſe Pontifex Sixtus IV. dato brevi, Dilecte fili ſalutem &c. *Feciſti nobis &c die* 16. *Octobris* 1479. in Vvadingo legendo.

. Quia verò nihilominus multi ex Obſervantibus, quos ſtrictioris vitæ, & gravioris pœnitentiæ tædebat, ad Conventuales tranſibant, vel redibant, non obſtantibus prohibitionibus Pauli I I. & Sixti I V. Innocentius VIII. ejuſdem Vicarij Generalis Vltramontani permotus precibus, Sixti litteras de hoc editas confirmavit. Ibid. 1485. n. 4.

*Dilecto Filio Vicario Generali Vltra-montano Fratrum Regularis Obſervantia.*

DVdum fælic. rec. Sixtus Papa I V. prædeceſſor noſter quaſdam litteras in forma brevis pro conſervatione concordiæ inter Fratres de Obſervantia, & Conventuales nuncupatos, edidit, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Dilecte fili &c. Feciſti Nobis humiliter ſupplicari &c. Cum autem pro faciliori manutentione hujuſmodi concordiæ Nobis ſupplicari feceris, ut præfatas litteras confirmare dignaremur. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac mutuę inter religioſos omnes charitati conſulere cupientes, quo ſemotis diſcordijs virtutum Domino quietiùs famulari poſſent, illas Apoſtolica authoritate præſentium tenore approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Dat. Romæ die 12. Octobris 1485. Pontificatus anno 2. Ibid. 1487. n. 6. & 7.

Quoniam verò his non obſtantibus ex Fratribus Obſervantibus familiæ Ciſmontanæ facilè tranſibant ad Patres Conventuales, ſive ad Congregatiunculas particulares, (quæ neque Miniſtro Generali, neque Vicario Generali Obſervantium erant ſubjectæ) illis, quos, vel tædebat vitæ auſterioris, vel culparum ſupplicium deterrebat; ſevero conſtituto Innocentius V I I I. hunc tranſitum prohibuit, quem etiam inhibuit anno. 1488. Fratribus Vltra-montanis, maximè propter Aragonios facilè ad Conventuales abeuntes. Idipſum ineunte anno 1488. authoritate Pontificia vetuit Iulianus Epiſcopus Oſtienſis, Ordinis Protector ampliſſimo diplomate: Inſtabant Evangeliſta Peruſinus Vicarij Generalis Ciſ-montani, & Gullielmus Lemenandi Vltra-montani

Procuratores, ſeu Commiſſarij in Curia Romana.

## INNOC. PAPA VIII.

*Dilecto Filio Vicario Generali Ciſ-montano Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum.*

DIlecte fili ſaultem,&c. Exponi Nobis feciſti,quòd licet fæl. rec. Pius Papa II. & Paulus etiam II.ac Sixtus IV. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri per diverſas eorum litteras inhibuerint Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus, Conventualibus nuncupatis,& aliis quibuſvis perſonis cujuſcumque gradus, ſtatus, & conditionis, ne Fratres dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatos tuę obedientiæ ſubjectos reciperent ſine licentia ſuorum Superiorum habita in ſcriptis;nihilominus nonnulli ex eiſdem profeſſoribus Conventualibus nuncupatis, & alij, qui ſe etiam de Obſervantia faciunt nuncupari, ab obedientia Miniſtrorum Generalis, & Provincialium Fratrum Conventualium exempti, & tuæ etiam obedientiæ non ſubjecti plures Fr. tuæ obedientiæ ſubjectos apoſtatas, ſcandaloſos, ac diſciplinā Ordinis tui fugientes cōtra inhibitionē hujuſmodi perſæpe recipiūt,& retinent, ac mittunt quòcumque eis libuerit, allegantes, prædicta ſe facere poſſe authoritate Apoſtolica ſuper hoc eis conceſſa, ac propterea Nobis etiam ſupplicari feciſti, ut ſuper his providere paterna benignitate dignaremur. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati eorumdem prædeceſſorum inhibitionem, & litteras prædictas, & prout inhibitionem eamdem concernunt, omnia, & ſingula in dictis litteris contenta authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus, mandantes illis, qui aliquem ex tui Ordinis profeſſoribus de Obſervantia nuncupatis, contra inhibitionem eamdem ſine licentia hujuſmodi receperunt,& impoſterum quomodocumque recipient, ſub pœnis, & cenſuris in litteris prædeceſſorum contentis, ut poſtquam requiſiti fuerint,aut aliàs ad eorum notitiam pervenerit, ſuper talium ſic receptorum nunc, & pro tempore remiſſionem ad obedientiam Prælatorum tui Ordinis, à qua apoſtatarunt, illos ſine mora juxta inhibitionem hujuſmodi remittant;& eiſdem,qui ſic apoſtatando recepti fuerunt, ut ad eamdem obedientiam, à qua ſine licentia receſſerunt,redeant; & locorum Ordinariis, ac perſonis in dignitate conſtitutis,Cathedraliumque Eccleſiarum Canonicis, & Ordinariorum, eorum officialibus, ac in ſpiritualibus Vicariis Generalibus, quos deſuper pro parte tuà requiri contigerit, ut tales, qui ſic receſſerunt, & pro tempore recepti fuerint, ad tui Ordinis Prælatorum obedientiam, à qua ſine licentia receſſerunt, redeant, & qui illos receperunt, ut eos remittant ad obediētiam hujuſmodi, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, & alia opportuna juris remedia compellant, faciantque,& mandent, eos non obedientes eorum mandatis,cēſuris prædictis per litteras prædeceſſorum prædictorum in eis inflictis, irretitos publicè nunciari,& ab omnibus arctiùs evitari, donec obedientes iiſdem mereantur abſolutionis beneficium obtinere. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ 1487. die 10. Maij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Propter magnas ſimultates, quæ inter Alexandrum Pontificem, & Iulianum de Ruvere Cardinalem etiam ante Alexandri aſſumptionem interceſſerant, ab Vrbe recedendum judicavit Iulianus;& Avenionem primùm, inde in Galliam abijt Sedis Apoſtolicæ Legatus, ubi ſummo conatu Carolum Regem Alexandro redidit infenſum. In hac illius abſentia protectionem Ordinis Minorum, quam ſuſtinebat, commendavit Alexander Georgio Coſtæ Epiſcopo Albanenſi Cardinali, communiter nuncupato Portugallenſi; Ille anno 1495. edoctus à Commiſſario Citra-montano, aliquos ad Conventuales, alios ad Amadæitas, & Clarenos, ab Obſervantibus abſque licentia tranſiiſſe, iſtud edidit conſtitutum. Vvad.t.7. 1495.Reg. n. 13.

*Nos Georgius Albanen. S. R. E. Cardinalis Portugallen. & Ordinis Minorum Vice-protector, univerſis,& ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem &c.* Ibid.n.14.

CVm per fæl.rec. Sixtum Papam IV. per Apoſtolica ſcripta mandatum fuerit Reverendiſſimo Domino meo Iuliano

liano Dei gratiâ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Epiſcopo Hoſtienſi, & Ordinis Minorum Protectori, & ejus in hac parte locum tenenti, ut requiſiti pro parte Vicariorum Provincialium Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, aut ſuorum fratrum, obſervari faciant, etiam ſub cenſuris, litteras Pauli ſecundi, & prædeceſſorũ ſuorum, quib⁹ cavetur, ne dicti Ordinis profeſſores Conventuales, & de Obſervantia nuncupari dumtaxat, ſeu etiam Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis ſubditi, eorumque Prælati Fratres de Obſervantia nuncupatos ſub Vicariis vivere ſolitos transfugas, & ad eos fugientes acceptare præſumerent, niſi oſtenderent litteras ſuæ licentiæ à Prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineretur nomen domus, à qua receſſiſſent, & illius, ad quam miſſi eſſent, ſed illos ad ſuus Prælatos, juxta quarumdam aliarum litterarum piæ Memoriæ Pij Papæ II. etiam prædeceſſoris ſui, ſuper hoc editarum continentiam, remittere tenerentur ſub excommunicationis pœna, quam transgreſſores dictarum inhibitionum ipſo facto incurrerent. Nunc autem, ſicut ex relatione venerabilis Patris Fratris Pauli de Cancellariis, Vicarij Generalis Ciſ-montani eorumdem Fratrum de Obſervantia nuncupatorum, in Romana Curia Commiſſarij, accepimus, nonnulli dictorum Fratrum ſub obedientia Miniſtri Generalis, & præſertim in Congregatione Fratris quondam Amadæi, & Fratris Angeli de Clareno degentes ſpretis inhibitionibus, & cenſuris prædictarum litterarum, aliquos Fratres ſub obedientia Vicariorum familiæ de Obſervantia nuncupatæ vivere ſolitos, & præſertim fratrem Paulum Turrano abſque Prælatorum ſuorum licentia recipere non formidarunt, cenſuras dictarum litterarum incurrendo, in ſuarum animarum periculum, Fratrumque dictorum familiæ de Obſervantia detrimentum, ac ſcandalum plurimorum. Nos igitur, qui abſente dicto Protectore dictorum Fratrum Minorum in hac parte vices ejuſdem Protectoris, etiam de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri gerimus, ad inſtantiam præfati Fratris Pauli Commiſſarij, ſeu Procuratoris dictorum Fratrum de Obſervantia requiſiti fuimus, ut ad executionem nobis factæ commiſſionis prædictæ per præfatum Dominum noſtrum Papam procedere curaremus: univerſis, & ſingulis præfati Ordinis Miniſtris, Cuſtodibus, Commiſſariis, ſeu Procuratoribus, Guardianis, eorumque Vicarijs, necnon & Fratribus aliis ſub obedientia dictorum Miniſtrorum, & præſertim in dicta congregatione prædicti Fratris Amadæi, & Angeli de Clareno degentibus, præcipimus, & mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub cenſuris in prædictis litteris ejuſdem Pauli PP. II. contentis, ſi contrafecerint ipſo facto incurrendis, ut ſi quos dictorum Fratrum de dicta familia Obſervantiæ, & præſertim dictum Fratrem Paulum de Turrano abſque ſuorum Superiorum obtenta licentia receperint, aut retinuerint, ac in futurum recipi, & retinieri contigerit, eoſdem ſic per eos receptos, aut retentos, recipiendos, & retinendos viſis præſentibus cum libris, & aliis mobilibus, quæ ſecum aſportaverint, & aſportabunt, ad ſuos Prælatos remittere teneantur. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ in ędibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die 3. Menſis Octobris 1495. Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Alexandri divinâ providentiâ Papæ ſexti, anno 4.

Interea magno augebatur incremento ſodalitium Obſervantum, ſed æquo Conventualium decremento, quorum domicilia ad illos transferebantur. Etenim in Germania, & Belgio Maximilianus Imperator, in Hiſpania Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici, promotore Franciſco Ximenio Toletano Antiſtite, in Gallia Carulus VIII. conſultore, & executore de Amboyſia cognomento *Bono* Epiſcopo Albienſi, perpetuis conatibus reformandæ Religioni, & reſtituendæ regulari diſciplinæ inhiabant: Vbi traditę à ſancto Franciſco formulę Obſervantiam profiteri, & ſub Vicariis Provinciarum conſervare placebat, ſuis in domibus permanere licebat Conventualibus; ubi verò diſplicebat, aliò erat transmigrandum. Querimonię quidem graviſſimę ad Pōtif. contra Cōventuales paſſim mittebantur; partim fortè conficię, ut ſuis ædibus pellerentur; partim veræ; ſed non tàm enormes culpæ, quàm ferebantur. Id ſanè commune vitium per univerſas fermè regnabat domos, violatę paupertatis, mollioris veſtis, laxioris vi- Ibid. 1498. n. 7.

ctus, liberioris converſationis. Hinc frequentes Principum animadverſiones, deinde duriores increpationes, demùm turbulentæ pulſiones. Has illi injurias Obſervantibus referebant acceptas, quos populorum dicebant incentores, ut ſpecioſiùs domos occuparent. Vt certò res conſtarent, ad Provinciarum Rectores, & Eccleſiarum Antiſtites Pontifex mittebat examinandi facultatem: atque hi Conventualibus parùm propitij, in partes tranſibant Obſervantum. Multas hujuſmodi commiſſiones, & Conventualium querelas ſub hoc tempus reperies in Vaticano regeſto, ut notat Vvadingus.

Ibid. 1499. n. 18. Ludovicus ergo Epiſcopus Albienſis in Gallia, aliique Prælati à reformatione Cænobiorum Fratrum, & Monaſteriorum Clariſſarum, ac tranſlatione eorumdem ad Obſervantes, præſertim in Franciæ Provincia non ceſſabant, omnemque adhibebant operam, ut ſecundùm regularia inſtituta Fratres viverent religioſiùs. Dolentes verò Conventuales, ſibi quotidie domos auferri, Alexandrum VI. rogarunt, ut decreta prædeceſſorum, præſertim Pauli II. & Sixi IV. circa domorum tranſlationes, & mutuos Fratrum tranſitus, vellet confirmata. Id præſtitit ſequenti conſtitutione, quæ in firmamento trium Ordinum tract. 2. fol. 102. plano errore data ſcribitur án. 1496. 10. Kal. ſeptembris. Do ipſam conſtitutionem ex Vvadingo graviſſimo potiùs, & inſolito rigore firmatã.

## ALEXANDER PAPA VI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. n. 19. SVper gregem Dominicum nobis &c........ (*narratiſque ex integro circa has controverſias Pauli II. Sixti IV. & Innocentij VIII. Apoſtolicis conſtitutionibus, earumque totis tenoribus, tandem ſic concludit ad propoſitum*) Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Miniſtri Provincialis, Cuſtodum, Guardianorum, & aliorum Fr. dicti Ordinis Conventualium nuncupatorum Provinciæ Franciæ juxta morem dicti Ordinis petitio continebat; Pro pace, & quiete dicti Ordinis, & illius Fratrum, tàm Conventualium, quàm de Obſervantia nuncupatorum, animarumque ſuarum ſalute, ac evitatione ſcandalorum, & periculorum, quæ inter eos evenire poſſent, nihil utilius convenientiuſque ſit, quàm quòd litteræ prædictæ ſtrictiſſimè obſerventur, pro parte Venerabilis Fratris noſtri Georgij Epiſcopi Albanenſis, dicti Ordinis Vice-Protectoris, ſuper hoc inſtantis, & aſſerentis præmiſſa dicto Ordini Fratrum Minorum expedire, quàm Miniſtri Provincialis, Cuſtodum, Guardianorum, & Fratrum Provinciæ Franciæ hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſingulas litteras prædictas, quoad Provinciam Franciæ hujuſmodi, & illius domos, & Fratres, Monaſteriaque Monialium eis ſubjecta approbare, & innovare, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur, qui Ordinem Fratrum Minorum, & illius Fratres prædictos ſingulari dilectione proſequimur, Miniſtrum Provincialem, Cuſtodes, Guardianos, & alios Fratres Provinciæ hujuſmodi, ac eorum ſingulos à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingulas litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, quoad Provinciam, illiuſque domos, & Fratres, Monaſteriaque Monialium eis ſubjecta hujuſmodi authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia noſtra, tenore præſentium approbamus, & innovamus, illaque omnia quoad Provinciam, & illius Fratres, domos, & Monaſteria hujuſmodi, ſub excommunicationis, anathematis, & perpetuæ maledictionis, ac ſingulis aliis pœnis, in ſingulis litteris prædictis contentis, quas directè, vel indirectè, ſecretè, vel occultè contrafacientes, & præmiſſa quoquomodo non obſervantes, aut contra ea, ſeu eorum aliqua, vel aliquid apud Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Communitates, Vniverſitates, locorum Ordinarios, & alios Prælatos, ac quaſcumque alias perſonas Eccle

Eccleſiaſticas, vel ſæculares, ſeu eorum aliquem, vel etiam apud ſedem Apoſtolicam aliquid quoquomodo per ſe, vel alium, ſeu alios ſollicitantes, aut quaſcumque alias litteras impetrantes, ſeu impetrare procurantes, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, præeminentiæ, dignitatis, & authoritatis fuerint, eo ipſo incurrant, perpetuò ſtrictiſſimè obſervari mandamus. Et nihilominus, quòd de cætero perpetuis futuris tẽporibus ſi ulla domus fuerit, per litteras Apoſtolicas de conſenſu Protectoris prædicti Ordinis, etiam pro tempore exiſtentis, eiſdem litteris expreſſo, & de quo legitimè conſtet, reformanda, moneantur FF. quoad infraſcripta omninò, prout in litteris Sixti prædeceſſoris hujuſmodi cavetur, ut à die monitionis hujuſmodi computato ſecundùm regularia dicti Ordinis inſtituta, privilegiaque, & indulta eis per dictam Sedem conceſſa, & eorum conſuetudines approbatas reformari debeant: & ſi infra annum ſe reformari recuſaverint, tunc per alias Apoſtolicas de prioribus litteris, & monitione, ac conſenſu ſpecialem monitionem facientes, & de ſimili conſenſu Protectoris, vel Sub-Protectoris prædicti, de quo etiam conſtet, ut præmittitur, emanatas, & non aliàs informatio hujuſmodi Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, & non eis inferioribus committatur, qui per ſeipſos, vel ſaltem per eorum Vicarios Generales procedere teneantur conjunctim; & ad reformationem hujuſmodi Miniſter Provincialis, Cuſtos, Guardianus, & Fratres Domus ſic reformandæ hujuſmodi, & alij, qui fuerint evocandi, cum aſſignatione termini duorum menſium ad ſe parandum, & ſuper hoc conſulendum, ac contra litteras reformationis hujuſmodi allegandũ, citari debeant, quódque reformatio ipſa juxta inſtituta, privilegia, indulta, & conſuetudines hujuſmodi, & non aliàs fieri, & domus, & Fratres ſic reformati ad novam obedientiam minimè reduci, ſed ſub Miniſtri, & illius Cuſtodis prædictorum obedientia ut priùs remanere debeant. Quódque ipſi Fratres de Obſervantia contra Conventuales, aut ipſi Conventuales contra de Obſervantia Fratres prædictos, eorumque Religionem, vitam, mores, & honeſtatem, quoad Provinciam, & illius domos, ac Fratres hujuſmodi Chriſti fidelibus directè, vel indirectè, quovis quæſito colore aliquid quoquomodo prædicare, aut publicè dicere, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, & aliis ſententiis, cenſuris, & & pœnis prædictis, quas contrafacientes etiam eo ipſo incurrant, nullatenus poſſint. Præterea quòd Pauli, & Sixti Prædeceſſorum hujuſmodi, ac præſentibus litteris, aut earum aliquibus, in toto, vel pro parte aliquatenùs derogari non poſſint, nec derogatum eſſe cenſeatur, etiam per litteras, privilegia, ſtatuta, ordinationes, commiſſiones, mandata, decreta, conceſſiones, & alias diſpoſitiones quæcumque, etiam quaſvis ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentia, ac ſub quibuſvis forma, & expreſſionibus verborum, etiam cum derogatoriarum derogatoriis, aliis fortioribus, efficacioribus, urgentioribus, ampliſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis, & etiam cum ſingularum litterarum prædictarum totali, & vera inſertione, etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarumque, Principum, Ducum, Comitum, Communitatum, Univerſitatum, & aliorum Dominorũ temporalium, ac Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, & perſonarum quarumcumque, etiam ex quantumcumque maximis, & excogitabilibus cauſis, conſiderationibus, & reſpectibus, ac ſcientiâ, & motu ſimilibus, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per Sedem prædictam, aut ejus authoritate, tàm hactenus, quàm deſuper pro tempore conceſſa, facta, & quomodolibet emanata, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quòd illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis forma, & modis tunc expreſſis, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hujuſmodi derogari valeat, niſi in eiſdem derogatoriis litteris, quòd ſingulæ litteræ prædictæ ad obviandum animarum periculis, graviſſimiſque inconvenientibus, & ſcandalis, quæ inter eoſdem fratres exoriri formidabantur, maturè, & conſultiſſimè, ac gravi cum deliberatione emanarunt, & per illas inconvenientibus, & ſcandalis hujuſmodi opportunum, & ſaluberrimum remedium adhibetur, quódque ex illarum derogatione non

non minora poſſent inconvenientia, & ſcandala impoſterum exoriri, pacique concordiæ, & tranquillitati ipſorum Fratrum perniciosiſſimè obviaretur; & eorum perturbatio, & ſcandaloſa diſcordia ſequeretur; expreſsè, & individuè, ac verborum formâ hujuſmodi non mutatâ verè, & non fictè mentio facta fuerit, & de conſenſu Protectoris, ſeu Vice-Protectoris pro tempore exiſtentis hujuſmodi, de quo in dictis derogatoriis litteris mentio fiat, & ſimiliter conſtet, derogatoriæ dictæ litteræ emanaverint; fueritque Miniſtro Provinciali, Cuſtodi, & reformandis Guardiano, & Fratribus prædictis per trinas litteras Apoſtolicas diverſis temporibus, & cum intervallo duorum menſium deputatione ad præſentationem præſentatas, intimatum; quòd prædicta Sedes litteras derogatorias hujuſmodi concedere, vel aliàs præmiſſis derogare intendit. Ac quicquid, & totum id, quod contra Pauli, & Sixti Prædeceſſorum, ac prædictarum litterarum hujuſmodi, & earum ſingularum tenores, per quoſcumque etiam locorum Ordinarios, Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Communitates, Univerſitates, & alios Dominos temporales, necnon dictæ Sedis Legatos etiam de latere, & Cardinales, ac Nuncios, Commiſſarios, Delegatos, & alias perſonas quaſcumque, cujuſvis ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam vigore quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, etiam cum derogatoriarum derogatoriis clauſulis hactenus emanatarum, & impoſterum emanandarum hujuſmodi, & aliàs quomodolibet de quacumque authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari, & fieri contigerit, ex nunc irritum, & inane, illudque & contrarias litteras prædictas nullius fore roboris, vel momenti, & haberi prorſus pro infectis, authoritate, & ſcientia prædictis irrefragabiliter ſtatuimus, ordinamus, & decernimus. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ 1499. 16. kal. Septemb. Pontif. anno 7.

Continuatas tamen, immo & excreſcentes cum populorum ſcandalo controverſias hujuſmodi Iulius II. anno 1506. ut extirparet, falſis etiam Ægidij de Amelia Generalis promiſſis excitatus, Capitulum generale convocavit Religionis unionem facturus; qua deinde ſpe fruſtratus, datis graviſſimis bullis, *Cum multa, & graves &c. die 16. Iunij* 1506. quam ſupra retulimus, & aliâ, quam appono, ad Generales, atque Provinciales Miniſtros, & Vicarios, Præfatos Engenij, Pauli, Sixti, aliorumque ſuorum prædeceſſorum litteras innovavit, & pro majori utriuſque partis concordia confirmavit.

## IVLIVS PAPA II.

*Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Vicariis, cæteriſque Fratribus Ordinis Minorum, tàm Conventualium, quàm de Obſervantia nuncupatis.*

Religio ſancta Minorum, quæ Eccleſiam Dei multiplicibus ſplendoribus illuſtravit, & cujus Nos multo tempore, dum Cardinalatus fungeremur honore, Protectores fuimus, à Nobis, & Sede Apoſtolica promeretur, ut illius quieti, & tranquillitati vigili cura intendamus; & quæ præterea à Prædeceſſoribus noſtris Rom. Pont. providè ordinata ſunt, ut in ſua integritate perſiſtant, diligenter curemus, & alia circa hæc opportuna juxta exigentiam temporum ſtatuamus. Dudum ſiquidem poſtquam non abſque cordis noſtri amaritudine acceperamus, quòd inter dilectos filios, tàm de Obſervantia, quàm Conventuales nuncupatos Fratres veſtri Ordinis nonnullæ altercationes, & ſcandala ſuper aliquibus domibus, & Conventibus, locis, & Fratribus dicti Ordinis occupatis, vel receptis fuerant exorta in magnam ipſius Ordinis jacturam, & confuſionem: Nos tunc cupientes controverſias omnes propterea ſecutas, & quæ inde ſequi formidabantur, prorſus evellere, generaliſſimum Capitulum Fratrum veſtri Ordinis in alma Urbe noſtra celebrari juſſimus, ad quod plures Religioſi, & docti viri veſtri Ordinis profeſſores, tàm Conventuales, quàm de familia, aut Obſervantia nuncupati de diverſis mundi partibus acceſſerunt, & in quo Spiritus Sancti gratia exiſtente, & directione dilectorum filiorum noſtrorum Dominici ſancti Marci Patriarchæ Aquileien. & totius veſtri Ordinis Protectoris, ac Marci Sanctæ Mariæ in Vvad. t. 8. 1506. n. 7. & ſeq.

Tran

Tranſtyberim Senogallien. nuncupati, tituli præsbyterorum Cardinalium in dicto Capitulo veſtro, & Apoſtolicæ ſedis nomine præſidentium, omnes ferè differentiæ, & contentiones prædictarum terminatæ, & compoſitæ fuerunt; & inter alia ibidem concluſa, & concordata id fuit præcipuum, ut litteræ fel. recor. Eugenij IV. Pauli II. & Sixti IV. Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorum ſuper concordia, & privilegiis Fratrum Conventualium, & de Obſervantia nuncupatorum firmiter, & inviolabiliter obſerventur, eaque Nos, quatenus opus eſſet, confirmaremus, & de novo illa ſtatueremus, & ordinaremus. Nos igitur quieti, & tranquillitati dicti Ordinis conſulentes, ac reformationi ejuſdem Ordinis, quantùm cum Deo poſſumus intendentes, Motu proprio non ad veſtram, vel alicujus alterius pro vobis deſuper Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate, & deliberatione, ac noſtrâ certâ ſcientiâ, tàm prædictas Eugenij, Pauli, & Sixti, quàm aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteras ſuper dicta concordia, & tàm prædictis, quàm S. Claræ Ordinibus, illorumque domibus, & Monaſteriis, ac ipſarum domorum, & Monaſteriorum Fratribus, & Monialibus ſub quacumque verborum forma conceſſas, & quas, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſertæ forent, haberi volumus pro expreſſis, & omnia, & ſingula in eis contenta, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevimus, ac pro potiori cautela omnia, & ſingula per Eugenium, Paulum, & Sixtum, alioſque prædeceſſores noſtros in eiſdem litteris pro dictis cauſis, & in favorem Minorum, & S. Claræ Ordinum prædictorum, quomodolibet ordinata, ſtatuta, decreta, conceſſa, & indulta fieri, & ſervari debere, illaque domibus, & profeſſorib⁹ prædictis, de novo concedimus, & indulgemus, dummodò ſtatuto, & ordinationi nuper per Nos ſuper tempore, per quod tàm tu Miniſter prædictus, quàm Vicarij Generales dicti Ordinis durare debent, & à quibus Provinciis ſunt aſſumendi, in dicto Capitulo generaliſſimo per alias noſtras in forma brevis editas, per hujuſmodi confirmationem litterarum prædeceſſorum hujuſmodi nullum præjudicium generetur. Et inſuper reformationem dicti Ornis ampliantes, ac omnes, & ſingulas cauſas, lites, & proceſſus inter Conventuales, & de Obſervantia nuncupatos prædictos pendentes ad Nos avocantes, ac penitus, & omnino extinguẽtes, motu, & ſcientiâ ſimilibus volumus, ſtatuimus, & mandamus, quòd domus, Conventus, Monaſteria Minorũ, & S. Claræ Ordinũ prædictorum in Provinciis, Caſtellæ, Leginis, Aragonum Regibus ſubjectorum, hactenus regularem Obſervantiam ſub obedientia Vicariorum de familia Apoſtolica, vel quacumque authoritate reducta, & reformata, de cætero ſic reformata, & in dicta Obſervantia, & obedientia Vicariorum maneant. Cæterùm, quia ſicut accepimus, in prioribus diebus Fratres domorum de Obſervantia Provinciæ Aragoniæ pro ſuccidendis nonnullis quæſtionibus, & altercationibus inter eos, & Fratres Conventuales exortis, ſub ſpe quòd in celebratione Capituli generaliſſimi tàm de Obſervantia, quàm Conventualium Fratrum prædictorum unio ſaltem in Capite reformato fieri deberet, dilecto filio Ægidio Delfino dicti Ordinis profeſſori, tum Miniſtro Generali obedientiam ſub hujuſmodi conditione, ut ſi unio prædicta infra certum tempus non fieret, ab hujuſmodi obedientia, prout ante præſtationem illius exiſtebant, liberi remaneant, præſtiterunt, ipſiuſque Ægidij tunc Miniſtri correctioni ſe ſubmiſerunt: & pro eo quòd unio prædicta aliquibus de cauſis in dicto Capitulo pertractatis, facta non fuit, pari motu decernimus, & declaramus, quòd Fratres domorum de Obſervantia prædictæ Provinciæ Aragoniæ ab obedientia dicti Miniſtri Generalis, illiuſque ſuperioritate, prout ante exiſtebant, liberi remaneant, & ſub obedientia Vicarij Generalis Vltra-montani, prout priùs cum Conventibus tunc reformatis, & Monaſteriis Monialium, & cum nomine Vicarij Provinc. inviolabiliter perſiſtãt, ſive ſub uno Vicario Provinciali Araragoniæ, ſive ſub tribus, videlicet Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ, prout Vicario Vltra-montano, & Fratribus vocalibus dictorum Regnorum, & Principatus Cataloniæ magis expedire vide-

bitur; ita quòd remaneant in pacifica poſſeſſione omnium Conventuum, quos reformaverunt, & modò poſſident, & omnium Monaſteriorum, quæ poſſident. Et nihilominus venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis, & in quorum Provinciis, domus, & Monaſteria prædicta conſiſtunt, motu ſimili mandamus, quòd ipſi, aut unus eorum, ſi, & poſtquam præſentes litteræ, & aliæ Eugenij, Pauli, & Sixti, & aliorum prædeceſſorum, ſeu earum tranſumpta ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici, ac alicujus Notarij publici manu ſubſcripta, quibus, ſicut ipſis originalibus litteris, plenam fidem adhiberi volumus, præſentatæ fuerint, & pro parte veſtra, ac pro tempore exiſtentium Generalis, & Provincialium Miniſtrorum, Vicariorum, vel Commiſſariorum, aut Fratrum per vos, vel eos deputatorũ, fuerint requiſiti, per ſe, vel aliũ, ſeu alios præſentes, & dictas litteras ubi, quando, & quoties opus fuerit, publicantes, faciant illa juxta illarum, & præſenrium tenorem, ſub excommunicationis latę ſententię pœna firmiter obſervari, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos iteratis vicibus aggravare procurent: invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis, donec abſolutionis beneficium meruerint obtinere. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, authoritate noſtra compeſcendo. Non obſtantibus &c. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die tertia decima Iunij 1506. Pontif. noſtri anno tertio.

Nihilominus nec prætenſa partialium illarum Congregationum unio pro Ibid 1509. n. 23. tunc obtineri potuit, nec ſuper Conventuum uſurpatione, atque alterno Fratrum tranſitu extingui querelæ. Etenim Henricus VII. Angliæ Rex anno 1509. Iulium II. Pontificem rogavit, ut obſervari juberet ſuorum prædeceſſorum litteras, quæ Obſervantiũ tranſitum ad Conventuales prohibebant, ſuæque circa iſthæc conſtitutioni novum robur adjiceret. Ita ergo Pontifex conſtituit.

*Dilectis filiis Vicariis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantia tàm Citrà, quam Vltra - montanorum.*

Celebrato capitulo generaliſſimo Fratrum Ordinis Minorum in alma Ibid. Vrbe noſtra, cum intellexiſſemus, ad quietem dicti Ordinis, & Fratrum in eo Altiſſimo famulantium maximè pertinere, ut ea, quæ à Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris pro pace, & concordia dicti Ordinis Fratrum ſalubriter ordinata fuerunt, inviolabiliter obſervarentur; inter alia juſſimus, & mandavimus, quòd Fratres Familiæ Obſervantiæ ad Clauſtrales, ſive Conventuales, & de eorum obedientia tranſire volentes, non poſſent, nec deberent recipi, niſi petitã, & obtentã licentiã Vicarij Provinc. ſub quo fuerint, quam licentiã etiam in ſcriptis oſtendere tenerentur: Fratres verò Clauſtrales, ſive Conventuales, vel de eorum obedientia ab Obſervantibus, ſive de familia non recipererentur, neque recipi deberent, niſi ſaltem petitã ſuorum Superiorum licentiã, etiam non obtentã. Nuper autem accepimus, quòd nonnulli Miniſtri prædicti Ordinis, præſertim Fr. Bonifacius Miniſter Franciæ, & alij Fratres ejuſdem Ordinis ſe jactant, aliquas litteras à Nobis habuiſſe contra prædictas noſtras litteras, tempore generaliſſimi Capituli prædicti factas, & contra omnes litteras concordiæ inter prædictos Fratres à fæl. rec. Eugenio IV. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IV. & aliis predeceſſoribus noſtris editas, maximè contra quemdam proceſſum per Nos in Minoribus conſtitutos, & dicti Ordinis Protectoris officio fungentes authoritate Apoſtolica factum, aſſerentes, ſubditos veſtros ſine veſtra licentia prædicta recipere poſſe, & quod deterius eſt, aliquos de facto contra prohibitiones Apoſtolicas prędictas, pœnas, & cenſuras in eis cõtentas, in maximum animarum periculum incurrentes recipere audent; ex quibus in prædicto Ordine aliquæ perturbationes cum populi ſcandalo oriri incipiunt; & niſi deſuper opportunè provideatur, majora in futurum oriri poſſent, contra pium deſiderium noſtrum, quo in dicto Ordine pacem, quietem, & tranquillitatem deſideramus. Cupientes igitur omnem diſſentio

ſentionis, & ſcandali fomitem amputare, & in hoc etiam precibus cariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici VII. Angliæ Regis illuſtris, qui ad dictam veſtram Obſervantiam, ut litteris ſuis ad Nos teſtatus eſt, ſingularem gerit devotionis affectum, inclinati; tenore præſentium authoritate Apoſtolica declaramus, nunquam noſtræ intentionis fuiſſe, in aliquo litteras revocare, aut in aliquo minuere. Ideoque authoritate prædicta eaſdem prædeceſſorum, & noſtras litteras, & omnia in eis contenta confirmamus, & approbamus, ac potiori pro cautela omnia de novo concedimus, & ſub pœnis in eis contentis obſervari jubemus: Mandantes, quòd omnes, & ſinguli Fratres, qui contra noſtrorum prædeceſſorum concordias, & noſtrum præfatum proceſſum, nec non noſtras prædicti Capituli tempore editas litteras, à veſtra obedientia receſſerunt, vobis à quacunque perſona, loco, ſive Congregatione eos detinentibus realiter, & cum effectu ſub pœnis, & cenſuris in omnibus prædictis litteris contentis reſtituantur: decernenteſque irritum, & inane quicquid ſecus à quocumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus univerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in quorum diœceſibus domus prædicti Ordinis conſiſtunt, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant, omnia, & ſingula præmiſſa firmiter obſervari, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. Datum Romæ die 22. februarij 1509. Pontificatus anno 6.

Non obſtantibus præfatis Iulij Papæ graviſſimis cõſtitutionibus, cùm in Hiſpaniis graves perſeverarent cum ſcandalo diſcordiæ, Miniſter, & Vicarius Generalis, operante Rege Catholico, ad aliqua devenerunt ultrò concordata, quæ Pontifex confirmavit, ut ſequitur.

## IVLIVS PAPA II.

*Dilectis filiis Raynaldo Gratiano de Cotignonola artium, & ſacræ Theologiæ Magiſtro, totius Ordinis Minorum B. Franciſci Generali Miniſtro, & Fratri Martiali Boulier Fratrum Minorum de Obſervantia familiæ Vltramontanæ, & ejuſdem Generalis Miniſtri Vicario.* Ex lib. Monum. ord. f. 214.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Viſis, & diligenter cõſideratis capitulis, & convẽtionibus à vobis pro pace, tranquillitate, & conſervatione, ac honeſtate Fratrum curæ veſtræ ſubjectorum de conſenſu, & beneplacito Cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Aragonum, & Siciliæ Regis Catholici Valliſoleti factis probitatem, & prudentiam veſtram plurimùm in Domino commendavimus, & capitula ipſa utpote ſalutaria, ac ritè, & rectè facta duximus juxta pium deſiderium veſtrum confirmanda, quorum tenorem pro majori roboris firmitate pręſentibus duximus inſerẽdũ, ut ſequitur, & talis eſt.

*In nomine Domini Amen. Anno 1508. die 13. menſis Aprilis in Valliſoleto Regni Caſtellæ. Noverint univerſi præſentes inſpecturi, quòd Nos Frater Raynaldus Gratianus de Cotignola artium, & ſacræ Theologiæ Magiſter, & totius Ordinis Minorum divi Franciſci Generalis Miniſter de plurimorum Reverendorum PP. Miniſtrorum, & Magiſtrorum tàm Cis, quàm Vltra-montanorum conſilio, & aſſenſu ex una parte, & Frater Martialis Boulier Fratrum Minorum de Obſervantia iſtius familiæ Ciſmontanæ dicti Miniſtri Generalis Vicarius, de conſilio etiam, & aſſenſu plurimorum PP. Provincialium Vicariorum, & Cuſtodum ex altera parte, audientes multas diſcordias, & perturbationes non minus periculoſas, quàm ſcandaloſas in partibus iſtis Citra-montanis poſt Capitulum Generaliſſimum in Vrbe Roma anno Domini 1506. celebratum, præcipuè autem in Provinciis Hiſpaniarum inter Fratres noſtros, tàm Conventuales, quàm de Familia exortas, quæ ſine participatione Regum, & Principum non videbantur poſſe facilè terminari, ad Sereniſſimi Regis Hiſpaniæ Ferdinandi præſentiam nos contulimus, ubi habita cum Majeſtate ſua ſuper hujuſmodi litigiis, & differentiis, longa*

conſultatione volentes, ut tenemnr, finem dare, & non modò in his Provinciis, verùm etiam in omnibus prædictis partibus Cismontanis inter præfatos Conventuales, & de familia Fratres pacem ponere; Habita nihilominus ſuper hoc inter Nos, & cum prædictis Patribus, matura deliberatione, requirente, & instante prædicto Sereniſſimo Catholico Rege, ad infraſcriptam concordiam devenimus. In primis, quòd Fratres de familia, & Conventuales Provinciæ Sardiniæ in ſuis domibus, ſicuti antiquitùs ſolebant, ſeparati exiſtant, ſic quòd Fratres de familia habeant ibidem omnes domos, & Conventus, in quibus habitant, & teneant Conventus, & Monaſteria tàm Fratrum, quàm Montalium, ſecundum quod habebant, & tenebant antequam unio facta eſſet per R. Patrem Fratrem Ægidium Miniſtrum Generalem, & quòd de cætero non moleſtent ſe ampliùs ad invicem, ſed, ut debent, tanquàm boni Religioſi, & viri Dei vivant in pace.

Item quòd Fratres de familia prædictæ Provinciæ revertantur ſub Obedientia Vicarij Generalis Cis, vel Vltra-montani, & Fratres Conventuales ejuſdem Provinciæ revertantur ſub obedientia Miniſtrorum, ut priùs erant antequam dicta unio facta fuiſſet. Item de bonis Conventuum, & Domorum Fratrum Conventualium, ſi fuerint alienata, aut cõſumpta, ſi in prædictis alienationibus fraus non intervenisſet, nec recuperari poſſint, habeantur pro alienatis. Quæ autem alienata non ſunt, omnia reſtituantur tàm mobilia, quàm immobilia Domibus, & Conventibus Fratrum Conventualium, quorum primitus erant; circa tamen mobilia, quæ ad Sacriſtiam pertinent, fiat maxima inquiſitio, & diligentia, ut integrè reſtituantur in eum ſtatum; in quo erant antequam dicta unio facta fuiſſet, & univerſi Fratres Conventuales reſtituant omnia Fratribus de familia, quæ de eorum Conventibus forſan ablata fuerunt. Item de Provincia Aragoniæ quòd R. Pater Vicarius Generalis, & Fratres de familia licèt, ut ipſi aſſerunt, poſſent tenere, & poſſidere Conventus S. Franciſci Civitatis Cæſaraugnſtæ, & ſancti Franciſci Civitatis Majoricarum, ac ſancti Franciſci Civitatis Turoli, & Monaſterium Monialium dictæ Civitatis Turoli auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, aut aliàs, nihilominus pro bono pacis, etiam concordiæ ipſi renunciant, & remittunt jus, quod eis competeret in dictis Conventibus, & Monaſterio, ita quòd de cætero ſint ſub obedientia Miniſtrorum, prout erant antequam dicta unio facta fuiſſet. Item quòd quamquam in præſentiarum Conventus S. Franciſci Civitatis Valentiæ intra muros habeatur, & habitetur per Fratres de familia, pro bono tamen pacis, ac quiete Religioſi dicti Conventus ſint de cætero ſub obedientia Miniſtrorum, in cujus cambium Fratres de familia habeant Conventum ſancti Franciſci Civitatis Darocæ, ſic, quòd de cætero dictus Conventus ſit ſub obedientia Vicariorum. Item quòd cæteri alij Conventus Fratrum Provinciæ Aragoniæ, & exiſtentes in Regno Navarræ, quos ad præſens tenent ipſi Fratres de Familia utriuſque Sexus, teneant, & nullus Conventualium debeat, nec poſſit repetere ab eis, neque per ſe, nec per alios, & è converſo, ſcilicet quos tenent ipſi Fratres Conventuales, & etiam ſupra notatos per eoſdem Fratres de familia relaxatos, non debent, neque poſſint Fratres de familia illos ab ipſis Conventualibus repetere, nec per ſe, neque per alios: ſed renunciet utraque pars alteri omnia jura ſua in prædictis. Item quòd bona immobilia Conventuum noviter Reformatorum Provinciæ Aragoniæ, quæ nunc remanent ſub obedientia Vicariorum non habentia aliquod onus, illa poſſint vendi, & alienari juxta diſpoſitionem Concilij Conſtantien. bona autem, quæ habent onus ſuffragiorum, vel Miſſarum, tranſeant ad Conventus propinquiores Fratrum Conventualium juxta diſpoſitionem Brevis Apoſtolici; bona autem mobilia illorum Conventuum, quos relaxant, vel remittunt, ſcilicet Cæſarauguſtæ, Valentiæ Majoricarum, & Turoli, quæ erant de Sacriſtia, & Libraria præſertim, omnia reſtituantur integraliter præfatis Conventibus, ubicumque reperiantur, & è contra Fratres Conventuales reſtituant pariter omnia Fratribus de familia, ſi quæ ab eorum Conventibus abſtulerunt. Item de Fratribus de Caputio, quòd detur eis ſpatium ſex hebdomadarum à die requiſitionis, in quo ſpatio debeant iterum declarare ſe, ſub qua Obedientia volunt ſtare, & deſervire, aut Miniſtrorum, aut Vicariorum, et ſi eligant Obedientiam Miniſtrorum, debeant, & poſſint redire ad Domos, quas habebant in Provincia ſancti Iacobi, authoritate Apoſtolica, quæ domus debeant eis reſtitui, & in eis morari liberè poſſint, & ſi etiam eligant Obedientiam Vicariorum, tranſeant ad illos, cum omnibus domibus ſuis, quas habebant, & tenent authoritate Apoſtolica, & ſpecialiter

*liter cum Conventu ſancti Franciſci de Chaves Provincia Portugallia, accedente tamen conſenſu illuſtriſſimi Domini Ducis de Bragantia, ſcilicet conſenſus dumtaxat quantùm ad tranſitum præfata Domus de Chaves, intelligendo de reſtitutione domorum eis fienda juxta diſpoſitionem Brevis in Capitulo Generaliſſimo emanati. Item quia Summus Pontifex de novo dedit de Fratribus Tertij Ordinis Breve confirmans bullam Sixti de poteſtate Miniſtrorum, & Vicariorum ſuper eos, quod dictum Breve, & bulla ab omnibus, tàm Miniſtris, quàm Vicariis obſervetur, & quòd omnes laborent conſervari, & executioni mandari, tàm in Curia Romana, quàm alibi, ex quo eſt ad ſupplicationem totius Ordinis, tàm Fratrum Conventualium, quàm de Familia, & quòd provideatur cum Sanctiſſimo D. N. Papa, quòd ipſi Tertiarij portent ubique habitum talem, quod diſtinguantur à Fratribus primi Ordinis ſancti Franciſci, & conſtituatur omnibus illis de tertia Regula, quocumque nomine appellentur, & ubicumque ſint per univerſum Orbem, habitus uniformis, qui ſit communis omnibus ipſis ubique, tàm in forma, quàm in colore, ita quòd nulla differentia ſit in habitibus eorum in forma, aut quòd ad minus habeant caparonem latum, ut deſuper ſcapulas deſcendat ab utraque parte per quatuor digitos; in longitudine verò, tàm à parte anteriori, quàm poſteriori attingat infra cingulum, ut ſuper illud poſſit cingi. Color quoque ſit magis ad nigredinē tendens, quàm ad albedinē. Volumus etiam, & cõcordamus, quòd*

1 *firmiter, & inviolabiliter ſervetur Breve*

2 *Concordia ſuper Provincus Hiſpaniarū conceſſū: quod incipit* Religio Sancta Minorū &c. *Ita quòd omnes Domus, Loca, & Monaſteria Provinciarum Caſtella, Aragonia, S. Iacobi, de Sanctolo, & Granata Minorum, & ſanctæ Claræ, quæ à Fratribus de Obſervantia, vel Monialibus S. Claræ, ſeu aliis utriuſque ſexus perſonis nunc inhabitantur, ſeu retinentur exceptis ſupradictis, de quibus facta eſt concordia ſpecificè, perpetuis futuris temporibus illa inhabitare, & tenerè poſſint, ac in illis in pace, & tranquillitate degere, & permanere valeant; ita quòd de cætero Miniſtri, aut eorum ſubditi, neque per ſe, neque per alios aliquod jus ſuper illis repetere poſſint, nec lites aut proceſſus movere, ſeu proſequi. Item præſentium tenore, volamus, & concordamus, quòd de cætero firmiter in omnibus, & per omnia, ac inviolabiliter ſtetur Brevi Concordia Capituli generaliſſimi quod incipit:* Cum multæ, & graves &c. *per omnes Hiſpaniarum, Galliarum, & alias Ciſ-m. Provincias ab utraque parte ſcilicet Miniſtrorum, & Vicariorum, ac eorum ſubditorum; ita quòd nullus eorum ſub pœnis contentis in dicto Brevi, ac privationis officiorūm, & omnium actuum legitimorum, quos ipſo facto tranſgreſſores incurrant, auſu temerario contraire præſumat: Nec aliquis per ſe, vel per alium contra dictum Breve, etiam in Romana Curia agere, vel procurare præſumat; & ſi aliqua domus, loca, vel Monaſteria citra generaliſſimum Capitulum ab aliqua dictarum partium occupata reperiantur, in illa juris, & juſtitia diſpoſitione, in qua reperiuntur, relinquantur proſequenda exceptis Provinciis Frācia, Turonia, & S. Bonaventuræ, in quibus, ſi qui proceſſus, ſeu lites motæ ſunt, ſuſpēduntur ab utraque partium uſque ad generale Capitulum Reverendiſſimi P. Miniſtri Generalis, proximum futurum; ſaluis tamen juribus partium intereà. Quo celebrato, niſi fuerit interim facta concordia, proſequi poſſint, & non ante, nec per ſe, nec per alios. Et ſi quid aliter factum fuerit, irritum, & inane reputamus. Acceptamus etiam, & gratam habemus illam diffinitionem, & determinationem generalis Capituli, de conſenſu Miniſtrorum, & Vicariorum tàm Cis, quàm Vltra-montanorum factam. Quod Ordo remaneret ſub ordinatione, & decreto Eugenij IV. ita quòd ad litteram ab omnibus ſervetur Eugeniana. Item quòd nullus lædat alteram partem dicto, aut facto, ſive in publico, ſive in privato, directè, vel indirectè obloquendo, prædicando, detrahendo, eleemoſynas impediendo, vel ſubtrahendo, oblationem Conventuum procurando, vel invadendo Fratres, aut Conventus, ac Monaſteria Monialium alterius partis, contra tenorem dicti Brevis, Concordia ſub pœnis, & cenſuris contentis in dicto Brevi, & Bullis Concordia Pij, Pauli, Sixti, & aliorum Summorum Pontificum, ac Conciliorum Conſtant. & ultra pœnas iſtas ſint privati officiis, & omnibus actibus legitimis. Item quòd omnes utriuſque partis charitativè, & honorificè, ut decet, recipiant Prælatos, vel Fratres alterius partis, cum bona licentia ad eos declinantes: Si quis Guardianus, vel Fratres ſic declinantes, facto, vel verbo graviter læſerit, aut non receptaverit, ſed expulerit, officio, & omnibus actibus legitimis ſit privatus. Item quòd omnia ſupradicta concordata, de con-*

V 4 ſenſu,

*ſenſu, & beneplacito Catholicæ Regiæ majeſtatis authoritate Apoſtolica confirmentur, & Conſervatores ſuper prædictis conſtituantur. Volumus etiam, quòd tranſumpto hujuſmodi manu Notarij publici ſubſignato, tanta fides adhibeatur, quanta huic ſuo originali. In quorum omnium fidem, robur, & teſtimonium, Nos præfati Miniſter generalis, & Vicarius generalis propriis noſtris manibus præſentem concordiam ſubſcripſimus, & ſigillorum officiorum noſtrorum juſſimus impreſſione muniri, anno, menſe, die, & loco præmiſſis, præſentibus ibidem pro teſtibus egregio Roderico Sancy de Mercato utriuſque Iuris Doctore, & dicti Catholici Regis Conſiliario magno; Domino Ioanne Ruiz de Calcia milite ſecretario, & conſiliario ejuſdem Catholicæ Regiæ Majeſtatis; & Ioanne Luca de Barberijs Milite, ſuæ Catholicæ Majeſtatis in Regno Siciliæ ſecretario; & Stephano de Adamo Regio Alguazilione in prædicto Siciliæ Regno: Fr. Raynaldus Miniſter Generalis qui ſupra propria manu: Fr. Martialis Boulier Vicarius Generalis.*

Cupientes igitur, ut omnia, & ſingula prædicta ab his, quorum intereſt, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, perpetuò inviolabiliter obſerventur, illa tenore præſentium authoritate Apoſtolica in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, perpetuęque firmitatis robur obtinere volumus, decernimus, & declaramus. Et nihilominus Ven. Fratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus Cam. Apoſt. cauſarum Generali Auditori, ac Cæſarauguſtan. & Valentin. Archiepiſcopis, nec non Majoricarum, & Boſſen. Epiſcopis, vel eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus per hæc ſcripta mandamus: ut in præmiſſis vobis, & ſucceſſoribus veſtris efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa omnia, & ſingula faciant ab omnibus, quorum, ut præfertur, intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari. Contradictores omnes per cenſuras Eccleſiaſticas, & oportuna remedia, appellatione poſtpoſita eadem authoritate compeſcendo: Invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S Petrum ſub annulo piſcatoris 15. Maij 1508. Pontif. noſtri an. 6.

Quid tandem in hac perpetua tunc temporis controverſia effectum ſit, in bullis, quæ *unionis*, & *concordiæ* dicuntur, videbimus in capite immediatè ſequenti.

---

## CAPUT X.

### *De finali ſtabilitate, & ſumma in Ordine Seraphico præeminentia Obſervantiæ Regularis.*

Vivebant quidem poſt bullam Eugenianam ſub Vicariis Generalibus Obſervantes; ita tamen, ut Vicarius noviter electus ante obtentam ſui officij à Miniſtro Generali confirmationem in regimine nullatenus ſe ingereret, ſed tanquam Apoſtolicus Commiſſarius familiam pro interim gubernaret, qui in Capitulo generali fuerat immediatè à Vicariatu abſolutus. Sixtus IV. anno 1478. pro Ciſ-montana familia aliter ordinavit dato ſequenti diplomate.

### SIXTUS PAPA IV.

*Dilectis filiis Vicario Generali, & omnibus Vocalibus generalis Capituli proximè futuri, Fratrum Minorum Ciſ-montanorum de Obſervantia.*

Dilecti filij ſalutem &c. Nuper nobis veſtro nomine fuit expoſitum, Vvad. t. 7. 1478.
quòd in certis fæl. rec. Eugenij IV. noſtri prædeceſſoris litteris per alios Romanos Pontifices, atque potiſſimum Pium II. confirmatis, continetur, quòd Vicarius Generalis Ciſ-montanus Ordinis veſtri pro tempore exiſtens, poſt renunciationem ſui officij in Capitulo generali, ubi alter Vicarius eligi debet, remaneat Apoſtolicus Commiſſarius, præſideatque Capitulo, & toti familiæ dictorum Fratrum uſque ad confirmationem Vicarij novi electi, prout in dictis litteris dicitur plenius contineri. Proindè, quia ſicuti eadem expoſitio ſubjungebat, id in Ordinis detrimentum cedere poſſe videtur, ex eo potiſſimùm, quia qui deponit officium, regimini Fratrum non poteſt convenienter intendere, Nobis humiliter ſupplicatum

plicatum extitit, ut dignaremur ſuper hoc vobis de opportuno remedio providere: quocirca Nos, qui pro noſtra in vos charitate præcipua, paci, & commodo veſtro, quantùm cum Deo poſſumus, ſemper libenter intendimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præſentium tenore decernimus, quòd deinceps perpetuis temporibus Vicarius noviter electus, ſtatim de ſe facta electione, Capitulo, & toti regimini Fratrũ, ut Cõmiſſarius Apoſtolicus, donec fuerit confirmatus, præſideat; Vicarius verò qui renunciavit, poſt electionẽ novi Vicarij quoad commiſſionem nullo fungatur officio, niſi fortè Vicarium recenter electum in capitulo non eſſe contingat; quo caſu, volumus eum, ut Apoſtolicum Commiſſarium præſidere, donec Vicario novo denunciata fuerit ſua electio, qui hujuſmodi electionis notitiâ habitâ, Commiſſarius eſſe intelligatur, uſquequò fuerit confirmatus, ut in litteris prædictis, quibus quoad hoc dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, derogamus, cæteriſque in contrarium facientibus., non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ die 9. Ianuarij 1477. Pontificatus anno ſexto.

Quod etiam confirmavit, & ampliavit pro familia Vltra-montana Alexan-
Monum. Ordin. fol. 54. der VI. dato brevi, *Sacra Religionis, &c. ſanè pro parte veſtra, &c. tertio Nonas Maij 1492. Pontificatus anno II.*

Sub hujuſmodi Generalibus, atque Provincialibus Vicariis, non obſtãtibus Conventualium graviſſimis, & continuis oppoſitionibus, quaſi palma percuſſa uberior fælici adeo progreſſu excre-
Vvad. t. 8. 1506. n. 10. & ſeqq. vit Obſervantia Regularis, ut anno 1506. Provincias numeraret in ſua familia Ciſmontana numero vigintiquinque, Cuſtodiam inſuper Terræ ſanctæ; Cœnobia autem in ipſis ultra ſeptingenta: in familia verò Vltra-montana Provincias numero viginti, Cuſtodias tres, Cõventus verò quaſi ſexcentos; omnibus incluſis, Provincias quadraginta quinque, Cuſtodias quatuor, Conventus ultra mille, & ducentos ſola familia Obſervantiæ recenſebat.

Tunc autem permaximè dilatari cœpit, quando in illius ſæculi principio præ cæteris omnibus Religionibus ad Orientales, atque Occidentales Indias facta Indianis ſancti Evangelij Magiſtra, ramos ſuos extendere promeruit. Inde etiam maximum ejus amplitudini incrementum, quando Clareni, Amadæi, cæteræque partiales Cõgregationes juxta repetita Pontificum decreta Obſervantiæ Regulari nomen dantes, eidem fuerunt incorporatæ. Ampliatam denique Regularem Obſervantiam admiratus eſt Orbis Catholicus, quando per univerſos terræ angulos ſollicitè expetita, ut ubique terrarum Conventus liberè fundare poſſet, Sedes Apoſtolica mira benignitate conceſſit. Iulij II. pro familia Vltra montana Apoſtolicum diploma hîc deſcribere placuit.

*Dilecto filio Vicario Generali Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantia Vltramontana.*

EXponi Nobis nuper feciſti, quòd licèt ad ſupplicationem cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis Catholici, & claræ memoriæ Eliſabeth Hiſpaniarum Reginæ omnia, & ſingula privilegia Ordini Minorum conceſſa confirmaverimus, aliaſque gratias, conceſſiones, & indulta conceſſerimus, præſertim, ut Fratres dicti Ordinis Regularis Obſervantiæ non ſolùm vocati à populo, ſed etiam à Principe, Duce, Marchione, vel Comite, domus, ſeu loca pro eorum uſu, & habitatione recipere poſſint, prout in noſtris inde confectis litteris pleniùs continetur. Quia tamen in eiſdem litteris expreſſum fuit, quòd Fratres prædicti Ordinis, vocati à populo per privilegia eis conceſſa, poſſint ædificare domos pro uſu, & habitatione perpetuis Fratrum prędicti Ordinis, non obſtante prohibitione fæl. rec. Bonifacij Papæ VIII. Prædeceſſuris noſtri, & in eiſdem privilegiis non eadem verba ſint appoſita, ſed illa, *Prohibetur univerſis Prælatis, & aliis per prædicti Ordinis privilegia, ne prohibeant, quòd Fratres vocati à populis ad Civitates, vel villas, ut ibi pro ſuis uſibus ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria conſtruant, accedere audeant, nec in accedentes Fratres, ſeu conſtruentes, vel receptores ipſorum ſententias excommunicationis ferre præſumant.* Eapropter ab aliquibus de viribus conceſſionis hujuſmodi hæſitetur: pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ne litteræ ipſæ propterea inutiles reddantur, ut in præmiſſis

Ibid. 1509. in Reg. bul. Iulij II. 32.

opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quòd litteræ prædictæ valeant, prędictiſque Fratribus ſuffragentur, conſtitutione Bonifacij prædicti non obſtante in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi in eis non verba, videlicet, quòd Fratres prædicti Ordinis vocati à populo poſſint ædificare domos pro uſu, & habitatione Fratrum prædicti Ordinis verba, quòd (prohibetur univerſis Prælatis, & aliis per privilegia prædicti Ordinis, ne prohibeant, quòd Fratres evocati à populo ad Civitates, vel Villas accedere audeant; & ibi pro ſuis uſibus poſſint conſtruere ædificia, Eccleſias, ſeu Oratoria, neque in accedentes Fratres, ſeu conſtruentes, vel receptores eorum ſententias excommunicationis ferre præſumant) expoſita fuiſſent, eadem authoritate concedimus, & indulgemus: non obſtantibus præmiſſis, &c. Datum Romæ die 5. Ianuarij 1509. Pontificatus anno ſexto.

Vvad.t.8. 1516.n.48. & 49. Denique, quod Deus jam à ſæculis antiquis præfinierat, ut ad ſupremam in Ordine Seraphico præeminentiam Regularis Obſervantia promoveri valeret, continuæ, atque graviſſimæ cum Patribus Conventualibus controverſiæ maximo cum populorum ſcandalo ſemper fortiùs agitatæ, neque per tot Romanorum Pontificum decreta unquam intermiſſæ cauſam potiſſimam miniſtraverunt. Igitur Leo Pontifex X. anno 1516. ut tot, tantiſque interminatis Conventualium, & Obſervantium Litibus, Principibus valde moleſtis, populoque Chriſtiano ſcandaloſis finem aliquando imponeret, ſtatuit univerſos Ordinis Superiores ad Comitia generalia in Vrbem convocare, datis, quas lib. 3. in ſerie Miniſtrorum Generalium fol. 376. in capitulo Generali CVIII. excripſimus litteris Apoſtolicis, *Romanum Pontificem* &c.

Ibid.1517. n. 20. & ſeq. Cùm itaque utriuſque Familiæ Ciſmontanę, & Vltra-montanæ Obſervantes ad Aram-Cæli congregati, rei momentum expenderent; rogarunt Summum Pontificem, & Dominos Cardinales, ne ad ſocietatem, & unionem cum Conventualibus ineundam cogerentur, qui palam à Regulæ Obſervantia receſſerant: ſed cùm obiiceretur, ex Regulæ præſcripto teneri eos cum Fratribus ſuis, ſub uno Capite convenire: reſponderunt, id ſe libenter facturos, dummodo omnes ad ejuſdem Regulæ normam vitam componerent, & caput cum membris reformaretur, unaque deinceps eſſet in omnibus ratio vivendi. Vocati Patres Conventuales, ut quid circa rem hanc vellent, explicarent, accepto deliberandi tempore, tandem dixerunt, ſe unionem hanc non approbare, ſi à viis ſuis recedere, & ad reformationem acceptandam cogerentur; iiſque ſe gaudere privilegiis, à Summis Pontificibus conceſſis, per quæ, & tuti poſſent eſſe in conſcientia, & ſtatus ipſorum manere potuiſſet indemnis. His auditis Pontifex, eos excludi juſſit ab electione Miniſtri Generalis, & totius Ordinis Capitis, eamque devolvit ad Obſervantes, & Fratres Reformatos cujuſcumque forent Congregationis, aut appellationis: cui ritè faciendæ Præſides inſtituit Cardinales tres, Dominicum Grimanum Epiſcopum Portuenſem, Patriarcham Aquilegienſem Ordinis Protectorem; Petrum de Accoltis Epiſcopum Anconitanum tit. S. Euſebij, & Laurentium Puccium SS. Quatuor Coronatorum Præsbyteros Cardinales. Illi convocatis Fratribus, & capitulariter congregatis in capaciſſima aula Refectorij domus Aræ-Cælitanæ, Pontificis mentem circa peragenda ſignificarunt. Prodiit in medium coram Cardinalibus in capite aulę ſedentibus Chriſtophorus de Forolivio Vicarius Generalis Obſervantium familię Cis-montanę, & genuflexus humiliter ſuo, ſuorumque Fratrum nomine his verbis, quæ ex regeſto Ordinis verbatim excripſit Vvadingus, affatus eſt.

[ *Reverendiſſimi Domini.*

Ibid. PLacuit Clementiſſimo Deo per tempora retroacta, & uſque in præſens noſtram hanc Familiam inſtituere pro reformatione, & conſervatione Ordinis Seraphici Patris noſtri Franciſci, ipſo cooperante ad eam dilatandam in toto orbe cum profectu ſanctitatis, & virtutum, in ædificationem totius Chriſtiani populi, ac ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in qua nobis, & univerſis Fratribus, Obſer

Obſervantiam Regularem Minorum Zelantibus, optimè conſultum fuit, ac tutum proficere, & conſervari, tanquam in ſtatu ſecuro ſalutis animarum ſuarum. Quapropter non quæſivimus, nec quærimus ab eo ſtatu amoveri, ſeu immutari; Verumtamen ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit ad majus bonum, & profectum, tàm noſtrum, quàm aliorum hujus ſacræ profeſſionis Zelatorum, aliquid diſponere, & ordinare, parati ſumus ſincerè, & ſimpliciter obedire gratias agentes ſuæ Sanctitati immortales, ſimiliter, & veſtris Reverendiſſimis Dominationibus ad id cooperantibus.]

Vbi ille dicere deſtitit, ejus loco ſuccedens Vicarius alter Generalis Familiæ Vltra-montanæ Gilbertus Nicolai, genuflexus pauca hæc verba ſubjunxit.

[ *Reverendiſſimi Domini.*

Ibid. PAter Vicarius Generalis Ciſ-montanus, & ego meo, meorumque Fratrum nomine veluti uno ore loquuti ſumus, neque quod illius verbis adjungam, quidquam habeo; ſinceram cum ipſo profiteor obedientiam, & reverentiam cum gratiarum actione.] His auditis juſſerunt Cardinales per quemdam ex ſuis Sacellanum in eminenti loco, ex quo commodè videri, & audiri poſſet, ex ſchedula hæc pauca verba pronunciari. *Nos, authoritate Apoſtolica declaramus, omnes Vicarios veros eſſe Miniſtros, omneſque Diſcretos, veros eſſe Cuſtodes, & impoſterùm ita nominari decernimus, & jubemus juxta tenorem Regulæ Fratrum Minorum.* Deinde Cardinales ſtatuerunt, ut ſingillatim accederent omnes Fratres de reliquis Congregationibus Amadæorum, Clarenorum, Reformatorum, de ſancto Evangelio, & ſimilium, convocati ſua nomina daturi. Quibus peractis præceperunt, ut nullus ad electionem, ſeù ad ſuffragium ferendum accederet, niſi per Secretarium conclavis ex deputatorum electorum catalogo lectus, & ſuo nomine vocatus. Impoſito demùm omnibus ſilentio ex ambone lectum fuit ſequens diploma, quod *Bullam* vocant *unionis*, propter unitas corpori Familiæ Obſervantium reliquas omnes Congregationes minores recens exortas, atque Reformatas.

*Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

ITe & vos in vineam meam, ait homo ille Pater Familias, qui plantaverat vineam, Mundi Salvator, atque Redemptor noſter Ieſus Chriſtus, qui etſi curam gerat de omnibus, cunctaque dirigat, quæ ipſe fecit; attamen inter cæteras plantationes, quas per ipſum Pater cæleſtis in ſolo plantavit militantis Eccleſiæ, vineam quamdam tàm ardenti proſequutus eſt amore, ut ſuam, velut propriam ubivis appellet. Hanc ſiquidem vineam ſic aſſiduis, ſolertibus, ac fidelibus excoluit agricolis, ut alios primo mane, alios hora tertia, ſexta, nona; decima verò, & undecima quaſi inceſſanter cultores tranſmiſerit. Hæc eſt illa ſacra Minorum Fratrum Religio, quæ viretibus cœremoniarum foliis per viros Apoſtolicos, tanquam per palmites extenſos à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum, vino ſapientiæ, & ſcientiæ irrigavit montes, & implevit terram. Hæc eſt Religio ſancta, & immaculata, in qua per ſpeculum ſine macula Redemptoris contemplatur præſentia, vitæ Chriſti, & Apoſtolorum inſpicitur forma, per quam primorum Eccleſiæ Fundatorum ante oculos Chriſtianæ plebis reducitur norma, quæ nihil niſi divinum, Angelicum, omni perfectione refertum, Chriſtoque nihil niſi conforme, ut non immeritò ſua dicatur, repræſentat: Ad hanc vineam excolendam primo mane, oriente jam ſole, miſit ipſe Pater Familias Angelum illum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei vivi Beatum Franciſcum, qui comitantibus mitæ ſanctitatis viris, prima vitæ hujus jecere fundamenta. His ſucceſſerunt viri religioſi, qui Duce B. Bonaventura, muros hujus vineæ jam utrimque ruinam minantes, horâ tertiâ Trinitatis Sanctæ virtute, & adjutorio reparaverunt. Poſt hos veluti horâ ſexta prodierunt Spiritu ferventes Fratres nonnulli, qui à ſacro Vienneſi Concilio tanquam à Deo miſſi, & confortati enervatam penè diſciplinæ cenſuram, ad ſua principia revocaverunt. Hora verò nona moriente Domino, ſurgen

Vvad. t. 8. 1517. Cronol. fol. 221. Bullar. R. t. 1.

ſurgentibus in dies malis, & ſcandaloſis hujus vineæ agricolis, ſuſcitavit Dominus ſpiritum adoleſcentis, paucorum videlicet Fratrum, qui Signifero Nominis Ieſu B. Bernardino ductore, & præſide, ſacri Concilij Conſtantienſis freti præſidio languentem, immò penè mortuum per Orbem univerſum Ordinem vivificaverunt. Noviſſimè verò diebus iſtis, quaſi horâ ultimâ apparuerunt viri alij, qui zelantes pro domo Iſrael ſucciderunt lucos, & demoliti ſunt delubra: *ac ubi abundat peccatum*, adjuvante Domino, curaverunt per introductam reformationis normam, ut ſuperabundaret & gratia; ſed veluti inter parabolicos, & Evangelicos illos viticulos, quia noviſſimi æquabantur prioribus, murmur ſurrexit non parvum, ſic exclamantibus Regibus, Principibus, Communitatibus, & Populis, graves lites, & jurgia, ac diſſentiones occaſione ſuperioratuũ, & perfectionis graduum inter aliquos hujus Religionis profeſſores per totum mundum magis, ac magis augeri dietim accepimus. Quare Nos, cujus animus ab ætate tenera ardenti devotione efferbuit ad hujus Ordinis profeſſores, & Ordinem ipſum totum; nunc verò ex communi cura procurationis, & paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad comprimendas hujuſmodi agricolarum lites, & ſedandas murmurationes illius Evangelici procuratoris more, tantò provocamur ardentiùs, quantò frequentiùs intenta mente recolimus fructus uberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalubri doctrina Vniverſali Eccleſiæ continuè cernimus provenire. Nec minus continuis Principum Chriſtianorum, præſertim cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Maximiliani in Imperatorem electi, & Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum, ac Caroli Catholici Hiſpaniarum, Henrici VIII. Angliæ, & Emanuelis Portugalliæ, & Algarbiorum; & Ludovici Vngariæ, & Bohemiæ, ac Sigiſmundi Poloniæ, necnon Chriſtierni Datiæ Regum illuſtrium; nec non nonnullorum Principum aliorum, Ducum, Comitum, Populorum, Communitatum piis provocamur ſupplicationibus, & precibus, qui pro pacandis hujuſmodi diviſionibus in Ordine D. Franciſci exortis, non ceſſant uſque hodie apud Nos poſtulare. Deputatis igitur à Nobis in ſecreto noſtro Cõſiſtorio aliquibus ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, cauſas, & ſeminaria hujuſmodi jurgiorum, & diviſionum diligenter perquirere, ac de remediis opportunis pro ſedandis præfatis litibus pertractare commiſimus, & injunximus, qui longo maturæ diſcuſſionis examine diligentiſſimè, ac fideliſſimè juſſa complentes, relatione per ipſos Nobis facta, necnon penſatis per Nos acutiùs, quæ per ipſos pro hujuſmodi concordia tractata, & examinata fuerunt, habita etiam ſuper his in dicto Conſiſtorio noſtro cum eiſdem, ac reliquis ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, & de eorũ unanimi conſilio, præfato Ordini modo infraſcripto judicavimus providendum. Quia in primis compertum habemus Prælatorum diverſitatem, quorumdam perpetuitatem, cæterorum verò Fratrum vitam non reformatam, hujuſmodi litibus, & diviſionibus plurimum cauſæ præbuiſſe: Eapropter volumus, & ordinamus, prout in dicta Regula B. Franciſci continetur, unum Miniſtrum Generalem totius Ordinis de cætero omnibus, & ſingulis Fratribus ejuſdem Ordinis cum plenaria poteſtate, quæ ex Regula ſibi competit, præfici, cui omnes, & ſinguli prædicti Fratres in omnibus, quæ non ſunt contra Deum, animam ſuam, & Regulam, firmiter teneantur obedire. Qui quidem Miniſter Generalis per ſex annos ad plus Generalatus officio fungetur, infra quem terminum, ſi aliquo tempore appareret univerſitati Miniſtrorum Provincialium, & Cuſtodũ, prædictum Miniſtrum Generalem non eſſe ſufficientem ad ſervitium, & communem utilitatem Fratrum, teneantur prædicti Fratres, quibus electio dicti Miniſtri Generalis data eſt, in nomine Domini alium ſibi eligere. Quibus quidem ſex annis, ut præfertur, expletis, ipſo facto ſit abſolutus à Generalatus officio, & pro tali ab omnibus habeatur. Electio verò Succeſſoris fieri debeat à ſolis Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus reformatis, tàm Ciſ-montanis, quàm Vltra-montanis, in Capitulo Generali dicti Ordinis in feſto Pentecoſtes, in loco, quem Miniſter generalis in Capitulo generali proximè præcedente duxerit aſſignandum; ad quod Capitulum omnes

nes Miniſtri, & Cuſtodes, ſive Vocales, tàm Ciſ-montani, quàm Vltra-montani accedere teneantur. Et ne Caput ſuis membris difforme appareat, volumus, & etiam ordinamus, quòd nullus Frater eligi poſſit in Miniſtrum Generalem, niſi vitam ducat reformatam, & pro Reformato à Communitate Reformatorum habeatur. In præfata verò electione Miniſtri Generalis nullus penitus vocem habeat, niſi Reformatus, & pro Reformato à Congregatione Reformatorum habeatur. Quòd ſi in futuro quicquam in contrarium attentatum fuerit, irritum penitus, & inane habeatur. Quó verò ad electionem futuri Miniſtri Generalis proximo feſto Pentecoſtes in Conventu de Ara-Cæli de Vrbe, juxta aliam noſtram ordinationem in litteris in forma Brevis contentam, celebrandum: ſtatuimus omnes Miniſtros, & Cuſtodes Reformatos, ac Vicarios, & Diſcretos Fratrum de Obſervantia, ſeu de familia dictam electionem debere celebrare. Et ut præfata electio Miniſtri Generalis, quæ ſecundùm prædictam Regulam à Miniſtris Provincialibus, & & Cuſtodibus fieri debet, liberè ſecundùm intentionem ejuſdem Regulæ, & abſque quovis ſcrupulo celebretur, declaramus, omnes Provinciales Vicarios Fratrum de Obſervantia, ſeu familia veros Miniſtros eſſe, ipſoſque ad effectum electionis hujuſmodi in Miniſtros ordinamus, & inſtituimus, Diſcretos etiam ipſorum declaramus eſſe Cuſtodes. Quò verò ad alios Fratres Reformatos, volumus, quòd in Provinciis, in quibus Miniſtri pro nunc non ſunt Reformati, nec pro Reformatis habiti, ſub quibus ſunt aliqui Conventus Reformati, duo Fratres electi à præfatis Conventibus Reformatis ſecundùm aliarum litterarum noſtrarum tenorem ſub forma Brevis, voces Miniſtrorum non reformatorum quantùm ad præfatas Provincias, pro hac vice dumtaxat ſuppleant. Fratribus verò de Congregatione Fratris Amadæi de Clarenis, de S. Evangelio, ſeu Caputio, pro ſingulis Provinciis, in quibus habent Conventus, ultra ſuorum Vicariorum voces, duas voces pro hac ſolùm vice concedimus, quàm quidem electionem à præfatis Fratribus de hujuſmodi Generali Miniſtro faciendam, Canonicam ſecundùm Minorum Fratrum Regulam, ac formam à B. Franciſco in Regula traditam, eſſe diffinimus, & etiam declaramus. Et ut in Ordine ipſo, quantùm cum Deo fieri poteſt, pax conſervetur, & charitas peramplius inter Ciſ-montanos, & Vltramontanos Fratres ejuſdem Ordinis nutriatur, ordinamus, quòd ſi Miniſter Generalis, ut præfertur, per ſex annos de Ciſ-montanis Fratribus electus fuerit, ſequentibus ſex annis de Vltra-montanis Fratribus eligi debeat, quem modum alternatis vicibus in perpetuum volumus ab ipſis Fratribus obſervari. Verùm quia conſpicimus ipſum Ordinem per univerſam Chriſtianitatem mirum in modum dilatatum eſſe, ne ob hujuſmodi amplitudinem debito paſtoralis regiminis careat beneficio; decernimus, quòd ſi Min. Gen. de Ciſ-montanis electus fuerit, inſtituat in partibus Vltra-m. unum Generalem Commiſſarium ab eiſdem Fratribus Vltra-montanis eligendum, cui Miniſter Generalis ſuper præfatos Fratres Vltramontanos vices ſuas committat, prout Capitulo Generali expedire videbitur. Ita tamen, quòd Commiſſarius præfato Miniſtro Generali omnimodè ſubiiciatur, ut cæteri dicti Ordinis Prælati ſubiiciuntur, ac illi per omnia obedire teneatur ſecundùm Regulam. Dum verò Miniſter Generalis fuerit ex Vltra-montanis Fratribus electus, tunc pariter Commiſſarium Generalem Cis-montanum inſtituere debeat pari modo, quo de Vltra-montano Commiſſario ſuperiùs dictum, & ſtatutum eſt. Qui quidem Commiſſarius Generalis per triennium ſolùm generalis commiſſionis fungetur officio; quo triennio elapſo, novus Commiſſarius per Miniſtrum in Capitulo Generali, ut ſupra eligendus, ſecundùm quod Vltramontanis, vel Cis-montanis de Commiſſario fuerit providendum, inſtitui debear. Miniſter verò Generalis in partibus, in quibus ſuis ſex annis fuerit, & ad alias partes ſe conferre voluerit pro eo tempore, quo abſens fuerit, Commiſſarium loco ſuo de conſilio, & aſſenſu Diffinitorum Capituli generalis hujuſmodi dumtaxat relinquere poſſit. Et in partibus, quibus dictis ſex annis non erit Commiſſarius Generalis, tenebitur Miniſter Generalis pro triennio dictorum ſex annorum celebrare unum Ca-

pitulum Generale, ad quod convenient Vocales illarum partium, à quibus aſſumptus fuerit, & ſimiliter apud Capitulum in partibus, à quibus aſſumptus non fuerit, per ſe, vel ſuum Commiſſarium, ad quod omnes Vocales dictarum partium accedere teneantur, celebrare habebit; aut ſuper hoc fiat, quod Generalis Miniſter cum Capitulo Generali judicaverit faciendum. Porrò quantùm ad Miniſtros Provinciales, in Provinciis, in quibus Miniſtri pro nunc non ſunt Reformati, ſeu pro verè reformatis non habentur; declaramus, decernimus, & ordinamus, Vicarios Fratrum de Obſervantia,ſeu Familia illarum Provinciarum reſpectivè ex nunc, & in perpetuum veros, & indubitatos earumdem Provinciarum eſſe Miniſtros, illoſque de cætero nomine Miniſtrorum debere appellari, quibus omnes, & ſingulos Fratres, nec non domos, & loca eorumdem in dictis Provinciis, ut præfertur, conſiſtentes plenariè ſubmittimus, ac Generali, & aliis Provincialibus Miniſtris authoritatem, & poteſtatem antea Generali, & aliis Provincialibus Vicariis de Familia nuncupatis attributam, & conceſſam, perpetuò concedimus, ac conceſſam, & attributam eſſe decernimus: Mandantes præfatis Fratribus etiam Regulam B. Franciſci purè, & ſimpliciter obſervantibus, ut dictis Miniſtris, ſic per Nos declaratis,& ordinatis,ut veris illarum Provinciarum Miniſtris ſecundùm Regulam per omnia obediant. Denique ne ex Miniſtrorum Provincialium perpetuitate Ordinem ipſum in ruinam iterum collabi contingat; Volumus,& ordinamus, præfatos Provinciales Miniſtros ultra triennium in ſuis non poſſe continuari officiis, quo triennio elapſo, pro abſolutis ab ipſo officio à Fratribus cunctis teneantur. Poterunt tamen infra dictum triennium à ſuis Capitulis Provincialibus, quæ ſecundùm Regulam, & conſuetudinem celebrabuntur, ſi minus utiles inventi fuerint, ab officiis Provincialibus abſolvi, & idem judicium de Cuſtodibus per omnia habeatur. Quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, ipſo facto irritum ſit, & inane. Præterea quia de Reformatis, ac purè, & ſimpliciter Regulam B. Franciſci hujuſmodi obſervantibus, ſæpeſępiùs in præcedentibus, & ſequentibus mentio habetur: volumus,& declaramus,ſub nomine *Reformatorum*, ac purè, & ſimpliciter Regulam B. Franciſci hujuſmodi obſervantium, compræhendi omnes, & ſingulos infra ſcriptos, videlicet Obſervantes, tam de Familia, quàm Reformatos ſub Miniſtris,ac Fratris. Amadæi, de Coletanis, Clarenis, de ſancto Evangelio, ſeu de Caputio,ac Diſcalceatos nuncupatos,aut alios ſimiles, quocumque alio nomine nuncupentur,& Regulam ipſam B.Franciſci purè, & ſimpliciter obſervant, ex quibus omnibus ſupradictis unum corpus inſimul facientes, eoſdem invicem perpetuò unimus; Ita quòd de cætero, omiſſa diverſitate nominum prædictorum; Fratres Minores ſancti Franciſci Regularis Obſervantiæ, vel ſimul, vel disjunctivè nuncupentur, & nuncupari poſſint,& debeant. Omneſque,& ſingulos, ut præfertur, unitos Generali Miniſtro prædicto, ac Provincialibus Miniſtris, & Cuſtodibus, in quorum Provinciis, & Cuſtodiis reſpectivè morantur,in omnibus, & per omnia ſecundùm Regulam ſubjici debeant. Conventuales verò ſecundùm privilegia viventes, quomodo eiſdem Miniſtris Generali, & Provincialibus ſubjici debeant, per alias noſtras deſuper edendas litteras declarabimus. Cæterùm, ut diſſentionum, ſcādalorum,& partialitatum fomes penitus ab Ordine ipſo tollatur, præcipimus firmiter, & mandamus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, à qua nullus præterquàm in mortis articulo,niſi à Nobis,aut à Sede Apoſtolica poſſit abſolvi, ne aliquis Frater Ordinis ſancti Franciſci appellet alium Fratrem ejuſdem Ordinis, malitioſè, irriſoriè, ſeu improperioſè *Privilegiatum,Coletanum, Bulliſtam,Amadæitam, Clarenum, de Evangelio, ſeu de Caputio,Bigotum*, aut alio quovis nomine etiam de novo reperto, ſeu forte in futurum occaſione priorum diviſionum ipſius Ordinis, vel hujus noſtræ ſanctæ inſtitutionis, & unionis Spiritus Sancti gratia compoſitæ à quocumque imponendo, ſeu alio quovis irriſorio, injurioſo,ſeu improperioſo nomine,aut quod pro improperioſo à patientibus habeatur. Nec non omnibus, tàm Clericis, quàm Laicis, ne Fratres hujuſmodi, aut eorum fautores pręfatis nominibus irriſoriè,

ſoriè, ſeu malitioſè appellent, ſed omnes Fratres ipſius Ordinis, Fratres Minores, ut præfertur, ſeu S. Franciſci à ſe ipſis,& omnibus aliis nominentur. Item ſtatuimus,quòd de cætero nullus Frater Reformatus poſſit per quemcumque Prælatum Ordinis, etiam Miniſtrum Generalem mitti ad morãdum ad aliquem Conventum non reformatum, aut pro reformato non habitum. Excepto quòd,ſi Capitulis Provincialibus videretur minus malum, aliquẽ Fratrem licẽtiare ad nondũ reformatos, quàm ipſum cum reformatis retinere, tali caſu poſſunt Prælati mittere Fratrem, ſeu Fratres Reformatos ad nundum Reformatos. Inhibentes ſub excõmunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus, & ſingulis Conventualium ſecundùm privilegia viventium, Prælatis, ac Fratribus, ne aliquem ex præfatis Reformatis, niſi modo prædicto recipere audeant. Similiter & dictis Reformatis Fratribus ſub eadem pœna, ne ab Obedientia ſuorum Miniſtrorum ullatenus, quàm modo prædicto recedant. Et ne ex novarum ſectarum in dicto Ordine forſan introductione fienda, Ordinem iterum in rixas devenire oporteat; Volumus, & in virtute S. Obidientiæ firmiter præcipimus, & mandamus, quòd de cætero nullæ novæ ſectæ, vel Reformationes in dicto Ordine introducantur, aut fiant abſque Miniſtri Generalis, aut Provincialium Miniſtrorum Reformatorum in ſuis Provincijs reſpectivè expreſſo aſſenſu: ita tamen quòd dictæ reformationes ipſi Miniſtro Generali, & Provincialibus Reformatis per omnia juxta Regulam ſubjiciantur, ut ſupra expreſſum eſt de aliis Reformatis: Quapropter omnes Domos, Loca, & Eremitoria, quæ Fratres de Obſervantia, ſeu familia,ſeu alij Reformati ſub Miniſtris, quocumque nomine appellati fuerint, hactenus tenuerunt, & poſſederunt, ipſi Miniſtro Generali, ac Provincialibus Miniſtris Reformatis,& per Nos ſic inſtitutis, & declaratis, in ſuis Provincijs reſpectivè perpetuò ſubjicimus, & incorporamus; Volentes, loca ipſa per ipſos Miniſtros, ac eorum Succeſſores Reformatos perpetuò teneri, & poſſideri, regi, & gubernari: quaſcumque lites deſuper exortas coram quibuſcumque Iudicibus Ordinarijs, vel Delegatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & dicti Ordinis Protectore, aut ſacri Palatij noſtri Auditoribus, ſive Commiſſarijs Apoſtolicis, tàm in Romana Curia, quàm extra eandem; & tàm inter Prælatos, quàm etiam ſubditos in quibuſcumque ſtatu, vel inſtantia, tàm ſuper poſſeſſorio, quàm petitorio, ſeu etiam ſpolio, ſi quomodolibet prætendi poſſit, deſuper penden. etiamſi huiuſmodi loca de Obedientia, & de Capitulis Fratrum Convẽtualium dicti Ordinis priùs fuiſſent, ad Nos advocamus penitus, & extinguimus, ſilentium perpetuum partibus imponentes. Sentẽtias quoque,& proceſſus, per quoſcumque Iudices in eis habitas,& latas, ac inde ſecuta quæcumque, etiãſi lites ipſæ ratione locorum Fratrum, & bonorum hinc inde receptorum, aut cujuſcumque alterius rei occaſione, vel cauſa motæ fuiſſent, caſſamus, & annullamus,& nihilominus dictis Fratribus Conventualibus, necnon quibusvis Iudicibus; ac alijs quibuſcumque, ne quicquam contra hujuſmodi noſtram declarationem, inſtitutionem, innovationem, unionem,& incorporationem in judicio, vel extra attentare, procurare, judicare, vel pronunciare, etiamſi eis per Nos commiſſum exiſtat, ſeu in futurum committatur, præſumant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis beneficiorum, quæ obtinent, ac etiam inhabilitationis ad alia impoſterum obtinenda, eo ipſo incurrenda, inhibemus, præcipimus, & mandamus. Demum, ut ſecundùm exigentiam locorum, perſonarum, & morum cuncta, quæ conducere videbuntur pro manutenentia Reformationis per totam Chriſtianitatem in dicto Ordine, jam Divinã gratiã introductæ, juſtè providere, & diſcretè valeant, ſtatui, & ordinari, volumus, Capitulum Generaliſſimum proximè celebrandum teneri deputare ex probatioribus, doctioribus, ac magis expertis Fratribus nonnullos ex diverſis regionibus aſſumptos, qui omnia,& ſingula, quæ pro manutenentia reformationis, & vera Regulæ Obſervantia, ac hujus noſtræ Conſtitutionis debita executione accommoda judicaverint, in unum recolligant, approbanda per totum Capitulum, vel majorem partem ejuſdem, ac tandem per Nos Apoſtolicæ confirmationis patrocinio munienda, & nihilominus moderno, & pro tempore

exiſtenti Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, nec non univerſis Archiepiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte dicti Generalis, ac Provincialium Miniſtrorum Reformatorum, ſeu alicujus eorum ſuper hoc requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos omnibus,& ſingulis prędictis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper per quoſcumque, quacumque authoritate fungentes, quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſæcularis, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ 4. Kal. Iunij 1517. Pontificatus anno quinto.

Lectis his litteris Apoſtolicis, deputati fuerunt pro utraque familia ſcrutatores ſuffragiorum, ſeu Compromiſſarij, qui collatis in conſpectu Cardinalium ſuffragiis compererunt, præter paucula vota in quoſdam benemeritos Patres diſperſa, viginti ſeptem abiiſſe in Vicarium Generalem Vltra-montanum, & ſeptuaginta tria in Cis-mõtanum,Chriſtophorũ videlicet Numaium Forolivienſem, per quæ ritè cooptatus eſt in totius Ordinis Minorum Miniſtrũ Generalem.

Lites verò à Conventualibus excitatæ contra hujuſmodi ampliſſimum titulum, & ſigillum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum inter Obſervantes, cum decretis S. R. C. cauſæ deciſivis, videndæ ſunt in tom. 1. lib.3. cap.de Titulo Miniſtri Generalis.

Abſolverat priùs Summus Pontifex ab officio Miniſteriatus Generalis Bernardinum de Prato Cherienſem Conventualem, quem ad hoc munus electum fuiſſe ſcribit Vvadingus anno 1513. n.9. ſucceſſitq; in Miniſteriatu Generali totius Ordinis, & vera ſerie Miniſtrorum Generalium ſancti Franciſci ſucceſſorum prędictus Chriſtophorus,cui proinde Pontifex tradi voluit ſigillum Ordinis, quo à ſancti Franciſci tempore utebantur Miniſtri Generales: PP. verò Conventualium Prælatos, Magiſtros Generales, & Provinciales, uti ex infra dicendis ampliùs apparebit, eſſe nuncupandos ordinavit.

Peracta fuit electio, uti dictum eſt, in Vigilia Pentecoſtes ad Aram-Cæli;quo etiam die Cõventuales ad Sanctos Apoſtolos elegerunt in ſuum Primicerium, ſeu Superiorem, Antonium Marcellum Cherinum Dalmatam; ſed cùm eum ſub titulo *Miniſtri*, & non *Magiſtri*, Generalis contra ordinarionem Leonis Pontificis procreaſſent, id ubi reſcivit Pontifex, ægrè tulit,caſſamque, & irritam voluit electionem, quam tamen poſtea ſub Magiſtri nomine ratificavit, confirmatamque voluit,nec ulteriorem confirmationem expectandam eſſe declaravit à Miniſtro Generali à ſe decretam in Bulla communiter nuncupata *Concordia*, quam, etſi recitatis jam litteris *Vnionis* lucem non mediocrem afferret,opportuniùs tamen unà cum inſtrumento concordiæ,quod inter Obſervantes,& Conventuales exinde tranſactum fuit, infra lib. 9. de Conventualibus ex integro deſcribemus. Vvad. ibid.n.29. & ſeq.

Finem hujuſmodi habuerunt ſub Leone Pontifice tot controverſiæ, & perturbationes animorum, quæ quotidie oriebantur inter Obſervantes, & Conventuales: poſt tot Pontificum deciſiones,& modificationes,tranſlato ſupremo Ordinis regimine ad Obſervãtes. Vtriſque autem, tàm Obſervantibus, quàm Conventualibus ad hęc Capitula congregatis plurima ſuæ benevolentiæ exhibuit Pontifex argumenta, conceſſis abundè, quæ victui,animiſque curandis erant neceſſaria. Ibid. n.34.

Deinde Pontifex ut Obſervantium conſuleret quieti, atque conſcientiarum dubia extingueret, eos ab oneribus miſſarum abſolvit, quæ Conventualium Cænobiis ad ſe tranſlatis erant annexa, quod jam fecerat anno 1514.datis literis ut ſequitur.

LEO PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam.*

*Dilectis Filiis Vicariis Generalibus, & Provincialibus,ac Fratribus univerſis Ordinis Minorum de Obſervantia.*

IVſtum, & rationabile cenſemus, ut vos,qui contemplationi Altiſſimi Dei, & Vvad.t.8. 1514. in Reg. 6.7.

& ejus obſequiis jugiter mancipari eſtis, in conſcientiæ ſerenitate confoveamus, quo poſſitis quietiùs his intendere, ad quæ vocante Deo, relicto ſæculo, ſponte vos emancipaſtis. Sanè nuper pro parte veſtra propoſitum fuit coram Nobis, quòd in Conventibus, quos olim à Fratribus Cõventualibus Ordinis Minorum de mandato, & licentia Sedis Apoſtolicæ reformãdos recepiſtis, tot, & tanta onera, ac fundationes Miſſarum, & aliorum ſuffragiorum comperiuntur, ut ſi omnibus ſatisfacere deberetis, in multis locis proventus, & redditus, ex quibus celebrationes Miſſarum, & ſuffragiorum hujuſmodi fundatæ extiterant, ſunt probati non ſubſiſtere, & penitus alienati, necnon paramenta Eccleſiaſtica, pro quibus etiam ſimilis obligatio excreverat, omnino conſumpta: ubi tamen adhuc ſubſiſtere inventi fuerunt proventus prædicti, in aliquibus locis Eccleſiis matricibus applicati ſunt, & & alibi Monaſteriis, & aliis Eccleſiis, ac piis locis Monialium, ad effectum ut illis obligationibus ipſi ſatisfacerent, cum vobis, & ſtatui veſtro non conveniret ex annuis redditibus vitam ducere, & ſuſtentari: in aliis verò locis, ubi domus ruinoſæ reparatione indiguerant, de licentia Apoſtolicæ Sedis alienati, & domus reparatæ, & reſtauratæ fuerant. Alibi verò Vniverſitates, & Communitates locorum ad ſe tales proventus receperunt diſtribuendos, ubi, & quando opportunum eis videbitur, adeo ut penitus redditus prædictos FF. ipſi à ſe abdicarint; ita quòd plenè tàm de Apoſt. Sedis licentia, quàm de ſacrorum Conciliorum determinatione, conſcientiis Fratrum ſatisfactum exiſtimatis: Nihilominus adhuc plerique Fratres in eorum conſcientiis non conquieſcunt, niſi à Sede prędicta dilucidior declaratio emanarit, & de ipſius authoritate hæc fieri, pleniùs conſtiterit univerſis. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut, ne contingat ex dubietate hujuſmodi à ſimplicioribus ibi trepidari timore, ubi nullo eſt timore trepidandum, ſuper his opportunè providere pâterna charitate dignaremur. Nos igitur, qui in conſcientiarum ſerenitate, & quiete plurimùm delectamur, eorum præſertim, quorum confidimus pio patrocinio adjuvari, & à tàm gravi onere, quod authore Domino immeritò ſuſtinemus, devotis, & aſſiduis precibus ſublevari; præſentium ſerie decernimus, & declaramus, vos, qui proventus, & redditus, per quos talia onera impoſita ſunt, non percipitis; nec ex voto profeſſionis veſtræ percipere poteſtis, obligatos non fuiſſe, nec eſſe, neque impoſterum, ſi cõtigerit ſimiles reformationes in Conventib[9] fieri, teneri ad ſimilia ſuffragia perſoluenda: dũmodò tàm in communibus officiis, quæ quotidie in veſtris Eccleſiis celebrantur, quàm in privatis orationibus, quæ aſſiduè à Fratribus veſtris perſoluuntur, & in extraordinariis Miſſis, & ſuffragiis, quæ in Ordine veſtro annuè pro benefactoribus veſtris ſingularibus fieri ſtatuiſtis, eorum memoriam ſpecialiter faciatis, attendentes, quòd eo modo plus veriſimiliter pro dictis animabus in conſpectu Divinæ Majeſtatis ſatisfieri poterit, quàm ſi prædicti Conventus reformati adhuc priſtinæ deformationi ſubjacerent. Et ſimili modo Moniales ſanctæ Claræ ſub cura veſtra viventes, ubi ſimiles obligationes in Reformatis Monaſteriis fortè invenerunt, non teneri: dummodò etiam in communibus officiis, & orationibus privatis, & aliis extraordinariis Miſſis, & ſuffragiis pro benefactoribus per eas ordinatis, & ordinandis eorum memoriam faciant ſpecialem. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 17. Martij 1514. Pontificatus noſtri anno primo.

## LEO EPISCOPVS, &c.

*Dilectis Filiis Miniſtris Provincialibus Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ tàm Citra, quàm Vltra-montes.*

Dilecti filij &c. Nuper pro parte dilectorum filiorum tunc Vicariorum Generalium, & univerſorum Fratrum Regularis Obſervantiæ Nobis expoſito, quòd in Conventibus, quos olim à Fratribus Conventualibus dicti Ordinis Minorum de mandato, & licentia Sedis Apoſtolicæ reformandos receperant, tot, & tanta onera, ac fundationes Miſſarum, & aliorum ſuffragiorum comperiebantur, quòd Fratribus dictarum Domorum oneribus, & fundationibus, & ſuffragiis prædictis ſatisfacere difficile videbatur. Nos autem Dictorum Vicariorum, Ibid. in Reg. bull. 22. Leo X.

& Fratrum conſcientiarum ſerenitati, & quieti ſubvenire volentes decrevimus, & declaravimus, Fratres Ordinis, & Obſervantiæ hujuſmodi ad dicta onera, & ſuffragia ratione bonorum, & proventuum hujuſmodi minimè teneri, dummodò tàm in communibus officiis, quæ quotidie in Eccleſiis Fratrum prædictorum celebrantur, quàm in privatis orationibus, Miſſis, & ſuffragiis, quæ in dicto Ordine fierent, memoria fidelium, qui bona, ac annuos redditus hujuſmodi relinquerunt, haberetur, prout in noſtris in forma Brevis deſuper confectis litteris pleniùs continetur. Cùm autem ſicut Nobis exponi feciſtis, ante reformationem Domorum veſtrarum Fratres in illis exiſtentes, certa bona, ac annuos redditus cum onere celebrandi Miſſas, & alia Divina officia, necnon ſuffragia, eis relicta poſſiderent, & poſt reformationem hujuſmodi Guardiani, & Fratres Regularis Obſervantiæ in illis exiſtentes, bona, ac annuos redditus hujuſmodi partim dimiſerunt, partim verò vendiderunt, & pretium illorum in reparatione dictarum Domorum, & alias neceſſitates Fratrum Domorum earumdem converſum fuerit. Ac etiam eum in aliquibus locis Ordinis veſtri Regularis Obſervantiæ inveniantur aliquæ obligationes perpetuæ ad Miſſas quotidie celebrandas, per prædeceſſores Prælatos dictorum locorum antea contractæ cum perſonis Eccleſiaſticis, aut ſæcularibus, quas ſi ſervare deberetis, Fratres etiam præſentes, & pro tempore dicta loca inhabitantes, cum ex quotidiana mendicatione, & laboritio vivere habeant, quotidianæ neceſſitatis præſidio facilè fraudarentur. Quia tamen ab aliquibus aſſeritur, vos ad hujuſmodi onera perpetua per Fratres Conventuales ante reformationem Conventuum, etiam per Fratres Regularis Obſervantiæ contracta, fore obligatos, & ad illa perſolvenda obligari: propterea Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus vobis ſuper præmiſſis, declarationis beneficio de benignitate Apoſtolica providere dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum, fidelium præſertim ſub Religionis jugo Altiſſimo famulantium, conſcientiæ pacem, & animarum ſalutem intenſis deſideramus affectibus, circa præmiſſa declaramus, & etiam ordinamus, quòd cùm juxta veſtræ Regulæ puram, & integram obſervantiam ex quotidiano laboritio, & humili mendicatione vivere habeatis, non fuiſtis, nec eſtis capaces onerum perpetuorum, hujuſmodi, per quæ temporis progreſſu, & libertas ſpiritus in Miſſis, & alijs Divinis Officijs, ac in acquirendis vitæ neceſſarijs commoditas à Fratribus veſtris tolleretur. Quare omnes, & ſingulas hujuſmodi obligationes perpetuas, tàm per Fratres Conventuales, quàm per vos cum quibuscumque perſonis contractas caſſamus, & annullamus. Et ne Chriſti-fideles, qui pro præfatis perpetuis ſervitiis ſua bona ſunt elargiti, ſuo fraudentur deſiderio, annua charitatis opera, ac Divina ſervitia, quæ in toto veſtro Ordine celebrantur, & fiunt, ipſis Chriſti-fidelibus, & defunctis per viam ſuffragij, quantum Divinæ placuerit bonitati communicamus. Inhibendo nihilominus diſtrictiùs vobis, ac veſtris ſucceſſoribus Prælatis Ordinis, cæteriſque veſtris ſubditis præſentibus, & futuris, ne hujuſmodi onera Miſſarum, aut aliorum ſervitiorum perpetua ullatenus de cætero acceptent, aut recipiant. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 11. Iulij 1517. Pontificatus anno quinto.

Deinde pro majori ipſarum quiete ſequentem dedit conſtitutionem.

LEO EPISCOPVS, &c.

*Dilecto Filio Miniſtro Provinciali Burgenſi Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ.*

Dilecte fili, &c. Exponi Nobis feciſti, quòd ſæpè contingit, ut Domus tui Ordinis ex fidelium piæ conceſſis, ac per Fratres ejuſdem Ordinis oſtiatim acquiſitis eleemoſynis tritico, & frumento, ac etiam ex eorumdem fidelium obligationibus, quæ Altaribus Eccleſiarum Domorum hujuſmodi offerunt, pane cocto ſuperabũdante, vino tamẽ, carnibuſque, & aliis rebus victui hominis neceſſariis egere ſolent. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos neceſſitati Fratrum hujuſmodi providere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati moldernis, Ibid. bull. 23. Le 6. X. in Reges.

dernis; & pro tempore exiſtentibus Guardianis, & Fratribus univerſis Domorum prædicti Ordinis, triticum, panem, ac fiumentum, ac alias res ſuperabundantes hujuſmodi pro vino, carnibus, & aliis rebus victui neceſſariis prędictis per vos recipiendi, ac per Syndicum Romanæ Eccleſiæ vobis datum commutandi, & permutandi, ſeu triticum, & panem, ac frumentum hujuſmodi vendendi, ex indeque proveniente pecunia vinum, & carnes, ac alias res neceſſarias prædictas procurandi, & emēdi Apoſtolica authoritate, tenore præſentiū, licentiam cōcedimus, & facultatem. Non obſtantibus &c. Datum Romę die 29. Iulij 1517. Pontificatus anno quinto.

Occaſione Leoninæ, quam innuimus, concordiæ, in Gallia præſertim non leves, nec paucæ ſe ſe offerebant difficultates pro Conventualium reformandis Cœnobiis; quas ut componeret Paulus Piſotti Miniſter Generalis, coactis Comitiis, quæ hîc in Vvadingo referuntur, agere voluit cum Patribus Conventualibus, eorumque Vicario Generali Iacobo Anconitano in illis partibus Commiſſario Apoſtolico pro Ioanne Vigerio Magiſtro Generali, circa controverſias Provinciarum, & Domorum, quæ per Obſervantes reformabantur, ad hæc inſtigante potiſſimùm Franciſco Rege Chriſtianiſſimo. Summa autem concordię hoc comprehenditur inſtrumento.

*In nomine Domini Ieſu Chriſti. Amen.*

Vvad. t. 8. 1533. VNiverſis, & ſingulis, ad quos præſens publicum inſtrumentum devenerit, notum ſit, quatenus ex pluribus cauſis importantibus, accerſitis omnibus Patribus Citra montanis Ordinis Minorum Obſervantiæ, qui pro tempore fuerunt Diffinitores in Capitulis Generalibus, à Reverendiſſimo Patre Fratre Paulo Piſotto de Parma totius prædicti Ordinis Generali Miniſtro, & illis, illorumque, qui nequierunt perſonaliter intereſſe, vicibus ſuppletis; aliiſque Patribus, quamvis non Diffinitoribus, neque eorum vices ſupplentibus, in Conventu Pontiſarenſi, Provinciæ Franciæ Pariſienſis, Miniſtro Provinciæ Turoniæ Pictavienſis, Miniſtro Provinciæ S. Bonaventuræ, Miniſtro Provinciæ Flandriæ, Miniſtro Provinciæ Alemaniæ inferioris, Petro de Verduzano de Provincia Aquitaniæ, Aloyſio Burgi-novi Scriba ejuſdem Reverendiſſimi Patris Miniſtri Generalis, Guglielmo Hugoth ejuſdem Scriba, Guardiano Pariſarenſi, Guardiano Rothomagenſi, Cuſtode Normandię, Guardiano Sagienſi, Ioanne Gerardi de Provincia S. Ludovici, Chriſtophoro Mendes de Provincia S. Iacobi, Rocho Moreyra de Provincia Portugalliæ. Poſt multa tractata, & definita comparuit coram eis Reverendiſſimus Pater Magiſter Iacobus de Ancona Patrum Conventualium ejuſdem Ordinis Vicarius Generalis, atque Apoſtolicus Commiſſarius aſſertus, ex cauſa nonnullarum differentiarum ob quoſdam Conventus inter Fratres ſuos ſibi ſubditos, & Fratres ſubditos Reverendiſſimi Patris Miniſtri Generalis in partibus Gallicanis, propoſita ab eo coram prædictis ſua intentione, & voto, paulò poſt concordarunt utreque partes ad invicem, & pro firmiori pace, & concordia (ſicut Fratres decet) fœdera perpetua ſimul pepigere, deveneruntque ad infraſcriptas conventiones tàm per eos, quàm per ſuos ſucceſſores, & ſubditos perpetuò inviolabiliter obſervandas. In primis Reverendiſſimus Pater Miniſter Generalis prædictus, & Pater Fr. Petrus de Verduzano ad Reformationem Conventuum Ordinis hîc authoritate Apoſtolica in Galliis deputatus, tàm nomine ſuo, quàm præfatorum Patrum, & ſuorum inferiorum ex una parte, & Reverendiſſimus Pater Vicarius Generalis Apoſtolicus prænominatus tàm ſuo, quàm inferiorum ſuorum nomine ex altera, de communi conſenſu, & voluntate, ſponte, liberè, & animo eorum deliberato cedunt, & ceſſerunt omnibus, & ſingulis litibus, & cauſis pendentibus inter partes prædictas, tàm coram Magno Conſilio Chriſtianiſſimi Regis, quàm aliis Parlamentis, & Iudicibus, tàm ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, in Regno, & dominio Chriſtianiſſimi Regis, & ad hunc effectum idem Reverendiſſimus Pater Miniſter Generalis, ſimili conſenſu R. P. Vicarius Generalis Apoſtolicus præfati revocant, caſſant, & annullant, revocarunt, caſſarunt, & annullarunt omnes, & ſingulos Procuratores, Syndicos, Ad-

vocatos, tàm eorum nomine, quàm ſuorum inferiorum Fratrum lites, & cauſas hujuſmodi inſequentes, & proſequentes coram dicto magno Concilio, & aliis Parlamentis, ſive Iudicibus in dicto Regno, & Dominio ipſius Chriſtianiſſimi Regis. Item Pater Fr. Petrus de Verduzano præfatus authoritate Apoſtolica ſuper reformatione Ordinis Minorum in Galliis deputatus, liberè, ſpontè, & animo deliberato, & cum effectu poſt hac cedit, & ceſſit, ac liberè renuntiavit commiſſioni, quàm habet de reformando Conventus, & ea uti nequaquam de cætero, ſpondet, & firmiter promittit. Item pro firmiori conſiſtentia concordiæ inter partes hujuſmodi, idem R. P. Miniſter Generalis de conſilio pariter, & aſſenſu dictorum Patrum in dicta congregatione exiſtentium cedit, & relaxat juriſdictioni ipſius R. P. Vicarij Generalis Apoſtolici præfati Conventum Oppidi de Romanis in Delphinatu, cum omnibus ejus bonis mobilibus, & immobilibus attinentibus (accedente tamen ad id conſenſu Chriſtianiſſimi Regis) nundum Reformatum, & per præſentes præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ, ſub excommunicationis, ac privationis omnium actuum legitimorum, & officiorum Ordinis, aliarumque dignitatum pœna necnon additis pœnis gravioribus ſibi arbitrariis, illico per contravenientes incurrendis, Patri Miniſtro Provinciæ S. Bonaventuræ, ac omnibus, & ſingulis Fratribus ſibi ſubditis, ut de dicto Conventu in futurum ſe non impediant, aut intromittant, ſed onus Reformationis Conventus eidem R. P. Vicario Generali Apoſtolico, juxta Bullam Concordiæ relinquant. Item ordinat, & determinat, idem R. P. Miniſter Generalis de conſilio, & aſſenſu prædictorum Patrum, ut Fratres ſibi ſubditi de Provincia S. Ludovici reſtituant, & cum effectu reſignent eidem R. P. Vicario Generali Apoſtolico, ſive ejus Commiſſariis ad ejus requiſitionem bona quæcumque mobilia, & immobilia, Calices, Cruces, paramenta, reliquias, & alia jocalia, campanas ſpectantes, & ſpectantia (exceptis bona fide conſumptis uſque ad præſentem diem) ad Conventum S. Ludovici prope, & extra muros Civitatis Maſſilienſis, & ad Fratres Conventuales ſpectantis, aliàs demoliti; & inſuper ordinat, ac præcipit idem R. P. Miniſter Generalis Patri Miniſtro Provinciæ S. Ludovici, & omnibus, ac ſingulis Fratribus ſibi ſubditis ſub eiſdem pœnis, quibus præcepit Miniſtro, & Fratribus Provinciæ S. Bonaventuræ paulò ſuperiùs taxatis, ne in ullo quovis modo, aut quocumque quæſito colore per ſe, vel per alios apertè, vel occultè, directè, vel indirectè, implicitè, vel explicitè, aut quomodolibet aliter dolosè, aut bona intentione impediant Fratres ipſos Conventuales in reædificatione novi Conventus in dicta Civitate Maſſilienſi, quin potiùs eis favorabiles ſecundùm charitatem exiſtant. Item R. P. Vicarius Generalis Apoſtolicus prædictus cedit, & ceſſit, tàm ſuo, quàm inferiorum ſuorum, etiam ſucceſſorum nomine, & relaxat liberè, ſpontè, & animo deliberato, atque relaxavit, & renunciavit omnes Conventus in Provincia Aquitaniæ ſancti Bonaventuræ, & ſancti Ludovici præfata per Fratres de Obſervantia, aliàs Reformatos, & quos de præſenti poſſident, promittentes pro ſe, & ſuis inferioribus, & ſucceſſoribus de cætero Fratres ipſos de Obſervantia judicialiter, vel extra de dictis Conventibus non eſſe moleſtandos, inquietandos, aut quovis alio modo perturbandos. Et ut hoc firmiùs obſervetur, præcipit idem R. P. Generalis Apoſtolicus omnibus, & ſingulis Fratribus ſibi ſubditis, & ſucceſſoribus, ut hæc ſub illiſmet pœnis, quibus præceptum fuit à R. P. Miniſtro Generali ſuis ſubditis, obſervare teneantur.

Item ordinãt idẽ R. P. Miniſter Generalis de conſenſu prædictorũ Patrum, & R. P. Vicarius Generalis Apoſtolicus præmemoratus, quòd de cætero inter Fratres Regularis Obſervantiæ, & Conventuales Ordinis ejuſdem ſancti Franciſci ſit pax, concordia, & fraternalis dilectio, & inviolabiliter obſervetur inter eos bulla Concordiæ; & ultra pœnas in eadem contentas per Sanctam Sedem, mandant, & præcipiunt omnibus, & ſingulis eorum inferioribus, & ſucceſſoribus reſpectivè ſub prædictis pœnis toties ſupramemoratis, ne aliquo modo dictæ Bullæ Concordiæ contraveniant, ſed illam inviolabiliter obſervẽt, & charitativè Fratres ex utraque parte converſentur, & declinantes ad Conventum utrçque partes ſe mutuò charitativè ſuſcipiant

cipiant;& ſub eiſdem pœnis, immò longe gravioribus,R.P.Miniſter Generalis, & Vic. Apoſtolicus ſæpedicti mandat,& præcipiunt eiſdem ſuis inferioribus quilibet reſpectivè, & ſucceſſoribus, ne de cætero cauſa litigandi ad invicem ad curiam Regiam, nec ad alios Iudices ſæculares, ſive Eccleſiaſticos accedant, cum hoc de directo ſit contra mentem, & Regulam Sancti Patris Franciſci. Item R. P. Miniſter Generalis de conſenſu prædictorum Patrum,& R. P. Vicarius Generalis Apoſtolicus præfati pro obſervatione ſupradictorum inſtituunt, creant, & nominant in Procuratores eorum, primò ſpectabilem virum Dominum Franciſcum Nerdum, & ſpectabilem virum Dominum Focier Aurelianenſem conjunctim, ad effectum dumtaxat, ut dictas noſtras conventiones, concordias, pacem, & dilectiones coram Chriſtianiſſimo Rege,ſive ejus magno Concilio publicent,& manifeſtent, & pro illarum obſervatione exequutoriales litteras ab eiſdem in forma rigoroſiori obtineant,cum clauſulis opportunis,& omni meliori modo, via,& forma. Poſtremò idem R.P. Miniſter Generalis unà cum prædictis Patribus, & R. P. Vicarius Generalis præfati, qua poſſunt humilitate, procumbunt pedibus Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, eique ſupplicant, ut dignetur huic concordiæ inter eos ſic initæ adſtipulari, & aſſentiri, & pro rata, & grata habere, necnon in ſuo Regno,& Dominio executioni demandari jubere, ſibi,& ſuo invictiſſimo ſceptro placeat; attento, quòd Oratores ipſi non ſine magno conſilio pro manutentione Ordinis in hæc convenerunt; & ut Fratres ipſi ex utraque parte ex hoc commodiùs Deo Omnipotenti famulari valeant, & pro ſua Chriſtianiſſima Majeſtate, ejuſque fœlici ſtatu, accrementoque Chriſtianitatis, ferventiores preces Deo Optimo Maximo fundere quietiùs poſſint. Pro quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum maiori robore, authentiori fide, & teſtimonio has præſentes litteras, & præſens publicum inſtrumentum Reverendiſſimi Patres Miniſter Generalis, & Vicarius Generalis Apoſtolicus præfati appenſis utrorumque pro ſuis officiis ſigillis majoribus utentibus,& conſuetis manibus ſuis propriis ſubſcripſerunt,& itidem prænominari in frontiſpicio præſentium Patres ejuſdem Congregationis manuum ſuarum propria conſignatione muniere, Datum Pontiſaræ die 10. Ianuarij 1533.

Sic terminatæ fuerunt, Deo ſuaviter omnia diſponente, graviſſimæ ac nimiùm diuturnæ inter Familiam,& Conventualitatem controverſiæ,non huic illam ſubjiciendo, quod tantopere promotant Conventuales, ſed illam ne cæterorum relaxationibus inficeretur, totaliter ſegregando, atque in ſublimi totius Ordinis ſummitate collocando. Gonzag. part. 1.

## CAPUT XI.

### *De præcedentia Regularis Obſervantiæ.*

LEo X. in præallegata Bulla Concordiæ, *Omnipotens Deus*, *&c.* pro pacis conſervatione, jam ſic ſtatuerat: *Ne inter Reformatos (id eſt de Obſervantia Regulari) & Conventuales Fratres præfatos ſuper præcedentia diſſentio, & contentio oriri poſſit; volumus, & etiam ſtatuimus, quòd inter eos talis ordo ſervetur, videlicet, quòd in proceſſionibus, & funeralibus, ac exequiis, necnon in omnibus aliis actibus publicis Fratres Conventuales Fratribus Regularis Obſervantiæ locum digniorem relinquere teneantur.* Deinde verò in inſtrumento ipſo Concordiæ ſupracitato de communi utriuſque partis conſenſu concordatum, atque ſtabilitum fuit, quòd abſque præjudicio dicti decreti quantùm ad alia loca,conſentit Miniſter Generalis, aliquam fieri exceptionem in Proceſſione, quæ fit in Civitate Patavina in die ſancti Antonij, & Aſſiſij in feſto Portiunculæ modo in ipſo concordiæ inſtrumento deſignato. Vvad.t.8. 1517.

Cum autem his non obſtantibus non ſine difficultate adduci poſſent Conventuales,ut juxta Pontificis decretum,propriumque concordatum, locum digniorem cederent Obſervantibus, Leo X. Bullam ſequentem ſuperaddendam voluit.

Licet aliàs, poſtquam, ſtatueramus, & ordinaveramus, quòd de cætero perpetuis temporibus Fratres B. Franciſci, ſub puritate ejus Regulæ, & ſub regulari Obſervantia viventes, ac Reformati Miniſtrum; Fratres verò dicti Ordinis Conventuales Fratres nuncupati,Magiſ- Cronol. Seraph. cit.

trum Generalem habere deberent, ne inter Reformatos, & Conventuales Fratres hujuſmodi ſuper præcedentia diſſentio, & contentio oriri poſſet, voluerimus, & ſtatuerimus, quòd in proceſſionibus, & alijs actibus publicis Fratres Conventuales Fratribus Regularis Obſervantiæ Miniſtrum habentibus, locum digniorem relinquere tenerentur: Quódque Fratres ipſi Cōventuales prætendunt Crucem, & Vexillum per eos deferri ſolitum, deferre liberè, & licitè valerent. Quia tamen, ut ex nonnullorum relatione accepimus, Fratres ipſi Conventuales prætendunt Crucem deferre in loco digniori. Nos autem, qui præmiſſa omnia ſtatuimus, ut omnis diſſentio, & contentio inter eoſdem Fratres de Obſervantia, & Conventuales tolleretur; mentiſque noſtræ fuerit, prout etiam id expreſſimus, quòd in omnibus actibus Fratres de Obſervātia haberent locum magis dignum, quàm ipſi Conventuales, & propterea mentis noſtræ incommutabilis fuit, prout exiſtit, quòd ipſi Fratres de Obſervantia Crucem ſuam in loco etiam digniori deferrent: ad hujuſmodi tamen ambiguitatis dubium de mentibus omnium tollendum; Motu proprio, & certa noſtra ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, mentis noſtræ fuiſſe, quòd tàm Conventuales, quàm de Obſervantia, & Reformati Fratres prædicti, in quibuſcumque proceſſionibus, & alijs actibus, in quibus Crux deferenda foret, Crucem ſuam deferre poſſint; Ita tamen, quòd Crux ipſorum Fratrum de Obſervantia, & Reformatorum loco digniori deferatur. Quódque ipſi Fratres de Obſervantia, & Reformati veri, & indubitati Fratres Ordinis B. Franciſci, & ejus Regulæ Obſervatores ſemper fuerint, ac divina favente gratia ſint futuri, ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum uſque ad præſens; ac ſub ipſius B. Franciſci Regula militaverint, & etiam ad præſens militent, ſicque in omnibus teneri, & obſervari, ac dici debere decernimus, ac mandamus: Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac Eccleſiarum Capitulis ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à divinis; inferioribus verò Prælatis, ac Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, necnon Mendicantium, & aliorum Ordinum profeſſoribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis ipſo facto incurrendis, à quibus non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, prætérquàm in mortis articulo abſolvi nequeant, quatenus declarationem, & decretum hujuſmodi inter Conventuales, ac de Obſervantia, & Reformatos Fratres hujuſmodi inviolabiliter obſervent, obſervarique faciant. Necnon, ne eoſdem Fratres Conventuales, & de Obſervantia, ac Reformatos hujuſmodi ſuper his moleſtent, aut perturbent, ſeu per quoſcumque cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentes, ſeu etiam quomodolibet inter ſe moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 6. Decembris 1517. Pontificatus anno quinto.

Quia verò non ſatis videbatur præfatæ Concordiæ conſultum, emanavit ab ipſo Pontifice Bulla, quæ ſequitur. Ibid.

Vniverſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis omnibus perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon ſingulis Poteſtatibus, Gubernatoribus, aliiſque Reipublicæ Adminiſtratoribus, cunctiſque Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Celebrato nuper, authoritate noſtra, Capitulo generaliſſimo omnium Fratrum Ordinis B. Franciſci, in domo de Ara-cæli de Vrbe dicti Ordinis, ad humiles, & inſtantiſſimas Regum, & Principum Chriſtianitatis preces, unum Fratrem Regularis Obſervantiæ in Miniſtrum Generalem totius dicti Ordinis, per Fratres Regulam obſervantes, eligi præcepimus, & mandavimus: ad cujus electionem, cum deſideraremus, Fratres Conventuales dicti Ordinis convenire, ſuaſimus eiſdem Fratribus Conventualibus, ut dimiſſis proprietatibus, poſſeſſionibus, & aliis directè contra præcepta dictæ Regulæ militantibus, ad electionem hujuſmodi Miniſtri celebrandam, ſicut & cæteri Fratres Reformati, accederent. Quibus, dictam noſtram oblationem conſtanter refellentibus, tandem pro pace, & unitate inter dictos Fratres Conventuales, & Fratres Regularis Obſervantiæ, in futuris perpetuis temporibus coſern

conſervandis, Bullam, quæ *de Concordia* appellatur, cujus initium eſt, *Omnipotens Deus &c. ſub Datum pridiè Iunij Pontificatus noſtri anno quinto*, de partium conſenſu, non ſine multis laboribus, licèt voluntariis, edidimus; ac poſtmodùm, quibuſdam, quæ obſcura, & dubia videbantur, per quaſdam alias declaratis, ac per reliquas etiam noſtras in forma Brevis litteras, dictos Fratres Conventuales monuimus, ut ſedatis multis ſcandalis, & detractionibus etiam in dictos Fratres Regularis Obſervantiæ per eos, ut Nobis relatum fuerat perpetratis, & jactatis, ad plenùm, & integrè omnia, & ſingula contenta in dicta Bulla Concordiæ, obſervarent. Nihilominus, ſicut à fide dignis nuper accepimus, dicti Fratres Conventuales in multis mundi partibus gratiâ per concordiã hujuſmodi per Nos eis factâ abutentes, ſpretis decretis, & ordinationibus Apoſtolicis, in dicta Bulla Concordiæ contentis, pertinaci mente parere recuſant. Nos itaque rem tanta maturitate, & tot Regum, & Principum inſtantiſſimis precibus, ad finem optatum deductam, pro noſtro, & hujus ſanctę Sedis honore inviolabiliter Obſervari volentes, motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eiſdem Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & eorum cuilibet, in virtutæ S. Obedientię, ac ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à divinis; Inferioribus verò Prælatis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis ipſo facto incurrendis, à quibus non niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem nequeant (præterquàm in mortis articulo) abſolvi, præcipimus, committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, & eorum quilibet in ſolidum, quoties à Fratribus Regularis Obſervantiæ requiſiti fuerint, dictos Fratres Conventuales ſub pœna privationis, & amiſſionis privilegiorum, eis per dictam Bullam Concordiæ conceſſorum, moneant per ſuas litteras patentes, ut dictam Bullam Concordiæ, ac omnia, & ſingula in ea contenta cum effectu obſervent, & in eventu, in quo eis conſtiterit, eos contraveniſſe, declarent, eos pœnã privationis, & amiſſionis privilegiorũ, hujuſmodi incurriſſe; & ex tunc, Fratres ipſos Conventuales omnimodæ ſubjectioni, correctioni, & obediẽtiæ Gen. ac Provincialium Miniſtrorum in ſuis Provinciis reſpectivè, perpetuò juxta formam litterarum à Nobis in dicto Capitulo generaliſſimo editarum ſubjectos eſſe: inhibendo tàm Generali, quàm Provincialibus Miniſtris, ne de dictis Fratribus Conventualibus, vel eorum domibus, & locis ullatenus, niſi quantum à Magiſtris Generali, & Provincialibus, illis fuerit conceſſum, ſe intromittant ullo modo. Qui quidem Miniſtri Generalis, & Provinciales ad omnimodam dictorum Conventualium reformationem, etiam per favores Regum, Principum, & Communitatum inſudare teneantur; bonis immobilibus dictorum Conventuum per Generalem, & Provinciales Miniſtros (ut præfertur) reformandorum, pro una quarta Eccleſiæ Cathedrali, ſeu Diœceſis, in qua dicti Conventus ſiti fuerint: pro duabus verò in expeditionem Cruciatæ contra Infideles: pro reliqua alia quarta partibus in reparationem dictorum Conventuum, ipſo facto quoad obedientiam dictorum Miniſtrorum reducti fuerint, per eos applicatis. Ipſoſque Fratres Conventuales in Conventibus, & locis, pro quibus à prædictis Miniſtris in ſuis Provinciis reſpectivè requiſiti fuerint, ad omnium, & ſingulorum præmiſſorum executionem ſubeundam, per cenſuras, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compellant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 12. Aprilis 1518 Pontificatus anno ſexto.

Cum autem Religiones aliæ jam ab antiquo Minoritis locum digniorem cedentes, Obſervantibus noviter ad primatum evectis, quaſi Religionem novam conſtituerent, locum digniorem cedere, niſi cum difficultate, renuerent; Idem Leo Pontifex, ad ſedandas controverſias omnes, quænam præcedentia Obſervantibus debeatur, ſequenti diplomate declaravit.

## LEO PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 8. in Reg. 1520. Leõ. X. bul. 72.

ETſi pro injunctæ Nobis Apoſtolicæ ſervitutis, &c. Sanè accepimus quòd ab

ab eo tempore citra, quo dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatis, pro eo, quod ad eos jam multò major pars membrorum, & ſuppoſitorum dicti Ordinis S. Franciſci actualiter fuerat converſa, Miniſtrum illis Generalem de ſua portione ſemper eligendum conceſſerimus, in eoſque juriſdictionem Ordinis Minorum in capite, in Capitulo generaliſſimo Ordinis Minorum tẽpore generalis Concilij Lateranenſis transtulerimus, prout olim cum aliquâ minur portio eorumdem Fratrum ad Obſervantiam inclinaſſet, univerſalis Eccleſia in Concilio Conſtantienſi Vicarium ipſi portioni Minorum familiæ nuncupatæ, ut Regulæ puriùs inſiſterent, conceſſit; inter eoſque Obſervantes, & Conventules Fratres Minores in eodem Capitulo generaliſſimo eorumdem Fratrum cõcordiam ad plenum conſtituerimus litteris noſtris deſuper editis, & promulgatis. Deinde verò cum pacata omnia ad Dei gratiam crederemus, inimico ſuperſeminente zizaniam, inter eoſdem Fratres Obſervantes in capite ejuſdem Ordinis conſtitutos, & dilectos filios Ordinis Heremitarum S. Auguſtini tàm Conventuales, quàm etiam de Obſervantia, & nonnullos alios FF. Ordinum Mendicantium ſuper modo, & ordine in proceſſionib⁹, & funeralibus, ac aliis actibus publicis incedendi, & digniori loco ibi obtinendo, variæ contentiones, & controverſię in diverſis mundi partibus ſunt exortæ; cauſaque inter ipſos ſuper iis in Romana Curia, etiam coram ipſorum Protectoribus de noſtro ſpeciali mandato pendeat indeciſa cum eorum animarum periculo, & ſcandalo plurimorum. Nos igitur volentes hujuſmodi litibus, quæ non abſque eorumdem Fratrum nota diutiùs tolerari poſſunt, finem imponere, & ſcandalorum occaſiones, quæ exinde oriri poſſe de facili formidantur, de medio ſubmovere; Motu proprio, non ad ipſorum Fratrum, vel alicujus eorum, ſeu alterius pro eis oblatæ Nobis ſuper iis petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, cauſæ, & cauſarum hujuſmodi ſtatus, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſque ad Nos harum ſeriè advocantes, & in quacumque inſtantia deſuper pendentes, ubilibet indeciſas penitus extinguentes, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero in omnibus, & ſingulis proceſſionibus, & funeralib⁹, & aliis actibus publicis quibuſcumque, ſuper dicto incendendi, & ſtandi Ordine, & digniorem locum tenendi, inter dictos Minores de Obſervantia, quos omnibus, & ſingulis prærogativis, quibus ejuſdem Ordinis Conventuales Fratres uti, & gaudere ſoliti erant, in ſingulis Civitatibus, & locis uti, & gaudere volumus; & Heremitarum S. Auguſtini, ac aliorum Ordinum Mendicantium Fratres, is ordo ſervetur, qui inter illos, & ipſos, &c. Et ipſos Conventuales Minores, ſive in Vrbe, ſive in aliis locis, vel terris citra, & ultra Montes conſtitutis obſervari conſueverat; in aliis autem ubi Conventuales ipſi Minores numquam fuerunt, vel ſoli Obſervantes, inter eoſdem Obſervantes Minores hujuſmodi, ac alios Mendicantes prædictos hunc Ordinem ſervari mandamus, quòd Minores Obſervantes hujuſmodi antiquum ſemper locum teneãt, quem Ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus tenere alibi hactenùs conſuevit, niſi conſuetudo antiquitus approbata, & legitimè obſervata ſecus habeat; Minores verò Fratres omnes Obſervantes, & Conventuales juxta litteras noſtras inter eos per Nos editas, quæ *Bulla Concordiæ* nuncupatur, penitus incedere teneantur. Nullaque deinceps inter eos querela de hujuſmodi unitate præceſſionis audiatur, ſed ſint, ſicut decet Dei Miniſtros, ſe invicem honore, & charitate prævenientes, & terminis à Sede Apoſtolica illis aſſignatis, in pace, gaudio, & concordia fruantur, & ſe perpetuò contineant, & ex nunc quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis etiam authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Vniverſis, & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis, & in illorum abſentia eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus in virtute ſanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ut eorum quilibet in eorum Civitatibus, & Diæceſibus, quoties ſuper hoc pro parte dictorum Fratrum, vel aliquorum ex eis fuerint requiſiti, præſentes litteras publicent, faciantque eas authoritate noſtra ab omnibus ſupradictis inviolabiliter

obſet

obſervari; Non parentes per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia quævis opportuna remedia, appellatione poſpoſita compeſcendo. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 10. Januarij 1521. Pontificatus Anno nono.

Ibid. in Reg. 1530. Clem. VII. bul. 36. His omnibus non obſtantibus, iterùm in Sicilia, in loco Adernionis, Diæceſis Catanien. præcedentiam attentare voluerunt contra Obſervantes nonnulli ex cæteris Regularibus, contra quos Clemens VII. ut ſcandala ſæcularium, atque Religioſorum inquietudines abſcinderet, edito diplomate præfatam Leonis conſtitutionem renovavit, debitam Obſervantibus firmando præcedentiam.

## CLEMENS PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

*Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Guardiano domus, & Conventus S. Mariæ de Jeſu Terræ Adernionis Provinciæ Siciliæ.*

Vuad. t. 8. 1530. in Reg. bul. 36. Clem. VII. ACcepimus, quòd licèt fæl. rec. Leo Papa X. prædeceſſor noſter ad amovendum aliquas contentiones inter Fratres Ordinis Minorum regul. Obſerv. & alios Mendicantes, ſuper præcedentia in proceſſionibus, & cæteris actibus publicis, &c. illum locum, & præeminentiam haberent, quem ante declarationem hujuſmodi Fratres Minores Conventuales habuerunt, ubi verò Conventuales nunquam, ſed ſoli Fratres Minores Obſervantes fuerant, antiquum ſemper locum teneant, quem Ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus teneret, prout in ipſis prædeceſſoris in forma Brevis deſuper confectis litteris pleniùs continetur. Et propterea etiã in Civitate Catanien. Fratres Minores regul. Obſervantiæ præcedant Fratres S. Auguſtini in proceſſionibus, & rationabiliter membra debent ſequi caput, & quod in Civitate Catanien. circa hoc ſervatur, ſervari deberet in Terris Catanien. Diœc. Nihilominus Fratres dicti Ord. S. Auguſtini Terræ Adernionis dictæ Diæceſis cum Fratribus Ordinis Minorum reg. Obſervantiæ ejuſdem Terræ ſuper præcedentia hujuſmodi contendunt; undè ad evitandum contentiones, & lites inter eoſdem Fratres, maximè quia ſequuntur multa ſcandala, & perturbationes in populis, ac etiam pro pace, & quiete eorumdem Fratrum, ut illud idem ſervetur in Terra Adernionis in proceſſionibus, & in omnibus actibus publicis, quod ſervatur per totam Inſulam Siciliæ, maximè in civitatibus, quæ caput Diæceſum ſunt, attento etiam quòd hoc ſervatur in Civitate Catanien. quæ caput iſtius Diæceſis eſt: Nos igitur hujuſmodi litibus, quæ non abſque eorumdem Fratrum nota diutiùs tolerari poſſunt, finem imponere, & ſcandalorum occaſiones, quæ exinde oriri poſſe de facili formidantur, de medio ſubmovere volentes, motu proprio, & de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia cauſę, & cauſarum hujuſmodi ſtatus, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſque ad Nos harum ſerie advocantes, & lites in quacumque inſtantia deſuper ubilibet indeciſas pendentes penitus extinguentes, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus quòd de cætero in omnibus, & ſingulis proceſſionibus, & funerabillis, & aliis publicis actibus quibuſcumque ſuper dicto incedendi, & ſtandi Ordine, & digniori loco tenendo, obſerventur litteræ dicti Leonis prædeceſſoris; ſicut in illis pleniùs continetur. Quo circa Venerabili Fratri Epiſcopo Cathanien. vel ejus Vicario in ſpiritualibus Generali, in virtute ſanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, ut quoties ſuper hoc pro parte dictorum Fratrum de Obſervantia fuerint requiſiti, præſentes litteras publicent, faciantque eas authoritate noſtra ab omnibus ſupradictis inviolabiliter ſervari: contradictores &c. invocato &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Martij 1531. Pontificatus noſtri anno octavo.

Noviſſimè anno 1679. graviſſima lite ſuſcitata, contendebant Patres Capuccini, ut ſaltem ubi antiquiorem haberent Conventum, in vim Grægorij XIII. conſtitutionis ſuper præcedentia inter Regulares obſervanda, ſuper Obſervantes locum poſſent obtinere digniorem. Verumtamen diutiùs coram Eminentiſſimis in S. Rituum Congregatione Cardinalibus agitatâ causâ, atque per primarios Urbis Advocatos tum verbo, tum ſcripto acerrimè diſputatâ, concordibus omni-

no Cardinalium votis decretum eſt , atque per Innocentij XI. ſpeciale diploma confirmatum, locum non habere Obſervantes inter , & Capuccinos Gregorianam conſtitutionem , quæ de diſparatis tantùm Religionibus ſit intelligenda; cum ergo Capuccini Obſervantium ſint filiales , ipſi Obſervantibus locum digniorem ſemper , & ubique cedere obligantur : decreti tenorem hic litteraliter exſcribo.

## INNOC. PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Arch. Aracæl. Rege. Vltram. t. 9. NVper à Congregatione Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſacris Ritibus præpoſitorum emanavit decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet. Facta relatione per Eminentiſſimum D. Cardinalem Sabellum Ponentem cauſæ Ampurienſis præcedentiæ in ſacra Rituum Congregatione de controverſia ſuper præcedentia in proceſſionibus vertente inter Fratres Minores Obſervantes ex una, & Capuccinos ex altera parte, habentes ambos Conventum in Oppido de Nulvi in Sardinia Ampurienſis Diæceſis,& eadẽ ſacra Congregatio auditis hinc inde partibus in voce,& in ſcriptis pluries informantibus, & præcipuè pro parte Minorum Obſervantium, declaravit , præcedentiam deberi Fratribus Minoribus Obſervantibus, ex quo Obſervantes ſunt priores in ordine qualitatis , & approbationis Apoſtolicę, & Capuccini licèt priores in fundatione per quatuor annos in eodem Loco , ſunt tamen filiales ex eadem Religione Obſervantium ,& longè poſteriores in approbatione Apoſtolica , quo caſu non intrat Bulla Gregoriana de anterioritate Conventus in eodem Loco. Et ita decrevit,& ſervari mãdavit,die 26. Novemb. 1678. V. Cardinalis Carpineus Loco † ſigilli. Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congregationis Secretarius. Cùm autem ſicut dilectus filius Ioſephus de Copons Procarator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervãtia nuncupatorum Nobis ſubinde exponi fecit , ipſe decretum hujuſmodi, quo firmiùs ſubſiſtat, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſideret. Nos ipſum Ioſephum Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus , & gratijs proſequi volentes,& à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis , & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris , & pœnis à jure , vel ab homine quavis occaſione , vel cauſa latis , ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum , harum ſerie abſolventes , & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati , decretum præinſertum authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus , & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus , ſalva tamen ſemper in præmiſſis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas , validas, & efficaces exiſtere, & fore,ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri,& obtinere,ac illis,ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit,in omnibus , & per omnia pleniſſimè ſuffragari ; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios , & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari , & definiri debere , ac irritum,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 16. Ianuarij 1679. Pontificatus anno III.

Cùm verò Patres Capuccini deciſſioni Apoſtolicæ non acquieſcerent, & cauſam reaſſumi obtinuiſſent , deffendente ſuos Obſervantes Fr. Petro Sporin ex Aragonica Provincia Lectore Iubilato , & Generali Ordinis Procuratore , ſequens emanavit decretum.

[ Iterum per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Sabellum propoſitâ cauſâ *Ampurienſis præcedentiæ* ad inſtantiam Patrum Capuccinorum Oppidi Nulvi in Sardinia , contra Patres Minores Obſervantes de Familia ejuſdem loci , ſacra Rituum Congregatio audita utraque parte in voce , & in ſcriptis plenè informante , viſiſque juribus hinc inde deductis , illiſque maturè diſcuſſis, cenſuit ſtandum eſſe in deciſis ſub die 26. Novembris 1678. nempe præcedentiam deberi Fratribus Minoribus Obſervantibus , & ita decrevit die 24. Februari 1680. Ibid. Reg. 9.

Similes

Similes aliæ Conventualium lites contra præcedentiam Obſervantibus debitam, cum earum deciſionibus videndę ſicut in tom. 1. lib. 3. cap. de Officialibus Curiæ.

Tandem ut omnia ad hoc attinentia concludam: anno 1619. contra Patres Auguſtinianos de præcedētia hujuſmodi Obſervantium toto conatu conquerentes apud S. R. C. referente Illuſtriſſimo Cardinali Deto Præfecto, ad Obſervantium favorem fuit pronuntiatum. Sententiam S. R. C. confirmavit A. C. & tandem Vrbanus VIII. Brevi Apoſtolico. Eadem nempe motiva, quæ militant pro ſacro Prædicatorum Ordine ſuper univerſos Ordines Mendicātium, militant ex integro pro Fratribus Minoribus ex Regulari, atque ſtrictiori Obſervantia (utriuſque quoad hoc idem eſt judicium, ut ex Clem. VIII. dicemus libro ſequenti) ſuper cæteros à Prædicatoribus Mendicantes.: ut habetur in cap. quorundam, & cap. unico de exceſſibus Prælatorum. Cap. 1. de Religioſis Domibus. Sicque practicatum eſt ultimò in S. Tridentino Concilio.

## CAPUT XII.

### *Obſervantiæ Regularis perturbationes noviſſimæ.*

Ibid. t. 6. Vuad. t. 8. 1525. n. 21. QVando ſopitis cum Conventualitate per recitatas *Vnionis*, & *Concordiæ* Pontificias Bullas controverſiis, quieſcere debebat Obſervantia Regularis, ex occaſione novarum Congregationum tunc maximas ſibi parari inquietudines vidit, & indoluit [ Nihil tàm vegetum, *ait Vuadingus hic*, quod non ſeneſcat, nihil tam feruidum, quod non tepeſcat, quæ creſcunt, ſingula decreſcunt, quæ naſcuntur, omnia denaſcuntur; nihil unquam in eodem ſtatu permanſit; Vniverſa ſenſim tendunt ad interitum. Quodnam illud in Eccleſia Dei Inſtitutum, cujus fervor non deferbuit? Quodque vel penitus excidendum, vel aliunde non fuerit renovandum? ſub ipſis S. Franciſci oculis multorum ſpiritus elanguit, & paulò poſtquam deceſſit, plerique ab eius præceptis reſilierunt. Fœcundiſſimum illud Regularis Obſervantiæ germen paulatim à ſeverioris diſciplinæ ardoribus declinavit. Plurimæ aggregatæ ſunt Conventualium Domus huic familiæ Obſervantium, & turmatim ex illis Patribus ad iſtos auſterioris vitæ cupidi confluxerunt: adjunctæ ſunt integræ Provinciæ Reformatorum, qui Conventualibus parebant, acceſſerunt inſuper variæ Congregationes aliarum ſodalitatum, quæ in Bulla *Vnionis* à nobis ſuo loco relata, recenſentur. Omnia hæc flumina intrarunt ſimul in Mare magnum Obſervantiæ, nihil mirum, ſi præcipiti, rapidoque curſu ſordiunculas aliquas invexerint, quæ diſciplinæ à ſanctis Patribus Bernardino Senenſi, Ioanne Capiſtranenſi, eorumque adjutoribus traditæ turbarint puritatem. Nō adeo facile fuit hominibus laxiorem vitam profeſſis, veterem hominem protinus exuere; neque ſuperioribus omnes ſtatim reſcindere abuſus, quos repentini hoſpites intruſerant.]

Franciſcus Quinnonius anno 1525. Ibid. quando prima comparuerunt germina turbationum, Provincias omnes, & ſingulas indefeſſo labore, ſingularique zelo viſitabat, Ordinem Vniverſum in eſſentiali ſua perfectione vel conſervaturus, vel ad apicem reſtauraturus; abuſus quoſlibet, ſiqui contra Regulæ puritatem irrepſerant, radicitùs extirpando, ut fuſiùs in Vuadingo, & Haroldo ad annum 1525. eſt videre. Attamen dum ad hæc vigilantiſſimus Generalis firmiùs ſtabilienda hęreret Vltramontes, moræ impatiens in Italia Matthæus à Baſſio ab aliquibus citò imitatus, noctu ſine ſocio, & ſine licentia digreſſus, Capuccinorum Congregationi appoſuit occaſionem. Alij verò prudentiori zelo coram Miniſtro Generali humiliter ſupplicantes, ad ſolitaria, & viliora loca titulo majoris perfectionis ſeceſſum impetrarunt; unde ſtrictioris Obſervantiæ dimanavit origo. Illam demum Pontificio diplomate jam confirmatam, dum extinguere non potuerunt Quinnonij ſucceſſores, ad maximas devenerunt anguſtias, dum etiam contra Apoſtolica decreta primarios ex Obſervantia Regulari convolare videbant ad Capuccinos. Strictiorē etiam Obſervantiam à ſenſu Quinnonij diſcordantes (licèt intra ipſiùs Obſervantiæ corpus promoveri tentaret) exſtinguere voluerunt

runt Piſottus Generalis,& alij cum ipſo, unde poſtea tribulationis augmentū fuit.

Finem ego crederem utrique parti non condemnandum, dum hi novam in Ordine diviſionem extimeſcentes,ſeceſſum Recollectionis impedire tentabant; iſti verò ex majoris perfectionis deſiderio in ſolitariis locis ſeparati contendebant.

Pro revocandis ad Ordinis unitatem Capuccinis; atque pro impediendo ſaltem Obſervantium ad ipſos continuo digreſſu, multa impetrarunt à Clemente VII. & Paulo III. Apoſtolica diplomata; cum verò aſſurgere non permitteretur ſtrictioris Obſervantiæ Recollectio;niſi ſub Sixto V.finem habere non potuit gravis adeo,& moleſta controverſia,ut in libro de Capuccinis dicetur ex profeſſo. Vide de hoc inf. lib. 10.

Ad ſtrictiorem vivendi modum anhelantium cõtinuos conatus(ne nova introduceretur in Ordinem ſciſſura)efficaciùs impedierunt ſaltem Provinciarum Rectores, quamvis per Bullas Pontificias, atque per Capitulorum generalium decreta ipſorum promotio foveri præciperetur; non ita tamen,quin ſub præfatis Pontificibus, nec non ſub B. Pio V. fortiùs autem ſub Gregorio XIII. atque Clem. VIII. Obſervantium Prælati graviſſimis fuerint agitati turbationibus. Corpus quidē Religionis in integra Regulæ puritate jugiter perſeverans, univerſa, & ſingula relaxationis privilegia ſemper fuit deteſtatum. In tanta verò multitudine cæterarum Congregationum Obſervantibus unitarum, & Obſervantium, etiam ſine meta quotidie excreſcentium,fieri non potuit ex cõditione humanæ fragilitatis, ut ſupra dictum eſt,quin in ſingulari (ſemper enim fuerunt ſingularium) relaxationes paſſim excreſcerent, itaut obſcuratum videretur aurum illud puriſſimum exemplariſſimę perfectionis, quod à principio in Obſevantia Regulari tàm glorioſè præfulgebat. Vt naſcenti malo occurrerent, primò Clemens à Monelia, aliique ejus ſucceſſores Miniſtri Generales, tum ſedula Provinciarum viſitatione, tum efficaciſſimis ad Ordinem Vniverſum encíclicis litteris toto conatu adlaborarunt: Archangeli de Meſſana præ cæteris verè Apoſtolicam Epiſtolam ad Italię Miniſtros, cæteroſque ſubditos datam, dum inde ad partes Vltra-montanas abſcedere, dignum eſt videre in Cronologia Seraphica, cujus aliqua fragmenta juvat hic apponere, ut appareat, quo zelo vigilantiſſimus Generalis vepres naſcentes ut extirparet, ſanctitatis perfectionem in Ordine vel conſervaret, vel reſtauraret, quo ſpiritu exaggeraverit; ſic enim ait poſt aliqua præmiſſa. Cronol. Seraph. Cap Gle. 64.fol.533

[ Ad hoc, ut inquit S. Bonaventura in Epiſtola prima ad Provinciales,potiſſimùm invigilare debet ſollicita cura Paſtoris, ut in commiſſo ſibi grege, meritum virtutis accreſcat, vitiis via claudatur, & detur motibus diſciplina. Sanè cum Evangelici culminis obſervata perfectio hactenus ſpectabiles,& amabiles nos mundo reddiderit,omnique favore, ac reverentia dignos; ecce jam nunc multitudine in procliva tendente, & remiſſiùs agentibus iis, qui præſunt, vitiorum quædam ſentes ſuccreſcere cernuntur, quæ ſacram, ac Venerandam Religionem, & oneroſam, & deſpicabilem reddunt, ac fidelibus populis vertunt in ſcandalum,quod cunctis eſſe debuerat in exemplum. Nam frequentes diſcurſus, & quæſtus importunitas nos viles, & graves efficiunt, & pro quod paucis nolumus eſſe contenti, jam omnibus facti ſumus oneroſi.Horum autem omnium potiſſimam rationem arbitramur, & cauſam, quòd ea, quæ providâ curâ per totius Ordinis providentiam,magno Chriſtianæ pietatis, & Religionis zelo, in generalibus Capitulis prudenter quidem, ac ſalubriter conſtituta ſunt, neglecta minimè ſerventur. Sicque fit divini permiſſione judicij,ut qui modica ſpernunt, in graviora paulatim decidant; quia dum regularis diſciplina negligitur, inſolentiæ creſcunt, ac per hoc interior negligentia circa exercitationem virtutum exteriùs procedit in ſcandalum,per eorum patentem ruinam, qui ſtare videbantur in oculis aliorum. Vnde fit, ut ſanctæ Religionis ſplendor perſulgidus in pallorem degeneret, ſanctitatis pulchritudo ſordeſcat, bonæ opinionis odor computreat,ac nomen Domini,& S. P. N. Franciſci blaſphæmetur.

Quorum omnium, licèt S. Bonaventura cauſam præmiſſam aſſignet; Nos tamen alteram, & proximam ruinarum

noſtri Ordinis, cauſam eam eſſe putamus, quia quamplures Superiores, & ſubditi, non factores verbi, ſed auditores tantùm, ſimiles hominibus conſiderantibus vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo, nec in Evangelica, quàm profitentur, perfectę libertatis lege, & Regula, ut permaneant in ea opere, & veritate, perſpicientes, obliti ſunt Deum, qui eduxit eos de Ægypto mundi hujus, transtulitque in terram promiſſionis, Religionis ſcilicet, & dilectionis Filij ſui; obliti inquam ſunt, quales profitendo fuerint, quid omnipotenti Deo, B. M. ſemper Virgini, B. Franciſco, ac Superiori adſtantibus Angelis, & audientibus hominibus voverint, & promiſerint; & quòd tandem non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, ſed voluntariè, ac ſpontaneè juraverunt, ac firmiter ſtatuerunt cuſtodire judicia juſtitiæ Dei, ipſique vota ſua per labia eorum diſtincta, dum ſe ſe illi in profeſſione ſolemni, quaſi in holocauſtum obtulerunt, reddere.]

Extinctis ſub Sixto V. quas à Capuccinis patiebantur graviſſimis moleſtiis, cum ſtrictioris Obſervantiæ profeſſoribus, tàm in Italia Reformatis, quàm in Hiſpania Diſcalceatis, & in Gallia Recollectis novas Obſervantes ipſi controverſias incurrerunt.

Ad tria potiſſimùm capita tribulationes hujuſmodi reducendæ mihi videntur; primò etenim conſiderabilem omninò injuriam Obſervantiæ imminere, non erat dubium, ex Vicariatu Generali, quem Diſcalceati in Hiſpania ſibi peculiarem impetrare toto conatu procurabant, quem etiam Clemens VIII. jam ferè conceſſerat, licèt ob varias ipſorum Diſcalceatorum ſententias in ipſa Brevis Apoſtolici expeditione magno bono præſentatas, conditionem appoſuerit, per quam negotium illud prorſus evanuit, ad anguſtos enim limites exinde reducebatur Miniſtri Generalis authoritas, & non diminui non poterat Obſervantium fama, nimiæque diviſioni in Ordine janua aperiebatur. Separationi hujuſmodi, vel non adhæſerunt in Italia Reformati, vel advenientis Miniſtri Generalis facilè ceſſerunt authoritati; nihil omninò ſub Clemente legitur in Curia Apoſtolica pro Reformatorum ſeparatione deliberatum. Sub Gregorio XV. tum pro Hiſpaniæ Diſcalceatis, tum pro Italiæ Reformatis expeditis litteris Apoſtolicis ſtabilitus fuit Vicarius Generalis; unde tum Romæ, tum in Curia Catholica maximæ commotiones ortæ ſunt. Conquerebantur Obſervantes, quòd ſtrictioris Obſervantię profeſſores in Religionis dedecus, & perniciem nimium impetrare contenderent; dolebant iſti quòd ab illis ex concepto ſeparationis metu nimiùm oppreſſi traherentur in deſolationem; nec vivente Gregorio Pontifice, quantumvis adhibito Regis Catholici favore, revocari potuit hujuſmodi Vicariorum Generalium inſtitutio: Vrbano autem poſt Gregorium ad S. Petri Cathedram evecto, adnitente in primis Benigno Miniſtro Generali ex Reformata Siciliæ Cuſtodia aſſumpto, ipſiſque de ſtrictiori Obſervantia Italis plenè conſentientibus, immo & deſiderantibus, poſt cauſæ maturam diſcuſſionem Vicarij præfati Generales caſſati fuerunt, & annullati, (quæ omnia in ſequenti libro pleniùs referentur;) admiſſiſque indifferenter ad Generalatum, tàm de Regulari, quàm de ſtrictiori Obſervantia Patribus, omnibuſque ex æquo ſine ulla differentia Generali ſubjectatis; atque demum Reformatorum Cuſtodiis in abſolutas, & independentes Provincias evectis, terminatæ fuerunt in hoc graviſſimę, ac diuturnæ controverſiæ, integra pax ſtabilita, & religioſa concordia.

Ex Reg. Cif-m. & Vltra-m. Ara-cæl. lib. ſeq. allegandis.

Angebantur non leviùs ordinis Rectores ex cauſa Novitiatuum; enim verò Bonaventura de Calatagyrone Miniſtro Generali circa annum 1598. pro Chriſtianorum Principum procuranda, firmandaque pace ex ſummi Pontificis mandato in Galliis hærente, Clemens VIII. non modo de Franciſcana Religione, verum etiam de cæteris ſingulis ad primævam perfectionis excellentiam reformandis, feriò, & diu, deputata etiam ſpeciali ad hoc Prælatorum Congregatione, pertractans, novitios deſideravit in ſola ſtrictiori Obſervãtia recipiẽdos eſſe; ad hoc ut majori in illo rigore educati, abuſus, ac relaxationes (ſi qui inter Obſervantes irrepſiſſent) penitus ignorarent, ex quo illis radicitus extirpatis, Obſervãtia tota faciliùs, & ſecuriùs proceſſu temporis ex integro reformaretur. Hoc idem Bonaventura Generalis in ſua ad Patres Capitulares Epiſtola an. 1600.

Arch. Aracæ. Regeſt. Cif m. P. Pauli de Gravina fol. 103. & ſeq.

pro reformatione, atque pro pace ſtabiliẽda de mente Pontificis inſinuavit; nec ſub Clemente potuit circa hoc aliquid innovari niſi per aliquas licentias particulares, & ſub variis reſtrictionibus, quæ ferè ad idem collimabant. Primò etenim in Capitulo Valliſoletano anno 1593. lectis conſtitutionibus à Cardinali Matthæyo Ordinis Protectore tranſmiſſis, vigeſima nona hæc erat; *Novitij, tum Clerici, tum Laici profeſſionem non emittant niſi, in locis ad novitiatum praordinatis: curetur autem, ut loca hujuſmodi ſint inter reformationes.*

Poſtquam verò Clemens ipſo anno 1596. univerſali decreto prohibuit generaliter in unaquaque Religione Novitiorum receptionem, ſivè ad habitum, ſivè ad profeſſionem; exceptis in repetita decreti illius confirmatione an. 1599. Carthuſianis, Fratribus Minoribus ſtrictioris Obſervantiæ, aliiſque nonnullis; quamvis demum Religionibus ferè omnibus ſub præfinitis conditionibus novitiatus conceſſerit; prænarratam tamen ſuam determinationem in generali revocare noluit; ex hoc crediderim, quòd abundanter Obſervãtiæ proviſum fuiſſe videretur, dum in Conventibus reformatis ſub eodem Miniſtro Provinciali cum Oſervantibus novitiatus haberent omninò liberos: novitij ſiquidem formaliter interrogari debebant, an in Regulari, vel in ſtrictiori Obſervantia eligerent incolatum?

In Bul. novo t. 3. bulla 31. Paul. V. §. 7. Paulum V. propenſiori benignitate licentias particulares paſſim prò novitiis in Obſervantia recipiendis conceſſiſſe, patet ex Archivio Ara-celitano in Regiſtris Ciſmontanis, patet & in ejus bulla *Poſtulat Apoſtolici &c. Datum Romæ die 4. Februarij* 1607. in qua expreſsè decernitur, quòd Novitij in Capitulis Provincialibus recipiendi interrogentur, an ad novitiatum inter Obſervantes, vel inter Reformatos intrare velint?

Vrbanus VIII. quamvis in ipſo Pontificatus initio novitiatus Obſervantibus conceſſos anno 1624. in extinctione Vicariorum Generalium revocaverit; iterum tamen anno ipſo 1624. die 27. Auguſti ſupplicante Benigno Generali reſtituit, ut unicus in ſingulis Provincijs novitiatus inſtitui poſſet indulgens. Verùm inter decreta ſpecialis Congregationis per ipſum deputatæ anno 1625. hoc unum fuit de Pontificis mandato, & renovatis in hac parte Clementis VIII. decretis, in ſolis ſtrictoris Obſervantiæ Conventibus Novitij recipi poſſent, ac educari; atque anno 1628. in Congregatione Generali Romana per D. Secretarium ſacræ Congregationis Cardinalium intimatum fuit tunc demùm à Pontifice licentiam Generalem in Obſervantia ipſa conceſſum iri, cum abuſus particulares inibi recitatos in Obſervantia, vel nunquam introductos, vel jàm extirpatos fuiſſe conſtiterit. Ibid. & in Cronol. Seraph.

His ſuppoſitis Ioannes Baptiſta de Campanea ad Generalatum evectus, primo in Vrbem ingreſſu ſacram ipſam Congregationem pro recipiendis ubique Novitiis humiliter ſupplicans, ad votum impetravit, ut per annuas licentias novitiatus per omnes Obſervantium Provincias concederẽtur, quas gratiosè ſemper hubuerunt niſi in caſu Religionibus ferè cæteris communi. Tandem Ioſeph Ximenes Samaniego Miniſter Generalis poſt Romanam Congregationem anno 1679. decretis per omnes, & ſingulas per Italiam Obſervantium Provincias domibus Recollectis, vitæque ſpecialis legibus præfixis, atque Pontificio diplomate ſtabilitis, ut liberè omnino in his novitiatus erigerentur, impetravit, maximo Regularis Obſervantiæ bono, grandi honore. Reg. Ciſm. Aracæl. Pris Dominici de Neapoli fol. 50. Ex ſtatutis noviſſimis 1680.

Omnium autem fortè graviſſima credita eſt, quę pro totius Ordinis Reformatione fuit introducta, turbatio. Iulius III. Regularium omnium primævam perfectionem Apoſtolico zelo intendens, etiam extraneos in Obſervantiæ Regularis Viſitatores Apoſtolicos deſiderare ſeſe profeſſus eſt (ut fuſiùs in Regeſto Vltra-montano apud Aram-Cæli eſt videre) hujuſmodi alienigenas ſine paſſione, ſine ullo reſpectu efficaciùs acturos fore ſibi perſuadens: ſinceriùs autem informatus, quòd viri commodo equitatu incedentes, licitas vitæ commoditates non abhorrentes, continuum Chori laborem, cæteroſque Franciſcanæ vitæ durities, ac mortificationes, ſtrictiſſimaſque leges, ac earum interpretationes, & diſpenſationes prorſus ignorantes, nec abuſus, ſi qui eſſent, poſſent perfectè cognoſcere, nec radicitus evellere, nec veras neceſſitates à palliatis diſtinguere, Arch. Aracæl. Reg. Vltra m. t. 1. fol. 154.

nec

nec tandem pretenſum ſanctę Reformationis negotium ex integro promovere, à propoſito receſſit.

Clemens VIII. pro Eccleſiæ totius ſanctiori perfectione, ſingulari prorſus zelo adlaborans, pro Regularium omniū reſtituenda ſanctitate, graviſſima, atque ſanctiſſima decreta edidit, atque inſtituta ad hoc Prælatorum ſpeciali Congregatione inveſtigandis, & corrigendis Religionum abuſibus, continua applicatione laboravit. Vt autem ſpecialiter in Obſervantia Regulari priſtinę perfectionis ſplendor ex integro reſtitueretur, cum Archangelo de Meſſana Miniſtro Generali, cæteriſque Ordinis Patribus primariis ſępiùs, ac ſeriùs pertractans, Novitios hujus rei gratiâ in ſola ſtrictiori Obſervantia deſiderans, negotium tandem univerſum Generali capitulo Ordinis demandavit, quatenus per deputatos Viſitatores Reformatio ipſa efficaciùs promoveretur, & ſtabiliretur, quod non ſine fructu factum fuiſſe conſpexit. (Arch. Aracæl. ex Reg. Vltra m. & Ciſ. m.)

Idipſum ſub Gregorio XV. majori ardore, Ordiniſque graviſſima perturbatione promotum, majores à principio moleſtias Religioni univerſæ illaturum fore videbatur; Pontifex enim, vel ab aliquibus indiſcreto zelo permotis, vel alia de cauſa excitatus, Viſitatores extraneos ſuper Ordinem univerſum jam in mente ſua decreviſſe publica voce dicebatur. Benignus autem tunc Miniſter Generalis in Gallicana reformatione maximo fructu occupatus, de his novitatibus per Ordinis Procuratorem certior effectus, anno 1622. in Vrbem citiſſimo curſu delatus, atque gratiſſimè à Pontifice exceptus, tota humilitate, magnaque gravitate de veriori ſtatu Religionis, quàm ſancto Pontifici denuntiatus eſſet, potuit edocere. Impetravit itaque, ut revocata de extraneis Viſitatoribus priori determinatione, per Franciſcanos ipſos, utpote de ſuis legibus pleniùs inſtructos negotium reformationis promoveretur; unde Pontifex dato diplomate, *Paſtoralis noſtri &c. Datum die* 27. *ſeptembris* 1622. quod ſupra in Benigno Generali Miniſtro deſcripſimus, rem totam eidem Generali demandatam eſſe voluit. (Ibidem.) (Tom. 1. Orb. Seraph. lib. 3.)

Publicato brevi Apoſtolico, compoſitam per graviores Patres doctiſſimam, integramque formulam pro Ordine dulciter, ſanctèque reformando obtulerunt Generali, in qua ad nationes ſingulas videlicèt Italiam, Germaniā, Galliam, Hiſpaniam, & Belgium, ſpecialiter deſcendendo de abuſibus, qui particulariter in ſingulas irrepſiſſe comperirentur, de abuſuum cauſa, de difficultate, atque modo ſpeciali omnes, & ſingulos evellendi, & omnia ſanctiùs reparandi, ex integro prudenter, doctéque diſſerebatur; quæ omnia in Matritenſi, atque Aracæ-litano Archiviis conſervantur. (Arch. matrit. in Reg. Ord. Arch. Aracæl. Cur. Vltr. Reg. 2.)

Benignus Generalis his omnibus prudentiſſimè præmunitus, ſelectos ex Ordine univerſo Patres vitæ probitate, zelo, prudentia, & doctrina conſpicuos per ſingulas Provincias deſtinavit in Viſitatores ampliſſima, & Apoſtolica authoritate munitos; encicli̇cas litteras Apoſtolico zelo, paternoque affectu plenas dedit ad Provincias univerſas, atque in litteris patentibus formulam ſanctæ reformationis Viſitatoribus ipſis admirabili planè prudentiâ præſcripſit.

Sancti Pontificis, atque piiſſimi Generalis laudabili zelo cooperari voluit Bernardinus de Senis tunc in Vltramōtanis Commiſſarius Generalis, & demum Benigno in Generalatu ſucceſſor; datis enim per omnes Hiſpaniarum Provincias efficaciſſimis litteris, deputatiſque perfectioris notæ Viſitatoribus, negotium reformationis indefeſſo conatū promovit. Quamvis autem Provinciā aliqua, præſertim S. Iacobi rigorem Viſitatorum à principio non approbans interpoſita appellatione, longiorem, dulcioremque (aiebant) methodum reformationis expetere proteſtarentur; per univerſum tamen Ordinem maximo ſæcularium applauſu, admirabili totius Religionis bono, atque non ordinariā Curiæ Apoſtolicæ lætitiā primævam perfectionis excellentiam Provinciæ ferè ſingulæ magna ex parte recuperaſſe denuntiatæ fuerunt.

Hac de cauſa poſt brevem Gregorij Pontificatum Vrbanus VIII. in Cathedra S. Petri ſucceſſor, prædeceſſoris litteris Apoſtolicis pro reformationis negotio pleniſſimè confirmatis, Capitulum Generale Ordinis anno 1624. Romæ cælebrandum, in annum Iubilei 1625. dato Brevi Apoſtolico differri præce-

pit, quò fœliciùs tantum negotium ſine interruptione compleri valeret.

Ibid. Reg. 3. Vltr. Diſpoſitis ergo ad veram reformationem animis, cum abuſus, qui erant, perſonales omninò, & particularium eſſe com probarentur in corpore ſano, ut hi radicitùs evellerentur, nemoque ex ignorantia delinquere poſſet, in Capitulo generali Romano 1625. concordibus omnium Patrum Capitularium votis, nemine diſcrepante conclamatum eſt, nullum penitus extare in Obſervantia Regulari privilegium Regulæ Minoriticæ relaxativum, aut diſpenſativum, omneſque, ac ſingulos Fratres ad Regulæ ipſius omnimodum, litteralemque rigorem juxta Nicolai III. *Exiit*, & Clem. V. *Exivi* Apoſtolicas declarationes in foro conſcientiæ, quacumque rejecta tergiverſatione, vel excuſatione, vel prætextu ſimpliciter obligari; quod ipſum Vrbanus VIII. dato diplomate *Sacroſanctū Apoſtolatus &c. die* 1. *Octobris* 1625. infra recitando ad inſtantiam Miniſtri Generalis confirmavit.

In eodem generali Capitulo futuram pleniorem totius Ordinis Reformationem per integram, & totalem Regularis, atque ſtrictioris Obſervantiæ unionem, atque commixtionem, publica multorum voce dicebatur, quòd ex indiſtincta omnium converſatione (ut aliqui putabant) firmandam eſſe in omnibus perfectionis æmulationem, atque eliminandas fortiùs particularium relaxationes ſperaretur: de qua tamen unione, cum nec verbum quidem factum fuiſſet in Capitulo à Patribus gravioribus, ſeſe deluſos eſſe indoluerunt hujuſmodi vani rumoris auctores, duce Bernardino de Moncalvo Ex-Procuratore Generali in Curia Romana, & in abſentia Benigni Miniſtri, in Italia Vicario Generali. Paulò poſt celebrata Comitia per Congregationem Prælatorum Viſitationis Apoſtolicæ ex vivæ vocis Oraculo Sanctiſſimi publicata fuerunt decreta, quæ ſequuntur.

Regeſt. Ciſm 1626 fol. 450. 1. Quòd Miniſter Generalis, & in ejus abſentia Commiſſarius Generalis habeat eandem authoritatem in Fratres Reformatos ſtrictioris Obſervantiæ, quam habet in Obſervantes de Familia, ſicut in Regula continetur, ipſique Reformati unanimiter poſtularunt; Congregatio ſuper hoc à Sanctitate ſua inſtituta approbavit, & Paulus V. per bullam: *Populat Apoſtolica, &c.* inferiùs recitandam jam ordinaverat.

2. Viſitatores Reformatorum, uti ampliùs non neceſſarios, eſſe auferendos, prout etiam ab omnibus Reformatorum Cuſtodibus pro majori eorum pace ſupplicatum extitit.

3. Servandum eſſe generale Familiæ Ciſmontanæ ſtatutum, per quod decernitur, ut novitiatus inter Reformatos deligantur, & ubi in Cuſtodiis Reformatorum arbitrio Miniſtri Generalis, & Commiſſarij Generalis, ut ſupra, Conventus ad hunc finem apti, & idonei reperiri non poſſint, præcipit Sanctitas ſua, ut in Capitulo cujuſcumque Provinciæ ab eodem Miniſtro, vel Commiſſario Generali aſſignentur Conventus Obſervantium de Familia ad Novitiorum educationem convenientes, & apti, & in bis Conventibus non poſſint morari niſi Reformati.

4. Quòd in Provinciis, in quibus idonei, & ſufficientes Patres Reformati reperiuntur, prout prędictus Miniſter, ſive Commiſſarius Generalis declarabit, & expedire videbitur, Reformati in Miniſtros Provinciales eligantur in Capitulis Provincialibus per vota ſecreta, ſervatâ tamen formâ Brevis Pauli V. *In ſupremo &c.* quo caſu electio Cuſtodis omittatur, quæ tamen electio Cuſtodis fiat, ſi Miniſter Provincialis fuerit electus de Familia.

5. Declarat Sanctitas ſua Diſcretos locales impoſterum nullatenus eſſe eligendos, ut ſic Cis-montana Familia Vltra-montanæ conformetur. Romæ die 27. Septembris 1625. à Cardinali Bandino ſubſcripta, appoſito ſigillo.

Decreta hæc Obſervantibus dura viſa ſunt, Benignum olim ſibi amiciſſimum, nunc infeſtum accuſantibus; officia ſibi Conventus, atque Novitiatus ſubtrahi graviſſimè dolebant; præſertim verò Bernardinus de Moncaluo à ſpe obtinendi Commiſſariatus Generalis excluſus, plurimas, atque graviſſimas querelas manuſcriptis, atque ſuppreſſo nomine impreſſis libellis, contra Miniſtrum, & Commiſſarium Generales, contra Procuratorem Ordinis, quos ſparſit per Italiam. Quorum cum unum ex parte legiſſet Pontifex, gravi, juſtaque actus indignatione ipſum Prælatis nonnullis

exami

Arch. Ara-cœl. Regeſ. Ciſ-m. P. Nicolai de Peruſio part. 5. fol. 300. ad 333.

examinandum tradidit: cum verò deinde P. Ioſeph de Caſali repetitis nimium Moncalvi libellis indignatus, quaſi pro Religionis honore, librum publicaſſet, cui titulus, *Deciſiones canonicæ, & reſponſivæ ad argumenta Moncalvi contra Generalium Prælatorum conſilia & decreta*, quem & ſub die 4. Septembris 1627. Generali dedicaverat; Miniſter Generalis Ordinis quieti, ſimul, & honori conſulturus, de mandato etiam expreſſo Romani Pontificis, graviſſimo edicto ſub die 28. Martij 1628. ſeriò interdixit ſub cenſuris, pœniſque perarduis, ſibimet reſervatis, ne quiſquam apologeticos libros, ſive pro particularis perſonæ, ſive pro Religionis in communi negotiis auderet, vel imprimere, vel publicare.

Ibidem.

Moncalvus integro ferè triennio commotis Provinciis penè omnibus, omnium in ſe compromiſſa procuravit, ad hoc ut tamquam ipſarum Procurator particularis ab Vrbe non poſſet expelli, ubi jam ex anteactis officiis cognitus, evicit tandem, Franciſco Cardinale Barberino favente, ut nova Prælatorum Congregatio inſtitueretur à Pōtifice pro componendis Obſervantium, & Reformatorum Controverſiis; revera tamen, ut prænotata decreta ex ſecreto Prælatorum favore penitus caſſerētur, poſſet impetrare. Cardinalis autem ſancti Onuphrij ad Fagnanum hujus Congregationis Secretarium ſcripſit, datis Senogalliæ litteris die 22. Maij 1627. ne uſque ad Miniſtri Generalis in Vrbem regreſſum, vel quid minimum per Prælatos innovaretur. Pater Generalis Bernardinus de Senis in principio an. 1628. Vrbē ingreſſus (ubi vehementiſſimè erat deſideratus) à Pontifice mira benitate exceptus, & auditus, de Prælatorum illorum nimia propenſione in Moncalvum graviùs indoluit, ad cujus inſtantiam, & in ſui ad Vrbis januas jam poſiti contemptum varios illius fautores evocaſſent in Vrbem. De his cæteriſque omnibus Ordinis quietem concernentibus pleniſſimè informatus Pontifex, manuque tangens, quòd Prælati ſæculares de rebus Religionis inexperti ſemper in alterutram partem ex propria affectione propenderent, inhibito Congregationis hujuſmodi ulteriori congreſſu, ordinavit, ut Miniſter Generalis, adhibito graviorum

Ibidem.

Patrum conſilio, intra domeſticos parietes hæc omnia componere deberet. Generalis ergo prævijs circa hæc negotia plurimis congreſſibus, tandem die 9. Februarij 1628. aſſidentibus Commiſſario Generali Ciſ-montano, Commiſſario Curiæ, Ioanne Baptiſta de Monte Corvino, & Benedicto de Sulmone, cum Moncalvo, Maſſæo Taurinenſi Reformatorum Procuratore, Ludovico de Cruce, & Laurentio de Cirentia, fruſtra Moncalvo omnimodam Obſervantium, & Reformatorum unionem expetente (ſuper quo jam priùs à Cardinali S. Onuphrij coram cæteris Prælatis graviùs fuerat objurgatus) Obſervantibus in antiqua ſua amplitudine, ac præeminentia, Reformatiſque ſuis ſub Cuſtodibus ſtabilitis, rem totam ſumma pace compoſuit, perfectamque quietem in univerſa Religione confirmavit. Quæ anno 1639. erectis in Provincias ſtrictioris Obſervantię Cuſtodiis, modoque appoſito, ne Obſervantium Cænobia tàm facilè ad Reformatos devoluerentur, firmiùs ſtabilita fuit; multoque ampliùs ab omni perturbationis periculo vendicata anno 1679. dum Ioſeph Ximenez Samaniego Generalis ſinceriùs informato Pontif. evacuatiſque qui ex quorumdam cauſa multiplicati erant contra Ordinem tumultibus, domibus Recollectis per optimas leges ad ſanctiorem Novitiorum educationem præſignatis, Obſervantiam univerſam antiquo ſuo decori, perfectæque paci reſtituit, ac quieti; quin, & per ſaluberrima decreta Apoſtolicis litteris confirmata contra Fratrum particularium abuſus viriliter pugnans, Ordinis univerſi decorem, atque ſalutem ſartam, tectamque voluit; quem iterum per Innocentij XI. præallegatam bullam ad Regulæ integrum rigorem juxta Nicolai III. & Clementis V. decretales (reſervato ſolùm, non ad relaxationem, ſed ad majorem facilitatem, Syndico Apoſtolico, quem Martinianum dicunt) obligatum eſſe, voluit declarari.

Ex ſtatutis noviſſimis 1679.

## CAPVT XIII.

*Status præſens Regularis Obſervantiæ.*

AD conſervandam, vel potiùs reſtituendam Regulæ Seraphicæ puritatem

tatem, Ordiniſque Minoritici eximiam perfectionem, fuiſſe per zelotes Seraphici Patriarchæ filios ſtabilitam Regularem Obſervantiam, non dubitatur; quæ idcirco ſucceſſivè per Summos Pontifices ab Ordinis Communitate ſeparata permanſit. Quo ferè incredibili pœnitentiæ rigore, quo Angelico vitæ candore ſuis in initijs, in ſolitariis ſuis tuguriis viverent, jam ſupra hoc in libro cap. 2. abundè deſcripſimus. Quàm tenaci conſtantia Sanctiſſimos rigores longo annorum ſpatio conſervare ſtuduerint, ex
Vvad. t. 6. 1455. n. 89. & 90. ampliſſima B. Capiſtranenſis Epiſtola adnoſtri temporis inſtructionem juvat hîc edicere litteraliter ex Vvadingo [ Recentem plantulam, & tenellos Fratres domus Cracovienſis à Capiſtrano, uti diximus, paulò antea fundatæ per virtutis ſemitam benè ambulantes faſcinavit Petrus Hungarus ex Iudæo Chriſtianus, qui ex Coventualibus ante biennium tranſivit ad Obſervantes, vel quiſpiam alius, & tanquam inimicus Crucis Chriſti nolens ejus mortificationem jugiter in ſuo corpore portare, condemnabat omnia genera pœnitentiarum, quę Capiſtranus, aut ejus Vicarius Veronenſis ultra Regulæ normam introduxerant, aut ſubeunda præſcripſerant. De his admonuit Fr. Ladiſlaus Guardianus Cracovienſis Veronenſem Commiſſarium Viēnæ degentem, qui litteras Capiſtrano porrexit. Ille dolens in ſuis diſcipulis fervorem imminui, aut conturbari ſpiritum iniquis ſeductionibus, à bonis feriantes ad meritoria ſupererogationis opera his litteris excitavit.

*Dilectis Filiis, quos iterum in ſpiritu parturio Patribus, & Fratribus Cracovienſibus Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ.*

Venerandi Patres, dilectiſſimique fratres, & filij in Chriſto Ieſu ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Quia nec debet, nec poteſt Mater filium ſuum obliviſci, ut teſtatur Iſaias, ſitque mihi erga vos major quàm matri inſita dilectio, cogor tamen charitatis ardore, tum viſione litterarum quarumdam. R. P. Vicario veſtro per Venerandum Patrem Fr. Ladiſlaum Guardianum veſtrum directarum, hanc Epiſtolam vobis tranſmittere. Vt itaque, quę dicturus ſum, exordiar: cum de Rheni partibus maximis cum laboribus, & viarum diſcriminibus Viennam applicuiſſem, ubi Fratres, & Filios in Domino genitos virtutibus, & Religioſis moribus imbutos velut Angelos reperi, tanto ſum perfuſus gaudio, tantaque repletus lætitia, ut penè laborum omnium, hyemaliumque frigorum, quæ in itinere paſſus ſum, immemor ſim effectus. Sed quia nullum in hac miſera vita gaudium abſque triſtitia eſſe poteſt, teſte Sapiente, qui ait: *Extrema gaudij luctus occupat*, non ſine magno cordis dolore percepi, vos, vel veſtrum aliquos terminorum per Patres veſtros vobis poſitorum tranſgreſſores effectos, itaut audeatis contra bonas familiæ noſtræ ordinationes linguam ut ſerpentes acuere, & os veſtrum in cælum ponere, dicentes: Non ſunt iſta nobis per Regulam impoſita, ut corpora noſtra jejuniis, diſciplinis, vigiliis, cæteriſque mortificationibus affligamus. Quis *Benedictam*, quis pœnitentiales pſalmos cum Letaniis duplicibus quotidie dicendos, quis mortuorum officium ſemper poſt veſperas perſoluendum, quis culpas in Refectorio dicendas, pœnitentiaſque, & diſciplinarum, & panis, & aquæ, & cætera hujuſmodi pro levibus cauſis publicè coram omnibus implenda, quis denique mentales orationes certis horis explendas inſtituit? Quis hæc, & his ſimilia ordinavit? O filij dilectiſſimi, hæc ne eſt doctrina, quam vos, cum adhuc vobiſcum eſſem pluribus ſermonibus docui? Nonne præmiſſa omnia à vobis eſſe ſervanda, quantùm potui, perſuaſi? An fortè tacui vobis, illa per Patres noſtros Italicos hactenus ſervata fuiſſe, & modò quidem ſervari? Legite quæſo ordinationes meas, quas, dum Vicarius Generalis eſſem, Fratribus omnibus curæ meæ ſubjectis direxi, & comperietis, præmiſſa omnia cum magna ſollicitudine eis ſervanda mandari. Non ſunt ergò iſta, ut quidam veritatis inimici homines zizania ſuperſeminantes, quique docent linguas ſuas loqui mendacium, aſſerere conantur noviter adinuenta, ſed per Patres noſtros tàm ſalubriter quàm neceſſariè obſervata. Quiſnam ambigat, majora præmiſſis primorum Fratrum tempore non ſolùm ab ipſo Patriarcha noſtro Franciſco, quinimmò à cæteris ejus

ejus ſociis, & Fratribus ferventiſſimè fuiſſe ſervata? Vbi ſunt nunc Loricæ illæ ferreę, quas ſuper nuda corpuſcula, & inediâ macerata Fratres illi deferebant? Vbi cilicina tegumenta? ubi crebra panis, & aquæ jejunia? ubi orationes aſſiduæ? vigiliæ ſupra modum diffuſæ? ubi diſciplinæ carnem domantes, ac verbera Chriſti repræſentantes? Quis, nunc ex vobis leproſos præ nimia charitate, ut ipſi faciebant, oſculatur? Quis eorum lingit vulnera? Quis nunc ut ipſi, viſibiliter cum hoſte pugnam aggreditur? Quis nunc pro ſummis deliciis contemni, & ab omnibus deſpici deſiderat? Quis nunc à ſero uſque ad manè, ut plures ipſorum nimia ſpiritus dulcedine ducti, in oratione perſiſtit? Vbi nunc ſunt Fratres multa terrarum, & æquorum, ſive marium ſpatia perluſtrantes, ut ſanctum Domini martyrium conſequi valeant, prout B. Franciſcum, Antonium, & plures alios, quorum aliqui, quod flagrabant, aſſecuti ſunt, alij verò, diſponente Deo, pro multorum ſalute ſervati ſunt, feciſſe legimus? AAA. Domine Deus meus neſcio loqui, cum iſta cogito, neſcit enim lingua fervorem dictorum Patrum exprimere: neſcit manus ſcribere; neſcit poſtremò cor, aut animus cogitare. O utinam modò noſtra redirent in priſcos tempora mores; vel ſaltem, ſi propter corporum noſtrorum fragilitatem præmiſſa non poſſumus, eorũ ad minus juxta poſſe imitaremur veſtigia, cum ſcriptum

S. Aug. ſerm. 47. de Sanctis.

ſit: *Qui enim ſanctos Martyres, vel in quantum potuerit noluerit imitari, ad eorum beatitudinem non poterit pervenire.* Sic & nos, niſi Patres noſtros, prout potuerimus, fuerimus imitati, ad eorum beatitudinem nequibimus pervenire. Attendentes itaque Patres noſtri Italici ſupra memorata, & ſi non poſſint primis Patribus adæquari, ſtatuerunt ad minus per hæc pauca, quæ ſupraposita ſunt, ſcilicet vigilias, jejunia, diſciplinas, & cæteras mortificationes, eorum ſequi veſtigia; per quorum quidem Obſervantiam in plures eorum divina gratia ſe abundè diffudit, ita ut aliquos Spiritus divini eloquij impleverit, alios vitæ ſanctimonia, & exemplaritate dotaverit, quoſdam verò ad tantam perduxerit gratiam, ut etiam in vita, & poſt mortem multorum miraculorum patratores efficerit, ut patet in S. Bernardino, quem pro Sancto univerſa tenet, & veneratur Eccleſia. Non audiatis ergo contrarium vobis aſſerentes, & ſi fortè vel Fr. Petrus Hungarus, quem vobiſcum dimiſi, dum à vobis diſceſſi, qui, & Iudæus primò, & poſtea inter Conventuales nutritus eſt, vel alius quicumque contrarium vobis dixerit, eum tanquam veritatis inimicum, & Patrum veſtrorum operibus contradicentem habete. Cæterùm vos per viſcera Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtor in Domino, ut taliter agatis, quatenus ſi iterum ad vos me reverti oportebit, quemadmodum in his Fratribus conſolatus ſum, ita & in vobis conſoler. Valete in Chriſto Ieſu, filij Chariſſimi, quos Deus Omnipotens Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus benedicat. Amen. Ex Vienna die 2. Ianuarij 1455.

Vad. t. 5. 1430. n. 2. & ſeq.

Quamvis autem ab initio Ioannes de Capiſtrano Ordinis unionem ſincerè affectans, ut Conventuales cum Obſervantibus concordare poſſet, conſtitutiones quaſdam, quæ Martinianæ dicuntur, authoritate Apoſtolica in primo Generaliſſimo Aſſiſienſi Capitulo ediderit ab utraque parte indifferenter obſervandas, in quibus, quantùm ſalva Regulæ integritate licuit, Conventualium jàm inveteratæ libertati aliqualiter indulſit, quæ zelum ſine ſcientia habentibus placere non potuerunt: attamẽ cum, jubente Pontifice, anno 1443. in Vicarium Generalem Cis-montanum electus eſt, alias graviſſimas edidit ſpecialiter pro ſuis Obſervantibus conſtitutiones, in quibus per duodecim, Regulæ capita ex integro diſcurrens, Fratres Regularis Obſervantiæ ad perfectiſſimum vitæ genus, & arctiſſimum Regulæ Franciſcanæ rigorem inſtruxit, & obligavit.

Cronol. Seraph. ad cap. gen. 37. fol. 102.

Hoc eodem ſub titulo, quatenus rejecta quacumque relaxatione, vel diſpenſatione Apoſtolica, ad purum litteræ rigorem Franciſcanam Regulam obſervare profitentur ſecundùm præfatas Capiſtranenſis conſtitutiones (quas in tom. 3. integras dabimus.) Obſervantibus ipſis Leo X. ſigillum, & Titulum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum authoritate Apoſtolica commiſit, eodem modo in hodiernum uſque diem ſine ullo relaxativo Regulæ privilegio

ad omnimodum rigorem juxta decreta-les Nicolai III. *Exiit*, & Clem. V. *Exivi*, vivere tenentur, quod in omnibus ferè Comitiis generalibus totius Religionis nomine inter primas actiones ſemper proclamatur, atque per expreſſum Vrbani VIII. diploma fuit confirmatum; quod lib. 3. in Barnardino de Senis Generali deſcripſimus, incipit: *Sacro ſanctum &c.*

In ſtat. noviſſ. impr. 1680. Hæc meliùs declaravit, atque ſtabilivit Innocentius XI. dato ſequenti diplomate.

INNOCENTIVS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

SOllicitudo paſtoralis officij, quo Catholicæ Eccleſiæ per univerſum Orbem diffuſæ regimini, divina diſpoſitione præſidemus, Nos urget, atque impellit, ut religioſorum Virorum Ordines ad omnipotentis Dei gloriam, & animarum ſalutem, ſapienti pietate ab hac ſancta Sede inſtitutos, magniſque in Eccleſia Dei meritis fulgentes, in ſanctis, & primævis eorum inſtitutis confovere, & conſervare, ac à noxiis, quæ primogeniæ religioſitatis ſpiritum, atque vigorem extinguere, & relaxare poſſent, tueri, & præmunire, fœlicibus illorum in via mandatorum Domini progreſſibus conſulere, quantùm Nobis ex alto conceditur, ſtudeamus. Cum itaque (ſicut accepimus) in pluribus capitulis generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, & noviſſimè in Valliſoletano, quod anno 1670. celebratum fuit, unanimi omnium Fratrum Vocalium conſenſu declaratum, & proteſtatum fuerit, in nullo Regulæ eorumdem Fratrum Minorum præcepto, eatenùs cum Fratribus Minoribus de corpore Obſervantiæ, ſive Obſervãtes, ſivè Reformati, ſive Diſcalceati, ſive Recollecti dicantur, diſpẽſatum fuiſſe, nec ipsũ Obſervãtię corpus ullam unquam admiſiſſe, vel admittere diſpenſationem in Regula, ſed potiùs velle pro viribus, divino favente auxilio, illam purè obſervare, juxta ſummorum Pontificum declarationes, à Fratribus Obſervantibus, ſeu de Obſervantia, in ſuis ſtatutis Generalibus compilatis pro Ciſ-montanis anno 1663. & pro Vltra-montanis 1621. & à Reformatis, Diſcalceatis, & Recollectis in ſuis particularibus Conſtitutionibus reſpectivè admiſſas, & receptas. Nos pro majori hujus proteſtationis firmitate, & ut in Ordine prædicto ſtatus, & regula Fratrum Minorum purè obſervetur, ſingulisque Fratribus pretextus eam tranſgrediendi præcludatur, eandem proteſtationem, & declarationẽ ſupra expreſſam, harum ſerie authoritate Apoſtolica approbantes, & confirmantes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura declaratione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium declaramus, omnes, & ſingulos Fratres de corpore Obſevantiæ dicti Ordinis teneri in conſcientia obſervare Regulam Fratrum Minorum ſancti Franciſci, & præcepta ejus à fæl. rec. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris expoſita, & numerata, ad formam Conſtitutionum prædictarum reſpectivè, & ſignanter præter præcepta, quæ non ita frequenter occurrunt, & recitationem divini officij, teneri ad jejunia præcepta in Regula, niſi excuſet neceſſitas, ad incedendum ſine calceamentis, hoc eſt abſque aliquo, quod pedem cooperiat, cujuſcumque illud materiæ ſit, niſi adſit vera neceſſitas à Prælato approbanda; ad non equitandum, niſi infirmitas, vel neceſſitas judicio Superiorum probata, excuſet: ad vilitatem veſtium juxta prædictas Conſtitutiones reſpectivè; ad nõ utendũ pluribus veſtimentis, quàm illis, quę Regula præſcribit, nempe una Tunica cum caputio, & alia ſine caputio, chorda, & fæmoralibus; nam aliud quodvis veſtimenti genus, ultra prædicta (excepto mantello, ab intio Religionis licito) ut induſia, ſeu camiſia, ſudariola, tunicellæ, & ſimilia ſunt contra Regulam, niſi adſit vera neceſſitas excuſans à pręcepto per Prælatum approbata; ac demum teneri ad capitale præceptum, Religionis Fratrum Minorum de non recipiendis denariis per ſe, vel interpoſitam perſonam. Aliarum enim rerum neceſſariarum poſſunt Fratres Minores de corpore Obſervantiæ hujuſmodi habere uſum, licèt non dominium; denariorum autem, nec dominium, nec uſum: & proinde quævis contrectatio pecuniæ, ſeu denariorum, quę non ſit purè naturalis,

ralis, ſed quæ ſit, quovis modo politica, cujuſcumque Domini ſint denarij, ſeu pecunia, Fratrib⁹ Minoribus de Obſervantia eſt omnino prohibita. Ac propterea omnes, & ſingulas diſpenſationes, conceſſiones, & conſuetudines, ſi quæ contra præmiſſa in corpore Obſervantię Ordinis prædicti reperiantur, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine patibus earundem, tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacuas eſſe, & perpetuò fore decernimus, & declaramus. Declarantes tamen pariter, quòd per præmiſſa non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apoſtolici, cum eorum uſus non ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris proviſus pro puriori illius obſervantione, ſive ejuſmodi Syndici aſſumantur ad præſcriptum Conſtitutionum Nicolai III. & Clem. V prædeceſſorum prædictorum, ſivè ſecundum diſpoſitionem Conſt. rec. mem. Martini IV. & Martin. V. & Pauli IV. prædeceſſorum pariter noſtrorum, prout illorum uſus in ſingulis Familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti reſpectivè fuerit receptus. Vt autem in ingreſſu Religionis unuſquiſque de obligationibus, quas aſſumere vult, plenè informetur; ſtatuimus, ut nullus recipiatur ad habitum Regularem in eodem Ordine, niſi priùs plenè informatus ſit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conſcientia, & prævià hac notitià velit probationem ſubire; nec quiſquam admittatur ad profeſſionem regularem, niſi priùs examinatus ſit de intellectu Regulę, & præceptorum ejus juxta prædicta, & deinde immediatè ante illam coram tota Communitate fiat ei proteſtatio, quòd ad Obſervantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis, tunc enumerandis, & exprimendis obligetur in profeſſione, eamque proteſtationem admittat, & ſub ea profeſſionem faciat. Quia verò efficaciùs prædicta obſervandi medium eſt exemplum Prælatorum, ſive Superiorum, ideo ſtatuimus pariter; neminem eligi poſſe in Prælatum, ſive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Obſervantiæ non ſequatur, hoc eſt, qui frequenter equitet, ſeu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excuſetur, habeat; qui induſiis, ſeu camiſiis, aut lineis utatur apud ſe, vel in lecto, qui calceatus incedat; qui jejunia Eccleſiæ, & Regulæ non obſervet; qui aliquando viſus ſit contrectare pecunias, niſi jam per triennium ſaltem emendatus ſit, qui notabiliter defectuoſus ſit in aſſiſtendo Communitatibus Chori, Refectorij, & aliis, prout ſibi in Conſtitutionibus præſcribitur. Porrò electio illius, qui in omnibus præmiſſis vitam communem non ſequatur, irritanda ſit à Prælato, ſive Superiore Generali capta informatione extrajudiciali, pro ſua conſcientia, ſine ſtrepitu judicij, cum conſilio tamen, & aſſenſu trium Fratrum, qui Miniſtri Provinciales, vel ſaltem Diffinitores Provinciæ ſint, vel fuerint: ipſorum autem conſcientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequatur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet, oneramus. Demum ut omnis occaſio tranſgrediendi præceptum, de non contrectandis denariis, ſeu pecuniis auferatur, omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Prælatis, injungimus, ut nulli Religioſo ejuſdem Ordinis permittant adminiſtrationem fundorum, redituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuſcumque Domini illa ſint; & ſignanter, ut nulli Religioſorum Ordinis hujuſmodi permittatur adminiſtratio bonorum temporalium alicujus Monaſterij Monialium, ſub quovis prætextu, aut nomine, nempe Adminiſtratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. Decernentes eaſdē præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd Superiores, & Fratres Ordinis prædicti, alijq; quilibet, cujuſcūq; ſtatus, gradus, ordinis, præeminētię, vel dignitatis exiſtāt, ſeu aliàs ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, ſeu ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas ipſæ præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore juris

clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrę, aut intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente, defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris, ſeu ſtatutorum, & Conſtitutionum dicti Ordinis reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 20. Novembris 1679. Pontif. anno 4.

Hac omnimodæ perfectionis methodo ad ſecundum fere ſuæ introductionis ſæculum ſanctè conſervati, cùm malè apud ſæculares etiam à Conventualibus, & aliis traducerentur; conquerentes apud Iulium II. qui ultra 20. annos Ordinis Protectorem agendo omnia perfectè noverat, honorifico diplomate declarati ſunt eſſe veriſſimi Seraphici Patriarchæ Filij, & Ordinis puritatem ex integro conſervare: incipit; Exponi nobis &c. die 18. April. 1512. quod ſupra in cap. 9. hujus libri ex integro deſcripſimus.

Mirandum ergo non eſt, ſi Seraphicæ hujuſmodi perfectionis titulo, Sanctorumque laborum intuitu, quos pro Eccleſia ſancta Dei per univerſum terræ ambitum, maximo cum animarum fructu tolerare non ceſſant, impensè adeò per Clementem VII. omnibus Chriſtifidelibus fuerint commendati, ut ex ipſius diplomate apparet.

## CLEMENS PAPA VII.

*Univerſis, & ſingulis, quibus hæ noſtræ litteræ exhibebuntur.*

Vvad. t.8. Reg. fol. 215. bul. 31.

QVum dilecti filij Generalis, & Provinciales Miniſtri, ac Commiſſarij, & Officiales ejuſdem Miniſtri Ordinis Minorum de Obſervantia ſæpenumerò pro ſui Ordinis indigentiis, nec minus pro ſanctæ Religionis honore, ac animarum ſalute, huc illuc diſcurrentes, ultrò citróque commigrent, & in diverſis locis negotia dicti Ordinis curaturi reſideant; Nos cupientes, ſincera in Domino eos ubique charitate tractari, & honeſtis favoribus confoveri, vobis omnibus, & ſingulis, quibus has litteras exhiberi contigerit, eoſdem Miniſtrum, Provinciales, Commiſſarios, & Officiales cum omnibus eorum negotiis pro tempore occurrentibus, Dei cauſâ ex animo, ac ſtudiosè commendamus; omnes quidem Dominos temporales, eorumque Locumtenentes, in Domino exhortantes, ac requirentes; univerſis autem Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus Generalibus, cæteriſque in dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutis, præſertimque Vicelegatis, Gubernatoribus, Præſidentibus, Commiſſariis, & quibuſlibet Officialibus noſtris, ac terrarum noſtrarum in virtute ſanctæ Obedientiæ mandantes, ut Miniſtris, Commiſſariis, & Officialibus prædictis omnes honeſtos favores in eorum negotiis pro tempore agendis, ſi, & quoties ab eis requiremini, noſtrâ cauſâ exhibeatis, nec ſolum eos in viſitationibus, & correctionibus ſuarum domorum, aliiſque piis, & laudabilibus operibus non impediatis, ſed etiam omnimodè eis faveatis, auxiliumque pium præſtetis. Quod poſt Deum Omnipotentem recipiemus gratiſſimum: volentes tranſumptis præſentium litterarum manu Notarij publici ſubſcriptis, & dicti Miniſtri Generalis ſigillo munitis, plenam, & eamdem fidem, tàm in judicio, quàm extra ubique adhiberi, quæ adhiberetur, ſi originales litteræ exhiberentur. Datum Romæ, apud S. Petrum die 19. Decembris 1530. Pontif. noſtri anno octavo.

Quod autem paramenta pretioſa habere ſalva Regulæ puritate valeant, eo Vvad. t.7. n. 1499. n.21. quòd vel in donantis, vel in Sedis Apoſtolicę dominio remaneant; jam ab Alexandro VI. Pontificè anno 1499. die 3. Iunij impetraverat Ludovicus à Turre in Ciſ-montanis Vicarius Generalis, ad quietandas Fratrum conſcientias variis ſcrupulis agitatas propter quantitatem, & valorem paramentorum Eccleſiaſticorum, ut liceret tutâ conſcientiâ tenere paramenta deaurata, & prætioſa, quæ

quę eis offeruntur, aut donantur, eiſque ad libitum uti, non obſtantibus aliorum Pontificum declarationibus; quod dato ſequenti diplomate à Leone X. legimus fuiſſe confirmatum.

## LEO PAPA X.

*Dilectis filiis Generali, & Provincialibus, Vicariis, Guardianis, & Fratribus Ord. Fratrum Minorum de Obſervantia.*

Vvad. t.8. Reg 1514. bul.2.Leonis X. MErentur veſtræ devotionis ſinceritas, & Religionis honeſtas, ut ea vobis gratioſè concedamus, quæ veſtrarum conſcientiarum ſerenitatem, & quietem reſpicere dignoſcuntur. Cum itaque, ſicut Nobis nuper exponi feciſtis, licèt fæl. rec. Nicolaus III. & Clemens Papa V. ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri pro conſolidatione ambiguarum, & timoratarum conſcientiarum Fratrum Ordinis veſtri ſerenitate, domos, & loca, & alia bona veſtra, tàm mobilia, quàm immobilia in jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ ſuſceperint; Nihilominus nonnulli veſtrum adhùc hæſitant, an eis domos amplas, & ſpatioſas, quæ in præſentiarùm in veſtro Ordine, & Familia, tàm per Fratres ſpeciali ad hoc facultate, ſive authoritate ſuffultos, quàm per ſæculares ad hoc pia devotione ductos conſtruuntur, & ædificantur, ut potiùs Palatia Magiſtratuum reputari poſſe videantur, quàm habitationes pauperum, inhabitare, & colere, & ſimili modo paramentis, & vaſis Eccleſiaſticis, quæ in numero, & pretio Sanctæ Evangelicæ paupertati, quam profeſſi eſtis, derogare videntur, ac aliis, quibus tàm Ordo, quàm Fratres utuntur communiter, vel diviſim, uti, & in veſtris conventibus illa retinere liceat: Ac propterea nonnulli Conventus relinquere, & ad loca eremitoria ſe transferre, & fugere moliantur, in Divini cultus detrimentum, & ſcandalum populorum, ac Ordinis, & Familiæ perturbationem. Et cum interdum ob magnificentias plurimorum Principum, & aliorum Dominorum, qui non ſecundùm quòd veſtrę convenit paupertati, ſed ſecundùm quòd eorum congruit excellentiæ, volunt, & veſtras domos conſtruere, & pro divino cultu cappas, & planetas, dalmaticas & alia paramenta, & calices, aliaque vaſa ad miniſterium Sacramenti Altaris pro ſummi Dei honore, & gloria piè erogare, & elargiri, talia reſpuere non poſſitis; nec non poſſibilem reſiſtentiam de non recipiendo faciatis, & non ſinãt poſtmodùm iſti tales donantes jam acepta alienare, nec demoliti jam conſtructa permittant; Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut pro pace conſcientiarum veſtrarum, & ut ſine ſtimulo gratum Altiſſimo famulatum exhibere, & in veſtro laudabili officiandi titu continuare poſſitis, ſtatui veſtro ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd domorum, & aliarum rerum tàm pro divino cultu, quàm communi uſu veſtro vobis conceſſarum, ſolùm ad uſum, & non fructum, nec poſſeſſionem cedunt, nec ea ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ mandato alienare poſſitis, ac ad eamdem Sedem illa omnia, quę de novo, ut noſtri Prædeceſſores fecerunt, in proprietatem dictæ Sedis recipimus, pertinent; & quòd ex domorum amplitudine, aut paramentorum duplicitate nihil magis veſtris commoditatibus corporalibus adiiciatis, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, & decernimus, vos illorũ tantùm eſſe Cuſtodes, & non poſſeſſores, & rebus illis abſque veſtræ profeſſionis macula, aut violatione, cum deceat juxta ſolemnitatum celebrationem in ſolemnioribus officijs, & decentioribus paramentis divinam honorare Majeſtatem, & ipſius cultum munificare, & aliis, quibus tàm Ordo, quàm Fratres utuntur, communiter, vel diviſim, uti, potiri liberè, & licitè poſſe, prout etiam fel. rec. Iulius Papa II. Prædeceſſor noſter Fratribus ejuſdem Ordinis, & familiæ Regni Angliæ Illuſtris, conceſſiſſe dicitur; & ſic perpetuis futuris temporibus in Ordine, & Familia veſtris ab omnibus illis Fratribus teneri, & obſervari debere, volumus, & mandamus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 3. Ianuarij 1514. Pontificatus noſtri anno primo.

Quoniam itaque de præſentaneo Regularis Obſervantiæ ſtatu hîc agitur ex profeſſo; ad quem potiſſimùm doctrina illa pertinere non dubitatur, quæ de Legatis

Legatis perpetuis, atque proventibus inde ſubſequentibus determinat, quomodo ſcilicet ad hæc ſe habeant Patres Obſervantes; de quo cum obiter alibi, præſertim cap. de Syndico Apoſtolico dictum ſit; ut integra ſecuritate quid meo videri de hac materia ſentiendum ſit, clariùs, & firmiùs appareat, de ea hîc non agere non potui ex profeſſo.

Noto itaque Obſervantes ex repetitis ſuis proteſtationibus in Generalibus Comitiis, atque per Vrbanum VIII. & noviſſimè per Innocentium XI. approbatis, & confirmatis, ad omnimodum Minoriticæ Regulæ rigorem, excluſo quocumque relaxativo privilegio ſimpliciter obligari; Syndicum tamen *ut vocant* martinianum, qui cum ampliori eſt declaratione, ipſis per eumdem Innocentium novimus eſſe reſervatum.

In annuis verò legatis, aut perpetuis, atque proventibus exinde dimanantibus duo conſideranda occurrunt; nempe teſtamentarii executoris, aut hæredis ad illa ſoluenda naturalis, atque civilis obligatio, necnon Legatariorum jus ad illa recipienda. Nulli itaque dubium, quin hæredes, aut executores ad illa ſimpliciter, & rigoroſè ſoluenda, in conſcientia obligantur, ad quod etiam quolibet de populo inſtante, vel etiam nemine agente, poſſunt à Iudice ex officio ſuo compelli; ut definitum fuiſſe legimus in Clementina *Exivi* de Verb. ſignif. 6. & etiam debent, ad impledam nempe fidelium defunctorum voluntatem, ad refrenandam hæredum avaritiam, necnon ad ſublevandas modis licitis pauperum religioſorum neceſſitates; ut ibi dixerunt Nicol. III. & Clem. V. Romani Pontifices, qui Regulam Minorum in toto rigore declararunt.

Minores itaque de Obſervantia cum ſtàm in particulari, quàm in communi ſint dominij cujuſcumque incapaces, ſuper legata illa, annuoſque provẽtus jus nullũ ſibi poſſunt legitimè vindicare neque vindicãt: illa tamen, ſive libera ſint, ſive cũ oneribus miſſarum, vel officiorum, ſive pro infirmaria, aliaſve ad cauſas particulares (ſalua tamen, & illæſa, ſemper ſua Seraphica paupertate, ideſt ad neceſſitatem, non ad theſaurizationem) cur non valeant cum plena conſcientiæ ſecuritate, ac ſine ulla Regulæ Franciſcanæ violatione, aut diſpenſatione per modnm ſimplicis eleemoſynæ recipere, omninò non video, undè vel leviter ambigendum remaneat. Si enim eleemoſynas cæteras, ſive liberas, ſive cum Miſſarum oneribus indifferenter per Syndicum Apoſtolicum acceptare licet; cur non & eleemoſynas iſtas ex legatis, etiam perpetuis ſibi liberaliter à teſtatore, vel ab hæredibus donatas, dummodò eas non quidem juridicè, & cum titulo ſibi debitas, ſed per modum eleemoſynæ intrinſecè coram Deo recipiant? quòd enim ad hæc præſtanda hæredes cum rigore obligentur, non impedit, quin à Fratribus ut meræ, liberæque eleemoſynæ valeant aceptari.

Quod autem ex Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ aliorum Patrum conſilio advertitur in ſtatutis, præmittendam eſſe de hujuſmodi intentione publicam ſcripturam; quòd ſcilicet in legatis illis jus omninò nullum per Fratres prætendatur; id non ad conſcientiæ quietem (quæ jam ſupponi debet) ſed ad cavenda puſillorum ſcandala deſervire non dubito, ne ſcilicet Fratres Regulæ ſuæ tranſgreſſores eſſe præſumantur.

Quæ itaque ad ambiguitates dirimendas hîc breviter adnotata volui, fuſiùs in Rodriguez tom. 2. q. q. Regul. 126. & apud alios Doctores, ſed potiſſimùm in repetitis Congregationis fabricæ Deciſionibus, nec non in Ordinis noſtri ſtatutis perlegenda remitto.

Quòd autem Leo X. datâ bullâ *Inſtum* &c. quam ſupra hoc in libro retulimus; cum Obſervantibus diſpenſatum eſſe voluerit, ne ad onera Miſſarum tenerentur, quæ ex legatorum perpetuotum obligationibus oriebantur; quorum redditus, & cenſus in reparatione Conventuum ipſorum, quos cum oneribus illis de Conventualitate receperant, partim fuerant conſumpti, partim Monialibus Clariſſis applicati: quod multò magis per B. Pium V. & Clementem VIII. ampliatum fuiſſe prænotavimus: id in cauſa fuiſſe crediderim; quòd legata illa cum pleno jure Clauſtralium illis Conventibus fuiſſent antiqnitùs attributa.

Denique bullam Clementis VII. pro Legatorum hujuſmodi compoſitione juvat apponere.

CLEM

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus regularis Obſervantiæ.*

Vvad. t. 8. 1526. bull. 21. fol. 199. NVper pro parte veſtra Nobis expoſitum fuit, quòd forſan hactenùs contigit, & in futurum etiam contingere poſſet, quòd aliqui Chriſti fideles devotionem ad veſtrum Ordinem, Fratres, & loca ipſius Ordinis gerentes, in eorum teſtamentis, ſeu legata fecerunt, aut facient: quorum ex veſtræ Religionis regulari, & profeſſionis puritate, quàm ſervare cupitis, capaces non eſtis. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum hæredes inſtituti, ſive executores per hujuſmodi teſtatores deputati, in conſcientia ſe gravatos ſentiant, ad pias defunctorum voluntates exequendas, deſuper opportunè vobis, ac ipſis hæredibus, & executoribus conſulere, & providere de Apoſtolica benignitate dignaremur. Nos cupientes, pias ipſorum defunctorum intentiones, & voluntates, quantùm fieri poteſt, exequutioni mandari, & attendentes, quòd in hujuſmodi legatis, & inſtitutionibus mens illorum fuerit, & ſit, veſtram relevare penuriam, ac proinde veſtrorum ſuffragiorum ſpiritualium participes fieri; pro exoneratione quoque conſcientiarum dictorum hæredum, & executorum hujuſmodi, veſtris ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium, authoritate Apoſtolica decernimus, diſponimus, ac firmiter ſtatuimus, & ordinamus, ac vobis concedimus, quòd vos ſinguli Miniſtri Provinciales in veſtris Provinciis, vel Guardiani cum aliquibus diſcretis Fratribus domorum, vel locorum, quibus hujuſmodi legata, & inſtitutiones factæ fuerunt, vel impoſterum fient; quorum non eſtis (ut præfertur) capaces, mediantibus Procuratoribus, & Syndicis eorumdem locorum cum dictis hæredibus, & executoribus ſuper præmiſſis inſtitutionibus, & legatis componere poſſitis, & valeatis, prout vobis ſecundùm æquitatem, & bonam conſcientiam viſum fuerit, ad certam ſummam, & quantitatem pecuniarum, aut rerum per dictos hæredes, aut executores ſemel tantum ſolvendam, & tradendi Fratribus, & locis prædictis ad ipſorum relevandas neceſſitates, ſeu ipſa loca fabricanda; facta deſuper ipſis hæredibus, & executoribus plena, & libera, ac perpetua abſolutione, & quietatione, quæ Apoſtolica authoritate ſit approbata, & roborata; ita quòd deinceps prætextu talium teſtamentorum, inſtitutionum, & legatorum ampliùs moleſtari non poſſint in judicio, vel extra: Non obſtantibus, &c. Datum Romæ die 23. Novembris anno 1526. Pontif. noſtri anno tertio.



Quin & capſam pecuniariam excipiendis piorum eleemoſynis ex Clementis VII. contra Ordinis ſtatuta, diſpenſatione quadam, in Eccleſia appoſitam, Paulus III. Pontifex petentibus Fratribus ad conſervandam in Religione Regulæ puritatem, dato ſequenti diplomate juſſit amoveri.

## PAULUS PAPA III.

*Dilecto Filio Vicario venerabilis Fratris Epiſcopi Civitatis Aprutinæ in ſpiritualibus Generali.*

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Guardianus, & Fratres domus ſanctæ Mariæ Gratiarum extra, & propè muros Civitatis Aprutinæ Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, quòd aliàs fæl. rec. Clemens Papa VII. prædeceſſor noſter ad quorumdam inſtantiam per quaſdam litteras ſuas in forma Brevis, ſtatuit, & ordinavit, quòd in Eccleſia dictæ eorum domus ſanctæ Mariæ Gratiarum de cætero capſa una in perpetuum conſtitueretur, in qua eleemoſynæ pecuniariæ à Chriſti-fidelibus inibi porrigendæ deponerentur, quarum una portio eiſdem Fratribus pro uſibus, & neceſſitatibus ſuis diſtribueretur, reſiduum verò in fabricam dictæ domus, aut in paramenta, & ornamenta ipſius Eccleſiæ converti deberet, prout in eiſdem deſuper confectis litteris pleniùs contineri dicitur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex eo quòd in Regularibus ſtatutis dicti Ordinis expreſsè cavetur, quòd in eorum Eccleſiis capſæ pro colligendis eleemoſynis nullo modo teneri poſſint, multaque exinde jurgia inter dictos Fratres, & ipſius Civitatis incolas, in dies exoriantur, pro ipſorum

Vvad. t. 8. Reg. 1537. bull. 12. fol. 235.

Fratrum parte Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui &c. Tibi per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs, ſi ita ſit, capſam illam dictorum Fratrum ſtatui, ac profeſſioni penitùs repugnantem, ex eadem eorum Eccleſia amoveri facias. Contradictores &c. Invocato ad hoc, &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 30. Martij 1536. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Notandum hìc, quòd cum aliqui Obſervantię rigores ex parte pertæſi, partim verò ex occaſione adeundæ ſuorum parentum hæreditatis, quæ Conventualibus non repugnant, allecti, ad Conventuales ipſos tranſitum facere vellent: informatus de his Alexander VI. ſequenti edita conſtitutione, quaſi Obſervantiæ ipſius manutentioni invigilans, ſic tranſeuntes hæreditatis incapaces declaravit.

## ALEXANDER PAPA VI.

*Dilectis Filiis Fratribus Univerſis Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum*

Vvad. t. 8. in Reg. 1501. bul. Alex. VI. 83.

CVm intellexerimus, quā plures FF. veſtri Ordinis aviditate in bonis parentum, propinquorum, vel affinium ſuorum ſuccedendi, familiam veſtram egredi, & ad Fratres Conventuales ob indulta illis deſuper conceſſa, ſe tranferre, in grave periculum animarum ſuarum (quoniam paupertate, quam ſemèl Deo voverunt, neglectâ, in poſſidendi cupiditates relabuntur) malum exemplum, & Religionis veſtræ vilipendium, ac ſcandalum plurimorum. Nos tranquillitati dicti Ordinis, & Obſervantiæ veſtræ paterna charitate conſulere volentes, ſupplicationibuſque pro parte veſtra Nobis deſuper porrectis inclinati, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium decernimus, nullum profeſſorem dictæ familiæ, qui egrediatur, parentibus propinquis, vel affinibus ſuis in bonis eorumdem quovis modo ſuccedere, nec aliquo indulto Fratribus Conventualibus dicti Ordinis ad id conceſſo, neque etiam Cōventus occaſione profeſſoris ſic egredientis jus aliquod in hæreditate, vel quavis alia ſucceſſione bonorum parentum, & propinquorum prædictorum quomodolibet acquirere, & conſequi poſſe, ſeu debere: præmiſſis indultis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 5. Aprilis 1501. Pontificatus anno decimo. Quod ferè ipſum jam declaraverat Sixtus IV. dato Brevi, *Licèt nos dudum*, &c. die 7. Auguſti 1480. petentibus ipſis Obſervantibus, ne Conventualium privilegio communicarent.

Hos Obſervantiæ honores; ſuppoſitamque perfectionem cum confirmaſſet Apoſtolico diplomate Paulus III. (ut dictum eſt in titulo de Sigillo MiniſtriGeneralis,) cumque poſtmodum eidem Obſervantiæ pro ſanctiori gubernio, ac fœliciori progreſſu Tertiarij etiam Regulares per B. Pium V. fuiſſent ſubjecti; non poſſum intelligere, quo fundamento P. Boverius in ſuorum Capuccinorum Annalibus Obſervantiam ipſam acriter adeò, tanta cum injuria paſſim ſuggillare non erubuerit. Singulari medeſtiâ, tota gravitate, atque irrefragabili evidentia ipſum ex integro confutavit doctiſſimus, atque ab omnibus laudatiſſimus Vvadingus. Ne in re tāti momenti tacitus ego injuſtiſſimas injurias approbare videar; utque de meo nihil apponam, Vvadingi verba, nulla facta additione, hìc juvat exſcribere. *Reſponſ. ad Bover.*

Poſtquam enim nocturnum Matthæi de Baſſio ab Obſervantibus egreſſum, atque acuminati caputij inventionem in Boverio tantopere magnificatam, ex Boverio ipſo tota evidentia confutaſſet, ſubjungit, quæ ſequuntur. [Alia his ſimilia utramque hiſtoriam conferenti occurrent, & ſi in illa Boverij pro his ipſis paſſim in copioſiſſimo Indice præliminari citentur Chronica Ordinis Minorum, illius poſtremæ ſcillicet editionis, neque enim in prioribus quidquam horum licebit aſpicere; fortaſſis aliter iſta habentur apud illos quatuor ſcriptores, quos incorrupta fide, ait Boverius, primùm collegiſſe, & narraſſe res omnes iſtius religioſiſſimi inſtituti. Nomina horum authorum, volumina, quæ ſcripſerunt, (ſed nuſquā hactenus prodierunt) tempus, quo vixerunt, refert ille in præ- Vvad. n. 8. 1525. n. 16. & ſeq.

dicti

dicti Indicis proœmio.

Ibidem. Id porrò cordatos viros malè habet, & univerſum inſtitutum Obſervantium graviter offendit, quòd pro defendendo uno Matthæo, omnes illius vitæ viros Boverius ſeverè damnaverit, & pro illo ſolo liberando à culpabilis fugæ prætenſo reatu, univerſos è quorum cœtu prodierat, gravi, & univerſali noxa violatæ Regulæ, & neglectæ profeſſionis voluerit irretitos. Matthæus quadratum caputium, quod in tabula viderat delineatum, vili, & obſoletæ veſti, quæ ad media crura (ut habent citata chronica) pertingebat, conſuerat, & ſingulari hoc indutus veſtimento, è Conventu, nullo ſalutato, fugit nocte intempeſta: fuit, qui dubitaret, an ob id apoſtaſiæ notam incurrerit? & quidem illius Miniſter tanquam talem plectendum eſſe non dubitabat. Boverius, ut crimen hoc procul faceret, talem effinxit Religionis ſtatum, qualem nullus vir bonus vellet profiteri; & proinde univerſa (inquit) tàm divina, quàm humana jura ab hoc vitio Matthæum immunem eſſe decernunt. Vt opinionem hanc laxatæ diſciplinæ, & deturpatæ Religionis Lectoribus ingereret, totum Ordinem dicit à regulari Obſervantia excidiſſe. Hujus inſtituti honorificum, uſitatumque nomen, *Obſervantiam Regularem* paſſim, & ubique vocat *Inobſervantiam regularem, vel irregularem Obſervantiam, atque Ordinis naufragium*; & proinde perfectam vitę reformationem in Ordine conſequi non potuiſſe Matthæum, aſſeverat. Addit, veram B. Franciſci habitus formam in Ordine periiſſe, & cum ea Regulæ quoque Obſervantiam. Adjungit, non ſatis tutam in ea viam eſſe ad ſalutem: adeò ut inter tentationes diaboli numeret cujuſdam reditum ad Obſervantes. Regularem Obſervantiam tàm in capite, quàm in membris fuiſſe delapſam affirmat, totumque corpus Religionis eſſe corruptum, & univerſum Ordinem eſſe maculatum. Alibi *Obſervantium communis eſt lapſus, contemptibilis vita*. Increpatoria illa Chriſti verba. *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui clauditis Regnum Cælorum, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare:* Obſervantium ſuperioribus accomodat.

Ibidem. n. 19. His, & ſimilibus improperijs paſſim, & ad ſingulas fermè paginas ſcatet uterque, primus præſertim Tomus Boverij; itaut plus fermè operis inſumpſiſſe videatur in deprimendo Obſervantium inſtituto, quàm in extollenda Capuccinorum ſodalitate. Et quidem ego de his tempeſtivè monui religioſiſſimum, & prudentiſſimum virum Hieronymum Narnienſem, tunc hujus ſodalitij Vicarium Generalem, ut antequam typis committerentur, curaret expungi, nec in publicum prodire permitteret tot ſemina diſcordiæ mox orituræ. Ille, uti erat Vir bonus, & pacificus, inito conſilio cum Diffinitoribus, ingruente tunc Congregatione generali, decrevit, ut hujuſmodi graves offenſas tolleret Boverius, neque adeò malè haberet Religionem, ex qua prodierunt, qui prima dederunt exordia, & ex qua deindè ſucceſſerunt per temporum vices, qui adoleſcentem provexerunt, & aliquoties fluctuantem firmaverunt. Id tamen conſequi non potuit, obſiſtente ægro iſtius hominis animo, qui ingenito ardori uſque adeò temperare non poterat, ut indicta vellet, quæ dixit, ingratumve ſubire laborem corrigendi, mutandi, mutilandi tot pagellas, quæ magno ſtudio ſibi antea conſtiterant. Labor eſt renovare laborem, nec cuiquam facilè diſplicet ſui partus ingenij, præſertim infirmi. Quod autem tunc impetrare non poterant Obſervantes, ſe nunc ſperant conſecutos ab Eminentiſſimis Cardinalibus Præfectis Congregationi Indicis librorum, in qua tantæ ſui nominis jacturæ remedium adhiberi impetrarunt per utriuſque tomi prohibitionem, donec corrigantur.

Neque certè huc illos cogendos fuiſſe, prudentes viri dijudicarunt, ſed æquo temperamento leniendos potiùs, quàm gravi ulcere exacerbandos; qui aliundè fortaſſis ægrè ferebant ſcindi Religionem, paulò antea magnâ Leonis Pontificis induſtriâ coagmentatam, & ſibi præripi viros virtute, & doctrina excellentes, aperto iſto latiſſimo oſtio quotidianis hujuſmodi jacturis. Ejuſdem ſunt parentis filij Obſervantes, & Capuccini, ejuſdem Regulæ Profeſſores; Fratres ſunt, ſi non gemelli, ſaltem germani, eâdem exciſi petrâ, eodem utero progeniti. Vndè tanta colluctatio? undè tàm vehemens diſſentio? Ideò fraternè monuerim, cavendum eſſe, ne Ibid. n. 20.

quod Matthæo ejuſque æmulatori, Ludovico Foroſem-proniano undequaque licuiſſe, tanto ſtudio, etiam cum aliorum offenſione, Boverius contendit, trahatur in exemplum, ſi quando ſeneſcente hoc religioſiſſimo inſtituto idipſum intentent alij, & novello germine ſibi perſuaſerint, eſſe reformandum. Nihil tàm vegetum, quod non ſeneſcat; nihil tàm fervidum, quod non tepeſcat; quæ creſcunt, ſingula decreſcunt; quæ naſcuntur, omnia denaſcuntur, nihil unquam in eodem ſtatu permanſit, univerſa ſenſim tendunt ad interitum. Quodnam illud in Eccleſia Dei inſtitutum, cujus fervor non deferbuit; quodque vel penitus exſcindendum, vel aliunde non fuerit renovandum? ſub ipſos ſancti Fräciſci oculos multorum ſpiritus elanguit, & paulò poſtquam deceſſit, plerique ab ejus præceptis reſilierunt. Fæcundiſſimum illud regularis Obſervantiæ germen paulatim à ſeverioris diſciplinæ ardoribus declinavit, atque hi ipſi ferventiſſimi Capuccinorum anteſignani, Matthæus, & Ludovicus à præſcripto ſibi, alijſque aperto tramite deſciverunt; utque Vir doctiſſimus Cardinalis Baronij continuator Appamiarum Epiſcopus ex Boverio notavit:

Spondan. ann. 1525. n. 27.

*Vterque poſtea caputium illud quadratum majori levitate deſeruit, quàm maturitate ſuſceperat: Ludovicus quidem odio in ſodalitiũ, Matthæus amore liberioris prædicationis.* Alias etiam paſſa eſt hæc Religio viciſſitudines, nec defuerunt, qui ante ſæculum unum expletum cauſarentur, conſodales ſuos à præſcriptis ſemitis deflexiſſe, ipſique vellent per alias incedere, quorum importuni conatus non ſemel, neque inerti ſtudio fuerunt comprimendi. Semper in hujuſmodi hominum conſortiis, qui ambulant vias difficiles, & vitam ſectantur auſteriorem, ſive ex quorumdam fervore, ſive ex aliorum tepore, aut quod frequentiùs eſt, ex multorum inſipienti zelo, *Servatur ſub tunica una, & veſte ſimili, cor varium, & omninò diſſimile.*

Richar. à S. Vict. de gradib. charit. c. 4.

Ibid. n. 21.

Erat tunc Obſervantum Generalis Miniſter Franciſcus Quinnonius, ſive ab Angelis, *Vir omni virtutum genere* (teſte Boverio) *ornatus, ob præclara merita à Clemente Pontifice deinde in Cardinalium numerum cooptatus*, qui indefeſſo ſtudio, improboque labore Provincias fermè omnes perambulavit, & quotquot vidit irrepſiſſe abuſus, præſertim contra paupertatem, diligenter eliminavit; uti planè videre eſt ex iis, quæ anno 1525. & præcedentibus enarravimus. Plurimæ aggregatæ ſunt Conventualium domus huic familiæ Obſervantum, & turmatim ex illis Patribus ad iſtos, auſterioris vitæ cupidi confluxerunt: adjunctæ ſunt integræ Provinciæ Reformatorum, qui Conventualibus parebant; acceſſerunt inſuper variæ Congregationes aliarum ſodalitatum, quæ in Bulla unionis à nobis loco ſuo relata, recenſentur. Omnia hæc flumina intrarunt ſimul in Mare magnum Obſervantiæ; nihil mirum ſi præcipiti, rapidoque curſu ſordiunculas aliquas invexerint, quæ diſciplinæ à Sanctis Patribus Bernardino Senenſi, Ioanne Capiſtranenſi, eorumque adjutoribus traditæ, turbarint puritatem. Non adeò facile fuit hominibus laxiorem vitam profeſſis, veterem hominem protinus exuere; neque Superioribus, omnes ſtatim reſcindere abuſus, quos repentini hoſpites intruſerant. Attamen viſum eſt, eos diligenter obſtitiſſe, & paulatim univerſa eliminaſſe, quæ Evangelicæ videbantur paupertati adverſari. Poſſeſſiones omnes ante unionem abdicatæ; dominium tunc omne rejectum; & ſi quæ poſtea comperta ſunt ſub ſpecie honeſti, & liciti fuiſſe retenta, quæ tamen adamuſſim Regulæ non adeò apertè videbantur adaptari, fuerunt penitus ablata. Vbi ex vineis vinum, ex ſylvis ligni pretium, ex alvearibus copia mellis poterat obvenire, omnia reſciſſa ſunt. Eoque proceſſit zelus Quinnonij, qui hoc ipſo anno 1525. regebat, ut paulò antea in Germania inferiori, dum Commiſſarium ageret Familiæ Vltramontanæ, remotis à menſa ſtannicis, fictilia dumtaxat, vel lignea adhiberi voluerit utenſilia; & vitreas præſertim depictas prohibuerit etiam in templis haberi feneſtras. Ferendum tamen in illa regione, & ſtannum, & vitrum, gentis conſuetudo, & utriuſque abundantia perſuadebat; nec tamen apud rigidum paupertatis zelotem quidquam obtinuit.

Vbi ergo tantus erat ardor retinendæ, & undequaque reſtituendæ paupertatis? locus adhuc relictus erat obſervare volentibus; neque adeò exterminata erat à cœtu Obſervantum, ut etiam noc- Ibid. n. 22.

turna fuga, nullâ Superiorum petitâ venia, apud alios eſſet perquirenda. Ioannes demum Fanenſis Miniſter Provinciæ Picenæ, qui tàm vehementi ſtudio Matthæi, & Ludovici conatibus obſiſtebat, eoſque è fuga, incertiſque ſedibus ad clauſtra revocare contendebat, non adeò vituperādus, neq; tàm acri calamo toties per longas annorum ſeries, multaſque narrationum paginas pungendus; ſed vel exinde maximè excuſandus, quòd cum (vel ipſo Boverio teſte) *Vir fuerit eruditus, auctoritate clarus, conſilio, ac rerum agendarum prudentia ſingularis, cui, & in dicendo vis, & animi acrimonia, qua religionis in eo zelum fovebat, abundantiùs inerat.* Non adeò facilè nundum explorato Matthæi, & Ludovici conſilio, Religioni univerſæ (uti non imprudenti judicio ſuſpicabatur) pernicioſo abduci debuerat, ut fugas illas nocturnas perpetuo omnium judicio condemnatas, ſuo ſilentio, vel permiſſu approbaret. Neque verò (uti Boverius admittit) *Matthæus, aut Ludovicus eam ſibi in Ordine authoritatem, aut prudentiæ nomen compararaverant, ut iis de reformatione agentibus, ſtatim factum commendandum, ac eorum ſpiritus, nec dum ullo rerum ſucceſſu probatus, à Paſtore eſſet ſequendus.* Vt de Mattheo pacatioris naturæ viro taceam, Ludovicum refert Boverius *è vita militari ad Ordinem acceſſiſſe, virum fuiſſe ardentioris ingenij, natura audacem, ſagacem, & ad dura quaque toleranda idoneum*; Et cùm fugam arripuit, *nec dum trigeſimum annum attigiſſe, neque ulla in Ordine dignitate, aut concionatorio munere effulſiſſe*: & proinde Miniſtrum Generalem, cùm ejus Epiſtolam circa reformationis ſtudium accepiſſet, *cùm eum animi potiùs levitate, quàm ſolido ſpiritu ductum ſuſpicaretur, ejus concitatum animum rerum pollicitatione compeſcendum, & lenibus potiùs verbis demulcendum, quàm illius votis obſequendum cenſuiſſe.* Qualiter demum his turbinis initiis infœlix ejus finis, & miſerabilis è ſacro cætu receſſus correſpondeant, per quàm latè, nimiſque diffuſè hic ipſe hiſtoricus enarrat.

His adde communem, ſtatutamque Canonum, & Theologorum doctrinam circa clancularium egreſſum è ſeptis Monaſterij, excuſſionemque jugi religioſi, ſpreta obedientia Superiorum; quàm latè, doctiſſiméque expendit nuperrimè eruditus, religioſuſque vir Theophilus Raynaudus, ſcripto integro volumine *de Apoſtaſia à religioſis Ordinibus*, cujus principia, ſeu axiomata univerſa huic fugæ videntur contradicere. Sacris legibus noverat Fanenſis interdictum ſeverè hujuſmodi abitum nulla obtenta, vel petita Superioris licentia, quænam verò poſſent hujuſmodi egreſſum è cœtu religioſo, cui erant emancipati, cohoneſtare, non videbat: tenebatur itaque ſui muneris ratione errantes, uti judicabat, ſuas oves ſive levi ſibilo revocare, ſive paſtorali baculo ad caulam compellere. Et quidem eos in neceſſariis defeciſſe, declarant apertè litteræ Leonis X. hoc ipſo anno 1525. à Clemente renovatæ, in quibus ita habetur. *Cæterùm eadem authoritate, motu, & ſcientia ſimilibus ſtatuit, & ordinavit* (*Leo X*) *quòd in quibuſcumque litteris ad ipſorum Fratrum inſtantiam, ſive ſub annulo Piſcatoris, aut ſub Plumbo, vel per Pœnitentiariam ſuper præmiſſorum aliquo, & inobedientiæ Regularis derogationem, etiam ſuper quibuſvis ſupplicationibus ab eodem Leone, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam de mandato ſpeciali, & abſolutè ſignatis, vel impetratis eatenus, & impetrandis, ſemper, & indeficienter ſubintelligeretur clauſula huiuſmodi*; & de licentia Superioris, & ea durante; *decernens litteras Apoſtolicas hujuſmodi clauſula carentes, nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, in illiſque indifferenter dictam clauſulam, etiamſi non foret appoſita, ſemper tacitè intelligi debere, ejuſdem Prædeceſſoris intentionis fuiſſe &c.* Idque ipſum habent aliæ ejuſdem Clementis, quibus etiam alteras Leoninas ad Miniſtros Generales, & Provinciales Cis-montanos, & Vltra-montanos Reg. Obſervantiæ, cæteroſque Prælatos ejuſdem Ordinis, & ad eorum quemlibet directas, confirmat. Atqui in ipſis *authoritate Apoſtolica ſtatuitur, & ordinatur, quòd nullus Ordinis, & Obſervantiæ hujuſmodi profeſſor, ex tunc de cætero exemptionem, aut indultum Apoſtolicum ſub quavis forma & expreſſione verborum obtinere poſſet, niſi prædictorum Superiorum, aut Commiſſariorum ipſorum in Romana Curia exiſtentium, ad hoc expreſſus accederet aſſenſus: & ſi illa impetraret, nullatenus ſibi ſuffragarentur, quominus eorum obtentu, à Prælatorum ſuorum juriſdictione, & eorum regulari diſciplina exemptus cen-*

 *ſeretur*

*feretur*. Atque in ipſa hac iſtorum Fratrum cauſa ampliùs, & manifeſtiùs doctrinam hanc obſervavit Laurentius Card. Puccius, Epiſcopus Præneſtinus, Summus Pœnitentiarius, in diplomate, per quod Ludovico, Raphaeli Germano Fratri, & Matthæo ex ſpeciali mandato Clementis Pontificis anno 1526. conceſſit, ut vitam extra domos Ordinis agerent eremiticam, dum eos etiam jam extrà clauſtra poſitos, incertaque ſede vagātes teneri voluit, *Vt Superiorum ſuorum licentiam per ſemetipſos, vel per alium, aut alios ipſorum nomine peterent, licet non obtinerent*, ut novum hoc vitæ genus inirent, quam utique licentiam omnium nomine poſtea ipſe poſtulavit Ludovicus. Conſulendæ ſunt binæ illæ à nobis citatæ Clementinæ in Regeſto ad hunc annum (1525) à nobis exhibendæ. Illæ docebunt, quòd quæcumque hujuſmodi licentiæ à Boverio prætenſæ, *ettamſi benè, rectéque impetratæ eſſent, in foro conſcientiæ dumtaxat, non in foro contentioſo, nec contra Religionis jura, conſuetudinem, aut voluntatem valebant.*

An non hæc religioſiſſimæ Congregationis Capuccinorum initia tàm mirabilia, quàm humilia, & deſpicabilia recenſeri poterant abſque tanta integræ, & numeroſæ Familiæ injuria? An non horum ortus explicari, ſi non præmittatur in ſpiritu vehementi tàm magnæ multitudinis miſerabilis interitus? ſed & fœlices Ordinis progreſſus, & nobiliſſimum incrementum longa illa ſerie, ingentique voluminum mole explicari potuit abſque perpetua admixtione alienæ offenſionis. Non adeò deprimendi alij, ut tu extollaris; exilis illa gloria, quæ aliorum acquiritur contumeliâ. Vera illa laus eſt, quæ non indignè quæritur, ſed proprijs meritis tenetur. Libuit fraternā, mitemque hanc querimoniam hîc opportunè præmittere, per quam ſatiſfactum iri cupimus querelis Obſervantum, monitóſque Patres Capuccinos, ita nos rerum ſuarum hiſtoriam aggredi, ut in ipſo narrationis veſtibulo univerſum procul fecerimus contentionis ſtudium, & partium æmulationem. Quæ in Dei gloriam cedunt, & Franciſcanum nomen attollunt, æquo omniū noſtrarum Congregationum affectu ſcribimus; nulli ſuas glorias invidemus; per univerſam noſtram hiſtoriam huc-uſque inoffenſo decurrimus pede, nulli offenſionem præbentes, omnibus debitum miniſtrantes obſequium. Viros ſive doctrinâ, ſive pietate, aut dignitate illuſtres ubique modeſtè laudavimus, aliorum vitia, ubi dicere oportuit, non tacuimus: illos dedimus in exemplum; hæc narravimus ad correptionem. Hanc porrò narrationis ſeriem in referendis hujus religioſiſſimæ Congregationis rebus proſequemur, preſſiùs quidem, ſed accuratiùs, & tranquilliori animo ſingula per ſuos annos, omiſſis levioribus, & amarulentis, pro noſtro more diſtribuentes.]

Hæc ex Vuadingo litteraliter, nec verbum quidem de meo, vel ſuper addendo, vel diminuendo, ad hiſtoriæ ſinceritatem debui apponere.

Et revera anno 1651. ex S. Congregationis Indicis decreto ſuſpenſi fuerunt Patrum Capuccinorum Annales authore Boverio compoſiti, atque pro examine ad correctionem Patris Lezanæ ex ſacro Carmelitarum Ordine in Vrbe à doctrina, & pietate notiſſimo commiſſi, & tandem 1652. expedito ſequenti Decreto fuerunt iterum permiſſi, quod in folijs cum ipſa correctione ſeparatis publicactum fuit, atque typis impreſſum.

*Ex Arch. Aracel. Reg. Ciſ. m. Patris Migloracij.*

[Sacra Congregatio Indicis facultatem concedit Fratribus Minoribus Capuccinis, ut poſſint iterum imprimere, ac in lucem edere Annales ſui Ordinis Authore Boverio jam ſuſpenſos, adhibita tamen correctione, & additis proteſtationibus in principio, & fine cujuſlibet libri, juxta decreta Vrbani VIII. Interim verò correctione appoſita dicti Annales impreſſi, liberè, ac licitè ab omnibus legi poſſint. Romæ die 19. Novembris 1652. Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. ſac. Congr. Secr. loco † Sigilli.]

*Ex folio impreſ. de mand. S. Congr. in Arch. Pat. Capuccin. de Vrbe.*

Qua in correctione tàm plurima multis foliis deſcripta, vel emendantur, vel ex integro delentur, ut Annales ipſi à primo ſuo originali, atque à prima impreſſione non mediocriter variati conſpiciantur: unde Obſervantia regularis debito ſuo honori redintegrata compareat: & in hodiernum uſque diem ſimul cum Obſervantia ſtrictiori ſub uno Capite unita in eſſentiali ſua perfectione, atque præeminentia ſanctè perſeveret.

Deſpe

De ſpeciali verò vitæ perfectione, quam in Recollectis ſuis Conventibus mira exemplaritate tuentur, infra lib. 8. ſpecialiter diſſeremus.

## CAPUT XIV.

*Obſervantiæ Regularis primarij honores.*

AD Omnipotentis Dei promovendum cultum, ad Eccleſiæ Romanæ dilatandam fidem, atque imperium (ſi alia uſquam Religio) introductam fuiſſe Fratrum Minorum Obſervantiam Regularem, egregia facta proclamant. Ab exordio ſuo tùm ſanctitate, tùm doctrina, tùm prudentia in agendis, & dexteritate in ultimandis Sedis Apoſtolicæ gravioribus negotiis (ſi ullo unquam tempore) floruit in ſuis Obſervantibus Franciſcana Religio. Quanto exinde Regibus, & populis Chriſtianis fuerit in honore, Conventuum, atque Provinciarum incredibilis penè multiplicatio, etiam inter infideles altè proteſtatur. In generaliſſimo ſiquidem Capitulo Romæ anno 1506. ſub Iulio II. celebrato Provincias 25. cum Cuſtodia Terræ Sanctę in Ciſ-montanis: 21. Provincias, & Cuſtodiam Pietatis recenſebat in Vltramontanis, quot certè nunquam fuerant in Ordinis Communitate. Supperadditis tamen in veteri, & novo Orbe in immenſum Conventibus, atque Provinciis, has ultra centum ſe numerare gloriatur: de quibus jam diximus in fine libri tertij, & ad calcem hiſtoriè diffinitivè loquemur. Orbis Ser. cap. 1. 1. 3.

Speciaiiſſimo ſibi ducendum non immeritò credit honori, quòd ſtatim à ſua introductione Baſilicam Aſſiſienſem S. Mariæ Angelorum de Portiuncula totius Seraphici ædificij lapidem fundamentalem, Eccleſiamque Matricem, tamquã ex ipſius S. Patris oraculo, & ultima volũtate ultrò ſibi à Conventualib⁹ oblatam recipere meruit, veluti excellentiæ ſuę prognoſticum indubiũ, quòd in ipſa totius Ordinis ſuprema dignitas foret conſervanda. Sacratiſſimum etiam Montis Alvernæ locum divinæ in Minoritarum Patrem benignitatis, & propenſionis ſingularis teſtimonium irrefragabile; Fontis Palumbæ celebre itidem in paucis Monaſterium, ubi Seraphicam Regulam Chriſto dictante, ſanctus Pater conſcribere meruit; cæteraque ferè omnia prima Ordinis Cœnobia Franciſcanæ paupertatis glorioſa inſignia ab ipſo Seraphico Patre, ſociiſque ejus vel fabricata, vel habitata, honore prægrandi ſe obtinuiſſe gloriatur; quæ in hodiernum uſque diem, vel in Regulari, vel in ſtrictiori Obſervantia mira pietatis exemplaritate conſervantur.

Sanctiſſimum Ieſu Chriſti Sepulchrum, cæteraquæ Terræ Sanctæ loca orbi univerſo veneranda, ut debito cultu colerentur, præcipientibus Martino V. ac Eugenio IV. ad Obſervantes in ſuis initiis tranſlata fuiſſe legimus; quæ etiamnum, non obſtãte Turcarũ inſatiabili avaritia, & indefeſſa Orientalium oppoſitione, per Regularis, & ſtrictioris Obſervantiæ Fratres indiſtinctè, mundi totius admiratione, & applauſu conſervantur.

Graviora Sedis Apoſtolicæ negotia etiam apud Reges, ac Principes tum fideles, tum infideles exequenda Obſervantibus ab initio continuâ ſerie commiſſa, mira fælicitate ultimata, qui legunt admirantur. B. B. Albertum à Sarthiano, Thomam de Scarlino, Iacobum de Marchia, Iacobum de Primaditiis Bononienſem, Marcum Bononienſem, Bernardinum Feltrenſem, Angelum de Clavaſio Pedemontanum, Ludovicum Bononienſem, alioſque omninò plurimos Citra, & Vltra-montes ad Regum componenda bella, ad tuendam Sedis Apoſtolicæ dignitatem, ad reducendos in obſequium Chriſti, & Eccleſiæ Romanæ Maronitas, Iacobitas, Neſtorianos, Græcos, Armenos; ipſos etiam Ethiopes, ad extirpandos Fraticellos, Manichæos, Huſſitas, cæteroſque illorum temporum hæreticos ad propugnanda in œcumenicis Conciliis dogmata catholica comperimus, paſſim fuiſſe deſtinatos. Griffonis, ſeu Giffonis de Flandria, & Antonij Troiani poſt Griffonem ea fuerunt pro argumento Eccleſiæ Romanæ apud Maronitas virtutis opera, ut Sixti IV. decreto ſancitum fuerit; quòd Nuntius, & Commiſſarius Apoſtolicus in perpetuum ad Maronitas ex Obſervantium familia, ex Vicarij Generalis electione ſit deſtiuandus. Ioannis Capiſtranenſis in Italia contra hæreticos, Vltra-montes ad varia Pontificum obſequia, in Germania Vvad. t. 6. anno 1475. n. 23. &c.

mania, in Bohæmia, in Vngaria, in Polonia, totoque illo Septentrionali diſtrictu contra Manichæos, contra Huſſitas, cæteroſque hæreticos, ad præcipua Regum, & Imperatoris negotia, ad ſcribendos, atque ducendos Cruce ſignatorum exercitus, denique ad Turcas jam victoriis inſolentes, Europæque univerſæ ruinamminitantes, diſſipandos, tales, ac tantæ fuerunt gloriæ, ut ex his ſolis glorificari poſſit integra Religio. Eugenius IV. Romanus Pontifex ſuper humeros Capiſtranenſis, ejuſque Sociorum ſe ſe requieſcere familiariter dicebat: Idem ad Capitulum generale Obſervantium ſcribens ſic mandabat: *Segregate mihi viros in obſequium Sedis Apoſtolicæ ab omni Ordinis officio liberos*: Hoc idem poſt Eugenium Nicolaus V. & poſt Nicolaum Calixtus III. ad eorumdem Obſervantium Capitula ſcribere ſolebant; quod pauperculi Fratres Sedi Apoſtolicæ ſpeciali voto obligati ſummâ lætitiâ, & tota promptitudine exequebantur, Apoſtolicos viros tum doctrinâ, tum prudentiâ, tum ſanctitate valde conſpicuos ad ſpecialia Romani Pontificis mandata ſegregando.

Vvad. t. 5. & 6.

Prædicatores Apoſtolicos primi fructus fideles inter, & infideles ſingulati cum gloria parturiit ſemper Eccleſiæ Catholicæ Religio Seraphica: Antoniũ Paduanum in illius exordio fuiſſe prædicatorum prodigium, atque ſanctitatis portentum, proclamat Orbis univerſus; nec tamen in hyperboles excederem, meo videri, ſi plures Antonios extitiſſe in Obſervantiæ regularis exordio dicerem: Bernardinum Senenſem, Ioannem de Capiſtrano, Iacobum de Marchia, Bernardinum de Feltrio, Iacobum, & Marcum Bononienſes, Albertum de Sarthiano, alioſque plurimos ſuis in locis dabimus, (ubi hæc omnia fuſiùs ex profeſſo deſcribentur) qui petentibus Regibus, Principibus, Vrbibuſque primariis per litteras Apoſt. deputati hinc inde ſine requie diſcurrentes, ſanctificabant orbem, ditabant Empireum, expoliabant Avernum: Cherubinus de Spoleto ſit unus ad inſtar omnium; cui morienti 66. animarum millia obviaſſe leguntur, quæ glorioſa luce circumfuſæ ab inferni faucibus per ejus prędicationem ſe ſe liberatas fuiſſe decantabant.

Vvad. t. 7. 1484. n. 21.

Si de fructibus prædicationis interroges; ſanguinarias Civium factiones, inteſtina bella Chriſtianâ pace compoſita producam, muliebrium vanitatum, ludricorum omnis generis inſtrumentorum altiſſimos acervos in plateis combuſtos, publicos concubinatus veriſſimâ pœnitentiâ emendatos, virorum, & mulierũ pœnitentium plena cœnobia: Propugnata ſanctiſſimi Nominis Ieſus ſolemnis adoratio, ad excitandam fidelium pietatem, atque ad extinguendas Iudæorum, & Iudaizantium Chriſtianorum deteſtabiles uſuras, ad relevandas pauperum fidelium oppreſſiones, Montium pietatis erectio ſanctiſſima, tàm acriter in Accademijs diſputata, tàm ſolemniter in œcuminicis Conciliis, atque in Pontificiis diplomatibus approbata, & in perpetuum confirmata gloriam Obſervantium Prędicatorum altiſſimè deprædicant.

De Obſervantiæ, tum Regularis, tum ſtrictioris indifferenter altiſſimis gloriis magnâ concordiâ proclamantes audire poſſumus occidentales Indias, & orientales; ad quas utraſque ex Obſervãtia Franciſcanos, ſingulariſſimâ gloriâ omnium primi Catholicæ fidei lucem ut inveherent, fuiſſe præ cæteris electos, legimus in omnibus hiſtoriis: pondus diei portarunt, & æſtus, efferatas gentes primi emollierunt, & prædicationis januas cæteris aperire meruerunt. Vvad. t. 8. 1524.

Quin, & ſanguini proprio non parcentes, ut legitimum Dei cultum, debitamque Sedis Apoſtolicæ reverentiam, nec non Sacramentorum Eccleſiæ veritatem, atque ſanctitatem, vel propugnare poſſent, vel propagare, plurimas eſt invenire Obſervantium cohortes, qui hæreticos inter, & idolatras, atque Maumethanos, in omni natione, quæ ſub Cælo eſt, glorioſam mortem oppetere non dubitãtes, proprio ſanguine purpurati coram Cælorum Rege comparere merverunt. Nec ſolos Martyres ſuas inter glorias recenſet; plurimos Eccleſiæ Doctores ex libris impreſſis mundo clariſſimos, ſanctiſſimos Confeſſores per plures Orbi univerſo cognitos, vel jam in Apotheoſim relatos, vel de proximo referendos, alioſque Servos Dei, quorum proceſſus authoritate Apoſtolica confecti in Ordine ad Beatificationem, & Canonizationem magno conatu promoventur, longa ſerie dinumerat; itaut

itaut tùm doctrinæ, tùm ſanctitatis gloriâ ſingulariſſimè præcellat; de ſuorum gentilitia nobilitate in tertia parte dicemus.

Singulariſſimo denique (nec immeritò) ſibi ducit honori, quòd æquiſſimo Sedis Apoſtolicæ judicio tamquam vera, & univerſalis totius Ordinis Reformatio reformationes cæteras partiales, quæ jam præceſſerant, extinctis etiam ipſarum nominibus (ut ſupra dictũ eſt) in ſe ſola receptas, & incorporatas, vel extinxiſſe, vel perfeciſſe Apoſtolica authoritate dicatur; totiuſque inſtituti Seraphici ſupremam præeminentiam, Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum ſigillum, & titulum ejuſdem ſanctæ Sedis inviolabili decreto ita poſſidere promeruit, ut niſi de Obſervantibus (ſive de Regulari, ſive de ſtrictiori perinde eſt) nullus eligi poſſit in totius Ordinis Miniſtrum Generalem.

Vuad. t.8. 2508.n.13. Singularem Pontificum de Regulari Obſervantia exiſtimationem tunc præſertim vidit Orbis univerſus altè conteſtatam, cùm Iulius Pontifex anno 1506. initium dedit conſtructioni magnificentiſſimæ Baſilicæ S. Petri in Vaticano, Bramante Architecto peritiſſimo idæam univerſæ molis ad exactiſſimæ ſymmetriæ elegantiam deſignante. Vaſtiſſimum quidem ædificium, omnium ſacrorum, quæ umquam fuere uſpiam, amplitudine longè auguſtius ſumptus requirebat immenſos, quibus colligendis homines præfecit dignitate conſpicuos, fide commendabiles, induſtriâ probatos. Inter hos potiſſimùm delegavit ſuum Nuncium, & Commiſſarium Hieronymum Torniellum Vicarium Generalem Obſervantum Cis-montanorum anno 1507. electum, cui authoritatem dedit Indulgentias publicandi per viginti quinque Provincias, numerandas ſecundùm morem Ordinis Minorum, multaque privilegia concedendi, aliosque collectores ſibi ſubſtituendi. Hoc munere ille prudenter, & graviter multo operis profectu, & Pontificis laude functus eſt, donec anno 1508. die 8. Auguſti poſt prolixam ægritudinem Mediolani diem clauſit extremum.

Ibid.n.18. Torniello autem in officio Commiſſarij, & Nuncij Apoſtolici pro ſubſidio ſupradictæ fabricæ ſubſtituit Pontifex Franciſcum Zenum olim Vicarium Generalem, Tornielli prædeceſſorem, jam à ſe inſtitutum Nuncium in utriuſque Siciliæ Regno, ejuſque facultates, & authoritatem voluit extendi ad omnes Provincias, quibus præerat Torniellus. Damus hujus extenſionis inſtrumentum.

*Dilecto filio Franciſco Zeno Fratrum Minorum profeſſori in viginti quinque Provinciis Citra-montanis juxta dicti Ordinis morem numerandis Nuncio, & Commiſſario noſtro.*

Dilecte fili &c. Commiſimus tibi per alias noſtras ſub plumbo litteras Indulgentiarum in ſubſidium fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe per Nos conceſſarum in utriùſque Siciliæ Regno publicationem, & executionem. Et quoniam, ſicut accepimus, Hieronymus Torniellus, tunc Ordinis Minorum Vicarius Cis-montanus, quem Nos in viginti quinque Provinciis in dicto Vicariatu, & juxtà morem ipſius Ordinis compræhenſis, dictarum Indulgentiarum Nuncium, & Commiſſarium noſtrum conſtitueramus, diem vitæ ſuæ clauſit extremum: ne negotium Indulgentiarum hujuſmodi, & ipſa fabrica detrimenrum patiantur, motu proprio, & ex certa ſcientia; te, de quo plurimùm in Domino confidimus, quoad ipſas Indulgentias, & Commiſſariatus officium in locum dicti Hieronymi ponimus, mandantes in virtute ſanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis ab eo ad id ſubſtitutis, ut tibi reſubſtituendi à te in dictarum Indulgentiarum negotio in omnibus pareant, ac requiſiti rationem adminiſtrationis reddant, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, &c. die 20. Septembris, 1508. Pontificatus noſtri anno quinto.

Nec difformiter ſub Leone X. atque Adriano, & Clemente Pontificibus hujuſmodi fabricæ Commiſſariatus per Obſervantes ſumma cum laude exercitum fuiſſe comperimus; donec anno 1525. Quinnonius Generalis, ut plurimis Religionis incommodis, plebiſque admirationibus, quæ inde graviùs dimanabant, remedium apponeret, poſt humiles, repetitaſque præces impetravit à Pontifice, ut Fratres ſuos ab hujuſmodi applicatione liberari permitteret.

## CAPVT XV.

### *Obſervantiæ Regularis primarij Promotores.*

QVantâ inter cælites gloriâ ſanctiſſimus Pauperum Patriarcha præfulgeat, quantâque in dies novâ lætitiâ perfundatur, ex filiorum ejus per Orbem univerſum piiſſimis laboribus, glorioſiſque profectibus licet ex parte conjicere. *Gloria Patris eſt ſapientia filij.* Quod autem ipſi fuiſſe à Deo promiſſum, inſinuavimus, nuſquam defuturos uſque ad conſumationem ſæculi, qui Regulæ per ipſum traditæ puriſſimi Zelatores ſancta ejus veſtigia mordicùs imitari contenderent, in dies adimpleri magna cum populorum exultatione cōſpicimus; ſed mirabilem in conſiliis ſuis Deum, hoc ipſum mirabiliori modo in Obſer. Regularis ſeparatione exequutum fuiſſe nunquam ſatis admiramur. Occaſionem veriùs, quàm fundamentum tanto operi præfuiſſe B. Ioannem de Vallibus
Vvad. t. 4. ann. 1351. n. 40. non auſim inficiari; qui anno 1321. Fulginei à Minoribus initiatus magna cura invigilavit Regulæ obſervandæ. Ad majorem deinde perfectionem adſpirans, aſſentiente Gerardo Oddonis Miniſtro Generali anno 1334. ſeceſſit in ſolitudinem ad radices montis Bruliani ſub juriſdictione Camertum. Hic cooperantibus incolis Collis-floridi, erecto paupere tuguriolo cum quatuor Fratribus ſuæ vitæ æmulatoribus vixit annos ſeptemdecim in ſumma vitæ aſperitate, abſtinentia, & carnis maceratione. Anno 1351. pietatis famâ conſpicuus obdormivit ibidem in Domino, ſepultus honorifico, (prout loci fert humilitas.) Tumulo, relicto diſcipulis Regularis Obſervantiæ Zelatoribus magno ſui deſiderio.

Vvad. t. 3. ann. 1355. n. 15. Defuncti partes, zelumque ſuſtinere voluit Frater Gentilis de Spoleto, & quidem fœlici progreſſu, dum quatuor domicilia pro conſodalibus Seraphicæ vitæ puriorem obſervantiam anhelantibus cum aliqua ab Ordinis Prælatis independentia ad ſuæ Congregationis ampliationem impetravit à Clemente
Ibid. t. 4. ann. 1355. n. 1. & 2. VI. Pontifice, Ioanne de Vallibus morti jam propinquo, vel defuncto. Dolentibus autem ſuper inrentatam Religionis ſciſſuram Ordinis Prælati, atque Gentile in Novitiorum receptione (ut ſupra dictum eſt) minus prudenter agente, ideòque per Cardinalem Legatum in vincula conjecto, diſſolutum eſt Recollectionis univerſæ negotium; quamvis Gentilis ipſe poſt labores multos, ærumnaſque toleratas è carcere dimiſſus, ad Ibid. 1362. n. 4. præfatum Brulliani cœnobiolum reverſus, ibidem in pace pio fine quieverit.

Ex horum diſcipulis ſtrictioris vitæ Ibid. 1355. n. 2. 1380. n. 10. 1380. n. 29. deſiderium in Ordinis communitate abſque quetela conſervantibus ſegregavit Deus B. Paaluccium de Trincis Fulginatem, qui citra omnem controverſiam totius obſervantinæ ſeparationis petra fundamentalis majori modeſtia, & prudentia ad fœlicem exitum, quod fruſtra, & imprudenter tentarunt alij, tandem perduxit. Paulutio itaque auctore humili Laico, & ſimplici, mundanâ ſapientiâ penitus deſtituto, ſed ſanguinis nobilitate claro, vitæque ſanctitate longè clariſſimo, hujus mirabilis ædificij moles reſurrexit, & congregatio jam ab Apoſt. Legato hincinde diſperſa, iterum reunita revixit, contra impugnatores omnes triumphavit invicta, & in immenſum propagata ad apicem gloriæ pervenit mundo, & cœlo omni titulo celeberrima. Quantas pro hujus familiæ 1390. n. 6. & ſeq. firmanda ſtabilitate devoraverit ærumnas ſanctus vir, in Vvadingo licet ex parte videre, tanta nihilominus conſolatione à Deo repletus, & divinæ gratiæ augmento, ut vehementer exclamaret; *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Sub finem vitæ cæcus ob lachrymarum continuationem Aſſiſium duci voluit, Seraphici Inſtitutoris ſui veneraturus incunabula, atque ſepulchrum, ubi devotiſſima inſigens oſcula ſancto Patriarchæ humiliter commendavit novellum gregem, qui vitam ab ipſo præſcriptam ſtudebat conſervare, & renovare; quo in ſuſtinendo ad ultimum vitæ ſpiritum ſanctè perſeveravit, donec meritis plenus, dono prophetiæ, ac miraculis ante, & poſt mortem clarus Fulginei juxta divinum ſibi revelatum oraculum ſanctè in Domino quievit, à concivibus, viciniſque populis maximo concurſu, ut Sanctus veneratus; cujus tamen ſepulchrum in hunc uſque diem ignoratum jam aliqualiter indiciatur, ut in tertia parte dicemus.

Ibid. n. 3. & ſeq. Paulutio glorioſè collaborarunt Beati Patres

ti Patres Franciſcus Fabrianenſis non vulgari ſanctitate conſpicuus, Angelus de Monte-Leone ſacræ Theologię Lector, qui viſus eſt in morte in cælum aſcendere magna comitante ſanctorum Fratrum multitudine, cæteraque inter miracula poſt obitum tres mortuos ſuſcitavit, Petrus Narbonenſis, qui anno 1391. Hyeroſolimis glorioſum martyrij agonem pro Chriſto conſumavit; alijque ipſius Socij pietatis famâ lõgè cõſpicui. Præ cæteris autem effulſit B. Ioannes de Strõconio vir omni titulo perfectus, doctus, egregiuſq; Prædicator, ardẽs Regularis Obſervantiæ Zelator, poſt Magiſtri obitum inſtitutus ejus ſucceſſor in regimine, auxit valde familiam vitæ puritate, & ſermonis facundiâ, omnibus gratus, omnibus venerabilis: Cænobia multa vetuſta ad hanc vitæ normam prudẽter reduxit, alia à fundamentis pacificè conſtruxit, viris optimis, tùm à ſæculo, tùm à laxiori vita aſſidua cõcione vocatis, ſodalitatem ſuam magnoperè illuſtravit. Tandem virtutibus, miraculis, & ſpiritu prophetiæ clarus, multis perfunctus laboribus anno 1418. Luceriæ Saracenorum in Provincia S. Angeli ſancto fine requievit.

Vvad. t. 5. per totum. B. Albertus de Sarthiano Atticâ, & Romanâ eloquentiâ inſignis, ſed fructu prædicationis, vitæque ſanctitate longè inſignior, pro Obſervantiæ Regularis invicta defenſione, fœlicique propagatione quàm glorioſè laboraverit, videndum eſt in Vvadingo, & nos in propriis locis enarrabimus. Bernardinus Senenſis eâ, quâ pollebat in concionibus efficaciâ, apud Pontifices honore, apud populos veneratione, Conventus adeò ſuis Obſervantibus in Italia multiplicavit, viros litteris, & pietate conſpicuos, tanta multitudine initiavit, familiam quaſi adhuc in incunabulis vagientem tantâ prudentiâ gubernavit, tantâ authoritate defendit, ut non immeritò communi Patrum calculo Regularis Obſervantiæ Parens, & columna decantetur.

Iacobum de Marchia, Marcum, & Iacobum de Bononia, Angelum de Clavaſio, alioſque plurimos ante, & poſt obitum titulo ſanctitatis in populis veneratos, qui pro dilatanda, vel propugnanda Obſervantium familia glorioſiſſimè decertarunt, ne longior ſim, ultro dimitto, cum in propriis locis de ipſis fuſiùs agatur. Duo verò præcipua ejuſdem Obſervantię ſuſtentacula ex integro præterire ſub ſilentio non poſſum, quippè nutantem illam, & finali ruinæ penè jam proximam ita ſuſtentarunt, ut eam quaſi de novo parturijſſe dici valeant non immeritò.

In graviſſima illa perſecutione, qua ſub anno 1419. apud Pontificem inter alia plurima, etiam de hæreſi delati ab æmulis Obſervantes, tanto cum tremore ad S. Franciſcũ Trans-tyberim Pontificis ſententiam expectabant, ut finali jam excidio expoſiti viderentur; ſolus Capiſtranenſis à cæteris delectus, ſuſcepto in ſe patrocinio innocentium, univerſa oppugnantium argumenta nullo negotio diluit, & Obſervantiam quaſi de novo iterum reſtituit; quàm deindè Citra, & Vltra-montes, ſed præſertim in Germania multiplicatis cœnobiis, initiatis ſine numero juvenibus, ſanctiſſimiſque legibus præſcriptis glorioſſimè dilatavit. Vvad. t. 5. anno 1419. n. 8.

Iterum ſub Sixto IV. agentibus æmulis, cum vix in nihilum diſſipata non abijſſet Obſervantium familia, quam Pontifex ob firmato animo, Cardinalibus in contrarium opponere non audentibus, reuniere, atque Cõventualibus per omnia ſubijcere decreverat; ſolus in ejus defenſionem animo prorsùs invicto ſurrexit B. Marcus de Bononia doctrina, prædicatione, atque prudentia inſignis, ſed ſanctitate inſignior, miraculis in hodiernum uſque diem à Deo glorificatus, auſus eſt ſe ſe pro muro opponere, de ſe ipſo prorsùs non curans, Pontificis indignationem non expaveſcens (utque humano ſenſu loquar) quæ juſta ſunt, reſpondere non dubitavit, adhibitiſque humanis, & cæleſtibus remediis, Pontificis determinationem obtinuit primò ſuſpendi, deinde in meliora pro ſuis commutari, familiamque ſuam velut à manifeſto interitu vindicari. Quæ omnia cum in propriis locis fuſiùs enarrata ſint, ſufficiat hîc pro talium Heroum gloria innuiſſe.

Quid B. Petrus Villacretius (ſi ejus Congregationem intra Obſervantiam cum antiquis ſcriptoribus ſuſtinere velimus) quid B. Petrus Regalatus, jam Beatorum cultu legitimè veneratus, quid cæteri zelantiſſimi Patres in Hiſpaniis, quid in Galliis Heroës illi Nicolaus Rodulphi

dulphi, Ioannes Maubertus, Gilbertus Nicolai, ſive Gabriel Maria nuncupatus, Olivarius Mayllardi ſuorum invicta ſuſtentacula pro Regulari Obſervantia, vel firmanda, vel propaganda glorioſè peregerint, propriis in locis credimus, abundanter fuiſſe declaratum.

## CAPUT XVI.

### *De antiquioritate Obſervantium in Ordine Franciſcano.*

FRatribus Minoribus in ampliſſima Seraphici Patriarchę propagine ſuper Clariſſas, atque ſuper Tertiarios, ſive Regulares, ſive ſæculares antiquioritatis excellentiam deberi, nullibi legitur, in dubium fuiſſe revocatum. Cum verò ſacer ipſe Ordo Minorum jam in Obſervantes de Regulari, & ſtrictiori Obſervãtia, necnon in Conventuales, & Capuccinos, fuerit repartitus; integra claritate, præſertim ex bullis Papalibus, at illæſa charitate dicendum videtur ad perfectam hujus hiſtoriæ intelligentiam, quænam ex memoratis partibus in rigore dicenda ſit antiquior: Hinc enim multò magis eluceſcet, quo fundamento Romani Pontifices præcedentiam obſervantibus inter Minoritas, ut capite duodecimo declaravimus, adjudicaverint.

Triplici ex capite antiquioritas hæc dimetienda videretur, nempe antiquiori, & veriori ex habitus Minoritici forma; deinde ex antiquioribus Ordinis Conventibus; & tertiò ex primæva Regulæ Obſervantia ab Ordine inſtituto conſervata. Quoniam verò habitus forma eſt merum quid extrinſecum, prout ad certas accidentales circumſtantias, V. G. Tunicæ ſtrictioris, vel paulò amplioris, ad rotundum, vel accuminatum, vel quadratum Caputium, non verò ad eſſentialia, nempe ad duas tantum Tunicas de vili panno, cum unico Caputio, cingulo, & fæmoralibus, extenditur; præterquam quòd de illis extrinſecis circumſtantiis nihil in Regula præfinitur, jam per ſanctiſſima Vrbani VIII. & Alexandri VII. decreta cautum eſt, ut de iis diſputari non liceat. Hoc ergo primum, quod allegari poſſet, antiquioritatis fundamentum miſſum facimus, alia duo capita cum rationibus utrique ſingilatim faventibus hiſtoricè producturi.

Patres Conventuales ex majori antiquorum Conventuum poſſeſſione Antiquioritatem iſtam ſibi vindicare poſſe videntur; & ſi Cœnobium cum Templo S. Mariæ de Portiuncula totius Religionis Minoriticæ fundamentũ, aliaque permulta à profeſſoribus Regularis Obſervantiæ; Conventus autem Fontis Palumbæ, ubi ſanctus Pater Regulam Minorum Chriſto dictante conſcripſit, aliique plurimi ab ipſo S. Franciſco recepti à Reformatis de ſtrictiori Obſervantia inhabitentur. Obſervantes verò (de Regulari, & ſtrictiori Obſervantia perinde eſt, utroſque hîc unitim comprehendimus) ex pura Regulæ Obſervantia, qualis à S. Inſtitutore tradita fuit, jus iſtud antiquioritatis ſibi deberi contendunt.

Verùm, ut ab uno membro incipiam, cum in hoc *Conventualium* nomine lateat æquivocatio, fallaciæ organum, & Sophiſmatum Mater, à qua imponendi vim paralogiſmi plerunque naníciſcuntur; Prænotatum volui adiectivum hoc *Conventuale* multa ſubſtantiva, & in vario, & in multiplici ſenſu denominare. Dicitur namque Miſſa *Conventualis*, Eccleſia *Conventualis*, Capitulum *Conventuale*, Prior *Conventualis*, Monachus, ſeu Frater *Conventualis*, & Frater Minor *Conventualis*, & hujuſmodi, quæ recẽſere per ſingula, tàm inutilis, quã ingratus labor evaderet. Affixi autem illius termini nõ æqualis eſt ſignificatio, licèt ab una, eademque origine ſcatriat. Primitivum hujus derivativi nominis *Conventualium*, *Conventus* eſt: Is autem (ommiſſis Grammaticorum interpretationibus, de quibus cum Cæſare de bello Gallico Teſt. Colum. & Prateo. eruditè loquitur P. Francbinus fol. 75.) in ſacris Canonibus ſignificat Collegium, ſeu Capitulum Religioſorum, argum. cap. *Cum ad Monaſterium &c. in Refectorio* de ſtatu Monachorum, ubi dicitur, *Nec in quibuſdam ſolemnitatibus ſicut aliquando fieri conſuevit Conventus exeat cum Abbate, paucis ibi relictis*: & in cap. *Religionum §. ad hæc*, de Religioſ. domibus in 6. in quo habetur; *Nullus Ordo ad alium, vel Conventus ad Conventum, ſe, ac loca ſua totaliter transferat*: & in cap.

Edoceri

*Edoceri* de reſcript:(quod allegat P.Franchinus, in quo vocatur *Conventus Monachorum* fortè à legitimè conveniendo pro deliberatione alicujus negotij publici dictus ; ſicut illegitimus *Conventus*, hoc eſt abſque licentia Prælatorum Cōgregatio facta dicitur *Conventiculum* cap. *Multis* 17. *diſt* extat etiam Conventus ſynodalis, Congregatio nempe Clericorum in Synodo, ut tangitur in cap. *Congregato* 16. q.7.

Habita explicatione primitivi, patebit etiam ſignificatum derivativi;à Conventu enim denominatur Miſſa, Eccleſia, Capitulum, Prior, Monachus, & Fr. Conventualis. Sicut autem, Teſte Philoſopho in poſtprædicam : *Habere* multis modis dicitur, ita *eſſe Conventualem* multis modis, & ad varios ſenſus refertur: aliquoties enim refertur ad loca, aliquoties ad actionem, aliquoties ad perſonam, modò ſingulis quadrare poteſt,modò multitudini congregatæ.Miſſa namque *Conventualis* eſt actio ſacra, ad quam omnes de Collegio convenire debent, ut ſancitur in cap. *Cum creatura* 2. *de celebrat. Miſſar.* in quo ſtatuitur ; *Pro feſto, vel feria ſecundùm temporum congruentiam Miſſarum ſolemnia conventualiter celebrentur.* Eccleſia *Conventualis* dicitur, ubi adeſt Religioſorum Capitulum, argum. *Gloſſ. in cap. Monachi &c.* Priores de ſtat. Monachor. in verbo, *Non mutentur*, Priores *Conventuales* ſunt,qui præſunt Conventui, ut habetur in cap. Monachi, ſic ſtatuente; *Priores in Eccleſiis Conventualibus per electionem Capitulorum ſuorum canonicè factam non mutentur.* Capitulum *Conventuale* eſt,ad quod conveniunt omnes ejuſdem Religioſæ Congregationis in eodem Clauſtro manentes, uti Capitulum Provinciale, & Capitulum Generale dicuntur ea, ad quæ confluunt, vel à Provincia, vel à tota Religione ij, qui habent legitimam ſuffragādi authoritatem. Frater, ſeu Monachus *Conventualis* eſt, qui in Clauſtro,cujus dicitur *Conventualis* locum,ſeu manſionem habet de familia ; eò quia per Canones *Monachus non habet locum in diverſis Monaſteriis*. Cap. *Ne nimia* de Religioſ. domibus. Ex his patet, quàm multipliciter accipiatur hoc adjectivum *Conventualis*,& *Conventuale*, quàm varia ſignificet, licet à *Conventu* uno nempe nomine derivetur.

Videndum modò, an nomen *Conventualis* Minoritæ, prout eſt diſtinctivum contra *Obſervantes* ſic accipiatur, ut ſuam denominationem deſumat à Conventu, ſeu Collegio, vel Capitulo : clarè autem patet, quòd non, quia diſtinctivum alicujus contra aliud nequit illi convenire, contra quod diſtinguit,aliter non diſtingueret ab illo. Si enim rationale eſt diſtinctivum hominis contra brutum, liquet quòd nequit bruto convenire, aliàs brutum ab homine per rationale, vel è contra non differret ; hęc eſt communiſſima Summuliſtarum, ſeu Dialecticorum doctrina ex Philoſopho. Si ergo Conventualis, ut eſt diſtinctivum Fratris Minoris contra Fratrem Minorem Obſervantem, diceretur à Conventu, in quo Conventualis inhabitat, omnino neceſſe foret, Obſervantem in Conventu non habitare, aliter etiam ipſe juremerito *Conventualis* diceretur;ſed quis ſanæ mentis hoc admitteret ? dicendum ergo, quòd in alio ſenſu ab enarratis Miſſa, Eccleſia, Capitulo, Priore, & Monacho Conventualibus accipiatur Frater Minor Conventualis, ad cujus favorem univerſus hic Patris Franchini labor militare non dubitatur.

Germanus autem ſenſus eſt,quòd Frater Minor Conventualis eſt ille,qui Regulam Fratrum Minorum Sedis Apoſtolicæ privilegiis mitigatam profitetur; Minor autem Obſervans eſt ille,qui Regulam Minorum ſimpliciter profitetur, ut innuit Paulus V. in bulla Paſtoralis Officij &c. die ...... 16.

Neceſſe habui has aſſignare definitiones; cum enim teſte Ariſtot.2.Poſter. definitio medium ſit in demonſtratione potiſſima, in qua demonſtratur paſſio de ſubjecto; Pater autem Franchinus Antiquioritatem, uti paſſionem de Minoribus *Conventualibus*, veluti de ſubjecto demonſtrare intendat, oportuit legitimam ſubjecti definitionem producere. Nec inficiaberis, aſſignatam Minoris Conventualis definitionem genuinam eſſe; cum enim diverſi quoquomodo ſint Ordines, Minores *Conventuales*,& Minores *Obſervantes*,utpote legibus,locis,habitu, Superioribus, & ſolemnis profeſſionis formâ diſcreti ; & *Monachum faciat Regulæ profeſſio* cap. *porrectum*: de Regularibus ; utique diverſum Monachum faciet diverſæ Regulæ profeſſio: (ſi autem

ab invicem non diſtinguantur, fruſtra unus præ alio prætenditur Antiquior) ita eſt in caſu noſtro; Regula Minorum in ſuo rigore non modificata diverſa eſt à Regula Minorum privilegiis Apoſtolicis mitigata. Nec tamen velim accipias hîc *modum* in rigore Philoſophico, qui ſcilicet non variat rem, cujus eſt modus; ſed in ſenſu morali diminuente; privilegia namque mitigativa, per quæ modificata eſt Regula Minorum, ejus de ſubſtantia diminuunt, dum infringunt paupertatem in communi, (ut cætera interim omittam) cujus prærogativa præ omnibus Eccleſiæ Catholicæ Religionibus ſingularis evadit; unde Regula modificata, & non modificata ſubſtantialiter differunt: concludendum itaque, allatam definitionem Minoris Conventualis eſſe legalem.

Hoc adnotato, nulla difficultate patebit, an Scriptores, & bullę Pontificiæ pro Minoribus Conventualibus allegabiles loquantur in hoc ſenſu, an concludant prętenſam pro ipſis *Antiquioritatem*, atque ſi aliquis ſanæ mentis poſſit admittere, ut modus ſit prior re, cujus eſt modus; ſi diſpenſatio ſit ante legem; ſi lex privata publicam præcedat, & Regula privilegiata Regulam ipſam abſque privilegiis antecedat. Qui probabit hęc, demonſtrabit utique, ante Minores Obſervantes præfuiſſe Minores Conventuales, & hos in *Antiquioritate* ipſis prævalere.

Ne autem ad pleniùs, & ſinceriùs intelligenda, quæ dicentur, integram hiſtoriæ Seraphicę telam in Ordinis Annalibus, atque in hiſce primis Orbis Seraphici tomis explicatam repetere debeamus, ſynopſim ejus ad explicandam controverſiam, & terminos ipſius, majori, qua fieri poterit brevitate, tractatui præambulam hîc inſerendam judicavi.

## §. I.

*Quomodo Regula Fratrum Minorum fuerit inſtituta, confirmata, obſervata, & diſpenſata.*

1. VT methodicè, ſublatiſq; amphybologicis æquivocationibus, tota claritate, illæſaque religioſa charitate procedamus, præmittendum ante omnia videtur, quo tenore compoſita, publicata, & confirmata per Sedem Apoſtolicam fuerit Regula Minorum, quando deinde, & à quibus mitigata; quamdiu indiviſus ſteterit Ordo Minorum; quinam per Obſervantes in ipſo, & qui per Conventuales intelligantur; & quomodo fuerint ab invicem ſeparati; niſi enim primùm conveniamus in terminis, atque in primis principiis, ſemper diſputabimus in æquivoco.

Sciendum itaque primò (ut Lippis, & Tonſoribus eſt manifeſtum) quòd Seraphicus Pauperum Patriarcha Franciſcus anno 1208. cum illud Evangelium audiſſet in Miſſa, quo Apoſtolis norma vitæ præſcribitur, ne aurum poſſideant &c. hanc vitæ methodum, Deo fortiter inſpirante, ſibi perpetuò retinendam indixit, pecuniæ ſuper omnia execrabilia factus perpetuus, & implacabilis hoſtis. Cumque ſubinde Socios, & Novitios habere cœpiſſet, ex Evangelico contextu Regulam, quam communiter obſervare deberent, longiori methodo conſcripſit, ab Innocentio III. anno 1210. poſt aliquales ex altiſſimo ejus rigore difficultates approbatam, ſed tantùm vivę vocis oraculo; iterumque anno 1215. coram Patribus in Generali Concilio Lateranenſi confirmatam: Hanc poſtmodùm eandem Regulam, Deo per manifeſtam viſionem edocente, breviori compendio, ut compræhenderet in Monte Raynerio (ubi nũc eſt devotiſſimus ſtrictioris Obſervantiæ Novitiatus) poſt admirabile 40. dierum Iejunium, Chriſto dictante ipſam quaſi alter Moyſes exſcribens per duodecim capitula diſtribuit. Regula hæc, quam in hodiernum uſque diem Obſervantes de Regulari, atque de ſtrictiori Obſervantia, & Capuccini ſimpliciter, & nulla reſervatione appoſita; Conventuales etiam, ſed adiecta modificatione, profitentur; præter tria eſſentialia vota, quæ cum cæteris Religionibus habet ex Evangelio Communia, viginti tria ſuperaddit præcepta, ut deinde declararũt Romani Pontifices, ad peccatum mortale obligantia. In his ſingulariter mandat, ut duabus vilibus, rudibuſque Tunicis contenti, Minoritæ non æquitent, calceamentis non utantur, niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur; pecuniam nullo modo recipiant (quod ad majorem expreſſionem ſæpiùs repetere voluit) denique, ut nihil

2. Regula S. Franciſci quomodo inſtituta.

nihil omnino poſſideant, nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum &c. Vnde cum Gregorio IX. qui fuerat S. Patris amiciſſimus, & familiariſſimus, ejuſque mentis conſcius indubius, ut in prima Regulæ expoſitione fatetur, cæteri etiam Pontifices, qui Regulam hanc Minorum declararunt, etiam in œcumenicis Conciliis, in hoc unanimes, ſingulari conſenſu definierunt, omnem, & qualemcunque poſſeſſionem, ac proprietatem in particulari, & in communi Fratribus Minoribus ex vi Regulæ, & inſtitutione ſua repugnare. Hoc altiſſimo paupertatis vertice (conſentientibus etiam Hæreticis) ab omnibus proclamato(nec non ab ipſa S. Tridentina Synodo confirmato, dum Religionibus cæteris poſſeſſione in communi conceſſa, ipſam ſolis Obſervantibus, & Capuccinis declaravit ex profeſſione Regulæ Franciſcanæ remanere interdictam.) Hac, inquam, ex altiſſima paupertate, juxta Chriſti promiſſum pluries Franciſco repetitum, ſemper fuit, eſt, & erit inſignis, atque à cæteris condiſtinctus Ordo Minorum, ut nihil omnino, vel in particulari, vel in communi poſſideat, pecuniam non recipiat.

3. Admirabilis tamen hìc paupertatis apex, qui ſapientiæ hujus ſæculi vix poterat eſſe probatus, etiam in Religione ſua fuit aliquibus viſus difficilis: Iam anno 1219. Helias cum aliis paucis ſui ſimilibus per apparentia ſophyſmata Cardinalem Hugolinum primum Ordinis Protectorem S. Franciſco amiciſſi-

Vvad.t.1. & 2. mum induxerat, ut pro mitiganda tanta paupertate S. Fundatori perſuaderet; à quo tamen, fraude detecta, fuit citiùs ab ea opinione revocatus. Hugolinus ipſe jam in Petri Cathedra dictus Gregorius IX. poſt S. Patris obitum, Heliæ jam Miniſtro Generali non quidem Regulam diſpenſaſſe; ſed ad inſignis Aſſiſienſis Templi S. Franciſco dedicati promotionem, nonnulla circa pecuniariam collectionem indulſiſſe legitur, quæ tamen ab Helia ipſo malè retorta, ſtatim revocavit, Ordinemque in priſtinum reſtitui impetravit S. Antonius de Padua, inter Cōſodales tenaciſſimus paupertatis, univerſæque Franciſcanæ Regulæ aſſertor. Nec difformiter S. Bonaventura Doct. Seraphicus in diuturno ſuo Generalatu Ordinis, & vitæ Seraphicæ Zelantiſſimus vindex poſſeſſionum quarumcunque, ac pecuniarum implacabilis Adverſarius; etiam Innocentij quarti Apoſtolicam declarationem ſuper Regulam Minorum (quæ non quidem in materia poſſeſſionum, ſed in modo pecuniæ pro neceſſitatibus deputandæ aliquantulum indulſiſſe videbatur) revocari obtinuit. Hoc modo, non obſtantibus aliquorum ſubinductis ſucceſſivè relaxationibus, prævalente tamen inconcuſſo Miniſtrorum Generalium (ſi Heliam, Creſcentium, & Gerardum Oddonis excipias) nec non Co-

mitiorum Generalium ſanctiſſimo zelo, Ibid. t.3.
inviolata permanſit ad ſecundum Religionis ſæculum Franciſcana paupertas. 1312.n.3.
In Concilio Viennenſi conclamantibus contra nonnullorum relaxationes Viris zelotibus, & primarijs, probavit Ordinis Communitas, ſingulas, ſi quæ reperirentur, eſſe Fratrum particularium corruptelas, non verò per ejuſdem Religionis aſſenſum, quæ ſemper pro integro Regulæ rigore conclamans, corruptelas illas, & abuſus, ubi comperiret, caſtigare non ceſſabat, quibus ex integro probatis Clemens V. reſpondit, Ordinis unitatem integram, & indiviſam in pura Regulæ Obſervantia eo uſque permanſiſſe; juſſitque, ut eliminatis ſciſſuris, & abuſibus ſubrepentibus, rigor Regulæ ad ſuæ puriſſimæ Decretalis *Exivi &c.* tenorem in tota Religione cuſtodiretur, nec Religio ipſa recipere detrectavit.

Gerardus Oddonis circa annum 1336. 4.
paupertatem relaxari toto conatu procuravit; & quod per diſpenſationem, Oppugnante Capitulo Generali, impetrare nequiverat, in Conſtitutionibus Benedictionis inſinuari voluit, quas tamen Miniſtrorum, & Comitiorum Generalium ſubſequentium zelus inalterabilis impetravit antiquari; unde in ſecundo, & tertio Ordinis ſæculo nullum legimus extitiſſe privilegium paupertatis Franciſcanæ diſpenſativum. Anno 1430. Antonium de Maſſa Miniſtrum Generalem, cum jam multipliciter ex cauſis dicendis peccaretur in ſanctam paupertatem; quòd relaxationibus favere potiùs, quàm obſtare probaretur, voluerunt Patres à Generalatu depoſitum, adeò nunquam defuerunt in Ordine Zelotes, qui pro tuenda Regulæ puritate vividè

vividè pugnarent; aliqui etiam periculum relaxationis, ut tutiùs effugerent, dum cæteros in ſuam ſententiam avocare non poſſent, cum paucis arctiorem vitam proſecuturi ſecedebant.

5\. Gullielmus Caſalenſis anno 1430. ad Generalatum evectus, qui priùs eliminare proprietatem, ſuperflua reſecare, alienare pretioſa, pluraque alia reſtituendæ Religioni magno zelo præſtare videbatur, omnium primus privilegia induxiſſe probatur. Obtento quippe duplici diplomate à Martino V. ſeſe à juramenti nexu, quod in Aſſiſienſi Capitulo præſtiterat, per Pontificem abſolui, Martiniana ſtatuta ibidem edita, & ab omnibus recepta, atque jurata, partim mitigari, partim irritari obtinuit, utque Fratres bona mobilia, & immobilia recipere, atque poſſidere, legata quæcunque ultimis adſcripta Tabulis admittere; Fructus, redditus, & proventus annuos per Procuratorem petere valerent, & exigere; unde tunc primò factam fuiſſe in Ordine publicam Regulæ mitigationem, & Apoſtolicam diſpenſationem pro Conventibus, & Fratribus, qui ad hæc inclinarent, gravi Communitatis jactura non dubitatur. Hinc etenim qui zelum pro tuenda Regulæ puritate præ cæteris profitebantur, qui euſque aliquali ad pauperrima loca ſeceſſu contenti, cæterum in omnibus Ordinis Communitati, ejuſque Prælatis ſubditi vivere non detrectabant; illicò ſibi à relaxatione juſtè metuentes, ab Eugenio poſt Martinum ad Petri Cathedram evecto, impetrarunt, ut in ſeparatis Comitijs negotia ſua tractare ſibi liceret, inducta in Ordinem publica, tametſi non totali diviſione.

Prima diſpenſatio in Ord. Minorum.

Vvad. t. 5. 1430. n. 6. & 25.

Ibid. 1431. n. 2.

Ex diſpenſatione cauſari vera diviſio in Ord. Minor.

6\. Ecce prima, ſed non integra Ordinis diviſio ex authentica privilegiorum inductione Regulam mitigantium. Notandum verò, non abſolutè, ſed cum reſtrictionibus expedita fuiſſe illa diſpenſationis diplomata; in primo namque, *Pervigilis voce Paſtoris &c. Dat. Romæ 6. Idus Auguſti Pontificatus anno* 13. in quo ſpecialiter Miniſtro Generali conceſſit, ut pro ſuis, ſuæque amplæ comitivæ neceſſitatibus, præſertim in itinere pecuniarias eleemoſynas poſſet à Provinciis exigere, ac recipere; pecunias tamen illas non per ipſos Religioſos, ſed per ſæcularem Eleemoſynarium in comitatu Generalis addendum recipi, & expendi mandavit. In ſecundo Brevi, *Ad ſtatum Ordinis Minorum Fratrum. Dat. Romæ eodem anno, ſed X. Kal. Decemb.* conceſſit quidem, ut per Syndicum Apoſtolicum bona mobilia, & immobilia &c. ut ſupra valeant poſſidere, & cum gravi reſtrictione, *Donec aliud à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum.* Ex quo intelligas, non abſolutam fuiſſe diſpenſationem, ſed temporum, & neceſſitatis occaſioni accomodatam, donec fortè res meliùs reſtaurari contingeret: Ex quo inferas ulteriùs, nullam præceſſiſſe ad poſſidendam Pontificiam diſpenſationem. Obſervo tamen diſpenſationes hujuſmodi tanta etiam cum reſtrictione cōceſſas, fuiſſe generaliter, & à majori Communitatis parte acceptatas, non tamen ab omnibus abſolutè; ſiquidem præter illos de Regulari Obſervantia dictos, qui citra omnem inquietudinem, & periculum ad integriorem Regulæ puritatem ſecedebant; Zelotes alios in ipſa Ordinis Communitate, ſemper abundaſſe non ambigimus; adeò ut anno deinde 1500. uſque ad 1506. Ægidus Delphinus ab Amelia totius Ordinis Miniſter Generalis, tum Alexandro VI. tum Iulio II. ſucceſſivè Romanis Pontificibus; Regibus item, & Principibus Chriſtianis perſuadere non dubitaverit, haud fore difficilem (ſublatis omnibus partialibus Congregationibus) Religionis univerſæ omnimodam unionem, ſi omnibus, & ſingulis Provinciis, Provinciarumque Cœnobris illi præficerentur in Prælatos, qui Ordinem Vniverſum verbo, & exemplo ad puriſſimum rigorem vitæ Franciſcanæ promoverent. Ergo à Martino V. conceſſam primò fuiſſe ſuper Franciſcanæ paupertatis Rigores authenticam diſpenſationem, & ortam exinde primam Ordinis diviſionem non confiteri non poſſumus; dum alij ſub Obſervantium nomine (eo quòd in Regulæ puriori Obſervantia perſeverarent) ſub Vicariis ſucceſſerunt; alij Clauſtralium agnomine à Martino V. dehinc Conventualium ab Eugenio IV. donati ad mitigativa Regulæ privilegia tranſierunt. Et tamen 70. poſtmodum, & amplius annis in quarto Religionis ſæculo Ordo univerſus (ait Ægidius Generalis præfatus) à renunciandis diſpenſationibus

Ibid. n. 26.

Cōmunitas Ordin. jam diſpēſata non univerſum acceptas diſpenſat.

Vvad. t. 8. 1500. ad 1506.

bus

bus Martinianis, etiam ab Eugenio IV. Nicolao V. Paulo II. Sixto IV. Alexandro VI. & Iulio II. vel confirmatis, vel ampliatis, etiam à reſtituendo integro vitæ Franciſcanę rigore non abhorret.

7. Anno denique 1517. enixè poſtulantibus Orbis Chriſtiani Regibus, & Principibus, ut novæ hujuſmodi diviſionis, atque diſcordiarum inde provenientium ſemina radicitùs evellerentur, convocato per Leonis X. Pontificis diploma Generaliſſimo Religionis univerſæ Capitulo, requiſiti fuerunt à Pontifice, qui privilegia diſpenſativa fuerant amplexi, ut ab hiſce novitatibus recedentes in omnimoda, & puriſſima (prout à S. Franciſco fuerat inſtituta) Regulæ Obſervantia cum cæteris in ſancta unione copularentur. Cùm verò paternæ Pontificis inſtantiæ acquieſcere noluiſſent, ut ait Pontifex ipſe in Bulla *Univerſis &c. celeb. nuper &c. Dat. Romæ die 12. Aprilis* 1518. Separatis iſtis extra Comitiorum Ordinis electiones; ex cæteris, qui ad Regulæ puritatem abſque ullis diſpenſationum privilegiis perſeverare voluerant, Corpus unum integrari mandavit, qui ſicuti antiquum vitæ genus retinebant, ita & antiquo nomine *Fratres Minores*, vel *S. Franciſci* ſolumodò, & ſimpliciter, vel addito ad ſummùm de *Regulari Obſervantia* nuncupati deberent, unumque de ſe ipſis, & per ſe ipſos in perpetuum eligerent, qui juxta S. Franciſci conſtitutum, & præceptum in Regula poſitum, eſſet *Generalis Miniſter, & ſervus totius Fraternitatis*, ſive totius Ordinis Minorum: Conventualibus autem in alio ſeparato corpore unitis privilegia diſpenſativa confirmavit, ut à præfato Minorum ſine privilegiis perſeverantium corpore totaliter disjuncti, non quidem ſub antiquo Miniſtro, ſed juxta vitæ novitatem nova inventione, ſub Magiſtro Generali vivere tenerentur. Ex tunc igitur in ipſis generaliter, & omnimodè mitigativa paupertatis præſertim diſpenſatio (de calceamentis enim, de Veſtibus, & equitatione &c. nulla adhuc ibi mentio.) fuiſſe confirmata, & ſtabilita probatur, eo quòd omnes, qui privilegia non admitterent, ad non privilegiatorum Corpus tranſvolare debuerint, quod antea non legitur extitiſſe. Hæc omnia in Bullis Vnionis *Ite, & vos*, & Concordiæ *Omnipotens Deus &c.* ad longum eſt videre, quocirca non erraſſe convincitur, qui dixit, anno 1517. Conventuales ab Obſervantibus fuiſſe ſeparatos, & in vitæ mitigatione ſtabilitos, ſi de ſeparatione, atque mitigatione totalibus, omnimodis, atque integris intelligatur, ut ſanè debet intelligi.

Vvad. t. 8. 1516. & 1517.

Chron. Seraph. fol 232. Ibid. fol. 233.

In bulla ite & vos.

Vvad. t. 8. 1517.

## §. II.

*Minores Obſervantes unde, & quando nuncupati.*

8. IAm ſupereſt, ut aërem in obſcuro verberare non dicamur, Obſervantium, & Conventualium nomine, quinam intelligantur in Ordine Minorum, & quando utrique verum eſſe habere inceperint, & nomen, integra certitudine, atque claritate diſſeramus. Pro quorum faciliori intelligentia (ut ab Obſervantibus exordiar) quæ hucuſque de Regulæ rigoribus dicta ſunt, breviſſimè reaſſumendo; Dico primò, apud neminem eſſe non poſſe inconfeſsò, quòd non obſtantibus contrariis aliquorum conatibus, Regula Minorum, ut dictum eſt, à S. Franciſco conſcripta, & ab Honorio III. confirmata, quam profitemur, à prima ſui inſtitutione ad annum uſque 1430. fuit ab univerſo Religionis corpore litteraliter, & abſque diſpenſativo privilegio obſervata poſt S. Franciſcum Fundatorem, de S. Antonio de Padua, de S. Bonaventura, de cunctis ſucceſſivè Miniſtris Generalibus (Heliam, Creſcentium, Gerardum, & Antonium de Maſſa ſi excipias) legimus in Ordinis Scriptoribus, Chronicis, & Annalibus, quàm inconcuſsè pugnaverint novi Machabæi pro Teſtamento Patris ſui, & pro ſubcreſcentium abuſuum reſecatione. Heliam verò, Creſcentium, & Antonium de Maſſa, quòd relaxationibus indulgerẽt, novimus per Capitula Gen. juxta Regulæ tenorẽ à Generalatu depoſitos; quod Gerardus in Caturcenſi Capitulo, animo ad reformationem compoſito vix evaſit: ex quibus indubiè cognoſcas, hoc toto tempore Religionem univerſam pro integra Regulæ Obſervantia extitiſſe, ut Clemens V. in Concilio Viennenſi declaravit. Cum verò etiam ante præfatum an-

num 1430. tametſi Religione in Comitiis reclamante, invaleſcere cœpiſſent plurimorum relaxationes, & plurimi etiam Regulam integrè *Obſervantes* in ipſo Communitatis Corpore permanerent, aliqui tamen præ cæteris zelotes, qui relaxatorum mores ſufferre nequibant, à Corpore Communitatis in particulares familias de Superiorum licentia ſecedentes, ſeparatim vivere maluerunt, ut quietiùs, ac perfectiùs Regulam liceret *obſervare*; quo pacto nunquam defuerunt in Ordine *Obſervantes*, quod ex Dei promiſſione S. Franciſcus ſępè prophetaverat.

9. Iſti ergo Filij Rechab ab hæreditate paterna nunquam recedentes, & ab ipſo Religionis exordio Seraphico Fundatori adhærentes ex corde, Regulæ rigores, quandiù licuit, in pace, & abſque diviſione *Obſervantes* ad litteram, tandem ubi libertatis amicos prævaleſcere viderunt, in locis pauperibus viventes (juxta Benedictionem ſpecialem ad hoc B. Cæſario Spirenſi à S. Patre in Cœlos jam profecturo conceſſam) *Obſervantes* præſertim à Concilio Conſtantienſi anno 1415. veluti proprio contra reliquos addito diſtinctivo, fuere nuncupati. Minores itaque Obſervantes, ſive de Obſervantia Regulari dicuntur, eo quòd puram Regulæ Obſervantiam ab irrepentibus abuſibus procul, obſervare maluerint. Hi ſunt, qui publicatis poſtmodùm diſpenſativis privilegiis Martini V. & ſucceſſorum ejus Pontificum, majori, & fortiori agmine ſemper excreſcentes ſub. S. Bernardino Senenſi, ſub BB. Ioanne de Capiſtrano, Iacobo de Marchia, Marco de Bononia, Angelo de Clavaſio, Bernardino Feltrenſi, aliiſque ſanctiſſimis æquè, ac doctiſſimis Heroibus uniti contra aliorum moleſtias, illæſam ſemper (juxta Dei promiſſum) S. Franciſci Regulam obſervare, & ad fortiſſimum Eccleſiæ Dei fulcimentum conſervare voluerunt. Hi denique ſunt, quos ex variis Congregationibus unitos, non modò in Regulæ puro rigore, ſed & in numero ſupra cæteros, longè prævalentes, doctrinâ, & ſanctitate conſpicuos, voluit Leo X. puriſſimum eſſe Religionis Franciſcanæ Corpus, in eoſque juriſdictionem Ordinis Minorum in Capite, de unanimi S. R. E. Cardinalium aſſenſu tempore Synodi Lateranenſis transferre; & Miniſtrum Generalem de ſe ipſis, & per ſe ipſos eligendum habere, ut ait expreſſiſſimè Leo ipſe Pontifex in Bullis infra citandis, cæteris interim ad ſua privilegia mitigativa recedentibus.

Ne tamen hæc gratis dixiſſe videar, declarationes Apoſtolicas adduco. Iulij II in ſuo Diplomate *Exponi nobis &c. Datum Romæ die* 18. *Aprilis* 1512 nempe Obſervantes ipſos eſſe veros *S. P. Franciſci* (non Patrum Conventualium) *Filios, & imitatores in arctiſſima paupertate fundatos &c.* Quod Clemens VIII. longè poſteriori tempore in Bulla. *Ex injuncto &c. Dat. Romæ die* 7. *Septembris* 1602. *anno ſui Pontificatus II.* de ſtrictioris Obſervantiæ Profeſſoribus confirmavit; ubi cum in §. 2. dixiſſet, eos eſſe veros, & indubitatos Filios S. Franciſci, in §. 2. graviſſimo præcepto mandat, ne quiſquam impoſterum eos appellare, aut dicere audeat *Novos Religioſos &c.* Clariùs etiam Leo X. in Litteris pluribus Apoſtolicis *Ite & vos &c.* Et *Omnipotens Deus* 1527. & in aliis. *Licèt alias poſtquã ſtatueramus &c. die* 6. *Decembr.* 1517. ubi diffinitivè ſic ait. *Quòdque ipſi Fratres de Obſervantia, & Reformati veri, & indubitati Fratres Ordinis S. Franciſci, & ejus Regulæ Obſervatores ſemper fuerint, ac divina favente gratia ſint futuri, ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore edita Regula per B. Franciſcum, uſque ad præſens.* Et in aliis *Univerſis &c. Celebrato nuper &c. die* 12. *Aprilis* 1518. multò autem expreſſiùs in Bulla *Et ſi pro Injuncta &c. Dat. Romæ die* 10 *Ianuarij* 1521. ubi contra nonnullos de alia Religione clariori expreſſione ſic definit. *Inter eoſdem Fratres Obſervantes hujuſmodi, & alios Mendicantes prædictos hunc Ordinem ſervari mandamus, quòd Minores Obſervantes hujuſmodi antiquum ſemper locum teneant, quem Ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus tenere alibi conſuevit.* Ecce per Oraculum Pontificis, quid per Minores Obſervantes, vel quoad rem, vel quoad nomen intelligatur explicatum: Quænam huic conſequentię tergiverſatio eſſe poterit? Obſervantes illum locum antiquum teneant, quem Ordo S. Franciſci hactenus tenere conſuevit: ergo Obſervantes idem repræſentant, quod Ordo S. Franciſci hactenus repræſentavit: eſto igitur, Minores illi, qui ab Ordine

10. Vvad. t. 8. 1512. n. 24.

Bul. Rom. tom. 3.

Chronol. Seraph. fol. 221. & 232.

Vvad. t. 8. in Reg. bull. 72. Leo X.

ne condito ad uſque Religionis ejuſdem diviſionem in pura Regulę obſervantia perſeverarunt, abſque illo addito *Obſervantes* ſimpliciter *Fratres Minores* dicerentur, eoſdem tamen eſſe in re non poſſumus ambigere. Quæ enim ratio, vel cauſa nomen unicum à S. Inſtitutore præfixum uno in corpore indiviſo alterandi? Adveniente verò Religionis diviſione, ut antiqua illius pars, quæ à primæva Regulæ puritate non receſſit, ab alia, quæ de novo privilegia mitigativa ſuperinduxit, etiam diſcerneretur in nomine, non eſſe non potuit, ut fieret nomenclaturæ ſuperadditamentum; unde primi à continuata, & conſervata Regulæ obſervantia Obſervantes fuerunt etiam per Generale Concilium appellati: de ſecundis mox dicemus.

11. En igitur luce meridiana clariùs, quinam ſint illi Franciſcano in Ordine Religioſi, qui ſub Obſervantium nomine intelligantur, & intelligi omnino debeant, illi nempe, quos Seraphicus Patriarcha Regulę ſuæ ad litterã Obſervatores adſcivit, & conſervabit uſque ad cõſummationem ſæculi: illi ſunt, qui per varias rerum viciſſitudines, nec non per multiplices aliquando tribulationes (non eſt novum in mundo inter ejuſdem Matris Filios oriri controverſias) Regulam Minorum purè ſimpliciter, & abſque ulla diſpenſatione obſervare voluerunt, Deoque dante obſervabunt in futuro, & quacumque etiam in ipſis (dato caſu) mutatatione facta, non deficient ex ipſis, qui ſint veriſſimi Regulæ Obſervantes. His ergo per S. Franciſcum ab initio conſtitutis, & in puritate Regulæ perſeverantibus Leo Papa X. voluit non immeritò, dari primatũ in Ordine Seraphico, præcedentiam in actibus publicis, Miniſteriatum Generalem, & Sigillum cum titulo, & inſcriptione *Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum*, quæ omnia de unanimi S. R. E. Cardinalium conſilio ſe perfeciſſe teſtatur in præcitatis ſuis Conſtitutionibus *Ite & vos &c. Omnipotens Deus &c. Licèt aliàs &c. Celebrato nuper &c. Et ſi pro injunctæ &c.* qua in ultima, & formam, & motiva hujuſmodi determinationis expreſſiùs voluit explicata.

12. Quòd ſi Obſervantes à Conventualibus exiviſſe, id eſt ſeparati fuiſſe alicubi dicantur, in rigore loquendo non ipſi à Conventualibus ſeparati ſunt; cum toties Duce B. Ioanne Capiſtranenſi, & aliis, ut videre eſt in Ordinis Annalibus tom. 5. 6. 7. & 8. & hortantibus Martino V. Eugenio IV. (utque cæteros omittam) Iulio II. & Leone X. Pontificibus, integram Ordinis unionem ſe deſiderare proteſtati ſint, dummodò rejectis, mitigationibus de novo ſuperinductis in antiqua; & Originali Regulæ puritate, ac obſervantia ſanctè convivere liceret. Conventuales potiùs ab Obſervantibus ſeparati ſunt, dum per libertates, & privilegia à primęvo vitæ Franciſcanæ rigore recedere maluerunt. Atque utinam non receſſiſſent; ſublatis etenim domeſticis altercationibus, ſeraphicus Ordo ſanctiſſima intra ſe pace frueretur, ad fidei, & Eccleſiæ defenſionem, atque dilatationem fortiùs eſſet propugnaculum, contra externos incurſus glorioſiùs triumpharet; omnique vera, & ſpirituali gloria moltò fœliciùs coruſcaret, ſi ab ortu ſolis ad occaſum jam longè, latéque difuſus, indiviſus in ſeraphica ſua vocatione perſeveraſſet.

## §. III.

### *Minores Conventuales unde, & quando nuncupati.*

De Conventualibus ut non ultra ſufficientem intelligentiam integrè, ſincerèque loquamur, priùs de nomine, dehinc de re per nomen importata tractandum, quando nempe *Conventualium* nomen in Ordine Minorum emerſerit, quid etiam per *Minores Conventuales* intelligere debeamus. Quoad primum, ſicut à nemine dubitatur Titulum iſtum *Conventualium* à ſeraphico P. Franciſco non fuiſſe inductum, ut qui Ordinem ſuum *Ordinẽ Minorum* abſque omni ſuperaddito voluit nominatũ, ut in ipſa Regula ſua, nec non in ejuſdem Apoſtolica confirmatione apparet; *Hæc eſt Regula, & vita Fratrum Minorum*, ſic ab Hiſtorico nullo rerum noſtrarum, vel mediocriter gnaro dicetur, *Conventualium* agnomen ſub Leone X. fuiſſe noviter adinventum; Vnde ſanè intelligendi ſunt, qui ſic loqui fortè videantur. Primam itaque hujus denominationis Originem altiùs inveſtigando, ea, quæ de Miſſa, Eccleſia, Capi- 13.

Conventualitatis quadruplex acceptio in Ord.Min. Bull.Rom.

tulo, Priore, aut Fratre Conventualibus ſecundùm Canones dicta ſunt in præfatione ad lectorem, hic ſupponendo, quadruplici ſenſu nomen *Conventualium* in Ordinem Minorum ſpecialiter invectum fuiſſe comperio. Primò ab Innocentio IV. qui in Bulla *Cum tãquam &c. Dat. Lugduni Nonis Aprilis Pontif. an.* 7. ad Fratrum inſtantiam Eccleſias Ordinis,in quas ad divina collegialiter conveniebant, Eccleſias *Conventuales* appellari conceſſit; ad hoc ut Eccleſiarum Collegiatarum, & Conventualiũ privilegiis, contra Ordinariorum gravamina uti poſſent, & gaudere, quod inferiùs ex integro declarabitur, ubi rationem à Patre Franchino inde deductam explicabimus. Sicut autem hujus Conventualitatis nova denominatio Eccleſias Ordinis affeciſſe non dubitatur, ita Religioſis Minoriticis attributa fuiſſe, nullibi reperitur; quòdſi vim faciendo in nomine dicas,ab Eccleſiis hoc modo Conventualibus etiam Minoritas ipſos dictos eſſe Conventuales, ego ad ſubſequentia hoc reſervando, reſpondebo interim, hoc ſenſu non partem aliquam, ſed univerſum Religionis Franciſcanæ Corpus, ut Obſervantes, Conventuales, & Capuccinos comprehendit, dici omnino debere *Conventuales* ab Eccleſiis hoc ſenſu *Conventualibus*; & ſic non erit partis alicujus inſigne ſingulare. Secundo modo legi, diſcretos eſſe Conventus *Conventuales* à non *Conventualibus*; illoſque deſignari, in quibus FF. juſto,taxatoque numero ad divina celebranda cohabitare ſolerent, non Conventuales autem Cœnobia minora,ſeu Eremitoria dicebantur, in quibus ob Incolarum paucitatem collegialiter divina celebrare non poſſent. Tertiò Fratres *Conventuales* à non *Conventualibus* reperies diſtinctos, ita ut illi dicerentur *Conventuales* eſſe talis Cœnobij, qui ex Tabula Capitulari pro ipſo Conventu deſignati,ejuſdem in Familia reputabantur; illi verò non Conventuales, quos obiter tantùm, ac ex accidenti, non verò ex formali deputatione in tali *Conventu* reperiri contingeret; Conventuales ſic intellecti ad electionem Guardiani, ceteroſque publicos tractatus admittebantur, non verò alij, nempè non Conventuales, ac Exteri, & Advenæ, ſeu hoſpites, ut hodie loquimur; Hæ duæ *Conventualitatis* appellationes clariùs infra declarandæ in Farineriis, & Benedictinis, *ut vocant* Conſtitutionibus reperiuntur: Verùm nec ipſę partem aliquam Ordinis Franciſcani ſingulariter afficiunt; cum etiamnum Conventus Conventuales, ſeu formales, & non Conventuales, ſive hoſpitia; Fratres item Conventuales,ſeu de familia deputatos, & non Conventuales, ſive Exteros, & Hoſpites inter omnes Ordinis partes in eo ſenſu ſit invenire: Nomen autem Religionis Conventualium per integra duo ſæcula, nec in Chronicis, nec in Annalibus, nec in cæteris Ordinis ſcriptoribus uſquam aſſignari poterit.

Quarto itaque modo, prout Nomen 14.
Minorum Conventualium partem illam Ordinis Franciſcani deſignat, quæ non ad Regulæ rigores, ſed ad privilegia Apoſtolica Regulæ mitigativa vivere profitetur, ab anno 1431. omnino incepiſſe ex litteris Apoſtolicis habemus inconcuſſum. Iam quidem Martinus V. anno 1428. in Bulla *Super Gregem Dominicum &c. Dat. Romæ* 5. *Kal. Januarij anno* 11. Clauſtralium nomine, quod idem cum Conventualibus importare videtur eos, qui ad rigorem Regulæ non vivebant, appellavit, ut ipſos ab Obſervantibus diſtingueret: deinde Eugenius IV. anno 1431. eadem de cauſa diſtinguendi, eos *Conventuales* omnium primus nuncupavit, alioſque Regulæ rigoribus inſiſtentes, *Obſervantes* dixit in Bulla *Super Gregem Dominicum &c. Dat. Romæ anno* 1431 *Kal. Octob. Pontif. an.* 1. & iterum eâdem cauſâ, & diſtinctionis motivo *Conventuales* illos, & *Obſervantes* iſtos nominavit, in Bulla *Exigit devotionis noſtræ fervor &c. Datum Romæ* 1444. 8. *Idus Januarij anno* 14. Pro veritate, non pro opinione decerto, paratus me corrigere; ſi ante has Eugenij litteras, ullibi producatur *Conventualium* nomen illis Minoribus deſignandis impoſitum, qui Regulam per Apoſtolica privilegia mitigatam profitentur, ad illorum differentiam, qui ſine ulla diſpenſatione illam obſervare tenentur; Nec tamen poſt Eugenium ſemper, & invariatè, ſed ut in pluribus *Conventuales* dicebantur, cum etiam Fratres Minores de Communitate, vel etiam Fratres Minores ſolummodo aliquando vocitarentur, dum Ordinem Minorum in communi

Vvad. to. 5. 1428. in Reg. Bull. 190. Mart.V.

Ibid. Bulla 2.Eug.IV.

muni adhuc repræſentarent; donec à Iulio II. firma ſtabilitate primò decretum fuerit, ut Fratribus Regulam S. Franciſci mitigatam profitentibus hoc *Conventualium* nomen inviolabiliter adhæreret; aliis privilegia diſpenſativa reſpuentibus *Obſervantium* nomen à Conſtantienſi Concilio inditum inconcuſſè retinentibus: ſic enim ait Iulius ipſe in
Vvad.to.8. ſua Bulla *Decet Romanum Pontificem Dat.*
1510.n.7. *Romæ die* 8. *Februarij* 1510. *an. ſui Pontif.* 7. alias ſuas litteras renovando de anno 1506. per quas omnes, & ſingulas Congregationes tunc in Ordine vigentes, vel ad Conventuales, vel ad Obſervantes reduci præceperat. *Itaut ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus in ipſo Ordine Fratrum Minorum duæ tantùm denominationes exiſtant; videlicet, Clauſtralium, ſive Conventualium, & de Familia, ſeu Obſervantium.* A Leone verò X. an. 1517. hæc omnia firmiter ſtabilita fuiſſe comperimus, dum ſine fructu tentata omnium Minoritarum unione ad omnimodam Regulæ puritatem, ſta-
Ibid. 1617. bilito Religionis Corpore ſub Generali
n.23. & 30. Miniſtro totius Ordinis Minorum, univerſos ibidem compræhendit, qui Seraphicam vitam ſimpliciter, abſque ulla diſpenſatione profiteri voluerunt: at privilegia ſectantes ab illis omnimodè ſeparari, & ſub *Conventualium* nomine propriam ſub novo Magiſtro Generali Congregationem ut deberent efformare, mandavit. Hoc ſenſu ſanè intelligendi veniunt, qui Conventuales dicerent ſub Leone X. eſſe conſtitutos; nimirum quòd ſub Leone propriam de ſolis privilegiatis Congregationem habere inceperint; cum in antea tam amantes, quàm reſpuentes privilegia in una Ordinis communitate convivere non repugnaret. Ex quibus omnibus patere poteſt indubiè, quinam ex Minoribus ſub nomine *Conventualium* intelligi debeant; cum enim Ordinis univerſi adhuc indiviſi Profeſſores afficere non potuerit ex Innocentij IV. conceſſione, dum Conventualitatis Titulum noſtris Eccleſiis affixit, neque ex Farineriis, aut Benedictinis Conſtitutionibus, ubi formales à non formalibus Conventibus diſtinguunt; & Fratres de Familia, ſeu de Collocatione Capitulari deputatos à non ſic deputatis, ſeu Hoſpitibus, & Advenis; eo quia non eſſent tunc temporis, qui ſub alio nomine à Conventualibus diſcerni deberent; & (quod tergiverſationem omnino non patitur) quia nunc illis in acceptionibus univerſi de Ordine Minorum eſſemus æqualiter Conventuales, unde neutri ex partibus faveret hujus nominis antiquitas; ſequitur infallibili conſequentia, quòd ex quarto ſolùm Conventualitatis ſenſu Minores illi per *Conventuales* deſignentur, qui ſpecialiter Minorum Regulam ſub mitigatione profitentur, uti revera tunc Religioſis Minoritis *Conventualium* nomen primò ſuperadditum fuiſſe, oſtendimus, cum per Martini V. & Eugenij IV. primò conceſſa fuerunt mitigativa Regulæ privilegia; quo ex tempore, at non antea, legimus Fratres Minores *Conventuales* nuncupatos, tum in Ordinis Monumentis, tum in Litteris Apoſtolicis; Vnde tandem ſub Leone X. fuerunt in unum Corpus ſub hac appellatione ab Obſervantibus ſeparati. Minores ergo Conventuales veriſſimè intelliguntur in præſenti, ſemperque fuerunt intellecti, qui Regulam Minorum non ad rigorem litteræ, ſed ſub mitigatione profitentur. Hæc omnia firmiùs in ſubſequentibus elucidabuntur.

## §. IV.

### *Integra principalis aſſumpti dilucidatio.*

Loquimur hîc de Franciſcani Ordinis antiquitate, non qualicumque, ſed majori, & ideò prima; unde antiquioritas idem eſt, ac major antiquitas; major autem antiquitas illa ſola eſſe poteſt, quæ præ cæteris primatum ſibi vindicat. Cum itaque unicam, nullo inficiante, Regulam habeamus (ut ſuperiùs adnotavimus.) pro Minoribus à B. Franciſco Chriſto dictante conſcriptam, & ab Honorio III. Pontifice (de antiquiſſima Sabellorum Familia) Apoſtolico diplomate cofirmatam; ibi erit certò certiùs omnimoda Franciſani Ordinis antiquitas, ubi prima illa S. Franciſci Regula, & inſtitutio immutata perſeverat, ſicut eſt inter Obſervantes; ibi verò eſſe non poteſt hujuſmodi prima antiquitas, ubi Regula ipſa non in prima ſua eſt puritate, ſed per Sedis Apoſtolicæ (quam ſuper omnes Regulas plenitudinem habere Quæ vera antiquioritas.

Signum certiſſimũ Antiquioritatis in Ord.Min. bere poteſtatis dubitari non poteſt) legitimas diſpenſationes ſucceſſivis temporibus nuſcitur fuiſſe in eſſentialibus mutata, & mitigata, atque ſic præter ſuam primam inſtitutionem mitigata cuſtoditur, ut eſt apud Conventuales; cùm novitas ipſa poſteriori tempore fuerit authoritate Apoſtolica introducta. Nec tamen ideò adhuc dicere volo, antiquioritatem iſtam Obſervantibus adjudicatam, nec pro aliis dici poteſt *adjudicata*, licèt & argumenta, & ſcriptores pro ſe apparenter illi habere videantur. Etenim à quo Iudice? contra quos? in quo Tribunali? qua occaſione? quibus fundamentis pronunciata fuerit hæc diffinitiva ſententia, ut jam tranſierit in cauſam judicatam, nec illi adducunt, nec ego rudi licèt ingenio, graviori tamen diligentiâ, conſultis etiam peritiſſimis harum rerum magiſtris, potui comperire; niſi fortè argumenta, & Authores, quos ſibi credunt favorabiles, judices dicant, quod eſſet Teſtes, & Advocatos contra juris utriuſque diſpoſitionem in cathedra collocare ad judicandum. Adde quòd Teſtes hujuſmodi, quos ſibi favorabiles ſic opinarentur, an revera ſint ita favorabiles, ſint priùs examinandi.

Cũ ergo in utraque Religione. Obſervantiũ nẽpe, ac Conventual. ſit cõſiderare veluti partes principales, Religionẽ in ſe, deinde Caput ipſius per ſe, demum generalem ipſius Procuratorem per ſe: ab hoc ultimo incipiendo; Noto, quòd licèt in Obſervantia Miniſter generalis ex Apoſtolicis deciſionibus infra allegandis, *Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum* inſcribatur; Procurator tamen Generalis, qui & ipſum Miniſtrum Generalem, & ipſam Religionem ex officio ſuo repræſentat, non tamen intitulatur Procurator Generalis Ordinis ſimpliciter, ſed cum expreſſione de *Obſervantia*: unde à fortiori multò minùs Procurator Generalis Patrum Conventualium intitulari debet, non *Procurator Generalis Ordinis* ſimpliciter, in quo nullum habet fundamentum, ſed exprimere tenetur, *Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium.*

Longè gravior, & diligentiùs examinandus eſt titulus Capitis, ſive Miniſter Generalis in utraque parte. Ab Ordine Minorum inſtituto ad uſque tempora Eugenij IV. cum nulla eſſet in ipſo Minorum Ordine diviſio, terraque Frãciſcana eſſet unius labij, nulla fuit neceſſitas illam expreſſivam particulam *totius* addere in Titulo; ſed ut ipſe S. Inſtitor conſueverat, ſic ejus Succeſſores in Regimine, Miniſtri Generales Ordinis Fratrum Minorum ſimpliciter dicebantur: in hoc, quod ex integra Religionis hiſtoria conſtat, nulla ſomniatur difficultas. Sub Eugenio IV, cum Communitas Ordinis, petente Gullielmo Miniſtro Generali, diſpenſativa ſuper Regulam privilegia recepiſſet; ideòque Obſervantes ex Eugenij IV. ſtatim poſt obitum Martini V. diſpoſitione ſeparari ſub propriis Vicariis incæpiſſent, remanſit equidem in ipſa Cnmmunitate Ordinis Caput ejuſdem, nempe Miniſter Generalis; non tamen quatenus Conventuales erant, ſeu diſpenſati; ſed quatenus Ordinis communitatem repræſentabat, in qua tum Fratribus ſingularibus, tum Conventibus integris liberum adhuc erat, vel ad diſpenſativa privilegia, vel ad omnimodam Regulæ puritatem vivere; unde præter Religioſos omnino perplurimos, etiam integræ Clarenorum, Coletanorum, & Amadæitarum Congregationes à præfatis alienæ privilegiis ſub ipſa Ordinis Cõmunitate, ſub ipſo Miniſtro Generali cum omnimoda ſubjectione vivere non detrectabant.

Cùm ergo ſoli Obſervantes ſub propriis Vicariis Provincialibus, & Generalibus conſtituti minimam à Generali Miniſtro dependentiam haberent; Miniſter ipſe Generalis ad explicandam, quam verè conſervabat etiam ſuper Obſervantes, & ſuper reliquas Congregationes authoritatem, ac præeminentiam, multóque magis ad innuendam unitatem Ordini aliquo modo ſub uno Capite conſervatam; ſic inſcribi cæpit, *Miniſter Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum.* Nec tamen abſque fundamento additam diceremus expreſſionem illam *Totius*; ab ipſo enim Seraphico Patriarcha ad futurorum eventuum cautelam novimus in eminenti præcepto in cap. 8. Regulæ fuiſſe inſertam; *Univerſi Fratres unum de Fratribus iſtius Religionis teneantur ſemper habere in Generalem Miniſtrum, & ſervum totius Fraternitatis.* Sic igitur Gullielmus de Caſali, Iacobus de Sanzuela, Iacobus de Mozanica, cæterique de Ordinis Communitate Miniſtri

niſtri Generales ſe ſe inſcribere conſueverunt uſque ad annum 1517. quando per bullam *Vnionis* Titulus ille, atque ſigillum, & præeminentia Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum, (Conventualibus ad privilegia diſpenſativa viventibus ab ejus electione excluſis, ac ſeparatis) ad Obſervantes fuere translata, omnibus omnino, qui Regulæ puritatem ſequi vellent, in hoc puro Religionis corpore unitis. Hinc continuatâ lineâ cum antiquo ſigillo, & Titulo Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum intitulatur, qui de Obſervantia ſola, & per ſolos Obſervantes juxta bullam *Vnionis* eligitur: Vnde Reverendiſſimus P. Fr. Petrus Marinus Sormanni de Mediolano ex Obſervantia hodiernus Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum ex integra calculatione ſeptuageſimus tertius ab Ordinis initio, & poſt S. Franciſcum ſeptuageſimus ſecundus recenſetur.

Ne autem aliquis ex ſola rerum apparentia eundem, vel fortè majorem Miniſtrorum Generalium Fratrum Minorum Conventualium numerum putaret aſſignandum, ex ipſo Franciſcanæ hiſtoriæ contextu, necnon ex bullis Apoſtolicis nullo negotio corrigitur. Sanctum quippe Franciſcum, S. Bonaventuram, B. Ioannem Parentem, B. Ioannem Parmenſem, alioſque per plura ſæcula illorum ſucceſſores, imò & Heliam, Creſcentium, & Gerardum, qui contra Regulæ rigores apertè decertarunt, ubi reperitur indicium fuiſſe Minorum Conventualium Generales Miniſtros? Primum ex omnibus Generalibus, qui ſe Conventualem inſcribere potuerit, Gullielmum Caſalenſem fuiſſe non dubitatur, quando pars una Ordinis incœpit Conventualitatis additamento diſtingui. Nec tamen ullibi, vel ipſum, vel illos ex ejus ſucceſſoribus ſe ſe Miniſtros Generales totius Ordinis Minorum Conventualium ante bullam *Vnionis*, aut multò poſt inſcripſiſſe comperies, tametſi fortè aliquis ſic legeretur inſcriptus *Fr. N. ex Ordine Minorum Conventualium Art. &c. totius Ordinis Minorum Miniſter Generalis, & ſervus &c.* ſed nec hoc ullibi comperio.

Gratis tamen dato contra veritatem, ſed non conceſſo, quòd Miniſtri Generales Ordinis ab ipſius exordio Generales Minorum Conventualium fuerint appellati; quis ignoret eos anno 1517. in Bernardino Prato de Cherio per Leonem Pontificem à Miniſteriatu abſoluto expiraſſe? tunc etenim Chriſtophorus Forolivienſis ex Obſervantibus aſſumptus vigore Bullæ *Vnionis* in quadrageſimũ quartum MiniſtrumGen. juxta Regulæ præſcriptum fuit aſſumptus; ipſi autem verè Conventuales per bullam Concordiæ *Omnipotens Deus &c.* juſſi ſunt, omiſſo Miniſtri Titulo, Magiſtrum Generalem ſibi præfigere. Cum verò nonObſtante Pontificis edicto, Antonium Marcellum Cherinum Dalmatam ſibi Miniſtrum Generalem elegiſſent, electionem ejus ſub nuncupatione Miniſtri Leo Pontifex non modò confirmare recuſavit, ſed Antonium ipſum graviùs correptum à ſe rejecit, quem tamen ut ſub Titulo Magiſtri electum ultrò confirmavit; prout hæc omnia in Bulla Leonis ejuſdem *Nunciatum nobis fuit &c. Dat. Romæ die* 12. *Julij* 1517. pleniùs explicantur: Ex quibus agnoſcatur, Titulum Miniſtri Generalis fuiſſe Conventualibus interdictum, ſtatim ac per omnimodam ſeparationem ab Obſervantibus receſſerunt, eorumque primicerios Magiſtri Generalis Fratrum Minorum Coonventualium titulo fuiſſe nuncupatos. Quod, ut Ordinis monumenta prætercam, in pluribus Leonis præfati litteris, atque ſubſequentium Romanorum Pontificum Clementis VII. Pauli III. & aliorum, uſque ad Sixtum V. incluſivè ad longum eſt videre; paucas produco Clementis VII. in Bulla *Religionis zelus* 1528. quibus Capuccinorum Congregationem primò confirmavit, *Magiſtrum Generalem Minorum* Conventualium ſæpiùs nominat. Paul. III. in Confirmatione Congregationis ejuſdem *Exponi nobis &c.* 1336. tum Generalem, tum Provincialem *Magiſtros Minorum Conventualium* ſæpiſſimè repetit; & in Bulla *Exhibita nobis &c. anno* 1540. per quam ad ipſorum Conventualium inſtantiam, ſæpè memoratas Leonis X. litteras *Concordiæ*, & omnia eorundem privilegia coofirmat, *Generalem, & Provinciales Magiſtros*, & univerſos Fratres Ordinis Minorum Conventualium appellat: alias omnino plurima longa annorum ſerie continuatas, ſtudio brevitatis omitto. Quòd autem poſitivum alicujus Ponti

Vvad. t. 8. 1517. n. 31.

Vvad. t. 8. 1528. n. 15.

Ibid. 1536. n. 11.

Ibid. fin Reg. bull. 31. Paul. III

Pontificis privilegium, & decretum, revocata hujuſmodi Leonina prohibitione, Titulus Miniſtri Generalis fuerit eis reſtitutus, nullibi apparet, quod mihi aliàs ſincerè confiteri non eſt veritus ipſemet P. Franchinus Procurator Generalis Ordinis ſui, dum ipſum privilegium, ſi extaret, in meo de Conventualibus tractatu inſerendum ex mutuæ benevolentiæ confidentia poſtulavi; & ſi de novo producatur, memet exhibeo ad hæc corrigenda paratiſſimum. Ex eo tamen quòd aliquando in nonnullis Pontificum litteris obiter, & recitativè (nunquam definitivè) Miniſtri Generales, aut Provinciales incœperint appellari, ſub Sixto V. ex Conventualibus aſſumpto anno 1587. Miniſtros Generales Fratrum Minorum Cōventualium ſeſe cœperunt inſcribere, quo anno. Fr. Evangeliſta Pelleus Senenſis legitur omnium primus ſub titulo Miniſtri Generalis Ord. Min. Conventualium fuiſſe electus; cum adhuc anno 1581. Fr. Antonius Fera de Plano Caſtanearum Agri-Senenſis ſummus ſui ævi Theologus fuiſſet ſub titulo Magiſtri Generalis electus. Quin & B. Pius ipſorum Conventualium reformationem approbando per litteras ſuas, *Illa Nos cura &c. dat. Romæ* 1568. 10. *Kal. Auguſti* Magiſtros Generalem, & Provinciales Min. Conventualium ſtylo invariato ſemper appellat; & Sixtus V. ex eiſdem Conventualibus aſſumptus in Bulla, *Ex ſuperna diſpoſitionis &c. Dat. Romæ* 1585. 12. *Kal. decemb.* per quam Archiconfraternitatem Chordigerorum B. Franciſci in Aſſiſienſi ipſius Sancti Templo inſtituit, ſemper Generalem Magiſtrum Ord. Conventualium alloquitur. Omnia hæc in compendium redigendo, Miniſtri Generales totius Ord. Min. Conventualium ante Bullam *Vnionis* 1517. nullibi reperiuntur, anno ipſo 1517. per bullam *concordiæ*, & alias ſubſequentes, Conventuales ipſi ab Obſervantibus totaliter ſeparati prohibiti ſunt Superiores ſuos nominare Miniſtros, ſed Magiſtri etiam à Sixto V. anno 1583. fuere nuncupati; Vbi ergo ab anno 1587. uſque 1682. ſeptuageſimum quartum Conventualium Miniſtrum erit recenſere poſt S. Franciſcum, ſi ſexto quoque anno noviter eligitur? In ipſa Miniſtrorum Generalium Ord. Min. continuata ſerie ab ipſo inſtituto-

Chron. Prou. Tuſc.

Bull. Rom. Tom 2. bulla 66. B. Pij V.

re Franciſco uſque ad modernum F. Petrum Marinum Sormanni à Mediolano juxta Regulæ præſcriptum, & Apoſtolica decreta electum non niſi 73. Miniſtri Generales perſonaliter enumerantur.

Hujuſmodi Seraphica in Religione præeminentiam Capitis ex Obſervantibus aſſumendi ab ipſomet Obſervantiæ corpore, quod ab Ordinis initio in Regulæ puritate permanſit, originatam fuiſſe teſtatur Leo X. in præcitata bulla unionis dicens; *Et ne Caput ſuis membris difforme appareat, volumus, & etiam ordinamus, quòd nullus Frater poſſit eligi in Miniſtrum Generalem, niſi vitam ducat Reformatam, & pro Reformato à Communitate Reformatorum habeatur.*

Quòd ſi quis, aut ex plurium antiquiorum Conventuum poſſeſſione, vel inferioribus ex argumentis Antiquioritatem in Ordine Franciſcano velit Conventualibus adſcribere: procul dubio graviores conſequentiæ ab illo falſo ſuppoſito deducendæ videntur, nempe Conventualitatem eſſe Matrem, Matricem, originem, & caput totius Religionis Franciſcanæ; Obſervantes verò, & reliquos eſſe Conventualium Filiales, & quaſi Filias habuiſſe à Conventualibus veluti dotem cœnobia.

Hæc quomodo cum univerſaliſſimo Orbis Catholici ſenſu, cum S. Franciſci ab omni rerum terrenarum etiam imaginaria poſſeſſione alieniſſimi mente, cum Regula in altiſſimo paupertatis, vitæque rigore fundata, mordicuſque defenſa ſubſiſtere, atque in populis recipi, nec non ab omnibus illis, qui Minorum Regulam ea in puritate, quam à ſeraphico Patriarcha receperunt, inconcuſſe ſemper obſervare voluerunt, ſub ſilentio præteriri valeant, judicent alij. Quaſi verò S. Franciſcus Ordinem ſuum non ſuper arctiſſimâ paupertatem in particulari, & in communi, alioſque ſuper vitæ rigores fundaverit, quaſi de hiſce non extarent in Regula eminentia præcepta, quaſi verò Seraphicus Patriarcha, dum vixit inter mortales, & poſt illius obitum S. Antonius de Padua, dehinc Seraph. Doct. S. Bonaventura, alijque ſucceſſivè Miniſtri Generales Ordinis indiviſi contra ſubrepentia relaxationum ſemina mordicus non pugnaverint: Quaſi tandem Conventus ab initio non pro S. Franciſco, ejuſque Regulam

lam in rigore ſervantibus, non fuiſſent extructi. Producatur, amabò, ſi haberi poſſit, qui ſcripſerit, Ordinem Minorum cum poſſeſſionibus in communi,cum pecunia,& cum calceamentis fuiſſe primitus inſtitutum, & deinde per ſubintroductos Obſervantes ad rigidiora deductum. Scriptores omnes, ac præ cæteris Bullas Pontificias contrarium unanimi conſenſu proteſtari, quis ignorat? nimirum Ordinem ipſum in prænotatis,& decantatis vitæ rigoribus ab initio conſtitutum, per ſubintroducta ex aliquorum poſtulatione (ut modeſtiùs loquar) privilegia fuiſſe pro talibus mitigatum? Contrarium aſſerere inexcuſabilis eſt S. Patriarchæ injuria.

Quis enim non videat, juxta cæleſte oraculum S. Patri Franciſco pluries repetitum, Obſervantium familiam in Regulæ puritate permanentem multitudine penè incredibili à ſolis ortu ad occaſum, etiam inter Antipodas, & efferatiſſimas gentes ſua fixiſſe tabernacula; & in dies in infinitum multiplicari, ex quo Seraphici ſui Patriarchæ ſpecialis benedictio deſignatur. At fortè dicet aliquis, non quot, ſed quos Religio quævis enutriat, eſſe producendum. Laudanda ſanè Societatis Ieſu, Theatinorum, atque S. Thereſiæ Diſcalceatorum, laudanda inquiet veriſſimè inſtituta, quæ non de ſuorum numero, at ex doctrinæ fulgore, ex Sanctitatis ſplendore, ex Apoſtolicis inter Infideles Miſſionibus poſſunt gloriari. Deus bone! An hæc omnia in Religione Franciſcana grandi cum decore non effulgent? Miſſiones Apoſtolicas inter omnis generis Infideles nonne præ cæteris unitis excellenti cum fructu exercet? Scriptores in ſingulis ſcientiis, alioſque omni exceptione majores doctiſſimos Heroes nonne ſine numero dinumerat? Sanctos, & Beatos, & Servos Dei, eorumque cauſas in ordine ad Beatificationem; & Canonizationem, quanta cum gloria recenſet? Adeò ut non immeritò dictum fuiſſe legamus, ut ſi omnibus Servis Dei ex Ordine Minorum in Apotheoſim referendis eſſet inſiſtendum, negotia cætera fore dimittenda.

Non ibo inficias, ipſum Obſervantiæ corpus tanta numeroſitate dilatatum in Regularis, atque Strictioris Obſervantiæ Profeſſores optimè repartiri, ut in meo Religionis noſtræ proſpectu, & in tom. I. Orbis Seraphici declaratum apparet; imo ſub Obſervantia ſtrictiori Hiſpaniarum Diſcalceatos, Italiæ Reformatos, Galliarumque Recollectos ſub nomine, & re ſtrictioris Obſervantiæ ex æquo compræhendis ſeparatim itidem à ſæcularium tumultu Recollectionis domos, quales à tempore S. Franciſci extitiſſe non latet, præſertim in Obſeruantia Regulari,& alicubi inter Reformatos,ſed à Miniſtris Provinciarum per omnia dependentes ſine ulla diviſione per omnia conſervari. At Obſervantiam Regularem, atque Strictiorem ſub uno Miniſtro Generali ex æquo compræhenſas unum Religionis corpus efformare; eiſdem præcedentiis, honoribus, ac præeminentiis gaudere, quis ignorat?

Hiſce prænotatis ad pleniorem noſtri tractatus intelligentiam; non ignoro ex mero Antiquioritatis titulo, niſi aliud ex ipſa deducendum intendatur, vel parum, vel nihil laudis ſpecialis antiquiori Religioni accreſcere: *Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata*, ex oraculo cæleſti. Teſtes advoco commendatæ nunquam ſatis S. Societatis Ieſu, aliarumque, quas memoravimus, longè poſt Franciſcanam recentiorum Religionum doctiſſimas, atque ſanctiſſimas Congregationes; quas non ab antiquitate, ſed à multiplici Sanctorum ſplendore, continuoque in Dei, & Eccleſiæ obſequium ſanctiorum laborum exercitio, ampliſſimè celebrari, quis non fateatur?

Ipſæmet germanæ ſorores hæreditario ſinceræ charitatis vinculo conglutinatæ Prædicatorum, atque Minorum Religiones jam quinto ſæculo ſunt commendatiſſimæ, non tàm ex præciſo antiquitatis titulo, quàm ex non intermiſſis Sanctorum, & Beatorum centuriis, quos à prima ſua infantia cœlo pepererunt,& parere uſquequaque non ceſſant; ex plurimis Martyrum cohortibus, & præter Sanctos, & Beatos, quos ex Sedis Apoſtolicæ comprobatione longa ſerie dinumerant, ex innumera aliorum multitudine, qui particularibus in locis publico cultu ab immemorabili venerātur; immò ſi loqui determinatè cogar; Ordo Minorum in ſola Regulari, atque ſtrictiori Obſervantiā quatuor ſupra centum ſervorum Dei cauſas in ordine ad canoni-

zationem, & Beatificationem in præſentiarùm ſe promovere gloriatur: Ex his, inquam, ex graviſſimis item Sedis Apoſtolicæ negotiis tota cum fœlicitate promotis, ex ſancta vitæ exemplaritate, continua Verbi Dei prædicatione, quibus Chriſtianum populum in viam ſalutis dirigere, Hæreticos, atque Schyſmaticos, & Maumethanos ad lucem revocare veritatis, Orientales, & Occidentales Indias, uſque ad extrema Iaponię, Synarumque Regna, ultimos Orientis terminos Evangelicâ doctrinâ ſtudent imbuere, ex Apoſtolicis (ut cætera omittam) Miſſionibus, in quibus, ut animas aliquas Chriſto lucrifaciant, longa martyria devorare non detrectant, ex ſanctis hujuſmodi operibus pręcipuè commendantur. Peroptimè dixit quidam: *Illa inſignior Religio, quæ lacana Viros parit, quàm quæ Vbertor plures paſcit:* addam & ego à ſimili, Religionem præfero, non quæ diuriùs, ſed quæ uberiùs bono ſtetit Eccleſiæ, ſi tamen hæc ab invicem ſperari contingat.

Vt ergo clariùs appareat, quò realiter tendat hæc ab aliquibus prætenſa in Ord. Minorum antiquioritas; ſciendum, quòd de duabus potiſſimùm Obſervantiæ præeminentiis agitur, nempe de præcedentia, quæ in actibus publicis per Pontificia diplomata, & per Apoſtolica S. R. Congregationis decreta, ut mox dicemus, Obſervantiæ adiudicata eſt, nec non ex Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum, nulla reſtrictione appoſita, inſcriptione, Titulo, & Sigillo, quo eadem authoritate, juxta Regulæ textum, Generalis ex Obſervantibus aſſumptus inſignitur. Contra primum, nempè præcedentiam egerunt Conventuales ſub Sixto V. Pontifice de ipſis aſſumpto; Secundo, & tertio ſub Clemente VIII. at ſemper ſine legitimo fundamento contra fundatiſſimas Sedis Apoſtolicæ determinationes.

Contra ſecundum, nempe pro reformando Miniſtri Generalis ex Obſervantibus aſſumpti Titulo, atque ſigillo P. Magiſter Gabriel Fabri Pariſienſis tunc ſuorum Conventualium Procurator Generalis in Curia, & à P. Franchino ſępiſſimè cum laude allegatus, initio Pontificatus Vrbani VIII. fęl. mem. cauſam ſibi cum Capuccinis communem fore confidens, nec non de favorum aſſiſtentia exinde ſibi promittens, anno 1625. litem in S. R. C. conteſtatus eſt, qua præfatum Miniſtri Generalis totius Ordinis Min. titulum, atque ſigillum reformari poſtulavit. Vlteriora ſperabat, ut, ſi hoc evincere potuiſſet, tentare liceret pro abrogando Miniſtri Generalis præfati primo poſt Sac. Religionis Prædicatorum Generalem Miniſtrum in Capella Pontificia loco, altaque pro ſuorum exaltatione deducenda. Cúmque interim noſtri in Gallia Franciſcani magni Conventus Pariſienſis, & quatuor confœderatarum, ut vocant, Provinciarum (ex quibus principaliter ille coaleſcit) captâ in Generalibus Ordinis Comitijs de anno 1625. occaſione, à Regularis Obſervantiæ rigoribus ad mitigatam PP. Conventualium vitam tranſvolare tentarent, ab ipſis oppoſitionem ſibi non timens antedictus P. Faber anno 1626. Libellum Pariſienſibus typis evulgavit inſcirptum *Speculum Status Religionis Franciſcanæ*, Iuribuſque in ipſo cumulatis, cauſam ejuſmodi integro fermè ſexennio in S. R. C. accerrimè diſcuſſam, pro evincenda inde ſuper Obſervantes præcedentia, efficaciſſimè ſuſtinuit: ſicut autem ſub Sixto V. è Conventualibus aſſumpto (quoniam totius cauſæ præ cæteris gnarus, & conſcius juſtitiam affectui prævalere voluit) priùs, ut ita dicam, fuit extincta, quàm ſuſcitata prima de præcedentia controverſia, & ſub Clemen. VIII. reaſumpta anno 1593. die 16. Novembris; iterumque anno 1601. die 25. Ianuarij fuerat pro obſervantia juſtitia terminata; ita noviſſimè P. Faber poſt acerrimam cauſæ præfatæ diſcuſſionem die 22. Martij 1631. per ejuſdem S. R. C. decretum à cauſa cecidit; iterumque ſuis in juribus audiri depoſcens, iterum die 12. Aprilis eodem anno condemnatus eſt; & die 21. ejuſdem Sanctiſſimus ordinavit imponi cauſæ ſilentium perpetuum. Decretorum tenores ſtatim exhibebimus.

Orb. Seraph. to. I. fol. 402.

Patris ergo Fabri fines, quos ille obtinere nequivit, revocari poſſe, haud ſine fundamento crediderim, quod à paucis annis in Familiaribus colloquiis audiui muſſitari. Vnde ad firmandum tota claritate, vel unicum, vel primarium in controverſia de Antiquioritate intentum

tentum; de ipſa præcedentia (licèt aliqua jam antedicta repetendo) nobis eſt, quàm clariſſimè fieri poterit, ante omnia demonſtrandum.

Omiſſis ad hæc rationibus cæteris inferiùs per occaſionem textus adducendis; eſſe ſatis, ſuperque videtur, ſi quid hac in controverſia Sedes Apoſtolica ex graviſſimis (more ſuo) cauſis definitum voluerit, velut inoppugnabile argumentum adducam. Igitur Leo X. ab Orbis Chriſtiani Regibus, & Principibus pluries, & efficaciùs exoratus, ut Ordinis Franciſcani in Conventuales, & Obſervantes jam diviſi diſſidia tolleret è medio; convocato Generaliſſimo Capitulo utramque partem efficaciſſimè hortatus eſt, ut rejectis libertatibus, & diſpenſationibus de novo ſuperinductis contra Regulæ Minoriticæ textum, omnes, & ſinguli in primęva, & integra Regulæ Obſervantia in ſancta unione conviverent. Hoc cum Patres privilegia ſectantes facere renuiſſent, Sanctiſſimus Pontifex, re cum Venerabilibus Fratribus ſuis S. R. E. Cardinalibus ad Generale Concilium tunc convocatis in Conciſtorio communicata, de ipſorum unanimi conſenſu rectiſſimè judicavit, ut ſeraphicę Religionis corpus eo modo, quo fuerat à Sancto Franciſco inſtitutum (*Ecce verior antiquioriſas*) in Regulæ puritate perſeveraret, in antiqua Ordinis dignitate conſervaretur, Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minor. de ſe ipſis, & per ſe ipſos eligendum in perpetuum haberet, omnibuſque præeminentiis Ord. Franciſcano debitis frueretur. De cæteris vitæ mitigatę novitatem amplexantibus aliàs ſe proviſurum affirmans. Hæc
Vvad. t. 8. 1517. n. 22. omnia in ejus bulla, *Ite & vos* &c. quæ *Vnionis* dicitur longiori contextu referuntur. Demum quod promiſerat pro Conventualium regimine eodem anno, & menſe junij pridie Idus graviſſimam aliam edidit bullam *Omnipotens Deus &c.* quæ *concordia* dicitur, pro ipſorum vitæ, & gubernij methodo pleniſſimè diſponens. Inter alia mandavit ibidem, ut Conventuales non ampliùs Miniſtros, ſed Magiſtros dicerent ſuos Generales,
Ibid. n. 30. & Provinciales Prælatos. De forma præcedentiæ ſic habet ad intentum; *Et ne inter Reformatos, & Conventuales FF. præfatos ſuper præcedentia diſſentio, & contentio oriri poſſit, volumus, & etiam ſtatuimus, quòd inter eos talis ordo ſervetur, videlicet, quòd in Proceſſionibus, & funeralibus, ac exequiis, nec non in omnibus actibus publicis Fratres Conventuales Fratribus Regularis Obſervantiæ locum digniorem relinquere teneantur.* Quod cum aliis ejuſdem concordiæ punctis fuit per publicum inſtrumentum die 8. julij ejuſdem anni ab Obſervantibus, & Conventualibus concorditer acceptatum: oppone, amabo, ſi potes, Chriſti Vicarij expreſſiſſimæ deciſioni, & acceptatæ concordiæ. Conventualibus autem id poſtea ægrè ferentibus, Pontifex ipſe additis literis, *Licèt aliàs &c. Dat. Romæ die 6. Decembris eodem anno 1517.* Hîc præallegatam referens, ac de motu proprio, ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmans ſuam deciſionem, veluti rationem reddens ait; *Quòd ipſi Fratres de Obſervantia & Reformati veri, & indubitati Fratres Ordinis S. Franciſci, & ejus Regulæ Obſervatores ſemper fuerint, ac divina favente gratia ſint futuri ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore editæ Regulæ per Beatum Franciſcum uſque ad præſens, ac ſub ipſius Beati Franciſci Regula militaverint, & etiam ad Præſens militent.* Graviſſimo deinde præcepto Patriarchis omnibus &c. Eccleſiarumque Rectoribus, Mendicantiũ, & non Mendicantium Ordinum profeſſoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ ſummo Pontifici reſervatæ pœna rigoroſè mandat, ut hujuſmodi præcedentiæ Ordinem inter Conventuales, & Obſervantes obſervari faciant. Iterumque ob conſimiles aliquorum Conventualium reluctantias addito tertio Brevi Apoſtolico, *Vniverſis &c. celebrato nuper &c. Dat. Romæ die 22. Aprilis 1518.* Omnia ferè prænarrata repetendo dicit; *Ad humiles, & inſtantiſſimas Regum, & Principum Chriſtianitatis preces unum Fratrem Regularis Obſervantiæ in Miniſtrum Generalem totius dicti Ord. per FF. Regulã Obſervantes eligi præcepimus, & mandavimus; ad cujus electionem, cum deſideraremus Fratres Conventuales dicti Ordinis convenire, ſuaſimus eiſdem Fratribus Conventualibus, ut dimiſſis proprietatibus, poſſeſſionibus, & cæteris directè contra præcepta dictæ Regulæ militantibus, ad electionem hujuſmodi Miniſtri celebrandam, ſicut & cæteri Reformati accederent, quibus dictam noſtram oblationem*

Ibid. in Reg. & bull. 19. Leo X.

Chron. Seraph. f. 232.

*tionem refellentibus*; *tandem pro pace &c. conſervandis*, *Bullam*, *quæ de Concordia appellatur*, *cujus initium eſt Omnipotens Deus &c. Dat. Romæ pridie idus Junij Pontific. noſtri anno V. de partium conſenſu edidimus*; Deinde poſt multa narrata, univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, &c. graviſſimis ſub pœnis mandat, ut omnia, & ſingula in dicta bulla Concordiæ contenta, per Conventuales omnino faciant obſervari. Ecce cur Pontifex Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum de ſolis Obſervantibus,& per ſolos Obſervantes eligendum voluerit; ut & in præallegata dixerat: Ecce cur ab ejuſdem Miniſtri Generalis electione voluerit eſſe Conventuales omnino excluſos, & cur præcedentia Obſervantibus ſuper Conventuales fuerit confirmata. Quartò denique longè clariùs eandem præcedentiam, tum ſuper Conventuales, tum ſuper alios Mendicantes Minoribus cedere ſolitos, Obſervantibus voluit eſſe confirmatam in bulla, *Et ſi pro Injuncta Nobis &c. Dat. Romæ die* 10. *Januarij* 1521. ubi aliam etiam rationem inſinuans ſic ait. *Dilectis Filijs Fratribus Ord. Min. de Obſervantia nuncupatis, pro eo, quòd ad eos jam multò major pars membrorum, & ſuppoſitorum dicti Ordinis S. Franciſci actualiter fuerit converſa, Miniſtrum Generalem illis de ſua portione ſemper eligendum conceſſerimus*; *in eoſque Jurisdictionem Ordinis Minorum in Capite tempore Generalis Concilij Lateranenſis conceſſerimus*; *prout olim eum aliqua Minor portio eorumdem Fratrum ad Obſervantiam inclinaſſet, Univerſalis Eccleſia in Concilio Conſtantienſi Vicarium ipſi portioni Minorum Familia nuncupata, Ut Regula puriùs inſiſterent conceſſit.* Deinde poſt pauca præcedentiæ punctum Apoſtolico Decreto definiendo ſic ait. *Motu proprio, non ad ipſorum &c. Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero in omnibus, & ſingulis Proceſſionibus &c. & aliis publicis actibus quibuſcumque ſuper dicto incedendi, & ſtandi Ordine, & digniori loco ſedendi &c. ſive in Urbe, ſive in aliis locis, vel terris Citra & Ultra-montes &c. inter Obſervantes hujuſmodi Minores, & alios Mendicantes prædictos hunc ordinem ſervari mandamus, quòd Minores Obſervantes hujuſmodi antiquum ſemper locum teneant, quem Ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus tenere alibi hactenus conſuevit &c. Minores verò Fratres omnes Obſervantes,& Conventuales juxta litteras noſtras inter eos per Nos editas, quæ Bulla Concordiæ nuncupatur, penitus incedere teneantur.*

Vvad. t. 8. in Reg. bull. 72. Leo X.

Ecce Obſervantes majorem Ordinis Franciſcani partem, & antiquum Ordinem ſancti Franciſci repræſentant, & faciunt; & ideo Miniſtrum Generalem totius Ord. Min. habent de ſuis,& Franciſcanis antiquis debitam præcedentiam ſuper alios Mendicantes, & ſuper Conventuales etiam confirmatâ bullâ Concordiæ; Prædictas de præcedentia Obſervantibus debita Leo X. litteras confirmavit in forma ſpecifica Clemen. VII. dato Brevi, *Accepimus quòd licet &c. Dat. Romæ die* 20. *Martij* 1531. Quid apertiùs, quid firmiùs deſiderari poſſit à definitivo Sedis Apoſtolicæ Decreto?

Vvad. t. 8. bull. 36. Clem. VII.

Cum verò ſub Sixto V. Pontifice utpote de ſe ipſis ad Petri Cathedram aſſumpto ſibi favorem compromitterent, contra præcedentiæ punctum litem conteſtari voluerunt; at pijſſimus Pontifex juſtitiæ magis, quàm affectioni deditus, per ſimplicem Cardinalium, & Prælatorum in cauſa deputatorum audientiam informatus, litem vix natam voluit evaneſcere. Sub Clemen. VIII. ex cauſa, quam in Tom. I. Orb. Seraph. cum omnibus ad hæc attinentibus fuſiùs explicavi, anno 1593. iterumque anno 1602. controverſiam de novo ſuſcitarunt, ſemper tamen per repetita S.C. Decreta cõdemnati. Decretorum tenores in Tom. I. Orb. Seraph. per extenſum deſcriptos, hîc in compendio exhibeo. [Die 26. Novembris 1593. habita fuit Congregatio Sac. Rituum, in qua propoſitâ cauſâ præcedentiæ inter R.R. P.P. Procuratores Generales FF. Min. de Obſervantia, & FF. Min. Conventualium Ord. S. Franciſci &c. cenſuit Fratres Minores de Obſervantia &c. & &c. conſtare dictum eorum Procuratorem Generalem in Capella Pontificia ante Procuratorem Generalem Min. Conventualium ſediſſe: quamobrem etiam cenſuit, dictum Procuratorem Generalem Min. Obſervantium in hac quaſi poſſeſſione ſedendi manutenendum eſſe, ſi ita Sanctiſſimo Domino placuerit] aliud [Viſo Memoriali &c. ſuper præcedentia eidem Procuratori in Capella Sanctiſſimi ante Procuratorem Generalem ejuſdem Ord. Conventualium competenti; ac Decreto aliàs

Orb. Seraph. t. 1. fol. 402. n. 33.

to aliàs ſub die 26. Novemb. 1593. ad ejuſdem Procuratoris de Obſervantia favorem facto; Congregatio die 25. Ianuarij 1602. ſtetit in deciſis factaque eidem S.S.D. N. juxta ejuſdem Sanctiſſimi reſcriptum de præmiſſis relatione, Sanctitas ſua dicta decreta approbavit, & ab iis, ad quos ſpectat, obſervari mandavit ]

Ibid.fo.95 n.11. Neo difformiter in lite contra Titulum, & ſigillum Miniſtri Generalis totius Ord. Min. ad idem militante, ab anno 1625. ad 1631. à P. Gabriele Fabri, ut hîc ſuperiùs indicatum eſt, accerrimè diſputata definitum fuiſſe legimus: Ecce decreti compendium [ Cum Procurator Generalis FF. Min. Conventualium S.Franciſci ſex ab hine annis ægrè ferret &c. utraque parte ſçpè ſæpiùs in facto, & in jure deſuper informante, & auditâ, ad relationem ejuſdem Emin. Card. Muti cauſâ accerrimè in plena Congregatione diſcuſsâ S. R. C. ℞. nihil innovandum, & Miniſtrum Generalem legitimè uſum fuiſſe, & uti poſſe titulo, & ſigillo cum inſcriptione Miniſtri Gen.totius Ord. FF. Min. & ita ſervari mandavit die 22. Martij 1631.] Iterumque [ Religio Min. Conventualium conqueſta eſt &c. eadem S. Congregatio unanimi Emin. P.P. conſenſu cenſuit ex hactenus deductis non eſſe locum novæ audientiæ, & mandavit Secretarium alloqui cum Sanctiſſimo juxta mentem die 12. Aprilis 1631. Feria 6. die 21 Aprilis ego Secretarius allocutus fui cum Sãctiſſimo juxta mentem ſac.Cong. & Sanctitas ſua mandavit mihi, ut alloquerer, prout feci, R. P. D. Datarium pro imponendo perpetuo ſilentio.

Negare poſſet aliquis, Obſervantes ante introductam Conventualitatem extitiſſe, niſi de illorum inſtitutione, atque confirmatione doceamus: concedendo namque, Paupertatis rigores fuiſſe Ordini Minorum in prima ſui inſtitutione coævos, diceret, hîc non de ipſa paupertate, ſed de Pauperibus diſputari: Et Conventuales longè ante bullam Vnionis, ab ipſo Religionis exordio præfuiſſe contendet.

Ad hæc omnia nos in ſuperioribus, nempe in §. 2. evidentiſſimè ſatisfactum credimus, ubi oſtendimus ex evidentia facti, & Regulæ Franciſcanæ Textu, ex plurimis Pontificum litteris definitivè loquentibus, Obſervantes ab ipſo S.Franciſco ſuam recognoſcere immediatam originem, ſub nomine Fratrum Minorum ſimpliciter, quòd eo temporis nulla eſſet adhuc Ordinis diviſio, ad quam innuendam apponendum eſſet additamentum in nomine per ſanctum Fundatorem impoſito, donec ſubrepẽtibus abuſibus ad eorũ diſtinctionẽ, qui relaxationib⁹ inhiabant, nobili Obſervantiũ titulo fuerunt inſigniti, quem facta Ordinis diviſione veluti proprium à privilegiatis diſtinctivum retinuerunt: Vnam ex multis repetere juvat; *Licèt aliàs &c. Dat. die 6. decemb.* 1517. relatam jam num. ubi Leo Papa ſic ait. *Quòd ipſi Fratres de Obſervantia, & Reformati, veri, & indubitati Fratres Ordinis S. Franciſci; & ejus Regulæ Obſervatores ſemper fuerint, & Divina favente gratia ſint futuri ſine aliqua interruptione vel diviſione, à tempore editæ Regulæ.* Et ſubſequen. §. 3. oſtendimus, Conventuales, prout Conventualitas non loca, vel Eccleſias, ſed Religionem afficit, in tertio Religionis ſæculo ſtatim ab introductione vitæ mitigatæ fuiſſe in Ord. Min. nominatos, & conſequenter diù poſt Obſervantes; nec tamen ante annum 1517. fuiſſe in unum proprium corpus ab Obſervantibus, & à Miniſtro Generali totius Ord. firmiori ſtabilitate ſeparatos.

Reſpondi ad ultimum ſufficientiſſimè in §. 3. oſtendens ex rationum evidentia, necnon ex bullis Papalibus, quando nomen Conventualium ( prout excluſis æquivocationibus Religioſos Minoritas afficit ) fuerit in Ordine Minorum introductum, ad eos ſignificandos, qui Regulam S. Franciſci non ad litteræ rigorem, ſed ad mitigativa privilegia profitentur; ipſam verò Conventualium vitam prout Regulæ Franciſcanæ mitigationem non niſi à Martino V. an.1530. firma ſtabilitate, debitaque cum facultate productam demonſtravimus. Quòd autẽ Eugenius IV. primus nominis Conventualium aſſertor per Fratres Minores Conventuales, illos intelligat, qui vitam mitigatam profitentur, ipſe ſe declarat, dum in præcitat. ibidem bulla *Vt ſacra Minorum &c. Dat. Roma* 1445. 3. *Idus Ianuarij*, facultatem concedit Obſervantibus, *Fratres Conventuales &c. dummodo ſuis Miniſtris non ſint rebelles &c. veraciter cupientes ad meliorem frugem ſe recipere, &*

*re, & vivere regulariter, recipiendi &c.* Quòd etiam rejectis privilegiis ad Regulæ puritatem reverti nolentes, fuerint à Leone X. anno 1517. à corpore Regularis Obſervantiæ, atque à Capite, ſeu Miniſtro Generali in corpus diſtinctum ſeparati, habetur per extenſum in ampliſſima Leonis ejuſdem bulla *Concordiæ*, aliiſque ſuperiùs allegatis, quas hîc ad tædium repetere non vacat.

Subtilis tamen eſſet advertentia de paupertate ab ejus profeſſoribus ſeparanda, ſi ſtaremus in logicalibus; in phyſicis autem, qualis fuit per S Franciſcum Ord. Min. Inſtitutio; quæro ego, ubi abſtractum ſine concreto reperiatur, & concretum, à quo, niſi à ſua forma denominationem aſſumat? Paupertas ergo Franciſcana, quando primò ante omnem Conventualitatem in quavis acceptione fuit à S. Franciſco inſtituta, chimerichane fuit, aut merè methaphiſica, aut in quo ſalvabatur? certè in ipſam Obſervantibus: concedere igitur paupertatem Minorum ante Conventuales, eſt idem concedere de pauperibus illam profitentibus, & Obſervantibus: Non enim S. Patriarcha Regulam uno modo ſcripſit, & alio ſuis ſectatoribus tradidit obſervandam.

Alio ex capite poſſemus ad favorē PP. Cōventualium, nēpe ex antiquitate Cōventus arguere. Do exemplum. In Civitate Iſerniæ domum habent Conventuales anno 1259. fabricatam; Obſervantes autem non niſi anno 1506. fixerunt ibi tabernaculum; cur in vim Gregorianæ Conſtitutionis non debent iſtis illi precedere? Repetitio hæc in Voluntaria æquivocatione fundata paulò altiùs eſt repetenda, ut detecta equivocatione ſecuriùs explicetur. Bellè, atque per Ironiam ſæcularem Iurium Obſervantiæ aſſertorem, vel ejus Amanuenſem arguunt de menda ſupponenda in annorum adnotatione, quaſi aliàs præcedentia Conventuum Conventualium ſuper Obſervantinos ſit prorſus extra controverſiam. Iam non agitur de præcedentia inter Obſervantes, & Conventuales, Ordinem Ordini comparando, de qua ſuperiùs egimus ſed inter utriuſque partis Cœnobia convertendo ſermonem. De hac igitur nunc inquiritur; hac in clauſula errorem, ſeu equivocationem ibi latere, ultrò profiteor, non quidem in calculis annorum, ut ironicè fingitur, at in modo loquendi, quo clauſula illa producitur. Vbi enim dicit, Conventuales habuiſſe Conventuum Iſerniæ anno 1259. Obſervantes verò ſolum anno 1506. ſic dicere debuerat. *Conventus Iſerniæ, qui nunc à Conventualibus inhabitatur, fuit anno 1259. fabricatus; anno verò 1506. qui ab Obſervantibus incolitur.* Hæc ut clariùs pateant, mihi priùs incumbit, majori qua fieri poſſit ſecuritate, atque facilitate, declarare, quomodo primæva, & antiqua Ordinis noſtri Cœnobia à Populis, & Principibus Seraphici Patriarchæ, Filiorumque ipſis altiſſimam paupertatem, ac humilitatem, omniumque rerum ſæcularium abdicationem altè conclamantibus fabricata fuerint pro hujuſmodi Pauperum Minorum incolatu; & quomodo tandem magna ex parte illis ceſſerint, qui poſt introducta libertatis privilegia Conventuales fuerunt appellati.

Quomodo antiqua Minorum Cœnobia ex magna parte Cōventualibus ceſſerint.

Ergo cum ad arctiſſimos Regulæ Frāciſcanæ rigores, præſertim verò ad omnimodam paupertatem vivere, ut paſſim habemus in Ordinis Chronicis, & Annalibus, nonnullos tædere cœpiſſet, horumque malo ab exemplo, immò & à perſuaſionibus, & quidem efficaciſſimis, Ordinis Communitas proceſſu temporis infecta langueſceret, tametſi Miniſtri Generales, & Ordinis Comitia, fruſtrà tamen ob cauſas in Annaliſta, & in Orb. Seraph. to. 1. legendas, proclamarent in contrarium, ipſamet Cōmunitas Religionis per plurimos abuſus, deinde ad rectificandas Fratrum conſcientias, ut ſuo loco dicetur, per Apoſtolica mitigativa privilegia cœpit à rigore primævo relaxari. Qui ergo in ipſa erant præ cæteris ſuæ profeſſionis Zelotes (at numero pauciores) ad effugienda laxiorum jurgia, & contentiones, atque relaxationum pericula, ſatiùs judicarunt, de licentia etiam Superiorum, extra illorum conſortium in locis pauperioribus, & in eremitoriis vivere ſeparatim, qui eapropter *parva Familia* dehinc ab ipſa pura Regulæ Obſervantia *Obſervantes* fuerunt appellati; gaudebant etenim Fortanerius, Farinerius, Sangeorgius, Alpherius, Viterbiens, & alij Miniſtri Generales, quoniam multitudinem jam ad

ad libertatis ſemitam procliuem ad rigores revocare non valerent, in illa ſaltem Familiola, ab illis Obſervantibus Franciſcanum Inſtitutum ad litteram conſervari, & Obſervantiæ hujuſmodi Aſſertores confovere non ceſſabant: videantur hæc omnia fuſiùs in Annaliſta, & in Orb. Seraph. præcitatis.

Paucioribus ergo Zelotibus ad pauciora loca ſecedentibus, & ſucceſſivè dum excreſcerent, nova ut plurimùm ex populorum devotione cõſtruentibus, cæteri (longè majori numero) rigores vitæ ſemper magis abhorrentes antiqua, & inſigniora Cœnobia ſibi conſervarunt, immò & Ordinis ſigilla, atque præeminentiam in Miniſteriatu retinuerunt. Cum tandem illi, qui puram Regulę Obſervantiã conſervarunt juxta S. Franciſci Vaticinium ſupra laxiores citiùs excreviſſent; ad Imperatoris, Regum, Principum, & Populorum inſtantias, Leone Pontifice pro Iuſtitiæ cauſa decernente, ad hoc ut in primęvo S. Fundatoris Inſtituto, ejuſque Obſervantia Religionis præeminentia corruſcaret (laxioribus à ſua vita mitigata ad priſtinum vitæ rigorem, juxta piiſſimam Pontificis requiſitionem reverti nolentibus) adiudicata ſibi receperunt Ordinis Sigillum, Titulum, & præeminentiam Miniſtri Generalis totius Ordinis Min. Hæc omnia in Chronicis noſtris, & Annalibus, in Orb. Seraph. in Leonis X. Gregorij XV. Bullis prællegatis; at longè clariùs in etiam præcitato diplomate Leonis X. *Et ſi pro injuncta* &c. ex integro declarantur, in hoc enim ultimo ſic habet. *Fratribus Ord. Min. de Obſervantia nuncupatis; pro eo quòd jam multò major pars membrorum, & Suppoſitorum dicti Ordinis S. Franciſci ad eos actualiter fuerit converſa, Miniſtrum illis Generalem &c. in eoſque juriſdictionem Ordinis Min. tempore Generalis Concilij Lateranenſis transtulerimus, prout olim eum aliqua minor portio eorumdem Fratrum ad Obſervantiam inclinaſſet, Vniverſalis Eccleſia in Concilio Conſtantienſi Vicarium ipſi portioni Minorum Familia nuncupata, ut Regulæ puriùs inſiſterent conceſſit.* De Conventibus verò in præfatis Vnionis, & Concordiæ Bullis ad tuendam pacem ſic determinat, ut videlicet loca omnia per Conventuales veros inhabitata tempore Capituli Ge-

Apud. Vuad. præcit.

neraliſſimi anno illo 1517. ab Obſervantibus nullo pacto uſurpari non poſſint, etiam ad Dominorũ inſtantias, niſi ubi Conventus integer, aut ejus major pars reformationem ultrò elegerint. Quid clariùs, Quid apertius deſiderari poteſt ad intentum ex ore Pontificis?

Cùm etenim graviſſimè dolerent Conventuales, ſeſe quotidie extra domos exactos habitationem alibi quærere teneri, & ſucceſſivè diminui; eò libentiùs piiſſimi Pontifices illorum querelis condeſcendentes, quòd optimè noviſſent, quòd longè faciliùs nova pro Obſervantibus, quàm pro Conventualibus cœnobia extruerentur à ſæcularibus; modo præfato ſtatuerunt pro conſervandis Conventualitati domibus, quas poſſideret. Ecce cur privilegiorum ſectatores majorem (in Italia præſertim) Conventuum antiquorum numerum retinuerint. Quot autem, quantique tumultus in ſæculo tunc temporis extiterint, legimus in hiſtoriis: dolentes ſiquidem Principes, & Populi, quòd domus olim à ſuorum pietate pro litterali S. Franciſci Inſtituto fabricatæ per introductas libertates à laxioribus poſſiderentur, eas illis reſtitui poſtulabant, pro quibus à principio fuerant erectæ; niſi modo prædicto Pontificum pietas aliter providiſſet.

Ex hujuſmodi antiquorum Conventuum retentione, præcedentiam ipſorum ſuper alios noviter ab Obſervantibus extructos, uti ſuppoſitum indubitabile hac in clauſula quidam argumentandam intendit. Gregorij XIII. conſtitutionem, *Expoſcit Paſtoralis &c Dat. Romæ die 15. Iulij 1583. annò 12.* Vnico hîc pro fundamento ſuo ſupponere non dubitatur, in qua Pontifex ad eliminandas in materia præcedentiæ hujuſmodi controverſias, determinat, præcedentiam inter Conventus metiendam ex ipſorum reſpectivè antiquiori fundatione; ubi alio ex capite probari non poſſit. Quomodo autem hoc ex Gregoriana fundamentum in caſu noſtro locum non habeat, evidentiùs oſtendo. Primò locum non habet, ubi de jure præcedendi, vel de præcedentiæ quaſi poſſeſſione conſtet, ut decernitur in ipſa bulla §. 3. & fundationis antiquioritatẽ pro evincenda præcedentia ſolùm in ſupplementum conſtituit, ubi de præfato jure, vel quaſi

Bull. Reg. to. 2. bull. 85. Greg. XIII.

quaſi poſſeſſione præcedentiæ non conſtet. Secundò locum non habet in Romano diſtrictu, ubi dignitas Religionis ſimpliciter attenditur, veluti Tuſculi Reformati de ſtrictiori Obſervantia ſuper Capuccinos in loco antiquiores præcedentiam habent, & in loco Pilei Anagnien. Diœc. ſuper Conventuales ex Religionis præcellentia: Quòd longè clariùs noviſſimè contra Capuccinos, non obſtante quacunque in loco antiquitate, ad favorem Obſervantium declaravit Sac. Rit. Congregatio per ſuum decretum die 26. Novemb. 1678. Brevi Apoſtolico Innocentij XI. confirmatum die 16. Ianuarij 1679. iterumque contra reclamantes Capuccinos confirmatum à præfata S. R. C. ſub die 24. Februarij 1680. Tertiò locum non habet illa Gregoriana Conſtitutio, ubi aliqui in quaſi poſſeſſione præcedentiæ, ac juris præcedendi ſunt &c. ut de facto Sac. Prædicatorum familia ex jure ſibi à B. Pio V. declarato, ubique terrarum ſuper cæteros Mendicantes ſuam conſervare præcedentiam comprobantur. Cùm itaque Leo X. in bullis *Omnipotens Deus &c.* & *Licèt aliàs &c. celebrato nuper &c. Etſi pro injuncta &c.* præallegatis modo ſuperiùs declarato præcedentiam Obſervātibus ſuper Conventuales in omnibus actibus publicis attribuendam eſſe decreverit, & Clemens VII. per ſuas litteras in forma Brevis, *Accepimus &c. Dat. Romæ die* 20. *Martij* 1531. confirmaverit illam præcedentiam etiam contra cæteros Regulares Obſervantibus deberi, quæ Minoribus antea debebatur. Conventus autem ab Obſervantibus inhabitatos communiter eſſe tempore poſteriores ab illis, quos Conventuales inhabitant ex cauſa prænarrata, nemo ſit qui dubitet; ambigendum non videtur hoc ſuppoſitum; quòd Obſervantes non obſtante fundationis novitate, præcedentiam ſibi à Pontificibus adjudicatam in Vrbe Iſerniæ in vim præfatarum Conſtitutionum Apoſtolicarum (niſi aliter probetur) ab anno 1517. ſuper Conventuales acceperint, eamque ſibi conſervare voluerint. Si ergo juris præſumptionem pro ſe habent Obſervantes, quòd præcedentiam de jure habuerint, & conſervare non omiſerint, quis non videat à Conventualibus eſſe probandum, quòd illi cauſæ ſuæ juſtitiam ſuſtinere neglexerint? qui dicit probare debet.

Ex Bull. impr. & archiu. Aracæl. reg. Vltramont. G

Bull. Rom. to. 2. bull. 84. G

Vvad. to. 8. in Reg. bull. 36. Clem. VII.

At dicet aliquis; quomodo fieri poteſt, ut non eſſent anno 1259. Conventuales, ſi tunc Iſerniæ Conventum habebant? Quomodo Conventuales negamus ſaltem Obſervantibus contemporaneos, ſi Religio priùs indiviſa, velut unum totum in Conventuales, & Obſervantes ſucceſſu temporis eſt diviſa, quos conſequenter ex æquo cõtinebat? Æquivocatio eſt iſta, non enim dicimus, immò negamus, Conventuales habuiſſe Conventum eo anno, ſed dicimus, Conventum, qui tunc pro Regulam purè Obſervantibus conſtitutus fuerat, & nunc à Conventualibus inhabitatur ex modo, & cauſis hîc immediatè declaratis, jam ab anno 1259. præfuiſſe, unde corruit illatio: unde negando Conventualium præexiſtentiam, ſic retorqueo argumentum; Si Ordo Seraphicus ab initio incluſiſſet Obſervantes, & Conventuales, jam non fuiſſet primò indiviſus, ſed bimembris; quod eſt contra Scriptores omnes: unde Conventuales non erant in Religionis inſtitutione, ſed modo jam ſupra in §. 3. enarrato occaſionati fuere; quod evidentiſſimum eſſe non dubito, quia nec in ipſa Regulæ inſtitutione, vel approbatione Apoſtolica de Conventualium nomine, aut de vita mitigata nec minimum apparet indicium; ſed Regula producitur, & approbatur purè, ſimpliciterque, & ad omnem rigorem à Fratribus Minoribus obſervanda; illius ergo Obſervantes, & non alij tunc in Ordine Minorum continebantur.

Vltrò etiam concedo, ut ſupra conceſſi, Conventuales ante Leonem X. præfuiſſe, non quidem ab Ordine inſtituto, ſed à tempore Martini V. ſecundùm rem, ab Eugenio IV. ſecundùm nomen; haud ita tamen, ut univerſa Communitas illa, pro qua concedebantur in dies privilegia Regulæ mitigativa, abuſus etiam non conceſſi ſenſim introducebantur, ad privilegia hæc, & abuſus inclinaverit; ut patet ex ſervorum Dei ſanctiſſimo Zelo flagrantium grandi multitudine, quibus ſemper abundavit, immò & ex variis Congregationibus, quæ ſucceſſivè ab ipſa Communitate pro tuenda Regulæ puritate dimanabant: majori tamen Communitatis ejuſdem parte jam tum hiſce novitatibus adhærente, Conventualitatem in nomine,

nomine,ac in re prævaluiſſe nō negamus, ut in Superioribus explicatum fuit, donec à Leone X. pars una ex puris Conventualibus compacta fuit,ab Obſervantibus completâ diviſione ſeparata.

Id unicum concedo , quòd tempore diviſionis, & Obſervantes, & Conventuales inſimul exiſterent: at quid inde? Longè ante ſoli erant Regulæ Obſervatores, quibus cum contra Regulę rigores ſubintroducti eſſent vitæ mitigatæ, ac libertatis amatores, ne periret communi relaxatione S. Fundatoris inſtitutum, facta fuit inter zelatores, & Conventuales ſeparatio; veluti ſi in antiquo unius nationis exercitu aliqui paulatim alienam linguam introducerent,demum ex zelo tuendæ priſtinæ unitatis, iterum in antiqua perſiſtentes ab illis Novatoribus ſegregarentur.

Quòd ſi reſpondeas; malè à Nobis ad Obſervantium favorem *Vnionis* , & *Concordiæ* ſæpè repetitas bullas Leonis X. allegari ; utpote meram ampulloſitatem; cum nunquam fuerint in uſu ; ideòque non amplius eſſe nominandas;nec Sigillum Ordinis unquam traditum Obſervantibus; ſicut P. Gabriel Fabri olim in præcitato ſuo libro ſe demonſtraſſe credebat;nec Generalem Obſervantium ſuper reliquos aliquid habere authoritatis.

Ludere potiùs crederem,qui talia diceret,quàm exprobrare velle quod adeò eſt in aperto, nempe Obſervantibus remanſiſſe Sigillum; & Titulum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum. Videat alioquin , an Decretum illud à Pontifice principaliter intentum in bulla *Vnionis* de conſenſu omnium tunc S. R. E.Cardinalium, tempore Concilij Generalis editum ad petitionem Imperatoris, Regum,Principum , & Populorum , causâ priùs diligentiſſimè diſcuſsâ , publicatum, dicenda ſi mera *Ampulloſitas* : an per hoc incautè Pontificiam Majeſtatem offendat : Quoniam authenticam Bullam , præcipuum,& indiſſolubile pro Obſervantium præeminentia fundamentum ; ab initio uſque in hodiernum diem toto, ſed irrito conatu ſemper oppugnatam convellere ſe non poſſe cognoſcit , cur primarium illius Decretum *Ampulloſitatis* arguere voluit? Deinde gratis dicit , huic ex bulla allegationi à Patre Gabriele Fabri Pariſien.

ſuprà relato fuiſſe ſatisfactum ; at quo fundamento dixerit , ex fine litis ab ipſo contra hæc aſſumptæ patet evidentiùs ; lite namque cum fundamentis illo ſuo in libro diſpoſitis conteſtata, ſemel, & iterum cum ſilentio perpetuo condemnatus cecidit à propoſito,de quo fuſiùs ſuprà notavimus.

Antiquum enim eſt , non ab Obſervantibus noviter adinuentum Sigillum illa cum orbiculari inſcriptione : *Sigillum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum* : Quod atteſtatur ( ut cæteros omittam ) Gregor. X V. integro poſt Leonem ſæculo in ſua bulla ; *Ex injuncto &c die* 24 *Novemb*.1621. recitans per extenſum,quomodo *Leo X. anno* 1517. *Sigil-* Orb.Seraph.tom.1.
*lum totius Ord. Seraph. S. Franciſci,gradumque Miniſtri Generalis à Conventualibus* fol.95.
*ad Obſervantes tranſtulerit* Quid enim clarius in Annalibus,quàm quòd à tempore Eugenij I V. Miniſtri Generales Ibid.fol.89
ex Ordinis communitate aſſumpti , ut n.5.&6.
qualemcumque ſuam præeminentiã ſuper cæteras Ordinis Minoritici partes , ac præſertim ſuper Obſervantes oſtenderent, Miniſtros Generales totius Ordinis Minorum ſe ipſos inſcripſerint , & tales à Romanis Pontificibus , præſertim à Iulio II. in Bulla *Nuper Nobis &c. die* 1. *Septemb.* 1508. fuerint appellati , in Orb. Seraph tom. I. brevitatis ergo legendum omitto. Patrum potiùs Conventualium ſigillum debebat advertere ; quod noviter ornatum ſic circumſcribitur. *Sigillum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum Conventualium* ; cujus nec ante Bulla Vnionis,nec diu poſt invenitur indicium , aut fundamentum. Quærant alij , quò tendat hoc *Totum* : ego ad partes reſponſionis propero.

Patet etiam , de authoritate exercita Miniſtri noſtri Generalis ſuper Fratres Regulares de Tertio Ordine plenè conſtare in Gallicis, & Hiſpanicis Provinciis ( licèt in rigore loquendo Tertiarij non comprehendantur ſub nomine Fratrum Minorum, ut habet ſigillum antedictum) ſuper Tertiarios autem Italicæ Congregationis, quali gaudeat præeminentia videndæ ſunt Bullæ Apoſtolicæ B. Pij V. *Ea eſt officij noſtri &c. Dat.* bull.Rom.
*Romæ die* 29. *Martij* 1586.. de quo ple- t.2.bull.62.
niſſimè tractatur in Orb. Seraph. tom.2. B Pij V.&
De ampla verò Generalis ejuſdem Mi- 28.Sixti V

niſtri præeminentia ſuper Conventuales (Capuccini nundum exiſtebant tunc temporis) videatur tota per extenſum Bulla Leonis X. *Omnipotens Deus &c.* ſæpiùs præcitata, quæ *Concordiæ* communiter appellatur; ex eo quòd Obſervantium, & Conventualium controverſias omnino compoſuerit, & poſtulantibus ipſis Generali, & Provincialibus Magiſtris Conventualium fuit à Paulo III. per litteras. *Exponi Nobis &c. Dat. Romæ die 27. Octob.* 1540. abſque ulla reſtrictione confirmata. Quòd ipſi pro bono pacis Generales de Obſervantia, juriſdictione exercita in litteris illis ſibi attributa in aliquibus caſibus uti neglexerint; cętera tamen in eiſdem contenta, maximè verò titulum eminenti præcepto in Reg. c. 8. appoſitum, à nullo hucuſque Romano Pontifice diſpenſatum, quia videlicet in eo ſaltem unitas Ordinis aliqualiter conſervatur, etiam in Bullis Apoſtolicis ab eodem Sixto V. ex Conventualibus aſſumpto (ut videre eſt in Orb. Seraph. tom. I. præcit:) Obſervantium Generalibus attributum, inconcuſsè conſervare voluerunt, & favente S.R.C. Decreto de anno 1631. ſuperiùs allegato conſervarunt, & conſervant.

Vvad. t. 8. 1517. & in Reg. bull. 31. Pauli III.

Denique non admirari quàm maximè non poſſum, quòd celebres illas Unionis, & Concordiæ bullas dicat, nec fuiſſe uſu receptas, nec ampliùs recantãdas. Deus bone! Unde Vir de re litteraria optimè meritus, in Curia præſentialiter exiſtẽs, in Religionis gubernio optimè verſatus, ut quid non vidit ſolemniſſimas illas litteras Apoſtolicas, quæ univerſum religionis Franciſcanæ corpus tanta novitate commoverunt, per ſubſequentes à Leone X. Romanos Pontifices uſque ad S.S.D.N.D. Innoc. XI. fæliciſſimè regnantem mordicùs ſuſtineri, & à Clemen. VII. in Bulla, *Accepimus &c.* in forma ſpecifica à Paulo III. in Bulla, *Exhibita nobis &c.* jam præcitatas ad ipſorum Conventualium inſtantiam fuiſſe confirmatas? Nonne S. R. C. illarum rigore anno 1631. inconcuſsè reſpondit optimè dici, & dicendum eſſe Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum, qui de Regularis, & ſtrictioris Obſervantiæ Corpore aſſumitur? B. Pij V. litteras pro Reformatione Tertij Ordinis Franciſcani in illis fundatas: Clemen. VIII. pro aſſerenda Obſervantibus de ſtrictiori Obſervantia antiqua præcedentia; Gregor. XV. de ſigilli tranſlatione atteſtantes, aliorumque Pontificum perplurimas; ſimulque præcedentiam ſub Clemen. VIII. Procuratori Generali de Obſervantia ſuper Conventualem, illo potiſſimum ex fonte dependere, quis ignorat? aliaque ut omittam, noviſſimè S.S. Innoc. XI. Decreta nonnulla Capituli Generalis Romani de anno 1676. hoc principaliter ex capite confirmare renuit, quia Bullæ *Unionis* de Triẽnali Commiſſarij Generalis duratione derogare videbantur; quo correcto, levi cum aliorum immutatione ſtatuta illa dedignatus non eſt, etiam in forma ſpecifica confirmare, dato diplomate, *Militantis Eccleſiæ &c. Dat. Romæ die 22. Novemb.* 1679. At quid immoror in probanda luce ſolis in meridie. Miniſtri Generales pro toto Ordine, Commiſſarij Generales pro altera familia ex Ciſ-montanis, & Ultra-m abſque ulla interruptione alternatim aſſumpti, Cõmiſſariorum Generalium, & Miniſtrorum Provincialium triennalis limitatio, cæteraque Ordinis officia eodem ſemper modo diſpoſita; repetita S. C. Decreta ad favorem Obſervantium anno 1593. 1602. 1631. contra multiplices Conventualium expoſtulationes ſuperiùs relatas, in quo fundantur niſi in illis nunquam revocatis, ſemper in Viridi uſu conſervatis Bullis *Unionis*, & *Concordiæ*? quomodo ergo contra patentiſſimam veritatem venditatur, illas nec eſſe, nec fuiſſe uſu receptas, nec ampliùs debere recantari?

Non ibo quidem inficias, Eminentiſſimum de Luca in libro Italico, cui Titulus *Il Religioſo prattico* cap. 33. Morigiam De Orig. Relig. cap. 73. Silveſ Marulum in Oceano Religion. 5. Ricciolum Ferrarien. in Chronol. Refo. t. 3. Laërtium Cherub. in Rubr. bullæ confirm. Regulæ Min. & alibi Thomam le Grue de Religion. Mundi diviſ. 10. Hieronymum à Sorbo, Franciſcum Longum à Coriol. Raphael. Volater. Spondan. & alios, vel malè intellectos, vel ex integro non adductos, ut & Conſtantienſe, atque Baſileenſe Concilia eodem modo adducta favere videri Patribus Conventualibus, quaſi antiquiores ſint Obſervantibus; quaſi Obſervantes à Conventualibus exierint, atque ſint Conventualium Filiales: Hoc idem ex

Emanu

Emanuele Roderico ex Ludovico Miranda, Marco Vlyſſiponenſi, Franciſco Gõzaga, Henrico Sedulio, Ioanne Capiſtranenſi, Arturo Moneſtarienſi, Petro de Alva, ex Haroldo, ex ipſo Orbe Seraph. ex ipſa Obſervantium familia dicunt aliqui deduci. Authores verò extranei, veluti paſſionis inſcij, pro ſimplici veritate loquentes, & Obſervantes veluti Teſtes contra ſe ipſos, & omni exceptione majores dubitari non poteſt, quin omne pondus authoritatis habere debeant.

Ad extraneos ſimul unica reſpondeo ratione, ſed à Philiſophis accepta. *Vnicuique in ſua ſcientia experto credendum eſt* Hinc vel Teſtibus ipſis Conventualibus Scoticæ Scholæ laudatiſſimis aſſertoribus, Scotus noſter Ariſtolicæ Philoſophiæ fideliſſimus, & acutiſſimus Interpres, ubi tamen de ſpectantibus ad rem medicam, vel Mathematicam agatur, ab Ariſtotile recedere non veretur, ut propriis materiarum Magiſtris adhæreat. Quanta legimus in hiſtoriis Ordini noſtro præjudicialia, vel diminuta, vel non ſibi conſona, quæ tamen bona fide, ſed non plenè cognita, ſolùm delibando fuere ab Authoribus conſcripta? Videatur ſub Titulo de Religionibus, quam graviter Ordinis Seraphici gloriis præjudicaverit (ut cætera graviora præteriens unicum producam) etiam in ultima impreſſione Theatrum vitæ humanæ. Quod certè factum ex malitia credi non poteſt, cum defectus omnino conſimilis reperiatur communiùs in omnibus Authoribus, qui de rebus præſertim hiſtoricis ad ſe propriè non attinentibus agentes, non omnia, per maximam diligentiam habere potuerunt. At quid, ſi bona fide ab aliis quoquomodo intereſſe habentibus in cauſa informationes acceperint, qui ſecuriori occaſione abutentes, alterata narratione rem ſuam promovere voluerint? Vnico, ſed ad hominem argumento ſatisfaciam. Novit quidam, quanto, ſed irrito conatu egerit, dum Tom. I. Orb. Seraph. Typis committendus examinaretur, ad hoc ut Ioannes Calvius quinquageſimus Miniſter Generalis Ordinis ex Obſervantium cætu deleretur, Conventualibus adſcribendus. Fundamentum ab exteris, utpote à paſſione liberis aſſumpſerat, nempe à libro Conſtitutionum Mõtis pietatis de Vrbe per eundem Calvium erecti, dum poſt annum 1535. pro ſuis Obſervantibus in Romana Curia Commiſſarium Generalem ageret: quoniam verò in illius libri præfatione vernaculo idiomate Ioannes Calvius loci Fundator Commiſſarius Generalis Fratrum Minorum *Conventualium* aſſeritur, ipſum hoc uno ex capite ſibi vendicare graviſſimè tentavit. Ad enervandum ipſius aſſertum ſatis, ſuperque eſſe debuerat, quòd inter Conventuales, nec in ſerie Miniſtrorum, aut Magiſtrorum Generalium, aut Vicariorum, aut Commiſſariorum, aut Procuratorum uſquam reperiri potuerit, inter Obſervantes autem conformiter ad erectionis tempus, & locũ reperitur an. 1535. in Capitulo Generali Niciẽſi Cõmiſ. Generalis in Curia deputatus, & an. 1541. in Mãtuano ad Miniſteriatũ Generalẽ evectus, & in Cõcilio Tridentino in ſerie Thologorum adnumeratus, & defunctus; hæc omnia, per tabulas utriuſque Generalis Capituli præcitati, per utriuſque Curiæ regeſta in Archivio Aracælitano, per Indices, & Hiſtoricos Concilij Tridentini, per Vvadingũ (cum integra rei narratione) alijſque Scriptoribus evidentiſſimè conſtabant, conſtabat etiam ex Bulla Pauli III. montis illius approbativa, quòd montium pietatis hujuſmodi cura ſingularis ſemper fuerit penes Obſervantes; his tamen omnibus evidentiſſimè convincentibus, volebat ille, prævalere unicam illam Italicam allegati libri præfationem, in qua Calvius iſte Conventualium Commiſſarius aſſeritur; donec per Bullas Apoſtolicas irrefragabili teſtimonio fuerit convictus; illã præſertim Pauli III. quæ in ipſa præfatione allegatur, & in corpore Libri deſcribitur, quæ apertiſſimè contra citationem ipſam præfationis Ioannem Calvium Ordinis Min. de Obſervantia Commiſſarium Generalem in Curia, & Franciſcum Quinnonium Obſervantium Ex-Miniſtrum Generalem, & Cardinalem Tit. S. Crucis, quem pariformiter eadem præfatio libri dixerat *Conventualem*, Montis illius Procuratorem, & ſubſequentes ejuſdem Ordinis Protectores, etiam Montis Protectores eſſe debere determinat, hac de cauſa, quòd Obſervantes pro hujuſmodi Montium erectione contra hebraicas uſuras indefeſſè pugnaverint.

Authores itaque de materia quacumque

que ad aliorum inſtructionem cum laude ſcribentes eâ, quâ par eſt reverentiâ, veneror; hos præcipue omni titulo commendatiſſimos, qui hac in cauſa recenſentur: At ubi controverſia aliqua decidenda occurrat, ad proprios illos provocandum eſſe non vereor, qui de re tractantes ex profeſſo, luſtratis totâ diligentiâ monumentis, & impreſſis, & manuſcriptis, maximè verò Bullis Apoſtolicis, ſiquæ legendæ occurrant, veritatem indagare potuerunt. Quamvis ergo abſque delectu quæcunque hac in controverſia dicuntur, gratis concederem, eo ſenſu fuiſſe deſcripta, qui ab adverſariis prætenditur; ea tamen non afficere, Reſpondeo, utpote obiter tacta, non fundamentaliter examinata. At quid, ſi, quod quotidie fieri videmus, Scriptores illi allegati, ad alia, propriaque ſibi properantes, hæc ab aliquo Franciſcano poſtulaſſent, atque citra fraudis, aut erroris ſuſpicionem accepta ſcriptis exaraſſent? Certò certiùs præcitati libri Conſtitutionum Montis pietatis Compilator non de ſuo Capite contra Bull. Apoſtolicæ tenorem, quam citat in illa præfatione, quamque eodem in libro deinde deſcribit, nec Calvium Montis fundatorem, nec Franciſcum Quinnonium primùm Cardinalem Montis Protectorem, utrumque de Obſervantia Ex-Miniſtrum Generalem Conventualibus addixiſſet; niſi ab aliquo in cauſa intereſſe habente vitiatam informationem accepiſſet. Hæc ad univerſos allegatos Authores in communi reſpondi, ſingulorum tamen dicta juvat in particulari breviùs examinare.

Cardinalis de Luca tria dicit: nempe ad Rivum Tortum inchoatum fuiſſe Ordinem Min. in Campo ſub-Aſſiſienſi. 2. Primum Conventum Ord. Min. fuiſſe Aſſiſienſem illum, qui eſt S. Patriarchæ dicatus. 3. Nomen Conventualium fuiſſe ab initio inditum Minoritis ad Eremitarum differentiam. Eminentiſſimus iſte tum S. Purpurâ, tum fæcundiſſimo ingenio commendatiſſimus (ſi debita cum reverentia reſpondere liceat). hæc omnia, quæ ex præfato ejus libro cap. 33. n. 2. & 5. & 11. allegantur, in unum unita prout & uniformi ſenſu producuntur, ab aliis modo prænotato, accepiſſe non dubitatur. Ordinem quippe Minorum non ad Rivum Tortum fuiſſe inchoatum, ubi nec Cellas, nec Altare, nec Oratorium, nec ubi ſpiritualem, aut corporalem functionem inſiſimul exercere poſſent, unquam habuerunt; ſed ad Ædiculam S. Mariæ Angelorum primum à S. Franciſco fuiſſe in ſe ipſo formatum anno 1208. antequam Novitios haberet; & ſtatim à prima Regulæ confirmatione primum habuiſſe domicilium teſtantur S. Bonaventura, Vvadingus, & omnia Ordinis monumenta ante introductum nomen Obſervantium, & Conventualium exſcripta; teſtatur & ipſe S. Franciſcus in graviſſima loci commendatione antequam de hoc mundo tranſiturus eſſet ad Patriam. Quod & expreſsè confirmat Pius II. in ſua Bulla, *Sacræ Religionis &c tertio nonas Maij* 1460. dicens Ordinem Minorum fuiſſe à S. Franciſco inchoatum ad S. Mariæ de Portiuncula, immò & lectiones ipſæ Breviarij, Vvad.to.6.
quas in feſto dedicationis ejuſdem de in Reg.
Portiuncula Eccleſiæ die 2. Auguſti re- bull. 17.
citat univerſus Ordo Seraphicus hoc at- Pij II.
teſtantur.

Primum ſimiliter Ordinis Conventum fuiſſe Aſſiſienſem illum S. Franciſco dicatum, eſt contra Ordinis Chronica, & Annales, & Scriptores communiter; quomodo enim præfatus ſub-Aſſiſienſis de Portiuncula, ubi vivente S. Patre celebrata ſunt totiùs Ordinis Comitia, aliique per S. Patris Filios primos intra Vrbes ædificati non debent appellari Conventus? Quomodo Bononienſem negare poſſumus extitiſſe Conventum, qui à Ioanne de Stiachia Miniſtro Provinciali, non ad Tugurij, ut hîc de omnibus dicitur, ſed ad ampliſſimi ædificij formam erectus à S. Franciſco maledictus, ſubinde tamen rogante cum Civibus Bononienſibus S. Patriacha Dominico fuit toleratus? quomodo illos Aſſiſienſi poſteriores aſſeramus, in quibus vivente S. Franciſco, non modo collegialiter, ſed & ad ſtudia Minores ipſi conveniebant? Nonne S. Franciſcus ipſû S. Antonium de Padua S. Theologiæ Lectorem inſtituit? Quoties legimus de Fratribus ad horas matutinas media nocte inſimul conſurgentibus, aliaque munia Regularia ſimul exercentibus. Conventum autem Aſſiſienſem S. Franciſco jam canonizato inchoatum quis ignorat?

Similiter non ſubſiſtit, quòd ab initio

tio nomen Conventualium ad Eremitarum differentiam, aut ad innuendam vitæ Communitatem fuerit inductum; cum ab Innocentio IV. triginta, & ampliùs annis ab instituta Religione fuerit conceſſum, ut prætenditur; quod tamen gratis dici, clariùs demonſtravimus antea in §. 3. & infra demonſtrabimus. Eadem facilitate diſſolvitur, quod in fine additur ex ipſo Emin.num. 11 nempe ſub Leone X. anno 1517. Minoribus poſſeſſionum capacibus remanſiſſe ſuum antiquum Conventualium nomen eum antiquo ſuo Generali, cum per Pontificem interdicto ipſis noviter Miniſtro Generali, juſſi fuerint Magiſtrum ſibi Generalem eligere; de quo egimus in ſuperioribus.

Paulus Moriggia dicit, Conventuales Franciſcanos primòs fuiſſe S. Franciſci Diſcipulos ab anno 1212. inſtitutos: Obſervantes verò anno 1412. à S. Bernardino Senenſi. Error Pauli Moriggiæ clariùs eluceſcit: primò enim Conventuales non fuiſſe primos S. Franciſci Aſſeclas ex ipſo Regulæ Franciſcanę contextu (ut ſup. §. 3. demonſtravimus) inexcuſabiliter convincitur; ubi paupertatis altiſſimæ, cæterique Vitæ rigores eminenti præcepto præſcribuntur. Falſum item, nec ab alio aſſertum, quòd Ordo Minorum anno 1212. incœperit; ſed anno 1208. à S. Patre inchoatus, anno 1210. fuit primò confirmatus, 1212. Ordo Clariſſarum Originem habuiſſe comprobatur. Nec minùs clau. dicat ultimum ibi Moriggiæ aſſertum; quòd Ordo *Zoccolantium* (ſic enim ait) anno 1412. à S. Bernardino Originem hubuerit; eò quòd S. Bernardinus, qui anno 1402. inter Obſervantes Noviciatum egit, & anno ſequenti ſolemnia profeſſionis Vota nuncupavit, non potuit anno ſubinde 1412. Ordini illi dare Originem: & quidem ut in cujuſdam ſententia, Obſervantes dicam Familiam à Conventualibus ſeparatam, ipſos ante annum 1375. incœpiſſe, ipſemet ſępiſſimè teſtatur.

Silveſtro Marulo in ſenſu jam expoſito mox, & exponendo, ultrò concedo, quòd nempe à B. Pauluccio Reformatio incœperit Obſervantium, ideſt à laxioris vitæ ſectatoribus ſeparari, non quaſi eſſe ſuum de novo receperit, cum à tempore Sancti Franciſci nunquam eſſe deſiverint.

Ricciolus Ferrarienſis quatenus ait, Ordinem Minorum fundatum à S. Franciſco an. 1207. vel juxta Genebrardum anno 1209. parùm à ſcopo declinat; ut autem ibidem ſuperaddit. *Ord. Minorum Conventualium* ab aliquo rerum noſtrarum non fideli ſtudioſo, ly *Conventualium* accepit, ut in ſuperioribus elariſſimè demonſtravi: Ubi verò ſubjungit; Ordo Minorum Obſervantiæ à S. Bernardino anno 1400. Ordinem Reformante inſtitutus fuit; apertè nimis ab hiſtoriæ Veritate declinat; ſi non ad ſenſum ſeparationis, aſt in rigore primæ inſtitutionis intelligat; ipſum tamen in ſenſu veriori, nempe de ſeparatione à laxioribus intelligendum arbitror, cum dicat *Ordinem S. Franciſci Reformantes*; reformare ſiquidem nihil eſt, niſi ad priſtinam formam reducere, ut in ſubſequentibus dicemus; ergo S. Bernardinus juxta Riccioli placitum non Obſervantes de novo inſtituit, ſed in antiqua Franciſcanæ vitæ forma ſegregavit; unde Obſervantes jam præextitiſſe in Ordine Sancti Franciſci, cognoſcas: Adde quod hoc anno 1400. eſſe non potuit, eum Bernardinus nonniſi anno 1402. habitum Ordinis aſſumpſerit.

De Laertio Cherubino Viro doctiſſimo, qui Roman. Pontificum Bullas in uſum commodiorem collegiſſe, atque rubricis, ſive ſummariis exornaſſe commendatur, non admirari non poſſum, quomodo Bullas ipſas referendo, in quibus de Conventualium nomine nec extat indicium, ipſe in ſummariis Ordinem Minorum *Conventualium* adjungere de ſuo voluerit; unde credere debeam, ipſum ex repetito ſæpius errore fuiſſe deceptum; at quomodocumque ſit, ex ipſo Bullarum contextu, quas poſt ſummarium exſcribit, apertè corrigitur, Minoritas illos à S. Franciſco primitùs inſtitutos gratis, & ſine fundamento dixiſſe *Conventuales*; aliàs quomodo B. Pius V. edita Conſtitutione ſua, *Maximè cuperemus &c.* die 2. decemb. 1566. aut à Cœnobiis eos recedere, aut ad rigores Obſervantium ſe obligare præcepit, ſi fuerunt ad Conventualitatem à S. Franciſco inſtituti? Bull. Rom. tom. 2. fol. 405.

Thomas la Grue, prout allegatur, nec ſibi conſtans eſſe, nec parti favere convincitur, ſiquidem Conventuales, & Ob-

ſervantes ſimul unitim dicit, nec contrectare pecuniam, nec carnibus veſci, nec ſoleis uti; & fuiſſe à Concilio Conſtantienſi confirmatos, in quo primùm Conventuales debebat ab Obſervantibus diſcernere: deinde falſum eſſe nemo ignorat, Minoritas, vel Conventuales, vel Obſervantes carnibus non veſci temporibus in regula non exceptis; ex quibus ipſe in rebus Franciſcanis ſe parùm eſſe verſatum oſtendit: Suppoſito tamen, quòd de ſolis Obſervantibus loqui voluiſſet; ubi ait, illos à Concilio fuiſſe confirmatos, non dicit, eos tunc incœpiſſe de novo; unde nihil pro parte; quòd enim illorum à laxioribus ſegregatio fuerit à Conſtantienſi Synodo confirmata, nos ipſi abſque ullo præjudicio noſtro cum Annalium, & Chronicorum Ordinis aſſenſu confitemur.

Hieronymi à Sorbo, & Corriolani aſſerta, ubi dicunt Obſervantes à Conventualibus exiviſſe infra concedemus, ubi plenâ evidentiâ declarabimus, per ly, *Exire* non eſſe de novo, ſed antiquam præexiſtentiam neceſſariò ſignificari: ubi verò ait in ſecunda propoſitione, S. Bernardinum Obſervantibus formam, & ordinem tradidiſſe, etiam concedimus, ſi de forma regiminis à Conventualium gubernio condiſtincti juxta Bullas Apoſtolicas loquatur; negamus autem, ſi de alia forma contra Bullarum tenorem intellexiſſe prætendatur.

Raphael. Volater. in Comment. Antropol. lib. 21. tit. S. Franciſc. fol. mihi. 219.

Raphaelem Volaterranum ab aliquibus allegatum videre licuit in fonte (quod in prædictis non adeò curavimus, ſupponendo, ipſos fideliter eſſe citatos) at particulam primariam, de qua controvertitur, fuiſſe prudenter in allegatione omiſſam, comperimus; dicendo quippe: *Sanctus Bernardinus collapſum Ordinem in frugalitatem, obſervantiamque reduxit*; tametſi virtute illius verbi, *Collapſum Ordinem*, ſupponere videatur, Obſervantiam ante Ordinis collapſum extitiſſe; rem tamen ipſe clariùs explicavit dicendo, *Collapſum Ordinem in frugalitatem, obſervantiamque priſtinam reduxit*, ubi per ly *Priſtinam* evidenter oſtendit, Obſervantiam in Ordine Minorum ante collapſum præextitiſſe, & à S. Bernardino non de novo introductam, ſed reſtitutam, atque reſtauratam, unde Volaterranum pro nobis eſſe cognoſcas.

Spondanum commendatiſſimum Eccleſiaſticæ rei Annaliſtam, non difformiter pro nobis ultrò admittimus; quid enim clarius pro antiquiori, & prima Obſervantium præexiſtentia deſiderari poſſet, quàm quòd *S. Bernardinus Monaſteria Fratrum Minorum, quos ab antiqua S. Franciſci ſeveritate ſenſim receſſiſſe videbat, ad veterem diſciplinam revocare voluerit.* Vnde facta fuerit diviſio illorum Obſervantium à Conventualibus privilegia, & diſpenſationes (irrefragabili conſequentia) de novo ſubintroductas Apoſtolicas affectantibus.

Ex Bulla Concilij Conſtantienſis per Baſileenſe confirmata pro prima Obſervantium ſeparatione adducunt, quòd Regularis Obſervantia illis temporibus incœperit vigere; atque quòd Obſervantes ab Ordinis Communitate diſtinguantur: ex quo deducunt, Ordinis Communitatem ibi citatam, fuiſſe Patres Conventuales. Primum hujuſmodi aſſertum ultrò concedo; videlicet quòd Regularis Obſervantia in aliquibus Conventibus eo tempore vigere incœperit; & ab Ordinis Communitate relaxationes paſſim introducente ſeparari; nullibi negavi; quòd hujuſmodi ſeparationi faverit utrumque Concilium, patet ex ipſa conceſſione. Nullus tamen ſanæ mentis dicat, Obſervantiam ipſam ex conceſſione Synodorum eſſe recepiſſe de novo; nec ad hoc fuiſſe à Zelotibus habitum ad illa Concilia recurſum. Sed difficultates, & impedimēta, quæ in ſtricta Regulæ Obſervantia à Conſodalibus, ut plurimùm ad libertatem inclinantibus patiebantur, Zelotes ipſos adegerunt, ut pro conſervanda ſeparatis in Cœnobiis, atque ſub propriis Superioribus Regulæ puritate, Concilij favorem expoſcerent; quod ex cauſæ juſtitia (fruſtra opponente Ioanne Rota ibidem pro Miniſtro Generali Vicarium agente) poſt cauſæ diſcuſſionem, ut ibidem exprimitur, nullo negotio impetrarunt. Si autem Obſervantes iſti novum vitæ genus, novos rigores introducere voluiſſent, non erat unde per Concilium poſſet adſtringi Communitas Ordinis, ut ab antiqua, & primæva libertate ad rigoroſam novitatem recedere, vel Novatoribus illis antiqua ſua Cœnobia conſignare deberet. Dum verò peterent, ut in aliquibus Ordinis ſui domibus procul à relaxationis jam prævalentis periculo in Regulæ

Vvad. to. 5. 1415. n. 7. & 1435. n. 13.

gulæ antiqua puritate conſervarentur, juſtiſſimæ poſtulationi favorabilem impetrarunt aſſenſum. Quòd autem hæc una fuerit hujuſmodi Zelantium poſtulatio, & quòd majori ex parte, non univerſus Ordo ſenſim declinaret in libertatem, & cauſam ſeparationis inveheret; ex eiſdem Conſtantienſis Synodi litteris, ad quas Baſileenſe remiſſivè ſeſe habet, evidenter apparet, ubi circa medium ſic habet. *Non tamen per hoc intendimus, quòd Fratres, & Conventus, qui voluerint, poſſint ſecundùm hanc ſtrictam Obſervantiam vivere, manendo ſub cura Miniſtrorum Provincialium, exceptis tantummodò prænominatis Conventibus &c* In literis autem Baſileenſibus ita circa medium habetur; *Nonnulli ex dictis Miniſtris, & Præſidentibus Ordinis præfati decreta, & Conſtitutiones hujuſmodi parvipendentes, quædam ſtatuta, Ordinationes, per quæ Decreto, & Conſtitutionibus prædictis, necnon Regulæ B. Franciſci, ac declarationibus Apoſtolicis in corpore juris clauſis, ad laxationem, & remiſſionem Obſervantiæ Regularis Ordinis hujuſmodi, non parùm derogatur, dicuntur fieri procuraſſe.* Ecce per literas Synodorum ab Adverſariis allegatas, luce meridiana clariùs, quòd non univerſus Ordo Minorum, ſed quidam Miniſtri, & Præſidentes, (& ideo pars potentior) ad libertatem inclinant; Ecce relaxationes contra Regulam S. Franciſci, & declarationes Apoſtolicas in corpore juris clauſas, & conſequenter illegitimè, atque per abuſum introductæ: Ecce laxatio, atque remiſſio Obſervantiæ Regularis in ordine, & conſequenter præexiſtentis præjudicium, ex quibus omnibus indubiam neceſſitatem factam Zelotibus intelligas, ut pro conſervanda Obſervantia ipſa, & puritate Regulæ, quòd ex ſe ipſis contra partis potentioris oppoſitionem efficere non poterant, ad authoritatem Synodi confugerent. Novatores igitur, licèt eſſent in majori numero, fuerunt, qui contra Regulam S. Franciſci, & declarationes Apoſtolicas abuſus, & relaxationes introducere voluerunt; antiqui verò, & primi tametſi numero pauciores, qui primævam Regulæ Obſervantiam in primæva paupertate conſervandam expoſtularunt.

Hinc ad conſequentiam inde deductam pleniori facilitate reſpondentes negamus, quòd illa Communitas Ordinis tempore Concilij, eſſet Ordo Conventualium, quia nec dum Conventualium nomen, nec vita mitigata per Apoſtolicas diſpenſationes fuerant invecta; ut videmus ex *Baſileenſi*, nec deerant in Communitate ipſa puriſſimi Obſervatores Regulæ, ut ait Conſtantienſe; ſed erat illa Communitas *Ordo Minorum*, ut quidam in hac parte non diffitetur: concedo tamen, quòd illa Communitas paulò poſt ex introductis privilegiis diſpenſativis, & per Eugenium addito nomine *Conventualium* (etſi non univerſaliter) illicò libertatem diſpenſationis exceperit, & Ordo Min. Conventualium incœperit appellari; ſed anno 1517. ſub Leone X. Communitate Ordinis in rigida, & antiqua Regulæ Obſervantia, quæ prævaluit, ſub totius Ordinis Min. Generali Miniſtro conſtituta; Conventuales ipſi ab Obſervantia ſeparati, novâque Regiminis formâ, non ſub Miniſtris, ſed ſub Magiſtris aſſignati, proprium, & ſeparatum in Ordine Minoritico corpus efformare cœperunt. Vnde ad formam argumenti in adverſum efformati, nego minorem, nempe Conventuales eſſe illam antiquam Ordinis Communitatem; ad cujus probationem item nego minorem, nempe quòd illa Religio, quæ tunc erat, & nunc eſt ſub Miniſtris, eſt Religio Conventualis. Bullæ verò Leonis X. ibi ad eam probandam adductæ contrarium apertitiſſimè conteſtantur; nempe Bullæ *Vnionis*, & *Concordiæ* ſæpiùs allegatæ: ſiquidem in Obſervantia Regulari jam maximè prævalente, Ordinis Communitatem, Sigillum, & Miniſtrum Generalem totius Ordinis conſtituunt; & Conventuales ab Obſervantia ſegregatos ſub Magiſtris de novo reponunt, quarum graviſſimarum Bullarum tenores hîc ſæpiùs adductos, non eſt cur fruſtra repetere debeam. Vnicum ex præcitata Bulla: *Licèt aliàs* &c. die 6. decemb. 1517. tantùm adducam. *Quòd ipſi Fratres de Obſervantia, & Reformati veri, & indubitati Fratres Ordinis S. Franciſci, & ejus Regulæ Obſervatores ſemper fuerint, & divinâ favente gratiâ ſint futuri ſine aliqua interruptione, ſeu diviſione à tempore editæ Regulæ per B. Franciſcum uſque ad præſens &c.* Tandem ſectionis in fine optimè

mè

mè dicit, *quòd ſit Sophiſtica Cavillus , & anilis fabella deſitio Ordinis Minorum per Bullas Leonis confic͞ta* ; A terminis hujuſmodi libens abſtineo, confiteor ultrò , quòd per illas non deſierit ; ſed in Obſervantia Regulari, ſemotis libertatibus, & privilegiis , fuerit in antiqua ſua puritate , atque dignitate confirmatus: hujuſmodi deſitionem nemo ſomniavit ; immò Minorum Ordinem, ut fuit à S. Franciſco inſtitutus, ſemper abſque ulla interruptione perſeveraſſe , & adhuc perſeverare in Obſervantia , cum Bullis Apoſtolicis Leonis X. *Ite & vos &c* & *Licèt aliàs &c.* & *celebrato nuper &c.* Et *ſi pro injuncta &c.* & Clemen. VII. *Accepimus &c.* jam præcitatis mordicùs ſuſtinemus.

Vvad.to.1. 1223.n.10 Ex hucuſque productis ſatis ſuperque conſtare crediderim, non , fuiſſe à Sancto Franciſco immediatè fundatos, qui ejus Regulam haud integrè profiterentur ; quòd Sanctus ipſe Patriarcha in ultimo agone conſtitutus, in omni occaſione conteſtatus eſt, etiam voce à cœlo delapſa confirmatus, ut Regula per ipſum deſcripta ſine gloſſa , & ad litteram obſervaretur, & ſic practicatum fuiſſe ab initio, non eſt qui poſſit ambigere. Nec novum ergo, nec mirum eſſe debet, quòd Obſervantes ( ut aiunt Iullius II. Leo X. Clemens VII aliique præcitati Romani Pontifices ) ab ipſo Seraphico Fundatore , & ab Ordinis inſtitutione ſuum eſſe recognoſcant , ſucceſſivis autem temporibus ſuperinducta fuerint privilegia Regulæ mitigativa , novis additis agnominibus ſuper eſſentiale nomen *Fratrum Minorum* ad diſcernendas varias Congregationes, quę variè Regulam obſervarent Hæc non clanculum , & ſubobſcurè , ſed clariſſimè patent in Ordinis Chronicis, & Annalibus , dum contra primævam Fratrum Minorum inſtitutionem , atque rigores , ſubnaſcens paupertatis tædium , intentata privilegia , ſubrepentes abuſus, & tandem diſpenſationes Apoſtolicas noviter introductas , latiſſimè deſcribunt.

Emanuel Rodericus, Mirãda, & alij ex Obſervantibus adducuntur, quaſi dixerint Obſervantes à Conventualibus exiviſſe, à Pauluccio de Trincis fuiſſe originatos, à S. Bernardino Senenſi formam, & methodum habuiſſe, & quòd Titulo novæ familiæ , ſeu Congregationis appellantur, & ſimilia. Achilles adverſariorum ponitur in illo Verbo *Exyt* , quaſi verò exire idem ſit, ac de novo generari, ex quo deducit conſequentias , nempe Conventualitatem eſſe Matrem , Matricem, fontem, & originem Ordinis Minorum, à qua ut Filiales emanaverint Obſervantes. Dum verò exiit Abram de Vr Châldeorum, & Loth de Sodomis, nunquid nati de novo, & generati tunc fuerunt ? Filius Dei , qui dixit: *Exivi à Patre, & veni in mundum.* Fortè à Patre, & in Patre, & coæternus Patri non fuit, priuſquam veniret in mundum ? Quis non videat , craſſam eſſe hanc intelligentiam ? exire jam ſupponit eſſe, idemque quod ſeparari ſignificat. Conſtantienſe Concilium à Roderico citatum jam plenè declaravimus ſuperiùs. Igitur ex verbis Roderici non nata fuit de novo Obſervantium Reformatio , ſed à Conventualibus ſeparata; Vnde corruiſſe videas omnes illas conſequentias indè ab Adverſariis deductas. Roderici mentem , ut pleniùs habeamus , ex integro ipſe hac de re venit audiendus : Igitur loco citato ex Tom. I. q. 2. art. 3. verbis ad intentum partis contrariæ accommodatis ; non illud dicit, quaſi partium dignitatem deciſurus , ſed Ordinis in Cõmuni amplitudinem commẽdaturus ; unde nec poſuit Vim in verbis ; at ibidém q. 4. art. 1. & 2. de Obſervantibus, & Conventualibus tractàns ex profeſſo eſt adducendus, ubi art. 1. cit. de Conventualium origine diſcurrens , dicit, quòd cum Regula S. Franciſci fundata fuerit , & ab initio obſervata in rigore paupertatis, & pœnitentiæ, cœpit deinde ob cauſas ibi recitatas relaxari, & per Apoſtolica privilegia mitigari ; unde originem habuerunt Conventuales, per quod nomen , ait , diſtinguebantur ab aliis , qui Reformationem affectabant : conclud itque in fine quomodo Conventuales ipſi fuerint in Hiſpaniis extincti: Ecce per Rodericum quid per Conventuales intelligatur inter Minoritas. Hinc ſecundò non Obſervantes à Conventualibus originem habuerunt, licèt ab ipſis exiverint ; imò Conventuales per introducta privilegia orti ſunt inter Obſervatores Regulæ: Tertiò patet, cur, & quomodo Conventuales ab Obſerventibus fuerint , & vita , & nomine

distin

diſtincti, & tandem in Hiſpaniis extincti: Vnum hîc obiter adnotare libet; ſi Conventuales à S. Franciſco fuerunt inſtituti, & ab Apoſtolica Sede approbati, quomodo fieri potuit, ut à B. Pio V. in Conſtitutione per Rodericum ibi allata, & in ejus bullario deſcripta, cogerentur, aut Obſervantium rigoribus ultro ſe ſubmittere, aut ab antiquis propriiſque jam ſuis Cœnobiis abſcedere? Soluat argumentum, qui dicit, Conventuales in Ordine Minorum *Antiquiores*; ideòque à S. Franciſco inſtitutos; Obſervantes autem poſtmodùm à Conventualibus, ut filiales exortos: Addat & ex eodem B. Pio

Bullar. Rō. t. 2. bull. 53. Pij V.

V. in Conſtitutione *B. Chriſti Salvatoris Confeſſor Franciſcus &c.* Dat. Romæ anno 1568. 10. Kal. Februarij Pontific. anno 3. hæc quæ ſequuntur de S. Franciſco: *Vndique Fratres ſuos in unam familiam collegit, collectoſque ipſorum omnium vitam, & mores ad unam, eamdemque Regulam dirigens &c.* Vt autem ad Rodericum redeamus ibidem q. 4. art. 2. de Obſervantibus agens ex profeſſo ſic ait: *Cum Religio Fratrum Minorum ſit quædam divina plantatio, non potuit ipſa Divina Majeſtas pati, ut ipſe Conventualis ſtatus contra Regulam, & vivendi normam Patris noſtri Franciſci inductus ita perſeveraret; ut in eo ſigillum totius Ordinis contineretur, & Generalis ipſius Conventualitatis Patrem noſtrum Franciſcum repræſentaret, cujus ipſe minimè fuit Inſtitutor, & Author.* Quid clariùs de Conventualium origine, non à S. Franciſco, ſed contra S. Franciſci inſtitutionem ſuperinducta potuit deſiderari? Quos ergo Minores S. Franciſcus inſtituit? certè ſuæ Regulæ Obſervantes: hæc Cælo reſte, non produxiſsē ex Roderico, niſi Roderici textus haud integer ab aliis relatus, me obligaſſet ad referendum ex integro. Dicit etiam ſcriptura: *Non eſt Deus*; at præmittit *Dixit inſipiens.*

Ad Concluſiones, quas inde deducunt, videlicet: Ergo Reformati iſti non erant antea; ergo ſoli præerant Conventuales, ergo *Antiquiores.* Reſp. ut priùs, quòd iſti Reformatores, & Reformati naſci non potuerunt ex nihilo de novo, nec erant Sæculares, nec reformarunt Conventuales ſuis in libertatibus permanentes, & ab Oſervantia condiſtinctos; erant itaque zelotes iſti, & Regulam obſervantes (ut in ſuperioribus adnotavimus, quamplurimi in Ordinis Communitate Minores, in qua licèt abuſus, & deinde privilegia contra Regulæ rigores, ut habetur in textu per quendam allegato, multùm prævalerent; plurimi tamen nondum invecto Fratrum Conventualium agnomine, & etiam poſt hoc ab Eugenio IV. ſuperadditum, ad annum uſque 1517. ab hujuſmodi relaxationibus abhorrentes, in Regulæ Obſervantia perſeverare voluerunt. Videntes autem, quòd major pars in libertatem tenderet, exire ab his, & ſeparatam Congregationem incolere maluerunt, in qua extra occaſionem, & periculum relaxationis viveretur ex integro *ad priſtinum ſuum ſtatum*, ut ait ibid. Miranda, *& antiquam perfectionem*; quæ ultima verba utpote priorum magis elucidativa voluit quidam prudenter omittere: Ecce quid importet Reformari. Non aliud, quam in priſtinam formam revocari; ergo præextiterat hæc antiqua Regulæ Obſervantia, nec interierat (quod fingi poſſet ſubterfugium) at ne per relaxationes ſuffocaretur, fuit ad zelantium ſecuritatem à Fr. Pauluccio ſeparata.

Integros Vliſſyponenſis textus, quibus ſæpiſſimè plurimorum à Regulæ puritate defectionem altè deſcribit, & deplorat, utpote odioſos eis, qui ſe ibidem fortè delineatos crederent, ne in medium adduceam, reſpondeo ſolùm, omnia concedendo ex Vliſſyponenſi per alium adducta; & à Paulo de Trincis familiam Obſervantium originem habuiſſe; prout hæc familia ſeparatim à cæteris, inter quos prævalebant relaxationes, vivere cœpit; non ita tamen, ut intelligatur originem, & eſſe ſuum habuiſſe de novo; cujus oppoſitum, & in ipſo Vliſſyponenſi par. 1. 2. & 3. Chronic. & in Annalibus Ordinis, nec non in litteris Apoſtolicis paſſim ab Annaliſta relatis habetur: quibus in ſingulis luce meridiana clariùs apparet, quanto conatu ſucceſſivis poſt S. Patris obitum temporibus egerint libertatis Amatores pro inducenda nova vitæ methodo; & quàm incōcuſsè reſtiterint eis S. Anton. de Padua, cæterique Regulæ Obſervantes, quos inter fuere præcipuè S. Bonaventura, aliique Miniſtri Generales, ipſaque Ordinis Comitia, adeò ut Heliam, & Creſcentium Generales, ut li-

bertatis invectores exauthoraverint, invocato brachio Pontificio: Gerardum item Oddonis, niſi ab intentata relaxatione receſſiſſet, exauthorandum jam penè decreverant. Vbi verò viderunt ipſi Miniſtri multitudinem in proclive declinantem, ultrò manus dederunt, ut Anteſignani Zelantium in ſeparatam familiam ſegregarentur, quæ familia plurimis citiùs, & doctrinâ, & ſanctitate præcipuis ad eam tranſvolantibus, augeri notabiliter incœpit, & tandem recuperare in puritate Regulæ Ordinis Sigilla; hæc omnia fuſiùs habent Rodericus, Miranda, & Marcus in contrarium citati: Quin ex Provincialium, & Generalium Miniſtrorum (de Ordinis Communitate) litteris in Tom. 3. & 4. Annalium legendis apparet, à Pauluccio nullam invectam eſſe novitatem, ſed antiquos rigores fuiſſe conſervatos; ibi enim abſque ulla novitatis mentione ampliſſimam Pauluccio poteſtatem attribuunt ſuper Conventus ei ad Reformationem concreditos; & ſpecialiter Henricus Alpherius Generalis, anno 1390. ſic eam explicat; *Ac ſi eſſes Miniſter Provincialis*, & Leonardus Generalis hac de cauſa Pauluccium ampliſſima facultate donavit, quòd ſperaret, hac via reliquos Conſodales paulatim adducendos ad perfectam ſui inſtituti Obſervantiam.

Vvad. to. 4. an. 1374. n. 18.

Nihil de novo adducunt, nullaque indigent explicatione nova, quæcumque ex Gonzaga, Sedulio, Arturo, Ioãne Capiſtranenſi, Petro de Alua, Haroldo, nec non ex Tom. 1. Orb. Ser. poſſent conglomerari: Immò illa magis magiſq; delucidãt, quæ nos numeris antecedẽtibus adnotavimus: Leonardus quippe Generalis, ut alij, pro Regulæ puritate zelans, cùm videret, ipſas ob cauſas in Vuadingo, & in Orbe Seraphico legendas, duriùs eam in multitudine ſuſtineri, eos ſpecialiùs & dilexit, promovit, qui pro tuendo vitæ Franciſcanæ rigore ſeſe ab aliis disjungebant. Sic dicitur nova, vel pullalans Congregatio; Sic dicuntur novæ ſemina, vel fundamenta Congregationis; quæ uniformi ſemper modo ad intentum ab Adverſarijs interpretata pro Achille producuntur; at in ſuperioribus clariſſimè dilucidata nihil evincunt. Poterãt quidem longè minori labore, in Scriptoribus à ſe productis multitudinem doctrinarum habere, per quas & primam Minoritarum Regulam, Obſervantium inſtitutionem, & ſubintroductas abuſuum, & poſtmodum diſpenſationum novitates, atque veriorem PP. Conventualium Originem, atque ſucceſſus ſolidiſſimè demonſtrarent: at contenti paucula verba laborioſa collectione producere, quæ ad ipſorum intentum facere viderentur, integros de aſſumpta controverſia tractatus tacuerunt de induſtria, quæ omnia in Tom. 1. Orbis Seraphici collecta reperient. Vnicum tamen hîc præterire non licet, quòd nempe arguatur Dominicus de Gubernatis (ubi allegatur) in præcit. Tom. 1. Orb. Seraph. vix in lucem edito, quòd ex induſtria tacuerit *Trincianam Reformationem*, ideſt Regularis Obſervantiæ, ubi de Minoribus Reformationibus egit, quaſi verò ex timore aliquo de Obſervantibus agere non præſumpſerit. Advertere tamen potuit allegans Vir omni ſcientiarum genere mihi commendatiſſimus, quòd non ſolùm de Obſervantia Regulari, ſed & de Strictiori, de Conventualibus etiam, de Capuccinis, de Sanctimonialibus univerſis ſub S. Franciſci vexillo militantibus, denique de Tertio tum Regulari, tum ſæculari Ordine S. Franciſci de Pœnitentia, in operis titulo, necnon in Religionis approbationibus tractatus expreſſi, deſiderantur ibidem, uti de facto jam prodiiſſent in lucem, niſi pro Secundi Tomi integro complemento ex Gallicis, atque Germano-Belgicis Provinciis pleniores expectarẽtur informationes: Ideò autem de cæteris Minoribus Congregatiunculis unitivè in libro 5. actum eſt, quia unico libro comprehenſæ primi voluminis juſtam quantitatem congravabãt: cæteræ verò corporis Franciſcani poſt diviſionem partes integro libro ſingillatim deſcribendæ per extenſũ, aliud per ſe volumẽ expoſcunt: nõ eſt ergo, cur tã ſubitò de induſtrioſo timore notetur, quòd plures Tomos ſimul edidiſſe nõ potuerit.

Qui tamen illa pro ſe adducunt, videntes quòd ſummam paupertatem, ut inſigne principale Minorum in Regula præſcriptum in ſui favorem oſtentare non poſſunt; bello ſubterfugio concludunt, ſe diſputare de tempore, non de inſtituto; ideſt quis Ordo ſit magis antiquus, non magis pauper: ſed reſpon-

deo

deo alia concluſione, nos ſemper in æquivoco laborare; quoniam qui hæc dicit, eſſentialia omittens, accidentalia præfert, nempe Regulæ Minoriticæ ad litteram Obſervatores à S. Franciſco juxta Regulæ contextum, & Bullas Apoſtolicas, Ordiniſque univerſales Hiſtorias inſtitutos vult taceri; tempus verò produci, quo ſubintroductis de novo, & ſucceſſivè in omnium ſententia, multiplicatis in Ordine relaxationibus, illi ab harum ſectatoribus ſeparari voluerunt, quod merè accidentale, non ex eſſentiali Ordinis conditione, ſed ex novitatum accidentalitate fuit neceſſarium. In alio etiam non diſſimili æquivocat, dum Regulam, Ordinem, & paupertatem Minorum (primarium à cæteris Ordinibus diſtinctiuum) purè methaphyſicalia, & abſtracta ſine concreto primis vult haberi in initiis, dum vivente S. Franciſco, & donec fuerint de novo ſubintroductæ relaxationes, nullos aſſignari vult hujus Ordinis, & paupertatis profeſſores, dum aſſerit, *Non diſputare ſe de inſtituto, ſed de tempore, non quis Ordo ſit magis pauper, ſed quis magis antiquus*: hoc ex ignorantia mea non capio, niſi concedat, Ordinem illum eſſe magis antiquum, qui propriam, & omninò primam inſtitutionem S. Franciſci accepit, & conſervat; ſed inſtitutio S. Franciſci non fuit in privilegiis, & libertatibus, at in apice paupertatis; ergo quærere de Ordinis antiquitate eſt quærere, quinam paupertatis apices à S. Franciſco inſtitutos receperint, & conſervent. Hos eſſe Obſervantes, confitentur Iulius II. Leo X. & Clemens VII. aliique præcitati. Eos (cæteris etiam conſentientibus) nos dicimus à S. Franciſco conſtitutos, in Ordine indiviſo perſeveraſſe, quouſque prævalentibus libertatis ſectatoribus, authoritate S. Concilij voluerunt ab iſtis ſeparari: unde ab hac ſeparatione ſua, ſed à primæva inſtitutione debent Originem dimetiri; ita ut cum ab initio ſoli fuerint in Ordine Minorum, nullum poſſint in *Antiquioritate* habere competitorem. Hæc omnia in Bulla *Vnionis* clariſſimè dilucidantur, dum Zelantiſſimus Pontifex ad Imperatoris, Regum, Principum, & Populorum graviſſimas inſtantias, Ordinem Minorum, tot extinctis Congregatiunculis, in ſancta unione concordare ſe velle proteſtatur; Ad quod excluſis diſpenſationum ſectatoribus, Miniſtrum Generalem totius Ordinis, & Fratres univerſos, qui Regulam in prima ſua inſtitutione profiterentur, in corpore Regularis Obſervantiæ de unanimi Venerab. S. R. E. Cardinalium aſſenſu copulavit. Ecce inappellabile Sedis Apoſtolicæ judicium, quoſnam intelligat per Fratres Minores à S. Patriarcha conſtitutos; Ecce Obſervantium quale recognoſcat exordium; Ecce indubitabile Antiquioritatis argumentum.

Concedimus equidem, nomen *Conventualium* ante Bullam *Vnionis* extitiſſe in Ordine Minorum, quod per litteras Apoſtolicas facile eſt probare, quod autem ſit coævum titulo *Obſervantium* à Conſtantienſi Concilio aſſignatum, nec concedere poſſumus, nec alij audebunt explicitè producere; cum ex ipſa bulla Concilij convincatur, nil tale fuiſſe nominatum, ſed meo videri, hæc à partium oppoſitione vult inferri; quaſi verò Concilium, dum Zelantes ſub nova Regularis Obſervantiæ nomenclatura deſignat, alios Conventualium agnomine vocando inferre voluerit: at hoc gratis excogitatur: Ad majorem adhuc ante Concilium nominis *Conventualium* antiquioritatem ibid. num. 12. inſinuatam, ibi reſpondebimus, ut ipſe ſect. 7. Teſtes illos ſuos producet, & tractabit ex profeſſo.

Si dicas: Obſervantes reformarunt Ordinem Franciſcanum, ſed hìc eſſe non poterat niſi de Conventualibus, qui per Obſervantes fuere reformati, ergo Conventuales Obſervantibus præexiſtebant. Reſpondeo primò, ſic retorquendo argumentum; reformare eſt agere, ſed agere ſupponit eſſe, ergo jam erant, jam præexiſtebant Obſervantes, qui reformabant: ſic ergo arguatur in forma: Obſervantes reformabant, ergo erant: Conventuales reformabantur, ergo erant: bona eſt, & æqualis utraque conſequentia; unde igitur hoc ex argumento probatur *Antiquioritas Conventualium* inter partes æquo jure præexiſtentes? At ſolidiori veritate reſpondens dico, quòd Obſervantes, quos præexiſtere neceſſe fuit, reformabant primò ſe ipſos, quod ſanè intelligendo non repugnat, zelum namque ſuæ Regulæ profitentes inconcuſſum, periculum relaxationis ex altera parte

parte conſiderantes inevitabile inter multitudinem ad libertatem declinantem, ab iſta digreſſi, ſeparata licèt tenui à principio in congregatione, ſeparatam familiam ſibi delegerunt, in qua excluſis libertatis amatoribus, atque graviſſimis relaxationum periculis, ad priſtinum vitæ Franciſcanæ rigorem perſeverare plena ſecuritate liceret. Hoc fuit perfectiſſimum reformationis genus, Cõgregationem ſeparatam eligere, ubi abſque tumultu in antiqua, & rigidiori diſciplina perſeverarent in pace. Reformabant & alios, non quidem Conventualium Congregationem, quæ nec re, nec nomine adhuc extaret, ſed de Fratribus illis, qui in Ordinis Communitate libertatem primò ſectantes, ex ſancto zelantium exemplo meliùs in ſeparatis Cœnobiis conſiderato allecti ad priſtinam vitæ perfectionem revertebantur: Inde novella dicebatur, & paucula Congregatio, donec à S. Franciſco opus ſuum benedicente eò devenit, ut zelantium numero longè tandem prævalente, in Ordine ipſo præemineret, & caput Ordinis haberet priſtina Obſervantia Religioni reſtituta. Ad hominem igitur contra dicentis intentum valet argumẽtum, ad primam Obſervantium antiquitatem in Ordine Minorum evidentiſſimè concludendam; Obſervantes reformabant ergo præexiſtebant.

Nec valet, ab authoribus præallegatis replicari, quòd hi Reformatores Obſervantes exierint à Conventualibus, quorum primicerius Fr. Pauluccius legitur poſt Reformationem obcæcatus in ultima ſenectute fuiſſe, unde inferri valeat, Conventuales eſſe Obſervantium Patres, & ideò antiquiores. Iam ſiquidem æquivocationem inter ly *exire* ac *produci*, ſeu originari de novo in ſuperioribus explicavimus. Obſervantes à Conventualibus exierunt, id eſt ſegregati ſunt, non originati, vel de novo producti: primum eorum in tali ſeparatione Tugurium, non in eorum eſſe, fuit Brulliani locus; at ibi non habuerunt eſſe de novo: Quomodo enim Filiales originatos noviter, & productos dicit à Conventualibus, quos numero immediatè antecedenti dixit Conventualium Reformatores? Certò certiùs ex inſtitutione, Regulaque S. Franciſci, nec nomen, nec vitam mitigatam Conventualium habemus, ergo de novo poſt inſtitutam Regulam S. Franciſci fuerunt originati, ergo Filiales, & poſteriores ab iis, qui à S. Franciſco fuerunt immediatè inſtituti. Obſervantes è contra in Regulæ Obſervantia perſeverantes à S. Franciſco fuiſſe veriſſimè inſtitutos, dubitare non poſſumus; quòd ex ipſa Regula, ex pluries repetito S. P. Vaticinio (Obſervantes in ſua Religione nunquam eſſe defuturos) apparet; & declararunt ſæpiſſimè ſummi Pontifices præcitati, & infracitandi; præſertim Leo X. in bulla *Licèt aliàs &c.* die 6. Decemb. 1517. quòd Obſervantes ſunt veri, & indubitati Filij S. Franciſci à tempore dictæ Regulæ ſine ulla interruptione, aut diviſione &c. ergo Obſervantes non poſſunt eſſe Filiales Conventualium, qui eadem in Obſervantia pullularunt, quoniam nec propriam eorum vitæ mitigatæ methodum à S. Franciſco novimus inſtitutam, ut ait Rodericus præcitatus; nec à ſæculo immediatè venerunt, ſed per introductos noviter abuſus, & demum per privilegia cœperunt ab Obſervãtia ad vitam mitigatam commigrare. Vnum tamen ibi advertere debeo, Viris haud placere poſſe cordatis, quod in Med. pag. 39. contra B. Pauluccium dulciter intendit inferre; *Poſtquam reformatus eſt, obcæcatus eſt utroque oculo, & rediijt &c.* quaſi verò in pœnam aſſertæ Reformationis fuerit obcæcatus, ex quo in ſe reverſus redierit &c. ad hæc modeſtiæ cauſa reſpondere nolo. B. Pauluccius S. Franciſcum habuit Ducem, qui præ continua, & vivida lacrymatione penè ad cæcitatem fuit ſæpiùs adductus, alioſque plurimos tum de noſtra, tum de aliis Religionibus celeberrimos Servos Dei, qui præ lacrymis viſũ perdiderunt (quod in S. Patribus cõmendat S. Hieronym.) non ergo videtur cum religioſa modeſtia ſtare, *Poſtquam reformatus eſt &c. obcæcatus eſt*, quæ tamen habeantur quaſi non dicta. Si etiam (ut Parergon addam, ſed neceſſarium) quidam in Vghello, & Iacobillo extraneis, in ſuo Rodulpho fol. 298. & apud noſtrates omnes Pauluccium legere voluiſſet, omni virtutum ſplendore, probatiſſimum ſpiritu prophetico, miraculorum gloria conſpicuum, & titulo Beati decoratum; eum, credo, majori cum honore nominaſſet, nec cæcitatem ex ſenecta,

Vvad. t. 8. 1517. in Regeſt.

S. Hieronym. Epiſt. 33. in Viris PP. lib. 3. in fine.

necta, & continua lacrymatione contractam tàm ſubtiliter exprobaſſet. Videantur in Vvad. ſæpiſſimè, potiſſimùm in Tom. 4. ad annum 1390. à num. 1. & ſeqq. & apud Arturum in Martyrol. Franciſcano ſub die 17. Septemb. §. 29. ad 32. Authores cum laude de Paulucio Scribentes. Illud ibi concedere non poſſum, quòd B. Paulucius fuerit priùs Conventualis; quia nec Conventualium nomen adhuc fuerat invectum, nec profeſſio vitæ mitigatæ inducta præfuerat inter eos, qui Regulam Minorum ſimpliciter,& abſolutè profitebantur, unico Minorum nomine contenti; tametſi non omnes illam integro rigore obſervarent: At Paulucius, ut evitatis abuſuum periculis ad eam puriùs vivere liceret à primis initiis ſub B. Ioannis de Vallibus, deinde ſub Fratris Gentilis diſciplinam vixit in pauperioribus Cœnobiis; iiſque morte ſublatis, Fulginei quadam in Turri per annos commoratus eſt,donec annuente Miniſtro Generali cum Aſſeclis ſuis Brullianum ſe recepit. De Conventualibus etiam oſtendimus, quomodò à S. Franciſco, nec nomen,nec vitam mitigatam habuerint, ſed novam originē ab Eugenio IV. primo ex abuſuum, dehinc ex privilegiorum occaſione,quæ noviter in Ordinem fuerunt introducta.

Vnum meo videri præcipuum poſſet opponi, nempe corpora S. P. Franciſci, S. Antonij,aliorumque antiquorum Servorum Dei, & Generalium Miniſtrorum Ordinis, antiquoſque Conventus apud Patres Conventuales de facto reperiri, ſicut & magiſteria Theologica, & ſanctæ Inquiſitionis officia, quæ videntur primaria Religionis inſignia, unde videri poteſt comprobata Conventualium antiquioritas. Reſpondeo tamen (Heroibus illis omiſſis, qui ſteterunt aliquando non ad ſuos tumulati, ut Patres Auguſtiniani ſanctiſſimum præclariſſimi ſui Patris,& Doctoris Corpus non niſi poſt ſæcula Ticini recuperare potuerūt, & S. Bernardinus Obſervantium Iubar, aliique non pauci ad Patres Conventuales, ad ſæcularium Eccleſias à principio fuere tumulati) His inquam omiſſis Patrem à Filiis, Religioſum à Correligioſis ſepelliendum concedimus: at Seraphicum Patrem Franciſcum apud Conventuales diem obiiſſe ſupremum, nullibi dictum; in prædilecta ſibi Eccleſia Portiunculæ apud ſuæ Regulæ Obſervatores, hac una de cauſa, quòd ibi Spiritum perfectionis acceperit, Ordinemque ſuum inchaoverit, emori voluiſſe, nemo ibit inficias. Eccleſiam hanc, & Cœnobium veluti Ordinis Franciſcani Matrem, & Matricem, ac Regulæ firmamentum, ut à ſanctioribus ſuis filiis è tota Religione ſeligendis in perpetuum conſervaretur, ſæpiùs, & ſeriùs, etiam in ultimo agone commendavit,& mādavit. Quod autē Sacratiſſimum illius Pignus inde ad Vrbem delatum, non ad Patres Conventuales,ſed in Templo ſæcularium fuerit repoſitum ex juſto violentæ deprædationis timore, turbulentiſſimis illis temporibus eveniſſe conſtat; uti de corpore S. Claræ factum legimus eadem de cauſa. Ex ineffabili demum Gregorij IX. Pontificis, ad S. Franciſcum devotione manavit, ut celeberrimum illud Aſſiſienſe Sancto ipſi conſecratum Templum, una cum Cœnobio ære Pontificio conſtrueretur ad cuſtodiendū Sacratiſſimū illum Theſaurum ſub Sedis Apoſt. immediata protectione deputatum. At Patres Conventuales fuiſſe ibidem à Zelantiſſimo Pontifice conſtitutos, omnibus cum Ordinis hiſtoriis omnino negamus. Numquid inter Conventuales enumerandi Bernardus à Quintavalle,Ruffinus,Ægidius,& Leo Aſſiſiates, aliique ſancti Patriarchæ primi Diſcipuli,paupertatis,ac Regulæ Franciſcanæ Zelantiſſimi Aſſertores, contraque vel minimas libertatis apparentias hoſtes implacabiles; unde & Heliam relaxandæ Regulæ percupidum à Generalatu deponendum impetrarunt ab eodem Pontifice Gregorio? At quæſo Conventuales illi tunc per Pontificem adducti, unde educti? certè à ſub-Aſſiſienſi Conventu S. Mariæ de Portiuncula,ergo non Conventuales,ſed juxta S. Patris ultimam voluntatem, Sanctiores Regulæ Obſervatores fuerunt incolæ primi,& Sanctarum Exuviarum ſanctiſſimi Cuſtodes. Quomodo autem factum ſit, ut Aſſiſienſis iſte,Paduanus S. Antonij, aliique primarij multi per Orbem Conventus iis remanſerint, qui ſubintroductas libertates,& mitigativa privilegia procurantes,Conventuales poſtmodum fuerunt appellati, jam in ſuperioribus abundè declaravimus, &

alibi dicemus, quomodo ex privilegio Gregorij Papæ præfati, ob Theſauri in ipſo repoſiti raram excellentiam, non ex fundationis antiquioritate, aut facti veritate, Aſſiſienſis iſte S. Franciſci Conventus Caput, & Mater Ordinis incœperit appellari; abſque tamen præjudicio S. Mariæ Angelorum de Portiuncula Baſilicæ. Hæc indubitabili ex facti veritate fundamentum, & totius Religionis Minoriticæ, hacque ſub conditione à Patribus Benedictinis conceſſa, à S. Franciſco recepta, ejuſdemque ultima, & vivida ex determinatione Primatus dignitatem in Ordine ipſo ſibi vindicare non dubitatur, & juxta S Patris extremam voluntatem veris Regulæ Obſervatoribus permanſit: de quo vide in Orbe Seraphico Tom. 1. ſæpiùs, in Annal. Ord. ad annum 1210. & 1226. & in lectionibus Breviarij Franciſcani die 2. Auguſti.

Eodem modo ſatis ſuperque factum credimus ad ea omnia, quæ de Antiquorum Tumulis, atque de Conventibus nunc per Patres Conventuales inhabitatis coacervantur, ex cauſa loco præcitato declarata. Ioannem verò Parentem, Parmenſem, Haymonem Anglicum, Albertum Piſanum, Bonaventuram Seraphicum Doctorem, alioſque his ſimiles Miniſtros Generales, qui omnes, & ſinguli (ſi omnino pauciſſimos excipias, ut jam adnotavimus) tum in Ordinis viſitatione, tum in Generalibus Comitiis pro reſtituenda integra regulæ puritate invictâ conſtantiâ decertarunt, quis dicere audeat à S. Patris antiquo rigore, regularique paupertate receſſiſſe? Rivitorti Conventum ſub Aſſiſio, quem n. 10. adducit, nec in mem. Ord. nec in Bartholomæo Piſano, nec in Mariano, nec in Franciſchina, nec in Vvadingo Minoricarum Antiquitatum accuratiſſimo indagatore uſque ad annum 1540. memoratum invenimus, unde ipſum nòn à S. Franciſco, ſed noviſſimè per ipſorum Conventualium Magiſtros Generales P. Catalanum, & alios extructum, communi ex aſſertione non dubitamus.

Vvad. to. 1. 1209. n. 11. 1210. n. 13. & 26. Ibi S. Franciſcum eum paucis ſe collegiſſe, dum locum adhuc non haberet, ultrò confitemur cum Ordinis Chronicis, & Annalibus: nullam autem aut domus, aut Eccleſiæ formam habuiſſe legimus ibidem; adeò ut B. Ægidius Aſſiſij natus, & educatus, dum S. Franciſcum quæritaret, hunc ſub Aſſiſio locum ex ſe reperire neſciverit. Anguſtum adeo Tugurium, ut duodeni jam Novitij, nec erecti, nec ſedentes ibi conſiſtere poſſent: at confirmatâ per Innocẽtium Pontificem Regulâ, ſubitò Sanctus Pater de procurando loco, in quo religioſè convivere, & orare poſſent pertractavit. Portiunculam primò à Patribus Benedictinis obtinuit, Deo ita diſponente, ut ibi Minorum Ordinem, juxta communiter ſcribentes, in ſe ipſo jam inchoaverat, ibi ſtabiliretur prima pro Minoribus religioſa inhabitatio. De habendo itaque, aut conſtruendo Rivitorti Cœnobio nunquam Sanctus Patriarcha cogitavit; ex fine particulari poſt ſæcula fabricatum novimus. Quòd ante ſub-Aſſiſienſem memoratum de Portiuncula, quiſquam alius fuerit in Ordine Conventus, ut ibidem innuere videtur, eſt contra Ordinis Chronica, & Annales, contra communiter hac de re ſcribentes, at præcipuè contra continuas, & ardentiſſimas S. Franciſci proteſtationes, & ultimam ſuæ voluntatis declarationem, ut ſæpiùs innuimus. Cõventus itaque Carminiani ante Portiunculam confectus, ab omnibus noſtris Scriptoribus, merum eſſe figmentum, altè convincitur; unicum ſufficiat adducere ſanctum Franciſcum, qui anno 1210. ab Apoſtolica Regulæ confirmatione regreſſus Aſſiſium, in præfati Rivitorti Tugurio dixit ad ſuos, eo modo ſine aliquo loco, in quo congregari poſſent, non poſſe ſubſiſtere; ſupplicandum itaque, vel ab Epiſcopo, vel à Monacis aliquam Eccleſiam, uti de facto ab iſtis Portiunculam, hoc pacto, ut eſſet Caput Ordinis, impetrarunt; hancque Ordinis ſui Matricem eſſe ſemper aſſeruit. De antiquorum Generalium, atque Servorum Dei Tumulis, Eccleſiis, atque Domibus, quomodo iis, qui Regulæ mitigationem ſubintroduxerunt, remanſerint, non eſt cur toties repetamus.

De Theologico Magiſterio, ſive Doctoratu, atque de S. Inquiſitionis officio non ibo inficias, quòd fuerint antiquitùs in Ordine Minorum; at fuiſſe Ordinis inſtituto coæva, nemo eſt, qui aſſerat: illa fuiſſe à S. Bonaventura, & ab aliis ſanctiſſimis Viris exercita, non dubitaverim; etiam à B. B. Ioanne de Capiſtrano, Vvad. to. 5. per totum.

Vvad.to.5. per totum. no, Iacobo de Marchia, aliiſque de Obſervantia, mandante Sede Apoſtolica, fuiſſe officium S. Inquiſitionis exercitum, legimus; unde inter ſtatuta Capituli Burgenſis anno 1523. ſub Quinnonio Generali decretum reperimus, ne Magiſtri S. Theologiæ crearentur, aut Doctoratus laurea deinceps conferretur, niſi in ſtudiis Generalibus; deinde paulatim abierunt in non uſum: ut enim hæc non fuerunt in Ordinis inſtitutione intenta, ita nec inter Obſervantes generaliter recepta, inter illos remanſerunt, qui ad privilegia viventes majori facilitate, ſine ſpeciali diſpenſatione illa poſſunt exercere; nec alia de mente ſancti Fundatoris juvat apponere. Locum autem antiquum Franciſcanæ Religionis in Capella Pontificia, Præcedentiam, atque Præeminentiam Ordini Franciſcano ab initio inter alios Regulares debitam, etiam ſupra cæteros Religionis ſeraphicæ Profeſſores ſupra evidentiùs oſtendi, mutuum denique Prædicatores inter, atque Minores Officium, veridiora, & ſolidiora Antiquioritatis inſignia in Obſervantibus conſervari, nemo non confitetur.

A ſuperioritate verò, juriſdictione, ac præcedentia, quam Communitas Ordinis non negatur habuiſſe aliquando ſuper familiam ſeparatam Obſervantiæ Regularis, argui non poteſt Obſervantium à Conventualibus dependentia, vel inferioritas. Cautè loquatur, qui hæc allegare prætendat; ſi enim Conventualibus Obſervantes fuiſſe aliquando ſubjectos diceret; illicò negaretur aſſumptum, ſuppreſſo itaque Conventualium nomine, Communitatem Ordinis ubique nominat dicendo, Communitati Ordinis fuiſſe ſubjectos Regularis Obſervantiæ Profeſſores; ab ipſa Ordinis Communitate ad Conventuales bella æquivocatione deducturus argumentum. Concedo itaque Obſervantes, à ſuæ ſeparationis exordio ultrò Prælatis de Communitate Ordinis obedientiam præſtitiſſe, tum quia ipſi pauci erant, tum quia illa nullo adhuc diſpenſativo ſuper Regulam privilegio relaxata non dici non poterat eſſe vera ſancti Franciſci Religio. Vbi verò Communitas Ordinis à Martino V. Pontifice privilegia Regulæ mitigativa obtinuit, dupliciter conſiderari debet; primò quatenus pro majori ſui parte diſpenſationibus adhærebat; quo ſenſu ad effugiendum relaxationis periculum, ab ipſa voluerunt Obſervantes authoritate Apoſtolica ſeparari ſub propriis Generalibus, & Provincialibus Vicariis cum plena juriſdictione conſtituti. Secundò conſideratur ipſa Communitas Ordinis, quatenus non univerſa privilegiis diſpenſativis inhærebat; immò & integras Clarenorum, Coletanorum, & Amadæorum Congregationes in Regulæ puritate viventes continebat, unde & Miniſtrum Generalem totius Ordinis cum omnimoda præeminentia conſervabat. Hoc ſenſu nunquam detrectarunt Obſervantes, Miniſtrum Generalem totius Ordinis de illa Communitate aſſumptum cum determinata dependentia recognoſcere. At Conventualibus, ut talibus formaliter aliquando eos ſubjectos extitiſſe, nec qui illa dixit, auſus eſt aſſerere. Quod autem hîc adjicitur, Obſervantes Vltramontanos fuiſſe à Generali Ordinis Miniſtro viſitatos, eſt mera æquivocatio, cum ſimul, & ſemel Vltramontanis, & Ciſ-montanis fuerint per Apoſtolicum Eugenij IV. diploma conceſſi Vicarij Generales; non ergo Regulares Obſervantiæ Profeſſores, ſed Coletani ab Ordinis Generali Miniſtro pleno jure dependebant. Tandem ubi Conventuales Leonem X. hortantem, ut rejectis privilegiorum novitatibus, cum cæteris zelotibus in puritate Regulæ unirentur, audire renuerunt, non Obſervantes fuerunt ſubſtracti Obedientiæ Miniſtri Communitatis Ordinis, immò in ea fuerunt expreſſiùs confirmati, dum Ordinis Communitas in Obſervantibus fuit declarata, & ſtabilita, & Miniſter Generalis Ordinis de ipſis electus. At Conventuales fuerunt ab Ordinis Communitate diſjuncti, unum in corpus privilegiatum, non ampliùs ſub Miniſtro ſecundùm Regulæ Textum, ſed ſub Magiſtro Generali collocati; nec tamen ſine aliqua dependentia à Miniſtro Generali totius Ordinis ex Obſervantibus ſemper aſſumendo: dependentia hujuſmodi in hoc ſita erat, ut Generalis, & Provinciales Magiſtri Conventualium à Miniſtris Obſervantium reſpectivè infra triduum à ſua electione confirmationem poſtulare tenerentur: Vbi autem Miniſtrum Generalem pro tempore exiſtentem

Vvad.tom. 5. 1446. & ſeqq.

tentem ad Fratrum Conventualium domos,& loca declinare cōtigerit ipſeMiniſter eoſdem Fratres Conventuales paternè viſitare, ipſique Fratres Conventuales eundem Miniſtrum Generalem tanquam totius dicti Ordinis Superiorem, omni cum charitate,ac dilectione recipere debeant; dummodò ipſe Miniſter Generalis nihil judicialiter circa ipſos Fratres Conventuales exerceat, niſi eo modo &c. Videantur hæc omnia in ſæpè allegatis Bullis *Vnionis*, & *Concordiæ*, apud Vvadingum, in Ordinis Chronologia &c.

Ergo Conventualib⁹ Obſervātes fuiſſe aliquando ſubjectos, vel quocumque aſſertore, nullibi habemus; Conventuales autem ſub Obſervantibus fuiſſe quoquomodo per Pontificem conſtitutos, habemus ex litteris Apoſtolicis.Quòd ſi pacis tuendæ gratiâ hæc neglexerint Obſervantes, hoc facti veritatem non eludit.

Præcedentiam verò omnimodè fuiſſe ſæpiùs Obſervantibus ſuper Conventuales adjudicatam, jam ſupra luce clariùs oſtendimus, & in Vrbe Orbis Magiſtra, in Curia Apoſtolica, in Capella Pontificia tergiverſationem non habet. Hinc veluti ab oraculo infallibili, non à loco Caſtillionis Florentini, aliiſque fortè nonnullis Domunculis per quendam allegatis deſumendum eſt argumentum, in quibus ea mutuo fortè concordato, vel potiùs ob Obſervantium à principio incuriam ſortita non ſit effectum Conſtitutio Pontificia. Soluat nunc alius argumentum, quod ipſe aſſumpſit. Conventuales dependentiam, & ſubjectionem ab Obſervantibus habuerunt ex Apoſtolica diſpoſitione, & non è contra Obſervantibus ſuper Conventuales adjudicata eſt præcedentia, ergo Obſervantes fuerunt Conventualibus antiquiores.

Nemini ergo venire debet in mentem, Obſervantes confiteri, ante ipſos extitiſſe Religionem Minorum, ſed deformatam, atque per ipſos reformatam, aut quòd aliquis finxerit, antiquum Ordinem Minorum evanuiſſe, in Obſervantes,& Conventuales reſolutum; unde neutri parti deberetur antiquioritas, ſed ex mero caſu in tali diviſione ceſſiſſe Conventualibus antiquiora Cœnobia. Hoc enim eſt,palmam ſibi uſurpare in puncto primario Controverſiæ,quod ab Obſervantibus potiſſimùm negatur. Ex Bullis Pontificiis, ex Ordinis Chronicis, & Annalibus,ex ipſo Regulæ Minoriticæ contextu,ex rei tādem evidentia in ſuperioribus demonſtravi ſæpiùs, Obſervantes ſtetiſſe ab initio Religionis Franciſcanæ, ad quod innuendum ſolummodò, ſic breviter arguo: Antequam deformaretur hæc Religio, ideſt antequam propriam formam amitteret, quomodo ſtabat? certè per integram ſuæ profeſſionis Obſervantiam: niſi fingere velis contradictionem in adjecto,dicendo per ſummam S. Patris injuriam,& contra omnes hac de re ſcribentes, quòd ſub deformatione fuerit inſtituta. Iterum Obſervantes illi, qui Ordinem deformatum invenientes ipſum reformaverunt, qui erant? Vnde venerunt? non à ſæculo, non alienis à Religionibus; ergo erant Fratres Minores, ergo præexiſtebant, dum Conſodalium Reformationem intentabant; agere namque ſupponit eſſe; ſed abhorrebant, & fugiebant à libertatibus,& pro Regulæ rigore zelabantur, ergo non erant Conventuales, ſed Obſervantes.

Ad reſolutionem illam in Obſervantes, & Conventuales clariùs elucidandam, cenſeo non importunè adnotandum, quòd inter affixa nomina, quædam reduplicāt quidditatem ejus,cui affigūtur;quædā verò ipſum ab alio diſtinguunt: ſi enim hominē rationalē dixero, non aliud niſi hominē dico,cum rationalitas ſit de ejus eſſentia; ſin autem hominem furioſum enunciabo, patet,quòd ipſum ab homine pacato diſtinguam. In caſu ſumus: dum Fratrem Minorem Obſervantem nuncupo, Fratrem Minorem ſimpliciter dico; cum eſſe ſuæ Regulæ Obſervantem reduplicet id, quod de ſui natura eſſe debet in unoquoque Regulari. Cum verò Fratrem Minorem Conventualem appello, dico Fratrem Minorem quidem, ſed qui vivit cum diſtinctivo (privilegiis nempe) per quod à ſimplici Fatre Minore diſcrepare non dubitatur. Hinc ergo, ſicut animal diviſibile non conceditur in animal ſenſibile,& in irrationale, ſic concludendum, Ordinem Minorum non eſſe diſcretum in Conventuales, & Obſervantes, ſed Conventuales per privilegia à Fratribus Minoribus ſimpliciter

ter eſſe diſtinctos. Hanc igitur diviſionem, ſeu reſolutionem antiqui Ordinis Minorum in Obſervantes, & Conventuales *Aliquis* ille, quem allegant, nec ſomniavit. Hæc omnia eſſentialiter mutata hîc referuntur, ut ad intentum poſſint adduci, & faciliùs impugnari; ſed Anonymus ille in familiari ſermone aliquo reſpondit, ubi de SS. Franciſco, Antonio, Ludovico, Bonaventura, de Doctore Subtili, aliiſque ab initio Religionis Heroibus agebatur, iſtos, inquam, dixit Anonymus ille, non poſſe verè dici Conventuales, utpote quorum vel nomen, vel profeſſio mitigata nondum fuiſſent invecta; nec in rigore venire poſſe ſub Titulo de Regulari, vel de ſtrictiori Obſervantia, ſive Capuccinorum; ſi ſtemus in nomine præcisè, cum hæc nomina nondum extarent in Religione; ſed ipſos fuiſſe ſimpliciter dictos *Fratres Minores*; quo ſolo Titulo vocabantur in Ordine adhuc indiviſo; licèt reverà ad Regulæ rigores in Obſervantibus, & Capuccinis conſervatos, vixiſſe comprobentur. Adjunxit, de cæteris poſt diviſionem Ordinis Viris inſignibus haud eſſe diſputandum, cum PP. Capuccini B. Fœlicem; Obſervantes de Regulari, & Strictiori Obſervantia ſuos abſque ulla difficultate recognoſcant SS. Bernardinum, Petrum de Alcantara, Didacum, Ionnem de Capiſtrano, Paſchalem, Iacobum de Marchia, Franciſcum Solanum, Petrum Regalado, Martyres Gorcomienſes; & Iapponenſes, aliaſque hujuſmodi Cohortes. Hæc Anonymus ille hæc alleganti reſpondit, non quæ ab ipſo adducuntur: Vnde nec ex illis inferri liceat, evanuiſſe antiquum Ordinem Minorum in Obſervantes, & Conventuales reſolutum.

Hæc univerſa in ſuperioribus ſatis, ſuperque conſtare ſupponimus, ubi probavimus, quòd indiviſus Ordo Minorũ in Viridi, ac rigoroſa ſuæ Regulæ Obſervantia perſeveravit in Concilio Viennenſi; hoc idem mordicùs aſſervit anno 1322. in Capit. Peruſino, hoc in Lugdun. anno 1325. & fortiùs in Perpiniaenſi anno 1331. cõtra Gerardi Oddonis attentatum; hoc in Caturcenſi 1336. hoc in Maſſilienſi 1343. ſub Vaſſalio Generali; hoc in Aſſiſienſi 1354. ſub Farinerio, & in ſubſeqq. univerſaliter, ita ut anno 1430. Antonius de Maſſa Generalis hoc uno ex capite fuerit depoſitus, quia de laxiori vita, remiſſoque regimine convictus. In unanimi ergo, & integra Regulæ Obſervantia, unanimiter ejus Profeſſores *Fratres Minores* ſimpliciter ad Regulæ præſcriptum dicebantur. Vtquid enim, vel ad quorum diſtinctionem ſuperadditum Titulum de Obſervantia debebant aſſumere? Verum quidem non confiteri non poſſumus, quòd poſt Aquas-partanum Generalem, aliquibus ejus ſucceſſoribus, vel à morte ſublatis, vel ad altiora promotis, vel à Sede Apoſtolica delegatis ad longinqua, cum non poſſent ipſi Miniſtri Generales contra congenitam hominum fragilitatem, & ad libertatis ſemitas propenſionem efficaciter operari, viam aperuerunt relaxationibus, quæ demum ex graviſſima peſte, quæ Religiones omnes, Franciſcanam præſertim, ſublatis è medio Senioribus, atque Zelotibus, quàmmaximè concuſſiſſe legitur, & multò magis ex diuturno ſchiſmate poſt Gregor. XI. fortiores radices egerunt.

Hinc qui majorem Dei zelum præferebant, ut periculum infectionis effugerent, ad loca ſolitaria ſub omnimoda paupertate receſſerunt; Ex minori numero *Parva Familia*, dehinc à Concilio Conſtantienſi *de Regulari Obſervantia* nuncupati; eoquòd puriorem Regulæ obſervantiam profiterentur; Ordinis autem Communitati nullum adhuc diſtinctivum ſuperadditum, ſed ad ſummum *de Ordinis Communitate* dicebantur, quia non Ordo univerſus fuerat infectus; Etiamſi creſceret in dies relaxatio, Superioribus ad tolerantiam fortè coactis, ne correpti Fratres ad alia ſchiſmatis caſtra tranſirent. Vnde invaleſcente malo, creſcebat & illorum familia, qui extra Communitatem vivebant, plurimis ad illam convolantibus, qui nollent in periculo commorari. Tandem Martinus V. tùm à malo ſucceſſu Aſſiſienſis unionis, tùm à Gullielmo Generali informatus, eſſe quaſi immedicabile malum, ad rectificandas conſcientias, per diſpenſativa privilegia judicavit occurrendum; quòd per ſubſequentes Pontifices legimus confirmatum; & ampliatum: Vnde demum hi Diſpenſati ad Obſervantium diſtinctionem *Conventuales* ab Eugenio IV. fuerunt appellati, amplioreſque Conventus, & præ-

cipuos, non ex mero caſu, aut ex datis ſortibus, ut hîc fingitur, at ex majori numero retinuerunt, aliis paucioribus eremitoria, locaque pauperiora delegentibus. Hæc fuiſſe veriora relaxationis, & diviſionis in Ordine Minorum initia, patet ex Ordinis Chronicis, & Annalibus.

Notandum tamen, quòd nec à Martino V. nec ab Eugen IV. vel ab eorũ Succeſſoribus facta fuerit obligatio, ut zelãtibus omnibus inde recedentibus, communitas Ordinis univerſa vivere deberet ad privilegia diſpenſativa; ſed ipſa Communitate in antiquo ſuo eſſe permiſſa, privilegia conceſſerunt ad rectificandas illorum conſcientias, qui rigores abhorrerent; ex qua ſuppoſitione, quòd adhuc ibi Regula cuſtodiretur integrè, nec non ex longè majori ſuorum numero, cænobiorumque poſſeſſione, Ordinis præeminentiam, & ſigilla retinere potuerunt, ut declaravit Leo X. in Bulla *Etſi pro injuncta* 1521. jam præcit. Anno verò 1517. videns Leo X. quòd operante Deo (ut ait Pontifex ipſe præcitatus) jam longè major pars ad Zelantes de Obſervantia dictos tranſuolaſſet, ſeparatis Conventualibus Regulam mitigatam profitentibus, Zelantes omnes in uno Corpore univit, cui & Ordinis præeminentiam, & Sigilla voluit attributa. Conventus tamen eo modo, quo tunc reperiebantur (ijs exceptis, qui reformationem ultrò expoſcerent) voluit remanere; eò vel maximè, quòd zelantes jam innumeros de antiquis recuperaſſent, & novos ædificaſſent, alioſque cum facilitate forent ædificaturi, quod de Conventualibus difficiliùs ſperandum videbatur. Ecce qualis, & quomodo, & quando facta Ordinis diviſio; Ecce quomodo Cœnobia Conventualibus remanſerint; ecce longè clariùs elucidata Obſervantium inter Minores *Antiquitas*; quod in ſuperioribus fuerat inſinuatum.

Equidem Inquiſitoratus, Magiſteria, & Baccalaureatus etſi perantiqua in Ordine Minorum, ea dimiſit potiùs, quàm non receperit Obſervantia: Cùm etenim hæc non fuerint Ordini Minorum, vel propria, vel coæva, ſed diù poſt inſtitutionem Ordinis; eſſe vel dici non poſſunt ejuſdem Religionis antiquæ Minorum inſignia; ſed locus prius in Capella Pontificia poſt Generalem, & Procuratorem Generalem reſpectivè Ordinis Prædicatorum; præcedentia poſt eoſdem ſuper cæteros Mendicantes Regulares, & ſimilia; quibus addere poſſemus, inſignem Terræ ſanctæ Cuſtodiam Religionis Franciſcanæ decus ſingulariſſimum. Præeminentiæ illæ cum Miniſteriatu Generali totius Ordinis Minorum fuerunt Obſervantibus adjudicatæ, quia Religionem ipſam intrinſecè reſpiciunt, non verò Magiſterium, & Inquiſitoratus, quia merè extrinſeca ſunt à benignitate Sedis Apoſtolicæ conceſſa; ideóque tandem ex cauſa ſuperiùs allegata ab Obſervantibus fuere dimiſſa.

Nec tamen inde arguendum, ut dixi, quòd deſierit antiquus Ordo Minorum: quòd enim in Obſervantia juxta præcitatas Bullas Apoſtolicas hucuſque perſeveraverit, ad majorem veritatis evidentiam ſic arguo: Ex prædicamentalis arboris doctrina Philoſophorum communi calculo recepta, genus non dividitur, niſi per appoſitas differentias, cum quibus ſalvâ ſuarum quidditatum eſſentiâ ſpecies alias, & alias conſtituit: ſic animal cum rationali, & irrationali ſuis dividentibus differentiis hominem conſtituit, & brutum, de quibus, utpote illæſum, & integrè in eorum conſtitutione ingrediens, univocè prædicatur. Quòd ſi generi aliquid apponatur, quod non habeat aliud membrum, cui aut contrariè, aut relativè, aut diſparatè opponatur, illud nullo modo habebit rationem differentiæ, nec cum genere illam conſtituet ſpeciem. At ſi quod apponitur generi, aliquid exprimat, quod ſit de quidditate generis, ut aliàs dixi, non aliud quàm rationem generis reduplicat, ut dicendo animal vivens; cum *vivens* ſit de animalis quidditate: ſi verò quod generi apponitur, aliquid importat generis quidditati contrarium, id minuit de quidditate generis, & de conſtituto per tale genus; atque per hoc appoſitum generi genus ipſum non niſi æquivocè prædicabitur: v. g. dicendo, *Animal pictum*, palàm eſt, quòd *pictum* appoſitum generi *Animal* minuit de quidditate Animalis; pictum namque vivens, & ſenſibile excludit, quæ ſunt de quidditate Animalis; unde ſi dico, hic Leo, qui eſt delineatus

in

in tabula eſt animal pictum, ſtat, quòd animal de tali Leone ſolùm æquivocè prædicatur.

Statuamus ergo tanquam genus *Fratrem Minorem*, de cujus ſubſtantia eſt, ut aliàs dixi, paupertas etiam in communi. Si hoc genus dividendum eſt tanquam per duas differentias formales per *Conventualem*, & *Obſervantem*; oportet quòd differentiæ tales ſint, quòd ſuperaddant, non lædant generis, id eſt *Fratris Minoris* quidditatem, ſed ſic eſt, quòd *Frater Minor Obſervans* nil ſuperaddit generi, nil importat præter Fratrem Minorem in pura ſuæ Regulæ Obſervantia permanentem, quod eſt de quidditate generis, id eſt Fratris Minoris: *Conventualis* autem lædit, ſeu diminuit de quidditate generis, nempe *Fratris Minoris*, quia paupertatis in communi diſpenſationem importat: nulli autem dubium, quòd *Frater Minor* in eſſe tali formaliter per paupertatem in communi conſtituitur, & à cæteris Religionibus etiam per Concilium Tridentinum condiſtinguitur: Vtrum ergo genus de ſic diminuto prædicetur univocè, cogitent alij: pro nunc mihi ſufficit, falſum eſſe, quòd Ordo Minorum in Conventuales, & Obſervantes, ut in duas ſpecies diviſus evanuerit.

Quid ergo pro veritate dicendum? Concludendum, quòd ante tranſgreſſionem puritatis Regulæ viguit Obſervantia ipſius in Ordine: quòd privilegia non fuerunt ante tranſgreſſionem, cùm ad aſſecurandas declinantium à Regulæ puritate conſcientias, fuerint conceſſa; quòd Conventuales hodierni tales ſunt per privilegia, & conſequenter ſimul tempore cum privilegiis; & conſequenter poſteriores tempore Fratribus Minoribus ſimpliciter: Vnde cùm Fr. Minor Obſervans ſit purus Frater Minor ſimpliciter; dicendum, non Obſervantes à Conventualibus, ſed hos ex illis prodiiſſe.

Miror tamen, ab aliquibus muſſitari, per Fratres Minores ſimpliciter dictos intelligi Antonomaſticè, veluti principales, ipſos Conventuales, credendo per Bullas Apoſtolicas id probari. Qui hæc dicit, advertat graviſſimum inconveniens ex hinc inevitabile, nempe Ordinem Minorum non ſub nudipedio, ſub peditatione, ſub vilibus veſtimentis, duabus ad ſummum Tunicis, unâ cum caputio, & fœmoralibus, aliiſque hujuſmodi vitæ rigoribus, qui in aliis Minoritis adhuc perſeverant, at præcipuè ſub omnimoda in particulari, & in communi paupertate (quæ eſt Franciſcanæ Religionis à cæteris, aut unicum, aut primarium diſtinctivum) ſed ſub laxiori forma Conventualium eſſe conſtitutum; quod non modò per univerſaliſſimum Populi Chriſtiani conceptum, per omnes de Ordine Seraphico ſcribentes, per univerſas Romanorum Pontificum litteras Decretales, ſed & per ipſiſſimam Regulam Minorum, Chriſto dictante, à S. Fundatore conſcriptam evidentiſſimè de falſitate convincitur.

Sed quia gravius id videtur dici, per Fratres Minores ſimpliciter dictos, intelligi antonomaſticè veluti pro principali denominato *Conventuales*, quaſi verò pars præcipua, & prima ſint in Ordine Minorum; reſpondeo etiam per rationem unico argumento; Fratres Minores antonomaſticè, ac eſſentialiter illi per ſe dicuntur, qui Regulam Fratrum Minorum antonomaſticè, omnique in ſua perfectione obſervant, at PP. Conventuales Regulam Minorum non ſic antonomaſticè, ac in omnimoda ſua perfectione, immò nonniſi à primariis ſuis perfectionibus mitigatam, & diſpenſatam profitentur; ergo non ſunt antonomaſticè Fratres Minores. Quis enim Ethiopem reſpectu lactis dixerit antonomaſticè album, quia eſt albus ſecundùm dentes? Quoniam verò aliquis ſuum aſſertum ex paucularum omnino litterarum Apoſtolicarum mera narrativa, occaſione forſan à Memoriali deſumpta probare contendit; congruentiſſimam iſtis reſponſionem ubi dederimus, longè majori numero, ſolidiorique fundamento Bullas Pontificias ad favorem Obſervantium recitabimus; unde primò corruat hujuſmodi pro Conventualibus fundamentum ex pari, immò majori pro parte oppoſita ratione; deinde Sedis Apoſtolicæ in caſu expreſſo dabimus deciſionem, unde convincatur, *Obſervantes*, non *Conventuales* dici antonomaſticè Fratres Minores.

Adducitur ad hoc Iulij II. Bulla *Viſis &c.* in qua ordinat, ut habitus Tertiariorum Regularium ab hibitu Minorum primi Ordinis diſtinguatur; quaſi

per Minores primi Ordinis ipſi Conventuales intelligantur. Alia Sixti IV. alia item Iulij II. per quam Sixtus ipſe declaratur fuiſſe Miniſter Generalis in Ordine Minorum; undè cum non fuerit de Obſervantia, ſed inter Conventuales, concludendum videtur, per Minores ſimpliciter intelligi Convẽtuales.

Reſpondeo tamen, per habitum Fratrum Tertij Ordinis ab habitu Fratrum primi Ordinis diſtinguendum, non modò non ſolos, ſed nec præcipuè Conventuales eſſe intelligendos, ſed Obſervantes eo anno 1508. longè, latéque in Hiſpaniis prævalentes ſuper Conventuales jam nimiùm diminutos, unde de Obſervantibus potiùs id debet intelligi: Videatur ipſa Bulla jam hoc ipſo in libro deſcripta, ibi apparebit, qualiter hæc petitio de diſtinguendo Tertiariorum habitu ab Obſervantibus, & Conventualibus fuerit ex æquo poſtulata; ut Tertius Ordo de Pœnitentia à primo, nempe Minoritico patenter diſtingueretur. Secundò, quia differentia illa totalis Tertiariorum in habitu non eo anno 1508. fuit abſoluta, ſed hoc ultimo ſæculo ſub Paulo V. Pontifice, ut ex decretis Eminentiſſimi Protectoris, litteriſque Papalibus eſt videre in lib. de Tertio Ordine in hoc tom. 2. recitandis. Notandum verò, quòd non dicitur ibi primus Ordo S. Franciſci de primo Minoritico reſpectu ſubſequentium inter ipſos Minoritas, ſed reſpectu Tertij Ordinis, ut patet: quia primus Ordo S. Franciſci fuit Ordo Minorum, ſecundus Clariſſarum, Tertius de Pœnitentia.

Reſpondeo ſecundò, ad Conventuales tunc non fuiſſe reſtrictum Generalatum, cum in Ordinis Communitate, ut ſæpiùs probavimus, non ſoli viverẽt diſpenſati, ſed ultra perplurimos indifferenter in ipſa commixtos, qui privilegia nunquam admiſſerunt, etiam integri Conventus, & principaliter Amadæi, Clareni, Coletani, aliæque Reformatæ Congregationes ad apicem Regulæ in ipſa Communitate, & ſub Miniſtro Generali viventes, immò & Obſervantes ipſi continerentur; undè nihil exinde concluditur ad propoſitum.

Vltro itaque concedo, Sixtũ IV. & Magiſtrum in S. Theologia, & Regentem, & Generalem totius Ordinis extitiſſe; hæc autem nego, ex mero Conventualitatis Titulo eidem in rigore contigiſſe, cum ex Ordinis Chronicis, & Annalibus, ex ipſo hæc allegante etiam habeamus, S. Bonaventuram, alioſque per plurimos Zelantiſſimos in Ordine adhuc indiviſo, & in Obſervantia Regulæ perſeverantes Magiſterio fuiſſe donatos: Hæc omnia Conventualibus remanſiſſe non inficior; quare autem ab Obſervantibus in ſua ſegregatione non fuerint admiſſa, in ſuperioribus edocui: Ipſa verò Communitas Ordinis, tum hoc Titulo ſolo *Communitatis Ordinis*, tùm Clauſtralium, tùm ſæpiùs Conventualium, & rariùs Fratrũ Minorum ſolo nomine incœpit audiri, ex eo quòd ſequentes & non ſequentes privilegia, maximè verò Clarenos, Amadæos, Coletanos, immò & Obſervantes contineret, ubi de materia Ordini univerſo communi tractaretur.

Quin & hodie, ſtabilita jam tali diſtinctione, nonne in Bullis Pontificijs ſub nomine Fratrum Minorum omnes, & ſingulæ ipſius Congregationes intelliguntur, ubi de aliqua conceſſione Ordini univerſo competenti tractetur? Do itaque manus, Sixtum IV. inter Conventuales, vel in Ordinis Communitate fuiſſe receptum, profeſſum, Magiſtrum, Regentem, atque Miniſtrum Generalem, at ultimas conſequentias exinde ampliatas ex præfatis fundamentis iuſtiſſimè negamus.

Similiter ipſe Sixtus IV. & Paulus II. loquentes de Eccleſia SS. Apoſtolorum de Vrbe, Fratres Minores ſimpliciter nominant; ibi enim ſolos habitare Conventuales, eſt indubium. Reſpondeo ergo ad utrunque, quòd cùm ibi ſermo dirigatur ex ſubjecta materia ad Conventum SS. Apoſtolorum de Vrbe, ubi non erant niſi Conventuales ſub Sixto IV. & priùs à Cardinali Beſſarione, & à Paulo II conſtituti, cadere non poterat in dictis æquivocatio, dum ſolùm Fratres Minores dicerentur: cur autem & Fratres Minores ſimpliciter dicerentur, jam diximus ad ſufficientiam, niſi etiam ſubjungere mavis, quòd cùm hæc ad puram narrativam, non ad huius Controverſiæ deciſionem pertinere noſcantur, ex Amanuenſium incuria adjectio illa *Conventualium* fuerit omiſſa.

Graviorem ipſe difficultatem adduco ex

ex Bulla quadam; *Regimini univerſalis Eccleſiæ, &c.* de anno 1455. in qua Calixtus III. Conventuales ab Obſervantibus diſtinguens, hos appellat Obſervantes; illos verò, ſeu Ordinis Communitatem, Fratres Minores ſimpliciter indigitat Supponendo enim, textum non eſſe vitiatum, iri non poteſt inficias, quin Pontifex partes Religionis ab invicem diſcernendo, Obſervantes unos, alios Fratres Minores appellet; undè pro Conventualibus aſſumi poſſit argumentum: Ex allatis tamen reſponſionibus nihil faceſſere negotij videbimus; Primò itaque ex Amanuenſium cauſa omiſſum fuiſſe illud *Conventualium* additamentum (ſi verè fuit omiſſum, quod in originali, vel in Regeſt. Pontificio, vel in citato Firmamento trium Ordinum quod hucuſq; habere non licuit, videre percuperem) colligo facillimè ex alia ejuſdem Calixti III. Bulla *Regiminis &c.* eodem anno 1455. Kalen. ſeptembris, in qua ex Amanuenſium cauſa, uti pruden-
Vvad.to.6. 1455.n.92 tiſſimè more ſuo notavit Vvadingus, dolere potuerunt Obſervantes, malè ſeſe in Titulis fuiſſe tractatos, adinvento Bulliſtarum agnomine, quod veluti pro vilipendio uſurpatum, fuit deinde à Leone X. gravi cum rigore interdictum in Bulla *Vnionis*. Reſpond. Secũdò, etiamſi tunc Communitas Ordinis ex cauſa prædicta, quòd privilegiatos, & non privilegiatos compræhenderet, ſub nomine *Fratrum Minorum* ſimpliciter, & abſque additamento veniret; ergo nunc etiam cum ſoli privilegiati ex nova profeſſionis forma dicuntur Conventuales, eandem prærogativam habebunt, ut ſimpliciter per Fratres Minores intelligantur, quòd ex rigida Regulæ Obſervantia, & non aliter competere potuit? Nego conſequentiam.

Longè minoris eſt hac in re difficultatis Bulla quædam Gregorij IX. *Is, qui Eccleſiam &c* de anno 1230. in qua Téplum Aſſiſienſe S. Franciſci, ad quod ejuſdem S. Patris corpus erat transferendum, ſub Apoſtolica protectione, ac immediata juriſdictione ſuſcipit; & jubet, ut Ordinis Minorum Mater, & Caput impoſterum dicatur; & à S. Franciſci Fratribus inhabitetur, aliaque diſponit: ſemper tamen Fratres Minores ſimpliciter alloquitur; undè quia hodie per Patres Conventuales incolitur; Conventuales ibi fuiſſe ab initio, & ſub nomine Fratrum Minorum ſimpliciter dictorum; Conventuales antonomaſticè intelligendos eſſe aliqui opinantur; eò vel maximè, quòd illa Bulla nulla facta mutatione per Clem. IV. Nicol. IV. & Bonifac. IX. legitur fuiſſe confirmata.

Hæc omnia (præter illationem) ultrò concedo, etiam quòd ſacer Aſſiſienſis S. Franciſci Conventus ex illo Gregorij IX. privilegio habuerit, quòd Caput dicatur Ordinis Minorum (quod tamen naturali, & propriæ S. Mariæ Angelorum de Portiuncula prærogativæ non præjudicare, ſupra demonſtravimus) ultimæ tantùm illationi, cæteriſque ibidem conglomeratis, ſaluâ ſemper dicentis reverentiâ, & pace, aſſentiri non poſſum: Evidens quippè eſt, Gregorium Pontificem Conventuales, qui tunc temporis nec nominabantur, deſignare non potuiſſe: deſignabat ergo Fratres Minores, qui tunc erant, qui nulla adhuc facta nominis additione, nullo gaudentes privilegio diſpenſativo, nulla paupertatis mitigatione, illis in ſacris ædibus Seraphico Patriarchæ tanta cum ſolemnitate conſecratis, ſanctam & vero Minoritâ dignam vitam traducebant.

Adde ad evidentiæ augumentum; quòd nec ipſe Gregorius Papa, qui ſuæ ad S. Franſcicum devotioni ſatis nunquam ſe feciſſe, ſibi videbatur, etſi datis ad ædificium illud ex Spoletani Ducatus Ærario Pontificio ſumptibus, immenſas ad idem pecunias, atque pretioſiſſima diætim ad ornamentum donaria tranſmitteret; nunquam tamen poſſeſſiones, annuoſve proventus aſſignavit; in quo præcipuè PP. Conventualium mitigatio paupertatis conſiſtere non dubitatur: immò an. eodem 1230. quamvis S. Claræ proprietatem in communi diſpenſandam, annuoſque redditus obtuliſſet, Minoriticæ tamen Regulæ primam de- Vvad.to.1. 1230.n.14.
clarationem Apoſtolicam, petente B. Ionne Parente Miniſtro Generali, expediens in ſua Conſtitutione. *Quo elongati à ſæculo &c.* declaravit, & definivit expreſsè, Fratres Minores cujuſcunque poſſeſſionis, & dominij, vel in particulati, vel in communi eſſe prorſus incapaces, & ita obſervari mandavit Adde ſecundò, quòd cum Helias Generalis

obtentis, aut potiùs ſubreptis ab ipſo Gregorio Pontifice intuitu fabricę prędictæ nonnullis privilegiis (nunquam tamen de poſſidendo) Concham marmoream, ſive Gazophilatium pro colligendis pecuniariis eleemoſynis ad Eccleſiæ portam ſtatuiſſet, B. Leo S. Fanciſci ſocius olim Confeſſarius, re cum aliis commmunicata Concham illam ardenti zelo comminuit. Ex quibus omnibus plenâ evidentiâ colligere liceat, quales ibi tunc temporis viverent Minoritæ, an Conventuales, an Regulam ad litteræ rigorem Obſervantès: quomodo autem evenerit, ut jam à Conventualibus inhabitetur, jã ſæpè, atq; ad omnem ſufficientiam in ſuperioribus eſt declaratum. Denique ſi de ſenſu S. Patriarchæ nunc poſſet interrogari, quid reſponſurus eſſet, aliis judicandum remitto.

Produci etiam poteſt Pij IV. Bulla, *Sedis Apoſtolicæ &c.* de anno 1565. in qua Capitulum, & acta Capitularia Patrum Conventualium confirmando, eos ſemper ſub nomine Fratrum Minorum ſimpliciter intelligit; ex qua itidem veluti parergon addi poteſt, quòd Miniſtros Generalem, atque Provinciales eorum Prælatos nominat; quæ cum acta fuerint poſt Bullam *Vnionis*, & ante Sixti V. Pontificatum, majus faceſcere negotium videntur.

Reſpondeo primò, quòd in ejus Bullæ narrativa, ſeu præfatione *Conſiderantes, quàm uberes fructus in Dei Eccleſia ſacer Fratrum Minorum Ordo ab ejus inſtitutione produxerit &c.* De fructibus glorioſis univerſæ Religionis Franciſcanæ (ut patet etiam cæcis) proloquitur, ad quam & Conventuales attinere non dubitatur. In ſequentibus ad ſolos Conventuales, eorumque reformationem ſe reſtingere, ultrò confiteor; at quòd nullibi Titulum *Conventualium* addiderit, durum omnino videtur, dum Obſervantes jam in Ordine prævalerent, niſi vel ex Abbreviatoris, vel Amanuenſis, vel Typographi inadvertentia fuerit omiſſum: Etſi verò ſic originaliter illa Bulla fuerit Præſentata Pontifici; hæc omnino non eſt clauſula controverſiæ noſtræ difinitiva; habemus enim ex communi D. D. in litteris Apoſtolicis continere veritatem infallibilem, aut vim deciſionis illa omnia, quæ in ipſis definiuntur ex Cathedra, aut definitivè pronunciantur; non cætera, quæ referuntur in narrativa, & ab aliorum expoſitione dependent. Quid ergo ſi agendo de Conventualibus expreſsè, illorumque referendo ſpeciale Capitulũ, eorumque Generalem exprimendo, *Conventualium* agnomen haud expreſſerit, qui tamen ex præcipuo, immò totali Bullæ aſſumpto ſufficienter intelligebantur? Ergo per hoc Conventuales dicuntur antonomaſticè *Fratres Minores*; ergo Conventualium Generali intellegitur (contra expreſſum, & diffinitivum Sedis Apoſtolicæ judicium mox allegandum) antonomaſticè Generalis Ordinis Minorum, aut S Franciſci, quia ibi loquendo de Conventualium Generali, Convẽtualium agnomen non apponitur? Hæ conſequentię indiſpenſabiliter unitę ſe ſe mutuò conſequuntur; eadem tamen ex inſufficientia corruunt.

Ad parergon, ideſt præter propoſitum Reſp. primò, quod in ſuperiobus reſponſionibus optimè ad propoſitum in cauſa demonſtratum eſt, Leoninam Conſtitutionem de Magiſtris, non Miniſtris Generali, & Provincialibus inter Conventuales habendis fuiſſe poſitam in uſu, & conſervatam, & ipſis Conventualibus ſupplicantibus fuiſſe diù poſt à Paulo III. confirmatam; immò & Sixtum V. ex Conventualibus aſſumptum conſtat, eos nomine Magiſtrorum in vim Conſtitutionis Leoninæ nuncupaſſe; licèt aliquando (ut in hîc allegata Pij IV.) ex cauſa Amanuenſium, aut ex id procurantium diligentia, Miniſtri fuerint appellati; tandemque non ex Sixti V. conceſſione (ut aliqui ſunt opinati) ſed abſque ulla Pontificum poſitiva reſtitutione, Titulum Miniſtrorum reaſumpſerint.

Favere videtur Conventualibus Octavius Caietanus è Societate Ieſu, dum in Idæa operis de vitis Sanctorum Siculorum Beatos antiquos ex Ordine Minorum, quorum corpora ſunt apud Conventuales, Fratres Minores illos ſimpliciter appellat; poſteriores verò in Obſervantia defunctos dicit Obſervantes: Ad quod & collimare dices populi opinionem, qui alicubi ſub nomine Fratrum Minorum, vel S. Franciſci ſimpliciter, Cõventuales intelligit; cæteros autẽ Franciſcanos, vel Obſervantiũ, vel Capuccinorum Titulo expreſsè diſtinguit.

Ad hæc momenti levioris argumenta, nempè ad P. Caietani aſſertum, quòd Beatos ex Ordine Minorum in aureis ſuæ integritatis initiis Fratres Minores appellet, quorum corpora antiquis in Conventibus remanſerunt, quibus poſt rempora mitigatio Regulæ conceſſa fuit, & introducta, ultrò concedo, nec enim aliud nomen habuerunt, dum in terris viverent; nec obſtaret, ſi ( quod tamen non dicit, ) à modernis eorum poſſeſſoribus eos dixiſſet Conventuales, à falſa hujuſmodi ſuppoſitione, vel ex eorumdem P P. Conventualium attenta diligentia; S. Bernardini Corpus diù fuit apud Conventuales tumulatum, ergo fuit Conventualis? nego conſequentiam. Quod idem in ſeptentrionalibus ſupponi poteſt, ubi ipſe dicit, ſuos generaliter à Populo per *Fratres Minores* intelligi; quod ab antiquis Conventibus, vel ab accurata ipſorum diligentia pro conſervando priſtino Religionis ſplendore potuit evenire, eò vel maximè, quòd Obſervantes Sedis Apoſtolicæ definitionibus, ut par eſt, intenti, de advertendo Popularium errore, nunquam fuere ſolliciti; quod vel hinc multò magis apparere poteſt, quòd irriſorium à Populo agnomen (niſi & ab aliquibus Religioſis ortum habuerit, & fomentum retineat) à lignipedio *Zoccolanti* nunquam procurarunt ſepelliendum. Porrò non negabit aliquis, Minores Conventuales communiſſimè à Vulgo appellari *Franciſcanos calceatos* Italicè *Franceſcani delle Scarpe*. Quæ omnia irriſoria nomina ſub cenſuris Papæ reſervatis in Bulla Vnionis crederem prohiberi. Octavij tamen Caietani recitatæ authoritati ad abundantiam, antiquiorem, & Claſſicum hiſtoricum Bonfinium pauca apponam. Cætera de Vulgi opinione, ſi ultrò concederē, quod non cōcedo, experenriâ urplurimùm proclamante in contrarium; ex Philoſophis tamen reſponderem, loquendum eſſe cum multis, ſentiendum cum paucis: ſi Sedes Apoſtolica, ſi Sac. Emin. S. R. E. Cardinalium Congregationes in decretis, & declarationibus mox allegandis diffiniūnt expreſsè, ut per Fratres Minores ſimpliciter dictos Fratres de Obſervantia intelligantur; ad tollendam verò æquivocationem, Religiones partiales S. Franciſci propriis ſuperadditis nominibus appellari conſueverunt; quid relevare poteſt in contrarium, quod ab antiquis Conventibus, aut ab attenta hæc procurantium diligentia Patres Conventuales à Vulgo per Fratres Minores ſimpliciter intelligantur? numquid ab errore Vulgi definiri debet controverſia?

Iam pauciſſimis illis, quas pro ſe allegavit aliquis, litteris Apoſtolicis, ut earum ex ſimplici narrativa, vel dicto occaſionaliter, nunquam ex articulo diffinitivo, probaret per *Fratres Minores* ſimpliter, & ſine additamento pronuntiatos intelligi antonomaſticè *Conventuales*, cum nihil ad intentum ex ijs probari demonſtraverim, alias longè plurimas oppono, ex quibus multo ſolidiori fundamento argumentari liceat, per Fratres Minores ut ſupra ſine additamento poſitos intelligi à Pontificibus Obſervantes antonomaſticè; & quidem conſtantiori apparentiâ, cùm ex Apoſtolico decreto Miniſtrum Generalem habeant totius Ordinis Minorum. Ex his ſimilitudo longè debilior oppoſita pro parte producta, nihil ad intentum probare convincitur; & ſaltem hoc habebimus indubium, per *Fratres Minores* ſimpliciter in litteris Apoſtolicis nunc Obſervantes, nunc Conventuales pro rerum occaſione ſignificari. Cum ergo loca Terræ ſanctæ fuiſſent an. 1434. ab Eugenio IV. Obſervantium regimini commiſſa, Delphino ex Obſervantibus primo illic Guardiano ſuffectus eſt, adnitentibus potiſſimùm B.B. Ioanne de Capiſtrano, & Alberto de Sarthiano, Fr. Gandulphus Siculus; ad ipſum ſic Pontifex ſcribit; *Dilecto filio Gandulpho de Regno Siciliæ Fratrum Minorum Profeſſori in Conventu Montis Syon &c. Exigunt &c. Cum itaque in loco Montis Syon Ordinis Minorum dudum &c. Datum Ferrariæ* 1438. 18. *Kal Aprilis.* Eugenius ipſe anno ſequenri, nempe 1439. B. Albertum de Sarthiano ſingulare Obſervantium Iubar ad Ethiopes ſuum, & Sedis Apoſtolicæ Nuncium, & Commiſſarium deſtinando, ſic ad eorum Imperatorem ſcribit *Pertulit ſæpè &c. mitimus ad Celſitudinem tuam dilectos filios Fr. Albertum de Sarthiano Ordinis B. Franciſci Commiſſarium noſtrum &c.* litteræ verò Commiſſionis eidem Alberto traditæ ſic habent. *Dilecto filio Alberto de Sarthiano Ordinis Minorum in partibus Orientalibus*

Vvad. to. 5 1434. n. 7. & 1438. n. 23.

Ibid. n. 35. 1439.

Ibid.n. 36. 37.38. *libus Indiæ, & Ethiopiæ Commiſſario noſtro &c.* quo eodem modo ipſum nominat in Apoſtolica Delegatione ad Cophtos, & incip. *Gloria in altiſſimis Deo &c.* & in aliis litteris ad idem directis, *Paſtor bonus &c. Dilectum filium Fratrem Albertum de Sarthiano Ord. Minorum noſtrum in partibus &c.* Anno 1439. Fr. Ioannem de Vvaya B. Iacobo de Marchia in Vicariatu Boſnæ jam à multis annis Ciſ-montano Vicario de Obſervantia ſubjectæ ſufficiens, & Regibus, atque Archiepiſcopis &c. ipſum enixè commendans, & Inquiſitorem Gene-

Ibid.n. 46. ralem declarans, ſic loquitur. *Ex injuncto &c. ſanè cum dudum Dilectus filius Ioannes de Vuaya Ord. Fr. Minorum profeſſor &c.* anno 1444. Eugenius ipſe pro colligendis ad ſac. Bellum ſubſidiis, Fr. Antonium de Troia Virum de Obſervantia præcipuum in Daniam, Saxoniam &c. ſuum Commiſſariam deſti-

Ibid.1444. n. 51. navit hoc modo litteras inſcribens. *Dilecto filio Antonio de Troia Ord. Minorum Profeſſori Nuncio noſtro &c.* Sixtus IV. in Bulla *Superioribus diebus &c.* die 30. Aprilis 1472. *Dilectis filiis Jacobo de Marchia, & Ludovico de Vicentia Ord. Minorum Profeſſoribus &c.* eos autem fuiſſe Obſervantes, vocari non poteſt in dubium. Leo X. (ultra quòd controverſiæ punctum decidit, ut immediatè videbimus) in Bulla *Poſtquam ad ſac. Apoſtolatus &c.* Dat. Romæ die 8. Auguſti 1518. recitando, & confirmando decreta Capituli Lugdunenſis eo anno ſub Licheto Ge-

Vvad. t. 8. in Reg. Bull. 33. Leo. X. nerali celebrati, ſic habet. *Concupivimus &c. ſub quovis Ordine, & potiſſimùm S. Franciſci, quem &c. eoque pro eorum directione in Capitulo Generali Lugduni nuperrimè celebrato &c. inter alia decreta ſtatutum, & ordinatum fuit, ut de cætero Moniales S. Claræ &c. quæ per Fratres dicti Ordinis reguntur &c.* Obſervantes nunquam nominat, & tamen ſemper eos ſub nomine Religionis S. Franciſci intelligit expreſsè, dum ipſorum Capitulum refert, & decreta confirmat. Idem

Ibid. Bull. 35. habet in ſuo Brevi, *Sac. Religionis puritatem &c.* die 14. Novembr. 1518. & in

Ibid. Bull. 30. alio. *Cum ſicut accepimus &c.* die 1. Iulij 1518. *Dilecto filio Chriſtophoro FF. Ord. Minorum Generali Miniſtro &c. Cum ſicut accepimus in Generalibus, & Provincialibus*

Ibid.1520. n. 22. *Capitulis tui Ordinis &c.* Ad Lichetum etiam Generalem litteras dedit, *Dilecto filio Franciſco Licheto S. Theologiæ profeſſori, & totius Ord. Minorum Generali Miniſtro &c. Cum ſicut accepimus, tu, qui totius Ord. Minorum Miniſter Generalis exiſtis &c. Dat. &c. die 21. februarij 1520.* & in aliis ſuis. *Aliàs fœlicis &c. Datum Romæ die 25. Aprilis 1521.* quibus Ioan- Ibid.1521. n. 2.
nem Glapionem tunc in Curia Commiſſarium Generalem, & Franciſcum Quinnonium de Angelis paulò poſt in Vltramontanis Commiſſarium Generalem, dehinc totius Ord. Minorum Miniſtrum Generalem, & S. R. E. Cardinalem ad Indicas miſſiones ampliſſima cum facultate deſtinabat, ſic ait in initio. *Conſiderantes, quòd Chriſti Domini munda Religio à Chriſto Domino exemplis, & verbis Apoſtolis ſui tradita, & B. Franciſco, ac eum ſequentibus fuerit inſpirata, & quòd nonnullos ejuſdem Ordinis Profeſſores &c.* Ecce ad Viros præcipuos de Obſervantia loquens dicit, *Veſtri Ordinis Religio à Chriſto fuit B. Franciſco inſpirata*, per Religionem ergo S. Franciſci (*Veſtri Ordinis*) intelligit Obſervantes, ad quos loquitur. (Obſervãtes à S. Franciſco inſtituti.)

Eodem anno jam per obitum Licheti ſub Paulo Soncinate Vicario Generali totius Ordinis, & ad colligendas eleemoſynas, atque ad conſcribendos Cruce ſignatos contra Turcas Commiſſario Apoſtolico, ut res tutiùs procederet; ad examinandum, qualiter omnia in Oriente ſe haberent, Fr. Ludovicum deſtinavit per litteras, *Vniverſis & ſingulis &c.* Ibib. n.20.
Datum Romæ die 20. Ianuarij 1521. in quibus eum ſic nominat. *Dilectus filius Ludovicus Heningus Rutenus Ordinis Minorum S. Theologiæ &c.* Clemens VII. ad Leonardum de Publicio pro Piſoto ſuffectum Vicarium Generalem ſic ſcribit. *Dilecto filio Leonardo Publicio totius Ordinis Minorum Vicario Generali &c. Cum ſicut &c.* Dat. Romæ die 10. Maij 1533. Ibid. 1533. n. 12.
Clemens ipſe in bulla *Salvatoris Domini &c. Dat Bononiæ die 25. februarij* 1530, per quam officium SS. Nominis Ieſu noſtræ Religioni conceſſit (quod per Obſervantes ſemper tractatum fuiſſe nemo non confitetur) ſic ait. *Exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filij Bonaventuræ Dubienſis Ord. Fratrum Minorum profeſſori &c. Officium de ipſo SS. Nomine Ieſu per quondam Bernardinum de Buſtis Fratrem dicti Ordinis dum in humanis ageret &c. pro parte ipſius Bonaventuræ de Generalis ſui Ordinis licentia &c.* Tet Ibid.1530. n. 10.

in

in unico Brevi per Ordinem Minorum Obſervantes intelligi: Ecce pauciſſimis litteris Apoſtolicis, atque contra prætenſionem adducentis expoſitis, quàm plures, quamque ſolidiori fundamento nos oppoſuimus: longè ampliori numero alias ad Obſervantium favorem in Ordinis Annalibus tom. 5. 6. 7. & 8. ex integro legendas brevitatis ergo dimittimus, quas aliquis nullo negotio videre potuiſſet. Scriptori unico extraneo Octavio Cajetano ab aliquo allegato, extranei unius antiquiſſimi oppoſitione reſpondere debemus: Bonfinius eſt ampliſſimus, & antiquus Hiſtoricus, qui ſua in deca 3. lib. 4. de B. B. Ioanne de Capiſtrano, & Iacobo de

Vvad. to. 5. 1439. n. 44. Marchia, ſic ait; *Erat ea tempeſtate Buda Iacobus Vir ſanctiſſimus ex agro Aſculano natus, qui propagandi D. Franciſci Ordinis gratiâ ex Italia in Pannonias cum B. Ioanne Capiſtrano pari ſanctitate prædito &c.* Capiſtranus autem, & Iacobus teſte Pio II. cæteriſque conſentientibus, non Ordinem S. Franciſci Conventualium; ſed Obſervantium propagare ſtudebant.

Nunc ſupereſt, ut ex inappellabili Sedis Apoſtolicæ Iudicio, non obiter, non velut ex occaſione ſed ut de principali aſſumpto intelligamus, quinam in Ordine Minorum intelligantur, dum *Fratres Minores*, ſeu *S. Franciſci* ſimpliciter, & abſque additamento nominari contingat. Itaque Leo X. in ce-

Vvad. to. 8. 1517. n. 23. celeberrima illa Bulla *Vnionis*, ſemper in ſuo robore etiam nunc per fœliciter regnantem Rom. Pontificem Innocen. XI. conſervata, volens Religionem S. Franciſci ad inſtantias Imperatoris, Regum &c. in ſancta unione, & omnimoda Regulæ puritate componere, anno 1517. de cõmuni aſſenſu omnium S.R.E. Cardinalium, cùm dixiſſet in Bulla; *Sacram Minorum Fratrum Religionem &c. à mari uſque ad mare dilatatam &c. fuiſſe à Deo per S. Franciſcum in Eccleſia plantatam &c* ordinat, diffinit, & præcipit, *ut habere debeat unum Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum, prout in Regula S. Franciſci continetur.* Quis autem, & qualis debeat eſſe iſte Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum, & ſine ullo additamento, declarat immediatè, quòd nè *Caput ſit à ſuis membris difforme, vitam ducat Reformatam, & pro Reformato à Communitate Reformatorum habeatur; & quòd in ejus electione nullus, niſi Reformatus vocem habere valeat* Ecce Religio Minorum ſimpliciter, & abſque additamento qualis eſſe definiatur à Pontifice: nempè Fratres Reformati, qui vivunt in omnimoda Regulæ puritate, atque rigore, ſine ulla mitigatione. Ecce hujus Ordinis Minorum ſimpliciter dicti Caput quale eſſe debeat ex Apoſtolica definitione, nempè Reformatus abſque ullo diſpenſativo privilegio in Regulæ præceptis. Poſt plura alia eodem modo ſtabilita ad hujuſmodi Fratrum Minorum appellationem deveniens, gravi ſub præcepto ſubjungit, ut hujuſmodi FF. abſque ullo privilegio, vel paupertatis mitigatione viventes, omiſſis cæteris agnominibus, *Fratres Minores*, ſeu *S. Franciſci à ſeipſis, & ab hominibus aliis nominentur*; jamque paulò ante dixerat, quòd cum ex omnibus Reformationibus Regulam S. Franciſci purè, & abſque ullo privilegio profitentibus unum Corpus Religionis antedictæ conſtituerit, ordinat, & præcipit, *ut omiſſa nominum diverſitate, de cætero Fratres Minores S. Franciſci Regularis Obſervantiæ, vel ſimul, vel diſtinctivè nominentur.* Ecce non obiter, non ex occaſione, non ex ſimplici narrativa, ſed ex diffinitivo ſedis Apoſtolicæ judicio, quinam per Fratres Minores ſimpliciter dictos, *antonomaſticè*, & veluti de principali denominato, utait aliquis, intelligi debeant, nempè Minores de Obſervantia; Ecce ex definitione Pontificia idem eſt dicere *Fratres Minores*, vel *Fratres S. Franciſci*, vel *Fratres Regularis Obſervantiæ*, vel totum illud aggregatum ſimul. Ne verò ſuſpicio ſuboriri poſſet, hiſce in Pontificiis definitionibus etiam Conventuales aliquo modo poſſe comprehendi, hoc ipſe Pontifex eadem in Bulla voluit excluſum, ubi dixit, *de Fratribus Conventualibus*, ſecundùm privilegia viventibus ſe per alias litteras deſuper edendas deliberaturum; quod & fecit ex integro in Bulla Concordiæ *Omnipotens Deus &c.* jam præcitata, modum vivendi, formam, & Titulum novi regiminis, & locum præcedentiæ poſt Obſervantes, aliaque plurima de ipſis, ſemper ſub Titulo Conventualium expreſſè determinando Hæc omnia ſemper in ſuo rigore authoritate Apoſtolica fuiſſe confirmata, non ingno-

ignoramus, dum anno 1593. & 1602. ad 1631. contra Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum (ex Obſervantia aſſumpti) ampliſſimum Titulum diuturna, graviſſimaque lite contendentes; his potiſſimùm ex Bullis, hiſce fundamentis ceciderunt à cauſa, ut eſt videre in Decretis allegatis: unde in hodiernum uſque diem, Miniſter Generalis totius Ord. Minorum intelligitur, qui de Regulari, aut Strictiori Obſervantia aſſumitur.

Poſſet aliquis à nominis ethimologia Conventualium antiquioritatem aſſerere, à tempore videlicet, quo Minoritæ cœperunt in Conventibus habitare; deducturus exinde, Conventuales modernos de profeſſione mitigata, etiam quoad nomen, antiquiſſimos eſſe in Ordine Minorum. Reſpondeo tamen, de *Conventualium* agnomine, prout quid ſuperadditum nomini eſſentiali *Minorum* in Regula Franciſcana inſtituto importat, nos ut ſupra dilucidè, ac ſufficienter tractavimus, oſtendentes ipſum non ab Innocen.IV. conceſſione, quæ fuit tantùm pro Eccleſiis, nec à Conſtitutionibus Farineriis, aut Benedictinis deſumi poſſe, niſi tribus hiſce in acceptionibus etiam Obſervantibus, & Capuccinis, abſque ulla partis alterius ſingularitate competere dicamus; In quarto ſenſu, prout partem unam in Corpore Franciſcano Regulam non in rigore, ſed ſub mitigarione profitentem importat; ab Eugenio IV. recognoſcendum eſſe à controverſiis abſtrahendo, demonſtravimus: Iam verò ut aliquo ſuper primis tribus nominis *Conventualium* acceptionibus vim facienti reſpondeamus; ultrò concedimus quæcumque ab ipſo producta; nempe à conveniendo fuiſſe dictos Conventus; unde Religioſorum domibus adhæſerit, de quibus ſolidiori fundamento ex ſacris Canonibus in præfatione loquuti ſumus. Ex his tamen inferendum non dubito, Conventuum nomine ante Innocentij IV. mox allegendam ex ipſo conceſſionem, donata fuiſſe Fratrum Minorum ut plurimùm, Cœnobia, quod evidentiùs habemus in Annalibus, in Piſano, in Mariano, & in antiquioribus Ordinis Chronicis, dum de locis in ſolitudine acceptis loquendo dicunt, fundatum fuiſſe eo loco pro Fratribus Oratorium, ſeu Eremitorium; ſępiùs autem, & ubicunque de locis intra, vel prope Civitates, & Oppida pro ſæcularium ſervitute fundatis agatur, *Conventus* nominant expreſſè; atque certò certiùs dum S. Patriarcha pluries interrogatus pro aſſignanda Conventuum forma, & qualitate, hancque in arctiſſima paupertate ſemper aſſignans, adjungebat, alios hujuſmodi metas excedentes à ſe tolerari, non approbari. Non de Oratoriis, aut Eremitoriis in ſolitudine ibi loquebatur, quæ à Fratribus ſingulariter zelantibus ad apicem paupertatis erecta fuiſſe non dubitatur; ideoque poſtmodùm à Laxioribus derelicta. Dicebat ergo de Conventibus ut ſupra pro ſæcularium ſatisfactione conſtructis.

Vt enim dubium omne repellatur; quis Oratorium, non Conventum effingat illum, qui ſtatim ab Ordinis initio Bononiæ fuit erectus à Ioanne de Stiachia Miniſtro Provinciali, obque excedentem magnificentiam à S Franciſco graviùs increpatum, juſſumque dimitti, tandem rogante S. Patriarcha Dominico toleratum? Sacer Aſſiſienſis S. Franciſci Conventus in tanta majeſtate ſtatim ab ejus obitu ęre Pontificio fabricatus, quomodo Eremitorij nomine nuncupabitur? Dicas eodem modo de cæteris domibus, quas ſub Conventuum Titulo legimus ab Ordinis initio fabricatas, in quibus Fratres ad Divina ſolemniter conveniebant, Populo prædicabant, ſtudiis vacabant, ut de S. Antonio ab ipſo S. Patriarcha S. Theologiæ Lectore conſtituto legimus, aliaque hujuſmodi pro ſpirituali ſæcularium conſolatione peragebant, quæ in Eremitoriis, aut Oratoriis fieri, erat impoſſibile. Hac ex concordata ratione cujuſdam prudentiam non commendare non poſſum, qui hæc ſapientiſſimè conſiderans, hìc ingenuè confitetur, hoc Conventuum nomen haud ex illa Innocentij conceſſione fuiſſe Domibus noſtris impoſitum, ut reverâ non fuit, ſed à Conventuum nomine fuerunt Eccleſiæ Conventuales declaratæ. Addens verò, nomen hoc circa illa tempora natum eſſe, debebat novitatis præciſum tempus, & circumſtantias adducere, ſi longè ante præfuiſſe, negare volebat.

Si fortè Innocentij IV. Bullam, *Cum tanquam &c.* ſupplicante Religione conceſſam

ceſſam quis adducat; in qua Pontifex indulget, ut Eccleſiæ Minorum, ubi ſunt Conventus eorundem, dicantur Conventuales, ad hoc ut nominis Conventualium pro Seraphica Religione ſcaturiginem inde liceat argumentari: Ex hoc primùm ego ipſe dicta per me ut ſupra confirmo; niſi enim Eccleſias aliquas ſine habitatore in Ordine fingamus, domos alias Fratrum in forma Conventuum, alias non in forma Conventuum, non confiteri non poſſumus; dum Pontifex Eccleſias noſtras, ubi Conventus exiſtant, Conventuales appellari poſſe concedit.

Illationem autem omnino negamus, utpotè cujus novitatis memoria nullibi in ſcripturis Ordinis appareat. Addo ultrò ad hæc dicentis favorem, Cherubini dictum in rubrica præfatæ Bullæ appoſita; ipſam eſſe pro *Minoribus Conventualibus*; & tamen ita non eſſe, ipſis ex Verbis ex Bulla in illo tranſcriptis elucet.... *Decernimus, ut Eccleſiæ veſtræ omnes, ubi Conventus exiſtunt, Conventuales vocentur.* Ecce Conventualitatis nomen ad Eccleſias ſolas arctatum, ad Religioſos nullo modo extenſum, uti profectò fuiſſet extenſum, ſi Pontifex extendere intendiſſet, veluti ſolent diſputationum occaſiones in litteris ſuis amputare.

Quin & ad hominem ſic arguo contra hoc fundamentum. Si hoc ipſo in loco confitetur, nomen Conventus ante Innocentij conceſſionem extitiſſe, cur non à pari, vel à fortiori Conventuales à Conventibus, & non deinde ab Eccleſiis Conventualibus fuere nuncupati? Eccleſias denominat Pontifex Conventuales à Conventibus, non verò Religioſos, uti nec antea denominati erant, cur id gratis infigere velimus? Gratis dictum majori facilitate negatur. Cauſam diſparitatis inter Eccleſias, & Religioſos aſſigno: ut quid enim in uno, & indiviſo Ordine, quia à ſuo Fundatore, nec non in Regula, & in ejuſdem confirmationibus Apoſtolicis, uſu etiam inviolato, cæteriſque in litteris Pontificiis eouſque *Ordo Fratrum Minorum* fuerat intitulatus, ſupperaddi debebat novum diſtinctionis additamentum, dicendo, *Ordo Fratrum Minorum Conventualium?* Ad quorum aliorum Minorum differentiam hi nominari debuerunt *Conventuales*, uti poſtea ad Obſervantium diſtinctionem dicti fuere *Conventuales*, qui vitam, Regulamque mitigatam amplexati fuerunt? Quòd autem hoc agnomine illorum tunc Eccleſiæ fuerint decorandæ, cauſam, & juſtam, atque graviſſimam ſubeſſe cognoſcimus. Cum etenim plurimis in locis Minoritæ per diverſa gravamina (quæ recitantur in tit. de Exceſſibus Prælatorum cap. *Nimis iniqua*) vexarentur ab Eccleſiarum Prælatis, Innocentio ipſo poſt Gregorium IX. ad longum referente; illa erant non minima, quòd ſanctam Euchariſtiam in ſuis Eccleſiis conſervare, Fratres defunctos ibidem tumulare, Campanam habere, aliaque hujuſmodi ſibi neceſſaria exercere non poſſent; quaſi verò ipſorum Eccleſiæ loca eſſent privata, nec authoritate Epiſcopi conſtituta; cum è contra Eccleſiæ Collegiatæ, ſive Conventuales his, aliiſque plurimis privilegiis gauderent à Iure: meritò piiſſimus Pontifex ſupplicanti Religioni conceſſit, ut Eccleſiæ noſtræ per hujus nominis *Conventuales* adjectionem hujuſmodi privilegiis inſigniri, atque gaudere deberent: eandem quippè eſſe quoad hoc Eccleſiam *Collegiatam* ac *Conventualem* conſtat ex cap. *Nobis fuit &c.* de Iure patronatus, ubi Gloſa *Conventualis*, inquit, *Eccleſia dicitur ex quo duo, vel tres in Collegio ſunt.* Addi poteſt aliud beneficium ex Innocentiana Conceſſione proveniens: Cum etenim locorum Guardiani ab Ordinis initio per majores Prelatos ſolerent inſtitui; unde dicit Seraphicus Pater in ſuo teſtamento; *Firmiter volo obedire Generali Miniſtro, & illi Guardiano, quem ſibi placuerit mihi dare:* Factum eſt ex Conventualiū Eccleſiarum declaratione, ut Conventibus liceret ſuos Guardianos eligere; juxta cap. *Nullus* de elect. cap. *Congregatio* 16. q. 7. cap. *cum Abbas* 18. q. 2. cap. *Cum Terra* de elect. cap. *Dilectus.* De conſuetudine ubi dicitur; *Eccleſia Collegiata non providetur de Prælato per Collationem, vel proviſionem, ſed per Canonicam electionem fiendam per Collegium.* Hinc fortè fundamentum habuerunt ſtatuta Farineria mox producenda, & à nobis explicanda de Guardianorum electione: Quod autem primum dixi, fuiſſe tum Religionis ſupplicantis, tum Papæ hoc privilegium concedentis intentum ad reparan-

Vvad.t. 2. 1252.n.23. reparanda prænotata gravamina ; hiſtoricæ veritati magis convenire, docet expreſſiùs Annaliſta, cæterique Bullam iſtam referentes. Ecce cauſa graviſima, cur Titulus Conventualis Eccleſiis noſtris deberet ſupperaddi ; cur verò Religioſis adderetur, nulla potuit aſſignari.

Ex quibus haud immeritò conſiderandum dixerim, quòd Pontifex illo in privilegio non Eccleſias noſtras omnes dixit Conventuales, at eas ſolas, in quibus Conventus exiſterent, ideſt ubi Fratres ad divina ſolemniter congregari ſolerent ; Nec enim in Eremitoriis, ubi quaſi privatim ad tempus victuri ſecedebant, crederem, ipſos ſolitos fuiſſe ſub obligatione, atque cum ſolemnitate convenire, ſi autem ab Eccleſiæ Titulo Religio ipſa cognomen aſſumere debet, quo Titulo per Innocentij privilegium Fratres Minores *Conventuales*, ut prætendit aliquis, cœperunt appellari ; jam & Obſervantes, & Capuccini ſine ulla differentia Conventuales etiam nuncupari debemus : Ecce ratio diſparitatis inter Eccleſias, & Religioſos; ratio autem eſt anima legis, & optima interpretatio legum.

Adde, ſi placet, Emin. Cardinalem de Lauræa, & ipſis ex Obſervantibus Rodericum, & Mirandam dicentes, nomen Conventualium fuiſſe in Ordine Minorum antiquiſſimum. At ſanè intelligendos eſſe non dubito, Rodericum, Mirandam, & Cardinalem de Lauræa largè loquendo de Conventualibus ab inhabitandis Conventibus, & quidem Rodericus in primo loco citationis, nempe tom. 1. q. 4. art. 1. variè de hoc Conventualium agnomine ſcribens, primò Conventuum nomen ab Innocentio in allegata Conſtitutione impoſitum innuit ; quod eſt contra verba Bullæ, deinde concludit, per ; *nomen Conventualium diſtinguebantur ab iis, qui reformationem affectabant, qui de Familia vocabantur* ; ubi priora ſua dicta, vel retractans, vel explicans in bono ſenſu, verum dixit ; hi autem Fratres de Familia ſecundo poſt Innocentij conceſſionem ſæculo tale nomen habuerunt, quod in ſuperioribus diximus. In ſecundo verò loco, nempe tom. 3. q. 30. art. 4. dicit, ſe veriorem nominis Conventualium nativitatem indagaſſe, nempe allegata ex Bulla Innocentij, quam litteraliter exſcribit, deinde à Petro Rodulpho Conventuali hæc omnia ſe accepiſſe demonſtrat, unde nihil habet de ſuo. At Rodulphus ad extollendam multò magis ſuorum Conventualium antiquitatem illa ex Bulla progreditur, dicens, ipſam anno 1212. ſupplicante S. Franciſco fuiſſe conceſſam, quod quantùm aberret à ſcopo, nullo negotio apparet ; cum Innocen. IV. Author Bullæ non niſi anno 1243. fuerit ad Pontificatum evectus. Miranda verò loco citat. nempè tom. 1. q. 12. art. 1. col. 3. dicit *In Ordine Minorum Clauſtrales, ſive Conventuales dici, qui ab antiqua ſua perfectione, & ſtricta Regulæ Obſervantia deficientes &c.* & quod cœperunt habitacula magnifica ædificare ; deſertis prioribus pauperculis, qua ratione, ut quibuſdam videtur, *Clauſtrales*, ſive *Conventuales* cœperunt appellari ; deinde refert illam Innocentij Conceſſionem, dicens illa, quæ allegantur. Tandem Eminentiſſimus de Laurea loco citato dicit quidem, quòd prima Ordinis diviſio fuit in Concilio Conſtantienſi, & quòd uni dicti ſunt Reformati, ſeu Obſervantes ; alij verò remanent ſub Communitate Religionis cum Titulo Minorum, ſeu Conventualium ; & in alio loco citato dicit, nomen Conventualium eſſe juxta Conſtitutionem Innocentij IV. Hæc omnia tamen, niſi, ut dixi, ſano, & prædeclarato modo intelligantur, excuſari non poſſunt, quin Verba Bullæ Innocentij, & Decreti Conſtantien. habeant in contrarium, ubi de nomine Fratrum Conventualium nec verbum habetur ; immò rationes efficaciſſimas ad oppoſitum ; quocirca viros adeò graves priori modo intelligendos eſſe non dubito.

Vvad.t.2. 1252.n.23. Roduphus fol.249.

De Lauræa Epiſt. Can.V.f. min. Ref.

Immò & lepidè obſervaſſe dicitur P. Gabriel Fabri ſupra memoratus, allegatam Innocentij IV. Bullam ad preces Religionis eſſe conceſſam ; unde urgetur argumentum, uſum illius nominis Conventualium, quod à Pontifice ſupplicarunt, haud fuiſſe à Minoribus neglectum, etſi de ipſius uſu nihil legeretur in Ordinis monumentis. Non enim ex hoc, quòd nomen uxoris Cain reticuerint Sacra Biblia, dicemus eam proprio caruiſſe nomine, more Atlantidadarum Plinij, ſicque de uxore Sem, aliorumque plurimorum. Reſpondeo ultrò

conce

concedens, petitionem eſſe factam pro parte Religionis, at pro Eccleſiis ex cauſa per nos abundantiſſimè recitata, contra gravamina Prælatorum, non verò pro Fratribus Titulo Conventualitatis abſque ulla occaſione donandis, cum Evãgelico *Minorum* nomine à S.Patriarcha in Regula appoſito eſsẽt ſatis ſuperque contenti; nec cauſa ſubeſſet, agnomen inducendi de novo, quo ab aliis diſtinguerentur, qualis ex Ordinis diviſione provenit.

Sicut autem in ſequentibus gratis dicitur, in uſu fuiſſe Titulum Fratrum Minorum Conventualium, ita nullo negotio negatur; hoc enim profectò hiſtoriç noſtræ non tacuiſſent, uti de aliis mutationibus, gravibuſque novitatibus, atque ſucceſſibus minimè ſilverunt. Grave quidem eſt, & graviori animadverſione dignum, quòd nomen novum factum Religioni commune, duobus intereà ſæculis ferè integris nullibi appareat, eò vel maxime quòd ad diſtinguendos ſpirituales à laxioribus, hos ſemper Fratres nominet, *de Ordinis communitate*, ut videre eſt in controverſiis anno 1300. ſubortis, & in Concilio Viennenſi terminatis: Ex quibus argumentum validatur in contrarium; ſicut enim in hiſtoriis adnotatur, Eccleſias noſtras ad evitanda gravamina fuiſſe in Conventualitatem evectas, ita non tacuiſſent etiam, Religioſos novum Conventualitatis Titulum ſibi adinueniſſe, uti reverà notarunt, quando verè dicti ſunt *Conventuales* ab Eugenio IV. ut ab Obſervantibus diſtinguerentur.

Lepida P. Fabri obſervatio contra hæc, ibidem adjuncta (quòd ſicuti dicendum non eſt, Vxores Cain, Sem &c. nomine proprio caruiſſe more Atlantidarum, eo quia ipſarum nomina in Sac. Codice non apponantur, ita & negandum non ſit, Fratres Minores ab initio Conventualium agnomen aſſumpſiſſe, eo quòd ipſa de aſſumptione nihil referatur in hiſtoriis) quantum roboris habeat, judicent alij: Ibi enim agitur de nomine proprio inter homines neceſſario ad diſcernendum unum ab alio; hîc autem de hiſtoriæ novitate, ac de agnomine tunc omnino ſuperfluo contra Regulæ tenorem noviter inducẽdo; quod ſine gravi fundamẽto hiſtoriæ credi non poteſt, nec licèt gratis adduci.

Objicere mihi quis poſſet, de facto nomen Conventualium in uſu fuiſſe Religioni; quoniam in ſtatutis Benedictinis de anno 1337. atque in Farineriis de anno 1354. (quæ etiam anno 1260. facta ſupponuntur à S. Bonaventura) Fratres Conventuales à non Conventualibus, atque Conventus Conventuales, à non Conventualibus ſecernuntur. Vnde Aluarus Pelagius in libro de Planctu Eccleſiæ dicit, ſe Conventualem fuiſſe apud Aram-cœli. Quid enim mirum, ſi Ordo Minorum ab impetrato titulo Conventualitatis pro ſuis Eccleſiis, etiam ſe totum Conventualem voluerit appellare, ſicut multç Religiones, vel à ſuo Inſtitutore, vel à loco ſuæ fundationis, vel etiam ab aliqua ſua ſingularitate; immo & ab Eccleſiæ ſuæ, in qua morantur, titulo, titulum ſuum aſſumpſiſſe noſcuntur? Quid ſi fortè poſt Eccleſias ſuas in Conventualitatem evectas, fuerint à Parochis per irriſionem vocati Conventuales, & hoc nomen ipſi Minoritæ pro gloria retinere voluerint? Quid ſi Fratres Minores dicamus inſtitutos eſſe ab initio, alios in vita Conventuali ad Rivum-tortum in Ordinis initio, alios in vita Eremitica, ut legimus, eorum plurimos ad Eremitoria ſolitos fuiſſe ad tempus ſecedere; etſi de vita eremitica nihil in Regula præſcribatur? Cur indè non liceat concludere, Religionem Minorum dictam fuiſſe Conventualem, eo vel maximè, quòd major pars Fratrum conventualiter vivebat, niſi fingere velimus, alio nomine Religionem in ſe, alio Religioſos ejus fuiſſe nuncupatos?

Ad hæc omnia, (ex quibus potiſſimùm evincendam Conventualium antiquioritatem aliquis arbitrabatur) ut ſigillatim reſpondeam; recolenda ſunt, quæ de Priore Conventuali, de Conventu Conventuali, de Fratre Conventuali diximus ex ſacris Canonibus in principio hujus capitis; videlicèt, Eccleſiam dici Conventualem, in qua collegialiter aliqui congregantur; Conventum Conventualem, in quo aliqui ad faciendum Collegium deputantur, Priorem Conventualem, qui hujuſmodi præſidet Collegio; Fratrem denique Conventualem, qui hujuſmodi in Conventu, vel Collegio legitima deputatione collocatur ad concurrendum actibus

collegialibus; de quo in Cap. *Ne nomen*: de Religioſis domibus, cavetur expreſsè, ut in pluribus Monaſteriis locum habere non poſſit: Vnde neceſſariò infertur, quòd Frater, vel Monachus in uno Conventu deputatus Conventualis, ſi durante tali deputatione in alio Conventu adeſſe contingat, in hoc ſecundo non erit Conventualis, ſed hoſpes, & advena; quod etiam num in omni Religione practicari videmus. His, ut decet, intellectis, nullo negotio corruent omnia, & ſingula.

Si verò rejecta iſta ſacrorum Canonum legitima, & litterali explicatione mordicùs defendere quis velit, allegatos ex Farineriis,& Benedictinis Conſtitutionibus textus, de F. Conventuali habente, de non Conventuali non habente ſuffragium in electione Guardiani loci Conventualis; & de viſitatione ab uno, eodemque Viſitatore citiùs in Conventu non Conventuali, & tardiùs in Conventu Conventuali peragenda; nec non ex differentia Conventuum Conventualium à non Conventualibus, non ad mentem ſacrorum Canonum,ſed ad Religionem Conventualem in Ordine Minorum deſignandam eſſe intelligendos; quomodo non videat, Religionem ſuam à craſſæ ignorantiæ (ut modeſtiùs loquar) nota non poſſe abſolvi, dum ſtatutum edidit, Ne Frater de aliena Religione,ſeu non Conventualis, ad eligendos Guardianos Conventuales, ideſt ſuæ Religionis accedat: Vt ab uno eodemque Viſitatore Conventus ſuæ Religionis, nempè Conventuales; & de aliena, ideſt non Conventuales viſitentur: quod ſui Conventus, in quibus duodecim Fratres commorari non poſſunt, non cenſeantur de ſua Religione, videlicet non dicantur Conventuales.

Textus ergo à Gerardi, ſeu à Benedictinis Conſtitutionibus, non de Religione Conventuali ullo modo, ſed de locis Conventualibus evidentiſſimè loquitur, ideſt integro Fratrum Incolentium numero perfectis, ut mox declarabimus, atque de Fratribus ibidem Conventualibus, ideſt pro Conventu illo in Tabula Capitulari deſignatis. Novimus, & in noſtra, & in cæteris Religionibus, aut per Tabulas Capitulares, aut per Provincialis litteras Obedientiales Religioſos ſingulos aliquo in Cõventu firma deputatione aſſignari, ubi eo anno commorari debeant, cujus propterea domus dicitur unuſquiſque factus eſſe Conventualis, in qua collocatus eſt, ut aiunt de *Familia*, ſi autem in uno collocatum Conventualem, in alio etiam ad tempus commorari contingat, hoc in ultimo non Conventualis dicitur, at Hoſpes, & Advena; ubi propterea nullum de jure communi ſuffragium habere poteſt in publicis congreſſibus: hæc ab omnibus recepta Gerardi Conſtitutionem evidentiſſimè declarant; ut nempè Guardiani Locis in Conventualibus ab his ſolùm eligantur, qui ſunt ibidem Conventuales, ideſt collocati de Familia; cæteris ab eligendo excluſis, qui ſic non eſſent ibi Conventuales, quamvis electionis tempore in loco reperiri contingeret.

Hæc germana, & plana eſt hujus ſtatuti declaratio; ſic etiam nunc apud Obſervantes, & Capuccinos obſervatur, ut in ballotatione, quæ pro Novitiorum habilitate fieri ſolet, atque cæteris in congreſſibus, qui publica communitatis vota requirant, Hoſpitibus, ut aiunt, excluſis, per ſolos Domus Conventuales, ideſt in Tabula illius Domus deſignatos, omnia peragantur; aliàs gravi cum confuſione nomen Religioni commune Religioſo eidem hodie in uno Couventu conveniret; eras in alio repugnaret: inſuper Religionem ipſam jam tum ſine ullo fundamento in Conventualem, & non Conventualem diviſam fuiſſe confiteri cogemur; quod nullibi apud Authores reperitur.

Conſtitutiones Farinerias, ut vocant generaliter, & principaliter à S. Bonaventura fuiſſe compoſitas, & varias poſt rerum viciſſitudines, contra Gerardi relaxationem à Farinerio anno 1354. reſtitutas ultrò concedo, Vnde argui non poſſit Vvadingus, quòd illas videre noluerit, ut antiquitatem nominis *Conventualium* ignorare liceret. Hæc autem Conſtitutio, ſive declaratio de locis Conventualibus, & non Conventualibus, ex rerum ſucceſſibus, & novitatibus potuit eſſe inter adjunctas, non enim dicimus nihilominos illis additum à Farinerio, ſed parum, ut expreſſè notatur in Ordinis Chronicis, & Annalibus; & per extenſum eos dabimus in tertio tomo

mo; at fuerit illa, vel S. Bonaventuræ, vel Farinerij (quia nihil hoc relevat ad intentum) Ordinem Minorum ab illa duplici Conſtitutione dictum fuiſſe Conventualem, omnino negamus: Ad ipſa textus verba provocamus: *Locum non Conventualem dicimus, ubi duodecim Fratres ut ſupra pro majori parte anni non poſſunt debitè commorari*: quid expreſſiùs deſiderari poteſt, ut non Religionem in ſe à Titulo Eccleſiæ *Conventualem* dicamus? prout & hodie loca, ſeu hoſpitia non Conventus dicimus, ubi numero completo ad munia Religioſa convivere non poſſunt; ad hoc ut alia loca Conventualia, alia non Conventualia diſtingui cognoſcamus; Aliàs confuſio fieret in Ordine, ſi & Religioſi de Ordine Conventuali hodie in majori Conventu Conventuales dicerentur, cras in minori non Conventuales, ut Religione mutata, cenſerentur. Ecce quis Guardianus Conventualis, nempe de majoribus Cœnobiis; qui non Conventuales, nempe de Minoribus, intelligantur, nuſquam verò de Religione Conventuali: Ecce ſimiliter de viſitatione locorum Conventualium, ideſt majorum infra ſeptem dies, infra tres in non Conventualibus, ideſt in minoribus explenda.

Eodem modo Alvari Pelagij dictum, intelligendum eſſe non dubito, id eſt *Cùm eſſem Conventualis Romæ ad Aramcæli* cum Romano in Ara-cœlitano Conventu viverem aſſignatus de familia, ſive de collocatione; non autem, cùm eſſem de Religione Conventualium, quæ nullibi eo temporis legitur: Vt quid enim viro doctiſſimo, & in Curia Apoſtolica notiſſimo convenire poterat, ut ſe Conventualem, non verò Minoritam declararet, niſi fortè à nomine Conventualium nomen Minorum abolitum fuiſſe confingatur? Pro comperto habemus ex Piſano, Marco Vlyſſiponenſi, Gonzaga, Vvadingo, aliiſque omnino plurimis per Arturum ad diem quintam Iulij recitatis, Alvarum Pelagium, qui anno 1352. piiſſimè obiit in Domino, ipſum in pauperioribus Vmbriæ Cœnobiis educatum, deinde ſublimi ex doctrina, vitæque puritate ad majora evocatum, non ſolùm pro Regulæ zelatoribus inconcuſſè ſtetiſſe, ſed & hac de cauſa tribulationes graviſſimas à Laxioribus toleraſſe, quod & in allegato hic libro *de planctu Eccleſiæ* voluit eſſe teſtatum. Senſus ergo doctiſſimi, atque Zelantiſſimi Alvari hic fuit; cùm Romæ commorarer ad Aram-Cœli non obiter, at firmiter, & aſſignatus in Tabula Conventus (non cùm vitæ ſequerer libertatem) *Novi Petrum Corbarium decimantem mentam &c.* quod optimè facit ad ejus intentum, ut Corbarij mores authoritate firmiori deſcriberet.

Artur. die 5. Julij. Vvad. t. 3. 1340. n. 11. & alibi.

Vide ut ſup.

Quis ergo etiam cœcutiens non intelligat, atque concludat, Alvarum Pelagium, & Conſtitutiones Farinerias, atque Benedictinas nihil habere ad probandam eo temporis in Ordine Franciſcano Conventualitatem?

Veruntamen hæc omnia ſi gratis, & contra veritatem admittamus (nuſquam tamen concedimus) Conventualium nomen Fratribus Minoribus inditum per ſtatuta Farineria, per Benedictina, necnon per Innocen. IV. privilegium, eoque nomine ab illo tempore ſic fuiſſe nuncupatos, ad aliorum diſtinctionem, qui non Conventualibus in locis habitabant, qui Eccleſias non Conventuales, ſed Eremitoria incolebant; quid inde? ergo nomen Conventualium ab Innocen. IV. incœpit? tranſeat, etſi non conceſſum; ſed ante Innocentium ubi erant Conventuales? vivente S. Franciſco, & in ipſa Regulæ inſtitutione, atque confirmatione ubi erant Conventuales? poſt Innocentium non Conventuales quomodo vocabantur? nullibi legitur: de ſolo Fratrum Minorum titulo reperimus. Quid autem inde ad intentum *Antiquioritatis*, id eſt majoris antiquitatis pro Conventualibus reſpectu non Conventualium, qui nomen, & vitam à S. Inſtitutore præfixam abſque mutatione conſervarunt? Vlteriùs: ergo nomen Conventualium ab Innocentio ad illos diſtinguendos fuit appoſitum, qui relicto poſtea primario Regulæ Franciſc. fundamento, nimirùm arctiſſima paupertate, mitigativa privilegia de novo fuerunt amplexati? nego conſequentiam; quam in quatuor terminis deduci nemo non videbit; hoc modo: Omnes Minoritæ loca majora, Conventualeſque Eccleſias incolentes dicti ſunt Conventuales; ſed aliquis ex ipſis loca majora ſic incolentibus poſtea receperunt mitigativa Regulæ privilegia, ergo nomen Conventualium inditum eſt

ad

ad illos ſignificandos,qui poſtea receperunt privilegia : argumentum claudicat ex variatis terminis. At ſyllogiſticè arguendo ſic erit dicendum; Nomen Conventualium illis omnibus Minoritis inditum eſt, qui loca talia, & Eccleſias incolebant; at Minoritæ de Regula mitigata ſunt illi ipſi omnes, qui loca talia, & Eccleſias incolebant ; ergo nomen Conventualium illis tunc inditum eſt, qui nunc ſunt de Regula mitigata. Conſequentia hæc erit bona;ſed quia ex falſa minori deducitur , falſum erit conſequens: Minoris falſitas eſt evidens ex integris Congregationibus Clarenorum (& cæteris omiſſis) Coletanorum, Amadæorum, & Guadalupenſium , totiuſque de Obſervantia corporis, quæ in Ordine Minorum tunc erant veriùs , quia Regulam purè obſervabant , & dehinc introductioni libertatis aſſentiri nolentes ſeparatim vivere maluerunt.

Concedimus ultrò , aliquas Religiones à fundationis, aut promotionis, aut reformationis ſuæ loco inſigniori,vel ab alia cauſa particulari ſuum aſſumpſiſſe cognomen ; ubi præſertim veluti proprium ab aliis diſtinctivum ſit neceſſarium : hoc tamen in ampliſſimis Prædicatorum , atque Minorum Ordinibus, haud eveniſſe gaudemus , qui Titulum proprium à Sanctis Patriarchis acceptum, in ipſorum Regulis præfixum , in Pontificiis eorum approbationibus confirmatum , conſervarunt intemeratum; utì PP. Prædicatores in hodiernum uſque diem glorioſiſſimè conſervant: ſuos ergo S. Franciſcus non à ſe ipſo , non ab Vrbe Aſſiſienſi , non aliunde , ſed Evangelica ex Doctrina *Minores* voluit appellari;nec mutationis, aut voluntas, aut neceſſitas fuit, donec Ordine diviſo, debuit una pars ab alia ex agnomine ſuperaddito condiſtingui ; Ex quo Fratres Minores de Regulari, & Strictiori Obſervantia, & Minores Conventuales, & Minores Capuccinos fuiſſe nuncupatos, ultrò concedimus. Quomodo autem valere poſſit argumentum à ſimili adductum à domibus particularibus ad Religionem univerſam , judicent alij ; cùm præſertim in caſu diſtinguendæ domus unius ab alia ejuſdem Religionis eadem in Vrbe utplurimùm ibi tractetur.

Bellè quidem, at ſine fundamento adjicitur, quòd fortè ab Ironia , & irriſione Parochorum fuerint Conventuales intitulati, unde Titulus eis inhæſerit;de quo fortuito caſu nullibi apparet indicium;leviuſque videtur argumentum, ad cauſam ſuſtinendam , quam tanti facere voluerunt:unde non mirari non poſſum, quòd qui priùs dixerat,Ordinem Minorum magno ſibi honori dediſſe , quòd ex Innocentiana conceſſione Conventuales fuerint appellati,nunc ex ſuſpicata irriſione Parochorum Titulum illum velit adducere.

Dum verò dicitur , appellatos fuiſſe Conventuales ab Ordinis initio,qui morabantur in Conventibus , ad integrandum argumentum apponi debet , quòd erant non Conventuales , qui habitabant in Eremitoriis ; unde ſequeretur, eundem numero Religioſum heri fuiſſe in hac Domo Conventualem , hodie in alia non Conventualem, ſicut & reverâ in Conſtitutionibus Farinerij deſcribuntur; quod tamen in hodiernæ ſignificatione Conventualitatis maximũ omni evidentiâ fuiſſet inconveniens. Quòd ſi ad inconveniens evitandum id fingere velimus, jam inſinuatum,Fratres Minores à ſui exordio inſtitutos fuiſſe alios Conventuales ad inhabitandum in Conventibus, alios in vita eremitica ad incolenda Eremitoria,& hoc etiam Obſervantibus ab initio fuiſſe in uſu ; hoc totum nullibi legitur, erroriſque à Regula ipſa Minorum , ab exemplo S. Franciſci (de Diſcipulis ejuſdem idem dicendum) qui haud raró à charitativa Marthæ actuoſitate ad ſolitariam Magdalenæ quietem ſecedebat. Aſſignari verò nequibit, ubi duplex hæc Fratrum Minorum vita deſcribatur. Cùm ergo titulus Conventualitatis Fratribus Minoribus ſtabili firmitate adjectus vitam privilegiatam, præcipuè in altiſſimo paupertatis apice etiam in litteris Apoſtolicis ſignificet , numquam ſatis admirari poſſum , quòd aliquis dicere velit , S. Franciſcum , S. Antonium, & alios pecuniæ , atque poſſeſſionum perpetuos adverſarios fuiſſe Conventuales ; quòd major pars Religionis ab initio Conventualitatem ſequuta ſit, aut denique Religionem univerſam Minorum , ad modum Conventualitatis hodiernæ uniformiter dictam fuiſſe Conventualem.

Dato tamen ( nunquam conceſſo ) quòd à titulo Conventualitatis per In-

nocent. IV. Eccleſiis noſtris indulto; necnon in ſtatutis Farineriis, & Benedictinis per occaſionem indicato, Religio noſtra dicta fuerit Conventualis antiquitùs, quid inde? ergo illa Conventualitas in ſenſu Bullæ, ſtatutorumque præfatorum intenta eſt eadem cum Cōvētualitate moderna, quę Fratres Minores Conventuales per Regulæ mitigationem ab Obſervantibus diſtinguit? nego conſequentiam. Oſtendimus enim in ſuperioribus, nomen Conventualis propriè, ac præcisè ad diſtinguendos Fratres Minores Regulæ privilegiatæ ab ijs, qui Regulam ipſam in ſua eſſentiali puritate obſervare voluerunt, fuiſſe primò ab Eugenio IV. introductum, & à Leone X. anno 1517. ſtabili ſeparatione confirmatum; eodemque in ſenſu, in litteris Apoſtolicis continuari videmus; quod de Bulla Innocentij IV. ſtatutiſque prænotatis dici omninò non poteſt, cum nulla diſpenſatio contra Minoriticam paupertatem in primis duobus Religionis noſtræ ſæculis extiterit.

Habemus itaque, nomen Conventualium ab Eugenio IV. Fratribus Minoribus primò adjunctum, ad diſtinguendum inter Obſervantes, & profeſſores mitigatæ Regulæ à Iulio II. poſitum fuiſſe ſub præcepto, ut duo tantùm agnomina remanere deberent in Ordine Minorum, nempè Obſervantium in puro Regulæ rigore permanentium, & Conventualium privilegia ſequentium; tandem à Leone X. ſtabilitam fuiſſe Ordinis diviſionem, ac ſub expreſſa nominum, & rei differentia, ut Fratres Minores Obſervantes, vel Fratres Minores ſimpliciter dicerentur, qui omnimodo rigore Regulam litteraliter obſervarent; alij Conventuales dicerentur, qui à privilegiis diſpenſativis recedere noluerunt. Non video, quomodo moderni Conventuales ſic ab Eccleſiis nuncupati fuerint ab Ordinis initio, & antiquiores, ideſt primi S. Franciſci Filij, ſi enim Conventuales, qui nunc ſunt, ſunt ijdem qui ab Ordinis initio fuerant, ergo fuerunt illi, ſicut moderni; ſed moderni poſſident, & Regulam profitentur mitigatam; ergo antiquiores, & primi S. Franciſci Filij in Ord. Minorum poſſidebant, & profitebantur vitam mitigatam, ergo ſic fuerunt à S. Franciſco inſtituti, ergo ſuperflua fuit ad hæc Apoſtolica diſpenſatio.

Sæpiùs item oſtendimus, qualiter per S. Franciſcum, Antonium de Padua, Bonaventuram Seraphicum, Haymonem Anglicum, Ioannem Parentem, Ioannem Permenſem, Albertum de Piſis, Hieronymum de Aſculo, Bonagratiam, Matthæum Aquaſpartanum, Ioannem de Murrho-Vallium, Raymundum Gaufredi, Gondiſalvum de Valle bona, Michaelem Cæſenatem, Vaſſallium, Fortanerium, cæteroſque ad annum uſque 1400. & ultra Miniſtros, & per Comitia Generalia fuerit adversùs irrepentes abuſus pro tuenda integra Regulæ Obſervantia vivido conatu pugnatum; adeò ut Helias, Creſcentius, Antonius de Maſſa (Gerardo vix prudenter affugiente) contrarium attentantes fuerint à Generalatu depoſiti. Nullam fuiſſe ſuper Regulæ rigores Apoſtolicam diſpenſationem, ex atteſtatione Clementis V. in Concilio Viennenſi monſtravimus; primam omnino ex Martino V. produximus.

Non ibo inficias, Gregorium IX. ab Heliæ Sophiſmatibus deceptum, aliqua induſiſſe, non quidem ad poſſidendū, & ſimilia, ſed pro colligendis ad Ædificium Aſſiſienſe pecuniis; quæ tamen à S. Antonio de Padua ipſe Pontifex ſinceratus revocavit. Concedo, quòd Innocentius IV. non ad poſſidendum, equitandum, veſtiendum &c. ſed in modo contrectandi, & cumulandi eleemoſynas, aliqua diſpenſaverit; at operante primùm Capitulo Metenſi, deinde in Narbonenſi S. Bonaventurâ, conſtat, ea non fuiſſe in Ordine recepta; immò Alexandri IV. authoritate revocata. Idem de Benedictinis ſtatutis, ſeu Gerardi Oddonis habemus in Annalibus actum fuiſſe, procurantibus eorum revocationem alijs poſt Gerardum Miniſtris, & Comitiis Generalibus; ita ut inconcuſſo Zelo ſemper fuerint in Ordine oppugnatæ relaxationes; donec ex immatura plurium Generalium morte, aliorumque majori ex promotione, vel ad Apoſtolica negotia delegatione, ex graviſſima peſtis ruina, quæ uno tempore ſaniores, & ſeniores ſuſtulit è medio; at longè graviùs ex diuturno Schyſmate poſt obitum Gregorij XI. ſub quo vix liceret delinquentes corrigere, ne ad alia Caſtra tranſierent; introductis abuſibus

ſibus, altèque firmatis, cum aliàs remedium non habere viderentur, ad ſincerandas Fratrum conſcientias, Martin. V. anno 1430. ejuſque ſucceſſores diſpenſativa privilegia invexerunt in Ordinem, quorum accceptatores, & profeſſores ad aliorum in Regulæ Obſervantia perſeverantium differentiam appellati fuere Conventuales per citatas litteras Apoſtolicas.

At dicet aliquis, privilegia paupertatis diſpenſativa præextitiſſe à Religionis exordio, nempè per Clemen. IV. conceſsâ Minoritis ſucceſſione in Parentum hæreditates ab inteſtato, ac ſi eſſent in ſæculo; & hoc petēte S. Bonaventura ſanctiſſimo Generali Ordinis, ut patet in Bulla, *Obtentu Divini Numinis &c.* anno 1265. & in Bulla Martini IV. anno 1281. *Ad uberes fructus*, quam Sixtus IV. in alia ſimili ſua conceſſione inſeruit: Privilegia hæc longè ampliſſimè confirmaſſe dicitur Martinus V. anno 1430. *ad ſtatum Fratrum Ord. Min. &c.* quæ omnia confirmata leguntur ab Eugenio IV. Pio II. Sixto IV. Iulio II. & aliis Romanis Pontif. ut præſertim videre eſt in quadam Bulla Alexandri V. pro Conventu Camberiacenſi, quam Alexander VI. in alia ſua *Ea, quæ per Nos &c.* anno 1499. inſertam confirmavit. Quod idem ab Alvari Pelagij Minoritæ circa annum 1310. & ab exemplo Gondiſalvi Miniſtri Generalis circa annum 1304. prout ab Vvadingo, & aliis allegantur; immò & à Roderici, Mirandæ, Gonzagę inſignium de Obſervantia Scriptorum teſtimonio irrefragabili probari poſſe videtur.

Conceſſionem Clementis IV. allegatam, etſi admitterem de ſucceſſione, nempè Minoribus conceſſa in bonis Parentum ab inteſtato, non tamen dici poteſt extitiſſe ab Ordinis initio, cum ſupponatur expedita anno 1265. illud autem ab anno 1208. dimetimur; immò nec nomini Conventualium ab Innocen. IV. (ut prætenditur) indicto ſuffragatur, cum annis 12 poſt Innocentianam extitiſſe cenſeatur.

Sed principaliter ad rem; Conceſſionem illam Minoribus factam, ut ſuccedere valeant Parentibus ab inteſtato, ac ſi eſſent in ſæculo; admittere ut veram omninò non poſſum. Conceſſio hæc ſupplicantibus Prædicatorum, & Minorum Generalibus expedita fuiſſe ſupponitur, ut habetur in Bulla; inter Minores autem Miniſtrum Generalem agebat S. Bonaventura Doctor Seraphicus omnium relaxationum hoſtis implicabilis, & pro tuenda, vel reſtituenda integra Regulæ Obſervantia Zelator indefeſſus; & tamen hanc omnium in Franciſcana paupertate diſpenſationum maximam, & recepiſſe, & ſupplicaſſe ſupponitur. Mihi profectò non ſufficit Vvadingi reſtrictio; quòd nēpe Sixt. IV. poſt duo ab inde ſæcula declaraverit, illā conceſſionem ad Obſervantes non extendi, quia tempore hujus prætenſæ conceſſionis unicum erat corpus in Ordine Minoritico, in Regulæ Obſervantia ſanctè perſeverans, unde ad alios extendi non poterat, aliis interdici, nec etiam ſi fuiſſet jam tum Ordo bimembris, poterat ad duo ſæcula retrahi Sixtina declaratio: immò, quod magis facit ad propoſitum, cum Sixtus per ſuas litteras (de Clementinis nec habens verbum) privilegium illud Minoribus Conventualibus indulſerit; ut nempè in Parentum hæreditatibus ſuccedere valeant ab inteſtato, pauld poſt edito novo diplomate declaravit illam ſuam (de Clementina nullibi facit mentionem (conceſſionem ad importunam aliquorum inſtantiam expeditam eſſe, atque ad Obſervantes non extendi; unde pateat, locum non habere reſtrictionem Vvadingi, quatenùs ſimus in Clementina: de Sixtina immediatè dicemus. Suppono iterum, hoc prætenſū Clemen. IV. privilegium omnino eſſe ampliſſimū inter cætera, per quæ paupertas Minoritica diſpenſata fuiſſe legatur; cum enim proprietas in particulari nuſquam diſpenſata dicatur; de proprietate in Commmuni loquendo; hæc ſucceſſio in hæreditatibus ſupponit in Minorita nunquam extingui jus Civile ad poſſidendum; ſupponit, & ipſam poſſeſſionem in communi, & cætera quæcumque valeant rationem diſpenſationis inducere.

Quomodo ergo credibile fieri poſſit, ut S. Bonaventura zeli prorſus in comparabilis, de quo juremeritò dicit aliquis, quòd fuerit poſt S. Franciſcum ſanctior univerſis, qui Religioni præfuerunt, qui totis lacertis pro integra, & puriſſima Regulæ Obſervantia, pro

elimi

eliminandis, vel minimis abuſibus in toto Generalatu laboravit; & longè minus diſpenſativam Innocentij IV. Regulæ declarationem, tum ex Generalis Capituli Decreto, tum authoritate Papæ voluit antiquari; qui contra legatorum, ſepulturarum, & teſtamentorum aviditates ſtatuta rigoroſiſſima ſæpè repetita publicavit, ante, & poſt aſſertam Clementis IV. conceſſionem, ipſorumque executionem gravi rigore ſemper exegit, ut diffuſè videre eſt in Encyclicis ejus epiſtolis ad Ordinis Prælatos *Licèt inſufficientiam meam &c.* Dat. Pariſiis 9 kal. maij anno 1257. & *Quoniam ad hoc potiſſimùm &c.* Dat. Pariſiis in die S. Georgij Martyris 1266. id eſt altero poſt datum aſſertæ Clementinæ; quomodo, inquam, Sanctus iſte paternæ S. Franciſci intentionis, & Regulæ Zelator acerrimus, veluti oblitus ſui contra S. Patriarchæ mentem (ad quam certè totâ diligentiâ ſeſe componere ſatagebat) in excidium paupertatis Franciſcanæ, privilegium adeò ſupra cætera fini ſuo præjudiciale acceptaverit? at quid dico acceptaverit, cum ibi dicatur ſupplicaſſe? iterum, quomodo poſſumus in animum inducere, ut quadraginta poſt hæc, & amplius annis, Clemens V. qui multo leviores paupertatis relaxationes in Concilio Viennenſi productas, examinatas, & redargutas interdicens definivit in fine, Ordinem univerſum eò uſque in Regulæ pura Obſervantia perſiſtere; ad quod fœliciùs continuandum arctiſſimam illam ſuam Decretalem, *Eſxivi de Paradiſo &c.* totaliter ad mentem S. Franciſci eodem edidit in Concilio, & à Religione univerſa receptam obſervari mandavit; quomodo, inquam, hujus aſſertæ Clementis IV. diſpenſationis, (ut & aliorum Romanorum Pontificum, maximè Nicolai III. Conſtitutionum meminit) vel reformãdo, vel confirmando, quod ſuæ Decretali fuiſſet contrarium, vel ad conſcientiarum quietem revocando non meminerit? Ulteriùs; graviſſimis illis in Controverſiis, quæ tunc in Concilio contra Ordinis Communitatem agitabantur, ut de Regula prævaricata, quomodo Communitas ipſa per aſſertum Clementis privilegium non ſe defendit; at potiùs oſtendit, nullum extare privilegium, nullam Regulę prævaricationem? Deinde Sixtus IV. anno 1472. duobus nempe, & amplius poſthæc ſæculis, importunis aliquorum inſtantiis adactus (ut ipſe ait): hoc ipſum nunc aſſertum privilegium in hæreditatibus ſuorum ab inteſtato ſuccedendo cõceſſit, expedito diplomate *Dum fructus uberes &c. pridie Kal Martij.* quod poſtmodùm datis aliis literis, *Licèt non dudum ad importunam &c. Dat. die 7. Auguſti*, declaravit ad Obſervantes non extendi; quomodo ut diſpenſationis novæ titulum effugeret, fieretque indulgentiâ firmior, & ab antiquitate venerabilior (eò vel maximè, quòd ad importunam aliquorum inſtantiam hæc à ſe conceſſa fuiſſe dicit) quomodo, inquam, diſpenſationis hujus aſſertæ Clementinæ meminiſſe non potuit, ſi verè extitiſſet? quomodo, inquam, hujus ampliſſimi privilegij Ordinis monumenta nullibi mentionem faciunt? Immò in oppoſitum Rodriquez jurium Regularium, & maximè pro ſua Religione Minorum ſolertiſſimus Indagator, tom. 3. quæſt. Regular. q. 30. art. 4. privilegium ipſum referens ex Sixto IV. aliaſq; ſimul diſpenſationes, hoc ſolùm de Clemente IV. penitùs ignoravit? & ibid. qu. 68. art. 20. docet cum communi, maximè cum Bartol. in Minor. non ſubſiſtere teſtamentum, ubi Minorita fuerit hęres inſtitutus: & Bartolum in utroque Iure verſatiſſimum, & de Minoritico peritiſſimum, hæc ſi fuiſſent ignoraſſe quis præſumat? Saniùs ergo hac in re ſe habuiſſe Rodericus mihi videtur, qui, ut & Vvadingus adnotavit, aſſertam hanc Clementis IV. conceſſionem in ſuo Bullario deſcribens; ipſam ſolis Dominicanis (ommiſſa additione, *& Miniſtro Generali Ord. Minorum*) notat inſcriptam. Huic ergo libentiùs ex motivis præallegatis aſſentior, eò vel maximè, quòd ut ſac. Prædicatorum Religio privilegium in viridi Obſervantia ſemper habens, nunquam illud diſſimulavit; ita in Ordine Minorum nullibi apparet nominatum; allegatis præſertim in controverſiis, & Bullis in quibus permaximè valuiſſet ad propoſitum. At dato, non conceſſo, quòd hujuſmodi ſubſiſtere diceretur Clementis IV. privilegium, quomodo conſequenter inducitur ab illo, fuiſſe ab Innocentio IV. mitigatum pro Conventualibus paupertatis rigorem; ſi anno 1254. non dubitatur abiiſ-

Vvad. t. 2. 1257. & 1266.

Vvad. to. 6. 1472. n. 180.

ſe à mortalibus Innocentium, aſſertum verò Clementis Diplomata ſub Dat. 1265. aſſeritur.

Conſtitutione Martini IV. ſicut ultrò admittimus, ita negamus, illam fuiſſe Regulæ diſpenſationem, ſed faciliorem modum à Romanis Pontificibus inventum, per quem conſervata Fratrum Minorum arctiſſima paupertate, Sedes Apoſtolica per Miniſtros ſuos Fratrum eorundem neceſſitatibus, & piæ teſtantium voluntati ſecuriùs provideret; ut poſt Clemen. VII. declaravit integro Zelo S. D. D. Innocen. XI. edito diplomate. *Solicitudo Paſtoralis officij &c. Dat. Romæ die 20. Novembr.* 1679.

Neceſſariò tamen advertendum cenſui, quòd aliquis referens Martini Bullæ verba per diverſos, ut fieri ſolet, caracteres, ſic ait ex Perſona Papæ; *Bona legata ex hæreditate ab inteſtato, vel aliunde provenientia &c.* innuens ſucceſſionem legalem à Martino IV. Minoritis fuiſſe conceſſam, ut inde probet, jam tunc anno 1281. Minorum paupertatem fuiſſe diſpenſatam. Conſequentiam ego inexcuſabilem admitto, ſi vera ſunt præmiſſa, ex quibus deducitur. Ne verò falſi redarguatur, eo quòd hæc clauſula eſſentialis, de qua diſputatur (nempe diſpenſatio, & habilitatio ad ſuccedendum ab inteſtato) in aſſertis Martini litteris incip. *Exultantes in Domino &c.* realiter non exiſtat, nec apparentiam habeat; ad evitandum, inquam, hoc inconveniens, ibidem confitetur, quòd Bullam ipſam Martini IV. videre non potuerit; hæc addens; *Et hic eſt ſenſus Bullæ, quem prolixiùs adhuc recitat Sixtus IV. ipſum inſerens ſuæ Bullæ, Dum Vberes fructus &c.* Ego autem ut reſpondeam, ſi mihi cōcedatur confiteri ingenuè quod ſentio, Verba Bullæ, ut talia formaliter non allegaſſem diverſo caractere, ut fieri ſolet, ſi ſenſum, non verba citaſſem; nemo quippe non confitetur, longè majoris roboris eſſe verba Bullæ, ubi allegantur, quam eorum ſenſum; de illis namque ſuſpicio vix falſitatis apparet, quod in producto ſenſu, vel ex ignorantia, vel ex inadvertentia, vel ex malitia faciliùs eſt accidere. Deinde graviſſimum controverſiæ punctum, ut à Romano Pontifice deciſum non allegaſſem, niſi verba deciſionis vidiſſem in fonte: Verba tamen Bullæ, Bullamque prætenſam per extenſum nullo negotio vidiſſe poterat in Roderico, quem ſæpiùs allegat, atque in Vvading. in Reg. Pontif. to. 2. fol. 155. ubi eſt per extenſum Bulla 6. Martini IV. & litteraliter inſertam à Martino V. ſuis in litteris, *Amabiles fructus &c.* Eodem in Vvading. legendis in Reges. t. 5. Bulla 209. fol. 165.

Vt autem jam poſitivè reſpondeam; Martinus IV. ad Ordinem Minorum ſingulari devotione propenſus (unde & ad Aſſiſienſem S. Franciſci Baſilicam in habitu Minoritico, quem ante mortem poſtulavit, ſeſe tumulandum in ultimis Tabulis ordinavit; etſi illius Corporis tranſlationi non conſenſerint Peruſini) in Bulla *Exultantes in Domino &c.* ſupra allegata Apoſtolici Syndici deputationem in Ordine Minorum, ut legitimè inſtitutam per ſuos Anteceſſores approbavit, ejuſque authoritatem ad ea ſolùm adminiſtranda reſtrictam, quæ Minorum ex Regula, Pontificiiſque declarationibus haud repugnant, ampliavit ad frænandam heredum avaritiam, qui pias Teſtantium voluntates, Minorumque Fratrum neceſſitates fraudare non vererentur. At de ſuccedendo in legatis, vel hæreditatibus ab inteſtato, nec verbum habet, nec apparentiam, quod unicum ex Martini litteris ab allegante adducitur, & prætenditur. Ipſe potuiſſet in hoc errare; quòd Sixtus IV. in Bulla ſua. *Dum uberes fructus &c.* per ipſum allegata poſt recitatæ, ac confirmatæ Martinianæ prædictæ tenorem, hujuſmodi legalem ſucceſſionem Minoribus Conventualibus eorum Generali ſupplicante, ut appareret ex ipſa bullæ narrativa ampliſſima ſuper Regulam diſpenſatione conceſſit; ex quo fortè ille credere voluit, hanc diſpenſationem à Martino IV. jam peractam, à Sixto fuiſſe confirmatam: Contrarium tamen, ut obſervat Vvading. Sixtus ipſe declaratum voluit non ſolùm in dicta narrativa, in aliis ſuis litteris, *Licèt non dudum &c.* jam in ſuperioribus allegatis; dicens ampliſſimam hanc diſpenſationem ad importunam aliquorum inſtantiam à ſe fuiſſe conceſſam, eamque ad Obſervantes non extendi dixit; ad quos tamen prællegatas Martini IV. & V. litteras abſque ulla diſpenſationis nota extendi, noviſſimè, ut dixi, decla

Vvad. t. 2. 1285. n. 1.

Vvad. to. 6. 1472. n. 110. & in Reg. Bull. 10. Sixt. IV.

declaravit Innocen. XI. Hæc omnia fortiori rurſus argumento ſic confirmo. Si ſucceſſionem in hæreditate Parentum ab inteſtato, ac ſi eſſent in ſæculo dedit Fratribus Minoribus Clemens IV. cur Martinus IV. Clementinæ conceſſionis hic non meminit, ut ſolent Romani Pontifices? ſi hoc ipſum indulſit Martinus IV. cur & Clementinæ, atque Martinianæ non facit mentionem in ſua Conſtitutione. Sixtus, ut diſpenſationem ſuam magis firmam, minus admirabilem, & ab antiquitate magis venerabilem redderet; ubi non nova concedere, ſed antiqua confirmare videretur? Adde ad hæc, quæ ad idem in ſuperioribus reſponſionibus adnotavi. Cur hæc omnia Communitas Ordinis ad ſui defenſionem in Aſſiſienſi Capitulo anno 1430. non allegavit? Cur Paul III. in Bulla *Exhibita* lib. 8. recitanda privilegium hoc ad Conventualium preces confirmans, id ait non à Clemente, nec à Martino, ſed à Sixto IV. fuiſſe conceſſum?

Ad citatas Martini V. litteras noto primò, eas cum hac expreſſione fuiſſe allegatas; *Multò adhuc ampliori mitigatione proceſſum eſt ad ulteriora in mitiganda paupertate Minorum à Martino V. per ipſius Conſtitutionem. Ad ſtatum Fratrum Ordinis Minorum Dat. Romæ* 10. *Kal. Septemb. Pontiſic. an.* 13. Ergo Martinus V. hac in Conſtitutione ſaltem aliquid ſupra jam allegata debet cōceſſiſſe. Sed nec hac in ampliori, quam citat, cōceſſione, nec in alia quacumque indulget eis, ut hæreditates poſſint ab inteſtato ſuccedere, ſed tantùm per Procuratores poſſidere, petere, ac exigere legata quæcumque, annuos proventus &c. ergo diſpenſatio illa ad ſuccedendum ab inteſtato nondum exiſtebat; quæ longè amplior eſt diſpenſatio, cum ſit directiùs contra votum paupertatis Minoriticæ, quàm poſſidere medio Procuratore Apoſtolico. Notandum ulteriùs, quòd Gullielmus Caſalenſis Miniſter Generalis hujus diſpenſationis Martinianæ poſtulator illam de ſuccedendo in hæreditates, ſi præfuiſſet, non omiſiſſet, nec Papa ipſe tacuiſſet.

Concedo demum, quòd ab initio conceſſeram, à Martino V. ſupplicante Gullielmo Præfato Generali hoc anno 1430. incepiſſe in Ordine Minorum Apoſtolicam diſpenſationem in voto paupertatis (de lineis veſtibus, de calceamentis, & ſimilibus hìc non loquor, cum privilegium ſuper his mihi nondum apparuerit) quod autem hujus ex conceſſionis Martinianæ verbis ab aliquo ſubinfertur, jam tunc Minores poſſediſſe ſtabilia, annuóſque proventus &c. ex illis Bullæ verbis, *Hactenus Ordini præfato; ejuſque Conventibus relicta*; & ipſe id concedo; ſed ex introductis abuſibus, ad quos eliminandos eodem anno in primo Generaliſſimo Capitulo totius Ordinis factæ fuerant ſub Ioanne Cardinali Cervantes Præſide Apoſtolico per B. Ioannem de Capiſtrano Conſtitutiones Martinianæ ab omnibus ſub juramento receptæ, & per Pontificem confirmatæ. Si autem non abuſus, ſed privilegia extabant ad favorem relaxationis, cur non allegata fuerunt, ut ſubſequentia allegata ſunt anno 1517. ad Conventualium defenſionem? Dum verò Gullielmus Caſalenſis præfatus obſervaſſet, jam diù radicatos abuſus (ex cauſis enim ſupra recitatis; maximè verò ex diuturno Schyſmate invaluerant) haud poſſe faciliter abſcindi, & ubique, ad quietandas Fratrum conſcientias, hujuſmodi privilegium impetravit.

Ab Anno verò 1430. Pontifices multos, nempè Martinum ipſum, Eugenium IV. Pium II. Sixtum IV. Alexand. VI. (addo & ego ad abundantiam Iulium II.) mitigativa privilegia paupertatis indulſiſſe Minoritis, ultrò confiteor. At principaliter adverto mitigationes illas, etſi omnibus extra Obſervantiam indultas abſque reſtrictione, & non aliquibus aut Perſonis, aut locis in particulari; non tamen fuiſſe ab univerſo Communitatis corpore acceptatas; quòd atteſtantur dilucidè, non ij ſolùm, qui diſpenſationem abhorrentes, ut ejus etiam periculum effugerent, ad Obſervantiā convolabant; ſed longè clariùs integrè Clarenorum, Æmadæitarū, Coletanorū, Caperolanorum, Guadalupenſium, aliæq; varię Cōgregationes, quę tametſi ſub Miniſtris ad verbale Regulæ præſcriptum vivere maluiſſent; ne tamen mitigationibus præfatis ſe exponerent, in ſeparatis Congrgationibus Regulam litteraliter Obſervare maluerunt. Poſt integram verò Conventualium ab Oſervantia ſeparationem anno 1517. ſub

Leone X. peractam, tunc quidem nemine in dubium revocante, univerſa Conventualium Religio ſic ſeparata mitigationem paupertatis,aliaque diſpenſativa privilegia; nec non ex Concilij poſtmodùm Tridentini authoritate, poſſeſſionem in communi, ſuo ipſius Religionis nomine recepiſſe comprobatur: Vnde veriùs mitigationis univerſalis initium firmiori veritate ab anno 1517. præfato, multoque ampliùs ejuſdem ampliationis à Concilio Tridentino deſumendum eſſe non dubitaverim.

Verùm Conceſſio Alexandri V. pro Conventu Camberiacenſi allegata,vel ut in quadam Alexandri VI. confirmatione cum extenſione inſerta ( habetur per extenſum in Vvading. tom. 5.in regeſt. Pontificio anno 1409. Bulla 13. Alexandri V. ) primò eſt contra illam producentis intentum: Cum enim anno 1409. à Pontifice de Ord. Minorum aſſumpto, & conſequenter in rebus eorum verſatiſſimo expedita fuerit,& ſequentia contineat, *ut Eleemoſynas &c. quæ vobis in futurum pia largitione fidelium &c. legari contigerit &c. dummodò res, & bona ipſa mobilia fuerint, per Procuratores &c. recipere valeatis fel. record. Nicol. III. & Clemen. V. non obſtantibus &c.* Plura ex ipſa conceſſione deduco contra referentem; nempe duobus integris ſæculis Religionem abſque ulla mitigatione paupertatis in omnimodo rigore per illas Nicolai, & Clementis Decretales expoſito perſeveraſſe. Hoc evidentiùs apparet, ex eo quòd Conventus ille Camberiacenſis ( unicum enim erat adhuc Corpus in Ordine tunc indiviſo ) pro recipiendis abundantiùs eleemoſynis in teſtamento relictis ( modò non ſint bona immobilia ) diſpenſatione ſpeciali cum derogatione Decretalium Nicol. III & Clemen. V. indiguiſſe probetur: Vnde totum Ordinem ad ipſarum Decretalium rigores eo temporis vixiſſe non dubitetur. Eſt etiam contra hæc allegantis intentum, quòd ea in conceſſione indulgetur, ut Eleemoſynas, & legata recipere valeat, hac tamen ſub reſtrictione ( dummodò bona ipſa mobilia fuerint ) ex quo intelligas, quo adhuc rigore viveretur in Ordine, dum à Pontifice de ſuis aſſumpto impetrare non potuit,ut in uno Conventu reciperentur immobilia. Deduco tandem, nec Clemen. IV nec Martini IV. nec alterius Pontificis extitiſſe pro duobus illis ſæculis privilegium diſpenſativum Minoritis ad poſſidendum in cõmuni conceſſum. Ex quibus omnibus, quis etiam cæcutiens non videat, Ordinem Minor. in tertio ſuo ſæculo indiviſum in pura Regulæ Obſervantia, per Nicol. III. & Clemen V. declarata perſeveraſſe?

Vvad. t. 5. in Reg. Bull. 13. Alexan. V.

Cætera de Alvaro Pelagio, & Gondiſalvo producta,utinam,qui produxit, tacuiſſet, quæ ipſius cauſæ non favent, at priſcas Ordinis relaxationes ante privilegia denunciant. Alvarum Pelagium relaxationes illas non recitativè, vel approbativè deſcribere, ſed dolendo, & exprobrando deplorare, nemo,qui legerit, ignorat, in loco ab aliis citato ex lib. 2. de planctu Eccleſiæ cap. 66. ſi textus integer adducatur. Gondiſalvus Miniſter Generalis ex Memor. Ordinis, & ex Vvading. productus(adde ſi placet, Gaufredium,Ioannem Minium,& alios) adhuc expreſſiùs adversùs intentum allegantis pro integra totius Ordinis in puritate Regulæ permanentia proclamat; dum introductas abſque diſpenſatione relaxationes, & minimos etiam abuſus, eliminatos eſſe conteſtatur, ut apparet in textibus adductis. Ad intentum etiam legatur integra Ioannis Minij Epiſtola, quam pro extirpandis abuſibus hujuſmodi dedit ſub graviſſimis pœnis ad Ordinem univerſum anno 1302. cui ad Cardinalatum evecto ſucceſſit 1304. Gondiſalvus in Generalatu.

Vvad. t. 5. 1302. n. 2.

Authoritates Mirandæ, Roderici, & Gonzagæ, quatenus pro ſe ipſas facere alter opinabatur, non quatenus veriorem Ordinis Franciſcani ſtatum, atque ſucceſſus explicarent,jam ſupra dedimus per extenſum; unde ipſarum ſenſus perfectiùs, & veriùs intelligatur; quæ velut odioſa non repeto. Vt autem ad formam, ſub qua allegantur, reſpondeam; dico primò, ea omnia fuiſſe ab ipſis ex Rodulpho Toſſinianenſi Conventuali excerpta,quæ piè credentes ita eſſe,ad Ordinis decorem conſervandum tranſcripſerunt: reverentiæ ergo, quam viris alioqui doctiſſimis, atque piiſſimis, Ordiniſque Zelantibus honorem ultrò profiteor, id unum poſſum in animum inducere,quod credere non potuerint, ut relaxationes plurimæ, quæ variis in locis à temporibus antiquis extitiſſe leguntur,

Rodulph. lib. 2. hiſt. Fratr.

tur, etſi à Comitiis, & Miniſtris Generalibus improbatæ, tàm apertè vigere potuerint, niſi ſcientibus, & tacentibus, & quodammodò ad animarum remedium tacitè conſentientibus Chriſti Vicariis fuiſſent toleratæ; unde fortè dixerunt (prævio Rodulpho præcitato) *Ex Apoſtolica diſpenſatione.*

Dico ſecundò, quòd ſi de poſitiva diſpenſatione, atque de Apoſtolico privilegio formaliter intelligi debeant, qua id facilitate gratis aſſeritur, eadem à nobis, at ſolidiori fundamento negatur; nec movere me debet trium authoritas à Scriptoribus cæteris, à Concilio Vienneſi, à Romanis Pontificibus jam allegatis, & ab Ordinis monumentis improbata: aſſerentis eſt probare: privilegia illa Pontifices concedentes, tempus, & formam conceſſionis debebant exprimere. Vt autem Mirandæ, aliorumque ſuppoſitum, cui aliquis ut ſolidiſſimo innititur fundamento, clariùs intelligatur, narrandum eſt ex integro.

Cùm igitur Helias, & qui ei adhærebant Ordinem relaxando, illos inquietare non ceſſarent, qui Regulæ Obſervantiam zelabantur inconcuſſam (quos Miranda, & alij, ante quamcumque Ordinis relaxationem præfuiſſe teſtantur) Innocentius IV. piè volens Ordinis paci conſulere, convocato coram ſe ipſo in Vrbe Avenionenſi Capitulo, Creſcentium Generalem relaxationis amicum, & fautorem, nec tamen de impetratis, aut procuratis contra paupertatem privilegiis, aut de introductis poſſeſſionibus, annuiſque redditibus, ſed tantùm de ſumptuoſis ædificiis, de legatis piis, de ultimis voluntatibus, atque de ſæcularium ſepulturis nimia aviditate procuratis accuſatum, voluit in Comitiis exhautoratum, atque in Generalatu B. Ioannem Parmenſem Virum omninò Zelantiſſimum per Fratrum ſuffragia ſubrogandum curavit: Etiam ut pacem in Religione componeret, Regulæ declarationem edidit, *Ordinem veſtrum &c.* in tom. 1. Orb. ſeraph. lib. 4. fol. 563. legendam, in qua non quidem, ut malè allegatur, poſſeſſiones, & redditus haberi diſpenſavit; ſed in modo tractandarum pro Fratrum neceſſitatibus pecuniarum, aliquantulum indulſit, adhoc ut Obſervantes, ac Zelantes cum minus perfectis poſſent in pace convivere. Immò & in Bulla; *Quantò ſtudioſius &c.* Ibidem recitata fol. 509. per quam ad ſervandas Fratrum conſcientias omnium primus Syndicos Apoſtolicos in Ordine Minorum inſtituit, hæreditates, & poſſeſſiones per iſtos haberi non permiſit; at ea ſolùm recipi, & pro Fratrum neceſſitatibus diſpenſari, quæ Ordini offerri ſub modo licito contingeret: Et tamen hujuſmodi declarationem Innocentij leviùs diſpenſativam, ſtatim ab ipſius obitu in Metenſi, dehinc in Narbonenſi Capitulo, procurante poſt B. Ioannem Parmenſem S. Bonaventura voluerunt Fratres, authoritate Alexandri. IV. eſſe in Ordine antiquatam.

Si aliud habeant, vel Innocentij præfati, vel ſucceſſorum ejus Romanorum Pontificum diſpenſativum privilegium, adducant, & illicò dabo manus victas: at certè non invenient: quod ſi revera fuiſſet ante annum 1430. profectò non ſolùm Creſcentius antedictus, ſed nec Antonius de Maſſa ſecundo poſt Creſcentium ſæculo ob prævaricatam paupertatem non fuiſſet à Generalatu depoſitus: nec poſt Antonium de Padua Zelantium Anteſignanum, Ioannes Parens, Haymo Anglicus, Albertus de Piſis, Ioannes Parmenſis, S. Bonaventura, Hieronymus Aſculanus, Gaufridius, Gondiſalvus, Ioannes Minius, aliique Generales Ordinis Zelantiſſimi; Immò nec Generalia Religionis Comitia ſine intermiſſione contra ſubrepentes abuſus pro integra Regulæ obſervantia mordicùs adeò propugnaſſent.

Quod autem evidentiâ clariori rem totam evincit: Anno 1430. ſecundo poſt Innocentium IV. ſæculo tum Obſervantes, tum laxiores de Ordinis communitate Aſſiſium ad Generaliſſima Comitia de Martini V. Papæ mandato convocati, ut eliminatis abuſibus, in ſancta pace ad integram Regulæ Obſervantiam niterentur; cum de mutuis differentiis, earumque cauſis coram Ioanne Cardinali Cervantes Apoſtolico Præſide diù, graviterque fuiſſet diſceptatum, nuſquam legitur adductum diſpenſationis privilegium; quod utique non leve fuiſſet laxioris partis defenſorium, ſicut anno 1517. ſub Leone X. fuerunt à Conventualibus in ſui defenſionem adducta; ſed tantùm recenſitis Vvad. t. 6. 1430. n. 6.

corrup

corruptelis, & abuſibus actum tandem eſt de ſtatuendis legibus, quibus ritè, & æquè deinceps regerentur; ut revera ibidem factæ, publicatæ, & abſque ulla diſpenſatione acceptatæ, fuerunt, etſi diù non permanſerint: Conſideratione tamen dignum cenſeo, quòd illis in Conſtitutionibus anno 1430. pro utraque parte receptis Religio univerſa ad Decretales Nicolai III. & Clementis V. quæ omnem diſpenſationis apparentiam excludunt, ſeſe profitetur obligatam. Adde ulteriùs, quòd Nicolaus III. anno 1277. ad Petri Cathedram evectus, diù poſt Innocentium IV. & Clement. IV. rigoriſſimam edidit in Regula Minorum expoſitionem, *Exiit qui ſeminat &c.* (quam hucuſque Obſervantes, & Capuccini totâ reverentiâ cuſtodiunt) in qua vel minimos abuſus altè caſtigans, etiam neceſſitatis terminos in recipiendis Eleemoſynis obſervari mandavit; nec tamen de aliquo in contrarium poſitivo privilegio, vel confirmando, vel revocando fecit mentionem; quod utique pro Conſcientiarum quiete, atque de ſtilo Curiæ fuiſſet neceſſarium, ſi tale quid præfuiſſet.

Lib. 6. de Verb. ſignif. c. exiit.

Vvad. t. 3. 1331. n. 10.

Adde fortius adhuc argumentum ex Gerardo Miniſtro Generali, qui ex graviſſima, quæ præceſſerat de paupertate Evangelica controverſia, Ioannem XXII. propitium ſibi fore falsò confidens anno 1331. contra Capituli Generalis edictum, Miniſtris aliquot ſeductis, & in ſuam ſententiam adductis, apud Pontificem ſupplicavit pro mitiganda paupertate Franciſcana, à quò tamen ignominiosè rejectus, & à Cardinalibus irriſus edidicit animum contegere, zelumque ſimulare, ne deponeretur ab officio, ut jam tractabatur in Comitiis: Quæ omnia non fuiſſent, ſi privilegium diſpenſativum hujuſmodi præfuiſſet. At ſuper omnia facit, quod in Concilio Viennenſi declaratum diximus à Clemente V. nempe ſecundo jam Religionis ſæculo, univerſum Ordinem integra ſub Regulæ Obſervantia perſeverare, ad quod Decretalem ſuam, *Exivi de Paradiſo &c.* ad Nicolainæ præfatæ omnimodum rigorem expediri, & obſervari mandavit.

Ex omnibus hucuſque tanta ſoliditate declaratis facilè conclndas, haud, fuiſſe duobus primis ſæculis, & ultra in Ordinis Communitate mitigatam paupertatem, aliaque Eminentia Regulæ præcepta, qualia nunc ſunt inter Patres Conventuales, quos inter poſt eorum ab Obſervantibus integram ſeparationem ſtabilita eſt nova ſolemnis profeſſionis in Religionis forma; cujus vigore Regulam Fratrum Minorum jam non ſimpliciter, ſed ſub Romanorum Pontificum modificatione mitigatam profitentur. Et conſequenter Conventualitatem modernam eandem non eſſe cum antiqua, etiamſi nomen Frarrum Conventualium ab antiquo extitiſſe gratis, & ſine fundamento, concederemus. Ex quibus omnibus innoteſcet, quàm evidentiſſimè corruat maxima illa cujuſdam confidentia, quam ſuperiùs explicavit; Obſervantes autem in Regulæ puritate nunquam defuturos, uti S. Franciſco legimus à Chriſto fuiſſe iteratò promiſſum: *Aliis excidentibus alios ſubrogabo; ita ut ſi nati non fuerint, faciam illos naſci: Et quantiſcumque fuerit impulſibus paupercula hæc concuſſa Religio, ſalva ſemper meo munere permanebit.*

Vnicum ad favorem alterius opinionis argumentum replicari poſſe crederem; ſic. Eſto Fratres Minores non poſſederint ab initio; ergo ſuperflua fuit Reformatio in Ordine. Iterum. Novitas poſſeſſionis in Ordine quomodo facit alietatem, & non ſolam alteritatem, ut de homine Iuvene ad ſenectutem, de paupere ad divitias mutato dicimus: ex eo namque, quòd virtutes habent ſuos gradus, etiam in ſola paupertate in particulari, diſpenſata poſſeſſione in communi, ſalvatur ſecundùm Doctores communiter, eſſentialitas, & finis primarius Religionis.

Nego tamen aſſumptum primum, ut videlicet ſuperflua fuiſſet Obſervantium Reformatio, ſive ſeperatio, niſi Conventuales poſſediſſent: Reformatio namque ſubintroducitur, non modò propter introducta privilegia, ſed etiam ob ſubrepentes abuſus, ac relaxationes, tum in eſſentialibus, tum in accidentalibus, ex quibus graviora præjudicia dimanant, quando illæ privilegiorum munimine non exiſtente manifeſtum inducunt animarum periculum, Regulariſque diſciplinæ collapſum: & quidem in Ordine Minorum leguntur reformationes Cæſarenorum, Cœleſtinorum,

Nar

Narbonenſium, & aliæ longè ante authentica privilegia Apoſtolica paupertatis diſpenſativa: Nego deinde illationem illam, quam probandam aſſumit; nempè Conventuales modernos ſub eſſentiali diſpenſatione viventes, alios, & diverſos non eſſe ab iis, qui olim non ſic diſpenſati ab hujus, vel illius Conventus incolatu dicebantur accidentaliter Conventuales; cum hîc non de nomine accidentali, ſed de differenti vitæ methodo, atque perfectione agatur.

Vltrò concedo quæcumque argumento philoſophico adducuntur, probando ex differentia accidentali, qualem exemplificat in homine nunc paupere, nunc divite, nunc juvene, nunc ſene, non alietatem, ſed alteritatem induci; patet autem ex repugnantia, vel non repugnantia eſſentiali differentiam eſſentialem à Philoſophis argui; qualis ex voto Regulæ ſpecialis eſſe non dubitatur in profeſſione Franciſcana ad poſſidendum, & in particulari, & in communi, quæ repugnantia cæteris in Religionibus non reperitur; eſtque veluti Minoriticæ proprium diſtinctivum à reliquis.

Concedo itidem, quòd communiter in Religionibus eſſentialia vota eo modo conſiſtunt, aut explicantur cum majori, vel minori auſteritate in ſingularibus declarata; cum autem ſpecialiter in Ordine Minorum ex eminenti præcepto in ſolemnis voti profeſſione compræhenſo eligatur omnimoda paupertas in particulari, & in communi cum repugnantia ad poſſidendum; nulli non magnifeſtum, quìo hac in paupertatis ſingularitate ſit quodammodo eſſentialis Minorum à cæteris Regularibus differentia conſtitutiva, intrinſeca namque repugnantia, vel non repugnantia ad poſſidendum, graviſſimam, & eſſentialem differentiam conſtituere, vel indicare non dubitatur, quâ repugnantiâ per mitigationem, atque diſpenſationem ceſſante, ceſſat & eſſentialis illa differentia. Repugnaotia autem ad poſſidendum in communi, & in particulari non eſt ſimplex gradus, ſed ſpecies eſſentialiter diverſa à repugnantia ad poſſidendum in particulari taotùm; unde falſum eſt, io Minorita ſic diſpenſato conſervari paupertatis virtutem in gradu ſtatui Minoritico ſubſtantiali, nempe carentiam dominij, quia paupertas Minoritica eſſentialiter excludit dominium in particulari, & in communi.

At dices; inde deduci poſſe, jàm Eccleſiam fuiſſe mutatam, quæ priùs non poſſidebat, nunc poſſidere probatur. Qui ſic argumentatur, grandi prudentiâ cauſam ſuam cum Sac: ſanc: & indefectibili Romana Eccleſia procurat facere communem; quaſi verò ſi Conventuales diſpenſatos in Ordine Minorum mutatos eſſe dicamus; Eccleſiam pariformiter eſſe mutatam, cum Pauperibus de Lugduno, cùm Vniclephiſtis, aliiſque ſimilis farinæ perditis hominibus confiteri videamur. At quis non videat ſapientem amphibologiam, argumentum à pari non ſubſiſtens? Nos infallibilitatem, indefectibilitatem, & ſupremam S. R. Eccleſiæ authoritatem, omneſque, ac ſingulas ejus doctrinas, & Canones è Petri Cathedra promulgata, ſummâ, quâ par eſt, reverẽtiâ cõfitentes, ac venerãtes defenſionem ejus contra Nebulonum, & Erronum illorũ inaniſſimos æquè, ac falſiſſimos latratus pro nunc ad loca controverſiarum dimittentes; negamus abſolutè paritatem in aſſumpto: Si enim aliquis pro parte Hæretici ſic arguit; Eccleſiæ Dei repugnavit à principio poſſidere, & nunc poſſidet, ergo mutata; nos primam partem antecedentis cum Catholica veritate negamus: ſi verò ſic tantùm arguat; Eccleſia Dei non poſſidebat à principio, & nunc poſſidet, ergo mutata; Nos, quidquid ſit de prima parte antecedentis pro nunc, quam & negare tutiſſimè poſſumus; negamus cooſequentiam: mutatio enim eſſentialis non inducitur ex ſimplici tali variatione, ſed ex repugnantia, vel non repugnantia intrinſeca, quæ juxta ſcholaſticas doctrinas non niſi ab intrinſeco, principio poteſt emanare. Cum ergò vero Minoritæ repugnet ex ſuæ Regulæ profeſſione poſſidere, ſicut & alia multa, quæ deſignantur in Regula; quis dubitet, illum eſſe à ſuo ſtatu in parte mutatum, ſi ad poſſidendum habilitetur ab illo, qui legitimè valet per diſpenſationem habilitare, quamvis quoad alia ſibi non diſpenſata Minorita remaoeat? Quod etiam patet in ipſa moderna PP. Conventualium profeſſione ſolemni, in qua non amplius Regulam Fratrum Mi-

norum ſimpliciter, ſed cum additamento *modificatam, ſeu mitigatam &c.* profitentur. Haud ergo valet hoc ultimum refugium ad Eccleſiam Catholicam, cum tam gravis intercedat diſſimilitudo.

Corruit etiam ex his identitas ibidem ut ſupra ex identitate inſtituti, finiſque deducta; cùm enim, ut dixi, non de fine, ac inſtituto communi omnium Religionum hîc agamus; ſed de illo ſingulariſſimo, per quod Ordo Minorum à cæteris unicè condiſtinguitur; à fine hoc, & inſtituto, nemo non videt, quàm longè vita diſpenſata recedat.

Ex hiſce clariſſimis rationibus, & reſponſionibus corruere non dubito, quæcumque pro aſſerenda Conventualibus antiquitate Franciſcana poſſent adduci: Nemo etenim non advertet, quanta ſit Seraphico Patriarchæ injuria, quòd ejus Regula Chriſto dictante conſcripta, à ſuæ Obſervantiæ puritate, atque rigore ipſo in exordio ſuo defecerit; ipſiuſque Religionis in omnimoda ſæcularium rerum abdicatione fundatæ Mater dicatur, Caput, & Fundamentum pars illa, quæ à ſubintroductis privilegiorum (ut modeſtè loquar) novitatibus, vitæ normam, & agnomen aſſumpſiſſe non dubitatur.

Nos autem productâ, velut inalterabili fundamento, ipsâ Regulâ Fratrum Minorum à S. P. Franciſco inſtitutâ, declaratis perfectionibus, & proprietatibus illius intrinſecis, quomodo ex his, & per omnimodam in particulari, & in communi paupertatem *Frater Minor* in eſſe tali primariò conſtituatur, & à cæteris Religionibus condiſtinguatur, oſtendimus: quomodo in litterali Obſervantia conſervata ſit; quando, & quomodo, & qua occaſione, & pro quibus fuerit diſpenſata, docuimus. Hinc Obſervantes nil addere ſuper eſſentiam Fratrum Minorum, & conſequenter ab ipſa prima Regulæ inſtitutione in ſua puritate perſeverantes, quando, & qua occaſione *Obſervantis* agnomen ſuperinduerint, declaravimus; ſalvâ, & illæsâ ſemper ab Ordinis inſtitutione ſuâ manutenentiâ; unde per repetita Sedis Apoſtolicæ Decreta (fruſtra cæteris in oppoſitum reclamantibus) præcedentiam, Titulum, ſigillum, & Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum habuerunt; quæ ſunt veriora noſtræ antiquæ Religionis inſignia.

Demum excluſis plurimis æquivocationibus in vocabulo *Conventualium* incluſis, abundè oſtendimus, quòd per modernos Conventuales in Ordine Minorum non niſi Minoritæ in eſſentiali paupertatis excellentia diſpenſati verè intelligantur; & qua occaſione, à quo Pontifice, & quomodo non ante tertium Religionis ſæculum prodierint; quomodo tandem, & quando in unum Corpus privilegiatorum fuerint ab Ordinis Communitate ſeparati, loco ſemper poſt Obſervantes aſſignato.

Teſtes vel exteros, vel domeſticos, immò & Bullas Apoſtolicas, quæ vel novam Obſervantium Originem, vel Conventualium antiquioritatem tùm in re, tùm in nomine apud aliquem probare videbantur; adductis integriùs textibus, evidentiâ totâ declaravimus, quomodo nil contra Obſervantes, nil pro Conventualibus, at pro Obſervantiæ antiquioritate, non ex ſimplici narrativa, ſed definitivè pronuncient.

Antiqua Religionis Cœnobia, noſtrorumque majorum ſepulchra, quomodo Modernis Conventualibus remanſerint; aliaque inferiora noſtri Ordinis decoramenta, nempe Magiſterium, Doctoratus, & Inquiſitoratus, cum nec ab Ordinis inſtitutione fuerint, nec in ejus includantur eſſentia, vel Regula, cur ab Obſervantibus fuerint dimiſſa, & in Conventualibus conſervata, clariſſimè inſinuavimus; Vt etiam prænotata Titulus, ſigillum Miniſteriatus Generalis totius Ordinis, & præcedentia Ordini Franciſcano debita, quæ ſunt veriora Religionis inſignia, ipſique Ordini coæva quomodo ex Sedis Apoſtolicæ judicio fuerint Obſervantibus adjudicata.

Plenâ demum evidentiâ probavimus; quòd etſi legantur aliquando in Ordine Minorum Eccleſiæ, Conventus, Guardiani, aut Fratres Conventuales ab aliquo reſpectu, qui jam ſit univerſæ Religioni communis; ipſam tamen Religionem Minorum vel in re, vel in nomine Conventualem ante tertium ſuæ durationis ſæculum extitiſſe, nullibi reperitur: unde moderni Conventuales Minores à primaria Regulæ Minoriticæ perfectione, nempe à paupertate in communi,

ni, & in repugnantia ad poſſidendum, diſpenſari, antiquo Conventualium titulo ex alia cauſa particulari alicubi adnotata, non poſſunt ſeſe protegere.

Cùm itaque Fratres Minores Conventuales, prout dicunt Franciſcani Ordinis partem, cui jam ex Apoſtolicæ Sedis diſpenſatione poſſidere in Communi non repugnat, & ideò à primaria Regulæ Franciſcanæ perfectione deficiunt; non ante tertium Religionis ſæculum fuerint exorti; Obſervantes autem, cùm ipſam à Seraphico Patriarcha Regulam inſtitutam abſque ulla variatione, vel novitate, obſervatione inconcuſſa ſe cuſtodire meritò glorientur; quibuſnam adjudicanda ſit *Antiquitas* in Ordine Franciſcano, judicent alij. Quod ut tutiùs abſque ullo erroris periculo fieri poſſit, ad ipſam pro Fratribus Minoribus S. Franciſci Regulam appello, cujus ex textu luce clariùs apparebit; quinam ab illius inſtitutione in antiquo Minorum eſſe perſeverent; quinam verò per introductas privilegiorum novitates de novo prodierint. Hæc, & cætera mea ſcripta S. R. E. correctioni ultrò ſubjicio &c.



# LIBER VII.

*De Strictiori Obſervantia in Ordine Minorum.*

NOn deſcribimus novam ſub Sancti Franciſci Regula Religionem; ſed uti de Regulari Obſervantia diximus, continuatum Filiorum Seraphici Patriarchæ zelum pro conſervando, & ubi opus eſſet, reſtituendo, non ſolùm in eſſentialibus Regulæ, ſed & in accidentalibus præter Regulam, integro vitæ Franciſcanæ rigore. Omnium communi calculo, qui de Seraphica Religione ultimò ſcripſerunt, & concordi Patrum Voce, damno fuit, nec quidem mediocri, Obſervantiæ Regulari prægrandes Patrum Conventualium domos, & Eccleſias, ac proinde majorem Fratrum multitudinem recipere; atque integras Clarenorum, Coletanorum, & Amadæitarum Congregationes, jam à rigida vitæ perfectione declinantes, ſibi incorporatas aſſumere: Hinc etenim relaxationes paulatim irrepere, quæ Regulæ eſſentialia nec ſubitò, nec in aperto ſolent impetere, primævaque vitæ puritas optimis licèt, & ſapientiſſimis legibus ſtabilita, & in communi conſervata, in ſingularibus perſonis declinare cœperunt. Corpus tamen ipſum Obſervantiæ ſanctiſſimis Zelatoribus, ac Servis Dei pietatis famâ conſpicuis in hunc uſque diem non carere comprobatur. Ergo à relaxationum ſemine ſibi metuentes, atque ad perfectiores antiqui rigoris apices anhelantes, qui pro conſervanda Franciſcanæ vitæ integritate præcipuè zelabantur, cooperantibus ſtatim à principio Summis Pontificibus, primævam vivendi methodum ſub nova Reformatione inter Obſervantes conſervare, atque ſtabilire decreverunt. Strictioris, ſive Reformatæ Obſervantiæ nomine, quatenus ab Obſervantia Regulari ex appellatione ſecerneretur, & in Religione ipſa, & in Apoſtolicis reſcriptis generaliter fuit inſignita; quæ id laudis ſibi ſpecialiter in Italia attribuit, quòd non ſolùm à Chriſti Vicariis in principio, ſed & ab Ordinis Generalibus, Patribuſque gravioribus in Italia præſertim promotionem ſuam, ut in ſequentibus apparebit, debeat recognoſcere.

## CAPUT I.

*Quinam Minoritæ ſub Strictioris Obſervantiæ nomine militare glorientur.*

1. IN Hiſpaniis omnium primus Beatus Ioannes de Popula, ſive de Sotto-Major anno 1487. quandam arctioris vitæ formam aggreſſus, à ſuorum Obſervantium Vicario Provinciali, non tamen à Generali recedens, novam Angelorum Cuſtodiam magno vitæ rigore inchoavit. Rigores rigoribus adaugens B. Ioannes de Gaudalupe Ioannis antedicti diſcipulus circa annum 1500. ad majores adhuc perfectionis apices anhelans, prima Inſtituti Patrum Diſcalceatorum fundamenta immenſis difficultatibus exanthlatis appoſuit, qui ſeparatum quoad Provincias, à Regulari Obſervantia membrum fœlicibus incrementis efformarunt. Tandem S. Petrus de Alcàtara perfectum Seraphici Patris exemplar anno circiter 1560. ſuperadditis in ſuperrogatione arctioribus vitæ legibus, ad omnimodos S. Patriarchæ rigores, tùm in ædificiorum paupertate, tùm in vitæ aſperitatibus ipſam Diſcalceatorum perfectionem voluit adducere; quæ omnia hîc in cap. 2. per extenſum enarrabimus.

Vvad.t.7. 1487.

Vvad. t.7. 1498.n.35. Tom. 8. 1502.n.25.

2. P. Nigronius in Commentarijs ſuper Regulas communes ſuæ Societ. Ieſu hos ex Ordine Minorũ de Obſervantia Diſcalceatos ad ſolos Hiſpaniarũ limites coarctare contendens, ipſos ab Hiſpanico

Nigron. in Chron. ſuper Reg. ſociet. Ieſu par.3.§.13.

co ſolo nunqnam fuiſſe digreſſos affirmat: Quas tamen inter terminorum anguſtias eos non incluſiſſet, ſi annis ſexdecim,& ultra ante inſtitutam uſquequaque commẽdabilem Societatem Ieſu primos in America duodecim, ut vocant, Apoſtolos, B. Martini de Valentia Socios ex Diſcalceatis obſervaſſet; Si orientalibus,& occidentalibus in Indijs, ſi ad extremos Orientis terminos,in Philippinis, & Iapponicis Inſulis Diſcalceatos ex OrdineMinorum etiam ex litteris Apoſtolicis adnotaſſet. Quantam verò excreverit in molem arctiſſimum hujus Franciſcanæ portionis Inſtitutum, jam lippis, & tonſoribus haud dubito eſſe manifeſtum.

3. Cùm Guadalupenſis antedictus,ejuſque ſocij PetrusMelgarius,& alij pro ſtabilienda ſua Congregatione ſæpiùs ad Vrbem veniendo Italiam perluſtrarent, Fratres Italos de Regulari Obſervantia majorem ad gradum perfectionis adſpirantes exemplo ſuo commoverunt, ut & ipſi de primæva Ordinis perfectione in nova Reformatione conſervanda, vel reſtauranda cogitarent. Negotium efficaciſſimè pertractare non ceſſarunt, donec à Licheto primùm,deinde à Quinnonio Generalibus Ordinis Miniſtris, & tandem à Clemente VII. Pontifice, cooperantibus etiam Ordinis Patribus, ut infra in cap. 3.dicemus, deſiderij ſui complementum acceperint. Verumtamen hoc diſcriminis Hiſpanos inter, & Italos interceſſiſſe non dubitatur, quòd illi à prima ſui origine omnimodum à Provincijs Obſervantiæ receſſum intenderint; hi verò non ſeparationem in rigore, ſed ſolas Recollectionis domos ad inſtar Recollectionis Hiſpanicæ appetiviſſe cõprobantur,etſi poſtmodùm in ipſo Recollectionis modo impediti potiùs, quàm protecti, per Clementis VII. & VIII.Gregorij XIII.& XV. necnon per Vrbani VIII. conſtitutiones Apoſtolicas ſuo loco recitãdas,in proprijs primò Cuſtodijs, demum in Provincijs ad inſtar Diſcalceatorum Hiſpaniæ fuerint ab ObſervantiumProvincialibus ſeparati.

4. Nonnulli deinde exGallia Zelotes in Italica Reformatione per aliquot annos educati,conſimilem ſtrictioris vitæ Methodum deportantes in Patriam, nonnullas Recollectionis domos ad modum itidem ſimplicis Recollectionis ſub Miniſtris Obſervantium erigi obtinuerunt, donec in ſuis etiam progreſſibus perturbati, per Clementem VIII. communicata tibi Conſtitutione illa, quam nuper pro Reformatis Italiæ publicaverat, in proprias item Cuſtodias, poſtmodùm in Provincias ab ObſervantiumProvincialibus independentes impetrarunt ſeparari. Quæ omnia brevi temporis intervallo ad Fratres Germano-Belgicos per novas Clementis ejuſdem litteras communicata fuiſſe comperimus; etſi Recollectorum nomen hi omnes ex cauſis cap. 4. recitandis aſſumpſerint.

5. Ab Italia etiam in Germaniam ſuperiorem, & Provincias adjacentes, ut cap. 5 dicemus ex profeſſo, ſanctæ Reformationis ſpiritum fuiſſe dilatatum, conſtat ex hiſtorijs, ubi per Italos ipſos eadem ſub vitæ forma in Bavaria, in Auſtria, in Tyrolio, & Polonia, in Bohæmia, in Hungaria,& in Tranſilvania fuit inviolabili ſtabilitate conſtituta.

6. Hos omnes, videlicet Hiſpaniarum, & Indiarum Diſcalceatos, Italiæ, atque Germaniæ Reformatos, & Galliarum, & Germano-Belgicos Recollectos ſub nomine Strictioris Obſervantiæ compræhendi, necnon cum Regulari Obſervantia unum Corpus ſub uno MiniſtroGenerali totins Ordinis Minorum conſtituere,non eſt unde valeamus ambigere. Equidem his omnibns conſtat,eſſe commune, quòd ab Obſervantia Regulari, ſervata Capitis unitate, ſint ſeparati, ut ſub arctioribus ſtatutis, vitæque rigoribus, in Provincijs ab Obſervantium cœtu diſtinctis, per leges ſibi proprias ad rigorem decretalium Nicolai III. & Clementis V. nulla facta reſervatione vivere debeant, utque omnimodam cum Obſervatibus à Generali totius Ordinis Miniſtro dependentiam non detrectent. Hinc fortè permoti Carolus Rapinæus in ſua de Recollectorum origine hiſtoria, Arturus in additionibus,ſeu in præfatione ad Martyrologium Franciſcanum, Moriſius in hiſtoria de Religionis origine,Didacus Lequile in Hierarchia Franciſcana,& alij dixerunt Diſcalceatos in Hiſpania, Reformatos in Italia, & Recollectos in Gallia, cum in præfatis omnino conveniant, ſolo nomine,terrarumque ſitu ab invicem diſtingui, unũque membrum in corpore Seraphico conſtituere. Præfatos Authores ſua

exinde in opinione confirmari non dubito, quòd Italici nunc ſub Reformatorum, nunc ſub Strictioris Obſervātiæ vocabulo, nunc ſub utroque conjunctim in reſcriptis Apoſtolicis nuncupentur; Gallicani etiam, nunc Recollecti, nunc Reformati, ſemper tamen de Strictiori Obſervantia dicuntur : Nec difformiter Hiſpaniarum Diſcalceati in bullis Pontificiis, & in Sacrarum Congregationum decretis, maximè ubi de ſpeciali eorum vitæ methodo tractatur ex profeſſo, nunc Reformati, nunc & ſæpiùs Diſcalceati, at ferè ſemper de Strictiori Obſervantia appellari conſueverunt.
Bull.Rom. t.3.4.5. & 6. Gregorius XV. in bulla Beatificationis B. Petri de Alcantara ſub die 18. April. 1622. expedita ſub præcitato titulo, & nomine Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum ipſum appellat. Clemens X. in Bulla pro ejuſdem Sancti Canonizatione (quam Clem. IX. morte præventus expedire nequiverat) ſub quinto Idus Maij 1670. ſæpiſſimè ipſum, & Patrem, & Commiſſarium novæ Reformationis appellat; immò & in officio ejuſdem pro Franciſcanis approbato ſæpiſſimè mentio Reformationis, & Strictioris Obſervantiæ habetur: Alex. VII. in Bulla *Exponi &c. die* 5. *Novemb.* 1665. & in alia *Militantis Eccleſiæ &c. die* 18. *Martij* 1666. & in alia *Nuper pro parte &c. die* 21. *Januarij* 1665. Clemens X. in Bulla *Paſtoralis officij &c. die* 24. *Septemb* 1672. quam pro nova Diſcalceatorum in Regno Neapolitano Cuſtodia ( nunc Provincia ) S. Petri de Alcantara ; & tandem, ut aliorum perplurimas omittam, Innocentius XI. variis in litteris, quas ad Braſilienſium Provinciarū favorem expedivit; tum Diſcalceatorum, tum Reformatorum, at ſemper, aut crebriùs titulum Strictioris Obſervantiæ allegare comprobantur ; ubi de principalioribus Diſcalceatorum negotiis definiunt. Quin & ipſis Diſcalceatorum in Chronicis, Provinciarum S. Gabrielis, S. Ioſeph, & S. Ioannis idem omnino paſſim eſt obſervare. Clemen. VIII. in Bulla, *Pro injuncti &c.* litteras Gregorij XIII. de Reformatione, ad ſolos Italiæ Reformatos extendit, indicans etiam extra Italiam illam jam vigere.

7 Quod autem pondus facit omnino graviſſimum, id eſt, quòd Gregorius XV. ſanctioribus ejuſdem Strictioris Obſervantiæ progreſſibus tota ſingularitate intentus, in Bulla, *Ex injuncto &c. die* 24. *Novemb.* 1621. præcipit, ut ad Generale Ordinis Capitulum Citra-Montes celebrandum, ſoli Reformati de Italia, Diſcalceatis Hiſpaniarum in hos compromittentibus, conveniant : Comitiis verò Vltra-Montes celebrādis ſoli Hiſpaniarum Diſcalceati, compromittentibus vice verſa in eos Italis, aſſiſtant : Ne reformatam vitam ducentes ( ait Pontifex) ex longinqua peregrinatiane relaxationis diſcrimini ſubjiciantur. Quomodo clariùs poterant utrique ſub una ſtrictiori vitæ Methodo Apoſtolica ſanctione conſtitui ? At graviùs adhuc videtur, quòd ipſimet Hiſpaniarum Diſcalceati, ut abſque ulla oppoſitione valerent ampliſſima Clementis VIII. conſtitutione gaudere *Ex injuncto &c. anno* 1602. per quam Reformatis Italiæ, ut verifſimis abſque ulla interruptione S. Frāciſci Filiis ab Ordinis initio, præcedentiam omnimodam, quæ Obſervantibus competere poſſit, ſive cum illis conjunctim, ſive ſeparatim incedant, aliaque graviſſima privilegia, ſive jura concedit, & declarat ; quam & Clemens ipſe litteraliter ad Galliæ Recollectos extenderat, ſupplicarunt ab Vrb. VIII. Pontifice ſibi expreſsè communicari, ſeu competentem eſſe declarari, eoquòd veriſſimè vitam Reformatam profiterentur. Annuit eorum petitioni Vrbanus VIII. ſanc. mem. poſt prævium S. C. decretum ; expedito Brevi Apoſtolico, *Ex incumbenti &c.* die 5. Ianuarij 1630. Item in alio, *Cum ſicut dilectus Filius Ioannes Merinerus &c.* die 13. Maij 1641. In alio etiam, *Aliàs à Nobis &c.* ſub die 10. Iunij 1643. Tandemque in altero, *Cum ſicut dilectus Filius Paulus &c. ſub die* 20. *April.* 1644. & confirmavit Alexander VII. in bullis præcitatis, quas omnes, vel majori ex parte infra in c 2. & ſeqq. per extenſum deſcribemus : obtinuerunt itaque, ut ſicut in ſancto vitæ rigore concordant, ita in Apoſtolicis privilegiis debeant in unum cum Reformatis Italiæ convenire. Ibid. t. 5. & 6.

8 Bavarica item Provincia ad integros vitæ Reformatæ rigores erecta, dum nondum in Italia Reformati Provincias haberent, ſub privilegiis, & methodo Hiſpanicarum Diſcalceatarum fuerat ab

Vrb.

Vrb. VIII. conſtituta; ſed introductis in Italia Provinciis, inter iſtas per eundem Pontificem fuit collocata, nulla tamen facta vitæ mutatione. Diſcalceatos itaque in Hiſpania, Reformatos in Italia, necnon Galliarum Recollectos ſub uno, eodemque Strictioris Obſervantiæ vocabulo ex æquo compræhendi non dubitaverim. Veruntamen ſi principia ſingulorum, atque progreſſus attendamus, eos in duobus potiſſimùm non omnino coincidere apparebit; Diſcalceati namque, ut ſupra indicavi, à ſuæ promotionis exordio ſeparatū à Provincialibus Obſervantibus gubernium in majori rigore attentarunt: Itali verò arctiorem quidem vitam, at in ſola Recollectione, ſub Miniſtris Obſervantiæ, non autem ſeparationem intendebant à principio. Illi propria ferè in ſingulis Provinciis habuere ſtatuta (etſi varias ſucceſſu temporis privilegiorum communicationes ab Apoſtolica Sede impetraverint) non nihil ab Italicis differentia. Hi verò ſub unico vivendi modo per communes Conſtitutiones gubernantur; Ex his noviſſimè dixerunt aliqui de illis, nomen Reformationis ſuis in Chronicis paſſim repetitum de ſua tantùm ſpeciali reformatione eſſe intelligendum, unde ut communiùs Diſcalceatorum nomine nuncupantur.

9. Recollecti Galliarum, etſi privatis etiam legibus regantur; mordicùs tamen ſuſtinent, quòd in uno corpore cum Diſcalceatis Hiſpanicis, atque cum Italiæ Reformatis conveniant, eoquòd eodem modo, ad eumdem finem vitæ ſtrictioris à Provincialibus Obſervantibus fuerint ſeparati; ut revera per Bullam Clementis VIII. *Ex injuncto &c.* præcitatam ſub forma Reformationis Italicæ leguntur expreſsè fuiſſe conſtituti.

10. Hi omnes, tum de Hiſpaniis, tum de Galliis ad Vrbem venientes ad S.Franc. Tranſtyberim apud Ref. hoſpitabantur à principio; nimiæ verò loci diſtantiæ, & anguſtiæ hopitij tædio affecti ſupplicarunt, ut infra dicemus expreſſiùs, ſub Clemente VIII. à Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ, ut ad Aram-Cœli, locum negotiis expediendis multò magis opportunum habitare ſibi liceret At per Italiam reliquam, ubi Strictioris Obſervantiæ Conventus habentur, apud eos nunquam non divertere abſque ulla difficultate, gloriantur. Eodem modo in Curia Apoſtolica per Vltramontanum Procuratorem, vel Commiſſarium reſpectivè Generalem de Obſervantia expediuntur eorum negotia, ex quo ita contra Procuratorem Reformatorum ſancivit Ioannes de Ierro Miniſter Generalis, hoc uno ex titulo; quòd cum Religio noſtra in duas ſit familias repartita, illi ad Vltramontanam, non ad Ciſ-montanam pertinere noſcantur; Vnde Diſcalceati à Gregorio XV. impetraverant, ut proprium in Curia Procuratorem habere ſibi liceret; ſed Vrbanus VIII. ipſum antiquavit, & Gallis ipſum expoſcentibus denegavit. Ex his non immeritò nova S. Petri de Alcantara Diſcalceatorum Provincia in Regno Neapolitano conſtituta, cum inter Vltra-montanas recenſeatur; non ex Italia, ſed ab Hiſpania debet habere Viſitatorem; quæ omnia in hoc libro propriis in locis fuſiùs explicabuntur, in quo de omnibus iſtis ſtrictiorem vitam profitentibus ex æquo tractatum aſſumpſimus.

## CAPVT II.

### *De Patribus Diſcalceatis in Ordine Minorum.*

11. AD cæterarum inſtar ſublunarium rerum, abeuntibus ad Dominum primariis, atque Sanctiſſimis Regularis Obſervantiæ Promotoribus, tepeſcere cœpit ferventiſſimus ille perfectionis zelus, atque aſperitatis rigor, quibus tàm glorioſè coruſcabat: Nunquam defuerunt in ipſa primi zeli viri non mediocriter inſignes; ſed quoniam paucorum eſt perfectio; cum Fratres, atque Conventus, & numero, & magnitudine excedentes de Conventualium manibus Obſervantia Regularis in dies exciperet, hos ut Fratribus impleret, multiplicare gentem coacta fuit, ſed non in omnibus potuit magnificare lætitiam. Graſſari ergo cum inciperent in multitudine, quæ difficiliùs contineri poteſt, relaxationis ſemina, nullo tamen innixa Apoſtolico privilegio, ſemper in contrarium reclamente univerſo Regularis Obſervantiæ corpore; difficilis

lis eſſe non potuit Obſervantibus ipſis novæ Recollectionis introductio, in qua majori vitæ aſperitate ad antiquum ſuæ perfectionis apicem ſe ſe conformare valerent, qui ad hujuſmodi vitæ rigorem anhelarent.

Vvad.t.7. 1480.n.1. 12. B Ioannes à Popula, ſive Sotto-Major ex primariis de Bellalcazar Comitibus primogenitus, ac Regio ſanguine clarus, divinis vocationibus ſæpè pulſatus, mundo, & pompis ejus ut valediceret in perpetuum, ad Ordinem S. Hieronymi ad S. Mariæ de Guadalupe integro quadriennio ſeceſſerat, vitam monaſticam profeſſus. Inde perfectioris vitæ zelo ſuccenſus, cum Fratre Antonio de S. Maria Romam veniens à Sixto IV. Romano Pontifice, poſt cætera benevolentiæ ſigna ſingularia, habitu Minoritico (prout ſupplicavit) & ſolemni ſtatim profeſſione in ipſius Pontificis manibus donatus eſt, & facultate, ut ad devotiſſimum Aſſiſienſe Cœnobiolum, quod de Carceribus nuncupatur, poſſet pro ſua devotione divertere. Ibi verè zelantium S. P. Franciſci Filiorum conſortio, & exemplo veram Seraphici viri vitam edoctus, ipſam integro ſeptennio ſtuduit adamuſſim fervore non mediocri complere.

13 Mortuo ſubinde in bello Granatenſi Fratre ſuo Germano inter Hiſpaniæ Magnates Viro primario de Innocentij VIII. Pontificis ſpeciali mandato, Nepotis pupilli curam ſuſcepturus, & tutelam, fuit in Hiſpanias remeare coactus. Vt autem primævum Regularis Obſervantiæ rigorem inibi non leviter relaxari conſpexit, de ipſo reſtituendo, ac præſertim pro arctiſſima paupertate, vitæque aſperitate, quam in Aſſiſienſi Cœnobiolo firmiùs imbuerat, ſeriò cogitans, Iſabella Catholica Regina, & conſanguinea ſua intercedente, at Tereſia Henriquez Fratria ſua à Fratre vi-

Ibid.1487 n.4. dua relicta, & Federico de Zuniga Comitatus Bellalcazarenſis adminiſtratore cooperantibus litteras Apoſtolicas ab eodem Innocentio pro evocandis ab Aſſiſienſi præfato Conventu ſpiritualis vitæ Sociis, & Magiſtris impetravit: litterarum tenorem ad pleniorem tanti viri, & hiſtoriæ cognitionem adduco.

INNOCENTIUS EPISCOPUS &c.

*Dilectis Filijs Fr. Andreæ de Peruſio, Fr. Hilarioni de Tuderto, & Fr. Franciſco de Baſtia Ord. Minor. de Obſervantia S. Franciſci ſalutem &c.*

NVper pro parte dilectæ in Chriſto Filiæ Tereſiæ Henriquez Comitiſſæ de Bellalcazar, Cordube. Diœc. ac dilecti Filij Federici de Stunica ejuſdem Comitatus adminiſtratoris, exhibita Nobis petitio continebat, quòd dilectus Filius Fr. Ioannes de la Puebla dicti Comitatus quondam Comes, nunc autem Ordinis Minorum de Obſervantia in Italiæ Provincia S. Franciſci profeſſus, pro nonnullis præfatę Comitiſſæ, quæ etiam cariſſimi in Chriſto Filij noſtri Ferdinandi Caſtellæ Legionis, & Aragonum Regis Illuſtris Conſobrina exiſtit, ac etiam pro negotiis ſpiritualibus, & totius Religionis in Hiſpania incremento, & manutentione plurimùm conduceret, ſi in Hiſpania, ubi nunc ex obedientia ſui Vicarij Generalis moratur, remaneret; quia verò tyro adhuc, & in ea non ſatis exercitatus, moleſtè illic ſine ductu, & conſilio alicujus ſenioris Fratris moratur, valdè optarent tàm Comitiſſa, quàm Adminiſtrator præfati, ex Provincia Italiæ prædicta viros aliquos graves in Dei timore, ac aliis eorum Regularibus Obſervantiis probatos ejuſdem Ordinis profeſſores, ad eas partes, quandiù ibi eſſe illum oportuerit, cum eo commoraturos, ac auxilio, & conſilio in cunctis, ei aſſuturos, per Nos deſtinari, ut libentiùs ibi manere, & quæ per eum agenda ſunt, tectiùs, ac libentiùs facere poſſet. Quare piis eorum ſupplicationibus inclinati, cupienteſque pariter, ut & illi in his, quæ ſecundùm Deum per ipſum Fr. Ioannem fieri deſiderant, adjuventur, & ipſe in ſuis Regularibus inſtitutis, ac in omni bona operatione proficiat, vobis, ac veſtrum ſingulis, de quorum prudentia, & religione, teſtimonio fideli nuper accepimus, ad meritum Obedientiæ ſalutaris mandamus, ut poſtquam hoc noſtrũ Breve vobis præſentatum fuerit, infra trium dierum ſpatio iter verſus Hiſpaniam cum rebus veſtro uſui per Prelatos veſtros hactenùs deputatis, vel piè vobis

bis dehinc à fidelibus concedendis, quæ vobis neceſſaria, aut commoda fore pro tempore putaveritis, capiatis, ac ſucceſſivè, ſicut Dominus dederit, ad Fr. Ioannem prædictum accedatis, & cum eo quamdiù in illis partibus fuerit, in Conventibus veſtri Ordinis, & ſub dicta obedientia commoremini, ac quando in Italia ad præſentiam noſtram redire voluerit, redeatis; diſtrictiùs inhibentes, ne quis hanc veſtram profectionem quocumque prætextu, aut colore, aut quavis authoritate directè, vel indirectè, per ſe aut per alium retardare, aut impedire ullo modo præſumat, Ordinis, Familiæ, Provinciæ, cujuſcumq; regularium Provinciarum illorum Conſtitutionibus, indultis, & privilegiis forſan, quæ inconſulta Sede Apoſtolica, aut aliis quibuſlibet parere non teneantur, & eorum derogatoriis clauſulis, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunq; Dat. Romæ die 12. Octob. Pontif. noſtri anno 4.

14. Harum virtute litterarum præfatos viros jam à ſanctitate, dum Aſſiſij conviveret; apprimè cognitos, ſancti propoſiti cōſodales excepit; quibuſcum, ex favore Elizabethæ Reginæ peculiare quoddam, & rigoroſum vitæ genus in domunculis pauperibus anno ſequenti auſpicatus, tùm à Patribus Conventualibus, tùm ab Obſervantibus malè cœpit haberi: omnibus tamen invictâ patientiâ ſuperatis, ad aſperam ſolitudinem Montis Mariani, vulgò *Sierra Morena*. Cuſtodiam inchoavit Angelorum (quæ in religioſiſſimam Provinciam excrevit) Miniſtro Generali, & Vicario Obſervantium tunc ſubjiciendam: etenim Martinus Alphonſus de Villa-Seca Civis Cordubenſis Ioannis de la Puebla, vel conſanguineus, vel neceſſarius, (jam fortè defunctis Fratre ejus, & adminiſtratore præfatis, vel potiùs quòd Fr. Ioannes ſæculo perfectiſſimè mortuus ad eos recurſum habere noluerit) intellecto ejus pio propoſito circa reſtituendum primævum Ordinis rigorem, decrevit piis viri votis cooperari, impetravitque anno 1488. ab Innocentio Pontifice facultatem ditas ad intentum domos ædificandi, ut ſequitur.

INNOCENTIVS EPISCOPVS &c.

*Venerabili Fratri Epiſcopo Cordubenſi.*

SAcræ Religionis &c. ſanè pro parte dilecti Filij Martini Alphonſi de Villa-Seca Civis Cordubenſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd ipſe fervore devotionis, quam ad S. Franciſcum, & Ordinem prædictum, illiuſq; perſonas, quæ earum exemplari vitâ, verbi Dei, & Evangelicæ veritatis prædicationibus, aſſidua, & devota divinorum celebratione, & aliis eorum bonis operibus non ceſſant animas Deo lucrifacere, gerere dignoſcitur, accenſus, cupienſque terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici cōmercio commutare, de à Deo ſibi collatis, & aliorum fidelium, ad id contribuere volentium bonis in aliquibus locis Caſtellæ, & Legionis Regnorum ad hoc conuenientibus, & honeſtis duas domos pro uſu, & habitatione perpetuis nonnullorum Fratrum dicti Ordinis, qui ſecundùm primævam ipſius Ordinis inſtitutionem, & illius Regulæ puritatem vivere debeant, conſtruere, & ædificare, ſeu conſtrui, & ædificari facere ſummoperè deſiderat, ſi ſibi ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis licentia ſuffragetur. Quare pro parte ipſius Martini Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi duas domos hujuſmodi 1 unam videlicet ſub Beatæ Mariæ, & omnium Angelorum, & aliam ſub ejuſdem B. Franciſci invocationibus in aliquibus locis dictorum Regnorum ad hoc convenientibus, & honeſtis, cum Eccleſiis, humilibus campanilibus, campanis, dormitoriis, refectoriis, clauſtris, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro uſu, & habitatione perpetuis aliquorum Fratrum dicti Ordinis conſtruendi, & ædificandi, ſeu conſtrui & ædificari faciendi, licentiam concedere, ac aliàs in præmiſſis opportunè de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religionis propagationem, & divini cultus augmentum noſtris potiſſimè tēporibus intenſis deſideriis exoptamus, pium, & laudabile propoſitum ipſius Martini plurimùm in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati Tuæ per Apo-

Ibid. in Reg. 1488. bull. 15. Innocen. VIII.

ſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, eidem Martino dictas duas domos ſub invocationibus prædictis, in aliquibus locis dictorum Regnorum ad hoc congruentibus, & honeſtis, cum Eccleſiis, humilibus campanalibus, dormitoriis, refectoriis, clauſtris, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro uſu, & habitatione perpetuis nonnullorum Fratrum dicti Ordinis, qui inibi juxta prædictæ Regulæ puritatem, ac ſub primæva inſtitutione prædicta ſimpliciter vivant, abſque tamen alicujus præjudicio conſtruendi, & ædificandi, ſeu conſtrui, & ædificari faciendi, necnon aliquos Fratres ex aliis domibus dicti Ordinis ſub hujuſmodi primæva inſtitutione vivere volentes, qui alios Fratres in eiſdem duabus domibus degentes à principio in inſtitutis dictæ Regulæ inſtruant, & informent, quos ad id voluntarios invenerit, petitâ, & obtentâ ſuorum Superiorum licentiâ, in dictis duabus domibus introducendi, ac eiſdem Fratribus ad illas ſe transferendi, & in illis perpetuò remanendi, ipſiſque Fratribus domos prædictas recipiendi, & perpetuò inhabitandi licentiam authoritate noſtra concedas: jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. Et nihilominus ſtatuas, & ordines, quòd ex ipſis duabus domibus conſtituatur una Cuſtodia; quæ ab altera dictarum domorum denominationem accipiat, & Cuſtodia Angelorum nuncupetur; & Fratres ipſius Cuſtodiæ juxta morem dicti Ordinis ſingulis annis unum Fratrem ejuſdem Ordinis in Cuſtodem eligant, qui per Miniſtrum Generalem, vel ejus Vicarium Galliæ, Alemanniæ, & Hiſpaniæ Provinciarum pro tempore ſuper Fratres de Obſervantia nuncupatos deputatum, vel eum, cui præfatus Miniſter id duxerit committendum, confirmetur; quibus Miniſtro, & Vicario Cuſtos, & Fratres dictæ Cuſtodiæ immediatè ſint ſubjecti, ac præfatus Cuſtos cenſeatur unus ex Prælatis dicti Ordinis, quibus dictus B. Franciſcus voluit à Fratribus obedientiam præſtari, habeatque ipſe Cuſtos facultatem, juriſdictionem, præeminentiam, & authoritatem dictum Ordinem ingrediendi, & profeſſionem emittere volentes, recipiendi, ac abſolvendi, corrigendi, ligandi, & omnia alia faciendi, quæ Miniſter Provincialis pro tempore exiſtens, tam ex conſtitutionibus, & privilegiis Apoſtolicis, quàm inſtitutis, & ordinationibus Regulæ, & Ordinis prædictorum facere poteſt; Nos enim eiſdem domibus, & Fratribus pro tempore habitantibus in illis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & indulgentiis, quibus aliæ domus, & Fratres Ordinis præfati in genere utuntur, & gaudent, etiam uti, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & debeant, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ 6. idus Martij 1487. Pontif. anno 4.

15. Fratribus prænominatis Italis coadjutoribus Ioannes montem univerſum perluſtravit, donec locum ſuis votis accommodum, rupem cavam à confluentibus aquis ferè exciſam ad ſaltum Caſtullonenſem Oppido *Hornacuelos* vicinam adinvenit, ubi ædiculam ex arborum corticibus, terrâ, ſtraminibus, & cæmento ſub appellatione S. Mariæ Angelorum juxta bullæ diſpoſitionem, & contiguum tuguriolum rudi, & impolito opere conſtruxit. Hæc ſacra domus orationis, & paupertatis, ac pœnitentiæ veriſſimum habitaculum, & exemplar fuit ſanctioris Cuſtodiæ Angelorum initium, quæ licèt in Chronicis ſuis tum in ipſo titulo, tum in opere paſſim reformationis hujus titulum non erubeſcat; tamen inter Obſervantiæ Regularis Provincias mira adhuc exemplaritate, recollectione, ac vitæ ſplendore coruſcat; anno 1489. in Comitiis Generalibus in Conventu de Fonte prope Ropellam inter Obſervantium Cuſtodias fuit ex omnium aſſenſu recenſita.

Ibid. 1488. n. 28. Chron. Prov. Angelorum. Infra p. 2. ſect. 1. Vvad. t. 7. 1489. n. 2.

16. B. Ioannes Guadalupenſis ex Provincia S. Iacobi egregius Concionator ad Angelorum Cuſtodiam ſub Ioannis de Popula educatione digreſſus, novæ Reformationis cupidus (ut ait Vvadingus) prope Oppidum Truxilli (quod & Scalabiam, & Caſtrum Iulij vocant) in Extrema-dura Diæc. tunc Placentinæ anno 1498. domunculam habuerat ſub tit. S. Mariæ

Vvad. t. 7. 1498. n. 35. & 1500. n. 35.

S. Mariæ de Luce. Cum verò petentibus Oppidanis, & impetrato Alexandri VI. Diplomate, *Pus fidelium votis &c. pridie Kal. Novembr.* 1500. intra Oppidum ipſum tranſlati Fratres Regio favore Conventum fabricaſſent pro Obſervantia Regulari, (Guadalupenſis novellam (ut ait Vvandingus) ſemper Reformationem meditatus an. 1500. perſuaſit nobili Viro (Vvadingi verba tranſcribo) Ioanni de Frigueroa Domino Loci de Salualeone, Diæc. Pacen. ut impetraret facultatem eo in loco ædificandi Cœnobium ſub certa norma, & peculiari regiminis modo gubernandum; non expreſſo Rectoris, aut inſtituti nomine ad fugiendam Sodalium invidiam, & contradictionem, quam in aliis probaſſe refert Gonzaga. Hunc ex primis novæ Cuſtodiæ fuiſſe, erectumque ſub titulo Montis Syon, idem narrat Author, ſed periiſſe, alioque tranſlatos Fratres, eorum conatui vehementer obſiſtentibus Patribus Provinciæ S. Iacobi, inde ſuſpicor, quòd ejus nullum inter reliquos Conventus hujus tractus veſtigium reperiam.

Ibidem.

Ibid. n. 36.

17. Alium Conventulum eodem anno 1500. acquiſivit, aliquantulum procul ab Oppido Villæ-Novæ de Fraxino, quem tamen ob excitatas turbas, redimendamque vexationem paulò poſt deſeruit. Reſtitutus tamen fuit ejus ſectatoribus, & Diſcipulis anno 1538. à Ioanne primo Marchione, & ab Oppidanis ad priſtinas Sedes vocatis. Cujus etiam ad inſtantiam eodem anno Iacobus Brigantinorum Dux non procul à ſuo Villæ-vitioſæ oppido in Luſitania Conventum Fratribus ſub S. Mariæ Pietatis invocatione tumultuario opere fabricavit; qui & primus fuit Provinciæ Pietatis, unde & nomen accepit. Deinde anno 1502. & præhabita Alexandri Pontificis facultate, ſociis quinque ejuſdem zeli, nempe Petro Melgario de Valentia laico, ſed genere, ac virtute conſpicuo, Archangelo Vallis-oletano celebri Concionatore, Michaele Cordubenſi, Ioanne Paſchalio ab Aquila, & Sebaſtiano Pariſienſi comitatus, Cœnobiolum etiam (ſed annum conceſſionis non adnotavit Vuadingus) in loco ſolitario prope Granatam cum ædificaſſet; additiſque aliquot pauperrimis in Extrema-dura Domunculis, Cuſtodiam parvulam ſibi tantùm, & Miniſtro Generali totius Ordinis ſubjectam novâ Præfecturâ gubernaret, inceperat. Verùm ex aſſumpto aſperrimo habitu, novoque Caputio, abſque orbiculari forma, quæ collum circumdat; ideóque ex rei novitate plurimùm inclareſcens, & cum ſuis ſectatoribus, *de Caputio* apud vulgus imperium nuncupatus, tanquam novitatum affectator ab Archiepiſcopo Granatenſi; extra totius Diæc. fines ejectus eſt, & Conventibus omnibus anno 1502. expoliatus. Patres enim Provinciæ S. Iacobi nullum non moventes lapidem, ut Guadaluppēſis novum Sodalitium diſſiparent, Romam miſerunt, qui litterarum Guadalupenſi conceſſarum exemplar ferret ad Fratrem Iacobum Arevedum Commiſſarium Obſervantium Familiæ Vltra-Montanæ, ac revocatorias reportaret; quas eodem anno in hanc formam ab Alexandro Pontifice impetravit.

Ibid. n. 40.

Vvad. t. 8. 1502. n. 25.

## ALEXANDER PAPA VI.

*Venerabilibus FF. Archiepiſcopo, Toletano, & Epiſcopo Palentino; vel eorum alteri.*

PRo parte cariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Ferdinandi Regis, & Eliſabethæ Reginæ Hiſpaniarum, & Siciliæ Catholicorum, Nobis nuper expoſitum fuit, quòd nonnulli Fratres Minores illarum partium ſub Strictiori vivendi modo, & Evangelica paupertate, ac primæva Ordinis Fratrum Minorum hujuſmodi inſtitutione ſe vivere velle aſſerentes, & eorum ſuggeſtione aliqui earundem partium Nobiles à Nobis litteras obtinuerunt, per quas eis conceſſum, ſeu concedi mandatum fuit, quòd in Regis, & Reginæ prædictorum Regnis, & dominiis domos, oratoria, & eremitoria pro uſu, & habitatione dictorum FF. de novo conſtruere, & ædificare, ac illa, & eis per Chriſti fideles cōceſſa recipere, & inhabitare, & in eis Fratres dicti Ordinis infra certū numerum, qui de obedientia Fratrum de Obſervantia ad illa voluntariè tranſirent, introducere, & recipere liberè poſſent, quódque Vicariis Provincialibus ejuſdem Ordinis, & hujuſmodi Obſervantiæ, licèt infra eorum Provinciarum limites domus ipſæ exiſtant, obedire non debeant, ſed Miniſtro Generali dicti Ordinis

Ibid. 1502. n. 26.

Ordinis Minorum immediatè ſubjectæ ſint; & tàm prædictarum, quàm aliarum litterarum à fæl.rec. Sixto Papa IV. prædeceſſore noſtro ſub forma Brevis emanatarum, & per Nos confirmatarum prætextu nonnulla oratoria, ſeu eremitoria, vel domos, & in eis Fratres de Obſervantia hujuſmodi abſque ſuorum Superiorum licentia receperunt, & in dies recipere conantur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ex præmiſſis, quæ in enervationem Reformationis domorum dicti Ordinis in prædictis partibus, non abſque ipſorum Regis, & Reginæ opera, & ſollicitudine providè, & maturè factæ cedunt, inter eaſdem Fratres nonnulla gravia ſcandala exorta fuerint, & niſi deſuper provideatur opportunè, in futurum graviora exoriri formidentur; Nos ſcandalis hujuſmodi obviare, ac ipſorum Fratrum paci, & quieti conſulere cupientes, Regis, & Reginæ prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinati Fraternitati veſtræ tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum unam de *Salvaleone* per dilectos filios Ioannem de Figueroa, & & aliam de *Alconchel* per Ioannem de Sotto-major, qui in hoc conſentiunt, & conſentire parati exiſtunt conſtructas, & ædificatas, quas Ioannes de Guadalupe ſub obediētia dicti Miniſtri, necnon aliam de *Truxillo* Domos, & Pacenſis, & Placentinæ Diæceſum, quam Petrus de Melgar dicti Ordinis profeſſores à nonnullis aliis nobilibus hujuſmodi, & quarumdam aliarum noſtrarum litterarum, & facultatis dicto Miniſtro deſuper, ut dicitur, conceſſæ prętextu, reſpectivè receperunt, Vicario Prov. Provinciæ S. Iacobi dicti Ordinis nunc, & pro tempore exiſtenti concedere, & aſſignare, ac illas, & Fratres in eis pro tempore degentes obedientiæ, & regimini ejuſdem Vicarij Provincialis perpetuò ſubijcere, necnon quaſcumque litteras Apoſtolica Ioanni de Guadalupe, & Petro prædictis, ac quibuſvis aliis cujuſcumque ſtatus, Ordinis, dignitatis, & conditionis exiſtentibus, tàm ſuper ædificatione domorum, oratoriorum, ſeu eremitoriorum in Regnis, & dominiis præfatis, ac Fratribus ſine licentia ſuorum Superiorum recipientibus, quàm aliter ſuper præmiſſis etiā ex motu proprio, & certa ſcientia, ac ſub quibuſvis clauſulis etiā derogatoriarū derogatoriariis, aliiſq; fortioribus, efficacioribus, & inſolitis, irritantibuſque decretis in forma Brevis, & alias quomodolibet nunc, & pro tempore conceſſas, etiam quaſcumque ſententias, cenſuras, & pœnas in ſe continentes, ac proceſſus deſuper pro tempore habitos, & inde ſecuta quæcumque, nulla, & invalida fore, & prorſus pro infectis haberi. Quòdque Fratres hujuſmodi de Obſervantia, qui ad præſens ſunt, & pro tempore fuerint, ad immediatam obedientiam dicti Generalis, vel aliorum Conventualium Miniſtros, ac intra dictam obedientiam de una Provincia ad aliam, aut de una Cuſtodia ad aliam, quocumque titulo, ſeu colore, ſine licentia ſui proprij Prælati in ſcriptis habita, tranſire non poſſint, & Ioannes de Guadalupe, ac Petrus de Melgar prædicti, eorumque Socij ſub obedientiis, & Provinciis, à quibus exierunt, perpetuò eſſe, & permanere debeant, ſtatuere, & ordinare, & Ioannem de Guadalupe, ac Petrum de Melgar, & ſocios prædictos, ut ad eorum priores obedientias, & Provincias hujuſmodi orordinatè redeant, ac alia omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis, ſeu circa ea neceſſaria fuerint quomodolibet, & opportuna, facere, exercere, & conſequi de conſenſu prædictorum Ioannis de Figueroa, & Ioannis de Sotto-major authoritate noſtra curetis; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocatoque ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ die 2. Septemb. 1502. Pontif. anno II.

18. Harum litterarum fultus præſidio Epiſcopus Placentinus Melgario, & auxiliarius Domus Scalabianæ ſuæ Diæc. Ibid. n. 27. ſtructuram interdixit. Guadalupenſis verò hac concuſſus revocatoria in Vrbem advolans, ab eodem Alexandro obtinuit, ut hæ poſtremæ revocarentur. Sed dum ante emanatam Bullam Alexander decederet, eam poſt biennium à Iulio II. impetravit in qua præfata omnia ſimul, & veriora Guadalupenſium initia, primæque viciſſitudines, clariùs elucidantur.

## IVLIVS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Ibid. in Reg. 1503. bull. 1. Iulij II.

RAtioni congruit &c. dudum ſiquidem poſtquam fel. rec. Alexandro VI. prædeceſſori Noſtro pro parte dilecti Filij noſtri Ioannis de Guadalupe Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum expoſitum fuerat, quòd aliqui pro uberiori animarum ſuarum ſalute in humilitatis ſpiritu, & vera paupertate, prout S. Franciſcus inſtituerat, vivere deſiderabant, & ſi ſibi in aliquo loco Regni Granatæ ad id commodo, & idoneo pro uno pauperculo eremitorio, ſeu Domo conſtruenda pro ſuis, & aliorum Fratrum dicti Ordinis uſu, & habitatione perpetuis, in quo dicti Fratres habitare, & in ſimplici obſervantia ſancti Evangelij domicini, & regulæ ejuſdem Sancti vivere poſſent, licentia concederetur, Ioannes, & alij Fratres prædicti ibidem pro tempore degentes divinis beneplacitis aſſiduè vacarent, & exinde divinus cultus ſuciperet incrementum: & idem Alexander predeceſſor eidem Ioanni in ad id commodo, & idoneo loco dicti Regni unum Eremitorium, ſeu domum cum neceſſariis officinis pro ſuis, & aliorum Fratrum prædictorum, qui ſub ſimplici obſervantia S. Evangelij dominici, & ſecundùm Regulam, ac modum vivendi hujuſmodi vivere deberent, uſu, & habitatione propriis abſque cujuſvis licentia ſine alicujus præjudicio, jure tamen &c. conſtruendi, & ædificandi, ſeu &c. ac in ea pro conſtructione hujuſmodi ſex Fratres dicti Ordinis profeſſores de Obſervantia nuncupati, cujuſcumque Provinciæ, ſeu Cuſtodiæ forent, ſuorum Superiorum petitâ, licèt non obtentâ licentiâ, & alias prædictum Ordinem noviter profiteri, & hujuſmodi Eremitorium intrare volẽtes recipiendi, & eis habitũ regularem juxta certam formam tunc expreſſam exhibendi, licentiam conceſſerat: quòdque Ioannes, & alij Fratres prædicti in dicto Eremitorio pro tempore degentes, Miniſtro Generali dicti Ordinis de Obſervantia pro tempore exiſtenti, & non alteri ſubiicerentur, ac privilegiis, gratiis, & indultis, domibus dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatis, & illarum Fratribus conceſſis, & concedendis poterentur, & gauderent: dictuſque Ioannes in Fratribus prædictis eaſdem ſuperioritatem, & poteſtatem haberet, quas habebant Miniſtri Provinciales dicti Ordinis in domibus, & Fratribus Provinciarum ſuarum, per quaſdam litteras induſſerat. Et deinde pro parte tunc Generalis, & Provincialium Vicariorum, Vltra-Montanorum dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatorum eidem Alexandro prædeceſſori etiam expoſitum fuerat, quòd nonnulli Fratres Vltra-Montani Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum in aliquibus locis extra domos Fratrum prædictorum permanere, & beneficiis Eccleſiaſticis Sæcularibus, & Regularibus deſervire, & alij ad Eremitoria ſe transferre, ut inibi Deo perpetuò famulari poſſent à Sede Apoſtolica impetraverant: & alij prætextu licentiarum, ſeu facultatum, ſibi (ut aſſerebant) conceſſarum ſecundùm eorum deſideria viventes, in Eremitoriis, & aliis locis reſidebant, ac facultatibus ſibi conceſſis abutendo, plura in contemptum Religionis committebant. Ac idem Alexander prædeceſſor, quòd ex tunc de cætero nullus ex Fratribus Familiæ Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum, etiam quacumque authoritate munitus, niſi de licentia Generalis, & Provincialium Vicariorum, aut Commiſſarij Vltra-Montanorum tunc, & pro tempore exiſtentium petita, & obtenta, ab obedientia, & ſubjectione ſuorum Superiorum Prælatorum, ſicut per piæ mem. Eugenium IV. Pium II. ac Paulum etiam II. necnon Sixtum IV. & Innocẽtium VIII. Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos declaratum, & ſtatutum erat, ſe ſubtrahere, nec abdicare; nec alij Prælato etiam Ordinis Minorum, & Obſervantiæ prædictorum; niſi ſecundùm ſtatuta Ordinis, & Obſervantiæ hujuſmodi, etiam prætextu arctioris vitæ obedientiam dare, ſeu illius ſubjectioni ſe ſubmittere valerent, niſi Generali, & Provincialibus Vicarijs, & Commiſſario Vltramontanis tunc, & pro tempore exiſtentibus, & certis alijs tunc expreſſis pro obſervatione ſtatuti, ordinationis, & declarationis prædictorum deputatis, per alias litteras ſuas inter alia ſtatuerat, admonuerat, & declaraverat: & poſtremò pro parte dic-

ti Ioannis, & Sociorum ejus eidem Alexandro prædeceſſori ſimiliter expoſitum fuerat, quòd ad executionem priorum litterarum prædictarum proceſſum fuerat, ipſeque Ioannes, & alij Fratres ejus Socij prædicti dubitabant, ne per Generalem, & Provinciales Vicarios, ac Commiſſarios Vltra-montanos præfatos aſſereretur, eoſdem Ioannem, & Socios ejus, ac eis per priores litteras prædictas conceſſa in poſterioribus litteris prædictis includi, & illa verba, *ſine præjudicio* in litteris dicto Ioanni conceſſis ad eorumdem familiæ, & Obſervātiæ prædictarum Fratres non referantur: & idem Alexander prædeceſſor per alias ſuas litteras, priores litteras prædictas, & habitos deſuper proceſſus approbando, & confirmando, ac illas firmitatis robur habere decernēdo; nec non omnes, & ſingulos defectus, ſi qui in dictis proceſſibus intervenisſent, ſupplendo, declaraverat, intentionis ſuæ non fuiſſe, dictum Ioannem, & ejus Socios, & alios Fratres dictæ ejus domus tunc, & pro tempore exiſtentes, & ſibi per priores litteras conceſſa, & proceſſus ſuper illis habitos, ſub poſterioribus litteris prædictis nullatenus cōpræhendi, ac illis in aliquo detrahere, ac derogare: & quatenus includerentur, & eis detraheretur, ipſos tunc, & pro tempore exiſtentes, & contenta in eiſdem poſterioribus litteris exceperat, & quod ad eos vim, & effectum ſortiri non poſſe voluerat: & non ſolum ſex de quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis, familiæ, & Obſervantiæ prædictarum petitâ, licèt non obtentâ licentiâ Guardianorum domorum, in quibus eos pro tempore degere contigiſſet, ad obtentam domum per dictum Ioannem, utpotè arctioris Obſervantiæ regularis, ſe transferendi, liberam, & omnimodam licentiam conceſſerat, dictaſque priores litteras ad hoc extenderat, illaque verba, *ſine præjudicio*, ad præjudicium aliorum, quàm dicti Ordinis profeſſorū referri, privilegiiſq; dicti Ordinis, per quæ profeſſio, & auſteritas vitæ Fratribus huiuſmodi novæ domus in aliquo relaxaretur, & illis in aliquo præjudicaretur, quoad ipſam novā domum, & Fratres ejuſdem non includi debere, per alias ſuas litteras etiam conceſſerat, & declaraverat, certis deſuper executoribus deputatis, quòd Ioanni, & Fratribus ſocijs ſuis prędictis afficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent eos per dicti Ordinis Profeſſores, aut eorum Prælatos, & alios quoſcumque, contra litterarum ipſarum tenorem moleſtari, eiſque ne id facerent, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ, quam ſi non parerent, ipſo facto incurrerent, & à qua ab alio quàm à Sede prędicta; & ore proprio Romani Pontificis pro tempore exiſtentis abſolui nequirent diſtrictè præcipiendo inhiberent, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam; &c. Et deinde pro parte dicti Ioannis, & ejus Sociorum prædictorum eidem Alexandro ſimiliter expoſitum fuerat, quòd cum forſan in Regno Granatę locus idoneus pro conſtruenda dicta nova domo haberi non poterat, idē Alexander prædeceſſor tunc tàm Ioannis, quàm ſociorum ejus prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus, eidem Ioanni, ut non ſolùm in dicto Regno Granatæ, ſed in aliis partibus Hiſpaniarum illam, conſtrui, ſeu ædificari facere, illamque recipere conceſſerat, & ad hoc priores litteras prædictas per quaſdam ſuas in forma Brevis litteras extenderat, & ampliaverat, prout in eiſdem litteris in forma Brevis dicebat pleniùs contineri. Succeſſivè pro parte dicti Ioannis eidem Alexandro prædeceſſori expoſito, quòd dictus Ioannes unam *S. Evangelij* prope oppidum *de Villa-nova* vigore dictę facultatis ædificaverat, ſeu ædificari fecerat, vel inceperat, & tres alias videlicet *Montis Sion de Salva-leon*, & *Sanctæ Mariæ de Luce*, *de Alchonchel*, *loca Pacen. Diœceſ.* & *S. Mariæ de Pietate* prope oppidum de Villa-vitioſa Elboren. diœceſis ex licentia Sedis Apoſtolicæ ſibi conceſſa, & eremitorium Matris Dei loci del Moyo de Merida, nullius diœceſis, à fundatoribus eorum ſibi largientibus canonicè receperat, & in illis Fratres Ordinis, & Obſervantiæ hujuſmodi ſecundùm inſtituta ejuſdem B. Franciſci introduxerat: & tunc totius Ordinis prædicti Miniſter Generalis, quòd domus hujuſmodi per Cuſtodem regi, & gubernari deberent, ordinaverat: ac pro parte Ioannis, & Sociorum eius Fratrum prædictorum eidem Alexandro prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut ordinationi prædictæ Apoſto-

licæ

licæ confirmationis robur adjicere, aliiſque, &c. dignaretur: Idem Alexander prædeceſſor, &c. Ioannem, & ſocios prædictos à quibuſvis excommunicationis, &c. abſolutos fore cenſens hujuſmodi, de ſub data videlicet Kal. Aprilis Pontificatus ſui anno decimo, Ordinationem, & deputationem Miniſtri videlicet, quòd domus per Ioannem, & ſocios præfatos erectæ prædictæ ex tunc perpetuis futuris temporibus per Cuſtodes regerentur, & gubernarentur, Apoſtolica authoritate confirmavit, & approbavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decrevit, ſupplevitque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Inſuper, quòd domus hujuſmodi, quas per Cuſtodem regi debere ordinatum fuerat, & in illis tunc, & pro tempore degentes Fratres, omnibus & ſingulis gratiis, privilegiis, &c. uti potiri, ac gaudere valerent, ac ſi eis ſpecialiter conceſſa forent: quódque volentes ingredi domus Cuſtodiæ hujuſmodi, tenerentur vovere Regulam ejuſdem S. Franciſci abſque tamen relaxatione privilegiorum conceſſorum, & concedendorum dicto Ordini Minorum, prout idem B. Franciſcus inſtituerat, dicta authoritate conceſſit, & indulſit, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de abſolutione, confirmatione, approbatione, decreto, ſuppletione, conceſſione, indulto, & derogatione prędictis pro eo, quòd ſuper illis ipſius Alexandri predeceſſoris litterę, ejus ſuperveniente obitu, confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hęſitari, & Ioannes, & ejus ſocij, ac Fratres hujuſmodi illorum fruſtrentur effectu; Volumus, & præfata Apoſtolica authoritate decernimus, quòd abſolutio, confirmatio, &c. perinde à dicta die Kal. Aprilis ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis dicti Alexandri prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data confectę fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur. Dat. Romæ 1503. 6. Kal Decembris Pontificatus anno primo.

Ibid. 1502. n. 28. 19. Veniens itaque Guadalupenſis Valentiam, cœnobiolum ſibi conceſſum cœpit inhabitare, atque inde majores vires addere ſuæ novellæ Congregationi, per deſerta loca diſperſę. Non audebat ad priora Domicilia Extrema-durę neque in Caſtellam redire, favebant enim impenſè Reges Catholici Regularis Obſervantię profeſſoribus Guadalupij adverſariis. Atque hi, ut viam præcluderent iis, qui ſub ſpecie majoris perfectionis, aut rigidioris inſtituti ad Guadalupij conſortium tranſibant, anno 1502. in Congregatione habita in Provincia Caſtellæ Præſide Vicario Generali Martiale Bouliero ſtatuerunt, ut in ſingulis Provinciis aliquot domus deſignarentur, in quibus ſub nomine Recollectorum, qui vellent, religioſè, piè, & ſub ſumma viverent rerum egeſtate: Ita factum, ut omnes fermè intra ſuas ſe continerent Provincias, & redeuntibus, qui abierant, enervaretur novellum inſtitutum. Vires tamen ſubminiſtrarunt Patres Conventuales conceſſis tribus paruis conventibus, ad quos etiam aliqui ex ipſis tranſibant.

20. Tribus ergo in Pacenſi Epiſcopatu, quarto in Elborenſi in Luſitania, & quinto Truxili cœnobiolis utcumque recuperatis, in quibus non ſine ſuorum de Obſervantia confratrum dura oppoſitione Cuſtodem, ſeu Rectorem agebat, novæ Reformationis fundamenta, & duarum inſignium Provinciarum, Pietatis videlicet, & S. Gabrielis poſuiſſe videbatur initia. Ibid. 1504. n. 41.

21. Interea temporis etiam Petrus Melgarius Guadalupenſis diſcipulus, & ſocius in Conventu Scalarabitano dum ageret Cuſtodem, maximas ab Obſervantibus Provinciæ S. Iacobi ſuſtinere debuit moleſtias, quas omnes obtento Iulij Pontificis diplomate ſuperavit, ut ſequitur.

## IVLIVS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

RAtioni congruit, &c. Dudum ſiquidem fœl. record. Alexandro Papæ VI. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Gometij Fernandi de Solis, & Ioannis de Claves, ac Aluari della Inojoſa laicorum Placentinæ Civitatis, ſeu diœceſis expoſito quòd ipſi fervore devotionis, quam ad S. Franciſcum & Ordinem Fratrum Minorum, & Fratres ipſos, qui eorum exemplari vita, verbique Dei prædicationibus, aſſiduaque Vvad. t. 8. 1504. in Reg. fol. 41. Bul. 15.

que, & devota divinorum celebratione, & aliis ſuis bonis operibus non ceſſabant animas Domino lucrifacere, gerebant, accenſi, cupienteſque terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, deſiderabant de bonis ſibi à Deo collatis, & aliis piè elargiendis quamdam domum pro perpetuis uſu, & habitatione Fratrum dicti Ordinis ſecundùm primęvam ipſius Ordinis inſtitutionem, & regulæ puritatem viventium in aliquo ad id commodo, condecentique loco infra terminos oppidi de Truxillo dictæ Diœceſis conſtruere, & ędificare, ſeu &c. Si ad id eis Sedis Apoſtolicæ Authoritas ſuffragaretur; dictus prędeceſſor ipſorum Gometij, Ioannis, & Alvari in ea parte ſupplicationibus tunc inclinatus, Epiſcopo Placentin. & de Maguela, ac de Gadamyre Toletan. & prædictæ Placentin. Monaſteriorum per Priores gubernari ſolitorum, eorum propriis nominibus non expreſſis, ſuis litteris dedit in mandatis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum Gometio, Ioanni, & Alvaro prædictis in aliquo ad id commodo, & condecenti loco infra terminos oppidi hujuſmodi, unam domum cum Eccleſia &c. pro perpetuis uſu, & habitatione octo Fratrum dicti Ordinis, qui inibi juxta regulæ puritatem, & evangelicam paupertatē, ac primævā inſtitutionē hujuſmodi ſimpliciter vivere deberent, cōſtruendi, & ædificandi ſeu, &c. ac eiſdem Fratribus domum prædictam pro eorum uſu, & habitatione hujuſmodi recipiēdi, & perpetuò inhabitandi, authoritate Apoſtolica liberam, & omnimodam licentiam largiretur: & nihilominus, quòd Gometius, Ioannes, & Alvarus prædicti nonnullos Fratres ex aliis domibus dicti Ordinis, quos ad id voluntarios invenirent, ad eamdem conſtruendam domum, vocare, & accerſire, ipſique ſic vocandi FF. qui dictam Regulam obſervare vellent, abſque alicujus Superioris licentia, ad eandem conſtruendam, domus hujuſmodi unum ex eis in ſuum Vicarium, ſeu Cuſtodem eligere poſſent: quòdque ſic electus per Miniſtrum Generalem dicti Ord. vel ejus Vicarium in Galliæ, Alemanniæ, & Hiſpanię Prov. ſuper Fratribus dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatis pro tempore deputatis viſitari, ſeu confirmari deberet, aut Vicario per eumdem Miniſtrum Generalem pro tempore deputato poſt Generalem Miniſtrum Ordinis hujuſmodi, cui per omnia, ſicuti alia loca dicti Ordinis, ſubeſſent, eadem conſtruenda domus, & illius Vicarius, & Fratres immediatè ſubiici deberent; quodque Vicarius dictæ conſtruendæ domus infirmos viſitare, & Fratres ejuſdem conſtruendæ domus, pro tempore exiſtentes inducere; necnon conſtruendam domum hujuſmodi intrare volentes, ac ab eis profeſſionem regularem, ſi illam in ſuis manibus ſponte emittere vellent, recipere, & admittere, ac tàm illos, quàm alios Fratres dictæ domus pro tempore exiſtentes corrigere, abſolvere, & ligare, ac omnia alia facere liberè poſſet, quæ Miniſtri Provinciales dicti Ordinis pro tempore exiſtentes, tàm ex privilegiis, & indultis dicto Ordini conceſſis, quàm Conſtitutionibus, & inſtitutis Regularibus dicti Ordinis facere poſſent; & inſuper, quòd Miniſter, ſive Prælatus, ſub cujus obedientia Vicarius, ſeu Cuſtos, & Fratres domus conſtruendæ, hujuſmodi etiam pro tempore immanerent, aliquos Fratres in dicta conſtruenda domo ultra jam tunc poſitos, ſeu introductos ponere, ſeu introducere, nec jam introductos, ſeu poſitos amovere abſque conſenſu, & voluntate Vicarij, ſeu Cuſtodis, & Fratrum dictæ conſtruendæ domus pro tempore exiſtentium nullatenus poſſit: quòdque Vicarius, ſeu Cuſtos, & Fratres domus conſtruendæ pro tempore exiſtentes hujuſmodi unum Prælatum ejuſdem Ordinis, qui eos juxta prædictæ Regulæ puritatē corrigere, & emendare valeret, eligere deberent, & per quoſcumque dicti Ordinis Fratres, aut alias perſonas cujuſvis ſtatus Ordinis, conditionis, & dignitatis exiſtentes nulla occaſione moleſtari poſſent, prædicta authoritate ſtatuerent; & ordinarent authoritate, & præeminentia Generalis Miniſtri Ordinis hujuſmodi, ac jure particularis Eccleſiæ; & cujuſvis alterius in omnibus ſemper ſalvo. Et deinde dicto prædeceſſori pro parte dilectorum filiorum Petri de Valencia Cuſtodis, & Fratrum domus *B. Mariæ de Luce* oppidi, Ordinis, & Diœceſis prædictorum etiam expoſito, quòd præfati Iudices, ſeu duo, aut

aut unus eorum juxta formam dictarum litterarum eamdem licentiam conceſſerant, & alia præmiſſa ſtatuerant, & ordinaverant, ipſaque domus poſtmodùm conſtructa, ſeu jam conſtrui cœpta, & in ea ipſi Petrus, & Fratres uſque ad dictum numerum introducti, dictuſq; Petrus in Cuſtodem ejuſdem novæ domus electus fuerat, quódque in eadem nova domo plures, quàm octo Fratres habitare poterant; Idem prædeceſſor Petri, & Fratrum prædictorum in ea parte ſupplicationibus tunc inclinatus eidem Petro, & Fratribus, quòd ipſe Petrus, & pro tempore Cuſtos exiſtens, ipſius domus aliàs juxta formam litterarũ earundem plures Fratres quam octo, & tot, quot viderent neceſſarios in eadem nova domo, recipere valerent, quòd Miniſter Generalis pro tempore exiſtens ſolùm, & non Vicarius prædicti, juxta formam litterarum hujuſmodi, eidem novæ domui præeſſe, & de illa ſe impedire poſſent, per alias ſuas litteras indulſit. Et ſucceſſivè eidem prædeceſſori pro parte tunc Generalis, & Vicariorum Provinciarum Vltra-montanorum dicti Ordinis de Obſervantia nuncupatorum, ſimiliter expoſito, quòd nonnulli Fratres familiæ Vltra-montanæ Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum, ut in aliquibus locis extra domos Fratrum prædictorum ſtare, & permanere, ſeu beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, vel ſine cura ſæcularibus, & regularibus deſervire, & alij vel ad diverſas Provincias, ſeu domos dicti Ordinis, & ad alios Ordines etiam prætextu arctioris vitæ, ſe transferre, alij verò Fratres Ordinis, familiæ, & Obſervantiæ hujuſmodi, ut ad eremitoria aliqua ſe conferre, & inibi perpetuò, ſeu ad tempus Domino famulari valerent, à Sede Apoſtolica facultatem, ſeu licentiam impetraverant; alij verò aſſerentes, ſe prætextu litterarum, ſeu facultatum eis, aut aliquibus perſonis, tam eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus ab eadem Sede conceſſarum, reſidendi facultatem habere, ſecundùm eorum varia deſideria, ſui voti, & Religionis immemores, Deique timore poſtpoſito diverſimodè in multis Eccleſiis, eremitoriis, aut locis etiam, ubi ſtudia vigebant generalia, reſidebant, & moram trahebant, inſolenter dictis facultatibus, & licentiis abutendo, & ſæpe ſcandaloſè vivendo, unde eis vagandi, & apoſtatandi, & plura in contemptum religionis committendi, præbebatur occaſio; idem prædeceſſor Generalium, & Provincialium Vicariorum prædictorum in ea parte ſupplicationibus tunc inclinatus, ut Fratres Ordinis familiæ, & Obſervantiæ prædictorum hujuſmodi per ipſum Prædeceſſorem, vel Sedem prædictã etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & cum quibuſvis verborum formis, & expreſſionibus, ac etiam derogatoriarũ derogatoriis fortioribus, & efficacioribus clauſulis, irritantibus decretis impoſterum concedendis eiſdem Fratribus, ut eatenus conceſſæ licentiæ, & facultates hujuſmodi illis ex dictis Fratribus, qui licentiis, & facultatibus prædictis eis, ſeu perſonis præfatis jam conceſſis de novo in futurum uterentur, ſeu uti incipiebant; ac illis, qui ſcandaloſè, & malè viventes dictis licentiis, & facultatibus eiſdem Fratribus jam, ut præfertur, conceſſis, tunc utebantur, ac ſub habitu dicti Ordinis extra domos ejuſdem Ordinis manebant, ita demum ſuffragarentur, ſeu ſuffragari poſſent, & deberent, ſi ad hoc Generalium, ſeu Provincialium ante dicti Vicarij Generalis, Commiſſarij Vltra-montanorum tunc, & pro tempore exiſtentium, hujuſmodi in ſcriptis expreſſis accederet aſſenſus, & non aliàs, nec alio modo, per omnia perinde ac ſi in licentiis, & facultatibus prædictis, ut prefertur, conceſſis, & impoſterum concedendis hoc nominatim, & ſpecificè caveretur: ſicque ubi, & quando de illorum viribus, & efficacia agi contingeret, per quoſcumque interpretari, & judicari debere, ſublata qualibet alia judicandi, & interpretandi facultate, nec non irritum, & inane, &c. Quódque Fratres ſub habitu, & extra domos Ordinis hujuſmodi tunc, & pro tempore degentes, ac malè, & ſcandaloſè viventes, ac licentiis, & facultatibus prædictis abutẽtes per Generales, ſeu Vicarios Provinciales, aut Commiſſarios Vltra-montanos pro tempore exiſtentes hujuſmodi corrigi, & puniri poſſent; per ſuas litteras dicta authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia decrevit; & declaravit, quòd ex tunc de cætero nullus ex Fratribus Ord. familiæ, & Obſerv. prædictorum quacumque etiam Apoſtolica authori-

tate munitus, niſi de generalis, ſeu provincialium Vicariorum, aut Commiſſarij Vltra-montanorum tunc, & pro tempore exiſtentium hujuſmodi petitâ, & obtentâ licentiâ, ab obedientia, & ſubjectione eorumdem ſuorum Superiorum Prælatorum ſicut per Eugenium IV. & Pium II. ac Paulum etiam II ac Sixtum etiam IV. & Innocentium VIII. Romanos Pontifices noſtros prædeceſſores, tunc ſuos declaratum, & inſtitutum erat, ſe ſubtrahere, & abdicare; nec non alteri Prælato etiam Ord. Minorum, & Obſervan. prædictorum; niſi ſecundùm inſtituta Ordinis, & Obſervãtiæ hujuſmodi, etiam prætextu arctioris vitæ obedientiam dare, ſeu illius obedientiæ & ſubjectioni ſe ſubmittere, & ſubiicere valeret, præfata authoritate ſtatuit, & ordinavit, certis deſuper executoribus deputatis, prout in ſingulis litteris prædictis pleniùs continetur. Poſtmodùm verò dicto Alex. prædeceſſori pro parte Petri, & FF. novæ domus hujuſmodi ſimiliter expoſito, quòd poſt etiam dictarum priorum litterarum, & ante actam conſtructionem novæ domus, poſteriores litteræ prædictæ ab ipſo Alexan. prædeceſſore emanaverunt, ac Petrus, & alij Fratres ejus ſocij prædicti, qui in dicta domo degebant, & inibi in ſpiritu humilitatis, ac Regulæ puritate, & Evangelica paupertate, juxta primævam dictæ Regulæ inſtitutionem prout religioſiùs poterant, vivebant, & vivere intendebant, dubitabant ne per generalem, & Provinciales Vicarios, ac C[illegible]miſſarium Vltra-montanos prædict[illegible]ſeretur, eos, & conceſſam eis [illegible]riores, & earum vigore, illarum f[illegible]nâ ſervatâ habitum per unum ex Iudicibus prædictis proceſſum, ac inde ſecuta aliàs eidem Petro conceſſas litteras prædictas ſub poſterioribus litteris hujuſmodi includi, ac pro parte tam venerab. Fratris noſtri, tunc ſui Gregorij Epiſcopi Portuen. dicti Ordinis Vice-Protectoris, quam eorumdem Petri, & aliorum Fratrum ejus ſociorum, eidem prędeceſſori humiliter ſupplicato, ut domum, ac Petrum, & ejus ſocios prędictos in eadem domo pro tempore degentes; nec non omnia, & ſingula in prioribus Gometio, Ioanni, & Alvaro ac aliis præfatis, ut prefertur, conceſſis litteris contenta, ſub litteris poſterioribus, Generali, Provincialibus Vicariis, & Commiſſario Vltra-montanis conceſſis hujuſmodi, & in eis contentis compræhenſa non eſſe, nec illis in aliquo detrahere, vel derogare: ac pro potiori cautela domum, Petrum, & ſocios prædictos, qui tunc, & pro tempore forent, à cõtentis in eiſdem poſterioribus litteris excipere aliàſque, &c. dignaretur: Præfatus Alex. prædeceſſor, Petrum, & ejus ſocios prædictos, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, &c. abſolutos fore cenſens Gregorij Epiſcopi Vice-Protectoris, ac Petri, & ejus ſociorum prædictorum in ea parte ſupplicationibus tunc inclinatus, ſub data videlicet pridiè nonas Maij authoritate Apoſtolica prædicta conceſſit, indulſit &c. intentionis ſuæ fuiſſe, in dictis poſterioribus litteris Generali, Provincialibus Vicariis, & Commiſſario Vltra montanis prædictis, ut præfertur, conceſſis, domum, & Petrum, & ejus ſocios prædictos, nec non alios FF. ejuſdem domus tunc, & pro tẽpore exiſtẽtes, ac omnia, & ſingula eis in prioribus Gometio, Ioanni, & Alvaro, & alijs Petro præfatis, ut præmittitur conceſſis litteris contenta, nullatenus includi, & illis in aliquo non derogari, vel detrahi, & quatenus forſan includerentur, & eis forſan detraheretur, litteras priores, ac domum, Petrum, & ejus ſocios prędictos, qui tunc erant, & pro tempore eſſent Fratres dictę domus, in perpetuum à contentis in eiſdem poſterioribus litteris Generali, Provincialibus Vicariis, & Commiſſario Vltramontanis prædictis conceſſis, eadem Apoſtolica authoritate excepit, & quoad eos iniri, & effectum ſortiri, & ſibi vendicare non poſſe, ac ejuſdem intentionis ſuæ etiam fore, per quaſcumque alias litteras, & conceſſiones, quæ in futurum ab eodem Alex. prædeceſſore, vel Sede prædicta, quomodolibet, etiam cum motus proprij, & certæ ſcientiæ, &c. Ne autem de abſolutione, & conceſſione, indulto, &c. prædictis pro eo, quòd ſuper illis ipſius Alex. prædeceſſoris litteræ ejus ſuperveniente obitu, confectæ non fuerint, valeat quomodolibet hæſitari, & Petrus, ac ejus ſocij, & Fratres prædicti illorum fruſtrentur effectu, volumus, &c. quòd abſolutio, conceſſio, &c. Alex prædeceſſoris hujuſmodi perinde à dicta die pridie

pridie non. Maij ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis dicti Alex. prædeceſſoris litteræ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur, &c. dat. Romæ &c. anno 1503. 6. Kal. decembris Pontificatus noſtri anno primo.

Ibid. 1506. n. 75. 22. Tribus hæc Congregatio nominibus audiebat, nempe *S. Evangelij* à rigoroſa Evangelicæ vitæ profeſſione ſine ulla diſpenſatione, *Diſcalceatorum*, eo quòd abſque omni pedum operimento, ac præſidio incederent; & *de Caputio* ob quadrati caputij novitatem paulominùs à Capucinico acuminati. Guadalupenſis autem dum Romam ad generalia Comitia per Iulium II. indicta laborioſa ſenectute proficiſcitur, in ipſo itinere, quod erat mortale depoſuit. Hujuſmodi deſcribitur Guadalupenſium Reformationis initium ab Vuadingo.

Chro. M. SS. Prov. Pietatis. 23 Chronica verò Provinciæ Pietatis, dum rei ſeriem ſub aliqua variatione diffuſiùs enarrant, ad Vvadingi hiſtoriam lucem mihi videntur non parvam ſuperaddere, ſic ergo habent: Ioannes Guadalupenſis ex Provincia S. Iacobi in Angelorum Cuſtodia B. Ioannis à Popula de Soto-mayor factus diſcipulus, cùm Seraphici P. S. Franciſci ſpiritum ſolitudinis, zelumque paupertatis medullitùs ebibiſſet, ad arctiorem, & aſperiorem vitæ methodum anhelans Romam perrexit, ſeceſſum cum paucis ad ſua vota impetraturus. Ab Alex. VI. litteras obtinuit, *Sacroſanctæ militantis Eccleſiæ &c. datum Romæ die 25. ſeptembris 1496.* quibus ſibi liceret in ſolo Granatenſi ſolitariam, & pauperculam domum extruere, in qua receptis ex quibuſcumque Provincijs ejuſdem ſpiritus conſodalibus ſub ſua, & Miniſtri tantùm Generalis totius Ordinis Obedientia (excluſis nempe Obſervantium Vicarijs) ea lege vivere poſſent, ut ex particulari voto repudiatis quibuſcumque privilegijs, relaxationibus, ac declarationibus, vel minimum relaxativis, Regulam S. Franciſci ad litteram ſine gloſſa obſervare deberent in perpetuum. Hanc ergo crederem non immeritò eſſe conceſſionem Apoſtolicam, quam Vvadingus ad annum 1502. n. 25. nulla facta expreſſione à Guadalupenſi ante aliquot annos, datis judicibus, & executoribus Archiepiſcopo Granatẽſi, ac Priore Guadalupẽſi, impetratam fuiſſe deſcribit.

24 Additis itaque Socijs Melgario, aliiſque ſupra relatis, domos aliquas ad apicem paupertatis in ſolitudine fabricare cœpit; in quibus aſperrimo habitu, nudis ad terram pedibus, caputio quadrato, vel potiùs acuminato in ſummo vitæ rigore, populorumque applauſu, Deo ſervire cõtendebant; multiplicatiſque ſociis, & cœnobiis Cuſtodias duas, alteram Truxilli, & in Epiſcopatu Placentiæ, ſub Melgario Patre erexerant ſub titulo S. Mariæ de Luce, alteram de S. Evangelio in Extrema-dura, & Luſitania ſub Guadalupenſis immediato regimine, Gomeſio (quem Vvadingus Iacobum appellat) Brigantino Duce, Regiſque Emanuelis ex Fratre Nepote ultra fidem aſſiſtente, ac protegente, qui & ſe ipſum eis ſocium devoviſſet, niſi abſoluta Regis potentia obſtitiſſet. Ibid. lib. 1. cap. 13. 14. & 16.

25. Verùm per has novitates ab Archiepiſcopo Granatenſi primùm de ſua Diœceſi expulſi, dehinc adnitentibus de S. Iacobi Provincia Fratribus, Caſtellani Regis edicto è tota Caſtella, ac demum è Luſitania, efficaciùs id rogante per litteras Rege Caſtellano, obſervantibus iterum una cum ſuis Conventibus ſe ſe dedere cogebantur. Angelus autem Pincianus, ſeu Vallis-oletanus eorum ſocius, atque pro ipſis in Romana Curia Procurator ab Ægidio Delphino Miniſtro Generali litteras obtinuit ſub Menſe Aprilis 1502. quibus commemorata Alexandri VI. conceſſione tum Guadalupenſem, tum Melgarium in Cuſtodis officio, atque in præfatis Cuſtodiis ſuos Commiſſarios cum plenitudine poteſtatatis, ſibique immediatè ſubjectos confirmabat, & de novo, quatenus opus eſſet, inſtituebat.

26. Cum autem ex his deperdita loca ſe ſe recuperaturos eſſe confiderent, majori conatu inſurgẽtes eorum æmuli, adhibito etiam Regis Catholici favore, prææallegatã Alexandri revocationẽ impetrarunt, cujus virtute, atque inappellabili Regis edicto è tota Caſtella, deinde ab univerſa Luſitania, prævalentibus apud Emanuelem Regem contra Nepotis Brigantini Ducis interceſſionem Caſtellani litteris, immò & ab Vrſorum Monte, quò ſe receperant, exulare coacti, in ſolitariam inſulam ad Guadianum flumen (*qua Contentionis* dicebatur, eo quòd

quòd ab utroque Rege expetita, à neutro poſſideretur) ultra modum afflicti feceſſerũt. Receptâ interim Brevis Apoſtolici copiâ, contra ipſum, ut de ſubreptitio per Melgarium appellantes ad Pontificem, per vias, & modos incognitos Romam omnes ſimul contendere decreverunt. Guadalupenſi jam Romæ vicino die undecima Septembris 1503. mortalitatis debitum perſolvente, cæteri numero 14. Vrbem ingreſſi, hoc Breve poſtremum Angeli Pinciani diligentiâ jam revocatum fuiſſe compererunt; cujus revocationis litteras ex Alexandri Pontificis morte non expeditas, nec à Pio III. Alexandri ſucceſſore die 27. à ſua electionę defuncto, in ampliſſima forma, narratoque totius rei ſucceſſu expedivit, approbavit, atque confirmavit Iulius II. (qui plurimis annis Ordinis Protectorem egerat) dato Brevi, *Rationi congruit, &c.* ſuperiùs recitato; quod Originale in Archivio Provinciæ Pietatis cum ſcripturis cæteris ad hæc attinentibus conſervatur.

27. Litem deinde in Apoſtolica Curia movente Antonio Rinconio pro ſuis de Provincia S.Iacobi conſodalibus cum Regis Catholici, aliorumque efficaciſſimo favore, cum à Iulio Pontifice rem totam ad rigorem examinandam accepiſſet Hieremias Aſſiſienſis Epiſcopus Cardinalis diutino examine peracto, partibuſqu ſufficienter auditis, contra Rinconium pro Diſcalceatis in Sacro Palatio tandem pronunciavit; dieque 24. Maij 1504. executorialibus ad ipſorum favorem contra perturbatores quoſcumque ſub graviſſimis pœnis ad Archiepiſcopum Toletanum, & ad Epiſcopum Pacenſem expeditis, mandavit præ cæteris, ut Conventus eis omnino reſtituerentur. His itaque poſt nova in Hiſpaniis pericula, novoſque tumultus recuperatis, plurimis etiam ad novam Reformationem confluentibus; à regni Primatibus allecti alios in Caſtella, alios in Luſitania favente Brigantino Duce præfato mutiplicarunt: ad quietis verò ſecuritatem Conventualium Miniſtro Provinciæ Luſitanicæ præſtitâ in Provinciali capitulo obedientiâ, approbante ſub anno 1505. Iulio Pontifice, ſe ſe conſtituerunt.

Ibid.c.28. ad finem lib.1.&ſir mam. triũ Ord.tract. 3.fol.129.

28. Nec tamen diuturna quies novis ſemper in Hiſpania contra ipſos tumultibus excitatis; donec anno 1506. convocato operâ Delphini Generalis ad Ordinis unionem generaliſſimo Capitulo, expeditâ bullâ mandavit Iulius Pontifex, ut in Ordine Minorum ſolis remanentibus Conventualibus, & Obſervantibus, cæteræ partiales Reformationes ipſorum alterutri infra annum nomen dare cogerentur; eo tamen pacto, ut qui Obſervantiam Regularem eligerent, nulla reſervata diverſitate eidem incorporarentur; qui verò Conventuales expeterent, præſtitâ eis tantùm obedientiâ, ſub ſuis Prælatis, propriiſque Reformationis legibus vivere permitterentur. Diſplicuit hoc ultimum Provinciæ S. Iacobi Vicario, donec à Pontifice ſpecialiter impetravit, ut Guadalupenſes omnes dimiſſis tum Conventibus, tum Cuſtodiis, ad ſui per omnia ſubjectionem redire compellerentur; quamvis ſine fructu.

29. Raynaldus enim novus Miniſter Generalis Melgario in contrariũ ſupplicanti, in vim generaliſſimi decreti liberâ ad utroſlibet electionem ratificans, eumque in ſui obedientiam excipiẽs, Cuſtodemque confirmans obtinuit à Pontifice, ut revocato ſpeciali contrario edicto, Melgarius in ſua ſeparatione confirmaretur, atque confratres, & novitios undequaque ſuam ad Reformationem convolantes, novaque cœnobia reciperet, quibus independenter ab Obſervantibus præſideret. Creſcentibus autem exinde aliorum oppoſitionibus, cauſa per Angelum Pincianum in Vrbem à ſuis remiſſum ad Pontificem delata, atque Cardinali Protectori, aliiſque de Pontificis authoritate commiſſa, nullam viſa eſt obtinere deciſionem, donec tandem partibus mutua pace concordantibus finem acceperit graviſſima controverſia.

30. Poſt varias itaque rerum viciſſitudines in hiſce Pietatis Chronicis recitatas anno 1508. favente Brigantino Duce confirmatum fuit à Iulio Pontifice, ut Guadalupenſes ad fugiendas æmulorum inquietudines Miniſtro Provinciç Portugalliæ ſubjecti remanerent; dehinc ſollicitante Angelo Pinciano, evicerunt, ut de duabus ipſorum Cuſtodiis Provincia una conflaretur, pro cujus eligendo Miniſtro Fratres omnes capitulariter congregati ad S.Franciſci de Chaves Melga

Monum. Ordin. tract. 1. fol. 111.

Melgarium in primum ſuum Provincialem maximo ſingulorum applauſu elegeruut. Opponentibus verò inceſſanter Obſervantibus, efficaces adeò fuerunt Catholici Regis inſtantiæ, ut revocata conceſſione præfata, Angeloque Pinciano ab Vrbe pulſo, de recuperando Pontificis favore fuerit deſperatum; & omnes Obſervantium S. Iacobi Vicario Provinciali obedientiam promittere fuerint coacti, ut ex ſequenti diplomate apparebit.

## IVLIVS PAPA II.

Mom. Ord. fol. 213.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Sipontino, & Epiſcopo Zamoren. ac dilecto Filio Priori Monaſterij per Protectorem ſoliti gubernari S. Vincentij Salmaticen. & eorum cuilibet.*

VEnerabiles Fratres, & dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum Capitulo Generaliſſimo Fratrum Ord. Min. in Vrbe celebrato cum intellexiſſemus inter ejuſdem Ordinis Fratres, tam in denominationibus, quàm obedientiis, & rebus aliis diverſitatem vigere non modicam, quæ confuſionem pariebat, & inter Fratres ipſos, quos in pacis, & quietis amænitate decet Domino famulari, odij, & diſſidi zizania ſeminabat; multa pro eorumdem Fratrum ſtatu proſpero, & tranquillo diſpoſuimus, & ordinavimus. Et quoniam nonnulli Fratres *Capuciati* vulgariter nuncupati, qui in Hiſpaniarum partibus à ſuperioribus annis incœperunt, ſe de S. Evangelio appellabant, ac ſe ſolos Regulæ ad litteram cultores, & obſervatores temerè dicebant, & à debita Superiorum ſuorum obedientia ſe ſubtrahere tempore fœl. rec. Alexandri Papæ VI. prædeceſſoris noſtri nequiquam conati fuerant, & adhuc tunc conabantur, juſſimus, & mandavimus, ut *Capuciati* prædicti cum eremitoriis, ſi qua authoritate etiam Apoſtolica habeant, obedientiæ Miniſtri, vel Vicarij Provincialis Provinciæ S. Iacobi dicti Ordinis infra unius anni ſpatium adhærere, & in ea purè, immediatè, & ordinariè Altiſſimo inſervire perpetuò deberent. Et deinde per Nos accepto, quòd aliqui dictorum Capuciatorum diverſas à Nobis, quibus eis, ut à dicta obedientia ſegrati vivere, & propriam Cuſtodiam, ac proprium Caput habere; & alia confuſionem, & ſcandalum aliquando paritura facere valerent, concedebatur, litteras extorſerant, & illarum prætextu dilectos filios Vicarium Provincialem, & alios Fratres Regularis Obſervantiæ Provinciæ, & Ordinis prædictorum, & nonnullos alios inquietare, perturbare in judicio, & extra illud multiphariam præſumebant, quod erat à voluntate noſtra penitùs alienum. Nos etiam ſuper hoc precibus Cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Aragoniæ, & Siciliæ Regis Catholici, ac Caſtellæ, & Legionis Regnorum gubernatoris, & adminiſtratoris Generalis annuente, omnes, & ſingulas cauſas contra Vicarium, & Fratres Provinciæ hujuſmodi, & quaſcumque alias perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares per dictos Capuciatos prænuſſorum occaſione motas in quacumque inſtantia pendentes etiam ſufficienter inſtructas ad Nos advocavimus, proceſſus deſuper habitos caſſavimus, & lites ipſas extinximus, & Iudicibus, ac Commiſſariis, coram quibus ipſæ lites penderent, ne de illis ſe ullatenus intromitterent, diſtrictiùs inhibuimus, necnon prædictas per eoſdem Capuciatos extortas, ac quaſvis alias in eorum favorem à Nobis, & Sede prædicta tunc quomodolibet obtentas, aut alias conceſſas litteras tanquàm à mente noſtra alienas, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcumque revocavimus, & annullavimus, ac voluimus, quòd dicti Capuciati nec Cuſtodiam haberent, nec quemquam ſub ſe ad probationem, vel profeſſionem reciperent, nec quidquam ex his facerent, quæ ante dicti Capituli celebrationem faciebant, aut eis per quaſcumque in eorum favorem poſtea editas litteras prædictas conceſſa videbantur; & quòd univerſi dicti Ordinis Fratres in prædictis regnis pro tempore exiſtentes ſub Obedientia Miniſtrorum Generalis ſimul, & Provincialium ejuſdem Ordinis de Obſervantia purè, & ſimpliciter ſine aliqua differentia viverent, & alias Cuſtodias, ſeu Segregationes, aut vivendi modos nullatenus haberent; decernentes irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his fieri, vel attentari contingeret; certis deſuper executoribus depu-

tatis prout hæc, & alia in ſingulis noſtris litteris prædictis pleniùs continentur. Cum autem, ſicut non abſque animi noſtri diſplicentia nuper accepimus, præfati Capuciati, ſeu ex eis aliqui, vel vel illorum nomine Fr. Angelus de Becca Valliſoleti unus de dictorum Capuciatorum numero, qui conſcientiâ teſte ad judicium evocatus fugam arripuit, at propterea authoritate noſtra excommunicatus, aggravatus, reaggravatus, & pro tali publicè nuntiatus unacum invocatione brachij ſæcularis exiſtit, variis exquiſitis, iteratiſque fraudibus, & figmentis falſitatis vitio vix carentibus, à Nobis novas litteras, ſeu conceſſiones in eorum pervicacis inſolentiæ præſidium extorquere nituntur, & aliquas jam extorſerunt, ſeu extorſit, ut in una prædictarum obedientiarum purè, immediatè, & ordinariè ſicut in prædictis noſtris litteris mandabatur, non viverent: Verendumque ſit, ne ab hoc in dicta Religione, ac Provincia deceptione humani generis hoſtis, qui ut alios decipiat, in lucis Angelum ſe transformat, aliqua ſcandala ſuſcitentur, ideo motu proprio non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra natura, & conſulta deliberatione, & certa ſcientia omnes, & ſingulas litteras pro parte prædictorum Capuciatorum, vel cujuſlibet eorum, vel alterius cujuſcumque perſonæ in eorum favorem quocumque tempore etiam nuper tamqnam à mente noſtra penitus alienas, & inde ſequuta quæcumq; revocamus, &c. Et nihilominus vobis, & veſtrum cuilibet per Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios Fr Angelum, ac omnes, & ſingulos alios Capuciatos prædictos in Romana Curia, & extra eam ubilibet exiſtentes, & pro tempore repertos infra 30. dierum ſpatium alteram ex dictis Miniſtri Provincialis Conventualium, vel Vicarij Provincialis Obſervantiam præfatæ Provinciæ ſancti Iacobi ab eremitorijs, ſeu domibus, quas poſſident obedientiis, quam maluerint, nunc denuo eligere, & illi perpetuò modo præfato inhærere, & permanere compellatis; ipſoſque Capuciatos à quocumque juramento, ſeu voto, quo Patrum ſuorum diffinitionibus rejectis temeritate propria ſe abſtringere procurarunt, eadem authoritate noſtra abſolvatis, & abſolutos eſſe nuncietis, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, appellatione omnino remota compeſcendo, invocato ad præmiſſa, & eorum ſingula, ſi & quatenus opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ &c. die 20. Aprilis 1508. Pontificatus noſtri anno ſexto.

31. Agente vero Catholico Rege apud Luſitanum, & apud Brigantinum Ducem, ut non ſolùm Caſtellani, qui jam inde receſſerant, hinc inde per ſuperiores diſperſi, ſed & Luſitani ipſi novæ Reformationis Sectatores omnino de Luſitania repellerentur; Deo autem, qui charitas eſt, deſuper movente, ac Emanuele Rege ipſos ſincerè protegente, ad huiuſmodi concordiæ pacta mutuo partium conſenſu deventum eſt; Primò ut Obſervantium S. Iacobi Vicario reunitis ſub communi habitus formâ, quos in Caſtella erexerant, Conventibus, Luſitanicos regeret Melgarius cum titulo, & authoritate Cuſtodis, ſed ſub Obſervantium Vicarij Generalis Obedientia, Conventualibus valedicens in perpetuum; quæ Cuſtodia Pietatis in Luſitania diceretur. Secundò ut Vicarius Generalis per ſe immediatè, non autem per ſuum Cõmiſſarium ipſos viſitare poſſet, & corrigere; Fratres verò in illis Conventibus, niſi de triennalis Cuſtodis aſſenſu neque collocare poſſet, nec amovere, cujus concordati confirmationem authenticam tùm ab Obſervantium Vicario Generali, tùm à Pontifice deberent impetrare.

*Chron. Prov. Pietatis ibid.*

*Vvad. t. 8. 1508. n. 18.*

32. Ad hæc proteſtatus eſt Rex Emanuel, (cujus nomine litteræ concordati expeditæ fuerùnt) ſe quicquam in contrarium attentari non permiſſurum, ea determinatione, ut contraventores prorſus è Regno ſuo inappellabiliter expelleret. Concordatum ergo in Congregatione generali Valliſoletana ſub Martiali Boulier Vicario Generali receptum, & per Franciſcum Pacechum ejus Commiſſarium die 15. Iunij confirmatum; tandem die 4. Maij 1509. Iulij II. Apoſtolico diplomate fuit approbatum: undè & in Capitulo generali Obſervantium Rapiſtagni in Aquitania ſub Nicolao Gilberti Vicario Generali anno 1511. celebrato

*Chron. Prov. Pietatis ibid.*

*Vvad. t. 8. 1511. n. 9.*

lebrato, recepta fuit ad obedientiam Vicarij Generalis nova Cuſtodia S. Mariæ de Pietate in Luſitania.

Chron. Prov. Pietatis ibid.

33. Inter hæc Angelus Pincianus præcepto Pontificis adactus Villam-vitioſam ab Vrbe reverſus, ubi concordatum intellexit, ab ipſo recedens, Conventus ſuos in Caſtella à nonnullis aſſociatus, etiam Miniſtri Generalis præcepto munitus, fruſtra recuperare tentavit, donec à Miniſtro ipſo Generali ſolitaria, & pauperrima loca quatuor in Extrema-dura ab ipſo, ejuſque ſociis ſub Conventualium obedientia inhabitanda ſuſcepit, quæ dehinc Bernardinus Pratus Pedemontanus à Cherio Miniſter Generalis, approbante per Apoſtolicum diploma Leone X. in Cuſtodiam evexit, Franciſco de Frexenal ex primis zelatoribus inſtituto Cuſtode: tandem anno 1517. in generaliſſimo Capitulo Cuſtodia hæc Extrema-duræ, ſeu de S. Evangelio, ſimul & Cuſtodia Pietatis in Luſitania inter Obſervantes ſub Miniſtri Generalis obedientia receptæ fuerunt, & demum in nobiliſſimas Provincias erectæ, ut in proprio loco cum Vvadingo dicemus. Scripturæ omnes, quæ ad hujuſmodi narrationem pertinere referuntur, in Archivio provinciæ Pietatis diligenter aſſervantur; licèt ab ipſa narrationis ſerie in aliquibus non eſſentialibus vel diſcordet, vel diminutus ſit Vvadingus, & Vvadingum ſecutus Arturus.

34. Omnia hæc inſimul colligendo, tùm ex Vvadingo, tùm ex Chronicis Provinciæ Pietatis, tùm ex hîc recitatis præcipuè litteris Iulij II. Pontificis; Guadalupenſium, ſeu Diſcalceatorum initia ſic in compendio juvat adducere. Anno 1496. B. Ioannes de Guadalupe obtento ab Alex. VI. Pontifice Diplomate, *Sacro-ſanctæ Militantis Eccleſiæ, &c. ſub die* 25. *ſeptembris* (quod Vvadingus, nulla tamen facta ſpeciali allegatione, inſinuare videtur ad annum 1502. n. 25.) ut in ſolo Granatenſi Conventulo ſub arctiſſima paupertate, nec non ſub primævo vitæ Franciſcanæ rigore poſſet extruere, impetravit. Verùm ob Caputij, arctioriſque habitus, novitatem, agentibus contra ipſum Obſervantibus, à tota Granatenſi Diœceſi per Epiſcopum ejectus eſt: & per derogantem Alexandri ejuſdem novam conſtitutionem juſſus eſt ad Obſervantes remeare. Iterùm verò ad Apoſtolicam Curiam ſuppliciter recurrens declarationem impetravit, ipſum, ipſique in illa nova Reformatione adhærentes in ultima revocatione non comprehendi, quos datis executoribus Apoſtolicis, de novo manuteneri juſſit Pontifex (eò quòd ſint arctioris Obſervantiæ) atque ut Obſervantes ad ſe venientes petitâ, licèt non obtentâ, à ſuis Prælatis licentiâ recipere valeret; rebelles autem, & contrariantes non niſi Romani Pontificis ore (excepto mortis articulo) poſſe abſolvi diſponit. Iterúmque cum in ſolo Granatenſi domos habere non ſperaret, ab eodem Alexandro, ut in omnibus Hiſpaniarum Provinciis Conventus habere poſſet obtinuit; cum præfatis omnibus privilegiis; quorum id erat primarium, ut ſoli Miniſtro Generali, non verò Vicariis Obſervantium eſſent ſubjecti.

35. Multiplicatis exinde Conventibus Cuſtodias duas annuente Miniſtro Generali, & approbante Pontifice erexerunt; quas demùm in unam Provinciam coalviſſe diximus; hâc autem iterum ex validiori Obſervantium conatu diſſipatâ, Diſcalceati ad ultimum interitum vix non fuerunt adducti, donec per allegata Iulij II. diplomata reſtituti fuerunt.

Hujuſmodi fuerunt Diſcalceatorum per Hiſpanias, & Luſitaniam laborioſa principia, quibus etiam novos, gravioreſque vitæ rigores per S. Petrum de Alcantara ſucceſſu temporis ſuperadditos fuiſſe ſuo loco demonſtrabimus.

36. Ergo duæ, quas hîc recenſemus, ſtrictioris vitæ Cuſtodiæ, nempè Pietatis in Luſitania, & S. Evangelij, quæ demum mutato nomine, S. Gabrielis titulo audivit, in Extrema-dura poſt immenſos B. Ioannis de Guadalupe, Petri Melgarij, Angeli Pinciani, aliorumque primi zeli conſodalium labores, & ærumnas, ſuperatis difficultatibus ſupra fidem, in Generaliſſimo unionis Capitulo anno 1517. Regulari Obſervantiæ integra pace incorporatæ, prima Patrum Diſcalceatorũ fertiliſſima ſemina in Hiſpaniis poſuiſſe leguntur. Cuſtodia Pietatis ſub Miniſtro, aut Commiſſario generalibus immediatè ſuppoſita; non eodem anno (ut perperam legitur apud Gonzagam,) ſed anno 1518. in

Vvad. t. 8. 1517. n. 28.

Ibid. 1518. n. 10.

in Lugdunenſi Capitulo ( ut habetur in tabulis Capitularibus ) favente potiſſimùm Emanuale Luſitaniæ Rege, cum Brigantino Duce, fuit in Provinciam erecta. Cuſtodia S. Evangelij, quæ humilibus quatuor Conventulis erat circumſcripta, additis aliis ſeptem, quæ Provinciæ S. Iacobi Miniſter ſponte obtulit ſive de antiquis per Guadalupenſem, ſocioſque fundatis, ſive de aliis, confirmata eſt anno 1517. in generalibus Comitiis ſub nomine Cuſtodiæ S. Gabrielis, & authoritate prædicti Miniſtri, ea tamen addita cautione, ne Miniſtro liceret abſque ſcitu, & aſſenſu Cuſtodis quemquam ex illa Cuſtodia removere, aut in ejus Conventibus collocare, de quo tandem in Lugdunenſi Capitulo ſic legimus ordinatum.

Ibid. 1517. n. 28.

Ibid. 1518. n. 7.

[ Cuſtodia Extrema-duræ Provinciæ S. Iacobi remanebit cum illis ſeptem locis, quæ Reverendus Miniſter S. Iacobi illis tradidit, & fiet electio novi Cuſtodis ab omnibus vocalibus dictæ Cuſtodiæ, tàm quatuor locorum, quàm etiam dictorum ſeptem; cui electioni pręſidebit Rev. P. Miniſter S. Iacobi, aut ejus Commiſſarius ad hoc ſpecialiter deputatus. Ita tamen, quòd cætera pacta, & conventiones, ac ordinationes factæ Romæ inter dictum Provincialem, & Fr. Angelum, quantùm ad præfatam Cuſtodiam, integrè ſervabuntur per dictum Miniſtrum Provincialem. Præcipitur autem omnibus Fratribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ac privatione actuum legitimorum, quòd nullus Fr. per ſe, vel per alium directè, vel indirectè apud Sedem Apoſtolicam, Reges, & Principes, aut Communitates, procuret litteras, aut aliquid, pèr quod præſens conſtitutio ſuo debito effectu fraudetur. Poſſit autem erigi in Provinciam dicta Cuſtodia, ſi Generali Miniſtro, cum illuc venerit, videatur, additis locis, quæ Provincia S. Iacobi offert pro erectione dictæ Provinciæ.]

Ibid. 1520. n. 28.

Tandem anno 1520. in generali Congregatione Burdigalę per Lichetum Ordinis Primicerium celebrata in Provinciam ſub titulo S. Gabrielis erecta fuiſſe reperitur.

37. Hujuſmodi Reformationis novæ rigoribus non contenti, qui Seraphicæ vitæ litteralem obſervãtiam zelabantur, in Hiſpania ( ibi enim ſemper floruerunt, qui ſummum perfectionis apicem æmularentur ) rigores novos ſuperinducere procurarũt. Ioannes Paſchaſius (de quo in to. 1. li. 5. diximus ad ſufficientiã) novam meditatus Reformationem, Alphonſo de Mazanete ejuſdem ſpiritus viro unitus novam in ſummo rigore Cuſtodiam ſub titulo Sanctorum Simonis, & Iudæ, dehine ſub titulo S. Ioſeph ſub Patrum Conventualium obedientia inſtituerat. Eodem tempore S. Petrus de Alcantara, qui in Provincia S. Gabrielis Religionis habitum, & ſolemnia profeſſionis vota receperat, ad majores vitæ rigores ſemper anhelans, quamvis in ipſa Miniſter Provincialis iterum electus Conſodales ſuos ad acceptandas in Provincialibus Comitiis rigidiores leges, quas ipſe deſcripſerat, adduxiſſet; ab illa tamen majoris rigoris ineũdi titulo digreſſus, & demum à Ioãnis Paſchaſij jam defuncti diſcipulis rogatus, annuente Paulo IV. Pontifice per Apoſtolicum diploma novæ Reformationis Commiſſarius inſtitutus ( quæ omnia in ſecundâ hujus hiſtoriæ parte, lib. de Provinciis Hiſpanicis ex integro deſcribentur) Provinciam S. Ioſeph Diſcalceatorum anno 1561. Apoſtolica Authoritate in ſummo vitæ rigore conſtituit. Quæ tandem poſt varias viciſſitudines de ſub obedientia Conventualium ad Ordinis unionem ſub Miniſtro Generali reducta, ampliſſimè dilatata, fructus etiam valde conſpicuos meruit proferre ſanctitatis. Reductionis hujuſmodi litteras Apoſtolicas Pij IV. *Hodie à nobis &c. Datum Romæ octavo Kal. Februarij anno* 1562. dabimus in ſecunda parte ad ipſam S. Ioſeph Provinciam. Provinciæ dehinc Arabidorum, & S. Antonij in Luſitania, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Pauli, S. Didaci, S. Petri de Alcantara in Hiſpaniis, S. Gregorij in Philippinis, S. Didaci in Mexico, Matris Dei in Indiis Orientalibus, & aliæ ſuperadditæ, ut propriis in locis de ſingularum erectione dicemus, Diſcalceatorum nomen ex ſanctiſſimis operationibus in obſequium Dei, & Eccleſiæ Romanæ, effecerunt glorioſum. Stabilito ſuæ arctioris vitæ ſtatu, ad ea, per quæ ſecuriùs conſervari poſſent, intendentes, plurima procurarunt ad intentum, & præſertim ne in ſuo gubernio ſpeciali poſſent per Obſervantes quoquomodo perturbari.

Gonzaga in Chron. p. 3. Prov. S. Iacobi.

In legenda vitæ S. Petri de Alcantara Romæ impreſſa.

38. Pri

Bull.Rom. t.5.fol.142 impreſ. Lugdun.

38. Primò etenim obtinuerunt à Gregorio XIII. Pontifice, ut ſoli totius Ordinis Generali Miniſtro ; nulli autem ab iſto inferiori ſubeſſent ; unde Generalis ipſe receſſurus ab Hiſpaniis, quocumque titulo recedat, Diſcalceatorum gubernium nulli de Obſervantibus, ſed alicui Diſcalceato ipſorum gubernium per omnia committere teneretur. Contra quod cum Ioannes Merinero Generalis circa annum 1641. in Italiam profecturus, Commiſſarium ſuum de Obſervantibus, tum ſuper Obſervantes, tum ſuper Diſcalceatos pro interim in Hiſpania deputaſſet, Vrbanus VIII. de omnibus plenè informatus præfatas Gregorij litteras fortioribus clauſulis confirmare voluit, prout ſequitur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Ex Arch. S.Fran.de Vrbe in lib Bull. & Decret. fol.60.

ALiàs fæl. rec. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter pro bono regimine, & fœlici directione Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum in Regnis Hiſpaniarum, per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis litteras inter alia ordinavit, ut Fratres Diſcalceati prædicti juriſdictioni, & correctioni Miniſtri Generalis Fratrum Minorum ejuſdem Ordinis de Obſervantia nuncupatorum, dumtaxat ſubſint, utque in ſua abſentia eorundem Fratrum Diſcalceatorum gubernium alicui ex eiſdem Fratribus Diſcalceatis cōmittere debeat, & aliàs, prout in dictis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem ſicut accepimus, dilectus filius Ioannes Merinero modernus Ordinis prædicti Miniſter Generalis, occaſione ſui è Regnis prædictis in Italiam diſceſſus, gubernium Fratrum Diſcalceatorum dicti Ordinis in iiſdem Regnis cuidam Fratri ex Obſervantibus, non autem ex Diſcalceatis dicti Ordinis commiſerit, licèt apud eum pro parte eorundem Diſcalceatorum inſtitum fuiſſet, ut alicui ex ipſis Diſcalceatis eorum regimen demādaret. Hinc eſt, quòd Nos perturbationibus, quæ inde naſci poſſent, pro paſtorali noſtra ſollicitudine obviam ire, dictorumque Fratrum Diſcalceatorum indemnitati, & proſpero regimini in præmiſſis cōſulere, volentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prædictas Gregorij prædeceſſoris litteras tenore præſentium approbamus, & confirmamus, necnon ut omnes, & ſingulæ eorundem fratrum Diſcalceatorum in Regnis Hiſpaniarum prædictis Provinciæ durante ejuſdem Ioannis Miniſtri Generalis ab eiſdem Regnis abſentia ab eorundem Provinciarum Miniſtris Provincialibus, à quibus ad Diffinitoria ipſarum Provinciarum appellari poſſit, regantur, & gubernentur; ille verò ex dictis Fratribus Obſervantibus, cui dictus Ioannes Miniſter Fratrum Diſcalceatorum prædictorum gubernium, ut præfertur, commiſit, nihil planè juriſdictionis, & authoritatis in illis habeat vel exerceat, dictique Fratres Diſcalceati obedire ei nullatanus teneantur; utque ita, & non aliter in præmiſſis perpetuò obſervetur, quando, & quoties pro tempore exiſtentem Miniſtrum Generalem à Regnis prædictis abeſſe contigerit, tenore præſentium volumus, ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes præſentes litteras, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dictis Fratribus Diſcalceatis pleniſſimè ſuffragari; ſicq; & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos judicari, & diffiniri debere; ac irritū, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quamvis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilecto filio nunc, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis prædictis Nuncio per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, ut quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi deſuper fuerit requiſitus, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta, quæcumque ſolemniter publicans, illiſque efficacis defenſionis præſidio in præmiſſis aſſiſtens faciat illa ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas,

ſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque deſuper ſervatis ſervandis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; Invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & Concilij Generalis de duabus dietis, aliiſque conſtitutionibus, &c. Volumus autem, &c. Datum Romæ &c. die 8. Aprilis 1642. Pontif. noſtri anno 19.

Ex Chron. Prov. S. Antonij in Luſitania Ex Reg. Ordin.

39. Deinde Recollectionis profeſſores, qui ſcilicet in Provincia Portugalliæ de Obſervantia domos recollectas inhabitabant, ſimul convenientes, & Henrici Cardinalis Infantis authoritate protecti Diſcalceatis nomen dantes, in propriam erigi Provinciam impetrarunt, quod itidem ut facerent Recollecti de Provincia Aragoniæ, Valentiæ, & Cathalauniæ attentare voluerunt, ut fuſiùs ſequenti lib. dicemus.

40 Cum verò Fr. Ioannes Baptiſta Piſaurienſis Italus inter Diſcalceatos in Hiſpania profeſſus, quòd fortè Reformationem Italicam elangueſcere crederet, Diſcalceatorum inſtitutum nulla munitus legitima facultate voluiſſet in Italiam introducere; Sixtus V. Pontifex de omnibus plenè informatus, atque jam Conventuales, & Obſervantes Reformatos in Italia præexiſtere allegans, Conventus omnes, quos Piſaurienſis Hiſpanicis Diſcalceatis aggregaverat, extinxit, & ordinavit, ut ſequitur.

SIXTUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t.1. fol. 507 bull 99. Sixti P.V.

CVm ſicuti ad aures noſtras nuper pervenit, dilectus filius Ioannes Baptiſta de Piſauro, profeſſor Ordinis Fratrum S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum Regnorum Hiſpaniarum, in Italiam veniens, multos diverſorum Ordinum Religioſos, tàm Mendicantium, ac Capuccinorum, quàm non Mendicantium, & alias ſæculares perſonas in nõnulla loca, ſeu domos ipſius Italiæ per eum recepta ad habitum per Fratres Scalceatos hujuſmodi geſtari ſolitum ſuſcipiendum, & profeſſionem per eos emitti conſuetam emittendam, Sede Apoſtolica omnino inconſulta, receperit, eorumque plerique ſic recepti, habitum ſuſceperint, & profeſſionem hujuſmodi emiſerint.

§. 1. Nos qui prædictorum Scalceatorum inſtitutum hoc tempore in Italiam inducendum non cenſemus, conſiderantéſque, Fratres qui Reformati Conventuales, & de Obſervantia appellantur, in puritate, ac ſimplicitate eorum Ordinum viventes in eadem Italia, benedicente, & incremẽtum dante Domino florere; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, inſtitutum Fratrum Scalceatorum hujuſmodi in diverſis locis, Eccleſiis, & Conventibus Italiæ receptum, & tàm per dictum Ioannem Baptiſtam, quàm omnes, & ſingulos alios ſocios ſuos Scalceatorum introductum Apoſtolica authoritate, tenore præſentium extinguimus, ſupprimimus penitùs, & abolemus.

§. 2. Ac loca, domos, Eccleſias, & Conventus hujuſmodi cum omnibus eorum Ornamentis, & Sacra ſupellectile, & juribus univerſis Ordini Fratrum Minorum S. Franciſci Conventualium Reformatorum nuncupatorum perpetuò concedimus, & aſſignamus, ſeu unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quòd liceat ipſis Fratribus Conventualibus Reformatis, nullius ad hoc requiſitâ licẽtiâ, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem præfatorum locorum, Conventuum, & Eccleſiarum liberè apprehendere, in eiſque juxta formam inſtitutorum regularium, ac litterarum Apoſtolicarum confirmationis, & approbationis ejuſdem Ordinis Conventualium Reformatorum à Nobis emanatarum, & per officium minoris gratiæ expeditarum vitam ducere regularem.

§. 3. Nec non Ioannem Baptiſtam, omneſque aliòs ejus ſocios, ac eorum ſingulos, ab omni Apoſtaſiæ nota, ac quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam quia à Superioribus Ordinũ licentiâ inde exeundi non potierint, aut aliàs quomodolibet reſpectivè incurrerint, necnon ab exceſſibus hujuſmodi in utroq; foro authoritate, & tenore præmiſſis, abſolvimus, ac totaliter liberamus, dictaſque ſententias, cenſuras, & pœnas, eis, & civilibet eorum

eorum gratioſè remittimus, & condonamus, atque relaxmus. Ac cum eiſdem ſuper irregularitate per eos, & quemlibet eorum, qui interim ob præmiſſa cenſuris innodati divinis, non tamen in contemptũ Clavium quomodolibet ſe ſe reſpectivè immiſcuerint, incurſa, quòdque illa, & aliis, & præmiſſis non obſtantibus clericali charactere, ac omnibus etiam Sacris, & Preſbyteratus Ordinibus, per eos, & quemlibet eorum reſpectivè aliàs ritè ſuſceptis, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, liberè, & licitè valeant, diſpenſamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam contra eos, & quemlibet eorũ ex præmiſſis omnibus, & ſingulis quomodolibèt inſurgentẽ, ab eiſdẽ penitùs abolemus, ipſoſque in priſtinũ, & eũ, in quo ante præmiſſa quomodolibet erãt, ſtatum in omnibus, & per omnia reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus. Decernentes, quòd dictus Ioannes Baptiſta, & alij, qui in aliis Religionibus priùs profeſſi fuerant, vel ad eaſdem redire teneantur, vel ſi ad Fratres Conventuales Reformatos prædictos tranſire maluerint, ad eos tranſire, & ibidem recipi, & recepti permanere poſſint, dummodo prædicti aliarum Religionum profeſſi, ſi ad dictos Fratres Conventuales Reformatos tranſire voluerint, profeſſionem denuo emittant, & quæ ab una in aliam Religionem tranſeuntes ſervare tenentur, ſervent. Aliis verò ſæcularibus, qui ab eodem Ioanne Baptiſta, ſive aliis ſociis Scalceatis recepti, & ad profeſſionem admiſſi fuerunt, in prædictorum Fratrum Conventualium Reformatorum, vel alias Religiones, pares, vel arctiores à Sede prædicta approbatas, dũmodo de novo Novitiatum faciãt, ingrediẽdi licentiam, & facultatẽ cõcedimus, & impertimur. Decernẽtes etiam omnes ſupradictos poſſe in ſupradictas Religiones recipi, etiam non expectato Capituli, vel Congregationis Capitularis tempore juxta Conſtitutionis à Nobis noviter emanatæ formam, cui harum ſerie, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus.

§. 4. Quòdque ipſi omnes in prædictos Conventuales Reformatos recepti, omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, indultis, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, ac aliis gratiis, tam ſpiritualibus, quam tẽporalibus, quibus ipſi Fratres Conv. Reformati, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudẽt, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibèt in futurum, pariformiter, & equè principaliter, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, authoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

§. 5. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quã cavetur expreſsè, ne cujuſvis Ordinis Mendicantium profeſſores loca ad inhabitandum recipere, ſeu recepta mutare, abſque Sedis prædictæ licentia ſpeciali de prohibitione expreſſã mentionẽ faciente, ac aliis quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis &c.

§. 6. Volumus autem, &c. Dat. Romæ, &c. die 20. Decembris 1589. Pontif. noſtri anno quinto.

41. Alia plurima exemptionum privilegia, & gratias à Greg. XIII. Reformationis amantiſſimo maximè pro Viſitatorib⁹ Provinciarum ſuarum non niſi de Diſcalceatorum conſortio aſſumendis impetrarunt; quæ à Clemente VIII. datis litteris Apoſtolicis, *Dudum fœl. &c. die* 25. *Martij* 1592. atque *Cum ſicuti cariſſimus &c. die* 10. *Martij* 1594. (prout expreſsè allegantur in Indiculo Bullarij Aluæ) confirmata fuiſſe leguntur.

42. His omnibus non contenti, ſeparationem ab Obſervantibus, atque ſuo in regimine independentiam intentantes, movente in primis Patre Ioanne de S. Maria Provinciæ S. Ioſeph ex-Miniſtro, ejuſque nomine in Apoſtolica Curia Fr. Didaco de Veja vividè pro Diſcalceatis agente, Vicarium Generalem de ſuis, & à ſuis eligendum ardentiſſimo conatu habere procurarunt; ad illius inſtar, quem Carmelitis, Auguſtinianis, atque Trinitariis Diſcalceatis, ſeparatim ab ipſorum reſpectivè Conventualibus conceſſum fuiſſe videmus; potiſſimùm verò ex eorumdem Obſervantium exemplo, qui agente in primis B. Ioanne Capiſtranenſi apud Eugenium Pontificem, duabus præſertim de cauſis impetrarunt; ne videlicet ipſos in ſuo Reformato vivendi modo à Superioribus non Reformatis inquietari contingeret; atque ne cum non Reformatis, vel in Conventibus, vel à negotiorum occaſione

Arch. Aracœl. Cur. Vltram. Reg. 2 fol. 68. & 81. & 242.

ſione conviventes, traherentur & ipſi in relaxationem. Hæc omnia vivido conatu coram Clemente Pontifice repræſentantes; triaque potiſſimùm querelarum capita, ex quibus ad hæc vel inviti traherentur, allegantes, poſtulatum Vicarium Generalem à Generali Miniſtro in ſola confirmatione dependentem, à Pontifice ultra fidem Reformationis amantiſſimo ſeſe conſecuturos nullo negotio confidebant, Ioanne Rada viro ex omni parte conſpicuo ex officio ſuo Procuratoris Generalis in Curia Ordinis unitatem, & Miniſtri Generalis tunc abſentis juriſdictionem vividè defendente.

Arch. Ma-trit. in Reg. Ord. n. 21.

Ibid. 43. Dum hæc toto conatu agitarentur in Vrbe, Franciſcus de Souſa totius Ordinis Miniſter Generalis ad viſitandas Germanicas Provincias digreſſus, cùm Pragæ in Bohæmia ægrotus decumberet, de omnibus plenè informatus, ut querelas omnes, quibus à ſubditis illis ſuis fuerat apud Pontificem traductus, efficaciter dilueret, Officij ſui illæſam dignitatem, Ordiniſque unitatem defenderet, doctiſſimas, atque pijſſimas, & tanto viro dignas dedit epiſtolas, Dat. Pragæ ſub die 12. Novembris 1603. ubi & graviſſima adducit incōvenientia, quòd in uno Minorum Ordine tot debeant reperiri capita, nempe Obſervantium, Conventualium, Capuccinorum, Diſcalceatorum, Recollectorum, Reformatorum, atque Tertiariorum, concludens in fine, utile non eſſe Diſcalceatis, quod poſtulant, nec ipſos eſſe in tali poſtulatione audiendos.

44. Alias itidem ad Diſcalceatos ipſos litteras adjecit paterni quidem amoris, juſtarumque querelarum plenas, novitates iſtas non à bono ſpiritu proceſſiſſe demonſtrans; paternum ſuum, & prædeceſſorum ſuorum affectum, recenſitis caſibus commemorans oſtendit, quomodo nunquam eis vel oneroſus in expenſis, vel moleſtus in regimine, cauſam hæc agitandi nullam adminiſtraverit, inconvenientia non tacet, quæ declinare omninò non poſſint, ſi poſtulatum Vicarium impetraverint.

45. Tandem ubi lectis hujuſmodi ſuis litteris (quod rigoroſè præcipit) in ſingulis Diſcalceatorum Cœnobijs, atque ſingulorum Fratrum ſuffragijs ſecreto receptis, à majori ipſorum parte Vicarius hujuſmodi poſtuletur, ſupramemoratum P. Ioannem à S. Maria in Vicarium Generalem à ſe ſolo dependentem ipſis ultro ſua ordinaria authoritate concedit. Nec tamen ideò impetrata quies; cauſam ſuam protegente Generali Ordinis Procuratore, dum Diſcalceati in poſtulanda ſeparatione immobiles perſiſterent; nec tamen unanimi conſenſu; quoniam aliquæ illorum integræ Provinciæ, quæ præſertim in Luſitania ſunt, ſcriptis etiam doctiſſimis libellis, & ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſſis, prætenſum Vicariatum apertè condemnabant.

46. Cauſa demum à Clemente Pontifice Sac. Cardinalium Congregationi remiſſa reſolutionem negativâ excepit, Vicarium nempe à Diſcalceatis expetitum non eſſe concedendum; cui negativæ potiſſimum dediſſe creditur fundamentum, Reformatorum de Italia hac in re unanime ferè reſponſum; dum anno 1600. generalibus in Comitijs ſæpiùs, & efficaciùs interrogati, an eis expediret Vicarium Generalem in regimine independentem habere? negativè reſponderunt. Diſcalceati ab obtinendo Vicariatu excluſi Commiſſarium ſaltem poſtularunt, tunc à Miniſtro Generali deputandum, deinceps verò ab ipſis Provincialibus Diſcalceatorum eligendum, atque illicò ab electione confirmandum, vel à Miniſtro Generali, aut in hujus abſentia per Pontificem, vel ab ejuſdem per Hiſpanias Nuncio Apoſtolico, cum privilegijs, & conditionibus in memoriali appoſitis, & præſertim, ut à Commiſſario Generali Vltra-montanæ familiæ nullatenus dependeret. Ibid.

47. Productis pro utraque parte validiſſimis rationibus, tota animi contentione apud Sedem Apoſtolicam decertatum eſt à Diſcalceatis pro obtinendo, quod petebant, ab Ordinis Procuratore, ut poſtulata refelleret. Ante negotij concluſionem Romam appulit Marchio de Villena Regius apud Sedem Apoſtolicam Orator, qui pro parte Majeſtatis Catholicæ tàm efficaciter cum Diſcalceatis adlaboravit, ut de conſenſu quatuor Cardinalium, quibus negotium iſtud à Pontifice commiſſum fuerat, Vicarius Generalis à Diſcalceatis expetitus, ab illorum ſolis Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus ad triennium ſemper eligendus

dus à Pontifice Clemente fuerit conceſſus ex poteſtatis amplitudine, ut ſingulis triennijs Fratres ſuos ad Capitulum Generale convocare, atque ibidem leges, & ſtatuta condere, domos novas recipere, aliaque plurima peragere valeret; hoc unũ Generali Miniſtro reſervãdo, ut per ſe ipſum, & non per aliũ Diſcalceatos viſitare ſibi liceret, non autẽ de ipſorũ gubernio ſeſe ingerere; Vicarium Generalẽ non aliter quàm de cõſenſu majoris partis ſuorum Provincialiũ corrigere, atque punire valeret; prout in Brevi, quod exſcribimus, latiùs eſt videre. Quoniam verò ſub ipſa diplomatis expeditione multorum è Diſcalceatis ipſis contra Vicarij hujuſmodi poſtulationem, & ab Ordine ſeparationem altè conclamantium litteræ fuerunt ad Pontificem delatæ; ad hoc tandem deventum eſſe legimus, ut Breve ipſum conceſſionis Dominico Ginnaſio S. R. E. Cardinali Sipontino, & cum poteſtate de Latere Legati per Hiſpanias Nuntio Apoſtolico mitteretur, conditione hac exequendum; ut Nuntius ipſe Miniſtrorum, Cuſtodum, & Patrum ex omnibus Diſcalceatorum Provinciis capitulariter convocatorum vota ſecretò diſquireret; & quidem illis pro majori parte in ſeparationem conſentientibus, Breve ipſum, ejuſque executionem illicò concederet, atque congregatos illos Patres ad Vicarij Generalis electionem induceret; ſin eos pro majori parte diſſentiri contingeret, Breve ipſum omninò ſuppreſſum ad Pontificem remittere deberet: diplomatis tenorem exhibeo.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Dilecto Filio noſtro Dominico Ginnaſio S.R.E. Presbytero Cardinali Sipontino.*

Reg. Vitra-m.t.2. fol.242.

48. Dilecte Fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Expoſcit debitum paſtoralis officij Nobis divina diſpoſitione commiſi, ut circa ea noſtræ ſollicitudinis partes libenter interponamus, per quæ Regularium perſonarum (præſertim ſub ſtrictiori Regulæ Obſervantia Deo famulantium) quieto, & proſpero ſtatui, ac ſalubri directioni opportunè conſulatur. Cùm itaque (ſicut accepimus) in Regnis Hiſpaniarum Fratres Diſcalceati Ord. Min. S. Franciſci de Obſervantia in ſeptem Provincias diſtributi, Regulam S. Franciſci ſtrictiori Obſervantia, quam Fratres de Familia nuncupati ejuſdem Ordinis, magna cum Chriſti fidelium ædificatione cuſtodiãt, & obſervent, ac uberes in agro dominico fructus producant, uberioreſque in dies ex illis produci poſſe ſperandum ſit, ſi deinceps ab uno Capite ejuſdem inſtituti regerentur. Quandoquidem is tamquam magis inſtructus, & informatus eorum inſtituti, & Obſervantiæ regularis, illos rectiùs, & fœliciùs regere, & gubernare valeret. Propterea, cùm Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici per dilectum filium nobilem virum Ioannem Fernandez Pacheco Marchiunem Villenæ, & Ducem Eſcalonæ, ejus apud Nos Oratorem, ac eorumdem Fratrum Diſcalceatorum nominibus per dilectum Filium Didacum de Veja dicti Ordinis, & Inſtituti Profeſſorem, qui hac de cauſa perſonaliter ad Vrbem acceſſit, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc illis indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos illorum pio deſiderio quantùm in Domino poſſumus favorabiliter annnere cupientes, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, &c. tibi, de cujus pietate, prudentia, & religionis zelo plurimùm in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, ut omnes Miniſtros Provinciales, Cuſtodes, & alios Fratres, qui aliàs in eorum Provinciis Miniſtri Provinciales fuerunt, authoritate noſtra convoces, eis proponas, an Vicarium Generalem, qui omnium Provinciarum ſuarum Superior, & Caput exiſtat, eligi deſiderent, & ſi illos omnes, aut pro majori parte de hujuſmodi electione facienda convenire compereris, tunc eis ex his authoritate noſtra facultatem eligendi hujuſmodi Vicarium Generalem ex Fratribus ejuſdem eorum inſtituti concedas; ac illum, in quem plura vota concurrerint, in Vicarium Generalem pro ſexennio proximo cum facultate, & authoritate Provincias prædictas, earumque Miniſtros Provinciales, Cuſtodes, & Fratres regendi, gubernandi, viſitandi, reformandi, & corrigendi, ac alia omnia, & ſingula ad officium Vicarij Generalis hujuſmodi ſpectantia, & pertinentia faciendi, ordinandi, & exe-

quendi dicta authoritate noſtra confirmes. Impoſterum autem pro electione Vicarij facienda, Miniſtri Provinciales, & Cuſtodes Provinciarum earumdē, tantummodo convocari debere, atque confirmationem Vicarij Generalis, qui deinceps ad dilectum Filium Miniſtrum Generalem totius Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia pro tempore exiſtentem, qui illum intra tres dies à die petitionis illi intra menſem facienda confirmare teneatur: alioquin ſi hujuſmodi confirmationem diutiùs concedere diſtulerit, lapſis tribus dictis diebus, electus in Vicarium Generalem authoritate Apoſtolica confirmatus cenſeatur, ſpectare debere. Interim tamen à die electionis uſque in diem confirmationis eumdem electum officium Vicarij Generalis, æquè ac ſi cōfirmatus eſſet exercere licitè poſſe decernas. Præterea quòd ſi Vicarius Generalis pro tēpore ſententiam aliquā, contra quēlibet ſui Ordinis Religioſū tulerit, per quam illū ad triremes, aut privationem habitus cōdemnet, ipſe condemnatus ad prædictum Miniſtrum Generalem provocare, & appellare poſſit. Quòdque ipſe Miniſter Generalis per ipſum dumtaxat perſonaliter viſitare, & corrigere poſſit prædictum Vicarium Generalem, ac Provinciales, Cuſtodes, & Fratres dicti Ordinis, & inſtituti Diſcalceatorum, piè, benignè, & charitativè ad meliorē frugem provocando, & ſi quemque repererit criminoſum, ipſum Vicarium videlicet de conſilio, & aſſenſu majoris partis Miniſtrorum Provincialium prædictorum, cęteros verò de conſilio, & aſſenſu majoris, & ſanioris partis Fratrum domus, vel Conventus Viſitatorum in eodem loco, & non extra, corrigere, punire, pœnitentiare, & emēdare valeat, ſecundùm quod delicti qualitas exegerit faciendum. De regimine verò, & cura prædictorum Fratrum Diſcalceatorum ſe aliter intromittere non poſſit. Quòdque prædicti Fratres Diſcalceati non teneantur convenire in Capitulis generalibus dicti Ordinis Fratrum de Obſervantia. Capitula autem generalia ipſorum Fratrum Diſcalceatorum ſingulo triennio facienda, Vicarius Generalis pro tempore exiſtens convocare, & in illis præſidere poſſit, & debeat. Si verò Generalis Vicarius infra officij ſui tempus ex hac luce migraverit, ſeu aliàs ab officio amotus fuerit, Miniſter Provincialis, in cujus Provincia illum mori, vel amoveri contigerit, nuntiare teneatur (quantò citiùs poterit) omnibus Diffinitoribus Capituli Generalis immediatè præcedentis, & omnibus Miniſtris Provincialibus, ac de conſilio, & conſenſu duorum Miniſtrorū Provincialium proximiorum determinare debeat locum, & tempus, niſi fuerint per generale Capitulum, vel per prædictum Vicarium Generalem ante ipſius obitum, & amotionem deputata, & convocet, qui fuerint evocandi pro ſucceſſoris Vicarij electione celebranda: ac intermedio vocationis tempore officium Vicariatus hujuſmodi exerceat primus Diffinitorum prædictorum, vel ipſo deficiente, ſecundus, & ſic ſucceſſivè cum plenaria poteſtate prædicta, eadem authoritate noſtra perpetuò ſtatuas, & decernas; cæterùm futuro Vicario Generali, & Capitulis generalibus, ut pro bono ipſorum Fratrum Diſcalceatorum regimine quæcumque ſtatuta, & ordinationes earum regularibus inſtitutis, ac ſac. Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis conformia facere, eaque is, qui Capitulo generali pro tempore præſederit, confirmare valeat, concedas, & indulgeas. Super quibus omnibus plenam, liberam, & amplam facultatem, & authoritatem tibi concedimus, & impartimur: non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, &c. Cæterùm eiſdem Fratribus Diſcalceatis Provinciarum prædictarum ex nunc, prout ex tunc, poſtquam ad electionem prædicti Vicarij Generalis deventum fuerit, licentiam erigendi in hac alma Vrbe unum eorumdem Fratrum Conventum, ad quem omnes ejuſdem Ordinis, & Provinciarum prædictarum Fratres, huc quacumque de cauſa venientes accedere debeant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Datum Romæ &c. die 6. Iunij 1604. Pontif. noſtri anno 13.

49. Nuncius itaque Pontifici morem geſturus Patres vocales ſupra deſignatos Arch. Matrit. ubi ſup. n. 23.

Valliſo

Valliſoletum ad S. Didaci Diſcalceatorum evocavit, qui die 29 Septembris 1604. coram Nuntio ex Arabidæ, Pietatis, & S. Antonij in Luſitania, ex S. Gabrielis, S. Ioſeph, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Pauli in reliqua Hiſpania Provinciis, numero novem, & viginti Vocales capitulariter cum eſſent congregati, duodecim ſoli ex ipſis pro Vicarij Generalis poſtulatione, reliqui omnes pro illa tamquã ſibi noxia reijcienda unanimi conſtantia perſtiterunt Præ cæteris, qui contra ſeparationem verbo, & ſcripto pugnarunt, dixit, & ſcripſit efficaciùs tum Pontifici, tum Philippo III. Regi Catholico, tum Nuntio Apoſtolico Fr. Ioannes de Plagis ex Arabidorum Provincia, qui contra novitatem iſtam veluti contra ultimam ſanctioris Diſcalcetorum gubernij ruinam, & exterminium pacis, atque quietis, calamum exacuit; & cum eo de præfata Arabidorum, de Pietatis, de S. Gabrielis atque S. Antonij Provinciis Vocales omnes unanimi conſenſu conclamarunt: tandem omnes nemine diſcrepante per ſcripturam authenticam ab univerſis Provincialibus ſubſcriptam, die 30. Septembr. 1604. præfato Cardinali authenticè præſentam conteſtati ſunt, ſe ſe rejectis novitatibus, atque diviſionibus in Sancta unione, atque ſub Miniſtri Generalis obedientia velle perſeverare.

Ibid. in Arch. Aracœl. fol. 259. t. 2.

50. Sopita pro tunc, ſed non extincta controverſia (Patribus in illo congreſſu pro ſua fortè, vel paſſione, vel ſenſu dicentibus) iterum anno 1621. ſub Gregorio XV. Pontifice efficaciùs revixit. Romã appulerat ex ſua S. Ioſeph Provincia Fr. Paulus Matritenſis Laicus, ſive Converſus, altos tamen ſpiritus gerens; hic medio Fr. Didaco de Reformatione Italica Laico itidem Bononienſi ad Pontificem libero acceſſu introductus, hujus gratiam ea ſingularitate obtinuit, ut quò diutiùs, tutiùs, & liberiùs poſſet in Vrbe commorari, pro ſuis Hiſpaniarum Diſcalceatis novum ad S. Iſidori in vertice Vrbis hoſpitium; & ibidem ad negotia in Apoſtolica Curia pro iiſdem Diſcalceatis peragenda proprium de ſuis, & à ſuis eligendum Procuratorem Generalem impetrare potuerit; prout in adjecto diplomate apparebit.

## GREGORIVS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Arch. Aracœl. Reg. Vltra m. t. 2. fol. 253

51 AD uberes, & ſuaves fructus, quos dilecti Filij Fratres Ord. Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceati nuncupati, Hiſpaniarum, & Indiarum in militanti Eccleſia, cujus regimini divina diſponente clementia præſidemus, in dies afferunt, mentis noſtræ aciem convertentes, quid pro laudabilis eorum inſtituti fœlici directione, atque progreſſu conferat, diligenter proſpicimus, ac deſuper providentiæ noſtræ partes propenſis ſtudiis interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Volentes itaque Fratres prædictos ſpecialis gratię favore proſequi, & eorum ſinglares perſonas à quibuſvis excommunicationis, &c. ut unum Hoſpitium in Romana Curia, & unum Procuratorem Generalem ex ipſis Fratribus ſemper eligendum, habere liberè, & licitè poſſint, & valeant, ita videlicet; ut dictus Procurator in eodem Hoſpitio aſſiſtat, & ſit Prælatus omnium Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum ad eamdem Curiam pro quocumque negotio, aut quocumque modo accedentium. Fratres verò omnes prædicti dictum Hoſpitium adire, & ſe dicto Procuratori Generali præſentare, dictus autem Procurator illos expedire, eiſque Patentes litteras ad repetendum ſuas Provincias cõcedere reſpectivè teneantur, & dictus Procurator eligendus votum nullo modo habeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus: dictumque Hoſpitium Miniſtro Generali immediatè, qui per ſe ipſum, quando ſibi videbitur, aut per unum Commiſſarium ex dictis Fratribus Diſcalceatis aſſumptum una vice intra tempus trium annorum, & non aliàs, nec alio modo viſitare valeat, authoritate, & tenore prędictis ſubijcim⁹, & ſupponimus. Inſuper pro hac prima vice dilectum filium Balthaſarem de Pliego dicti Ordinis, & infraſcriptæ Provinciæ S. Ioſeph profeſſorem, qui ut accepimus in eadem Provincia Guardiani, ac in aliis præcipuis dicti Ordinis domibus regularibus Prædicatoris reſpectivè muneribus functus eſt, & in dicta Curia

Curia præſens ex:ſtit, in Procuratorem Generalem hujuſmodi uſque ad Capitulum generale proximè futurum dumtaxat conſtituimus,& deputamus.In præfato autem Capitulo generali, quòd Miniſter Generalis ejuſdem Ordinis, cum omnibus aliis vocandis Fratribus Diſcalceatis Provinciarum Pietatis, S. Gabrielis, S. Ioſeph, S. Pauli, & S. Ioannis Baptiſtæ,Rabidæ, S. Antonij, S. Didaci in Regnis Hiſpaniarum, S Gregorij in Inſulis Philippinis,& S. Didaci in nova Hiſpania, aut eorum aliquibus, qui præſentes adfuerint, hujuſmodi Procuratorem ex una Provinciarum hujuſmodi eligant, qui pariter etiam tanquam Prælatus ad dictum Hoſpitium, ut inibi reſideat, accedere teneatur; electio autem hujuſmodi ſic facta uſque ad aliam Congregationem generalem duret, quæ ſi in Regnis Hiſpaniarum celebrabitur, Miniſter Generalis, & alij ſupradicti alium Procuratorem eligant, & ſi forſan non fieret, vel in Italia celebraretur, electio hujuſmodi per Miniſtrum Generalem,ac Provinciales, & Cuſtodes trium prædictarum Provinciarum magis vicinarumCuræ prædictæ videlicet S. Gabriellis, S. Ioſephi, & S. Pauli fiat, & ſic ſemper, & perpetuò de triennio in trienniū continuetur, de Capitulo ad Congregationem generalem, & de Congregatione ad Capitulum; & ſi fortè dictus Procurator Generalis ob aliquam cauſam à dictā Curia diſceſſerit, tunc unū ſubſtitutum ad munus obeundum in ſui locum, qui eamdē quam ipſe authoritatē habeat, uſquequò de novo electus veniat,deputare poſſit. Præſentes verò litteras ſēper,& perpetuò validas,firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, eiſdemque Fratribus Diſcalceatis, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari.Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari & diffiniri debere,ac irritū, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquā quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, authoritate, & tenore prædictis decernimus & declaramus. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ &c. die 10. Septembris 1621. Pontif. noſtri anno primo.

52. Deputato Procuratore, non contentus præfatus Paulus de Matrito,etiam Pontificem precibus, atque informationibus ſuis adducere potuit, ut Diſcalceatis ſuis Vicarium Generalem, fruſtra contra nitente per doctiſſimas oppoſitiones Antonio Daza tunc temporis in Curia Commiſſario Generali, concedere voluerit prævio Commiſſario Generali, qui decem (totidem jam numerabantur) Diſcalceatorum Provinciarum Vocales in Brevi Apoſtolico deſignatos ad Vicarij Generalis electionem convocaret, prout ſequitur.

## GREGORIUS PAPA XV.

*Ad futuram rei memoriam.*

53. EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea, per quæ Chriſti-fideles ſub ſuavi Religionis jugo, & Strictioris Obſervantiæ Regulis Altiſſimo famulantes in laudabili eorum Inſtituto ſublatis impedimētis quibuſlibet fœliciter, & quietè perſeverare valeant, libenter intendimus, ac deſuper Paſtoralis officij noſtri partes favorabiliter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire: Hinc eſt quòd Nos proſpero Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervātia Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciarum Pietatis, S. Gabriellis, S. Joſephi, S. Ioannis Baptiſtæ, Rabidæ, S. Antonij, S. Pauli, S. Gregorij Philippinarum,S. Didaci in Nuva Hiſpania, & S. Didaci in Bethica, ſtatui atque directioni quantùm cum Domino poſſumus, conſulere volentes motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris dilectū filium Ioannem de S.Maria ejuſdē Ord.profeſſorem inCommiſſarium Apoſtolicum Apoſtolica authoritate, tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.Inſuper authoritate, & tenore ſimilibus ſtatuimus, & ordinamus; quòd ſi eumdem Ioannem ante electionem Vicarij Generali, ut infra eligendi, obire contigerit, ejus loco maneat ſubrogatus ille,in quem conſenſerit major parsDiffinitorij illius Provinciæ, in qua è vita diſceſſerit, qui Apoſtolica authoritate cum præcepto adſtrictus, convocet omnes Miniſtros Provinciales,& Cuſtodes dictarum Provinciarum Ibid.fol. 254.

rum

rum Hiſpaniarum, & Procuratorem Rom. Curiæ, nec non (pro hac vice tantùm) alios Fratres, qui aliàs in præfatis Provinciis Miniſtri Provinciales extiterunt, vel hujuſmodi privilegio gaudent, ad feſtum Pentecoſtes proximè venturum anni 1622. conventuros in loco per dictum Commiſſarium deputando, in quo eodem Commiſſario præfata authoritate Præſidente, cum voce tàm activa, quàm paſſiva, omnes ſic vocati, Capitulum Generale celebrantes eligant unum ex eiſdemmet Fratribus ejuſdem inſtituti, & arctioris Obſervantiæ Diſcalceatis in ſuum Vicarium Generalem. Interim verò, & donec dictus Generalis Vicarius eligetur, prædictus Commiſſarius in dictas Provincias, & omnes Fratres Diſcalceatos hujuſmodi habeat, & exerceat eamdemmet authoritatem, & poteſtatem, quam habiturus eſt dictus Vicarius Generalis. Electus tamen ille cenſeatur, in quem major pars votorum concurrerit, & ex nunc Apoſtolica authoritate confirmatus maneat ad ſexennium duraturus cum facultate, & authoritate Provincias prædictas, tàm Hiſpaniarum, quàm Indiarum (& quæ in poſterum multiplicabuntur) eorumque Miniſtros, Cuſtodes, Guardianos, & cæteros Fratres regendi, gubernandi, viſitandi, reformandi, & corrigendi, & alia omnia, & ſingula ad officium Vicarij Generalis hujuſmodi ſpectantia, & pertinentia, & quæ Miniſter Generalis Ordinis ex conſuetudinibus, vel conſtitutionibus Apoſtolicis, & Ordinis ſtatutis quomodolibet (non tamen quatenus Diſcalceatorum ſtatui reperiantur adverſantia) reſpectu totius Ordinis poteſt, faciendi, ordinandi, utendi, & exequendi. Præterea ut Vicarius Generalis electus teneatur petere confirmationem ſuæ electionis à Miniſtro Generali dicti Ordinis intra menſem, ſi in Hiſpania fuerit, ſi verò extra, Citra tamen montes intra duos menſes. ſi tamen Vltra-montes, intra tres menſes; Generalis autem Miniſter infra tres dies à die petitionis, dictam electionem confirmare teneatur, alioquin ſi confirmationem hujuſmodi diutiùs concedere diſtulerit lapſis dictis tribus diebus dictus electus in Vicarium Generalem Apoſtolica authoritate confirmatus maneat, & cenſeatur; interim tamen à die electionis uſque ad diem confirmationis idem electus officium Vicarij Generalis æquè ac ſi confirmatus eſſet, exercere liberè valeat, & debeat, quod ſemper in electione & confirmatione Vicarij Generalis hujuſmodi ſuis temporibus facienda obſervandum erit. Quódque in eodem Capitulo, & in poſtmodum celebrandis eligantur quatuor Diffinitores Generales, ac Vicarius Generalis cum Diffinitorio eligat ſibi in ſocium, & ſecretarium virum Religione, zelo, ſcientia, prudentia, integritate, atque experientia præditum, cujus etiam conſilio pro caſuum exigentia valeat uti, & utatur. Provinciales verò, & Cuſtodes convocandi ad hoc primum Capitulum Generale ſecum afferant ſtatuta, & ordinationes ſuarum Provinciarum, quæ delectis aliquibus Fratribus, ad id idoneis committantur inſpicienda, & ex omnibus illis ſtatutis ſeligêtur, quę ad communem modum vitæ, & regiminis Provinciarum, & Fratrum prædictorum aptiora, & convenientiora judicabuntur, quæ ſtatuta maneat pro cunctis generalia; ita ut quantò fieri potuerit; uniformitas in exteriore vita, & venuſtas mentium etiam per charitatem unitatis internæ dulcedinem præſeferens ipſos ſibimet efficiat chariores, cæteriſque reddat commendabiles, atque imitabiles; quæ ſic ſelecta ex antiquis ſtatutis, vel noviter in præfato Capitulo ordinato proponantur omnibus Electoribus, & quæ major pars approbaverit, admiſerit, & acceptaverit, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis contraria non ſint, maneant ab omnibus obſervanda; cætera verò, quæ pro differentia, & qualitate locorum, & nationum inveterati uſus, & conſuetudinis unicuique Provinciæ reſervanda cenſebuntur, eiſdem reſpectivè maneant particularia. De cætero autem ordinationibus generalibus Ordinis non ligentur, quæ inter ſeligendas, & condendas per ipſos non fuerint inſertæ, & incorporatæ: ad hæc in dicto primo Capitulo generali proponatur, an expediens ſit, ut quando Vicarius Generalis electus fuerit ex aliqua Provinciarum Coronæ Caſtellæ, vel Aragoniæ eligatur unus Commiſſarius Provinciarum Portugalliæ, & è converſo, quando Vicarius Generalis fuerit ex dictis Portugalliæ Provincijs conſtitutus, ſimiliter ſit

ſit Commiſſarius Provinciarum dictæ Coronæ Caſtellæ, & Aragoniæ, quòd ſi in hujuſmodi Commiſſarij deputatione, & ordinatione major pars conſenſerit, ad illius electionem procedatur per Vicarium Generalem,& Vocales illarum Provinciarũ tantummodo, quibus præficiendus erit, electuſque quoad dictas ſuas Provincias habeat eam authoritatẽ, quam in dicto Capitulo per ſtatutum, & ordinationem fuerit ordinatum, ut habeat. Inſuper pro Indiarum Provinciarum meliori regimine quoad Commiſſarium in illis partibus, vel in Curia chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, aut utrobique conſtituendum, conferatur, & diſponatur in dicto Capitulo, prout major cõvenientia, ſive neceſſitas exegerit. Nec non imposterum in ſingulo triennio celebrentur Capitula generalia in feſto Pentecoſtes ſecundùm Regulam ejuſdem Ordinis, ubi per dictum Vicarium Generalem, vel præcedens Capitulum fuerit ordinatum, vocatis ad id,& convenientibus omnibus Miniſtris Provincialibus, Diffinitoribus generalibus, Procuratore Romanæ Curiæ, ac Cuſtodibus; & Vicarius Generalis ſemper in Capitulis præſideat, & in eis quatuor Diffinitores eligãtur per triennium duraturi, & pro bono ipſorum Fratrum Diſcalceatorum regimine quæcumque ſtatuta, & ordinationes tàm de novo ſtatuendo,quàm ſtatuta jam declarando, innovando, modificando, ſuperaddendo, revocando, Regularibustamen ſtatutis, ſacris Canonibus, & Concilio Tridentino, ut ſupra non adverſantia, liceat facere,ordinare,diſponere, & ſtatuere. Vicarius autem Generalis expleto ſexennio, & ſucceſſore electo,officio jam functus habeat nihilominus in Capitulis vocem, & præcedentiam, quam Miniſtri Generales habent, neque poſſint reeligi ad idem munus, niſi gemino ſexennio tranſcurſo. Quódque Procurator in Romana Curia nuper inſtitutus ab eiſdem Vicario, & Diffinitoribus generalibus deinceps in ſingulis Capitulis eligatur, & in Vicarij Generalis, & Diffinitorum electione votum ſimiliter habeat,ſicuti Miniſtri Provinciales,non tamen poſſit ad idem promoveri officium, niſi poſt ſexennium, & in primo celebrando præſcribetur per ordinationem, & ſtatutum Procuratoris hujuſmodi authoritas, facultas, & miniſterium, præter, non tamen contra, id, quod in ejuſdem inſtitutione ſtat diſpoſitum. Ac Vicarij Generalis curæ ſit familiam Fratrum, qui commoraturi ſunt in domo ab eiſdem Diſcalceatis in Vrbe nuper accepta, ſeu accipienda, ſeu capta,ſive erigi conceſſa inſtituere, & collocare, ad ipſumque dumtaxat ſpectet quemlibet illorum amovere, vel mutare pro libito,habita conſcientiæ,ſive neceſſitatis ratione, nec non per ſe, vel per alium ex ſibi ſubditis dictam domum viſitare;illud tamen ſibi injunctum dictus Vicarius agnoſcat, quòd in Vrbe collocandi Fratres vitæ ſint præ cæteris exemplaris,atque illorum aliqui ſcientiâ ſimul, & conſilio ornati. Miniſter verò Generalis reſpectu præfatæ domus poterit,quod reſpectu reliquorum Diſcalceatorum eorumdem, ut inferiùs diſponetur. Quod ſi Vicarius Generalis infra ſui officij tempus obierit, ſeu aliàs ab officio amotus fuerit, Miniſter Provincialis,in cujus Provincia mori, vel amoveri contigerit, nunciare tenetur Diffinitori generali antiquiori, qui ſtatim de hoc certiorem faciat ſanctã Sedem Apoſtolicam, ad quam ſpectat in hujuſmodi caſu providere de Superiore Generali uſque ad tempus Capituli generalis. Hoc intermedio tempore Diffinitor ipſe antiquior Vicarij Generalis vices habeat. Quòd deinceps Vicarius Generalis, Miniſtri,& Cuſtodes Diſcalceati prænominati (cum ſuffragio,& voto ſolummodo activo)poſſint,& teneantur convenire in Capitulis generalibus dicti Ordinis Fratrum de Obſervantia, ſi Vltramontes celebrentur, quando verò citra, nec debeant, nec poſſint convenire pro Generalis Miniſtri electione facienda, ſed Vicarius Generalis, & Vocales Reformatorum ejuſdẽ Ordinis in Ciſmontana Familia tunc convenire teneantur; ita ut alteri in alteros in ferendis ſuffragiis pro debita electione compromiſiſſe cenſeatur, ne in peregrinatione ad loca longinqua prædicti Fratres reformatam vitam ducentes inevitabilia, graviaque incommoda ſuſtinere, vel relaxationis diſcrimini ſubjici cogantur,& in hujuſmodi Capitulis Vicarius Generalis primum locum habeat poſt Miniſtrum, & Commiſſarium Generales. Quodq; nullus

lus dictorum Fratrum Diſcalceatorum poſſit habere officia,aut dignitates inter FF.de Obſervantia. Præterea quòd profeſſus inter Diſcalceatos,vel qui ad ipſos ex Obſervantibus dictis tranſierunt, & permanſerūt per annum, nullatenus poſſint tranſire, vel redire ad dictos Fratres de Oſervantia, niſi ob cauſam infirmitatis exiſtimatæ prolixiùs duraturæ, vel aliam in Capitulis, vel Congregationibus Provincialibus, & non extra per Diffinitorium examinandam, & admittendam.In cujus rei arbitrio Diffinitorum intereſſentium onerentur conſcientiæ, & ij, qui de licentia præfata tranſierint,cum fuerint inter Diſcalceatos profeſſi, ſi intra annum tranſitus redierint, recipiantur; ſi verò poſt annum,interdicta cenſeatur receptio; qui autem ad Obſervantes, à quibus jam ſemel diſceſſerant, revertentur, prohibitam omninò habeant iteratam admiſſionem inter Diſcalceatos: iis verò, qui poſt profeſſionem inter Diſcalceatos trāſierunt hactenus, currat annus prædictus à die electionis primi Vicarij Gen. niſi in aliis jam Provinciis incorporati exiſtant, & qui ex Obſervantibus voluerint venire inter Dicalceatos, non recipiantur niſi in Capitulo, vel Congregatione, & per annum commorentur in probationis domo, in quo bis recipientur ſuffragia,& ſi majorem partem habuerint, admittantur. Et quoad juriſdictionem Miniſtri Generalis in Fratres Diſcalcetos,ac eorum loca, ſervetur conſtitutio fœl. rec. Gregorij Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Cum illius vicem, &c.* Fratribus Reformatis cōceſſa die 3. Iunij 1579. Pontificatus ſui anno 8. dummodo per ſe ipſum perſonaliter tantùm, & non aliàs, nec per alios etiam Diſcalceatos (cum ſit conceſſus eiſdem Fratribus Diſcalceatis Vicarius Generalis Fratrum Diſcalceatorum) exerceat facultatem, & authoritatem ſibi conceſſam in dicta conſtitutione, juxta cujus tenorem nullus alius Prælatus ex Fratribus de familia ullam habeat authoritatem in dictos Fratres Diſcalceatos. Quòd ſi Vicarius Generalis pro tempore ſententiam aliquam contra quemlibet ſui Ordinis religioſum tulerit, per quam illum ad triremes, aut privationem habitus condemnet, ipſe condemnatus ad præfatum Miniſtrum Generalem provocare, & appellare poſſit. De regimine verò, & cura prædictorum Fratrum Diſcalceatorum ſe aliter,aut in aliis,quam in his litteris expreſſis intromittere nullatenus poſſit. Decernentes propter præmiſſa, Fratres Diſcalceatos præfatos à vero Ordine Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ, neque ab illius legitimo Miniſtro Generali,& Capite nullatenus ſeparari, aut dividi; & contra aliter præſumentes aſſerere, & dicere, vel affirmare, verbo, vel ſcripto, excommunicationis pœnam,à qua non niſi à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, ipſo facto incurere. Poſtremò ſuper ijs omnibus,& ſingulis reſpectivè plenam, liberam, & amplam facultatem dictis Commiſſario Apoſtolico, Vicario, ac Capitulo generalibus, authoritate, & tenore ſimilibus concedimus, & impartimur. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ &c. die 24.Novembris 1621. Pontificatus noſtri anno primo.

54. Poſt hæc Cuſtodiam Matris Dei Fratrum Recollectorum in India Orientali, dato Brevi *Sacri Apoſtolatus &c die 11 Ianuarij 1622.* in Provinciam Diſcalceatam erexit; ſimiliter & Recollectos de Cathalauniæ Provincia; quam utramque cum Mexicana S. Didaci, & S. Gregorij in Philippinis, & cæteras per Hiſpaniam jam præexiſtentes Generali Diſcalceatorum Vicario voluit eſſe ſubjectas;quamvis Indiana Matris Dei impediente Luſitanico Conſilio Regio effectum ſortita non fuerit; & Cathalaunica ſupplicante Rege Catholico fuerit revocata;quæ omnia propriis in locis ex integro deſcrebemus.

55. Interea temporis Benignus Mini- Arch.Ara-
ſter Generalis pro Reformandis Gallia- cœl. &
rum Provinciis hærebat Pariſiis;& Ber- Arch.Ma-
nardinus de Senis in Vltra-montanis trit. locis
Commiſſarius Generalis vix è Luſitania citatis.
rediens Matritum apulerat, quando de novitatibus hiſce Religioni univerſæ contrariis rumor in Hiſpanias pervenit. Rex Catholicus de Brevis Apoſtolici ſubreptione, per Oſervantiæ Patres informatus,cauſam in Regio conſilio examinari voluit; interimque Ioanni de S. Maria Vicario deſignato mandavit, ne receptis jam litteris Apoſtolis uteretur, aut

aut impoſitum officium exerceret, donec conſtito de cauſæ vel juſtitiâ, vel injuſtitiâ, novum à Pontifice reſcriptum haberetur. Repetitis exinde tum ad Pōtificem, tum ad Ducem Alburquerquium ſuum in Curia Apoſtolica Oratorem litteris pro abolendo hujuſmodi Vicariatu Generali, & reſtituendis ſub Obſervantia Cathalauniæ Recollectis, ſingulari efficacia tractavit. Nihilominus Ioannes à S. Maria Vicarius deſignatus ſuas interim litteras ad ſingulas Diſcalceatorum Provincias exſcribens, omnes de Apoſtolica proviſione commonefaciens, rogavit, ut ſinguli Provinciarum Præfecti ſigillatim pro hac ſingulari gratia gratias redderent Gregorio Pontifici; quod tamen plerique ſub antiqua Miniſtri Generalis obedientia perſeverantiam eligentes exequi detrectarunt.

56. Gregorius Pontifex per Regias litteras, nec non per Regium Oratorem ſæpiùs ſuper hujuſmodi cauſa ſupplicatus, Recollectorum quidem Cathalauniæ ſub Obſervantibus reunionem expedito Brevi (quod ſuo loco dabimus) conceſſit; Vicarium tamen Generalem abolere conſtantiſſimè recuſavit; unde & Cardinalis Ludoviſius Pontificis Nepos datis litteris die 22. Aprilis 1622. ad Patriarcham Alexandrinum per Hiſpanias Nuntium Apoſtolicum de mandato Pontificis graviſſimè ſcripſit, ut amotis difficultatibus, & oppoſitionibus omnibus, toto conatu pro illius executione contenderet. De extrema Ioan. à S. Maria præfati ſenectute, atque ad gubernium impotentia informatus Pontifex inſtante Fratre Paulo Matritenſi, qui ſupra, expedito novo Brevi P. Hieronymum Planes olim in S. Ioannis Baptiſtæ Provincia Miniſtrum, virum utique omni titulo conſpicuum in Vicarium Generalem pro Ioanne à S. Maria deputavit; Ioannes verò, quamvis glorioſâ pietatis famâ, & doctrinâ atque prudentiâ conſpicuus, & Mariæ Hiſpaniarum Infantiſſæ à ſacris confeſſionibus, Catholico Regi, cunctiſque Magnatibus ſingulariter in pretio, ſuorum Diſcalceatorum ab Obſervantibus ſeparationem jam diù concupiverit, experientiâ tamen forſan edoctus, quātùm hoc inſtitituto ſuorum obeſſet; Regi, Regioque Conſilio, Nuntio item Apoſtolico, atque plurimis per epiſtolas Diſcalceatorum Provinciis ſignificatum eſſe voluit, quantùm ipſis expediret, rejectis novitatibus ſub antiqua Miniſtri Generalis obedientia perſeverare: quod idem Ven. Mater Soror Aloyſia de Carrion, tunc per Hiſpanias univerſas pietatis fama percelebris, tum Regi, tum Magnatibus Hiſpaniæ, tum Patribus in Religione primariis per repetitas ſuas Epiſtolas voluit eſſe cōteſtatum; cujus etiam efficaciſſimis per litteras perſuaſionibus adactus Ioannes à S. Maria præfatus antiquam ſuam de poſtulando Vicario Generali opinionem (ut dictum eſt) retractaſſe, perhibetur, & plures ex Diſcalceatis adduxit, ut coram Apoſtolico Nuncio ſe ſe iterum Commiſſario Genarali de Obſervantia Vltra-montano per omnia ſubijcerent. Ibid. fol. 177.

57. Interea temporis Hieronymus Planes per Breve Pontificis Vicarius Generalis, ut dixi, de novo deſignatus, Matritum ad Regem venit, ubi novi ſui muneris exercitiū ſuſpendere juſſus eſt, dum Regiarum ad Papam litterarum reſponſum expectaretur; quin & Rex ipſe immiſſo ſuo ad Nuntium Apoſtolicū Cōfeſſario denūtiari voluerat, intētionis ſuæ eſſe, ut à Brevis illius executione ſuperſederetur, dum tertiò repetitis litteris ad Pontificem, ad Cardinales Ludoviſium Nepotem, & Verallum Ordinis Protectorem, nec non ad Ducem Alburquerquium ſuum in Vrbe Oratorem pro abſoluta illius revocatione ſupplicaſſet. Hieronymus autem Vicarius Generalis novo Pontificis diplomate, in quo etiam Diffinitores Generales, & alia pro fœliciori ſuo gubernio deſignabantur, officium juſſus exercere Provincias ſibi concreditas cœpit adminiſtrare. Ibid.

58. Inter hæc Pontifex à Paulo Matritenſi ſæpiùs nominato pro ſuſtinendo Vicariatu, à Rege autē tertiis jam litteris, atq; ab Oratore Catholico ſæpiſſimè, nec non à nonnullis Diſcalceatorum Provinciis pro illo abrogando vehementiſſimè ſupplicatus, in hanc quidem partem jam inclinare videbatur; Verùm motivis in contrarium adductis magis adhærens, quāvis Benignū Generalem jā è Gallia regreſſum ſuaviter, & modeſtè ſuper revocatione dicentem audiſſet; Nuntij Apoſtolici litterass de concordato plurium Diſcalceatorum legiſſet, & ardentiſſimum Regis Catholici deſiderium certiùs

certiùs agnoviſſet; reſpondit tamen nihil immutandum, donec causâ in generalibus Comitiis examinatâ, quid decernendum foret, evidentiùs appareret.

59. Difficile equidem eſſet relatu, quàm variæ ſuper hujuſmodi controverſiis fuerint per Hiſpanias piorum, atque doctorum hominum ſententiæ, quàm graves undique ſcripturæ convolaverint. De Ioanne à S. Maria ſene annis, & meritis, atque inculpatæ vitæ titulo, necnon à doctrina percelebri, primo hujus Vicariatus aſſertore jam diximus, quòd Matris Ven. Aloyſiæ epiſtolis devictus ſeſe retractaverit, alioſque plures ad Ordinis unitatem reduxerit. Præfata Aloyſia de Carrion, de Aſcenſione nuncupata intra, & extra Hiſpanias Sanctitatis opinione percelebris, ad primarios Ordinis Patres, tùm Obſervantes, tùm Diſcalceatos, inſuper & ad Catholicum Regem plurimis litteris interrogata reſpondit, non convenire ſeparationem hujuſmodi, citiùs eſſe abolendam, Regemque pro poſſe ſollicitavit, ut contra ipſam apud Pontificem pro viribus intercederet: ſingulas illius epiſtolas, hîc in Vltra-montano Regeſto recenſitas, veluti ſpiritu prophetico deſcriptas, & in Archivio Matritenſi aſſervatas ad longum eſt videre.

Arch. Aracœl. in Reg. Ord. n. 23. fol. 249.

60. Diverſa itidem memorialia pro conſervanda Ordinis unione, atque pro abrogando Diſcalceatorum ſeparato Vicariatu fuerunt à multis ad Pontificem tranſmiſſa. Inter omnes autem longè metas exceſſiſſe reperitur Fr. Ioanninus Ninnus è Provincia S. Iacobi Recollectus, qui publicatâ typis ſcripturâ die 18. Februarij 1622. acriter adeò contra Reformationes omnes invehitur, ut ad eas condemnandas, falſitates Religioni Seraphicæ Matri ſuæ injurioſiſſimas inurere non dubitaverit.

61. Longè modeſtiori, graviori, atque doctiori methodo (quod jam fecerat ſub Clem. VIII. Pontifice Frãciſcus de Soſa Miniſter Generalis) ſcripſit cõtra odibiles haſce novitates, pro tuenda Religionis unione Bernardinus de Senis tunc in Vltra-montana Familia Cõmiſſarius Generalis, inconvenientia omnia longè dinumerans, quæ Diſcalceatis ipſis ex hujuſmodi ſeparatione ſine dubio provenirent; rationes itidem, quæ contra illas probantur militare: Modeſtior itidem fuit libellus ſupplex Regi Catholico porrectus, ut Ordinis ſciſſuram avertere, atque contra prætenſam Diſcalceatorum ſeparationem, debitam Miniſtro Generali obedientiam inviolatam protegere dignaretur: Modeſtiores denique, Seraphicæque Regulæ profeſſoribus dignæ fuerunt apologiæ hac in cõcertatione à plurimis ęditę; unam pro ſuis Diſcalceatis compoſuit Fr. Didacus de Vera Diſcalceatus; huic oppoſitus eſt tractatus diluens reſponſiones Diſcalceatorum pro Vicario ab obedientia Miniſtri Generalis independente; ubi & oſtenditur expedire, quòd Obſervantium per Hiſpanias Provinciarũ abuſus, ſi qui irrepſerint, dulciter reformentur: alijque conſimiles pro utraque parte libelli prodierunt in lucem, quos in Arch. Matrit. per extenſum eſt videre.

Ibid. fol. 456.

Ibid. n. 22.

fol. 52. 230. 249. 257.

299. 329.

Ardentiori conatu, ſed minori prudẽtia, nec abſq; gravi Religionis præjudicio negotium abſolvere tentaverat Fr. Didacus à S. Petro in Provincia S. Ioſeph Secretarius ad Vrbem etiam ſine legitimo mandato profectus, ſed ab omnibus rejectus, coactus eſt in Hiſpanias nulla conceſſa dilatione remeare, ut ad longum in Archivio Aracœlitano eſt videre.

Arch. Aracœl. Cur. Vltra-m. Reg. 2. fol. 239. & 276.

61 Tandem Gregorio Pontifice ad meliora convolante, per apoſtolicam Vrbani VIII. proviſionem, qui Gregorio immediatè in Pontificatu ſucceſſerat, rumores maximos in univerſa Religione legimus dulciter fuiſſe compoſitos. Vrbanus ſiquidem poſt maturam coram deputatis Prælatis cauſæ diſcuſſionem, enitente totis viribus Benigno Generali; ac efficaciſſimas de tota Religione doctrinas producente; Rege ipſo Catholico ad Obſervantium continuas inſtantias Ordinis unitatem, repetitis ad Pontificem litteris protegente; præfatas Vicariorum Generalium nominationem, ſimul & Diffinitorum Generalium electiones, Procuratoris etiam in Romana Curia deputationem factas, & fiendas ſucceſſivè, atque præfatorum omnium electiones, & à Gregorio prædeceſſore ſuo in quatuor bullis deſignatam authoritatem, & alia quæque hac in materia per Gregorium diſpoſita, univerſa, & ſingula de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine caſſavit, & annullavit; omniaque in priſtinum, ac ſi hæc nunquam atten-

tata fuiſſent, omnimodè reſtituit; prout ſequitur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memo iam.*

Arch. Aracœl. Cur. Vltra m. Reg. 2. fol. 284.

63. ROmanus Pontifex æqui, bonique ſupremus aſſertor, cui inſcrutabilis divinæ ſapientiæ providentia gregis Dominici curam credidit, inter multiplices Paſtoralis officij curas, in eam peculiari, ac perpetua ſollicitudine jugiter incumbit, qua fœliciori in dies Chriſti-fidelium ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium regimini, diſcretionique opportunis rationibus conſulatur;& propterea ſi quæ aliquando rationabilibus ex cauſis à Sede Apoſtolica ſancita ſunt,nec inde ſperati fructus prodire dignoſcantur;illa non modò ipſa rerum experientia ſuadente, verùm etiam majoribus ex cauſis alterat, & immutat, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem fœl.rec. Gregorius Papa XV.prædeceſſor noſter dilectum Filium Ioannem de S. Maria Otdinis Fratrum Min.S.Franciſci ſtrictioris Obſervantię Diſcalceatorum nuncupatorum profeſſorem in Provinciarum Pietatis, S. Gabrielis, S. Ioſephi, S.Ioannis Baptiſtæ, Arabidæ, S. Antonij, S. Pauli, S. Gregorij Philippinarum, S. Didaci in Nova Hiſpania, & S. Didaci in Bethica Commiſſarium Apoſtolicum authoritate Apoſtolica deputavit; ſtatuitque, & ordinavit, ſi eumdem Ioannem ante electionem Vicarij Generalis eligendi, obire contigiſſet, ejus loco maneret ſubrogatus ille,in quem conſenſiſſet major pars Diffinitorij illius Provinciæ, in qua è vita diſceſſiſſet, qui Apoſtolica authoritate cum præcepto adſtrictus convocaret omnes Miniſtros Provinciales,& Cuſtodes dictarum Provinciarum Hiſpaniarum, & Procuratorem Romanæ Curiæ, nec non pro ea vice tantùm alios Fratres, qui aliàs in prædictis Provinciis Miniſtri Provinciales extitiſſent, vel hujuſmodi privilegio gauderent, ad feſtum Pentecoſtes proximè venturum conventuros in loco,per dictum Commiſſarium deputato,in quo eodem Commiſſario præſidente,prædicta authoritate, cum voce tàm activa, quàm paſſiva omnes ſic vocati, Capitulum Generale celebrantes, eligerent unum ex eiſdemmet Fratribus ejuſdem inſtituti,& ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatis in ſuum Vicarium Generalem; Interim verò,& donec dictus Generalis Vicarius eligeretur, præfatus Commiſſarius in dictas Provincias, & omnes Fratres Diſcalceatos hujuſmodi haberet, & exerceret eandem authoritatem, & poteſtatem,quam habiturus eſſet dictus Vicarius Generalis, quódque in eodem Capitulo, & in poſtmodùm celebrandis eligerētur quatuor Diffinitores Generales; & ſubinde idem Gregorius prædeceſſor dilectum Filium Hieronymum Planes Ordinis, & Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ profeſſorem in earumdem Provinciarum Vicarium Generalem pro ea vice dumtaxat, poſteà verò dilectos etiā Filios Didacum *del Eſcurial* S. Ioſephi, Gaſparem à Conceptione S. Antonij, Franciſci à S. Laurentio S. Didaci, & Franciſcum à Borgia ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum pro tunc currenti triennio uſque ad feſtum Pentecoſtes anni proximi futuri 1625. ſub certis modo,& formâ, tunc expreſſis eademauthoritate reſpectivè fecit,conſtituit, & deputavit, aliaque ſimiliter tunc expreſſa, tàm ſuper ipſorum Commiſſarij,nec non Vicarij Generalium,& Diffinitorum prædictorum, authoritate, & juriſdictione,necnon Capituli generalis eorumdem Fratrum Diſcalceatorum celebratione, quàm aliàs ipſorum Fratrum gubernio, regimine, atque directione, ſtatuit pariter,& ordinavit; prout in diverſis ipſius Gregorij Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma brevis,& præſertim ſub die 25. Novembris 1621. & 22. Februarij 1622. nec non 14. Iulij etiam 1622. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nunc autem Nos dictorum Fratrum Diſcalceatorum paci,& quieti, necnon ſalubri,proſperoque eorumdem regimini,atq; gubernio,quātùm cum Domino poſſumus, cōſulere volentes, motu proprio,& ex certa ſciētia, ac matura deliberatione,noſtris, deq, Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Conſtitutiones,& deputationes de Ioannis in Commiſſarium Apoſtolicum, ac Hieronymi in Vicarium Generalem, nec non Didaci,Gaſparis, & utriuſque Franciſci perſonis in Diffinitores per

eundem

eundem Gregorium prædeceſſorem, ut præfertur, reſpectivè factas, litteraſque ipſius Gregorij prędeceſſoris hujuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis quomodolibet contenta, & expreſſa dictâ authoritate tenore præſentium perpetuò revocamus, caſſamus, & annullamus, viribuſque, & effectu omnino evacuamus; ita ut de cætero perpetuis futuris temporibus in gubernio, juriſdictione, correctione, & omnimoda authoritate Miniſtri Generalis pro tempore exiſtentis, prout ante conſtitutionem Gregorij hujuſmodi erant, vivant. Decernentes, litteras præſentes, & in eis contenta hujuſmodi ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, ac ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari; ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus ipſius Gregorij prædeceſſoris litteris, nec non omnibus illis, quæ ipſe prædeceſſor in eis voluit non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem &c. Datum Romæ &c. die 15. Martij 1624. Pontific. noſtri anno primo.

Arch. Aracœl. loco cit. 64. Non difficile fuit Diſcalceatis circa Vicarij ſuppreſſionem determinationi Pontificis acquieſcere, quam Italiæ Reformatos ultro acceptare conſtabat. Pro majori autem ipſorum quiete plurima per Romanos Pontifices conſtituta fuiſſe legimus, ut hoc ut uniformiter, & majori proſperitate regerentur; quamuis in hoc Hiſpaniarum Diſcalceati (etiam, & Gallorum Recollecti) à Reformatis Italiæ diſtinguantur, quòd hi ſub legibus, atque ſtatutis ijſdem in univerſa ſua Familia uniformiter gubernentur; illi verò propria, quæ ſingulis in Provincijs conſtituta ſibi præſcripſerunt ab initio, mordicus ſuſtinere glorientur; quin & ſpecialia aliquando privilegia, non obſtantibus Bullis Apoſtolicis in commune expeditis, impetrare tentaverint.

65. Et quidem ut ab eſſentiali eorum eſſe incipiamus: Gregorius XV. in ſupra recitata Bulla. *Ad Vberes &c. Dat. Romæ &c. die 24. Novemb.* 1621. ipſos per omnia cum Reformatis Italiæ compræhendit (quamvis ad modum PP. Diſcalceatorum S. Tereſiæ Congregationes ſeparatas, quales & habebant Obſervantes ab initio ſub propriis reſpectivè Vicariis Citra, & Vltra montes habere concedantur) ipſos enim quoad ſubjectionem, & exemptionem, quam reſpectu Miniſtri Generalis habere debeant; ad Gregorij XIII. Conſtitutionem, *Cum illius vicem &c.* itidem in cap. ſeq. exſeriptam, pro Italiæ Reformatis expeditam, vult per omnia conformari, illos ab Obſervantiæ Regularis corpore, vel à Miniſtro Generali ejuſdem nullatenus ſeparari, aut dividi gravi conſtituto declarat.

66. Illorum ad Obſervantiam digreſſum, & econtra, eodem modo diſponit, quo de Italicis diſpoſitum etiam fuiſſe legebatur: expreſſiùs autem, & evidentiùs hoc ipſum inſinuat; dum ibidem Diſcalceatorum Vicarium Generalem cum Miniſtris ſuis, & Cuſtodibus ad Miniſtri Generalis electionem conveniant, quando Comitia Generalia Vltra-montes celebrari contingat; cum verò Citra Montes celebrantur, omnino non conveniant, ſed in Reformatos Italiæ, qui tunc, & non Vltra-mõtes eodem modo concurrere debeant compromiſiſſe intelligantur. Hujuſmodi autem Gregorij diſpoſitione propter Vicarij, & Procuratoris proprij deputationem, ab Vrbano VIII. revocata; ſpecialem hanc cum Italicis Reformatis conjunctionem per Vrbanum ipſum ratificari poſtularunt ipſi Diſcalceati, & impetrarunt repetitis Vrbani, & Alexandri VII. litteris Apoſtolicis; ad hoc ut & ipſi, ſicut Italici prædicti, veri, & indubitati, nunquam interrupti, ſine ullo privilegio Franciſcani eſſe declararentur; Et Clementis VIII. conſtitutione *Ex injuncto* 1602. quam & infra deſcribimus, pro Italicis expedita, & ad Galliæ Recollectos extenſa in omnibus, & per omnia uti, & frui plena libertate valerent; quæ omnia productis litteris Apoſtolicis meliùs elueſcent.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.* Bullar. Rom.

EX incumbentis Nobis Apoſtolici muneris debito, ad ea mentis noſtræ aciem aſſiduè intendimus, per quæ Tom. 5. bulla 142. Vrban. VIII.

quæ Chriſti fideles ſub ſuavi Religionis jugo,& Strictioris obſervātię regulis Altiſſimo famulantes,ſublatis obſtaculis in quietis,ac pacis amænitate vota ſua Domino reddant, ac fœlicioribus in viâ mandatorum ejus proficiant incrementis.

§. 1. Nuper ſiquidem à Veneralibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſacris ritibus Præpoſitis emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicèt. Procurator Fratrum Diſcalceatorum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantiâ Provinciæ ſancti Ioannis Baptiſtæ Hiſpaniarum expoſuit, ſuos Fratres Dicalceatos pati controverſiam ab aliis Regularibus, & præcipuè ab Auguſtinianis circa præcedentiam in proceſſionibus, & alias prærogativas ipſis etiam Diſcalceatis, cum veri Filij Reformati ejuſdem Ordinis ſint pariter ſuffragantes, & expreſſas in bullâ Clementis VIII. incipiente: *Ex injuncto Nobis ſub die 7. Septembris 1602.* quotieſcumque dicti Diſcalceati non incedunt, aut degunt cum Fratribus Familiæ de Obſervantiâ, quòd cum ſit contra expreſſam mentem, & Bullam dicti Clemen. VIII. citato ad hoc Procuratore Generali Ordinis S Auguſtini, ſupplicavit provideri. Et ſacra Rituum Congregatio, ſequendo votum Illuſtriſſimi Deti, cui hæc cauſa erat commiſſa, cenſuit præcedentiam in concurſu cum aliis Regularibus in proceſſionibus, & aliis actibus publicis ſemper competere dictis Diſcalceatis, ſive ſoli de per ſe, & ſub propriâ Cruce, ſive ſub Cruce, & cum familiâ de Obſervantiâ incedant,& ſive Diſcalceati, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodò ſint verè Reformati Ordinis S. Franciſci; necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in ſupradictâ Bullâ Clementis VIII. expreſſis, & ita in poſterum ubique ſervari mandavit, hac die 22. Decembris; & juxta aliàs reſoluta in antecedenti Congregatione ſub die 10. ejuſdem Menſis 1629.

§. 2. Cum autem ſicut dilectus filius Procurator FratrumDiſcalceatorum prędictorum Nobis exponi fecit, ipſe plurimùm cupiat præinſertum Decretum hujuſmodi, quo firmiùs ſubſiſtat, exactiùſque ab omnibus obſervetur, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nos, qui pacem, & quietem inter Regulares præſertim perſonas vigere, ſinceris deſideramus affectibus, Procuratorem, & Fratres, quo præmiſſorum commodo, & effectu pacificè uti valeant, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,& pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum Decretum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & expreſſis Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti, & quoſvis alios defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſent,ſupplemus. Necnon Decretum, & in eo contenta hujuſmodi, præſenteſque litteras valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac FF. Diſcalceatis prædictis ubicunq; exiſtentibus in omnibus,& per omnia pleniſſimè ſuffragari, necnon ab omnibus, ad quos ſpectat,& in futurum quomodolibet ſpectabit firmiter, & inviolabiliter perpetuò obſervari, ſicque ab omnibus cenſeri,& ita per quoſcumq; Iudices Ordinarios, & Delegatos,etiam cauſarum Palitij Apoſtolici Auditores,ac S.R.E.Cardinales,etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios ubique, & in quavis inſtantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, ſi quid ſecus ſuper hoc à quoquam quavis, authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, authoritate, & tenore præfatis decernimus,& declaramus.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, ac Oriolenſi,& aliis Epiſcopis in Provinciis, & locis, in quibus Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi Regulares domus erectæ ſunt, ſive impoſterum erigentur, conſtitutis,ac dilectis filiis eorum Officialibus, ſeu Vicariis

riis in ſpiritualibus generalibus per præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis cõtenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſdemque Fratribus Diſcalceatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtrâ præmiſſa omnia, & ſingula ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, eoſdemque Fratres Diſcalceatos præmiſſorum commodo, & effectu, quiete, & pacificè ubique frui, & gaudere. Non permittentes, illos per aliorum quorumvis Ordinum, & Inſtitutorum Regulares in præmiſſis quovis prætextu, causâ, vel occaſione aut aliàs quomodolibet indebitè moleſtari, pertubari, inquietari, vel impediri.

§. 4. Contradictores quoſlibet &c. Non obſtantibus &c. Quibus omnibus &c. Volumus autem &c. Datum Romæ die 9. Ianuarij 1630. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

67. Hoc ipſum ſupplicante Ioanne Merinero totius Ordinis Miniſtro Generali declaravit iterum Vrbanus ipſe, atque ſub eodem verborum tenore confirmavit expedito jam præcitato diplomate, quæ deinde ad Merineri Miniſtri Generalis inſtantiam confirmata, Vrbanus ipſe iterum ad Fratris Pauli de Matrito ſupplices preces ampliori declaratione ſtabilivit, prout ſquitur.

VRBANVS PAPA VIII.

Ibidẽ bull. 312. folio mihi 435. §. 1. CVm ſicut dilectus Filius Paulus à Matrito Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum Profeſſor, & in Romanâ Curiâ eorumdem Fratrum provinciæ S. Ioſeph Procurator, & filius Nobis nuper exponi fecit; licèt aliàs fœl. rec. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas in ſimili formâ Brevis litteras de anno 1602. emanatas declaraverit, Fr. Minores S. Franciſ. Strictioris Obſervantię Reformatos nuncupatos, qui non novam, ſed eamdem Regulam, quam ipſe B. Franſciſcus condidit, & ſimilis memoriæ Honorius Papa III. etiam prædeceſſor noſter confirmavit, quamque pariter Fratres de Familia dicti Ordinis, nuncupati de Obſervantiâ obſervant, licèt ipſi Fratres Reformati Regulam hujuſmodi puriùs obſervent, eſſe veros, & indubitatos Fr. dicti Ord. S. Franciſci, & in conſcientiâ tutos exiſtere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, & gra iis, & indultis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus ipſi Obſervantes gaudent, ubilibet frui, & gaudere poſſe, ac debere modo, & formâ tunc expreſſis, mandaveritque in virtute ſanctæ obedientiæ, ut nullus ex tunc deinceps dictos Fratres Reformatos appellare auderet, ſeu præſumeret novos Religioſos, ac novæ Regulæ Profeſſores.

§. 2. Subindeque Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſacris ritibus Præpoſiti ſuper certis controverſiis aliàs excitatis inter ipſos Fratres Reformatos, nec non dilectos filios Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in quadam Provincia Hiſpaniæ ſuper jure præcedendi in proceſſionibus, & aliis actibus publicis determinaverint, præcedentiam hujuſmodi in concurſu cum aliis Regularibus in proceſſionibus, & aliis actibus Publicis ſemper competere dictis Reformatis Diſcalceatis, ſive ſoli de per ſe, & ſub propria Cruce, ſive ſub Cruce, & cum familia de Obſervantiâ incedant, & ſive Diſcalceati, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummdò ſint verè Reformati dicti Ordinis S. Franciſci, necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in præfatis ejuſdem Clementis prædeceſſoris litteris cõtentis, & expreſſis; & ſubſequenter Nos auditis hinc inde partibus Decretum eorumdem Cardinalium deſuper emanatum confirmaverimus, deputatis ad illius executionom certis tunc expreſſis perſonis, necnon etiam in hac materiâ ſecutæ fuerint aliquæ ſententiæ etiam coram aliquo noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuntio ad ipſorum Fratrum Reformatorum favorem, nihilò tamen minus non deſint, aut dubitentur non eſſe defuturi aliqui alij aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, vel Inſtitutorum Religioſi, qui pertubent litibuſque fatigent circa præmiſſa eoſdem Reformatos ſancti Franciſci, qui ob eorum

rum paupertatem litium diſpendia, & incommoda ſuſtinere minimè valent.

§. 3. Nobis propterea dictus Paulus Procurator, quo ſupra nomine, ac aliàs, ut quævis perturbationes, & incontinentia effugiantur, humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè, ut infra providere de benignitate Apoſtolica dignaremur; Nos igitur eundem Paulum ſpecialibus favoribus,& gratiis proſequi volentes,& à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,& pœnis à jure vel ab homine quávis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequēdum, harum ſerie abſolventes,& abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Congregationis ſuper negotiis dicti Ordinis deputatæ voto,& ſententia, præfatas dicti Clementis prædeceſſoris noſtri litteras, necnon ipſum eorundem Cardinalium decretum, & ſententiam, ſeu ſententias hujuſmodi circa præmiſſa reſpectivè, ut præfertur, emanata Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus,ac omnes,& ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, & inſuper declaramus, quòd omnes,& ſingularum illius Provinciarum, & Cuſtodiarum nunc, & pro tempore exiſtentium, & futurarum in Regnis Hiſpaniarum,& partibus Indiarum ſemper habeantur,& teneantur,haberique, teneri, & reputari debeant pro veris S. Franciſci filiis,uti ſunt,toto cum rigore,& puritate,quam profitentur Regulam obſervantes, quódque nullo quovis ſub prætextu, quæſito colore, cauſa, vel ingenio aliàs quàm veri Filij, & indubitati Fratres S. Franciſci nuncupari, teneri,& haberi nullatenus poſſint, ac ut tales omnibus, & ſingulis gratiis, favoribus,& privilegiis tàm ſpiritualibus,quàm temporalibus dicto Ordini hactenus conceſſis,& de cætero per quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam, ac etiam Nos concedendis fruantur, & gaudeant.

§.4. Quódque iidem Fratres Reformati Diſcalceati earumdem Provinciarum, & Cuſtodiarum ſemper in omnibus actibus publicis, nedum Proceſſionum,ſed etiam quarumvis aliarum functionum, eoſdem locum, & præcedentiam, quos habent, & quibus gaudent ipſi Fratres Obſervantes primodicti Ordinis hujuſmodi cum,& ſine ſua Cruce,& aliàs prout continetur in ipſius Clementis prædeceſſoris,& noſtris litteris,decretoque, & ſeutentia, ſeu ſententiis ſupradictis habeant, ac deſuper à quibuſvis cujuſlibet alterius Ordinis,Congregationis, Societatis, vel Inſtituti Regularibus, præſertim verò Fratribus Eremitis ſecundo dicti Ordinis ejuſdem S. Auguſtini Villæ, ſeu Oppidi de Arenas Abulen. Diæc. aut quorumvis aliarum Civitatū, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & Locorum, in quibus ipſi Reformati Diſcalceati Conventum, ſeu locum habeant, aut ubi illum non habeant dictis Proceſſionibus, aut alijs actibus publicis interveniant, moleſtari quoquomodo nullatenus poſſint.

§.5. Mandantes propterea omnibus,& ſingulis,ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet in futurum ſpectabit, in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ,ac ſuorum officiorum perpetuæ inhabilitatis ad illa,& alia impoſterum obtinenda, alijſque arbitrij noſtri pœnis, ut eoſdem Reformatos Fratres Diſcalceatos Provinciarum, & Cuſtodiarum Hiſpaniarum,& Indiarum hujuſmodi omnium,& ſingulorum præmiſſorum commodo, & effectu frui, & gaudere ſinant, & faciant; ac decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere,& fore, ſuoſque plenarios,& integros effectus ſortiri,& obtinere, ipſiſque FF. Reformatis Diſcalceatis Provinciarum, & Cuſtodiarū Hiſpaniarum,& Indiarū in omnibus,& per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab omnibus, & ſingulis,quos illæ concernūnt,& concernēt in futurum,inviolabiliter obſervari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios,& delegatos,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales,etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuntios, ſublata eis,& eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique, & in quavis inſtantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his

à quo

à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Quocirca dilecto Filio noſtro, & Sedis præfatæ in eiſdem Regnis Nuntio, nunc, & pro tempore exiſtenti, nec non Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in ijſdem Regnis, & Indiarum partibus conſtitutis, ſeu dilectis Filiis eorum Officialibus, vel Vicariis in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſẽtes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum Provinciarum, & Cuſtodiarum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi fuerint requiſiti ſolemniter publicantes &c. ab omnibus inviolabiliter obſervari non permittentes eos per ejuſdem ſecundodicti S. Auguſtini, aut aliorum quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, vel Inſtitutorum Regulares quomodolibet moleſtari.

§. 7. Contradictores quoſlibet, & rebelles, aut aliàs præmiſſis non parentes, ſeu ſe ſe quomodolibet opponentes per eãdem excommunicationis, & alias pœnas præfatas, ac quaſvis alias cẽſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 8. Non obſtantibus quibuſdam etiam fœl. rec. Gregorij XIII. de anno 1583. Pontif. ſui anno 12. emanatis litteris declaratoriis præcedentiæ inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates ſervandæ in Proceſſionibus, necnon, quatenus opus ſit, Bonifacij VIII. etiam Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium in judicium non trahatur, ac quibuſvis aliis cõſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, aliis decretis, & ſententijs latis, & emanatis reſpectivè circa præmiſſa cõtra ipſos Reformatos Diſcalceatos primodicti Ordinis hujuſmodi per quævis Tribunalia, Curias, Iudices, aut Miniſtros dictæ Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in cõtrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus &c. dat. Romæ, die 20. April. 1644. Pontif. an. 21.

## VRBANVS PAPA VIII.

***Ad perpetuam rei memoriam.***

ALiàs à Nobis pro Provincia Hiſpalenſi Fratrum Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Hiſpaniarum emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet: Vrbanus Papa VIII. ad futuram rei memoriam. Bull. Rom. t. 5. fo. 159. bull. 328.

§. 1. Cùm ſicut dilectus Filius Ioannes Merinero Ordinis Fratrum Min. S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Miniſter Generalis Nobis nuper exponi fecit, aliàs poſtquam à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſacris Ritibus Præpoſitis ſuper controverſiis inter dilectos Filios ejuſdem Ordinis Fratres Diſcalceatos nuncupatos Provinciæ Hiſpalenſis ex una, necnon Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ejuſdem Provinciæ partibus ex altera, tunc ſuper jure præcedendi in proceſſionibus, & aliis actibus publicis urgentibus, decretum, ſeu declaratum fuit, præcedentiam in concurſu cum aliis Regularibus in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis prædictis ſemper competere primodictis Fratribus Diſcalceatis, ſive ſoli de per ſe, & ſub propria Cruce, & cum Familia de Obſervantia incedant, etiamſi Diſcalceati, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo ſint verè Reformati, dicti Ord. S. Franciſci, nec non gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in bulla fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Ex injuncto nobis, &c.* expreſſis: & ſubinde Nos decretum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eo contentis Apoſtolica authoritate confirmavimus, aliaque fecimus, quæ in noſtris in ſimili forma brevis deſuper de anno 1630. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

§. 2. Poſtmodnm in executionem ea-

rumdem noſtrarum litterarum, ac pro illarum obſervatione obtentis per eoſdem Diſcalceatos, ac expeditis à dilecto Filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditore Generali monitorialibus litteris, illarumque vigore citatis dictis Fratribus S. Auguſtini, & infra terminum ſibi ad comparendum, juraque ſua deducendum minimè comparentibus, ab eodem Auditore Generali latâ diffinitivâ ſententiâ, per quam juxta prædictarum noſtrarum litterarum continentiam, & tenorem dictis Fratribus Diſcalceatis hujuſmodi præcedentiam prædictam adjudicavit, cupiatque propterea idem Ioannes Miniſter Generalis ſententiam ejuſdem Auditoris generalis, quò firmiùs ſubſiſtat, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri.

§. 3. Nos, qui Religioſorum Ordinum quorumcumque fœlicem directionem, pacemque, ac quietem ſinceris deſideramus affectibus, eundem exponentem, ipſoſque Diſcalceatos Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares &c. ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos forè cenſentes, ſupplicationibus dicti Ioannis Miniſtri Generalis Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ſententiam dicti Auditoris Generalis in executionem prædictarum litterarum noſtrarum, ut præfertur, latam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, aut interveniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus.

§. 4. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac prædictis Fratribus Diſcalceatis ubicumque exiſtentibus, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios ubique, & in in quavis inſtantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, præſertim Hiſpalenſi, ac aliis Epiſcopis in Provinciis, & locis, in quibus Diſcalceatorum hujuſmodi Regulares domus erectæ ſunt, ſive impoſterum erigentur, conſtitutis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſdemque Fratribus Diſcalceatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtrâ prædicta omnia, & ſingula ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari, eoſdem Diſcalceatos Fratres præmiſſorum commodo, & effectu pacificè frui ubique, & gaudere; non permittentes illos per aliorum quorumvis Ordinum, & Inſtitutorum Regulares quomodolibet moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, aut aliàs in præmiſſis non parentes, ſeu ſe ſe quomodolibet opponentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 6. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumvis Ordinum, & Congregationum, ac domorum, & locorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirma

firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium tenores præſentibus pro plenè,& ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. §. 7. Volumus autem &c. Dat Romæ &c. die 13. Martij 1641. Pont. noſtri anno 18.

§. 8. Cum autem, ſicut per dilectum filium Antonium de Caſtillo filium, & Procuratorem in Romana Curia Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ Fratrum Ordinis Minorum ejuſdem S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum etiam Hiſpaniarum accepimus, ijdem Fratres Diſcalceati S. Franciſci ſecundodictæ Provinciæ hujuſmodi, in Oppido, ſeu Villa de Vineros Derthuſenſis Diæceſis in Regno Valentiæ unum Conventum ſui Ordinis fundaverint, in ipſo autem Oppido, ſeu Villa hujuſmodi etiam unus Conventus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini fundatus reperiatur. Idcirco Nos pro noſtri Paſtoralis officij debito litibus, & ſcandalis, quæ occaſione præcedentiæ in proceſſionibus, & aliis actibus publicis inter utriuſque Ordinis hujuſmodi Fratres præfatos oriri poſſent, obviam iri, aliáſque ut infra opportunè providere volentes; de Congregationis ſuper negotiis dicti Ordinis deputatæ conſilio, motu proprio, ac ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præinſertas noſtras litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta ad ſecundodictam S. Ionnis Baptiſtæ, eorumdem Fratrum Diſcalceatorum S. Franciſci Provinciam, ac quòd præfatum dicti Oppidi, ſeu Villæ de Vineros,& quoſvis alios Conventus ejuſdem ſecundodictæ Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ Fratrum Diſcalceatorum primodicti Ordinis hujuſmodi tenore præſentium extendimus,& ampliamus.

§. 9. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet in futurum ſpectabit, in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, aliiſque arbitrij noſtri pœnis,ut eoſdem Fratres Diſcalceatos ſecundodictæ Provinciæ hujuſmodi omnium, & ſingulorum præmiſſorum commodo, & effectu frui, & gaudere ſinant, & faciant, ac decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Fratribus Diſcalceatis ſecundodictæ Provinciæ hujuſmodi in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab omnibus, & ſingulis quos illæ concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Indices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. Romanæ E. Cardinales, etiam de latere Legatos,& Sedis Apoſtolicæ Nuntios ubique, & in quavis inſtantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in eadem ſecundodicta Provincia conſtitutis, ſeu dilectis Filiis eorum Officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras,ac in eis contenta quęcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum ſecundodictę Provinciæ hujuſmodi deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtrâ præmiſſa omnia, & ſingula debitæ exequutioni demandari,& ab omnibus inviolabiliter obſervari, non permittentes eoſdem Fratres Diſcalceatos S. Franciſci ſecundodictæ Provinciæ hujuſmodi per ejuſdem S. Auguſtini,aut aliorum quorumvis Ordinum, & Inſtitutorum Regulares quomodolibet moleſtari.

§. 11. Contradictores quoſlibet, & rebelles, aut aliàs in præmiſſis non parentes,ſeu ſe ſe quomodolibet opponẽtes per eaſdem excommunicationis,& quaſvis alias cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit;

rit; auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c.

§. 12. Volumus autem, &c. Datum Romæ, & die 10. Iunij 1643. Pontificat. noſtri anno 20.

Videndum tamen, quid in hoc poſt Vrbanum decreverit Innoc. X. & ſeriùs eſt examinandum.

68. Ad firmiorem humilitatis conſervationem, & divagationem omnium relaxationum originem, quantùm fieri poſſit, inter ipſos eliminandam, pacemque, ac puritatem ſanctiùs confovendam, Lectores Iubilatos habere, atque Patres Provinciarum, quatales in Diffinitorio cum voto admittere, & ad proceſſiones publicas poſſe convenire; necnon in ſæcularium domibus, vel commorari, vel pernoctare, quod jam gravi abuſu alicubi inter ipſos introducebatur, maximo rigore prohibentur; ad Romanam Curiam pro ſuarum Provinciarum, & Cuſtodiarum negotiis ſuos ſubdictos mittere valeant: Miniſtro Generali, ut legitimo Prælato per omnia ſubſint: ita tamen, ut per ipſum immediatè, non per alium de Obſervantia Regulari deputatum viſitari poſſint, & gubernari, & alia multa, ut ex ſequentibus decretis Apoſtolicis evidentiùs apparet.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. to fol. 209. bull. 144. imp. Lugdun. 69. Religioſos viros, qui abjectis hujus ſæculi vanitatibus, humilitati, & paupertati ſub arctioris vitæ Inſtituto ſe per omnia tradiderunt, & abnegantes ſemetipſos, ut facerent voluntatem Domini, ſuam fregerunt, ſicut peculiaribus hujus ſanctæ Sedis favoribus, & gratiis dignos exiſtimamus, ita ad circumſpectam illius providentiam pertinere dignoſcimus, ea ſedulò ſtatuere, atque ordinare, quibus Religioſi ipſi in ea, quam ſingulari divinæ benedictionis præſidio ingreſſi ſunt, via de cætero ambulent, & vota ſua reddant Domino in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo.

§. 1. Hinc eſt, quòd Nos dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatis nuncupatis Hiſpaniarum, & Indiarum, quos in viſceribus gerimus charitatis, omnem ambitionis, honorumque, & titulorum conſequendi viam præcludere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, atque ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus in ulla eorundem Fratrum Provincia tàm Hiſpaniarum, quàm Indiarum, tituli Lectoris Iubilati nullatenus ſint, neque habeantur.

§. 2. Quòdque nullus eorundem Fratrum Diſcalceatorum, qui Miniſter Provincialis non fuerit, titulo, ac exemptione Patris gaudeat, etiamſi fuerit, vel pro tempore ſit Vicarius Provincialis.

§. 3. Nos enim ex tunc quoſcumq; titulos Lectorũ Iubilatorũ, qui ad præſens in eiſdem Provinciis reperiuntur, Apoſtolica authoritate, tenore præſẽtium, revocamus, caſſamus, & abrogamus, ac pro revocatis, caſſis, & abrogatis haberi volumus: Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac ſub arbitrij noſtri pœnis omnibus, & ſingulis dictarum Provinciarum Fratribus, ad quos ſpectat, ne titulis Iubilatorum ſibi aliàs quomodolibet conceſſis, ſeu per eos quavis occaſione, vel cauſa obtentis, de cætero uti, ſeu ſe illis juvare audeant, vel præſumant, ac in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, ac privationis officii pœnis ipſo facto incurrendis, dilectis filiis eorundem Fratrum Miniſtro, & Commiſſario Generalibus reſpectivè præcipimus, & mandamus, ut ſtatim receptis præſentibus litteris, illis pareant, & obediant, deque illis Miniſtros Provinciales &c. ut Vicarij prædicti, & Lectores Iubilati hujuſmodi omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta, ſub eiſdem pœnis, ut præfertur, incurrendis adimpleant.

§. 4. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore, ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus regulâ noſtrâ de

de Iure quæſito non tollendo, ac aliis conſtitutionibus, &c.

§ 6. Volumus autem &c. Dat. Romæ &c. die 3. Decembris 1635. Pontif. noſtri anno 13.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull.Rom. to.5. imp. aug. fol. 151. Bull. 320. 70. PAſtoralis officij Nobis divinitùs injuncti aſſidua ſollicitudo Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea ſemper intendamus, per quæ regularium perſonarum, quæ relicto ſæculo divini Numinis obſequiis ſeſe dedicarunt, quieti conſulitur, & quæ religioſum earum propoſitum poſſunt impedire, removenrur, ut nulla re præpeditæ ſecundum regularia ſuorum Ordinum inſtituta, tranquillis mentibus gratum Altiſſimo impendere valeant famulatum.

§. 1. Cùm itaque ſicut accepimus nonnulli Fratres Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum Provinciarum Hiſpaniarum à nonnullis annis citra, extrà clauſtra ſuarum domorum Regularium continuò commorati fuerint, & commorentur, convivantque, & pernoctent in ædibus ſæcularium, & Regioſorum earundem Provinciarum malo exemplo, & offendiculo, diſciplinæque, & Obſervantiæ Regularium perturbatione, detrimento, & relaxatione. Idcirco Nos præmiſſis, quantùm cum Domino poſſumus, proſpectum eſſe cupientes, motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine.

§. 2. Quòd omnes, & ſinguli Fratres Diſcalceati dicti Ordinis Provinciarum Hiſpaniarum hujuſmodi, qui extra ſuas domos regulares commoranrur, conviviunt, & pernoctant in ædibus ſæculariũ, ut præfertur, cujuſcumque gradus, ſtatus, qualitatis, & conditionis exiſtant, etiamſi deſuper quaſcumque particulares licẽtias, & privilegia ſibi alias à Sede Apoſtolica, vel ab ipſius Ordinis Miniſtris Generalibus concedi obtinuerint, & obtineant, infra octiduum à præſentium noſtrarum litterarum notificatione ſibi facienda, coram Miniſtris Provincialibus earundem Provinciarum ſeſe ſiſtere, & comparere debeant, ut ab eiſdem Miniſtris Provincialibus Conventus, in quibus degant, & habitent, ſibi aſſignentur ſub inobedientiæ, & excommunicationis, necnon privationis antianitatis, habitus, ac ſuffragiorum, & Miſſarum pro Fratribus Diſcalceatis Ordinis hujuſmodi celebrari ſolitarum pœnis eo ipſo, & abſque ulla alia declaratione incurrendis, earundem tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propterea eiſdem Miniſtris Provincialibus Provinciarum hujuſmodi in virtute S. Obedientiæ, ac ſub eiſdem pœnis, ut eaſdem præſentes litteras noſtras debitę, & omnimodæ executioni demandari, & ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari curent, & faciant; ac decernentes irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus, &c.

§. 5. Volumus autem &c. Dat. Romæ, &c. die 27. Februarij 1643. Pontif. noſtri anno 20.

71. Quòd Patres Provinciarum, quà tales in Difinitorio votum non habeant, necnon quòd alia plurima ſingulare ipſorum gubernium concernentia, & Generali Miniſtro qualem habeant ſubjectionem, bullam Vrbani ipſius exhibeo.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

ALiàs pro fœlici, proſperoque regimine, & gubernio, ac uniformiori Fratrum Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum, Provinciarum, & Cuſtodiarum Hiſpaniarum, & Indiarum perfectione, & puritate à Nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet. Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Aliàs poſtquam per recolendæ memoriæ Grogorium XV. prohibitum fuiſſet omnibus Patribus Provinciarum in Ordine Fratrum Min. de Obſervantia, ne Diffinitorium ingrederentur; & deinde per Nos litteras hujuſmodi Gregorij prędeceſſoris noſtri moderando, in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Min.

Min. S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum de anno 1639. in alma Vrbe noſtra celebrato, de conſenſu dilecti filij noſtri Franciſci S.Laurentij in Damaſo Diaconi Card. Barberini, S. R.E. Vicecancellarij, noſtri ſecundùm carnem ex Fratre Germano Nepotis, dictique Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris, ſtatutum fuiſſet.

§.2. Vt duo tantum Patres Provinciæ in ſingularum Provinciarum Vltra montanæ familiæ Diffinitoria introducerentur, unus ſcilicet, qui in Provincia reliquis dignior eſſet, ille nimirum, qui inter Patres Provinciæ primum locum ſibi vindicaret, qui quidem in Diffinitorio aſſiſteret; alter verò, qui immediatè Miniſtri Provincialis officium abſolviſſet, ut ſequenti etiam immediatè triennio dumtaxat eam obtineret dignitatem, & in Diffinitorio aſſiſteret, &c. ea tamen lege, ut ſi iſte ex qualibet cauſa deficeret, in ejus locum ſubrogatus eo ipſo eſſet, qui ante ipſum Miniſter Provincialis immediatè extitiſſet; triennio autem hujuſmodi tranſacto, alius qui Miniſtri Provincialis officio etiam immediatè functus fuiſſet, ſubſequeretur, & ſic deinceps de triennio in triennium dumtaxat ſervaretur; ita quòd numquam hi duo Patres in Provinciarum dictarum Diffinitoriis deſiderarentur; quòdque ſi contingeret, ut qui eſſet dignior, & perpetuus in Diffinitorio hujuſmodi aſſiſtens, alio titulo de eodem Diffinitorio exiſteret, ſibique jus in illud ingrediendi competeret, tunc in ejus locum ipſo facto ſubrogatus eſſet ille Pater Provinciæ, qui eidē dignitate proximus fuiſſet. Subinde Nos inſtitutionem, ſeu reſtitutionem præfatorum Patrum Provinciæ pro Diffinitoriis Provinciarum prædictarum in dicto Generali Diffinitorio factam, & poſtmodum omnia, & ſingula ſtatuta in Capitulo Generali dicti Ordinis de eodem anno celebrato edita, ſine tamen præjudicio Obſervantiæ Regularis, ac ſtatutorum Apoſtolica authoritate confirmatorum, ac ordinationum, & Brevium Apoſtolicorum pro Fratribus Diſcalceatis dicti Ordinis Hiſpaniarum, & Indiarum factorum, & emanatorum confirmavimus.

§.3. Ac demum cùm Nobis innotuiſſet, quòd inſtitutio, ſeu reſtitutio præfatorum duorum Patrum Provinciæ, quoad eoſdem Fratres Diſcalceatos Hiſpaniarū, & Indiarum dicti Ordinis, nedum eorum ſtatutis, ac litteris Apoſtolicis pro ipſis emanatis adverſabatur, ſed etiā cauſa perturbationum fuiſſet: Idcircò Nos motu proprio, ac ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, præfatos Fratres Diſcalceatos Hiſpaniarum, & Indiarum, ac eorum Provincias, & Cuſtodias præſentes, & futuras quoad introductionem duorum Patrum Provinciæ in ſingula ſuarum Provinciarum Diffinitoria ſub præfato Diffinitorio Generali hujuſmodi edito, ac certis noſtris litteris incipientibus, *Onerosa, &c.* aut quibuſvis aliis dicti Ordinis ſtatutis, aut decretis, litteriſque Apoſtolicis circa eamdē materiam emanatis, quæ, & quas quoad hoc revocavimus, caſſavimus, & annullavimus, nullatenus compræhendi, nec eſſe compræhenſos declaravimus.

§.4. Et inſuper ſtatuimus, & ordinavimus, ut in Provinciarum Hiſpaniarum, & Indiarum eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Capitula, Congregationes, & Diffinitoria nullus omnino Pater Provinciæ quovis ſub prætextu introducatur, ſed in illis dumtaxat Miniſter Provincialis, aut Vicarius Provincialis, & Diffinitores actuales, Cuſtodes autem juxta uſum, & morem Provinciarum, & Cuſtodiarum admittantur. Quódque ſi in alicujus ex dictis Provinciis Diffinitorium præfati duo Provinciæ Patres introducti fuiſſent, illi ipſo facto amoverentur, & electio per eos facta, ſub privationis ſuorum officiorum, aliiſque arbitrij noſtri pœnis omnibus, & ſingulis Superioribus, qui dictos duos Patres Provinciæ in Diffinitorium hujuſmodi admiſiſſent, nulla, & irrita exiſteret; ipſique Fratres Diſcalceati Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi, ſub eiſdem pœnis per contrafacientes eo ipſo incurrendis, juxta ſtatuta, & ordinationes Provinciarum hujuſmodi viverent, & regerentur, ac aliàs prout in diverſis noſtris in ſimili forma brevis litteris deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus uberiùs continetur.

§. 5. Cùm autem, ſicut nuper accepimus, dilecti Filij Miniſter, & Procurator Generalis dicti Ordinis præmiſſis ſeſe oppoſuerint, prætextu quòd aliquæ ex Provinciis eorumdem Fratrum Diſcalceatorum

ceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi quædam generalia, ſeu particularia ordinationes, & ſtatuta, ſeu privilegia habeant, juxta quæ diverſimodè, & aliàs quàm in præfatis noſtris litteris ſtatutum, diſpoſitumque fuit, gubernentur; Idcircò Nos pro majori, & uniformiori eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi perfectione, & puritate in præmiſſis opportunè providere volentes, motu proprio, ſcientia, ac deliberatione ſimilibus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; Quòd præfatæ noſtræ litteræ pro eiſdem FF. Diſcalceatis Hiſpaniarum, & Indiarum emanatæ, ut præfertur, ſive illorum aliquæ Provinciæ habeant aliqua ſtatuta, & ordinationes, ſeu privilegia generalia, aut particularia, ſive non habeant, omnino, & involabiliter obſerventur, obſervarique debeant in omnibus eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Provinciis, & Cuſtodiis nunc, & pro tempore exiſtentibus in partibus Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi: quòdque præfatę Provinciæ, & Cuſtodiæ dictorum Fratrum Diſcalceatorum nunc, & pro tempore exiſtentes in eiſdem Hiſpaniarum, & Indiarum partibus per ſua propria ſtatuta, ordinationes, & leges gubernentur abſque eo, quòd Generalibus totius Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus ſubjaceant, ea tamen lege, ut ad receptionem prædictorum duorum Patrum Provinciæ, nullum ſive generale, ſive particulare, & proprium ſtatutum poſſit ipſis Fratrum Diſcalceatorum Provinciis, & Cuſtodiis Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi ſuffragari, ſed ſemper litteræ noſtræ prædictæ inviolabiliter, & inconcuſsè, ac generaliter obſerventur, tenore præſentium decernimus, ſtatuimus, & ordinamus.

§. 6. Si verò fortè contingat, in eiſdem Provinciis, & Cuſtodiis Fratrum Diſcalceatorum prædictorum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi aliqua Capitula, Congregationes, ſeu actiones, in quibus præfati duo Patres Provinciæ, vel eorum aliquis interſint, & reperiantur, celebrari, eo ipſo omnia, & ſingula, quæ inibi decreta, & conſtituta fuerint, irrita, & nulla, nulliterque, & invalidè geſta, & facta fuiſſe, & eſſe, ac fore, declaramus.

§. 7. Dantes eiſdem Fratrum Diſcalceatorum Provinciis, & Cuſtodiis Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi facultatem mittendi ex eiſdem Fratribus Diſcalceatis ſuos proprios Procuratores ad Romanam curiam, quotieſcumque ſe ſe obtulerit occaſio, pro negotiis earumdem Provinciarum, & Cuſtodiarum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi pertractandis. Volumus autem, ut ſaluis ſupradictis, dicti Fratres Diſcalceati Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi, in reliquis ſubjecti remaneant juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Miniſtri eorumdem Fratrum de Obſervantia Generalis pro tempore exiſtentis, ita quòd ipſe Miniſter Generalis per ſe ipſum, vel alium, ſeu alios ex ipſis Diſcalceatis dicti Ordinis tantùm poſſit eoſdem Fratres Diſcalceatos corrigere, viſitare, & in eos juriſdictionem exercere. Quòdque ſi Miniſter Generalis prædictus abfuerit, non deputatis ab eo hujuſmodi Fratribus Diſcalceatis ad ſupradictum effectum, tunc omnes, & ſingulæ Provinciæ, atque Cuſtodiæ prædictæ per Miniſtros, ac Cuſtodes ſuos gubernentur, juxta quaſdam alias noſtras in ſimili forma Brevis die 8. Aprilis proximè præteriti expeditas litteras, quarum etiam tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus.

§. 8. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & perſonis, cæteriſque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in virtute S. obedientiæ, ac ſub excommunicationis majoris, à qua non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolvi poſſint, aliiſque arbitrij noſtri, necnon officiorũ ſuorũ privationis, perpetuæq; inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda pœnis, ut eoſdem Fratres Dicalceatos Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi, præmiſſorum omnium commodo, & effectu frui, & gaudere ſinant, & faciant

§. 9. Decernenteſque, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu, etiam quantumvis ſubſtantiali, vel formali nullatenus unquam notari, impugnari redargui, infringi, retractari, aut in jus, vel controverſiam adduci, vel revocari poſſe, ſicque per

quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Quocirca dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ nunc, & pro tempore in Hiſpaniarum Regno exiſtenti Nuncio, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Provinciarum, & Cuſtodiarum Hiſpaniarum, & Indiarum hujuſmodi fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat authoritate noſtra præfatas, & pręſentes noſtras litteras hujuſmodi debitæ, & omnimodæ executioni demandari; Non permittentes, eos contra earumdem prædictarum, & præſentium litterarum tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, illaſq; etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 11. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de un , & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium in judicium non trahatur; necnon præfatis Miniſtri, & Procuratoris Generalium dicti Ordinis oppoſitionibus, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ipſius Ordinis, ac Provinciarum, & Cuſtodiarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordinis, ac Provinciarum, & Cuſtodiarum hujuſmodi Superioribus, Fratribus, & perſonis, ipſiſque Provinciis, & Cuſtodiis ſub quibuſvis verborum tenoribus, & formis, ac cũ quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, &c. Volumus &c. Dat. Romæ, &c. die 30. Iulij 1642. Pontif. noſtri anno. 19.

§. 12. Cum autem, ſicut accepimus, in præfatis Indiarum partibus, ob ingentem diſtantiam, & quæ inter ipſos Fratres Diſcalceatos cum Obſervantibus ejuſdem Ordinis intercedit, contradictionem, expediat, ut litteræ Apoſtolicę, quæ eò perveniunt, maximè claræ ſint, clauſulaſque contineant efficaces, earumdemque litterarum executio Ven. Archiepiſcopis, & Epiſcopis illarum partium, in quibus nullus Sedis Apoſtolicæ Nuncius exiſtitit, committatur. Idcirco Nos pro noſtra paſtorali ſollicitudine in præmiſſis opportunè, ut infra, providere volentes. Præinſertas noſtras litteras cum omnibus in eis contentis tenore præſentium confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Et inſuper, quòd dicti Ordinis Fratres Diſcalceati hujuſmodi, qui abſentibus eorum Miniſtris Generalibus, ſupradictas Provincias, & Cuſtodias Indiarum præſentes, & futuras regere, & viſitare debebunt, earumdem Provinciarum, & Cuſtodiarum Indiarum, aut Hiſpaniarum ex Diſcalceatis huiuſmodi filij eſſe, & in illis habitum per eoſdem Diſcalceatos geſtari ſolitum ſuſcepiſſe, & profeſſionem per eos emitti conſuetam expreſsè emiſiſſe debeant, quòdque nullus ex dicti Ordinis Obſervantibus, præter Miniſtrum Generalem pro tempore exiſtentem, aut qui aliàs de Obſervantia fuerit, etiamſi inter eoſdem FF. Diſcalceatos degat, & vivat, nec eoſdem FF. Diſcalceatos regere, nec viſitare, nec in eos ullum ſuperioritatis actum quoquo modo exercere queat: In eventum verò, in quem Miniſtri Generales præmiſſis, aut illorum cuilibet contravenirent, præfatæ Provinciæ, & Cuſtodiæ eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Indiarum hujuſmodi, juxta quaſdam aliàs noſtras in ſimili forma Brevis die 8. Aprilis proximè præteriti ad hunc effectum

effectum pro Provinciis eorumdem FF. Diſcalceatorum Hiſpaniarum conceſſas, & emanatas vivere, & gubernari poſſint.

§. 13. Ac demùm quòd dictæ Provinciæ, & Cuſtodiæ eorumdem Diſcalceatorum Indiarum præſentes, & futuræ quarumvis litterarum, privilegiorum, & gratiarum à Sede Apoſtolica Provinciis Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum, videlicèt S. Ioſephi, S. Pauli, & S. Ioannis Baptiſtæ conceſſorum, & concedendorum participes ſint, ſtatuimus, & ordinamus.

§. 14. Decernentes præſentes litteras, & in eis cōtenta quæcūq; de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intētionis noſtræ, vel alio quoquam defectu nullatenùs unquam notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controverſiam adduci, vel revocari poſſe, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Sediſque prædictæ Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis alitèr judicandi, & in interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs in eiſdem Indiarum partibus conſtitutis, ſive dilectis Filijs eorum in ſpiritualibus generalibus Vicarijs, & Officialibus per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Provinciarum, & Cuſtodiarum Indiarum hujuſmodi fuerint requiſiti, ſeu aliquis eorum fuerit requiſitus, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra præinſertas, & præſentes noſtras litteras hujuſmodi debitæ, & omnimodæ executioni demandari.

§. 16. Non permittentes, eos contra earumdem præinſertarum, & præſentium litterarum tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Volumus, &c. Dat. Romæ &c. die 22. Decembris 1642. Pontif. noſtri anno 20.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

72. CVm ea, quæ propter juſtas, & rationabiles cauſas aliquando ſta- Ibid. fol. 113.
bilita ſunt, ipſa rerum, & temporum experientia doceat, providè oportere moderari, & immutari; ſuperioribus verò annis per quaſdam noſtras in ſimili forma Brevis litteras pro bono regimine Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ Fratrum Minor. Diſcalceatorum nuncupatorum Regularis Obſervantiæ S. Franciſci in Hiſpania, quædam clauſulæ quarumdam aliarum in eadem forma Brevis in favorem ejuſdem Provinciæ à fœl. rec. Clem. PP. VIII. prædeceſſore noſtro emanatarum, incipientium. *Ex injuncto nobis Apoſtolici muneris debito*, ſub datum die 29. Novembris 1599. declaratæ, & aliæ limitatæ fuerint; ex præfata veró limitatione, ſeu moderatione nonnulla gravia inconvenientia, quæ novis litibus, & inquietudinibus januam aperuerunt, in dies oriri videantur: Nobis propterea dilecti Filij Michael Tervel Miniſter Provincialis, & Diffinitores dictæ Provinciæ Fratrum eorumdem per dilectum etiam filium Franciſcum Seguer dicti Ordinis profeſſorem eorum Procuratorem humiliter ſupplicari fecerunt, ut omnia, & ſingula, gratias, & privilegia in prædictis Clementis prædeceſſoris litteris eidem S. Ioannis Baptiſtæ Provinciæ aliàs conceſſa confirmare, & opportunè ſibi, ut infra providere, & indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur, qui perſonarum quarumlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium quieti, & ſtatui, quantùm cum Domino poſſumus, libenter conſulimus, omnem ſuper præmiſſis inconvenientium hujuſmodi

materiam, & occaſionem è medio ſubmovere, ipſoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſinglares perſonas à quibuſvis excommunicationis,&c.hujuſmodi ſupplicationibus inclinari,præfatas Clementis prædeceſſoris litteras in favorem Provinciæ prædictę S.Ioannis Baptiſtæ Ordinis Fratrum Min S.Franciſci Diſcalceatorum huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus,illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus,ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint,ſupplemus.

§. 2. Et inſuper modernis eidem Michaeli, & pro tempore exiſtentibus Miniſtro Provinciali, Cuſtodi, Diffinitoribus,Guardianis, & Fratribus dictæ Provinciæ, ut quaſcumque domos, ſive eremitoria, ſeu loca, ſi quæ ſibi à piis Chriſti-fidelibus in Hiſpaniæ partibus concedantur, recipere, & in illis Conventus ſui Ordinis erigere, & fundare, ſervatâ tamen aliàs Sacrorum Canonum, & Decretorum S. Concilij Tridentini formâ,de ſola Ordinarij loci licentia, ac nullo quarumvis aliarum perſonarum cujuſvis Ordinis, Congregationis, aut inſtituti Regularium deſuper requiſito conſenſu,ac in eis domos ſui Ordinis,& Provinciæ præfatæ,cum Eccleſia, Sacrario, Campana, ſeu Campanis humilibus, Cæmeteriis,Clauſtro,Refectorio, Cellis, Hortis, aliiſque Officinis, & ædificiis neceſſariis erigere, & fabricari facere, ac in illis Fratres ſui Ordinis Diſcalceatorum introducere,atque in ipſarum domorum Eccleſiis,poſtquam erectæ,& fabricatæ fuerint, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pro infirmis aſſervare, ac divina officia celebrare, & Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare,ut in cæteris Fratrum Diſcalceatorum eorumdem domibus fieri ſolet.

§. 3. Ac ejuſdem Provinciæ nunc, & pro tempore exiſtentibus Miniſtris Provincialibus, ſeu Guardianis, ſive alio quovis nomine nuncupatis Prælatis, ad quos de jure,& juxta regularia ejuſdem Ordinis ſtatuta Apoſtolica authoritate confirmata ſpectat, & pertinet, ut quoſcumque prædictum Diſcalceatorum Ordinem ingredi, & profiteri volentes, dummodo in qualibet dictarum domorum erigendarum, tàm Fratres profeſſi, quàm Novitij numerum triginta non excedant, juxta regularia ejuſdem Ordinis inſtituta ad habitum, & profeſſionem recipere, & admittere, ac cum aliis Religioſis profeſſis incorporare liberè, & licitè valeant,licentiam,& facultatem perpetuò concedimus.

§. 4. Præterea,quòd Provincia præfata, illiuſque Fratres, & Conventus ſuis arctioribus Conſtitutionibus,& ſtatutis, quæ in pleno Capitulo Provinciali à majori parte Capituli recepta, & ſtabilita fuerint, gubernentur,nec ad obſervanda ſtatuta generalia à Capitulis,vel Congregationibus Ordinis Fratrum Minorum S.Franciſci de Obſervantia nuncupatorum jam facta, vel pro tempore facięda, nec ad ſpecialia eorumdem Superiorum mandata, quæ Miniſtri Provincialis,Cuſtodis,& Diffinitorum Provinciæ judicio fuerint dictorum Fratrum Diſcalceatorum reformationi, aut commodo diſſentanea, teneantur.

§. 5. Quòd Miniſtri,ſeu Prælati Provinciales, Congregationes particulares, quas diffinitoriales vocant, quando, & ubi commodiùs ſibi viſum fuerit,liberè, & licitè convocare, & celebrare, ac in eis quaſlibet electiones Guardianorum, & aliorum officiorum facere,& quaſcumque cauſas, ſive civiles, ſive criminales, & negotia ad eamdem Provinciam ſpectantia juxta formam ſacrorum Canonum, & Regularium ſtatutorum, & ſuarum Cōſtitutionum Provincialium tractare, diffinire, & ſententiare poſſint. Quódque Prælati Generales ejuſdem Ordinis hujuſmodi Congregationes particulares diffinitorias, aut earum electionem, ſeu diffiniriones, vel decreta, & ſententias nequaquam impedire,immutare, nec dilatare valeant.

§. 6. Quód dicta Provincia, ejuſque nunc, & pro tempore exiſtentes Conventus, & Fratres, niſi per Fratres Viſitatores alicujus Provinciæ Diſcalceatorum hujuſmodi,à Prælatis tamen Generalibus deputandos, nullatenus viſitari, aut ſindicari poſſint: quodque hujuſmodi Viſitatores Diſcalceati in dictam Provinciam ingredi,aut in ea aliquam juriſdictionem exercere non valeant, niſi tempore ſtatuto circa finem triennij Miniſtri Provincialis, nempè poſt duos annos

annos,& ſeptem Menſes Provincialatus, cujuſlibet Miniſtri Provincialis ejuſdem Provinciæ tranſactos,& non antea. Tales autem Viſitatores omnia ſtatuta Provincialia ejuſdem Provinciæ obſervare,& juxta illorum tenorem, & præſcriptum Provinciam viſitare, & gubernare debeant, & teneantur, nec in eiſdem ſtatutis, niſi de conſenſu majoris partis Diffinitorij plenè diſpenſare valeant, quamvis hoc idem in litteris patentibus, & authenticis à Prælatis Generalibus, aliiſve Superioribus ſpecialiter eiſdem indultum, & conceſſum fuerit.

§.7. Vt autem omnes ambitionis, & injuſtitiæ occaſiones, quæ ſub ſimulato, ac apparentis correctionis, & reformationis zelo obrepere ſolent, è medio penitùs evellantur, poſtquam prædicti Viſitatores Commiſſarij ſuam juriſdictionem, & Viſitationem in Provincia hujuſmodi cœperint exercere, nulli Guardiani, nullique Vocales, quibus concurſus ad Capitulum proximè futurum de jure cõpetit, poſſint ante ipſum celebratum Capitulum ob aliquam, ſeu aliquas cauſas ab officio removeri, nec voce activa, aut paſſivâ privari: ſi autem in ipſa viſitatione aliquibus delictis, & culpis quidam præfatorum reperiantur obnoxij, vel eorum punitio, & correctio poſt omnes electiones Capituli factas differatur, vel alijs canonicis, & regularibus pœnis præter privationem officij, ac vocis activæ, & paſſivæ arbitrio Superiorum puniri debeant.

§. 8. Inſuper quòd Fratres ejuſdem Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ ab ipſa ſua Provincia per quoſcumque Superiores abſtrahi nequeant, ut ad Indos, vel alias partes, & Provincias remittantur, niſi de conſenſu Capituli Provincialis, vel Diffinitorij pleni ejuſdem Provinciæ: Et quòd hujuſmodi Superiores, quicumque illi ſint, non poſſint Fratres præfatos licentiare, ut in domibus ſæcularium, ſeu extra clauſtra habitent niſi ſervatâ ad unguem formâ à Clemente prædeceſſore præfato præſcriptâ in bulla, ſeu litteris de Reformatione Regularium, incipientibus *Nullus omninò prætextu cujuſcumque privilegij ſub anno* 1599. nempe quòd tales licentiæ niſi ex graviſſima cauſa à Sede Apoſtolica approbanda nullatenùs concedantur, quæ verò aliter conceſſæ ſint, ipſo facto irritæ, & nullæ cenſeantur, & Religioſi talibus licentijs utentes ſtatim ad clauſtra revocentur.

§. 9. Quódque poſſint ijdem Fratres Diſcalceati intra ſepta domus Regularis ſuæ libros à Bibliothecis de licentia Prælati abſtractos habere, & illis uti, dummodo poſtquam illis uſi fuerint, eiſdem Bibliothecis illos reſtituere procurent: ac demum Miniſtro Provinciali, Cuſtodi, necnon Guardianis, Conventibus, & Fratribus univerſis dictæ Provinciæ nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis gratijs, indultis,& privilegijs; exemptionibus, immunitatibus, libertatibus,favoribus, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, tam Provinciis S. Ioſepht, & S. Pauli, quàm qnibuſvis alijs ejuſdem Ordinis Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum Provinciis per quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores, ac per Nos, & Sedem Apoſtolicam hactenus conceſſis, & imposterum concedendis æquè, ac ſi ipſimet Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ nominatim conceſſa fuiſſent, frui, potiri, & gaudere perpetuò poſſint, & valeant, authoritate, & tenore præfatis pariter perpetuò concedimus, & indulgemus. Volumuſque, ſtatuimus, ordinamus reſpectivè, & inſuper præcipimus Miniſtro, & Commiſſario Generalibus Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ,& quibuſvis Commiſſariis,& Viſitatoribus ad dictam Provinciam S. Ioannis Baptiſtæ deſtinatis, cæteriſque tàm Prælatis, quàm ſubditis ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ac privatione quorumcumq; officiorum, & dignitatum eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, ne in præmiſſis Fratres præfatos Diſcalceatos Provinciæ S. Ioannis Baptiſtæ hujuſmodi litibus gravari, aut quovis modo moleſtari permittant; quinimmo præfata omnia privilegia, & indulta illis inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant, ac per ſuas proprias litteras, quoties pro parte præfatorum Fratrum Diſcalceatorum fuerint requiſiti, faveant, & aſſiſtant.

§.10. Et nihilominùs Venerabilibus Fratribus Velentino, & Granatenſi Archiepiſcopis, necnon Carthaginenſi, Guadixenſi, Oriolenſi, Dertuſenſi, Ilerdenſi Epiſcopis, eorumque Vicarijs

Generalibus,ſeu Proviſoribus,ac dilecto filio Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes cõmittimus,& mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras,&in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicent,illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtant, faciantque authoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper per Prælatos Generales,& Viſitatores præfatos quomodolibet moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles,& præmiſſis non parentes per ſententias,cenſuras,&pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris,&facti remedia, appellatione poſtpoſita cõpeſcendo,necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus,cenſuras, &pœnas præfatas illos incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando,invocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 11. Decernentes præſentes litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam eo quòd in præmiſſis intereſſe habentes, vel Fratres de Obſervantia præfati, aut quicumque alij vocati non fuerint,notari,impugnari,redargui,infringi, retractari,aut quomodolibet in jus, vel controverſiam revocari,ſed ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios,& delegatos,etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam cavetur expreſſè, ne profeſſores Ordinum Mendicantium loca ad habitandum abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali,de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente recipiant,& de una, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad judicium non trahatur; aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,ac noſtris litteris,quæ incipiunt: *In Cathedra B. Petri Apoſtolorum Principis de anno 1626. emanatis*; ac quibuſvis ejuſdem Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam per Fratres Diſcalceatos hujuſmodi acceptatis,præſertim Capitulorum, ſeu Congregationum generalium,quibus cavetur expreſſè,ne Fratres Diſcalceati hujuſmodi,domum aliquam dicti eorum Ordinis abſque expreſſa licentia Capituli Generalis, aut infra quinque leucas à domo eorumdem Fratrum Minor. erigere audeant, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordini Fratrum Min. illiuſque Superioribus, & quibuſvis Religioſis particularibus,aliiſque perſonis,ſub quibuſvis tenoribus, & formis,ac cum quibuſvis etiam,&c. Quibus omnibus, &c.

§. 12. Cæterùm quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca,ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus&c Dat. Romæ&c. die 15. Iunii 1639. Pontificatus noſtri anno 16.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

83. Dudum à fœl. rec. Gregorio Papa XIII. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſequẽtis; Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc Nos Deus, licèt immeritos, militantis Eccleſiæ regimini prætulit, ut quid cuique conveniat,neceſſariumque ſit, & opportunum provideamus; Et præſertim Dilectis filiis profeſſoribus Ord. Fratrum Min. Diſcalceatis nuncupatis Provinciæ S. Ioſephi in Regnis Hiſpaniarum, quos tanto rerum cœleſtium, & æternarum ſtudio allectos eſſe intelligimus, ut pro ſempiterna earum fruitione quamlibet vitæ auſteritatem voluntariè, libenterque amplectantur,ut ab externis curis,& moleſtiis,quibus ab inſtituto, & præſcripto ſuæ Regulæ diſtrahi poſſunt, liberati, illis ſoluti liberiorem bona cœleſtia,& æterna contemplandi, & conſequendi facultatem habeant. Ad aures itaque noſtras Fratres prędicti Diſcalceati nuncupati nonnullas querimonias perduxerunt,quibus ſe

Ex cop. imp. Romæ anno 1657.

ſe quamplurimis moleſtiis, ac pertubationibus à dilectis filiis Fratribus S. Franciſci de Obſervantia nuncupatis non parum ſub oinimè juxtis pretextib⁹ vexari conquerebantur: Eapropter Nos illorum quieti, & indemnitati conſulere volentes Congregationi Ven. Fratrum noſtrorũ S. R. E. Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium deputatorum negotium hujuſmodi audiendum, & cognoſceodum commiſimus, coram quibus re diù, ac maturè diſcuſſa, iiſdem Fratribus Diſcalceatis ex una, & Procuratore geoerali prædictorum Fratrum de Obſervantia partibus ex altera ſemel, ac pluries auditis, habita ſuper hoc matura deliberatione de eorumdem Cardinalium Conſilio, Coogregatiooem, ſive ut vocant Provinciam S. Ioſephi prędictam jam pridem io dictis Regois erectam, & ordinatam, ac laudabilia inſtituta eorumdcm Fratrum Diſcalceatorum cum omnibus, & ſingulis eorum Cuſtodiis, domibus, ſeu Monaſteriis, & locis, quæ oune obtinent, & in poſterum obtinebunt præſentibus, & futuris tẽporibus Apoſt. authoritate tenore præſentiũ approbamus, & cõfirmamus; illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus; Præcipientes in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis arbitrio infraſcriptorum Iudicum infligendis cenſuris, & pœnis Generali, & aliis Miniſtris, Cõmiſſariis, Proviocialibus, Diffinitoribus, Vicariis, Cuſtodib⁹, & Guardianis, nunc, & pro tempore exiſtentibus dicti Ord. Fratrũ Mio. de Obſerv. nuncupatorum, ac illorum Generali proximè, & aliis in futurum celebraodis Capitulis, & perſonis in eo congregandis; Necnon omoibus, & ſingulis aliis quacumque digoitate, authoritate, & poteſtate fuogentibus, ne Proviociam, Cuſtodias, Monaſteria, ſeu domos, aut loca prædicta ullatenus directè, vel indirectè, ſeu quovis quæſito colore, vel ingenio diſmembrare, aut ſeparare, ſeu diſmembrari, vel ſeparari, aut aliàs quomodolibet inquietare, vel moleſtare audeaot, ſeu permittant; Nec eorumdem FF. Diſcalceatorum vivendi modum, aut rigorem ſtrictæ eorum Obſervantiæ habitus vilitatem, ac paupertatem cootemnere, immutare, ſeu retractare, aut in eis aliquid innovare, ſeu attentare præſumant; quinimmò Geoeralis Miniſter, Commiſſarii, & alij prædicti Fratribus dictæ Provinciæ S. Ioſephi, ac eorum Cuſtodiis, domibus, Monaſteriis, ſeu locis, quibus poterunt modis auxilium, cooſilium, & favorem præſtent; Præterea Nos Fratribus dictæ Provinciæ quæcumque loca, tàm in Regnis Hiſpaniarum, quàm in omnibus Indiis, & alibi exiſtentia ipſis pro tempore cõcedenda interveniente Sedis Apoſtolicę authoritate, ſeu ſervatâ formâ Conc. Trid. Necnon Fratres prædictos de Obſervantia ad eas tranſeuntes recipiendi licentiam, & facultatem impartimur; Inſuper cũ dicti FF. Diſcalceati perpetuum aliquod onus Miſſarum per ipſos celebrandarum ex inſtituto ſuſcipere prohibeantur, ac ex officio, & debito charitatis pro ſuis benefactoribus vivis, atque defunctis ſacras Miſſas celebrare, & alia divina officia peragere habeant, ſeu ſæpiùs in illis celebrandis, & peragendis plurimum occupentur, ſtatuimus, ut nullus Superiorũ prædicti Ordinis FF. Minorum de Obſervantia ipſis FF. Diſcalceatis aliquod oous Miſſarum perpetuum, vel temporale injongere, ſeu eos aliquas Miſſas pro aliis particularib⁹ perſonis, ſeu aoimabus aliquorum fidelium defunctorum, etiamſi illi ſint Patroni, vel Fundatores quorumdam Monaſteriorum, aut domorum eorumdem Fratrum de Obſervantia, ſeu in quibus memorati Fratres de Obſervantia commorantur, celebrandas, vel aliàs ad ſatisfaciendum io Miſſis hujuſmodi pro eiſdem Fratribus de Obſervantia, cogere, ſeu adſtringere poſſit; Præterea, quòd nulli Commiſſarij Fratrum de Obſervantia prædictorum, nec ipſe Generalis Miniſter pro tempore exiſtens poſſit aliquos ex dictis Fratribus Diſcalceatis de prædicta eorum Provincia S. Ioſephi, ſeu de eorumdem domibus, vel locis extrahere, vel transferre, aut illos mittere ad quaſcumque alias partes, vel Provincias, etiam Indiarum, etiam pro Cuſtodia S. Gregorij in Indiis Philippinis, & ubi domus, ſeu Monaſteria ipſorum Fratrum Diſcalceatorũ impoſterum canonicè recepta fuerint, niſi eos, qui à Patribus in Capitulo ejuſdem Provinciæ S. Ioſephi ſpecialiter aſſignati fuerint, vel aliàs in eodem Capitulo fuerit ordinatũ: Quòd que Cuſtodia S. Gregorij prædicta eidem

Cuſtodia S. Greg. Philipp. ſit membr. Provinciæ S. Ioſeph.

dem Provinciæ S. Ioſephi ſubjecta, & incorporata exiſtat, prout Nos illam harum ſerie ſubijcimus, & incorporamus, donec ea in Provinciam juxta Ordinis ſtatuta fuerit erecta, ac quòd Provincialis dictæ Provinciæ S. Ioſephi poſſit, & valeat Fratres ejuſdem Provinciæ ad Cuſtodiam prædictam tranſmittere, ac Commiſſarium ad illam viſitandam, ibique Capitula habendum, juxta Ordinis inſtitutum ubi, & quando opus fuerit, & ſibi videbitur deſtinare: Volentes nihilominùs, ut ſaluis ſupradictis; in reliquis dicti Fratres Diſcalceati ſubjecti remaneant juriſdictioni, viſitationi, & correctioni, Miniſtri eorumdem Fratrum de Obſervantia Generalis; adeoq; quòd ipſe Miniſter per ſe ipſum vel alium, ſeu alios ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum tantùm, poſſit eoſdem Fratres Diſcalceatos corrigere, viſitare, ac in eoſdem juriſdictionem exercere: Decernentes pręſentes litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo quòd omnes intereſſe habentes, vel Fratres de Obſervantia prædicti, aut quicumque alij vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſi aliquibus cenceſſum ſit ſpecialiter, ut ſub revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede Apoſtolica emanatis, & impoſterum emanandis compræhendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpratandi facultate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Quocirca Venerabilibus Fratribus Toletano, & Mexicano Archiepiſcopis, & Epiſcopo Abulen. necnon dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Decano Eccleſiæ Mexican. per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Diſcalceatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eos omnibus, & ſingulis præmiſſis juxta pręſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos deſuper per Miniſtrum Generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebitè moleſtari, Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij VIII. prædeceſſoris noſtri Conſtititutionem, per quam cavetur expreſsè, ne profeſſores Ordinũ Mendicantium, loca ad habitandum abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac de una, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus, &c. aut ſi aliquibus, &c. Datum Romæ &c. die 12. Novembris 1577. Pontif. noſtri anno 7. Cæſar Glorierius.

74. Cum autem firmiora ſint, quæ ſępiùs Apoſtolica authoritate roborantur, ſupplicationibus dilecti filij noſtri Roderici tituli SS. duodecim Apoſtolorum Preſbyteri Cardinalis de Caſtro nuncupati, ac Eccleſiæ Hiſpalen. ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſt. Præſulis, qui ad hunc Ordinem peculiarem gerit devotionis affectum, hac in parte inclinati, litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & derogationibus Apoſtolica authoritate tenore preſentium approbamus, & confirmamus, illiſque robur Apoſtolicæ firmitatis harum ſerie adiicimus, ac omnia, & ſingula pręmiſſa in eis contenta inviolabiliter obſervari, & per Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac Auditorem, & Decanum prædictos exequi

Volumus,

volumus,& ordinamus: Non obſtantibus quibuſcumque, &c. Datum Romæ &c. die 25. Martij 1592. Pontificatus noſtri anno primo.

75. Quòd propria ſibi ſtatuta condere valeant, & quomodo ad Generales Ordinis leges non teneantur; hîc habes, præter ampliora, quæ in præcedentibus bullis fusè leguntur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 5. fol. 161 Aliàs Nos motu proprio,& ex certa ſcientia,meraq; deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,inter cætera alia,quòd Provinciæ, & Cuſtodiæ Fratrum Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum pro tempore exiſtentes in Hiſpaniarum,& Indiarum partibus per ſua propria ſtatuta, ordinationes, & leges gubernarentur, abſque eo,quòd generalibus totius Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus ſubjacerent, quódque S. Gabrielis, & S. Didaci Provinciæ eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum perpetuo omnibus, & ſingulis privilegiis, & gratiis ſpiritualibus, & temporalibus pro fœlici, proſperoque illarum regimine, & conſervatione conceſſis hactenus, & in poſterum concedendis à Sede Apoſtolica Provinciis S. Ioſephi, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Pauli eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Ordinis hujuſmodi pariter Hiſpaniarum gauderent, & de illis participarent, decrevimus, ſtatuimus, & ordinavimus,& aliàs prout in diverſis noſtris in ſimili forma Brevis litteris deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 1. Nunc autem Nos eamdem S. Gabrielis Provinciam, illiuſque Fratres Diſcalceatos hujuſmodi pro illorum uniformiori perfectione,& puritate,amplioribus favoribus, & gratijs proſequi volentes, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, deque particularis Congregationis ſuper negotijs dicti Ordinis deputatæ conſilio.

§. 2. Quòd Miniſter Provincialis dictæ Provinciæ S. Gabrielis Fratrum Diſcalceatorum huiuſmodi in proximè celebrando ejuſdem Provinciæ Capitulo Provinciali ad Capitularem, ſeu aliam domum Regularem dictæ Provinciæ Ordinis hujuſmodi ſibi bene viſam, & per eum eligendam, ante,vel poſt ipſius Capituli Provincialis celebrationem,eos dictæ Provinciæ Fratres Diſcalceatos hujuſmodi, qui aliàs Miniſtratus Provincialis munere functi fuerunt, convocet, & convocare debeat, qui ſic convacati, & congregati cum Diffinitorio eorum propria ſtatuta, & ordinationes condant pro fœlici dictę Provinciæ regimine, majoriſque perfectionis quoad vitam, & bonos mores conſervatione, quam ipſa Provincia profitetur, ſtatutaque, & ordinationes hujuſmodi exactè, & ſummo cum rigore obſerventur, & per ea dicta Provincia, & illius Fratres Diſcalceati hujuſmodi gubernentur abſque eo, quòd Generalibus ipſius Ordinis, aut aliis ſtatutis, & conſuetudinibus ſubjaceant, ſed iis dumtaxat,quæ ab ipſis congregatis, & Diffinitorio edentur, ſubſint.

§. 3. Ac inſuper quòd eadem S. Gabrielis Provincia, illiuſque Fratres Diſcalceati hujuſmodi omnibus, & ſingulis litteris Apoſtolicis,privilegiis,& gratiis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus conceſſis hactenùs, & in poſterùm concedendis à Sede Apoſtolica primodictis eorumdē Fratrum Diſcalceatorum aliis Provinciis Hiſpaniarum, & Indiarum participent,& gaudeant,tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis eo ipſo abſque alia declaratione incurrendæ, ac ſuorum officiorum privationis, aliiſque arbitrariis pœnis omnibus,& ſingulis Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi Superioribus,& Subditis,cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, ut præmiſſa omnia exactè, & accuratè exequantur, & obſervent,& ab aliis exequi, & obſervari curent, & faciant.

§. 5. Ac decernentes præſentes litteras,nullo unquam tempore de ſubreptionis,vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ,vel alio quopiam defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut in jus, vel controverſiam

troverſiam adduci, vel revocari poſſe, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari,& diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obſtantibus &c. Volumus, &c. Datum Romæ, &c. die 3. Octobris 1643. Pontificatus noſtri anno 21.

Quomodo, & ſub qua teſervatione Miniſtro Generali ſint ſubjecti, & à corpore Obſervantiæ non ſeparati; hîc multis allegatis bullis. & præcipuè in Vrbani VIII. conſtitutione. *Aliàs fæl. record. &c. Dat. Romæ &c. die 8. Aprilis* 1642. hoc in eodem capite legitur expreſſe.

76. Pro jure Sæculares in ſuis Eccleſiis ſepeliendi; & ne ab Ordinariis locorum, quorum in territorio ſita habere domicilia eos contingat, quoad viſitationem, aut alio ullo modo poſſint inquietari; Vrbani diploma impetrarunt, ut ſequitur.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Ibid. fol. 152. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus à Matrito filius Provinciæ S. Ioſephi Fratrum Ordinis Min. S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorũ, Commiſſarius Terræ ſanctę, ac nonnullarum Provinciarum Hiſpaniarum eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Procurator, quòd nuper à Nobis pro Provincia S. Gabrielis Fratrum Diſcalceatorum prædictorum, etiã Hiſpaniarum, emanarunt litteræ tenoris ſequentis, videlicet. Vrbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Gundiſalvus de Sanctis Procurator, & filius Provinciæ S. Gabrielis Fratrum Ord. Min. S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum Hiſpaniarum, quòd Priores, Vicarij, Proviſores, Parochialium Eccleſiarum Rectores, ac Beneficiati Civitatum, Oppidorum, Locorum, & Villarum de Lierena, Fuente de Cantos, Xerez, Valentiæ de Alcantara, Brojas, Serena, & Meridia, conſiſtentium intra fines Præceptoriarum, ſeu Commendarum, aliàs Magiſteriorum de Alcantara, & S. Iacobi de Spatha Militiarum, ratione Conventuum dictæ Provinciæ Ordinis hujuſmodi Fundatorum in Eccleſiis Eremitoriis nuncupatis, quæ priùs erant juriſdictionis ipſarum Militiarum, ſeu Ptæceptoriarum, vel Commendarum hujuſmodi Fratres Diſcalceatos eorumdem Conventuum in ſuis Eccleſiis cadavera defunctorum ſibi ſepulturam inibi eligentium ſepelire minimè poſſe; quòdque ipſi Priores, Vicarij, aliíque præfati, cum ad Eccleſias eorumdem Ftatrum Diſcalceatorum occaſione funerum accedunt, ſeſe eoſdem Fratres Diſcalceatos præcedere, officiaque Mortuorum ſuper ipſorum cadaveribus obire, debere prætendunt, ne dum contra formam juris, & litterarum Apoſtolicarum in ſimili forma Brevis, variarumque declarationum, & decretorum à Congregationibus Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſac. Concilij Tridentini Interpretum, ac negotiis Epiſcoporum, & Regularium, ſacriſque Ritibus Præpoſitorum reſpectivè emanatorum, ſed etiam contra caſum legis de jure ſepeliendi, ac ſacros Canones: Cùm per Clementinam ſecundam de ſepulturis detur facultas Fratribus dicti Ordinis S. Franciſci cadavera defunctorum ſibi in eorum Eccleſiis ſepulturam eligentium ſepeliendi.

§. 3. Quoniam verò, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Priores, Vicarij, Proviſores, Curati, & Beneficiati hujuſmodi, pro ſuis mero arbitrio, & voluntate declarationes, & decreta hujuſmodi nullatenus obſervant; ſed cum non levi ſæcularium ſcandalo, & offendiculo ipſos Fratres Diſcalceatos, qui ob eorum paupertatem, & arctioris Regulæ Obſervantiam, litium, & quæſtionum materias, & occaſiones diffugiunt, in præmiſſis gravant, necnon quando etiam viſitatum eunt ſuas Eccleſias, prætendunt ſe poſſe etiam viſitare Eccleſias ipſorum Fratrum Diſcalceatorum, necnon Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſub prætextu, quòd ipſæ fundatæ ſint in Eccleſiis Eremitoriis hujuſmodi Locorum, Villarum, Oppidorum, & Civitatum, prædicto-

prædictorum, quæ priùs, ut præfertur, juriſdictionis ipſarum de Alcantara, & S. Iacobi de Spatha Militiarum hujuſmodi Ordinum erant, non ſine notabili gravamine,& præjudicio dicti Ordinis, & contra formam privilegiorum illi à tot Summis, & Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſorum, ac demùm quando præmiſſa peragere ab ipſis Fratribus Diſcalceatis non permittuntur, eoſdem Fratres Diſcalceatos diverſimodè moleſtant, etiam per Verbi Dei prædicationis adminiſtrationis Sacramenti Pœnitentiæ, & eleemoſynarum privationem.

§. 4. Nobis propterea idem Gundiſalvus dictæ Provinciæ nomine humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioſorum Ordinum quorumcumque fœlicem directionem ſinceris deſideramus affectibus, eorumdem Fratrum Diſcalceatorum dictæ Provinciæ indemnitati, ac commodis, quantùm cum Domino poſſumus,proſpicere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eoramque ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis,&c.

§. 5. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, licèt Conventus eorumdem Fratrum Diſcalceatorum dictę Provinciæ S. Gabrielis fundati forent in Eccleſiis Eremitoriis nuncupatis, quæ prius erant juriſdictionis ipſorum de Alcantara, & S. Iacobi de Spatha Militarium Ord. hujuſmodi, ut præfertur, prędicta Clementina ſecunda, ac eorumdem Cardinalium declarationes, & decreta præmiſſorum occaſione in dictis Conventibus, & tota Provincia hujuſmodi obſerventur, obſervarique debeant, ipſique Priores, Vicarij, Proviſores Parochialium Eccleſiarum Rectores, & Beneficiati Civitatum,Oppidorum, Locorum, & Villarum hujuſmodi, Eccleſias eorumdem Fratrum Diſcalceatorum dictæ Provinciæ, & Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſub prætextu, quòd Eccleſię hujuſmodi in dictis Eremitoriis fundatę ſint, ut pręfertur, viſitare, nec eaſdem Eccleſias ingredi, & inibi aliquem juriſdictionis actum exercere, ullatenus unquam poſſint, nec debeant; Apoſtolica authoritate tenore pręſentium concedimus, ſtatuimus, & ordinamus, eiſdem Prioribus,Vicariis,Proviſoribus,Curatis, & Beneficiatis hujuſmodi perpetuum deſuper ſilētium imponimus.

§. 6. Mandantes propterea omnibus,& ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum,ut eoſdem FF. Diſcalceatos præmiſſorum omnium, & ſingulorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec eos deſuper à quoquā quavis authoritate fungente moleſtari,perturbari, impediri, vel inquietari ullatenus permittant, ac decernentes præſentes litteras validas, firmas,& efficaces exiſtere,& fore,ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Fratribus Diſcalceatis pleniſſimè in omnibus, & per omnia ſuffragari;ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E.Cardinales etiam de latere Legatos,& Sedis Apoſtolicæ Nūcios ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & ejuſdem Sedis in Regnis Hiſpaniarū Nuncio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios præsētes litteras,& in eis cōtenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum deſuper fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat authoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos eædem præſentes concernunt, illis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos, vel eorum aliquem contra præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 8. Non obſtantibus, &c. Quibus omnibus, &c. Volumus autem &c. Dat. Romæ &c. die 7. februarij 1643. Pontif. noſtri anno 20.

§. 9. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Paulus præinſertas noſtras litteras hujuſmodi, cum omnibus in eis contentis ad alias omnes, & ſingulas Provincias eorum Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum hujuſmodi, & quaſvis alias, quàm in eiſdem præinſertis litteris expreſſas Militias extendi, ac aliàs in præmiſſis opportunè, ut infra, deſideret provideri. Nos eumdem Paulum, alioſque Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, &c. ſupplicationibus dicti Pauli Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; præinſertas noſtras litteras pro dicta Provincia S. Gabrielis, ut præfertur, emanatas, ad omnes alias, & ſingulas Provincias eorumdem Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniarum hujuſmodi, ac ad quævis loca quomodolibet fundata in eiſdem Provinciis Apoſtolica authoritate tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Ac inſuper, quòd omnes, & ſingulæ Provinciæ prædictæ Hiſpaniarum Fratrum Diſcalceatorum hujuſmodi compræhendantur, & participent de quibuſcumque privilegiis, litteris Apoſtolicis, & decretis quovis modo cuivis ipſarum Provinciarum particulariter, & ſpeciatim conceſſis, perinde ac ſi illa omnibus, & ſingulis Provinciis prædictis in genere circa hanc materiam conceſſa fuiſſent, indulgemus.

§. 10. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis, ad quos pariter ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum, ut eoſdem Fratres Diſcalceatos omnium, & ſingularum Provinc. commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere ſinant, & faciant, nec eos deſuper à quoquã quavis authoritate fungente moleſtari, pertubari, inquietari, vel impediri ullatenùs permittant, ac decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque Fratribus, Diſcalceatis pleniſſimè in omnibus, & per omnia ſuffragari, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Quocirca dilecto filio eidem moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & ejuſdem Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio per præſentes committimus, & mãdamus, quatenùs ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Diſcalceatorum omnium, & ſingularum Provinciarum hujuſmodi deſuper fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat authoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos eædem præſentes concernunt, illis ſpecificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos, vel eorum aliquem contra præſentium earum tenorem quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, & invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 12. Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ in dictis præinſertis litteris voluimus non obſtare, & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & c. quibus omnibus, &c. Volumus, &c. Datum. Romæ &c. die 4. Martij 1643. Pontif. noſtri anno 20.

77. Ab obligatione itidem ad publicas accedẽdi proceſſiones liberantur, ad hoc ut majori recollectione inter clauſtri limites Domino famulari debeant; ut ex hoc Vrbani diplomate apparet.

VRBANVS

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Reg. Vitram. t. 4. fol. 214. bul. Vrb.

Religioſorum, qui ſub ſuavi Religionis jugo, & clauſuræ monaſticæ Obſervantia in ſpiritu humilitatis gratum Altiſſimo famulatum exhibere ſtudent, quieti, quantùm cum Domino poſſumus, libenter proſpicimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire: Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Miniſter Provincialis ſuo, & Diffinitorij Provincię S. Didaci Fratrum Ordinum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum nuncupatorum in Bethica nominibus, quòd cum ferè omnes præfatæ Provinciæ Conventus pro majori Religioſorum tranquillitate, & quiete, utque à ſæcularium conſuetudine, & congreſſu remoti attentiùs orationi vacent, extra Civitates, Vrbes, & Oppida cōſtructi ſint, ubi eorumdem Conventuum Religioſi ex iis ad publicas proceſſiones prodeunt, religioſa vitæ integritas, ac ſolitudo, quam pro majoris ſuæ Regulæ Obſervatione profitentur, non leviter læditur, magnæque ex hujuſmodi in proceſſionibus interventu, illarumque aſſociatione diſtractiones ipſis Religioſis proveniunt, diſciplinæque Regularis relaxatio, aliaque gravia damna, & incommoda oriuntur: Nobis propterea dicti exponentes humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis de aliquo opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui piis Religioſorum votis libēter annuimus, ac eos, ut quietiùs Deo inſervire valeant, ſpecialibus favoribus, & gratiis, &c. omnibus, & ſingulis dictæ Provinciæ Fratribus, ne de cætero ex ſuis Conventibus ad publicas proceſſiones exire, nec ad id à quoqam quavis authoritate fugēte cogi, vel compelli ullatenus poſſint, Apoſtolica authoritate tenore præſētium interdicimus, & prohibemus; mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ quibuſcumque locorum Ordinariis in dicta Provincia conſtitutis, ne dictos Religioſos ſuper præmiſſis quoquomodo moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præſumant, nec ab aliis moleſtari, perturbari, vel inquietari permittant. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 18. Februarij 1642. Pontif. noſtri an. 19.

78. Quoniam verò nonnullæ de præfatis litteris Apoſtolicis ad particulares Diſcalceatorum Provincias, non autem ad omnes expeditæ fuiſſe videntur, habemus tamen ex aliis hîc etiam recenſitis, ſpecialiùs verò ex annexa Alex. VII. diſpoſitione, quòd gratiæ omnes, jura, privilegia, & indulta Diſcalceatis, vel in particulari, vel in communi conceſſa, omnibus omninò illorum Provinciis indulta principaliter intelligantur.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 5. fol. 407 bull. 164. Alex. VII.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Provinciarum in Hiſpania, & Indiis conſiſtentium Ord. Min. Fratrum S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum, ſeu Diſcalceatorum nuncupatorum, quòd dudum fœl. rec. Gregor. Papa XIII. prædeceſſor noſter diverſa privilegia Fratribus Reformatis Provinciarum S. Ioſephi, & S. Ioannis Baptiſtæ in Hiſpania conſiſtentibus, ſtrictioris Obſervantiæ hujuſmodi conceſſit, quæ præſertim reſpectu Fratrum de Obſervantia à rec. mem. Clemente VIII. & Vrbano VIII. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus pariter noſtris confirmata fuerunt.

§. 1. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, Provinciæ Fratrum Reformatorum ſtrictioris Obſervantiæ hujuſmodi ad numerum duodenarium cum divini cultus augumento creviſſe de præſenti reperiantur, dicti verò exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformatis ſupradictis ſuffragare debere, à Nobis declarari ſummoperè deſiderent: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipſos exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum

poſitorum, qui dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis hujuſmodi audierunt, & præcitata privilegia memoratis Provinciis S. Ioſephi & S. Iaonnis Baptiſtæ, ut præfertur, conceſſa, & eorum confirmationes viderunt, conſilio, attentis narratis, privilegia memorata Provinciis S. Ioſeph. & S. Ioannis Baptiſtæ, ut præfertur, conceſſa, & confirmata reliquas omnes Provincias Fratrum Reformatorum, ſeu Diſcalceatorum ſtrictioris Obſervantiæ hujuſmodi in Hiſpania, & Indiis conſiſtentes, compræhendere, eiſque in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, &c.

§. 5. Volumus autem, &c. Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diæc. ſub annulo Piſcatoris die 5. Novembris 1665. Pontif. noſtri anno II.

79. Denique pro pace inter ipſos conſervanda, confuſioneſque, atque lites ad evitandas, decrevit Alexander ipſe, ne Diſcalceati ad quamcumque aliam, etiam titulo arctioris vitæ Religionem tranſire valeant, niſi ſub formis, & conditionibus in diplomate appoſitis ut ſequitur.

ALEXANDER PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. fol. 285. CVm ſicut dilecti filij Miniſtri Provinciales, & Fratres Provinciarum Sanctorum Ioannis Baptiſtæ, & Ioſephi Ordin. Minorum S. Franciſci de Obſerv. Diſcalceatorum nuncupatorum Regni Hiſpaniarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi aliàs providè conſideraverint incommoda, quæ eiſdem Provinciis in dies proveniunt, ex eo quòd nonnulli earumdem Provinciarum Religioſi hujuſmodi prætextu vitæ melioris prætendant à dicto Ordine tranſire ad Fratres Carthuſianos, petitâ dumtaxat, licèt non obtentâ ad id ſuorum Superiorum licentiâ, Nobis propterea iidem exponentes, ut eædem Provinciæ in eorum ſtatu Reformato, & in pacis, & in quietis univerſalis amænitate conſerventur, humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè, ut infrà, providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eoſdem exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. ac hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: De Venerab. Fratrum noſtrorum S. Rom. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, attentis narratis, ad evitanda expoſita inconvenientia, ac aliis juſtis de cauſis, ut in futurum nulli Ordinis hujuſmodi Religioſo profeſſo, etiam ſub prætextu arctioris vitæ, ſeu quovis alio quæſito titulo liceat, ad quamcumque aliam Religionem quantumlibet ſtrictiorem tranſire, niſi prius in pleno Diffinitorio licentiam tranſeundi petierint, eamque per majorem partem ſuffragiorum favorabilium legitimè obtinuerint; ac nullum, & inane quicquid ſecus geſtum fuerit, Apoſtolica authoritate tenore præſentium decernimus.

§. 2. Cognitionem verò cauſarum prætenſorum gravaminum propter denegationem prædictæ licentiæ eiſdem Cardinalibus etiam privativè quoad alios quoſcumque Iudices, quantumvis ſpecifica, & ſpecialiſſima mentione dignos avocamus, & reſervamus.

§. 3. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. die 18. Martij 1659. Pontificatus noſtri anno 4.

Hiſce in communi de prima introductione, atque firmata ſtabilitate Patrum Diſcalceatorum enarratis; fœliciſſimos ipſorum progreſſus, & fructus in ultimis etiam Orientis terminis glorioſè productos ad 2. par. in Provinciarum deſcriptione reſervamus.

CAPVT

## CAPUT III.

### *Introductio Strictioris Obſervantiæ per Reformatos in Italiam.*

80. Tepeſcentibus etiam in Italia Fratribus ab antiquo ſolitudinis, integræque perfectionis rigore, atque non quidem in eſſentialibus diſſipatâ in communi regulari diſciplinâ (ut nimiùm gravabat ante ſuam emendationem Boverius) ſed pullulantibus ex præallegata jam cauſa Conventuum de Conventualitate receptorum in particulari, pleriſque relaxationibus, quæ in Vuadingo ad annum 1525. *n.* 11. & 12. & in Haroldo ejus Epitomatore n. 9. plenè recenſentur, eò ferventiùs à ſpiritualis vitæ Zelotibus Strictioris Obſervātiæ in Italiam introductio deſiderabatur, quò duriùs retardari conſpiciebatur. Ipſam non tàm ex veterum ſuorum Patrum memoriis in mente conceptam, aut in Hiſpaniis, jam fœliciter efflorēſcentem audierant, quàm propriis oculis in B. Guadalupenſi, Melgario, Angelo Pinciano, ipſorumque ſocijs, dum per obtinenda ſpiritualis ſuæ Recollectionis Apoſtolicā confirmatione ſæpiùs in Vrbem peregrinati fuiſſent, aſpexerant; unde ardentiùs ipſam expeterent.

81. Franciſcus Lichetus ſecundùs ex Obſervantia Regulari totius Ordinis Min. Miniſter Generalis tum ſcotiſticis ſpeculationibus, tum zelo paupertatis, vitæque Regularis obſervantiā longè conſpicuus, delatis ad ſe hac de cauſa querelis, & ſupplicationibus, ſpiritualium hujuſmodi zelum, velùt eorum amantiſſimus Pater per aſſignationem aliquorum Conventuum voluit conſolari.

Vvad. t. 8. 1525. n. 12. 82. Primum itaque Strictioris Obſervantiæ in Italia principium paulò altiùs eſt inquirendum; licèt Vvadingus gloriæ Franciſcanæ vindicator incomparabilis, ejuſque Epitomator Haroldus vix anno 1525. ejus aliqualem innuere mentionem, & anno 1532. pro ipſius Apoſtolica confirmatione bullam Clementis VII. adnotare videantur. Scripſere tamen de ipſa, & quidem cum laude Gonzaga in 1. par. ex profeſſo, aliiſque pluribus in locis occaſione arrepta; Marcus Viliſſiponenſis, Barezzius, Marianus, alijque ex Obſervantia permulti: principaliùs autem Petrus Marchant in Chronologia Brevi Min. Generalium; Chronologia verò Seraphica præ cæteris ipſius veriorem originem latè deſcribens, ſic exorditur [Circa hæc tempora (49. Capituli Generalis) initium ſumpſit Reformatorum Fratrum in Ordine Minorum proficuum, & laudabile inſtitutum, quod licèt anno 1525. ſtabile initium poſuerit, attamen ab anno 1518. per varios ſucceſſuum anfractus coruſcare cœpit.]

83. Lichetus ergo tum Generalem Ordinis Reformationem, tum ſingularium Fratrum ferventiorem ſpiritum promovere magna zeli ſinceritate deſiderans, Aſſiſij primùm in Provinciali Capitulo editis legibus inhibuit per Ordinem univerſum Conventuum ſine ſpeciali licentia multiplicationem, perfectiores ex zelantibus deſtinavit Commiſſarios Viſitatores Provinciarum; quibus & ſpecialia addidit mandata, & inſtructiones pro eliminandis ex toto Ordine abuſibus, necnon ad plenam Religionis Reformationem ſingulariter proficuas; Conſtitutiones iſtas cadente anno 1518. in Capitulo provinciali Aquilano voluit ab omnibus omnium vocibus acceptari; Romæ deinde in principio anni ſequentis in Capitulo Āra Cœlitano; & immediatè in Capitulo Neapolitano; in Capitulo Bononienſi die 19. Februarij; Cremonæ die 19. Maij; in Marchia Anconitana die 10. Iunij; ac poſt paucos dies iterum Aſſiſij convocatis Comitiis; quibus ſingulis eodem anno, incredibili, labore mira celeritate, atque indefeſſo zelo coram aſſiſtens pro integra Ordinis reparatione ſanctiſſimè adlaboravit.

84. Conſiderans autem, perfectionem eſſe paucorum, Romana primùm in Provincia B. Stephano Molinæ Hiſpano viro ex Pontificiis, Regumque negotiis, ſed magis ex vitæ ſanctitate conſpicuo (ut ſuo loco referemus) Bernardino Aſtenſi, aliiſque nonnullis ejuſdem zeli viris conceſſit die 6. Ianuarij 1519. ut ad ſtrictiorem Regulæ Obſervantiam, durioremque vitæ rigorem, ad Fontem Palumbi ſolitarium locum ſe ſe reciperent, in quo Seraphicus Patriarcha Regulam Chriſto dictante conſcripſerat: Neapoli etiam B. Fratri Nicolao de Thomacellis Ibid. fol. 241.

lis nobilitate ſanguinis claro, ſed Evangelicæ perfectionis zelo longè clariori, Dominico de Campanea viro puriſſimo, aliiſque paucis ex perfectoribus indulſit die 2. Februarij 1519. ut ad S. Ioannis de Lauro, & ad S. Mariæ de Aviliano à communi cæterorum conſortio ad ſolitaria loca ſecederent; hoc ipſum in aliis quibuſdam Provinciis effecit. Hæc fuere veriora Reformationis Italicæ primordia.

Ibid.

85. Compoſitis modo hìc enarrato Italiæ rebus, in Germaniam ad effectum eumdem voluit cum maximo Pontificis favore divagari Lichetus; in Saxoniam verò ad pleniorem Ordinis reſtaurationem Franciſcum de Angelis (ſui poſtmodùm in officio ſucceſſorem) omnibus titulis conſpicuum pro Commiſſario deſtinavit, his appoſitis inſtructionibus; *Primò volo, ut diligenter inquiras, ſi Conventus in illa Provincia ſint verè Reformati* (Plures enim à Conventualibus exceperant) *juxta tenorem Regulæ, & quos verè Reformatos inveneris, Reformatos conſerves; quos benè non Reformatos inveneris, reformes.* Verùm proh dolor! Licheto nimiis inter hæc laboribus, & curis oppreſſo, vitâque functo magno totius Ordinis mærore, ſed maximo ſpiritualium, & Recollectionis malo; ei ad complendum ſexennij officium ſuffectus eſt in Vicarium Generalem, ac deinde Miniſtrum Paulus Soncinas à Mediolano. Quàm injuſtè Lichetum inſimulet Boverius ſuâ licentiâ, ipſa Licheti ſanctiſſima facta propalant, ut tom. 1. in ejus vita notavimus.

Chronol. Seraph. Ibid.

86. Fratrum ſpiritualium præfatâ qualemcumque ſeparationem magis, magiſque in dies ampliandam in ſui præjudicium timebat, & graviter dolebat Obſervantiæ Regularis tota ferè Communitas; quare Licheto à mortalibus abeunte, & Paulo Soncinate Vicario, deinde Miniſtro Generali, atque Hilarione Saccheti tum in Curia Procuratore Generali, deinde in Ciſ-montanis Commiſſario Generali ſaltem conniventibus, vel potiùs cooperantibus, ut in præfatis authoribus, ſed præſertim in Chronologia eſt videre, à locis ſolitariis, atque pauperculis amoti fuerunt Spirituales, & indifferenter cùm cæteris de Communitate Obſervantiæ maximo illorum mærore per cœnobia commixti.

87. Angebantur autem eò magis, quò fœliciùs audiebant, per Hiſpanias ex Franciſci Quiñonij Commiſſarij primò, deinde Miniſtri Generalis ardentiſſimo zelo promoveri tota fœlicitate non modò novas jã Diſcalceatorum Provincias, ſed & per Provincias ſingulas ſanctæ Recollectionis ſolitarias domos, in quibus ad puriorem vitam anhelantes ſub particularibus ſibi præfixis legibus à ſæcularibus omninò ſemoti, ad ſummum paupertatis, ac pœnitentiæ rigorem ſumma ſpiritus quiete Deo ſoli intenti diverſabantur. Quocirca ex longiori propter hæc, aliaque omninò graviſſima Religionis negotia Miniſtri Generalis extra Italiam incolatu, dum ſpirituales ab æmulis duriùs agerentur, Matthæus de Baſcio dilationis impatiens, zelumque præferens, ſed ſine ſcientia, quòd Recollectionem ipſam eorum ex culpa radicitùs exterminatam videret, qui ipſam fovere tenebantur, noctu de Conventu diffugiens, novam habitus formam cum caputio acuminato ſibi confixit eremitæ modo in illa victurus; ſuper quo vivæ vocis oraculo pro ſe ſolo licentiam à Pontifice impetravit; Matthæum exinde ſecuti Ludovicus, & Raphael de Foro-ſemproniano uterini Fratres, deinde Antonius, Bernardinus, Vincentius, & Sanctius, obtinuerunt per litteras ſacrę Pænitentiariæ eandem novæ vitæ permiſſionem, de quibus in libro de Capuccinis plenè tractabimus.

Chronol. Seraph. ibidem

Vvad. ibid. Chron. Seraph. ibidem.

Ibid.

88. Quiñonius Generalis Italiam ingreſſus, & Vrbem, ex his novitatibus contra Hilarionem Sacchettum in Ciſmontanis Commiſſarium Generalem excandeſcens, ipſum acriter repræhendit, quòd contra Recollectiones durior tanto malo occaſionem miniſtraverit; deinde præfatas egredientium licentias Apoſtolica authoritate revocari ut obtinuit, ſanctiſſimis pro Reformatione editis legibus, Commiſſarios ex perfectioribus, ac zelantioribus ad Provincias deſtinavit, hoc unum præ cæteris eis injungens, *ut Recollectionum Conventus, ſi qui ſupereſſent, omninò ſuſtinerent, ubi verò non eſſent, ad eos aſſignandos Provinciale Capitulum adſtringerent, atque ſolerter inquirerent, & ſcripto notarent Fratres ſpirituales, qui recollectas domos vellent inhabitare; quatenus eorum devotioni in Capitulo provideretur.*

89. Hac

Chronol. Seraph. fol.243. Barez. 4. p. Chron. l.8.cap.16. Vvad.1525 n.12.

89. Hac de cauſa magno teneritudinis affectu Stephan. Molinam jam prænotatum, ejuſque ſequaces Romæ amplexatus, eis valdè in Domino confortatis pauperrimos, ac devotiſſimos Conventus ad Fontem Palumbi, ad Græcium, ad Arcem antiquam, & Nazzanum aſſignavit, præfecto in Superiorem Molina, quem veriſſimè hujus Reformationis Patrem tùm Chronologia Seraphica, tùm Barezzius, Marianus, cæterique deprædicant, qui de hac Italica Reformatione ſcripſerunt. Idipſum eodem anno egit Neapoli cum præfatis Thomacellio, Damiano, aliiſque adhærentibus; & ſpecialiter in Provincia Baſilicatæ, ſimiliter in cæteris Italiæ Provinciis horum zelantium progreſſum, & augmentum pro adventantium numero Miniſtris Provincialibus intenſiſſimè commendavit, quos ſub immediato Superiore à ſe deſignato, vel deſignando, ſibi ſoli, Miniſtroque Generali pro tempore præcepit eſſe ſubjectos; ne iterùm contra eorum quietem, ſolitudinem, vivendi formam, atque progreſſum quicquam poſſent Miniſtri Provinciales attentare. Hinc in Sicilia, in Marchia, in Vmbria, in Lombardia, in Etruria, in Provincia Brixienſi ſub ſanctiſſimis Patribus fuerunt pro Strictiori Obſervantia aſſignati Conventus, prout in tractatu Provinciarum fuſiùs apparebir.

Chron. Seraph. 244.col.1. & fol.257. in fine.

90. Anno deinde 1526. Menſe Maij, in Conventu S. Mariæ Angelorum Aſſiſij, Ciſ-montanæ familiæ generalis Congregatio celebrata eſt, & P.Fr. Paulus Piſottus de Parma Bononienſis Provinciæ in Commiſſarium Generalem aſſumptus, in qua functione P. Generalis publicè monuit Miniſtros omnes Provinciales de injuncta eis obligatione fovendi Fratres omnes, Regulæ puritatem zelantes. Fecit etiam publicè legi epiſtolam, datam ſub die 28. ejuſdem Menſis, in qua reformatam vivendi normã, & leges præſcribebat, & ſub cujus tertij Capituli finẽ Provincial. omnib9 præcipiebat, quatenus creſcente Fratrum reformatè viventium numero in proximis Provincialibus Capitulis alios ad ſufficientiam Reformatis ipſis aſſignarent Conventus, ad quos non niſi probati, exemplareſque Fratres deſtinarentur, ablata cuicumque ſibi inferiori in contrarium quicquam attentandi facultate.

91. Fœlicem verè Reformationem, ſi diutiùs Quiñonium potuiſſet habere Generalem, donec ſaltem robuſtior, ac ſecurior fuiſſet! Verùm Generalis ad graviſſima Sedis Apoſtolicæ negotia continuò deſtinatus, nè ex altera parte ſuæ Religioni deeſſet, officio ſe ſe ultro abdicavit; unde Fratres ſpituales ſub Pauli Piſotti Commiſſarij, ac deinde Miniſtri Generalis poteſtate ab ipſis plurimùm averſi, omni protectione deſtituti, quaſi fuerunt ad tumulum deducti, atque ſub non eſſe concluſi; ex quo Capuccinorum Reformatio ortum habuit, & firmitatem obtinuit, atque profectum.

Dico hîc ſeriò adnotanda omittere non debui: nempe Italicæ Reformationis originem hoc præ cæteris in Ordine Min. Reformationibus habuiſſe ſingulare; ut violenter, non per aliquos particulares obtenta, vel extorta quomodocumque facultate; ſed per immediatos totius Ordinis Miniſtros Generales, ut piis Fratrum ſpiritualium votis annuerent, fuerit per omnes Provincias immediatè introducta, efficaciterque promota, & petentibus Ordinis Patribus, ut mox dicemus, à S. Pontifice ſtabilita.

92. Nec ideo tamen dicendum, quòd ſive à Licheto, ſive à Quiñonio Miniſtris Generalibus primis ejuſdem promotoribus ad illam ſeparationis formam, quam cum Diſcalceatis Hiſpanis conformem jam habet; ſed potiùs ad inſtar Recollectionis Hiſpanicæ fundata fuerit in Italia hæc zelantium ſpiritualium Recollectio: erat enim Lichetus diviſionis inimiciſſimus, ut ait Vvadingus; quamvis ſucceſſivè ex allegandis occaſionibus adinſtar Diſcalceatorum ſub propriis primò Cuſtodibus, deinde ſub Miniſtris Provincialibus ſeparationem impetraverit.

93. Erectam, ut ad rem noſtram redeamus, tàm de propinquo novæ Recollectionis methodum audientes Calabri, qui ad majorem vitæ perfectionem anhelabant, & ad ſe ipſos non perveniſſe dolẽtes, Romam deſtinarunt aliqnos è ſuis, qui pro ſe ipſis illius ampliationem impetrarent. Sic enim habet Vvadingus. [ſub iſtud tempus ad Vrbem venerunt duo Fratres Calabri Ludovicus, & Bernardinus Georgius Rhegini, qui à Clemente VII. Pontifice facultatem impetrarunt,

Vvad.t.8. 1529.n.32.

timum ſibi paraverit exitium.]

Ibid. 1532. 97. Piſottus ergo his, aliiſque de cauſis à Meſſanenſi Congregatione regreſſus, offenſos invenit Pontificem, & Cardinales de Valle Protectorem, ac Quiñonium, quo ultimo ſpecialiùs favēte, ac protegente excitati pleriq; Fratres majoris perfectionis zelo, & exemplo novæ Reformationis Patrum Capuccinorum, dum ad eos difficulter poterat tranſiri; tùm propter vehementem Miniſtri Generalis, aliorumque Superiorum contradictionem, tùm propter fluctuantem, nutantemque ſtatum illius novellæ Congregationis; rogarunt Pontificem, ut intra Religionem ipſam modum, domoſq; præſcriberet, in quibus Fratribus ad Strictiorem vitam, perfectamque Regulæ Obſervantiam aſpirantibus, eam aſſequi foret faciliùs.

Chronol. fol. 245. 98. Conventibus enim Græcij, atque Fontis-Columbæ jam ad Capuccinos devolutis, & Obſervātibus ipſis ad eoſdem ſine remedio tranſmeantibus, timentes primarij de Obſervantia Patres, ne ad ignis inſtar ſerperet in dies Fratrum, & Conventuum ad Capuccinos devolutio, conſilium ineuntes ad Aram cœli, tandem concluſerūt, hæc omnia ob Generalis averſionem à domibus recollectis eveniſſe; ſtatuerunt ſummum Pontificem exorare, ut Conventus aliquot in unaquaque Provincia pro Fratribus reformationem amantibus Apoſtolica authoritate ſtabiliret: Ad Pontificem ipſum, & Cardinales informandos Stephanum Molinam, Bernardinum Aſtenſem ex Romana, Franciſcum Aæſinum ex Marchiana, & Franciſcum Torniellum ex Mediolanenſi Provinciis deſtinarunt. Aliquot etiam Provinciales Miniſtri, qui tunc Romæ aderant, unà cum Procuratore Ordinis idem negotium omni efficacia pertractarunt tanquam Religioni necdum proficuum, verùm & ſimpliciter neceſſarium: Pontifex ergo per Molinam optimè informatus; ubi cauſam nonnullis S.R.E. Cardinalibus toto rigore diſcutiendam commiſiſſet, ipſorum audito voto, Reformationis initia edito diplomate in Ordine univerſo firmavit.

CLEMENS PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

IN ſuprema militantis Eccleſiæ ſpecula, licèt immeriti, diſponente Domino conſtituti, inter multiplices Nobis ex debito Paſtoralis officij incumbentes curas, illâ potiſſimùm premimur, ut qui ſub voluntariæ paupertatis habitu militantes, in humilitate Spiritus devotum, ac ſedulum Altiſſimo impendere ſatagunt famulatum, non ſolùm ad id ſublatis impedimentis intendant, verùm etiam id eò ardentiùs efficiant, quò majores ſibi viderint exhiberi commoditates. Et ex hoc fit, ut quæ antea ex rationabilibus cauſis à prædeceſſoribus noſtris ordinata videbantur, ea interdùm reformemus, & in meliùs ordinemus prout juxta temporum, & perſonarum qualitatem in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Ex Bull. Rom. t. 1. bull. 35. Clem. VII.

§. 1. Sanè poſtquam fœl. rec. Leo Papa X. prædeceſſor noſter ex certis cauſis tunc expreſſis voluerat, & declaraverat ſub nomine Reformatorum, ac purè, & ſimpliciter Regulam B. Franciſci Obſervantium comprænhendi omnes, & ſingulos Obſervantes, tàm de Familia, quàm de Reformatis ſub Miniſtris, ac Fratribus Amadæi, de Colletanis, Clarenis, de S. Evangelio, ſeu de Capucio, ac Diſcalceatos nuncupatos, aut alios ſimiles quocumque alio nomine nuncuparentur, & Regulam B. Franciſci hujuſmodi purè, & ſimpliciter obſervarent, ex quibus omnibus unum Corpus inſimul efficiēs, eoſdem adinvicem perpetuò univerat. Itaque deinceps omiſſa diverſitate omnium prædictorum Fratres Minores S. Franciſci, & Regularis Obſervantiæ ſimul, vel disjunctivè nuncuparentur, & nuncupari poſſent, & deberent, omneſque, ut præfertur, unitos Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus dicti Ordinis, in quorum Provinciis, & Cuſtodiis reſpectivè morabantur, in omnibus, & per omnia ſecundùm Regulam eamdem ſubjici deberent.

§. 2. Cùm nonnulli ipſius Ordinis profeſſores, ſicuti fideli relatione percepimus, Spiritu Sancto inflammati, ut B. Franciſci alumni, & veri filij affectent Regulam ipſam B. Franciſci purè, & plenè juxta ejus litteram, & declaratio-

nem bonæ mem. Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, firmiter obſervare. Nos qui in ſinceris eorum conſcientiis delectamur, quique ab ineunte ætate ad hujus Ordinis profeſſores, & ad Ordinem ipſum totum, ſingularem geſſimus devotionis affectum, nunc autem ex communi cura Paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fovendos dulciùs, & gratioſis favoribus attentè perſequendos, tantò provocamur ardentiùs, quantò intenta mente cogitamus frequentiùs fructus uberes, quos ex Regulæ præfatæ arctiori Obſervantia ipſi Religioni, & toti univerſali Eccleſiæ ſperamus proventuros: attendentes etiam, quòd in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos gravantes remorſus, pars ſecurior eſt tenenda. Igitur tam pia, & ferventi Fratrum prædictorum requiſitione commoti, ad peragendum diligentiùs, quod ab eiſdem deſideratur, ſtudia noſtra duximus convertenda.

§. 3. Habita igitur ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ac aliis de ipſo Ordine informatis, matura deliberatione præhabita, de eorumdem Cardinalium unanimi conſilio, his noſtris in perpetuum valituris ſtatuimus, & ordinamus, ac in virtute S. Obedientiæ diſtrictiùs præcipiendo mandamus, quatenus prædictis Fratribus dictam Strictiorem Obſervantiam deſiderantibus, per præfatos Genelem, & Provinciales Miniſtros, cæteroſque dicti Ordinis Prælatos, & quemlibet ipſorum, cui, vel quibus hæ noſtræ, vel earum tranſumpta præſentatæ, vel præſentata fuerint, aſſignent loca, quantùm fieri poterit, contigua quatuor vel quinque juxta numerum Fratrum eorumdem. Et ſi in futurum plures Fratres voluerint ſe vitæ præcedenti conformare, & ab eis acceptati fuerint, nullus eos impedire poſſit: ſed Miniſter Provinciæ cum Diffinitoribus in Provinciali capitulo teneatur alia loca, quantùm poſſibile fuerit, contigua prædictis eis aſſignare, ac prioribus addere. Quæ quidem loca Fratres prædicti expropriare poſſint ſuperfluis, & pretioſis, & ea in utilia, & neceſſaria commutare, mediante Syndico à Nicolao III. Prædeceſſore noſtro ordinato.

§. 4. Et Generalis, ac Provincialis Miniſtri, & eorum Commiſſarij non poſſint impedire prædictos ab eorum Strictiori Obſervantia ipſius Regulæ, juxtà præfatas declarationes Nicolai, & Clementis, nec à ſuo bono modo vivendi, quem inter ſe pro dicta Strictiori Obſervantia ordinaverint. Nec etiam impediant, quin vilioribus, & repetiatis induantur, & quin nudis pedibus ambulent; ſed qui non poterunt, portent calepodia, ut cæteris conformentur.

§. 5. In forma autem habitus, & caputij ſint cæteris dictæ Obſervantiæ conformes.

§. 6. Volumus etiam, quòd Fratres recipiendi, ſeu veſtiendi per Fratres in dicta Obſervantia Strictiori viventes, examinentur juxta Regulam per Miniſtrum Provincialem, & ab ipſo cum conſilio ipſorum Fratrum acceptentur. Nec poſſint quicumque dicti Ordinis Prælati ſine præfatorum Fratrum conſenſu ad loca prædicta mittere alios Fratres, nec prædictos ab ipſis locis amovere; niſi ipſi petierint. In Provincialibus verò capitulis removeantur per Miniſtros Provinciales, & Diffinitores à locis prædictis illi Fratres, quos Cuſtos (ut infra eligendus) cum conſenſu majoris partis Vocalium dictorum locorum duxerit amovendos.

§. 7. Inſuper ſtatuimus, quòd prædicti Fratres in dicta Strictiori Obſervantia vivere volentes habeant in ſingulis Provinciis, ubi fuerint, Cuſtodem unum ex ipſis, quem ſibi ipſi petierint à Miniſtro Provinciali, vel ab eo, qui præeſt Capitulo, ſimul cum Diffinitoribus confirmandum, & aſſignandum.

§. 8. Qui habeat abſolutam poteſtatem plenariè in hoc tantùm, ut Fratres prædictos viſitet, moneat, & corrigat, ac manuteneat in dicta Strictiori Obſervantia Regulæ, ordinationum, & gratiarum eis à Nobis, & Succeſſoribus noſtris pro tempore exiſtentibus Romanis Pontificibus, & prædictis Miniſtris Generalibus conceſſarum, & concedendarum in futurum, & in dicto ſuo bono modo vivendi. Nec propter hoc impediatur Miniſter Provincialis quin viſitare poſſit eoſdem, ac corrigere delinquentes. Qui etiam Cuſtos ire poſſit ad Capitulum Generale cum Miniſtro Provinciæ, ad intimandum neceſſitates, & opportu

opportunitates dictorum Fratrum.

§. 9. Ordinamus etiam, quòd Cuſtos, Guardiani, & Diſcreti vadant ad Capitula provincialia, in quibus habeant vocem activam, & paſſivam ſicut cæteri Vocales.

§. 10. In quibus Capitulis Cuſtos prædictus præſentet Miniſtro Provinciali, & Diffinitoribus Fratres idoneos ad Officium Guardianatus; ex quibus tantùm fiant Guardiani ſupradictorum locorum. Poſſit etiam idem Cuſtos infra annum, cum conſenſu majoris partis Conventus ſinguli removere Guardianum ab ejus officio, & alium ſubſtituere, quem Miniſter Provincialis confirmet.

§. 11. Cuſtos verò poſſit à Fratribus reeligi uſque ad triennium. Quo Cuſtode infra annum decendente, Guardiani dictorum locorum alium, quem ſibi viderint expedire, petant à Miniſtro, vel ejus Commiſſario confirmari, & aſſignari, quem Miniſter ipſe, vel ejus Commiſſarius benignè confirmet, & aſſignet. Poſſit quoque dictus Cuſtos (ſi Fratribus eiſdem viſum fuerit) eſſe Guardianum dictorum locorum.

§. 12. Si igitur Miniſtri Provinciales, vel eorum Commiſſarij his præfatis contravenerint, ſive alicui eorum, immediatè Fratres prædictorum locorum ſubjiciantur Miniſtro Generali: Et ſi (quod abſit) Generalis prædictus eos impedire tentaverit, vel in eis in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum favere neglexerit, volumus præfatis Fratribus ad Apoſtolicam Sedem, & ad totius Ordinis Protectorem liberum patere recurſum. à quo ſi quis eos impedire præſumpſerit, ſententiæ excommunicationis, quàm ex nunc, prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, illicò ſubjacere authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & promulgamus.

§. 13. Quocirca moderno, & pro tempore exiſtenti Cameræ Apoſtolicæ generarali Auditori, necnon univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipſorum Fratrum ſupradictæ Strictioris Obſervantiæ, ſeu alicujus eorum ſuper hoc requiſiti fuerint, faciant eoſdem omnibus, & ſingulis prædictis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quavis authoritate fungentes quomodolibet indebitè moleſtari, vel quovis quæſito colore, vel ingenio directè, vel indirectè perturbari, aut aliàs quomodolibet inquietari, contradictores quoſlibet per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 14. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ipſius Leonis X. & quorumcumque aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteris, etiam bulla aurea, mari magno, vel aliis quibuſcumque, dictique Ordinis ſtatutis, privilegijs, & indultis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, etiam in forma Brevis, etiam anno præſenti, vel ſub quibuſcumque verborum formis, ſolemnitatibus, clauſulis etiam inſolitis, & quantumcumque fortiſſimis, dicto Ordini, vel quibuſcumque Prælatis ejuſdem conceſſis, vel concedendis in futurum: Etiam ſi tales forent, quòd pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, mentio habenda foret, illarumque omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, pro plenariè, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſimpliciter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs qnibuſcumque.

§. 15. Cæterùm quia difficile foret præſentes litteras ad quælibet loca, ubi opus fuerit deferri, volumus, &c. Nulli ergo omnino hominum, &c. ſi quis autem hoc attentare &c. Dat. Romæ &c. 16. Kalendas Decembris 1532. Pontificatus anno nono.

100. Ex recitato Bullæ contextu nimis evidenter apparet, qnòd ſupra innuimus, nempe Reformatorum in Italia Strictiorem Obſervantiam promoventibus Ordinis Patribus, (poſt Lichetum, & Quiñonium Miniſtros Generales) præviaque S. R. E. Cardinalium matura diſcuſſione fuiſſe Apoſtolica authoritate firmatam. Hinc ergo majoris admirationis fundamen

damentum, cur adeo pauca, & quaſi nulla, ultra 70. annorum integra curricula in Ordinis monumentis de ipſa legantur; nec non cur lentis adeo progreſſibus, ſi non penitus interim defecit, uſque ad Clementis VIII. tempora profecerit?

101. Verumtamen qui grandium in operum, maximique momenti expeditione, quantæ naturaliter difficultates occurrant, prudenter advertit, qui venenoſum, & antiquum ſerpentem omnis juſtitiæ implacabilem inimicum, quot, quantiſque tortuoſis anfractibus in omnem ſeſe figuram accommodet, ut ſanctitatis progreſſus impedire valeat; qui tandem non injuſtum timorem Patrum etiam zelantium attentè conſiderat, ne in ampliſſimo Corpore, nunquam ſine aliquo capitis diſpendio, diviſiones exoriri contingat: profectò non admirabitur (*vir ſapiens non patitur admirationem*) dum oppoſitiones vltra fidem graviſſimas ab Ordinis Cõmunitate contra primam Ordinis Reformationem, id eſt contra Obſervantiam Regularem nunquã intermiſſo conatu ſuſcitatas perlegit: itaut jam per Conſtantienſe, atq; Baſileenſe Concilia, per plures Romanos Pontifices altè confirmata, & ſtabilita, ſanctiſſimis, doctiſſimiſque viris ſuſtentata, à populis, & à Regibus affectuoſè commendata, necnon per Orbem univerſum ampliſſimè dilatata, nihilominus ſub Callixo III. Sixto IV. & Iulio II. Pontificibus vix deducta non fuerit ad interitum. Ratione non difformi contra Obſervantiæ Strictioris exordia etiam per aliquos Ordinis Prælatos pro viribus pugnatum eſſe non dubitamus.

Ariſt. l. 1. metaph.

Per omnia ſiquidem Regularis, atque Strictioris Obſervantiæ primordia, oppoſitiones, ſucceſſus, atque progreſſus convenire probantur.

102. Fœlicior tamen, longéque beatior in ſuis initiis fuit Obſervantia Regularis, quæ à Provincialibus, & Generalibus Miniſtris à prima ſui inſtitutione ſub B. Paulucij quieto regimine conſtituta, potuit in ſuis cœnobiolis pacificè Domino famulari. Noviſſima verò Strictioris Obſervantiæ recollectio, licèt à Generalibus primò, dehinc à Pontificibus protecta, nunquam tamen potuit in pacifica quiete proficere.

103. Sicuti autem illa glorioſo *Regularis Obſervantiæ* titulo per Concilium Generale decorata, in ſanctæ humilitatis firmiori fundamento perſeverans etiam ſub Vicariorum ſuorum primo regmine, ſolo Deo in ſuis eremitoriis contenta in ſuis initiis præter illa, quæ ab Ordinis Prælatis diætim recipiebat, paucula de ſuis operibus nobis perlegẽda cõſcripſit; ita quaſi nihil habemus, quod referamus de Strictiori Obſerv. ijs exceptis, quę vel à Generalib⁹ Ord. vel à Põtificib. pro ipſius, vel ſubſiſtẽtia, vel reſtauratione fuere decreta. Quamvis enim doctis, ſãctiſq; filiis in Romana, in Mediolan. aliiſque in Provinciis non careret, cum tamen ſanctam humilitatem, atque ſimplicitatem maximoperè profiterentur, paucis, ſolitariiſque domunculis admodum cõtenti, nec integrum Conventuum numerum, neque Cuſtodem ſibi proprium à lege præfixum poſtulantes, de re litteraria nihil omnino ſolliciti, ſolum vitæ aſperrimum rigorem, orationis non violabilem aſſiduitatem affectantes, ad hoc ut nomina ſua Deo miſerante ſcriberentur in cœlis, de rebus ſuis ad poſteros conſcribendis omnino non tractarunt. Hinc eſt, quòd in illo primo Reformationis hujuſce ſæculo perpauca de progreſſibus illius habeamus.

104. Nihilominus de primis ejuſdem auſpiciis, à quo nempe, quo pacto, qua de cauſa, quo profectu, quo tempore inſtituta, ſeu promota fuerit; cur, & quomodo oppugnata, qua ratione ſuſtentata fuerit; qua ſanctitudinis methodo in ſua ſolitudine Deo ſerviverit, quales probatiſſimos Dei famulos inceſſanter produxerit ab initiis, non defuere, qui ſaltem in compendio cõſcriberent: Marcus Epiſcopus Portuenſis in part. 3. Chron. lib. 9. Gonzaga in maximo ſuo Chronico parte 1. ex profeſſo, & part. 2. ſæpiſſimè: Barez. in part. 4 Chronic. lib. 2. c. 57. & lib. 8. c. 58. Marianus integro volumine de Reformatis; Quo vitæ rigore ſteterit, quos ſanctitatis fructus protulerit, latè deſcribunt. Petrus Marchant in lib. fundamenta 12. in Chronologia Generalium, aliique permulti; prę cæteris autem, & luculentiùs, & ſolidiùs de ipſius veriori exordio, primiſque progreſſibus ex Miniſtrorum præſertim Generalium Regiſtris Fr. Michael Angelus de Neapoli ex Regulari Obſervantia

tia Iuvenaſce Epiſcopus in ſua Chronologia Seraphica à fol. 241. & deinceps, & Arturus in Martyrologio Franciſcano, cum Carolo Rapinæo de Origine Recollectorum, & aliis: Vnde mea ex ignorantia (fateor) comprehendere nunquam potui, cur Vvadingus gloriæ Franciſcanæ vindicator incomparabilis, qui de minimis Religionis noſtræ ſucceſſibus tàm validè, tàm perfectè ſcripſit, qui Capuccinorum etiam primas occaſiones, veriorem originem, & minutiſſimos quoſque ſucceſſus inalterabili veritate adnotavit; De Reformatione tamen per Lichetum primò ante Capuccinorum originem inchoata, per Quiñonium reſtituta, deque cæteris ipſius progreſſibus ab anno 1519. quo promota fuit, ad annum 1540. quo ipſe Annalibus ſuis manum ultimam appoſuit, nec verbum feciſſe legatur; excepto, quòd bullã Clem. VII. pro illius ſtabilitate deſcribat: quin & Piſotti Generalis (ut diximus) ad illius averſionem conatus in cauſa Capuccinorũ explicare conatur; decreta Capituli Nicienſis pro illius ſtabilitate prætériit; & bullas Pauli III. pro illius firmitate referendo, de ipſa tamen nihil tractat in ſingulari. Credere itaque juvat, virũ integerrimum Strictioris Obſervãtiæ profeſſorem (ad quod etiam Hibernicam ſuam Provinciam adduxit) manum ultrò ab hac materia retinuiſſe, ne propria ex affectione loqui videretur: ut etiam meliùs omnia ſimul unita in tomo nono Annalium ex occaſione Bullę Gregorianæ (quam dabimus ſuo loco) recitarentur. Hæc tamen omnia brevi, ſed integro epilogo clariſſimè ad an. 1532.

Spond.t.2. 1532.n.11. n. 12. Spondanus celeberrimus Annaliſta prænotavit.

105. Cur itaque ab anno 1519. inchoata, integro ferè illo ſæculo vix è latebris potuerit aſſurgere, quomodo per graviſſimas tùm ab intra, tùm ab extra difficultates fuerit impedita dicturus (quod & in regularis Obſervantiæ principio per annos ferè ſexaginta fuit obſervatum, donec ſanctorum Bernardini de Senis, Ioannis de Capiſtrano, Alberti de Sarthiano, & Iacobi Picæni ſpectabili virtute fuerit dilatata.) Quæ fuerunt ab extra, ut ordinatè procedam, priùs in compendio perſtringam.

106. Maxima difficultate, ſed incredibili Regum, & populorum applauſu ex ſingulari Leonis X. Pontificis providentia ſopitas in Ordine Seraphico contentiones, atque ſciſſuras, ne iterum novæ reformationis prætextu renaſci contingeret, ſolerti vigilantia Religionis Prælati timebant; Leo ipſe novas reformationes in Ordinem introduci graviter interdixerat in bulla *Vnionis*, niſi fierent de Generalium, atque Provincialium licentia in ſuis reſpectivè Provinciis, iiſdem Ordinis Prælatis per omnia ſubjectæ. Arctiorem itaque vitæ methodum, atque primævi rigoris perfectionem, dum ſpiritualis vitæ cupidi ſeparatim conſervare contendunt, pro tuenda Ordinis unitate Patres de Obſervantiæ communitate laborare non ceſſant. Quãvis enim Ordinis Primicerij (ſi vel paucos excipias) in promovenda Strictiori Regulæ Obſervantia ſuæ ſatisfacturi conſcientiæ ſincero affectu Reformationi favere cernerentur; Provinciarum tamen Rectores, aliique communiùs in hujus promotione duo potiſſimùm non poterant non pertimeſcere, primum, quòd ex maximo Principum, atque populorum erga hujuſmodi ſpirituales applauſu, antiquæ atque univerſali totius corporis famæ præjudicari videretur; & ille qualiſcumque ad ſolitaria loca ſeceſſus, arctioris vitæ, majoris pœnitentiæ, orationiſque magis aſſiduæ fama paulò laxiores Conſodalium fimbrias non redarguere non poterat. Secundum erat, quòd quemadmodum minimis princincipiis ſummam excreverat in mollem, atque præeminentiam Obſervantia Regularis; ita de Strictiori Obſervantia timendum eſſet, ne temporis ſucceſſu novam cauſaret in Ordine diviſionem; quod eo magis jam tum apprehendi neceſſe videbatur, quia ſubitò Miniſtrorum Provincialium poteſtatem aliqualiter lædere, atque coarctare probabatur. Ex Arch. Aracœl. Cur.Ciſm. Reg. a.

107. Ex altera verò parte cum zelantium Conſodalium, qui ad arctiorem vitæ methodum fervidè anhelabant, cum diviſionis longè majoris non periculo, ſed evidentiã, digreſſum ad Capuccinos juxta repetita Pontificum decreta non aliter impedire poſſent, niſi Recollectionis domos pro Strictiori Obſervantia in ſingulis Provinciis ſtabiliri concederent; prævalere tandem potuit minori formidini graviſſima hæc neceſſitas. Nũquam tamen diſplicere non potuit Provinciarum

vinciarum Rectoribus illa qualiſcumque horum Reformatorum exemptio, quæ ſuam ſuper illos authoritatem coarctare non dubitabatur. Hinc factum eſt, ut Conventus illi per Clementis VII. litteras decreti non omnibus in Provinciis perfectè aſſignarentur; quin & aſſignati majori quantociùs ex parte iterum removerentur. Verùm quæ potiſſima fuerat Obſervantes inter, & Conventuales cauſa diſcordiarum, neque ferè per infinitas plurimorum Pontificum litteras unquam perfectè terminata; eadem ipſa Reformatos non potuit non efficere minùs acceptos; nèpe Fratrum libera ad ipſos tranſmigratio, præcipuè verò Conventuum ſive per Sedem Apoſtolicam, ſivè per Principum, aut populorum voluntatem, approbante faciliùs ipſa Sede Apoſtolica ad Reformatos cōtinua trāslatio: hæc omnia ſimul congeſta Obſervantes excitarunt ut Strictioris Obſervantiæ progreſſus ſive palam, ſive ſecretò, etiam contra Generalium voluntatem, pro viribus oppugnarent.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſ. m. Reg. 2. 108. Plurimum etiam difficultatis inferre comprobatum eſt contra deſideratum Strictioris Obſervantiæ ſtabilimentum, atque profectum, quòd illius aſſertores (ut ponderoſiùs adnotare voluit Bonaventura de Calatagyrone Miniſter Generalis, dum ſub Clemente VIII. de ipſa ſtabilienda vividè tractaretur) nimio prorſus vitæ rigore, atque ad communes hominum vires nullatenùs adaptato, & continuis ſupra fidem pœnitentiæ exercitiis attererentur; ab univerſo rei litterariæ ſtudio prorſus alieni, ſæcularibus quaſi in perpetuum valedicto, Conventus etiam primarios in Vrbibus abhorerent, adeò ut B. Stephanus Molina Romanæ Reformationis Promotor, & Magiſter hoc unum aſſeclis ſuis efficaciùs ſemper inculcaret, ut à recipiendo in Alma Vrbe Cœnobio quàm graviſſimè caverent; orationibus tum mentalibus, tum vocalibus, nec non manualibus ad tempus operibus, carniſque macerationi (ut ſuo loco dicemus) ſuper hominum vires ſemper intenti, continuum, ut ita dicam, Martyrium ducere cogerentur.

Ex Arch. S. Franc. de Vrbe.

Chron. M. S. Franc. de Trivilio de Ref. Mediolan.

Ibid. 109. Accedebat ad hæc, quòd cum de non revertendo ad Ordinis communitatem, præceptum illis nondum fuiſſet appoſitum, qui vel in ipſa Reformatione profeſſi eſſent, vel ab Obſervantia regulari venientes poſt anni curriculum inter Reformatos permanentes, eiſdem nomen dare deliberaſſent; libero ſemper remanente ad Familiam digreſſu, cum non omnibus vacaret longo temporis ſpatio in illis rigorum extremitatibus perſeverare, non pauci ad Obſervantiam revertentes Recollectionis domus vacuas aliquando dimitterent. Nec leve fuit contra Reformationis progreſſus impedimentum, quod ipſum Obſervantibus adhuc ſub Vicariorum regimine conſtitutis graviſſimum faceſſerat negotium; nempe quòd rudiores, atque ſimpliciores de ipſis, cum de formali Regulæ intelligentia, de Sedis Apoſtolicæ ſuper Regulas omnes abſoluta poteſtate, deque Apoſtolicarum expoſitionum veritate diſputare non poſſent, ab æmulis facilè ſeducerentur, falſiſſimis ſcrupulis adducti, quód cum Regula præceptum habeat expreſſum de obedientia Miniſtris debita, illi in conſcientia ſecuri eſſe non poſſent, qui non Miniſtris, ſed Cuſtodibus obedirent, faciendo vim in verbis: ex quo non pauci ex erronea conſcientia (ut dixit Generalis de Calatagyrone præfatus) commoti ad Obſervantiam redire vellent, ſub Miniſtrorum obedientia Regulam pleniùs obſervaturi. Arch. Aracœl. ubi ſup.

110. Adde tandem, quòd cum ſpirituales iſti deſignatos ſibi à Clemen. VII. Cuſtodes, à quibus regi deberent, conſervare, vel non potuerint, vel neglexerint (prænotata ſiquidè Pontificis ejuſdem bulla ubi fuerit ex integro executioni demandata, omninò non apparet) in ſua ſimplicitate, atque humilitate Domino famulari contenti, atque in ſolitariis ut plurimùm eremitoriis deliteſcentes, nec de recurſu pro juſta ſui defenſione, ut cautum erat in bulla, immò nec res ſuas ſcriptis commendare curantes, Provinciarum Rectoribus per omnia ſubeſſe non dedignabantur. Hinc autem fiebat, ut cum à Miniſtris diſpoticè dependerent, qui ob præfatos diviſionis metus, cæteriſque de cauſis ſupra narratis, illorum progreſſus ægrè ferebant, à Recollectionis Conventibus paſſim amoverentur, cum cæteris de familia majoribus in cœnobiis promiſcuè confunderentur, ad quæſtuationes, atque ad cætera Communitatis opera deſtinarentur, Barez. Chron. p. 4. l. 8. c. 56. 58. 59.

atque

atque cum reliquis de Communitate, qui arctioris vitæ rigores non amabāt (contra Magiſtri Catarinoti conſilium ſuperiùs cum de miſcendis inter Conventuales Obſervantibus tractaretur, recitatum) per omnia communicantes, illis tandem per omnia ſe ſe adaptare cogerentur.

111. Si qui autem inter ſpirituales ipſos, vel prudentiæ titulo, vel doctrinæ excellentiæ eminere viderentur, ad conciones, ad Lectoratus, atq; ad Superioritates evocabantur: unde tandem Coacti nonnulli, alij rigores vitæ pertæſi, alij ex longa cum non reformatis converſatione allecti, alij honoribus, & commoditatibus invitati ad Obſervantiam regredientes, Reformationis domos (ut dixi) non rarò penè vacuas derelinquerent; & ipſa reformatio ſemper debilior variis in Provinciis etiam abierit in non eſſe. Vnicum hîc ex Mediolanenſi exēplum juvat adducere; cætera ex Provinciarum ſucceſſibus arguenda dimitto: Cùm P. Pacificus de Romanengo Reformationis illius Cuſtos pro ſecunda vice actualis à Patre...... Strambino Mediolanenſis Provinciæ Miniſtro in Secretarium fuiſſet adſcitus; ob duorum antem hujuſmodi officiorum incompoſſibilitatem cogeretur, ut altero retento alterum renuntiaret, commodioris vitæ libertate allectus, dimiſſo Reformatorum Cuſtodiatu, Secretarius eſſe inter Obſervantes elegit; ſecumque triginta duos de Strictiori etiam Obſervantia ſeductos adduxit; unde Reformati Conventus Maleti, atque Romanenghi vacuos dimittere debuerunt, alios etiam eodem modo relicturi, niſi à ſæcularibus in contrarium efficaciſſimè rogati Dei providentiam expectaſſent. *Chron. Ref. Mediolan. M.SS. fol. 376.*

112. Ex ipſo Provinciarum in præterito ſæculo ſtatu poſſumus indubiè colligere, quàm difficulter tollerata fuerit Strictioris Obſervātiæ in Italiam introductio. In Provincia Romana jam ab anno 1519. ſub Licheto Generali, & firmiùs an. 1525. ſub Quiñonio devotiſſimos atq; ſolitarios, ſimul, & pauperrimos Fontis Palumbæ, Græcij, Nazzani, & Arcis Antiquæ Conventus ſub B Stephani Molinæ gubernio cum ampliſſima benedictione habuerant Reformati, & poſt Clementini diplomatis publicationem, quod exſcripſimus, proprium Cuſtodem, ad maximas tamen anguſtias coarctati, quàmvis hîc eſſet potiſſima ipſorum ſubſiſtētia ob Sedis Apoſtolicæ præſentiam, & B. Stephani viri ſua in Religione, tùm apud Principes, & Cardinales maximæ extimationis efficaciſſimam aſſiſtentiam, Cuſtodem ipſum vix unum, aut alterum habuerunt, nec alio ſeſe protendere potuerunt uſque ad Clementis VIII. Pontificatum. Siculæ etiam Recollectionis initia in ipſa Chronologia ante Bullam Clementis deſcribuntur, in propriis etiam ſuis Chronicis Conventus ſuos ab anno 1533. à Capitulo ſibi aſſignatos enumerat, ſed ſine Cuſtode, anno 1550. totalem ſui extinctionem, novamq; ſub anno 1561. reſtitutionem, ſed tenuem. Cuſtodes verò ſibi proprios non niſi ab anno 1578. enumerat. In M. SS. Etruſchæ Obſervantium Provinciæ legimus, anno 1541. fuiſſe ibi ſtabilitam Reformationem, atque Reformatis anno 1543. proprium, qui eos regeret, & viſitaret eis aſſignatum fuiſſe Cuſtodē per Diffinitorij Provincialis deputationem, eoque modo ad annum 1561. fuiſſe continuatos. Ex tunc autem fuiſſe intermiſſos ad annum uſque 1579. quando ipſos ex ſe ipſis ſua per vota elegerunt, ex Gregorij XIII. Conſtitutione, ut ſuo loco dicemus. *Chron. Ser. aph. à fol. 241. Bar. 4. part. Chron. lib. 8. c. 56. 58. 59. Chronol. Loc. cit. Chron. Ref. Siculæ*

113. In Chronicis antiquis M. SS. Reformationis Mediolanenſis Conventus plures quàm in cæteris, atque Cuſtodes numero triginta leguntur; unde ipſam ſine interruptione fuiſſe quaſi ſemper à prima ſui erectione conſervatam deducimus: & tamen quòd à Provinciæ Rectoribus malè haberetur, coacta fuit prò remedio ad Pōtificem Gregorium XIII. humili ſupplicatione recurrere, ut in allegenda mox ipſius Bulla videbimus. Deinde verò ipſam ſic effloruiſſe conſtat, ut primos in Germaniam, atque in Poloniam deſtinare potuerit, qui Reformationem illas in Provincias adducerent. De Priſienſi etiam ante Clem. allegatam Conſtitutionem firmiter ſtabilita diximus, quantùm Piſottus Generalis inſtiterit, ut ipſam è medio tolleret; Senatu tamen Veneto efficaciter protegente; licet anno 1541. & ſequentibus plurimas, eaſque graves cum Obſervantibus controverſias paſſa fuerit, ſtetiſſe tamen immotam, & anno 1550. novos adhuc pro ſui manutentione Conventus recepiſſe, ſuo loco demonſtrabimus: Ab illo *Ex lib. M. SS. B. Fran. de Trivillio. fol. 376. Ex Arch. S. Iſid. de Vrbe.*

Vvad.t.8. 1532. illo autem anno ad 1593. nihil de ipſa reperire licuit adnotandum. Pro Venetę contra Piſotti etiam contrarios conatus juſta defenſione, ſcripſiſſe ad Cardinales legimus Epiſcopum Veronenſem, ſimul cum Veneto Senatu, ut innuit Vvadingus; Cuſtodes autem non niſi anno 1533. 1554. & iterum anno 1595. habuiſſe notatur in ipſius Archivio. De Neapolitana, quæ poſt Romanam ante cæteras non dubitatur fuiſſe firmata, ſicut & de cæteris nihil habere, conceſſum eſt hucuſque; quæ à ſingulis Provinciis tranſmittenda confidimus, propriis in locis ex integro deſcribentur.

ExRegeſt. a. Ciſmen. Arch. Aracæl. fol. 205. 114. Reformationem tamen Bononienſem longè ante Clementis VIII. tempora viguiſſe, inde colligimus; quòd Sixtus V. in Bulla *Dudum* hoc eodem libro recitata, concedit Commiſſario Generali, ut Conventum S. Pauli extra muros Bononiæ, quamvis cæteris non contiguum, poſſit aſſignare Reformatis. De Vmbriaea etiam conteſtatur Bonaventura Generalis in informatione ad Capitulum

ExChron. M. SS. Prov. Obſer. Etrus. Generale anno 1600. celebrandũ tranſmiſſa, quòd propter rigorum exceſſus fragilitati humanæ intollerabiles notabiliter ab antiqua ſua excellentia ceciderit. Sic generaliter in omnibus, & ſingulis Italiæ Provinciis Reformationem ab initio floruiſſe non dubitamus, quamvis de ſola Etruſca in monumentis de Obſervantia memoriam particularem habere licuerit magis ſpecialem.

115. Dubitare itaque non poſſumus, Conventus à Romanis Pontificibus, nec non ab Ordinis Miniſtris, atque à Capitulis Generalibus in Ordine ad promovendam in ſingulis Italiæ Provinciis Strictiorem Obſervantiam decretos, vel eum effectu non fuiſſe aſſignatos, vel citiùs majori ex parte revocatos, pauciſſimoſque illos Religioſos, qui in ipſa permanſerunt, ſolitariis in locis, aut Eremitoriis rem ſuam in ſilentio, atque in ſancta vitæ mortificatione peregiſſe.

116. Maximo novæ ſuæ Congregationis emolumento viderunt hujuſmodi cõtra Strictiorem Obſervantiam oppoſitiones Patres Capuccini. Qui etenim inter Obſervantes arctiorem Regulæ Franciſcanæ zelum protendebant, cum occluſum ſuæ pietati oſtium viderent, tranſitum ad Capuccinos intentare nunquam deſtiterunt; quos pluribus centuriis enumeratos ſcribit Boverius in ſuorum Capuccinorum Annalibus, fuiſſe Bover.t.1. annal. viros virtute inſignes, prudentiâ claros, 1534.n.2. & ſanctitate illuſtres, vagientis adhuc, & incultæ ſuæ Congregationis fulcimentum, atque propugnaculum. Quin & inſigniores ex Sancti Patris incolatu Conventus, hac ex occaſione ſibi vindicare tentarunt; ſicut revera devotiſſima illa Græcij, & Fontis Columbæ Sanctuaria jam ipſis aſſignata fuiſſe legitur in Chronologia Seraphica, donec Reformatis, ut Barez loc. cit. confitetur & ipſe Barezzius, fuerint Apoſtolica authoritate reſtituta. Longè autem graviùs extitiſſe crederem, quòd detenta in incognito Reformatione, liberum fuerit Capuccinis in Italia præſertim, populis ad ſanctam exemplaritatem applaudentibus, ad angulos omnes tabernacula ſua extendere: unde tandem è latebris (ut ita dicam) exurgentes Reformati, Conventus, quos de novo fundare non poterant, ab Obſervantibus excipere cogebantur.

117. Præmiſſis, quæ ad hiſtoriæ intelligentiam in communi præmittenda videbantur, jam in particulari ſucceſſus, oppoſitiones, atque progreſſus Strictioris hujus Obſervantiæ æquum eſt, ut referamus. Lichetus ergo Generalis, ut Fratrum ſpiritualium ex una parte, juſtis petitionibus ſatiſfaceret, qui adventantium ab adjectis Cõgregatiunculis irretita relaxationum ſemina declinaturi, ſolitaria loca petebant; ex alia verò Leoninæ conſtitutionis, *Ite, & vos, &c.* allegatum decretum conſiderans, Recollectionis domos additis tantùm rigidioribus ſtatutis, ſed Provinciarum Miniſtris indiſtinctè ſubjectas anno 1519. inſtituit. Quiñonius autem in Generalatu ſucceſſor advertens, quanta facilitate per Miniſtros ipſos, Hilarione Saccheti Commiſſario Generali, vel non protegente, vel adverſante, fuerint in nihilum adductæ; quòdque zelantium illorum Fratrum piiſſima deſideria, nec decebat, nec poſſibile erat penitus extingui, quod ex Mathæi de Baſcio, atque ſequacium majori jam ſeparatione conſtabat, ſanctæ Recollectionis loca non tantùm reſtituere, ſed etiam per arctatam ſuper ipſa Provincialium authoritatem voluit firmiùs ſtabilire.

118. Qualemcumque verò hujuſmodi ſeparationem, atque à Miniſtrorum

poteſtate

poteſtate exemptionem ( bono, forſitan zelo) abhorrebant vehementer ipſi Provinciales, non enim diſplicere non poterat propriæ juriſdictionis arctatio; & maximus ille receſſus, qui reliquorum majorem cum ſæculo familiaritatem aliqualiter exprobraret. Piſottus ergo ſecundò Quiñonij Miniſtri Generalis triennio Commiſſarius Generalis, & poſt Quiñonium Miniſter Generalis aperto conatu, ut Recollectionis etiam ſemina deleret, donec officio privatus fuerit, adlaborare non ceſſavit. Vnde ex ſtabilita hac de cauſa Capuccinorum Congregatione, atque continuo ad ipſos principalium de Obſervantia digreſſu expergefacti Patres Ordinis ad Aram-cæli congregati, Stephanum Molinam, Bernardinum Aſtenſem, Franciſcum Tornielli, alioſque ſpiritualium anteſignanos non modò excitarunt, ſed additis conſiliis, atque favoribus adjuvarunt, ut recitatam ſuperiùs Clementis VII. bullam pro inalterabili Strictioris Obſervantiæ ſtabilitate impetraverint.

119. Quòd autem illa bulla executioni fuerit ad plenum demãdata, omnino non conſtat, unde de Conventuum aſſignatione non omnibus in Provinciis legitur, rariùs de Cuſtodum electione; quod Bernardinum Aſtenſem moviſſe non dubitatur, ut quaſi deſperato ibidem bono ſucceſſu, ad Capuccinos ſecundo inde anno tranſvolaverit; alijque quamplurimi Aſtenſem imitati ſimilem tranſitum intentare non ceſſarunt. Fr. Leonardus Publicius ex Piſotti depoſitione Vicarius Generalis contra trãſitus hujuſmodi libertatem ( quod & fecerat Piſottus, quamvis ſine effectu) ad Sedem Apoſtolicam recurrens, à Paulo III. litteras obtinuit, *Accepimus quòd ex eo, &c. dat. Romæ die* 18. *Decembris anno* 1534. ( quas infra lib. 10. dabimus per extenſum) quibus omninò prohibentur Obſervantes ad Capuccinos tranſmigrare, donec in imminenti illorũ Generali Capitulo juxta Clementinam conſtitutionem Cuſtodes, & Conventus Reformatorum in ſingulis Provinciis aſſignarentur cum effectu. Ipſe interim ſincero affectu Fratrum ſpiritualium profectui, atque quieti favere non deſiſtens, aſſignatis in Marchiæ, Brixiæque Provinciis Conventibus, & legibus præfixis, eos ubique promoveri volebat.

Vvad. t. 8. 1534. n. 76.

Chronol. Seraph. fol. 246.



120. Tandem in Capitulo generali, quod anno 1535. Niciæ Sabaudiæ celebratum eſt, ut Clementis VII. prænotatis litteris, & Pauli III. piiſſimæ intentioni, necnon ſpiritualium Fratrum juſtiſſimis poſtulationibus, totiuſque Ordinis decori ex integro provideretur, & Obſervantium ad Capuccinos digreſſus intercluderetur, pro multiplicandis domibus Recollectis, in hunc modum legimus fuiſſe ordinatum.

Chronol. Seraph. fol. 246.

121. [ Vt Fratribus ſtrictiori modo vivere volentibus opportunum præſtetur auxilium, ſanxit Capitulum generale, ut unaquæque Provincia, quæ hujuſmodi loca jam habet deputata, ea conſervet, ac interteneat; Fratreſque, qui talibus in locis jam ſunt inſtituti, per aliquem impediri non poſſint, quin illic ( modò in forma habitus à cæteris non diſcrepent ) quæcumque vitam illam concernunt actiorem, cum benedictione Dei valeant exercere: quin potius, creſcente per gratiam Dei talium Fratrum numero, teneantur Miniſtri in ſuis Capitulis Provincialibus loca plura ad hoc ipſum, ſi opus eſt, aſſignare; ſuper quos ipſi Miniſtri ſollicitam curam gerant. Inſuper ſi in Provincia aliqua, quæ talia loca non habet, boni aliqui Fratres huic arctiori vitæ ſe velint committere; teneantur eorum Miniſtri in ſuis Provincialibus Capitulis loca tali inſtituto accommoda deputare; nec ipſi interim omnes mittant; ſed eos dumtaxat quos, examinatione prævia aptos compererint, & idoneos. ]

Arch. Aræ cœl. t. 1. Reg. Vltra-m. fol. 118. & t. 1. Ciſ-mon.

122. Paulus Pontifex hujuſmodi de Capitularium decreto pleniſſimè ſatisfactus, tranſitum ad Capuccinos graviſſimè interdixit; Capuccinis autem regreſſum ad Obſervantiam conceſſit, & ſpirituales, ut in domibus per Provincias deſignandis foverentur, omninò præcepit. Dum verò poſtea pro parte Capuccinorum, aliorumque informatus eſſet, Capituli generalis edictum per Provinciarum Miniſtros non adimpleri, & zelantium profectum retardari, graviſſimo edito diplomate decrevit, ut niſi infra duorum menſium ſpatium hujuſmodi Recollectionis Cœnobia in ſingulis Provinciis realiter, & cum effectu deputata fuiſſent, liber omnibus, & ſingulis ad Capuccinos tranſitus conceſſus eſſe intelligeretur: Do utraſque Pontificis litteras.

Vvad. t. 8. 1535. n. 34.

Vu 2 PAV

## PAVLVS PAPA III.

*Ad futuram rei memoriam.*

123. PAſtoralis officij cura Nos admonet, ut ad ea diligenter intendamus, per quæ ſinguli Religioſi, & præſertim Ordinum Mendicantium profeſſores, qui ſub voluntariæ paupertatis habitu divino militanr obſequio, ſemotis perturbationibus, & ſcandalis quibuſlibet, gratum, & ſedulum impendere valeant Altiſſimo famulatum. Dudum ſiquidem per Nos accepto, quòd ex eo quòd nonnulli Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſores, ob frugem (ut aſſerebant) melioris vitæ, aut ex aliis cauſis eorum animos moventibus, habitum per ipſos profeſſores geſtari ſolitum dimittere, & ſe de domibus, & locis ejuſdem Ordinis ad domos, & loca Fratrum Ordinis S. Franciſci Capuciatorum nuncupatorum transferre nitebantur; Religio ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum plurimùm perturbabatur, & ſcandalizabatur. Nos tunc de conſilio nonnullorum S. R. E. Cardinalium ſtatuimus, & ordinavimus, quòd nullus ejuſdem Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia nuncupatorum profeſſor ad domos, & loca dictorum Fratrum Capucciatorum, quovis prætextu ſine noſtra ſpeciali licentia ſe transferre poſſet, & contraveniens excommunicationis pœnam ipſo facto incurreret, inhibendo ſub eadem pœna excommunicationis univerſis, & ſingulis Fratribus Capucciatorum prædictis, ne aliquos ipſius Ordinis Fratrum Minor. profeſſores ad eorum domos, vel loca reciperent, donec à Capitulo generali ipſius Ordinis Fratrum de Obſervantia, quod tunc proximè celebrandum inſtabat, pleniùs informati eidem negotio opportunum cum Domino apponeremus remedium, prout in noſtris inde in forma Brevis confectis litteris pleniùs continetur. Cùm autem (ſicut accepimus) Capitulum generale hujuſmodi poſtmodùm celebratum fuerit, & dilecti filij Miniſter Generalis, & alij Vocales ejuſdem Capituli opportunè ordinaverinr, & ſtatuerint, quòd ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia profeſſoribus, arctiorem vitam ducere cupientibus in Provincialibus Capitulis aſſignarentur congrua loca, in quibus eamdem vitam ducere poſſent: Nos poſt communicationem negotij hujuſmodi cum nonnullis S. R. E Cardinalibus, ordinationem, & ſtatutum hujuſmodi, cùm omnium, & ſingulorum tàm juris, quàm facti defectuum (ſi qui forſan intervenerint) ſuppletione confirmantes, & approbantes, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari debere decernentes, motu proprio, & ex certa ſcienria noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero omnes, & ſinguli Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia nuncupatorum profeſſores arctiorem vitam hujuſmodi ducere cupientes, ad loca per Capitula provincialia juxta ejuſdem generalis Capituli determinationem ad hunc effectum deſignanda ſe transferre debeant, nec ad domos, aut loca Fratrum Capucciatorum quovis prætextu ſine noſtra, aut Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia ſpecialem præſentium noſtrarum litterarum mentionem faciente, aut ſaltem abſque Miniſtri, ſeu Commiſſarij Generalium dicti Ordinis Minorum de Obſervantia ſpeciali licentia in ſcripris habita, ſub pœnis, & cenſuris in eiſdem prioribus noſtris appoſitis ipſo facto incurrendis, ſe transferre, aut illorum habitum aſſumere, vel geſtare poſſint. Eiſdem Fratribus Capucciatis nihilominus ſub excõmunicationis hujuſmodi pœna diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs dicti Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia nuncupatorum profeſſores etiam in habitu ſæculari, aut cujuſvis alterius Religionis ad eos accedentes, ad eorum domos, ſeu loca, quovis prætextu, ſeu quæſito colore nòn recipiant. Si qui verò ex præfatis Capucciatis Fratribus, qui olim de Obſervantia fuerunt, ad eumdem, unde digreſſi ſunt, Ordinem redire voluerint, ab eiſdem Generalibus Miniſtro, ſeu Commiſſario dicti Ordinis infra annum dumtaxat à data præſentium computandũ, charitativè recipi poſſint, & valeant. Mandantes dilectis filiis Gubernatori Almæ Vrbis noſtræ, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, aut dictæ Vrbis Vicario, & eorum cuilibet quatenus ſtatutum, & ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari faciant, non permittentes aliquid per quoſcumque quacumque dignitate,

nitate præeminentia,& authoritate fungentes,contra præſentium teuorem quomodolibet attentari. Cōtradictores quoſlibet,& rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia,appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Volumus &c. Datum Romæ &c. die 14. Auguſti 1535. Pontif. noſtri anno primo.

PAULUS PAPA III.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid.n.36. 124. DUdùm poſtquam per Nos acceptum, quòd eò quòd Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum Profeſſores ſub prætextu frugis melioris vitæ,aut ex aliis cauſis habitum per ipſos Profeſſores geſtari ſolitum dimittere,& ſe de domibus, & locis ejuſdem Ordinis ad domos, & loca Fratrum Otdinis S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum transferre nitebantur; Religio eadem Fratrum Minorum plurimùm ſcandalizabatur: Nos per quaſdam &c.ſtatuimus,& ordinavimus, quòd nullus ejuſdem Otdinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum Profeſſor ad domos, & loca dictorum Fratrum Capuccinorū quovis prætextu ſine ſpeciali noſtra licentia ſe conferre poſſet,& contraveniens excommunicationis pœnam ipſo facto incurreret. Superioribus autem diebus eum accepiſſemus, quòd Capitulum generale ipſius Otdinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum ſtatueret, ut Profeſſoribus illis arctiorem vitā ducere cupientibus congrua loca, in quibus eamdem vitam ducere poſſent, aſſignarentur. Nos per alias noſtras in forma Brevis litteras ſimiliter ſtatuimus, & ordinavimus, quòd ex tunc de cætero omnes, & ſinguli dicti Otdinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum Profeſſores, arctiorem vitam hujuſmodi ducere cupientes, ad loca pet Capitula provincialia, juxta ejuſdem Capituli generalis determinationem ad hunc effectum deſignanda ſe tranſferre deberent, nec ad domos, ſivè loca dictorum Fratrum Capuccinorum, quovis prætextu, ſine noſtra,aut Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia,ſpecialem litterarum earumdem mentionem faciente, aut ſaltem abſque Miniſtri, ſeu Commiſſarij Generalis dicti Ordinis Minorum de Obſervantia ſpeciali licentia in ſcriptis habita, ſub pœnis,& cenſuris in eis priotibus litteris appoſitis ipſo facto incurrendis,ſe transferrent, aut illorum habitum aſſumere, vel geſtare poſſent. Eiſdem Fratribus Capucciatis nihilominus ſub excommunicationis pœna diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus dicti Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſores, etiam in habitu ſæculari,aut cujuſvis alterius Religionis ad eos accedentes in eorum domibus,ſive locis quovis prætextu, ſive quæſito colore non reciperent. Si verò ex præfatis Capucciatis Fratribus, qui olim de Obſervantia fuerunt, ad eumdem, unde digreſſi erant, Ordinem redire vellent, ab eiſdem Generalibus Miniſtro, ſeu Commiſſario dicti Ordinis infra annum dumtaxat,ex tunc computandum,charitativè recipi poſſent, prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Cum autem, ſicut Nobis ex fide dignorum relatione innotuit, provincialia Capitula dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia aliqua loca, ad quæ arctiorem vitam ducere cupientes juxta dicti Capituli generalis ordinationem ſe transferre poſſint, nondum deputaverint; Nos ne ipſi Profeſſores arctiorem vitam ducere cupientes,quo minus illam ducere poſſint, prætextu dictarum poſteriorum litterarum impediantur, providere, ac eos in eorum propoſito confovere volentes,motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & decernimus,quòd niſi Capitula provincialia prædicta, juxta tenorem poſteriorum litterarum noſtrarum, loca, ad quæ ipſi Profeſſores arctiorem vitam ducete volentes, transferri poſſint, infra duos menſes à die, qua præſentes dilecto filio Miniſtro generali dicti Ordinis Minorum de Obſervantia, vel dicti Ord. generali Commiſſario in Romana Curia exiſtenti intimatæ fuerint computando, realiter, & cum effectu deſignaverint,& deputaverint,quicumque ipſius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia arctiorem vitam ducere volentes, ad loca dictorum Fratrum Capucciatorum ſe abſque ali-

cujus cenſuræ, & pœnæ incurſu transferre, ac in illis permanere;& dicti Fratres Capucciati, tàm illos, quam etiam quoſcumque alios, etiam ſæculares, & cujuſcumque alterius Religionis ad eos accedentes in eorum domibus, ſeu locis, ac etiam nova loca, eis à quibuſvis concedenda recipere, & retinere liberè, & licitè poſſint; nec propterea aliquas cenſuras, ſive pœnas incurrant, nec incurriſſe cenſeantur. Non obſtantibus noſtris prædictis, & quibuſcumque aliis litteris, privilegiis, indultis Apoſtolicis eiſdem Fratribus Minorum de Obſervantia, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio conceſſis. Quibus omnibus illorum tenores,& datas, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, inſerti forent præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad præmiſſa ſpecialiter, & expresſè derogamus,& adverſus illas nullatenus ſuffragrari poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Decernentes, &c. Dat. Romæ &c. die 19. Auguſti 1535. Pontif. noſtri anno primo.

125. Iterumque ſuccreſcentibus anno 1537. Capuccinos inter, & Obſervantes diſcordiis ex cauſa mutui tranſitus cum populorum ſcandalo, Paulus ipſe pro remedio ſufficienti interpellatus, domos Recollectas pro arctiorem vitam deſiderantibus omninò in ſingulis Provinciis aſſignandas rigorosè mandavit, ne daretur tranſeundi ad Capuccinos occaſio.

### PAVLVS PAPA III.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. 1537. n.17. Regimini univerſalis Eccleſiæ, diſponente Domino præſidẽtes inter cætera, quæ commiſſo Nobis Apoſtolicæ ſervituris incumbunt officio, hoc præcipuum arbitramur, ut opem, & operam quantùm Nobis ex alto conceditur, exhibere curemus, quòd hi, qui abdicato ſæculo ſacræ Religioni, ac piæ vitæ ſtudio ſe dederunt, ſemotis perturbationum moleſtiis, ac diſcordiarum diſpendiis, votivæ pacis, & quietis amænitate, jugiter in Domino gratulentur. Cùm itaque, ſicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, & Fratres ejuſdem Ordinis Congregationis Capuccinorum nuncupatos, graves contentiones,& lites, quibus eorum ſtatus plurimum deturpatur, exortæ ſint, quæ ſi diutiùs durarent, in eorum perniciem, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum vergere poſſent. Nos, qui Ordinem ipſum propter uberes fructus, quos in agro Dominico hactenus attulit, & in dies afferre non ceſſat, inter cæteros Ordines, quos cæleſtis Agricola ſumma benignitate plantavit, paterna charitate proſequimur, cupientes hujuſmodi contentiones, & lites noſtræ proviſionis auſpiciis terminari, matura, ac digeſta ſuper his cum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quibus cauſam hujuſmodi examinandam commiſimus, deliberatione præhabita, motu proprio, & ex certa ſcientia, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero, donec per Nos in dicti Ordinis Generali Capitulo in hac alma Vrbe, noſtro ſpeciali mandato celebrando, aliud determinatum fuerit, dicti Fratres de Obſervantia nuncupati, nullum ex dictorum Capuccinorum profeſſoribus ad ſe venientem, quovis prætextu, abſque Prælatorum ſuorum ſpeciali licentia in ſcriptis habita, recipere, ſeu in eorum domibus retinere poſſint, nec ipſi de Obſervantia nuncupati abſque hujuſmodi Generalium, ſeu Provincialium Prælatorum ſuorum licentia ſpeciali, etiam in ſcriptis habita, ad eoſdem Capuccinos tranſire, aut eorum habitum aſſumere, ſeu geſtare valeant. Si qui verò ex ipſis Fratribus de Obſervantia nuncupatis arctiorem vitam voluerint ducere, ad loca ad hunc effectũ deſignata, de Prælatorum ſuorum licentia ſe transferre debeant, ibidem ſub eorum obedientia ſervatâ formâ habitus,& capuccij, quam eatenus geſſerint, ne novam Religionem inchoare videantur, in ſuæ profeſſionis puriori Obſervantia Domino vacaturi. Vbi verò dicta loca ad hujuſmodi effectum adhuc deſignata non fuerint, volumus, quòd in eorum Provincialibus Capitulis proximè celebrandis, juxta capacitatem, & numerum dictorum Fratrum, hujuſmodi vitam ſectari volentium, per Generales Miniſtros, & Commiſſarios dicti Ordinis, ſeu per Miniſtros Provinciales reſpectivè

vè in ſuis Provinciis, juxta ipſorum generalis Capituli proximè celebrati determinarionem, omninò deſignari, & cum effectu deputari debeant. Quodſi ſecus factum fuerit, Nos tunc Fratres hujuſmodi ſub arctioris pœnitentiæ jugo Altiſſimo famulari cupientes, in eorum ſalubri propoſito paterno affectu confovere volentes, eis ſuper his, quantùm cum Deo poterimus, opportunè providere curabimus. Fratres verò Capuccini nuncupati nullo modò dictos Fratres de Obſervantia nuncupatos abſque ſuorum Generalium, ſeu Provincialium Prælatorum licentia in ſcriptis habita, recipere, aut eorum in domibus retinere, ſeu ad eoſdem Fratres de Obſervantia nuncupatos ſe transferre, vel contra præſentium tenorem quicquam attentare præſumanr. Mandanres omnibus, & ſingulis dicti Ordinis, tàm de Obſervantia, quàm Capuccinis nuncupatis in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad quoſcumque actus legirimos exercendos, pœnis ipſo facto incurrendis, ut præmiſſa omnia, & ſingula firmiter, & inviolabiliter ſervent. Et ut eiſdem Fratribus tàm de Obſervanria, quàm Capuccinis nuncupatis delinquendi, & vagandi tollatur occaſio, volumus, quòd ſi quis eorum, qui de Obſervantia nuncupantur, ex eiſdem Capuccinis quempiam, & è converſo, ſi qui ex Capuccinis, quempiam de Obſervantia nuncupatorum profeſſorem ad ſe venientem contra præſentium tenorem recipere, & penes ſe retinere præſumpſerint, arbitrio ſuorum Superiorum puniantur. Recepti verò à Prælatis ſuis ubicumque repeti, ac juxta dicti Ordinis ſtatuta corrigi, & puniri poſſint, & valeant. Quocirca dictis filiis Gubernatori Almæ Vrbis, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicę generali Auditori, dictæque Vrbis in ſpiritualibus Vicario Generali, & dilectis filiis eorum in ſpiritualibus Vicariis Generalibus ſimiliter mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum ſtatutum, & ordinationē prædictā inviolabiliter obſervari faciant, non permittentes aliquid per quoſcumq; quacunque dignitate, præeminentia, & authoritate fungentes, contra præſentium tenorem quomodolibet attentari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & duabus dietis in Concilio Generali, dummodo ultra tres dietas quis vigore præsētium non trahatur, & aliis conſtitutionibus &c. Volumus &c. Datum Romæ &c. die 4. Ianuarij 1537. Pontif. noſtri anno 3.

126. Non ſine fructu fuiſſe repetita Pontificum diplomata, ex ipſo Provinciarum ſtatu poſſumus indubiè colligere, cum in pluribus ex ipſis Conventus pro Recollectione ad annum circiter 1550. fuiſſe legamus: cum verò Cuſtodes in pauciſſimis, atque breviſſimo tempore permanſiſſe appareat, atque multis ex aliis diploma ipſum non per omnia adimpletum eſſe, ſine hæſitatione poſſumus aſſerere; quod & ex Vuadingi cōtextu licet argumentari. Nec tamen animum inducere poſſum, ut facilè credam, ex ſola Provinciarum, Ordiniſque Rectorum cauſa proveniſſe, ut ſuo per omnia tàm ſubitò bulla illa Clementina fruſtraretur effectu; cum facilis eſſe potuiſſet oppreſſis ad Sedem Apoſtolicam recurſus in ipſo diplomate tàm graviter ordinatus. Id autem, ſaluo meliori judicio, addi poſſe mihi videtur; qnòd cum non in omnibus Provinciis æquè ſuppeterent viri prudentiâ, zelo, & authoritate conſpicui, qui negotium hujuſmodi vividè promoverent; pauci illi, qui Strictiori Obſervantiæ nomina ſua conſciberenr, in ſolitariis, pauperrimiſque Conventibus admodum contenti, nec præfixum Conventuum numerum, nec proprium Cuſtodem, nec ullam à pleniſſima Miniſtri Provincialis juriſdictione exemptionem poſtulantes, in ſancta ſolitudine quietē lubentiùs eligerent. Hinc Prælati nec Conventus, nec ſeceſſum poſtulantibus ex timore prçallegato non facilè concederenr, & ſecedentes ad libitū revocarent; unde citiùs ferè ubique fuerint extincti; extinctam tamen nunquam fuiſſe illius ſcintillam, quos ſuis locis narrabimus, plenè comprobarunt eventus. Chron. Prov. Reformat.

Igitur ab extremo Pauli III. Pontificatu uſque ad Gregorium XIII. ubi ſubſiſtere potuerunt, in ſancta ſimplicitate permanſerunt Reformati. Præterire tamen

tamen non debeo, quòd non rectè, meo videri, ad hujus Strictioris Obſervantię favorem, B. Pij V. Bullam *Injunctum nobis deſuper &c. Datum Romæ die 9. Martij* 1568. adducatur, prout in ipſa bullæ rubrica, necnon in Chronologia Seraphica prænotatur, quòd pro Reformatis à Clemente VII. approbatis fuerit expedita, cum luce clariùs in ipſo diplomatis contextu appareat, illam non pro Italis Strictioris Obſervantiæ profeſſoribus, ſed pro Recollectis Hiſpaniarum, qui ab Regularis Obſervantiæ Provincialibus per omnia dependent, fuiſſe conceſſam, ut eadem bullæ verba, ſenſuſque concordat, atque pro ipſius executione Hiſpanicis executoribus committitur; quam libro ſequenti dabimus per extenſum. Nec tamen denegare prorſus audemus, ipſam Italicæ item Reformationi plurimùm profuiſſe, ut duo ad minus loca in ſingulis Provinciis obtineret.

127. Illud equidèm apud omnes eſt in cōfeſſo, quòd circa annum Domini 1578. Cum variis in Provinciis Strictioris Obſervantiæ Profeſſores paulò magis excreſcere cœpiſſent, & à Provinciarum Rectoribus non rectis fortè oculis aſpicerentur, niſi & inquietarentur; aliqui eorum pro ſuæ quietis remedio opportuno, atque pro recitatæ Clementinæ conſtitutionis plena executione ad Gregorium XIII. Pontificem, Antonio de Vigevano, & Sèraphino Tornielli de Nobiola ducibus, humiliter recurrentes, ab Apoſtolico illius zelo efficaciſſimum diploma impetraverint; *Cum illius vicem &c.* quod ſtatim dabimus per extenſum. Ibi primò recitatis Clementis VII. hac de re litteris, & Strictioris Obſervantiæ profeſſores ad rigoroſas *Exijt, & Exivi.* Regulę Seraphicę declarationes obligatos eſſe commemorans, gravamina inſuper iſtis ab Obſervantibus contra præfatarum litterarū tenorem illata; digreſſum primò à Strictiori Obſervantia ad Obſervantes penitus interdicit, tàm iis, qui à ſæculo profecti profeſſionem ibidem emiſerint, quàm qui ab Obſervantia venientes poſt completum deliberationis annum ibidem permanere delegerint; de hinc per varia capita illos vix non in omnibus, & abſolutè à Prælatorum Ordinis juriſdictione facit immunes; dùm Novitiorum, & advenientium Obſervantum liberam receptionem Cuſtodi committit, ipſos ab omnimoda Provincialium juriſdictione exemptos ſoli Miniſtro Generali voluit eſſe ſubjectos, aliaque multa, quæ in ipſo bullæ tenore legentur, diſpoſuit.

Chron. M. S. Ref. Mediolan.

128. Petra ſcādali fuit hæc Gregoriana pro Reformatis diſpoſitio, qualis fuerat pro Obſervantibus Eugeniana, quòd nimiùm privilegiatis cōcedere videretur; majoriſq; Zelotypiæ æſtus aliorū contra Strictiorem Obſervantiam accendit. Vn de Gonzaga totius Ord. Miniſ. generalis (qui Recollectorū de Cathalaunia commotiones vix tū ſedare potuit) ſimul cum Italiæ Provincialibus àd Cardinalē Medicæum tunc Ordinis Protectorem recurrens, eo intercedente præfati Brevis Apoſtolici aliqualem ſuſpenſionem potuit obtinere, paciſque tuendæ gratia coacti fuerunt Reformati negotium omne in ſilentio diſſimulare.

Chron. M.S. Prov. Mediol. de Trivillio c. 39.

129. Interea tamen concurrentibus ex omni ferè Provincia Patribus ad Recollectionis receſſū, illud ſaltem in vim Gregorianæ conſtitutionis evictū eſt, ut ubique Conventus illis multiplicarentur, & Cuſtodes proprij eiſdem aſſignarentur pro ſeparato illorum regimine, qui ſtrictiorem vitam elegiſſent, unde numero, & virtute, & authoritate grandeſcentes palam potuerunt ſuas explicare neceſſitates, & procurare remedia; quorum ergo varia producentur inferiùs Cardinalis Protectoris decreta, & in Romana, in Veneta, in Sicula, in Mediolanenſi, & in aliis ferè ſingulis Provinciis proprios Cuſtodes habuiſſe leguntur.

Ex Arch. S. Franc. de Vrbe.

Ex Chronol. harum Provin.

130. Anno igitur circiter 1579. quàmvis B. Stephano Molina contradicente, graviuſque in contrarium proclamante, Cœnobium in Vrbe ad S. Franciſci trāſtyberim acceperunt, ut ſua negotia faciliùs, & efficaciùs procurarent: unde, & forma aliqua pro ipſorum ſingulari regimine cœpit promoveri. Siquidem Franciſcus Gonzaga (de cujus canonizatione jam actum eſt in Rota Romana) tunc temporis Miniſter Generalis, dùm pro Gregorianæ prædictæ conſtitutionis ſuſpenſione Pontificem ſupplicaſſet, datis enciclicis ad Provinciales litteris, Reformatos eiſdem enixè commendavit; necnon publicatis per Italiam univerſam antiquis Quiñonij conſtitutionibus eoſdem pro poſſe promovit, dummodo unitas conſervaretur in Ordine. Hinc

Barez. 4. part. Chron. l. 8. cap. 58.

Chron. Seraph. & in vita Fr. Franc. Gonzagæ.

per

Arch. Aracœl. Cur. Ciſ-m. Reg. 2. fol. 29. per univerſam Italiam, tum Fratrum, tum Conventuum numeros non mediocriter multiplicati, Novitios à ſæculo, Fratreſque profeſſos à Provinciis ad Recollectionem venientes acceptare, necnon proprios ſibi Guardianos, Cuſtodeſque Gubernij quaſi ubique obtinere cœperunt: Vrgebat enim inceſſanter pro ampliori eorumdem progreſſu Gregorius Pontifex, quàmvis præcitatum diploma ſuum ſuſpendi toleraſſet. Vnde & in pluribus, quæ immediatè dabimus, Cardinalis Protectoris decretis, necnon in aliquibus Sixti V. litteris ſemper Reformatorum Cuſtodes nominantur.

131. Quin & anno 1566. in bulla B. Pij V. *Sollicit. ut nos, &c. Dat. die 10. Aprilis*, per quam Conventus S. Mariæ Gratiarum de Ponticellis in Provincia Romana ab Amadæitis ad Reformatos transfertur, ordinatur expreſſè, quòd ſi aliqui de Amadæitis reformari voluerint, poſſint de conſenſu Patris Cuſtodis Reformatorũ, aliorumque de ipſo Conventu Fratrum ad Reformationem acceptari. Quàmvis enim in Romanæ Reformationis Chronicis, ſive potius Chronicorum fragmentis (integra enim Fratris Bonifacij Boni-Belli, B. Angeli de Paz. ſocij, quæ Barezzius, & Vuadingus ſe habuiſſe teſtantur, & apud alios paſſim allegantur, maximamque mihi lucem præſtitiſſent, nuſquam reperiri potuerunt) ad S. Iſidori de Vrbe ſervatis ab anno 1533. ad annum 1587. nullus legatur Cuſtos adnotatus; Cuſtodes tamen in eadem ob Stephani Molinæ continuam, & efficacem aſſiſtentiam ſemper extitiſſe crediderim. Ex Arch. S. Franc. de Vrbe in Reg. bull. & decret. fol. 101. In Arch. S. Iſid. de Vrbe armar. 4. n. 2.

132. Quin, & in Chronicis eiſdem adnotatum reperio, quòd ante Viſitatores Apoſtolicos à Clemente VIII. deputatos, Reformatorum Cuſtodes ex decreto Cõgregationis Prælatorum Viſitationis Apoſtolicæ, in Capitulis Obſervantium poſt electum Miniſtrum Provincialem, per Reformatos ipſos ſeparatim eligebantur, quod poſt Gregorij citatum diploma obſervatum fuiſſe, dubitare non poſſumus.

133. Anno etiam 1580. Fr. Petrus Aquilanus in Romana Reformatione Cuſtos actualis, totius per Italiam Strictioris Obſervantiæ nomine Cardinalem Medicæum Ordinis Protectorem exoravit, ut Syndicum Apoſtolicum juxta decretales *exiit*, & *exivi* pro ſingulis Reformationis cœnobiis concedere dignaretur, quod Cardinalis ipſe dato decreto die 16. Maij 1580. ultrò conceſſit; prudenter advertens, quòd abſque Syndici præfati uſu in Cœnobiis mediocriter adauctis vix ſervari poſſit Apoſtolica Regula Minorum. Arch. S. Franc. de Vrb. loc. cit.

134. Anno etiam 1588. Cardinalis Matthæi totius Ordinis Protectoris edicto publicatum fuit, ut litteras obedientiales à Cuſtodibus Reformatis expeditas pro Fratribus de Familia ad Cuſtodiam admittendis, nec Miniſter Provincialis, nec alius quicumque valeat impedire. Ibid.

135. Hieronymus ipſe Cardinalis Matthæyus Ordinis Protector dato decreto die 12. novembris 1588. conceſſit, & ordinavit. 1. Vt quoties Reformatorum Cuſtodem eligendum eſſe cõtingat, quo tempore per Fratres de Familia Capitulũ Provinciale non celebretur, liceat ipſis Reformatis ſua ſeorſim Capitula Cuſtodialia celebrare. 2. Ne poſſint Reformati in Confeſſarios Monialium deputari, quæ non ſint Reformationi ſubjectæ. 3. Ne Confeſſarij de Obſervantia in Conventibus Reformatis valeant cohabitare. 4. Ne Reformati ad generalia Ordinis ſtatuta reformatorum rigori præjudicialia obligentur. 5. Non liceat Cuſtodi Obſervãtes ad Reformationem venientes extra capitulum ſine Fratrum ſuorum aſſenſu, quorum in Conventu recipiendos deputare intendit, nec in Capitulo ſine Vocalium ſuorum expreſſo conſenſu recipere. 6. Obſervantes ſine Cuſtodis Reformati licentia in Reformatorum propriis confiniis quæſtuare non poſſint. 7. Nemini liceat in Cuſtodem, aut Guardianum pro Reformatis eligi, niſi continno biennio à ſuo ingreſſu ad electionem uſque inter ipſos perſeveraverit, quàmvis longiori etiam ſpatio temporis aliàs inter ipſos convixerit. Ibid. fol. 105.

136. Eodem anno Sixtus V. Gregorij in Pontificatu Succeſſor, dato Brevis *Nuper ſiquidem, &c. Romæ die 13. Martij* Strictioris Obſervãtiæ Cuſtodibus conceſſum eſſe voluit, ut ſervatis quibuſdam conditionibus, quas in bulla expreſſit, extra Capitulum, & Congregationem Novitios ad Ordinem recipere valerent; quod anno 1603. per Congregationem Viſitationis Apoſtolicæ, & per Clemen- Ibid. fol. 282. & Chronol. Seraph. fol. 247.

tis VIII. decretum confirmatum, & ampliatum fuiſſe legimus;ut ſequitur.

Bull.Rom. t.3.fol.156 bull. 106. Sanctiſſimus D. N. D. Clemens Papa Octavus. Supplicationi Fratrum Reformatorum Ordinis Min. de Obſervantia S. Franciſci inclinatus, bonum propoſitum cujuſque ad ipſam Reformatorum Religionem tranſire, in eaque Altiſſimo famulari cupientis, fovere volens, Cuſtodi ejuſdem Ordinis cum unanimi duorum Guardianorum, & dictorum Diſcretorum cujuſcumque Cuſtodiæ voto, plenam poteſtatem facit recipiendi, & admittendi ad habitum ſui Inſtituti Novitios quovis tempore, etiā extra Capitulum. Non obſtantibus decretis generalibus Sanctitatis ſuæ eo de genere editis, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 1. Ita tamen ut priùs examinentur diligenter per ipſos Cuſtodem, Guardianos, & Diſcretos recipiendorum, & admittendorum qualitates juxta Ordinis Regulam, decreta, & Conſtitutiones Apoſtolicas.

§. 2. Et Cuſtos ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ teneatur in proximo tunc futuro Capitulo Cuſtodiali, vel ejus loco Congregatione etiam Cuſtodiali ſingulis annis habenda, referre quot acceperit Novitios, ac illorum qualitates, & in quibus Monaſteriis recepti commorentur, approbationem, & confirmationem receptionis, & admiſſionis ante profeſſionis emiſſionem obtinere, aliàs ſupradicta omnia ex nunc, prout ex tunc irrita eſſe voluit, & hujus decreti authoritate declaravit. Dat. Romæ die Dominico, 23. Novembris 1603.

Ex Arch. S.Fran.de Vrbe lib. bull. 137. Cuſtodibus iiſdem præfato anno 1588. die 12. Aprilis expedito decreto Sixtus indulſit, ut cum ſuis ſubditis ad Guardianatum eligendis, dummodò in trigeſimo ætatis anno eſſent conſtituti, quàmvis decretum per Religionis ſtatuta tempus non compleſſent, poſſent diſpenſare.

138. Cùm etiam Fr. Thomas de Maſſa ex Marchiæ Provincia in Cis-montanis Commiſſarius Generalis Conventus aliquos aliis non contiguos Reformatis, contra Clementis VII. conſtitutionem vellet aſſignare; Sixtus ipſe ſuper non contiguitatem illam edito ſequenti diplomatæ diſpenſavit.

## SIXTUS PAPA V.

*Dilecto filio Commiſſario Generali Cis-montano Ord. Fratrum Min. S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum.*

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum. fœl. rec. Clem. Papa VII. Prædeceſſor noſter de tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium unanimi conſenſu, inter alia ſtatuit, & Ordinavit, ac in virtute S. Obedientię diſtrictiùs præcipiendo mandavit, quòd tunc, & pro tempore exiſtentibus profeſſoribus hujus Ordinis Reformatis nūcupatis per Generales, & Provinciales Miniſtros, cæteroſque dicti Ordinis Prȩlatos, & quemlibet ipſorum aſſignarentur loca, quantùm fieri poſſet, contigua quatuor, vel quinque juxta numerum Fratrum eorumdem, & ſi in futurum plures Fratres vellent ſe vitæ præcedentium conformare, & ab eis acceptati forent, Miniſter Provinciæ cum Diffinitoribus in Provinciali Capitulo teneretur alia loca, quantùm poſſibile foret, contigua eis aſſignare, & Prioribus addere, prout in litteris dicti prædeceſſoris deſuper 16. kal. Decembris Pontificatus ſui anno nono confectis, pleniùs continetur. Arch. Aracel. Reg. 2.

Cùm autem ad augendam Chriſti fidelium devotionem, & ſalutem animarum procurandam plurimùm interſit, ut ij Fratres in Civitatibus, ſeu locis eis vicinis degant: Nos tenorem dictarum litterarum præſentibus pro expreſſo habentes ſupplicationibus tuis hac in parte inclinati, Tibi unam S. Crucis Neapolitan. & aliam S. Franciſci Caſtrimaris, ac reliquam S. Pauli extra muros Bononien. dicti Ordinis domos, etiamſi illę non ſint contiguæ aliis locis, ſeu domibus eorumdem Fratrum juxta litterarum dicti prædeceſſoris tenorem, dictis Fratribus Reformatis aſſignandi, ipſiſque Fratribus illas recipiendi, & inhabitandi licentiam, & facultatem per præſentes concedimus. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ &c. die 6. Octobris 1588. Pontif. noſtri anno 4.

139. Cùm verò Fratres Diſcalceati de Hiſpania ſub Ioanne Baptiſta Piſaurienrienſi in Italiam venientes, Conventus ſub Diſcalceatorum diſciplina, & Obedientia recipere, nec non Novitios acceptare Bull.Rom. t.2. bulla Sixti V.

ceptare incœpiſſent; Sixtus Pontifex dato Brev. *Cum ſicut,&c.die* 20. *Novembris* 1588. quod ſupra deſcribemus, eos omnino ſuppreſſit ex hoc allegato in bulla prætextu, quòd jam introducti eſſent in Italiam Reformati Conventuales, & Reformati de Obſervantia. Semper autem in allegatis bullis Sixti Pontificis Reformatorum Cuſtodes nominantur; ſicut de facto in plurimis Provinciis jam tunc præextitiſſe leguntur.

140. Ex prænotatis Sixti V. litteris, nec non ex plurimis Cardinalium Protectorũ pro Reformatione Decretis tùm hîc,tùm in Archivio S.Frãciſci de Vrbe in præcitato libro bullarum, & decretorum per extenſum relatis evidentiſſimè apparet,quanta per Gregorij XIII. allegatam conſtitutionem continuatumque zelum.Strictioris Obſervantiæ profeſſores recuperatis Cuſtodibus, obtentis Novitiatibus, multiplicatiſque Conventibus, quanta, & in qua fœlicitate fuerint proſperati, proprio etiam ſub regimine conſtituti.

Verùm Clementis VIII. incomparabili zelo ultra fidem dilatari promeruit, & ramos ſuos undequâque protendere; ita ut conſiderabilem, atque nobiliſſimam jam partem in Corpore Seraphico conſtituerit.

Arch. Ara-cœl. cur Ciſ-m. t. 2. fol. 103. & fol. 106 141. Clemens etenim,qui ad reformandas Religiones natus eſſe videbatur, de promovenda potiſſimùm inOrdine Min. Strictiori Obſervantia, ſingulari applicatione cogitabat; ſtatim namque ab adepto Pontificatu inter alia, quæ pro ipſius fœliciori progreſſu ordinavit, per Cardinalem Mattheyum Ord. Protectorem ad Valliſoletana Comitia quaſdam pro univerſali Ordinis reformatione conſtitutiones tranſmitti voluit; quarum vigeſima nona hæc habet [ Novitij tùm Clerici, tùm Laici probationem non faciant, niſi in locis ad Nuvitiarum deſignatis; Curetur autem, ut hujuſmodi loca ſint inter Reformationes ] Deinde quinquageſſima ſic habet [ Vnaquæque Provincia tria ſaltem Reformatorũ, ſeu Recollectorum habeat Monaſteria, in quibus Regulæ puritas ſervetur juxta duas declarationes, nẽpe Nicolai III. *Exijt*. & Clementis V. *Exivi*. Singula autem Monaſteria hæc ſuos habebant Cuſtodes, vel alios juxta cujuſque Provinciæ morem. ]

142. Hinc ergo Frater Bonaventura de Calatagyrone Siculus omni virtutum genere conſpicuus ( quod legationes Apoſtolicę tota fœlicitate completæ clarè deprædicant ) anno 1593. ad ſupremam Ordinis Præfecturam evectus, ſtatim de Ordinis Reformatione apprimè ſollicitùs,hoc unum præ reliquis Provinciarum Viſitatoribus majori applicatione commendavit, ut Fratres ſollicitè de rigoroſa vitæ illibatæ obligatione commonendo eos ad ſanctam Recollectionem vividè hortarentur,illos autem, qui in præfatis Recollectionis, ſeu Strictioris Obſervantiæ Conventibus ſeparari elegiſſent, recepta ſingulorum ſcriptione, in notas redigeret, ad hoc ut in Capitulorum celebratione de Cœnobiis opportunè poſſet provideri. Ibid. f. 125.

143. Vnde & ad Archiepiſcopum Genuenſem reſcribens Dat. Papiæ die 24. Maij 1594. particularem Reformatorum ſeceſſum, atque vivendi modum & approbat, & commendat; ejuſque ampliationem ſeſe deſiderare proteſtatur, atque ex animo ſe promoturum fore promittit. Ex hoc autem potiſſimùm illorum laudat conſtitutum particulare,quòd ad decretales Nicolai III. *Exijt*, & Clementis V. *Exivi* ſe ſe obligaverint; utque in illis immobiliter permaneant, efficaciter adhortatur; non quòd Martinianæ relaxationem in Regula contineant; ſed quia illæ longè puriores eſſe comprobantur. Denique oſtendit magnos ſemper, & parvos fuiſſe in Religione Conventus, ut ſpiritualiores in iſtis, in illis qui ſtudia ſequuntur, poſſint ſuſtineri;cum illa quidem differentia, ut ex majoribus Cœnobiis primarias Religionis glorias tum doctrinæ, tum honorabilium laborum titulo,ſed & indubitanter ab iiſdem relaxationis ſemina prodiiſſe confiteamur;in minoribus verò pœnitentiæ rigorem, necnon paupertatis apicem, Regulæque Franciſcanæ puritatem meliùs, & diutiùs fuiſſe conſervatam;ſubintroductas autem relaxationes in majoribus faciliùs per Regularis diſciplinæ reſtitutionem poſſe communiter emendari. Ibid. fol. 135.

144. Dehinc, ut Clementi Pontifici morem gereret, particulares pro Reformatis conſtitutiones publicavit ſub die 20. junij 1595. ( quod jam pridem fecerat Gonzaga, antiquas Quiñonij leges pro Recollectis typis impreſſas tranſ-

mittendo ad ſingulas Provinciarum domos recollectas) illarum caput primum placet hic apponere, quoniam Strictioris Obſervantiæ qualis tunc temporis eſſet in Religione ſtatus, exinde clariùs eluceſcit: cætera cum aliis Ordinis ſtatutis in Chronologia Seraphica, & in tomo 3. ſubſeq. legenda dimitto.

Chron. Seraph. ſol. 503. c. 1. 145. [De obedientia cap. 1. Cum perfecta in Superiorum manibus ſui ipſius reſignatio illud ſit ſacrificium, quod noſtra voluntate ſemel pro toto vitæ curſu Domino obtulimus in Religione; Reformati Fratres, qui arctioris vitæ modum profitentur, humiles ſe, & ſubjectos, ac in omnibus obedientes, quæ animæ, & Regulæ non ſunt contraria, Patribus Miniſtris ex ejuſdem Regulæ præſcripto exhibeant. Circa quod, ut omnis tollatur diſſenſionis occaſio, & pax Domini in Provinciis, & Cuſtodiis magis vireſcat; Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam humillimè interpellavimus, quatenùs explicare dignaretur Miniſtrorum, & Cuſtodum in Reformationum gubernio poteſtatem: qui benigniter declaravit; Quòd Regulâ dicente, *Fratres, qui ſunt Miniſtri, & ſervi aliorum Fratrum, viſitent, & moneant Fratres ſuos, & humiliter, & charitativè corrigant eos*; poſſint, & debeant Miniſtri Provinciales omnes, & ſingulas Reformationum domos liberè viſitare; eaſque ſecundùm Religionis inſtituta, atque Cuſtodiarum Conſtitutiones reformare: corrigere inſuper, & coërcere delinquentes, dummodò extra Cuſtodias non arceantur, niſi ob majorem Reformationis quietem, & utilitatem adhibito Cuſtodum, & Diſcretorum judicio aliter videretur. Quòd etiam in Cuſtodiarum domibus Ordinationes, & ſtatuta Religionis, in quantùm Reformationi non adverſantur, inviolabiliter obſervari præcipiant. Quòd ijdem Cuſtodes domos, & loca ſuarum Cuſtodiarum terminis compræhenſa viſitare, & juxta Ordinis, earumdemque Cuſtodiarum inſtituta corrigere, & reformare valeant. Quòd præterea honeſta, & urgenti de cauſa tantummodo, è ſuis Cuſtodiis ad alia propriæ Provinciæ loca Fratres Cuſtodum arbitrio mitti poſſint: nec tamen ſub quocumque prætextu extra Provinciam, quam facultatem vult Sanctitas ſua Miniſtris, & Cuſtodibus perpetuò, & reſpectivè convenire. Quòd ſicuti in Capitulis à Cuſtodibus, & Diſcretis Cuſtodiarum, aliqui Reformati, & idonei Fratres præſentari ſolent Diffinitorio, à quo illi, & non alij in Guardianos locorum Reformatorum deputari debent; ſic, & non aliter fiat, quando extra tempus capitulare, aliquem prædictorum Guardianorum, quacumque de cauſa, deficere contigerit: hoc eſt, quòd Cuſtodes, & Diſcreti prædicti in deficientis locum alium Fratrem idoneum præſentare debeant; qui, & non alius à Diffinitorio in Guardianum ſubſtituatur.

146. Quibus inhærendo ob majorem rei claritatem ordinamus, quòd in quolibet Capitulo per ſecretum ſcrutinium, ut eligi ſolent Diffinitores, duo etiam Diſcreti Cuſtodiales eligantur: qui unà cum Cuſtodibus actualibus, & præteritis, Guardianorum Diffinitorio, ut ſupra, præſentandorum proviſionem faciant.

147. Cuique etiam loco duos ſaltem locales Diſcretos ex antiquioribus, & probatioribus Sacerdotibus deputabunt, in quorum defectum loci Fratres magis idonei poterunt deputari: ſine quibus Diſcretis rem aliquam gravem in ſuorum adminiſtratione Officiorum Guardiani facere nequeant; & hoc ſub ſuſpenſionis, vel etiam privationis, aut alia arbitraria pœna, uti prædictis Cuſtodibus, & Diſcretis cuſtodialibus magis expedire videbitur.

148. Inſuper ordinat Sanctitas ſua, quòd ſi morte Cuſtodis intercedente, vel alia urgenti de cauſa in aliqua Cuſtodia Capituli celebratio neceſſaria ducatur; id fieri nequeat, niſi Provincialis Miniſtri, vel Commiſſarij ab eo, aut à Generali Miniſtro ad hoc ſpecialiter deputati, interventu, & aſſiſtentia.

149. Item ordinat Sanctitas ſua, quòd in Provincialibus Capitulis à Diffinitorio aliqui earumdem Cuſtodiarum deputentur Examinatores ad eos Ref. Fratres examinandos, qui aut ad Ordines ſacros ſuſcipiendos, aut ad Fidelium excipiendas confeſſiones Sacramentales, promoveri debent: & quòd illi, qui à dictis Examinatoribus approbati ad locorum Ordinarios mitti debent; ſi prædicti Ordinarij intra Cuſtodiæ confinia extiterint, à Cuſtodibus licentiam obtinere poſſint,

poſſint, ſin autem extra, à ſolis Miniſtris Provincialibus.

150. Et ut Miniſtri, & Cuſtodes, viſitando, reformando, & corrigendo ſuo liberè poſſint officio fungi; nemini Fratrum liceat à Familia ad Reformationem, niſi tempore Capituli, vel Capitularis Congregationis tranſire: quo item tempore numerum, nomenque Fratrum, quos recipere intendunt Cuſtodes, ſignificare teneantur Miniſtris, qui hujuſmodi licentiam concedere teneantur: Liceat pariformiter ſolùm Capituli tempore à Reformatione ad Familiam tranſitum facere, dummodò de hoc Miniſtri Provinciales, & Diffinitoria opportunè certiorentur.

151. Verùm Fratres illi, qui extra Capitulum, & Congregationes Capitulares à Familia ad Reformationem tranſire voluerint, id exequi nequeant, abſque noſtra, vel Commiſſarij generalis pro tempore licentiâ ſpeciali.

152. Præcepit etiam Sanctiſſimus Dominus, quòd nemini Fratrum ad alienam Cuſtodiam abſque noſtra ſpeciali facultate tranſire liceat. Vnde conformiter ordinamus, neminem Nobis inferiorem ſub quocumque prætextu mittere poſſe, ſeu licentiare ad Reformationem Fratres pœnitentiatos: nec à Patribus Cuſtodibus recipi poſſe eos, qui ad fugiendam Miniſtrorum Provincialium, aliorumvè Superiorum correptionem, ad Reformationem ſe transferunt; ſicque nemo inquiſitus recipiatur, niſi priùs ejus causâ per finalem ſententiam penitùs completâ, ſemper tamen Fratres ad Reformationem admittendi, exemplari vita pollere debeant, ut inde innoteſcat, ad id eos non timore compelli, ſed deſiderio proficiendi. Nec Cuſtodis, aut Guardiani officia aliquis obtinere poſſit, niſi priùs per triennium ſaltem in Reformatione laudabiliter perſeveraverit.

153. Miniſtris igitur Reformationes viſitantibus, & ad ipſarum beneficium aliquas Ordinationes facientibus, plena præſtetur obdiendientia, ipſæque ordinationes; atque admonitiones, in totum obſervandæ tranſcribantur juxta alias conſtitutiones Reformationum, ut ſæpè legi poſſint, nec oblivioni tradantur. Sic etiam Reformati Fratres ſuis Cuſtodibus, Guardianis, Vicariis, cæteriſque legitimis quocumque nomine cenſeantur Superioribus humiliter, & reverenter pareant, & obediant.]

154. Cōſtitutiones hujuſmodi cùm Strictioris vitæ profeſſoribus per omnia non arriderent, & proprio rigori ad plenum non accommodatæ judicarentur; recurrentes nōnulli ex Reformatione Mediolanenſi Zelotes ad Clementem Pontificem, Bullam Gregorianam ad ſui favorem editam, jamque aliquo modo ſuppreſſam (quam Mediolanenſes ipſi potiſſimùm à Gregorio impetraverant) à Sede Apoſtolica de novo confirmari, & publicari obtinuerunt, unde ſubitò novas, propriaſque leges juxta earum litterarum tenorem ſibi componere voluerunt. Ecce Clementis litteræ, in quibus Gregorianæ recitantur. Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. Reg. 2. ubi ſup. & Chron. M. S. Mediol. loc. cit.

CLEMENS PAPA VIII

*Ad perpetuam rei memoriam.*

PRo injuncti Nobis Apoſtolici muneris ratione, de ſtatu Religioſorum quorumcumq; qui ſub voluntariæ Paupertatis habitu militātes, in habitu humilitatis, & ſpiritu Deo vota reddere ſatagunt, paterna charitate ſolliciti conſtitutiones, & ordinationes Summorū Pontificum ad eorum proſperum regimen, & gubernium provide factas, nonnullis mutatis, ſeu adjectis pro locorum, & temporum qualitate libenter confirmamus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Bull. Rom. t. 3. fol. 60.

§. 1. Dudum ſiquidem à fœl. rec. Gregorio Papa XIII. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ, tenoris ſubſequentis, videlicet; Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Cùm illius vicem, meritis licèt minimè ſuffragantibus, geramus in terris, qui pacem in terras intulit, charitatemque ad invicem præ cæteris omnibus ejus fidelibus præcepit; officij noſtri debitam proſequimur actionem, ſi Regularium perſonarū, quę relicto ſæculo ſub ſuavi voluntariæ paupertatis jugo Dei obſeqnio ſe dedicarunt, pro commiſſo Nobis officio, concordiæ, ac quieti conſulere cupientes, pacem, & charitatem inter ipſos inducere, inductamque confovere, & quæ eis contraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita, prout rerum, & temporum Bull. Rom. t. 2. bull. 55 Greg. XIII

porum qualitas requirit, quantùm Nobis ex alto conceditur, totis viribus curemus.

§. 1. Sanè licèt aliàs per fœl. rec. Clem. VII. prædeceſſorem noſtrum multa ad quietum, & tranquillum ſtatum pertinentia dilectorum filiorum profeſſorum Ordinis Fratrum Min. S. Franciſci de Strictiori obſervantia Reformatorum nuncupatorum( ut qui Regulam ipſam B. Franciſci purè, & plenè juxta illius litteram, & declarationes Nicolai III. & Clem. V. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ut veri Beati Franciſci filij, & alumni obſervare contendant ) edita, & ſtatuta fuerint, ut in litteris Clemen. VII. ſub Datum Romæ, &c. 16. Kal. Decembris, Pontif. ſui anno nono latiùs continetur.

§. 2. Nihilominus quidam ex Reformatis ſupradictis Nobis detulerūt, quòd ipſis Reformatis quamplures perturbationes, damnaque non medioeria à dilectis filijs Fratribus Minoribus de Obſervantia nuncupatis, ſub quibuſdam prætextibus, etiam contra dictarum litterarum Clementis VII. formam inferebantur.

§. 3. Nos igitur eorumdem Fratrum Reformatorum Nuncupatorum quieti, & indemnitati, ejuſdem Ordinis proſperitati, ac propagationi conſulere volentes, Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper cauſis. Epiſcoporum, & Regularium deputatis, atque etiam ejuſdem Ordinis prædicti Protectori cauſam hujuſmodi audiendam, & cognoſcendam commiſimus. Qui re maturè diſcuſſa, necnon quorum intereſt, aut intererat, partibus auditis, litteriſque Clem. VII. prædictis plenè conſideratis, Nobis retulerunt, quæ reformationem hujuſmodi magis proſperè dirigere viſa ſunt. Quare de eorumdem Cardinalium conſilio, litteris Clementis VII. prædictis addenda quædam decrevimus.

§. 4. Itaque volumus, & Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, ut Novitij Reformatorum præſentes, & futuri annum continuum inter dictos Reformatos agant ad deliberandum, an inter Reformatos prædictos permanere velint à die ingreſſus in Cuſtodias, ſeu loca Reformatorum. Si verò in familia Fratrum de Obſervantia profeſſionem emiſerint, & ad Reformatos de Strictiori Obſervantia tranſierint, vel in futurum tranſire voluerint, habeant itidem annum continuum à die ingreſſus ad deliberandum, an remanere in hac Strictiori Obſervantia voluerint.

§. 5. Poſt præſentium autem noſtrarum publicationem, & dictum annum completum, declaramus, prædictos profeſſos extra Reformatos haberi ut profeſſos inter Cuſtodias Reformatorum, nec ipſos, ſicut nec alios inter eaſdem Cuſtodias profeſſos ab iis, ſine ſpeciali Apoſtolicæ Sedis licentia, recędere poſſe ſine apoſtaſiæ nota. Quo etiam anno peracto, tàm Novitios in Cuſtodiis expreſſe profeſſos, quàm profeſſos in Familia, & in Cuſtodiis annum continuum agentes, volumus ad puram, & plenam Regulæ S. Franciſci Obſervantiam juxta ipſius litteram, ac Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum declarationes, & Clem. VII. litteras prædictas teneri; nec ab ea, Reformatorumque ipſorum obedientia recedere, minúſque à Reformatis ipſis expelli valeant, niſi incorrigibiles juxta antiqua eorum inſtituta hactenus obſervata, & niſi qui ad Capuccinos tranſeundi licentiam in ſcriptis, juxta Pauli III. & Iulij III. litteras à proprio Cuſtode obtinuerint.

§. 6. Liberum verò ſit eidem Cuſtodi, etiam nullo Miniſtri Piovincialis, vel aliorum ſuorum Prælatorum habito, vel requiſito conſenſu, vel licentia, nulloque cum iiſdem verbo facto, per ſe, vel alium juxta Tridentini Concilij formam, atque Ordinis conſuetudinem Novitios, necnon & Fratres Ordinis prædicti de Obſervantia, tàm propriæ, quàm alienæ Provincię Reformandos, ad Ordinem, ac profeſſionem, & reformationem pro ſua Cuſtodia, abſque ullo penitùs impedimento, de conſilio tamen, & conſenſu Fratrum illius loci, pro quo recipiuntur, admittere.

§. 7. Teneantur autem Miniſter Provincialis, vel illo abſente Præſidens Capituli, vel Congregationis, & Diffinitores in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, quando familiæ mutari ſolent, ad petitionem dictorum Reformatorum, alia etiam Provinciæ loca, ſive Monaſteria aliis Reformatorum locis, quantùm fieri poterit, contigua, vel commoda,

commoda, juxta ejuſdem Clem. VII. litteras dare, & aſſignare, & Prioribus eorum locis addere; Nec Fratrum Reformatorum paucitatem (dummodo ad decem Fratres recipiendos ſint idonea, vel brevi tempore in ea illos introduci poſſe ſperandum ſit) nec aliam quampiam excuſationem, quominus id faciant, objicere poſſint.

§.8. Miniſter Generalis dictorum Fratrum de Obſervantia tantùm, minimè autem Provincialis, ſive alij dictorum Fratrum de Obſervantia Prælati, aut Commiſſarij in dictos Fratres Reformatos, ſive illorum Cuſtodias juriſdictionem, viſitandique, & corrigendi facultatem, ſive per ſe ipſum, ſive per ejuſdem Ordinis, etiam alienæ Cuſtodiæ Reformatos ipſos habeat; minimè tamen poſſit aliquē ad Prælationem, vel officia, etiam in Cuſtodia promovere, aut correctionis, vel quovis alio prætextu ſtatutis, cenſuris, caſibus, reſervationibus propriis, vel Ordinis Reformatos ſubjugare, aut Cuſtodiæ Cuſtodis, vel Fratrum Reformatorum reſpectivè poteſtatem, facultatem, immunitatem, conceſſiones, gratias, ſtatuta, & pacem quovis prætextu, modo, & quæſito colore directè, vel indirectè annullare, ſuſpendere, arctare, alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare; nec etiam de propria eorum Cuſtodia, domibuſque, & locis, niſi pro aliarum, Cuſtodiarum dicta viſitatione dictos Reformatos, vel eorum aliquem amovere, extrahere, mittere, collocare, vel retinere, niſi prout in ſingularum Cuſtodiarum Capitulis, vel ab ipſo Cuſtode fuerit ordinatum, locaque hujuſmodi eiſdem Reformatis fuerint aſſignata; & multò minùs ad Reformatorum, vel Cuſtodiarum loca nō Reformatos, etiam Novitios, vel Monialium Cōfeſſores, aut alios quoſcumque etiam reformandos à Reformatis non receptos mittere, aut in eiſdem collocare, vel retinere.

§.9. Nec etiam Reformati ipſi aliquem prædictorum non reformandum recipere, vel ad convivendum, ſive de familia in eorum locis retinere ullo modo poſſint, exceptis Lectoribus à Prælatis ipſorum licētiatis, propriæ Cuſtodiæ neceſſariis. Qui tamen in Cuſtodia vocem activam, vel paſſivam habere non poſſint, ſed illa ad Reformatos tantùm in Cuſtodia pertineat; exceptis quoque opportunis Prædicatoribus ſimiliter licentiatis, vel impetratis, & hæc pro tempore tantùm neceſſitatis, ſed ſine conſenſu Cuſtodis in ſcriptis non poſſint quicumque dicti Ordinis Prælati, Fratres non reformatos in auditoriis ad ipſorum locorum confines, juxta morem Ordinis pertinentibus ad prædicandum, nec eiſdem confinibus quoſcumque Fratres ad eleemoſinas colligendas deſtinare.

§.10. Pro neceſſariis autem negotiis, & de aliis piis cauſis poſſint Cuſtodes ad quæcumque Ordinis, & aliorum loca, etiam extra Reformatorum Cuſtodias, maximè ad Sedem Apoſtolicam, & ad totius Ordinis Protectorem, & pro prædicatione ire, ac Fratres ſuos mittere, ſed cauſa manendi de familia in locis Ordinis extra Reformatos pro ſtudio, vel alia cauſa nullo modo Cuſtodes, vel Cuſtodiæ mittere, vel licentiam dare, nec Fratres ire, vel manere, nec Prælati Ordinis eos recipere, vel retinere poſſint.

§.11. Capitula cuſtodialia ſingulis annis in propriis Cuſtodiæ locis diſtinctè, & non extra Cuſtodiam per Reformatos quando, & ubi per proprium Cuſtodem, vel Cuſtodiam fuerit conſtitutum, fiant; eant tamen & ipſi Reformati ad Capitula Provincialia, ut in dictis litteris Clementis VII. ſtatuitur, & in illis vocem non activam tantùm, ſed paſſivam poſthàc habeant. Hujuſmodi autem Cuſtodiarum Capitulis ſolus Cuſtos, qui erit pro tempore, vel eo decedente, Commiſſarius Cuſtodiæ, vel ipſe Generalis Miniſter, ſi perſonaliter tantùm intereſſe voluerit, præſidere poſthàc valeat.

§.12. In iis autem Capitulis unaquæque Reformatorum Cuſtodia plenam, & abſolutam habeat poteſtatem quæcumque ſtatuta, & ordinationes, dummodo contra Deum, animam, ac Regulam, & decreta Concilij Tridentini non ſint, juxta litteras Clementis VII. prædictas, condendi, & ſtatuendi, nec in eo per Miniſtros Generales, vel Provinciales, vel eorum Commiſſarios, aut alios dicti Ordinis Prælatos quomodolibet impediri valeat. Electione Cuſtodum per Reformatos ad triennium facta, Cuſtodes per ſe, vel per litteras in ſignum humilitatis confirmationem tantùm infra menſem petere teneantur à Miniſtro Provinciali, quandocumque ſtatim facto exhibendam.

dam. Poſſint autem Cuſtodes,etiam dum expectatur, & antequam petatur confirmatio prædicta, cum plena authoritate liberè Officio ſuo fungi;quod ſi confirmationem hujuſmodi intra tres dies non obtinuerint, à Sede Apoſtolica ipſo facto tenore præſentium confirmati cenceantur, Guardiani verò in Capitulis electi, vel à Cuſtodibus inſtituti, à Miniſtro, vel alio quopiam confirmari deinceps non egeant, ſed eorum inſtitutio in Capitulis, vel extra ab ipſis Cuſtodibus facta ſufficiat. Cuſtos pro tempore electus,vel eligendus in ſuo officio à prima electione continuet ad triennium,videlicet ad Capitulum Cuſtodiale uſque, ſive citra,ſive ultra triennium fiat, abſq; eo, quòd ſingulis annis rurſus eligatur. Cuſtodis autem ſucceſſoris electio à Cuſtode prædeceſſore, Guardianis,& Diſcretis locorum Cuſtodiæ fiat, ſi tàmen etiam intra triennium in ſingulis annualibus Capitulis univerſitati electorum videreretur, Cuſtodem minimè idoneum eſſe, & univerſitati Reformatorum non utilem, alium ſibi Cuſtodem ex Regulæ ipſius præſcripto eligere poſſint, & teneantur.

§. 13. Ipſo autem Cuſtode decedente, alius Cuſtos extra Capitulum poſthac non eligatur, ſed aliquis erit Cuſtodiæ Commiſſarius, uſque ad proximum Capitulum Cuſtodiale, prout Reformati in ſuis Capitulis ordinaverint.

§. 14. Poteſtatem verò eandem habeant ſinguli Cuſtodes in ſuas Cuſtodias & Fratres, quam Miniſtri Provinciales in ſuas Provincias, & Fratres habent, tàm ex vigore Regulæ, quàm ex Romanorum Ponti ficum conceſſis gratiis,dummodo hujuſmodi Strictioris Obſervantiæ reformationi non ſint contrariæ. Præſertim verò Cuſtodes poſſint loca ipſa juxta eorum exigentiam reſarcire, & augere locis, quæ Guardianum habere non ſolent, ipſum Guardianum in Capitulis Cuſtodialibus conſtituere, & in eiſdem Capitulis, ſive prout in illis fuerit ordinatum, prædicatores, & confeſſarios ſæcularium, ſervatâ tamen formâ Concilij Tridentini,examinare, & approbare, & illis officium prædicationis, & confeſſionum audiendarum concedere, & ad illa promovere, atque à caſibus, & cenſuris Prælatis Ordinis reſervatis, & reſervandis per ſe abſolvere, vel per alium abſolvi curare, eos quoque, qui idonei ſunt pro ſuo arbitrio ad Sacros Ordines recipiendos approbare, & mittere.

§. 15. Volumus tamen,quòd ſi in Capitulis generalibus conſtitutiones aliquæ,vel decreta, præſentibus litteris,& huic Obſervantiæ Strictiori non contraria, ſed quæ magis ei favere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea obſervare omninò teneantur.

§. 16. Quò verò ad veſtitum,induantur prædicti Reformati vilioribus indumentis, & deſpecto colore, & poſſint ea repetiare ſecundùm B. Franciſci Regulam.

§.17. Litteras verò prædictas Clementis VII. quatenùs ſupradictis non adverſantur, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, illiſque perpetuæ firmitatis robur adjicimus.

§. 18. Decernentes præſentes litteras nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, etiam ex eo quòd omnes intereſſe habentes,vel Fratres de Obſervantia prædicti, aut quicumque alij vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari,aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede Apoſtolica emanatis, & impoſterum emanandis comprehendi poſſe, ſed illas pro omnibus, & ſingulis prædictorum Reformatorum Cuſtodiis, Cuſtodibus, & Fratribus Reformatis præſentibus, & futuris ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere.

§. 19. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate,& authoritate,ubique judicari,ac definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Diſtrictiùs inhibentes Generali, & Provincialibus Miniſtris dictorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum, & eorum Cõmiſſariis nunc, & in perpetuum pro tempore exiſtentibus, & illorum Generalibus, & Provincialibus Capitulis, perſoniſque quibuſcumque in illis congregandis,ac omnibus,

bus, & quibuſcumque, quos præmiſſa concernunt, aut impoſterum quomodolibet concernent, & quibuſvis aliis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo, ſi contrafecerint, incurrendę pœnis Reformatos prædictos illorumque Cuſtodias, Cuſtodes, Diſcretos, Officiales, & Fratres, aut alios quoſcumque, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, aut impoſterum concernent, quominus prædictis omnibus, & ſingulis pacificè fruantur, ſeu prædicta omnia, & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum, impedire, retardare, aut pertubare audeant, vel pręſumant.

§. 20. Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolanenſi, & Epiſcopo Laudenſi, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicę generali Auditori, necnon univerſis Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per pręſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentias, & tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos deſuper per Miniſtrum Generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & pręmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illoſque etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis &c.

§. 21. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib⁹ Apoſtolicis præſertim fœl. rec. Leonis X. prædeceſſoris noſtri ſuper unione omnium Fratrum Minorum de Obſervantia, & nuncupatione eorumdem, & aliis in dictis litteris Clementis VII. contentis, & quæ eidem Clementi placuit non obſtare, nec non dicti Clem. VII. litteris prædictis pro Reformatis, & Bonifacij VIII. de una, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, Bulla aurea, Mari magno, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus, Apoſtolicis quibuſcumque, dictique Ordinis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roboratis, etiam in forma Brevis, vel quibuſcumque verborum formis, ſolemnitatibus, clauſulis, etiam inſolitis, & quatumcumque fortiſſimis dicto Ordini, vel quibuſcumq; Pręlatis ejuſdem in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, & in futurum concedendis, approbandis, & innovandis, etiamſi talia forent, quòd pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum &c. præſentibus infererentur, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris &c. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§. 22. Ceterùm, quia difficile foret, pręſētes litteras noſtras, & litteras Clem. VII. prædeceſſoris noſtri, dictis Reformatis, ut præfertur, conceſſas, ad ſingula quęque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus, & authoritate Apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis pręſentium litterarum, & tranſumptis dictarum litterarum Clementis VII. etiam impreſſis, ſigillo alicujus &c. Datum Romæ &c. die 3. Iunij 1579. Pontif. noſtri anno 8.

155. Cum autem noviſſimè Nos pro regimine, & gubernio dictorum Fratrum Reformatorum nonnulla Decreta, ſeu ordinationes ediderimus, aut ſuper his dilecto filio Bonaventuræ Miniſtro Generali Ordinis S. Franciſci de Obſervantia nonnullas facultates conceſſerimus; prout in noſtris deſuper in forma Brevis expeditis litteris ſub *Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Ianuarij 1594. Pontif noſtri anno. 2.* pleniùs continetur. Cumque pro fœlici ſtatu, & gubernio dictorum Fratrum Reformatorum expediat, pręinſertas Gregorij prædeceſſoris litteras, & in eis contenta, exceptis infraſcriptis per Nos confirmari,

firmari, & à Fratribus prædictis obſervari. Nos prædictarum litterarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi, ac ſingulares Fratres dicti Ordinis Reformatorum à quibuſvis excommunicationis &c. de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper conſultationibus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum ſententia, præinſertas Gregorij prædeceſſoris litteras, ac omnia in eis contenta, ſalvis limitationibus infraſcriptis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, quoad Fratres dicti Ordinis Reformatorum in Italia exiſtentes tantùm, perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus. Et pro majori præmiſſorum firmitate litteris noſtris prædictis, quatenus in aliquo obſtent, ſpecialiter, & expreſsè derogamus.

§. 3. Quoad caput circa receptionem Novitiorum per Cuſtodem facienda, ſervetur etiam forma Conſtitutionis fœl. rec. Sixti Papæ V. prædeceſſoris etiam noſtri ſuper hoc æditæ.

§. 4. Quoad Monaſteria ipſis Reformatis concedenda, volumus, ut ſint apta ad duodecim ſaltem Fratres recipiendos, & retinendos.

§. 5. Circa reſervationem caſuum ſervetur Decretum à Nobis ſuper hoc editum.

§. 6. Quoad ſtatuta, & Ordinationes de cætero faciendas, ultra ea, quæ in prædictis Gregorij litteris diſponuntur, volumus, ut nullo modo decretis per Nos in noſtra viſitatione Vrbis editis, neque aliorum Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus adverſentur.

§. 7. Quoad Prædicatores, & Confeſſarios examinandos, & approbandos volumus, ut in ſingulis Capitulis Cuſtodialibus aliquot graves, & periti viri ex Fratribus cujuſcumque Cuſtodiæ ſaltem tres deputentur, qui unà cum Cuſtode ad mittendos ad prædicationem Verbi Dei, vel audiendas Confeſſiones, etiam ipſorummet Fratrum, ac Lectores publicos ſimul examinent, neque antea ad hujuſmodi Miniſteria exercenda ab aliquo approbentur, aut admittantur. Horum etiam cura ſi examinare, & probare, tàm quoad doctrinam, quàm quoad mores promovendos ad quoſcumque Eccleſiaſticos Ordines, qua in re ſervetur decretum Congregationis Interpretum ſacri Concilij Tridentini nuper editum, & promulgatum. Hi verò Examinatores in hujuſmodi officio confirmari nequaquam poſſint, ſed in ſingulis Capitulis Cuſtodialibus alij ſemper de novo ad hoc munus obeundum eligantur.

§. 8. Si quando prædictos Reformatos accedere contigerit ad loca, ubi proprias habent domos, ſeu Conventus, volumus, & præcipimus, ut ad Conventus, & domos illorum de Familia, quæ in eiſdem locis erunt, divertere, aut hoſpitari nullo modo poſſint.

§. 9. Decernentes, præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficia eſſe, & fore, & per præfactos Fratres Reformatos perpetuò obſervari debere: præſentes quoque litteras nullo tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationib⁹, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & fore, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas cenſeri. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum &c.

§. 10. Non obſtantibus &c.

§. 11. Volumus autem, & authoritate Apoſtolica decernimus quòd &c. Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobr. 1596. Pontif. noſtri an. 5.

156 Cumque interim de Ordine univerſo veriùs reformando, ad quod Pontifex totis viribus intendebat, seriò in Vrbe tractaretur, P. Franciſcus Lunianenſis Procurator Ordinis ſemper data occaſione conclamabat, faciliorem ad Sedem Apoſtolicam recurſum nimiùm ſemper Ordinis candori ob conceſſa privilegia nocuiſſe; Rogabat itaque multis ſibi

Arch. Ar. cœl. ibi ſup.

ſibi conſentientibus, ut omnes omnino litteræ Apoſtolicæ ad Religionem attinentes in unum collectæ à viris doctis examinari deberent, ad hoc ut utilibus in unum compilatis, atque pro Religionis incolumitate confirmatis, inutiles, & quæ noxiæ viderentur, caſſari poſſent, & abrogari: non leve ſiquidem pro Ordinis reunione commodum inde ſperare poſſe, ſibi videbatur. Verum Generalis Curiæ Commiſſarius Vltra-montanus ſpem omnem radicitùs abſcidit, dum Ordinis privilegiorum ampliſſimam confirmationem, expedito Brevi. *Ratio paſtoralis &c. Dat. Romæ die 20. decemb.* 1596. impetravit, ſed appoſitâ clauſulâ, *Salvis decretis à Nobis in favorem Reformatorum conceſſis*, quæ horum à Provincialibus omnimodam exemptionem importabant.

Ibid. fol. 206.

157. Deinde graves nonnullas ex bulla Gregoriana jam per Clementem confirmata difficultates oriri conſiderans, ut controverſiis omnibus obviaret; repetitis apud Sedem Apoſtolicam ſupplicibus libellis poſtulavit, ut authoritate Apoſtolica declararetur; cujuſnam eſſet Reformatos Vocales ad Provinciale Capitulum evocare, & pro eorum Diſcretis localibus eligendis præſidere? an Cuſtos Reformatus in Capitulo Cuſtodiali pro Succeſſoris electione debeat præſidere? unde ſyndicatorem non habeat, & Guardianos ſuos pro libito promovere, quorum ſuffragiis adjutus Provincialatum ſibi aſſecurare valeat? An Reformati ſaltem in Capitulo Provinciali, & in actionibus Capitularià concernentibus, aut etiam indifferentibus Commiſſario Viſitatori de Familia ſubjecti eſſe cēnſeantur? denique an in ipſo Provinciali Capitulo ad Provincialatum, & Diffinitoratum vocem activam, & paſſivam habere poſſint, cum Miniſtro ſubjecti eſſe non debeant; nec extra reformationem niſi ad viſitandas Cuſtodias extrahi non poſſint, ex ipſa bulla? An extra Capitulum, & Congregationem Conventus Reformatis poſtulantibus aſſignandi ſint, cum illa ad ſuum regreſſum differri præcepiſſet Miniſter Generalis in Gallias proficiſcens? & quomodo intelligi debeant Conventus contigui, & commodi in bulla deſignati? Ad hæc memorialia per Pontificem Viſitationis Apoſtolicæ Prælatis remiſſa; Reſponſum eſt die 17. April. 1597. Reformatos in actibus electionem concernentibus Commiſſario Viſitatori (abſente Generali) eſſe ſubjectos; in Capitulis Provincialibus vocem activam, & paſſivam habere; in reliquis ſervandam eſſe conſtitutionem (nempe Clementinã) Ad ultima non fuit reſponſum; fortè quia ex ipſa bulla conſtare de reſponſione poſſet; vel quia ſeorſim data ſint Reformatis.

158. Excreſcentibus interim, & quidem notabiliter Reformatorum numero, & pro eorundem firmitate negotiis, cum iſta tractari per Ordinis Procuratorem Generalē, expedire non videretur; Clem. VIII. ad plenum informatus vivæ vocis Oraculo mandavit, ut Guardianus ad S. Franciſci Trans-Tyberim pro tempore titulum Procuratoris pro Reformatis aſſumeret, & officium exerceret, cauſas ad Strictiorem Obſervantiam pertinentes in Apoſtolica Curia pertractaret. Exercuerunt de facto munus hujuſmodi ab anno 1598. Aloyſius de Roma, Petrus de Arcu, cæterique ſucceſſivè Guardiani, donec circa annum 1602. per Viſitationis Apoſtolicæ decretum proprius pro Strictiori Obſervantia Procurator Generalis in Romana Curia, cum omnibus juribus &c. formaliter inſtitutus propriũ tribunal erexit; ab Vrb. VIII. efficaciùs confirmatus in Bulla *Injuncti nobis &c. die* 12. *Maij* de quo ſuprà lib. 3. cap. de Officialibus Curię diximus ad ſufficientiam.

Arch. S. Iſid. arm. 4. n. 1. fol. 1018.

159. Deinde quo firmiùs Strictioris Obſervantiæ progreſſus, atque quietem procuraret, Pontifex ipſe novo, ſalutarique adinvento profeſſores ex ipſa zelo, prudentia, atque pietate præſtantiores cum ampliſſima poteſtatis plenitudine ad univerſas Italiæ Provincias Viſitatores Apoſtolicos deſtinavit, quatenus in ſingulis efficacia, & fidelitate majori Gregorij prædicta, & ſua decreta pro Reformationis ampliatione promoverent; facerentque cum effectu realiter adimpleri. Litteras Apoſtolicas deputationis hujuſmodi Viſitatorum poſt plurimas diligentias à Reformata Provincia Brixienſi habere licuit P. Iacobo Gandino in ſuperiori Italia Commiſſario directas, ut ſequitur.

ExChron. M. SS. Pov. Ref. Brix.

*Dilecto Filio Iacobo Gandino Fratri Ordinis ſancti Franciſci Reformatorum Nuncupatorum in Provincia Brixiæ, & Venetiarum Commiſſario, & Viſitatori Apoſtolico.*

160. Clemens Papa VIII dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem &c. Cupientes ut in Domibus, & Conventibus Fratrum Reformatorum nuncupatorum in Provincia Brixiæ, & Venetiarum Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia S. Franciſci exiſtentibus, debita Obſervantia juxta puritatem Regulæ ipſius ſancti Franciſci, & Conſtitutiones noſtras, ac decreta noſtræ Reformationis introducatur, ac de tua prudentia, fide, integritate, ac Religionis zelo plurimùm in Domino confiſi, Te in dicta Provincia Viſitatorem Apoſtolicum, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium facimus, & deputamus. Teque, ut ad dictam Provinciam te conferas, ac omnes, & ſingulos Conventus, & Domos Reformatorum hujuſmodi viſitare, ac in eis debitam hujuſmodi Obſervantiam, juxta inſtitutionem per dilectos Filios Prælatos viſitationis noſtræ Apoſtolicæ factam, & tibi eorum manibus ſubſcriptam, & eorum ſigillis munitam, tradendam, quam Nos tanquam de mandato, & ordine noſtro factam, ejus tenorem, ac ſi ad verbum infereretur præſentibus, pro expreſſo, & ad verbum inſerto habentes, authoritate, & tenore prædictis confirmamus, & approbamus, introducere authoritate noſtra cures, dantes tibi, & concedentes plenam, liberam, & amplam authoritatẽ, & facultatem Domus, & Conventus hujuſmodi viſitandi, & reformationem hujuſmodi in eis, & in quolibet ipſorum introducendi, & ut commodiùs hoc facere valeas, quamcumque Domum, ſeu Conventum Fratrum de Familia nuncupatorum ejuſdem Ordinis de Obſervantia, quæ, ſin quì tibi ad reformationem hujuſmodi introducendam commodior videbitur pro Fratribus Reformatis, etiam abſque ulla ſolemnitate, ſeu forma ad hoc juxta regularia ipſius Ordinis inſtituta, & Apoſtolicas Conſtitutiones, nec non privilegia per Apoſtolicam Sedem eidem Ordini conceſſa, acquiſita dimiſſis inde Fratribus de Familia exiſtentibus, & ad alias Domus etiam de Familia tranſlatis recipiendi, necnon etiam Domos, ſeu Conventus, in quibus ipſi Fratres Reformati degunt, Fratribus de Familia relinquendi, dummodo ſecundùm tàm ipſam receptionem, quàm dimiſſionem domorum, vel Conventuum hujuſmodi aliquorum Patrum Reformatorum ipſius Provinciæ maturitate, conſilio, & reformationis zelo præſtantium conſenſus accedat, Capitulum pariter Cuſtodiale Fratrum Reformatorum convocandi, ac in eo præſidendi, ac ea, quæ ad hujuſmodi reformationem ſtabiliendam ſpectare videbuntur, in eodem Capitulo ſtatuendi, & ordinandi, quoſcumque Fratres tàm ex Reformatis, quàm ex Familia accerſiri faciendi, eoſque quòcumque opus fuerit mittendi, ac poſtea ad ipſorum Conventus remittendi, quoſcumque contradicentes, vel inobedientes, aut aliàs executionem tuæ Commiſſionis, & Viſitationis perturbantes, vel impedientes, authoritate noſtra prædicta per excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas cogendi, & compellẽdi; eoſque cenſuris hujuſmodi alligatos declarandi, ac eoſdem, ſi veniam petierint, à cenſuris, & pœnis eiſdem in toto, vel in parte, ac injuncta illis pœnitentia ſalutari, prout tibi videbitur, abſolvendi, cæteraque in præmiſſis, & ad ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna faciendi, & exequendi &c. Mandantes præterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis Miniſtro Provinciali, Guardianis, Patribus, & Fratribus tàm de Familia, quàm Reformatis prædictæ Provinciæ, quòd tibi tanquam Commiſſario noſtro Apoſtolico in præmiſſis omnibus, & ſingulis promptè aſſiſtant, pareant, & obediant: Alioquin ſententias, ſeu pœnas, quas in eos ritè tuleris, ratas habebimus, & faciemus, Authore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus &c. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi &c. expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. Novembris 1596. Pontif. noſtri anno V.

*M. Veſtrius Barbianus.*

161. Litteræ verò pro hujuſmodi Commiſſariorũ inſtructione per Prę-

latos

latos Viſitationis Apoſtolicæ (de quibus in ſupra ſcripto Brevi fit mentio) Italico ſermone in ſeptem articulos diviſæ, prout in prædictis M.SS.Brixienſis Provinciæ Chronicis recitantur per extenſum, hæc habent in ſubſtantia.

1. Vt Provincias ſibi reſpectivè commiſſas ingreſſi illarum Miniſtros Provinciales de Obſervantia debita humilitate ante omnia conveniant, quibus jam deſcriptum Clementis VIII. Breve *Pro injuncti &c.* ſuamque Apoſtolicam commiſſionem reverĕnter oſtendentes, ipſos humiliter exorent, ut in reformationis Progreſſibus pro Dei gloria ſanctioribus conſiliis ſibi aſſiſtere dignĕtur.

2. Vt exinde reformationis Cuſtodem conveniant eodem modo, commiſſionem ſuam, necnon ſanctam Pontificis mentem pro ſanctiori reformationum ſtabilitate ſtabilire proponentes; viſitatis demum Reformatorum Conventibus, deque eorum, atque incolarum qualitatibus ad plenum informati, atque Cœnobiorum Diſcretis electis in ſingulis, de Cuſtodis, Diſcretorumque conſilio in Conventu ſibi beneviſo, non attento tempore per leges præfinito, Capitulum Cuſtodiale celebrare debeant, in quo congregatis Patribus ante omnia cōmmiſſionem ſuam, atque Pontificium decretum exponant, ut Reformati, ſecluſis omnibus omnino privilegiis relaxativis, & abuſibus, ad omnimodam Regulæ puritatem, juxta Nicolai III. atque Clementis V. decretales, necnon juxta Clem. VII. & VIII. recitatas litteras Apoſtolicas vivere teneantur.

3. Eodem in Capitulo de ſingulorum in reformatione viventium, aut ad eam tranſire volentium, nomina, ætatis, atque Religionis annos, Patriam, & qualitates omnes totâ diligentiâ, & prudentiâ perquiſitas in ſcriptis redigentes, illos ſubſcribere faciant, qui in Reformationis rigore permanere voluerint; ex quibus omnibus de Patrum Saniorum conſilio illos eligere debeant in Conventibus Reformatis collocandos, quos magis ad hoc idoneos judicaverint; reliquos Fratres, ſimul & Conventus reformationi minùs accommodatos Patribus de Obſervantia ex integro dimiſſuri.

4. De Patrum ſeniorum, & ſaniorum conſilio Conventus ex tota Provincia Reformationi, & præſertim Novitiorum educationi magis accommodos eligere debent, ſibi à Miniſtro de Obſervantia ſtatim conſignandos, cæteros ut ſupra eidem liberè dimiſſuri; quibus peractis, Cuſtodem Reformationis, duosque Diſcretos Cuſtodiales de præfatorum conſilio, & aſſenſu electos deputabunt; tandem de horum trium voto Guardianos, cæteroſque Officiales, & Fratres reliquos in Conventibus reformatis reſpectivè diſtribuent.

5. Cuſtodi, Diſcretis, & Guardianis, ut ſupra electis, cæteriſque Fratribus in ſingulis Cœnobiis præfatos reformatæ vitæ rigores omnimodè obſervandos altè conteſtentur, ſub pœna privationis actuum legitimorum contra Superiores hac in re delinquentes, vel negligentes: quod itidem futuris temporibus in ſingulis Capitulis ſtatim ab electione erit intimandum.

6. Comitiis abſolutis Commiſſarius unà cum Cuſtode Conventus ſingulos viſitare teneatur, ut Fratres omnes verbo, & exemplo ad puriorem Regulæ obſervantiam diutiùs conſervandam inſtruere, & exercere valeat.

7. Omnibus tandem prudenter, atque religiosè peractis, Commiſſarius ipſe Romam remeare teneatur, Summum Pontificem, nec non Viſitationis Apoſtolicæ Prælatos de omnibus in ſua commiſſione geſtis ad plenum informaturus, quòd ſi perſonaliter ad Vrbem accedere non valeat, informationem prædictam debeat ſuo ſcripto ſupplere.

162. Ad hæc omnia rite cōplenda Iacobum Gandinum præfatum in Veneta, & in Brixienſi Reformationibus integro quaſi biennio perſtitiſſe comperio.

163. Ex Regeſto autem Ara-Cœlitano Curiæ Ciſ-montanæ hujuſmodi Viſitatorum inſtitutionis cauſa hæc fuiſſe legitur; quam tamen ob prædicta ſecundam fuiſſe illorum deputationem, non immeritò crediderim, cum prima jam anno 1596. præfuerit.

164. Bonaventura de Calatagyrone Miniſter Generalis anno 1599. ad Vrbem veniens de vera totius Ordinis reformatione, necnon de Strictioris Obſervantiæ fœliciori progreſſu, atque firmiori ſtabilitate voluit pertractare; ſanctiſſimam Pontificis mentem pro conſervanda, & in antiquum perfectionis ſplendorem reſtituenda Seraphica Religione Ex Arch. Aracœl. Cur Ciſm. t. 1. fol. 209.

pro fundamento ſui tractatus appoſuit.

165. Deinde Ordinis neceſſitatem pro inducenda reformatione ex nimia Fratrum multitudine, quæ licèt multis in ſanctitate, & puritate vitæ ſemper permanentibus, in communi rigore conſervari non poteſt, in medium adducens, modos duos à Pontifice excogitatos declaravit: I. Vt Strictior Obſervantia jam inſtroducta, prudentiori, & ſanctiori, methodo formaretur, quo tutiùs ad verticem perfectionis attingeret: 2. Vt in ſola Strictiori Obſervantia non in Regulari reciperentur ad habitum, & profeſſionem Novitij, ad hoc ut illa ſemper excreſcente, hac decreſcente Ordinem univerſum ſanctè reformari contingeret. Tria potiſſimùm quæ impedirent reformationis progreſſum ſapienter aſſignavit; Vnde Vmbricam, & Mediolanenſem in dies declinare apparebat, & graviſſimos inde Patres præcipuas ejuſdem columnas ex illa digredi continuò; Cauſam primam dixit aliquorum ſcrupulum ex negata Miniſtris obedientia contra Regulæ tenorem, & Cuſtodibus præſtita (quod idem ſæpiùs in Obſervantia Regulari, dum ſub Vicariis fuit, legimus contigiſſe) qui ſupra Pontificum declarationem de mutando Miniſtri in Cuſtodis nomine non acquieſcerent: ſecundam ex Cuſtodiarum anguſtia deducebat, unde fieret, quòd plurimi, vel ob aëris oppoſitionem, vel alia de cauſa illis in anguſtiis coarctari dedignantes, ad Familiam tranſire poſtularent; Tertiam denique ex nimio, qui inter Reformatos præſcribebatur ſupra Regulæ præcepta, rigore; qui propterea non omnibus eſſe poſſet acceptus. Remedium malis hiſce ſagaciſſimum propoſuit; ut videlicet ex Cuſtodiis univerſis Provinciæ quatuor Reformatorum erigerentur; nēpe ex Mediolanenſi, Genuenſi, Bononienſi, S. Didaci, S. Antonij, & Brixienſi una; altera ex Romana, Vmbrica, Etruſca, & Marchiana; tertia ex Baſilicatæ, utriuſque Calabriæ, & Sicula; quarta denique ex Neapolitana, Principatus, S. Bernardini, S. Angeli, & S. Nicolai Cuſtodiis: Vnde certò certiùs, ſcrupuli omnes evaneſcerent, quia ſub propriis Miniſtris, etiam & Cuſtodibus (quod in Obſervantia Regulari ad Regulæ complementum deſideratur) conſtituti Regulam magis ad litteram obſervarent; Generali etiam Miniſtro omnimodè ſubjecti, hoc uno excepto, quòd cum Reformatis Obſervantes, & è contra commiſceri non poſſent: unde & in amplioribus Provinciæ ſpatiis, erectis etiam ad reformationis decorem, atque progreſſum ſtudiis, libentiùs ipſi Reformati ſubſiſterent: eò vel maximè ſi ad rerum complementum ſecundùm integrū Regulæ rigorem, non verò ſupra ipſum ſtatuta pro reformatione conderentur; hinc etenim adinſtar Diſcalceatarum in Hiſpania Provinciarum, in Capitulis Generalibus per quatuor ſuos Miniſtros, & Cuſtodes vocem activam, & paſſivam habentes ad Generalatum aſpirantes, majores quotidie progreſſus expectare deberent.

166. Hæc omnia coram Cardinali Protectore, & primarijs de Strictiori Obſervantia propoſita, acceptata non fuerunt; ſed poſtulatos loco Miniſtrorum Viſitatores Cuſtodiarum impetrarunt. Hinc volente Pontifice à Miniſtro Generali ex primoribus, & antiquioribus Reformationis nominati ſunt, pro altioris Italiæ Cuſtodijs Fr. Iacobus de Gandino ex Mediolanen. Pro Pontificia ditione, & Etruſca P. Aloyſius ex Romana Cuſtodia: Pr Franciſcus de Rupe Aſpidis ex Cuſtodia Principatus, & P. Antonius de Pacti Siculus pro reliquis deputati, à Miniſtro Generali juſſi ſunt, ut commodiora pro vitæ Reformatæ progreſſibus ſtatuta ſimul uniti condere deberent, ut ad illorum ſolam methodum Conventus omnes, & Cuſtodias ſancta, & plena uniformitate componerent, atque ad ſanctitudinis perfectionem adducerent. Ibid. fol. 112.

167. Interea temporis dum ſtatuta illa per Viſitatores ſuper duodecim Regulæ Capitula condita fuiſſent, & per Patres à Miniſtro Generali deputatos examinata; Generalis ipſe ad Partiarchatum Conſtantinopolitanum evectus (reſervato ad uſque Generale Capitulum Ordinis gubernio) Viſitatores præfatos novis illis ſtatutis præmunitos, ac datis ſequentibus officiis patentibus ad Cuſtodiarum Viſitationem, antequam in Gallias pro concludenda Chriſtianiſſimi cum Sabaudo pace regrederetur, deſtinavit.

*Fr. Bona*

*Fr. Bonaventura Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Patriarcha Conſtantinopolitanus, & totius Ordinis S. Franciſci Generalis Miniſter.*

Ibid. fol.241. Dilecto Nobis in Chriſto Patri Fratri N.N.&c. Quia dierũ creſcente malitia, videmus Religionem noſtram, quod dolenter, & non abſque maximo animi noſtri ſenſu referimus, in deteriora jugiter prolabi, regimini ejuſdem Deo, ac ipſa Religione favente, licèt meritis imparibus præſidentes, noſtræ officij partes eſſe putamus, in eam curam ſemper incumbere, ut quantùm poſſibile ſit, Deo favente Reformatio in Ordine promoveatur; Id verò, etſi in omnibus locis, qui Franciſcana Religione cenſentur, nobis efficiendum eſſe ſciamus, hæc tamen ſollicitudo in locis Reformatorum nobis propenſiùs imminet, quòd ipſi in ſortem Dominicam ſpecialiùs evocari ad Obſervantiam mandatorum Dei, ac Patris noſtris Franciſci fortiùs obligati noſcuntur. Cùm igitur diù deſideraverimus, non modò Ordinem univerſum, ſed præſertim, uti chariſſimos Filios noſtros Reformatos ipſos præſentialiter viſitare, nec unquam negotiorum graviſſimorum causâ id nobis licuerit; tandem decrevimus, per pios Religioſos, ut ſuæ profeſſionis Zelantes id executioni mandare, quatenus viſitatione ſalutari collapſa reſtaurentur, debilia roborentur, & priſtinus ille decor in Ordine reſtituatur. Propterea plurimùm confidentes de tuæ mentis ſinceritate, integritate, juſtitia, & zelo, & indubiam ſpem gerentes, quòd ea, quæ tibi duxerimus committenda, prudenter, & ſtudioſè exequaris, virtute præſentium in infraſcriptis noſtris Reformatorum Cuſtodiis N. N. N. noſtrum Generalem Viſitatorem, cum plenaria noſtra authoritate viſitandi, monendi, reformandi, corrigendi, abſolvendi, & omnia alia faciendi, quæ vel uſu hujuſmodi Generales Viſitatores facere conſueverunt, ſeu potuerunt, & nos ipſi, ſi perſonaliter adeſſemus, facere, mandare, aut exequi poſſemus, Te inſtituimus, creamus, & deputamus. Monemus autem, ut inviolabiliter obſerves, & obſervare facias, quæ in ipſorum Reformatorum Bulla ſtatuta eſſe dignoveris. Si verò contigerit, ſive pro corrigendis defectibus; ſive pro Fratrum conſolatione, aut ipſis ad ſtudium deſtinandis, vel alia quacumque pia, & juſta cauſa Fratres aliquos, non modò de loco ad locum, ſed de Cuſtodia in Cuſtodiam, prout in Domino expedire judicaveris, mutare, id etiam noſtra authoritate efficere poteris, cum Sanctiſſimus Dominus noſter vivæ vocis Oraculo die 26. hujus menſis benignè nobis hoc conceſſerit. Præcipimus autem omnibus, & ſingulis dictorum Fratrum Reformatorum Patribus Cuſtodibus, Guardianis, & Vicariis in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub graviſſimis pœnis, noſtro arbitrio infligendis, ut tibi tanquam eorum legitimo Prælato, promptè, & reverentur in omnibus, ſicuti nobis pareant, & obediant, ut pro eorum inſtituto, &c. Tu verò expeditis dictarum Cuſtodiarum viſitationibus & audito noſtro in Italiam, & ad hanc Vrbem reditu, unà cum Patribus, qui profecturi ſunt ad Capitulum Generale, hùc, & ad noſtram præſentiam venire curabis, ut nos opportunè doceas de iis, quæ digna ſcitu judicaveris, & ipſe Capitulo Generali intereſſe poſſis, & valeas. In quorum fide &c. Dat. Romæ ex Conventu Aracœli die 21. Martij 1599.

168. Viſitatores autem, vel quòd ipſi procuraverint, vel à Prælatis Viſitationis Apoſtolicæ ita decretum fuerit, nova facultate per Pontificem muniti, Viſitatores Apoſtolici fuerunt nuncupati, Obſervantibus de novo titulo graviter dolentibus, quòd inde Miniſtri Generalis authoritas nimium lædi videretur. Completa verò infra annum Cuſtodiarum viſitatione, agentibus Romanæ Cuſtodiæ Fratribus in Ordinem redacti, ceſſarunt ab officio, licèt Miniſter Generalis ipſos ad Comitia uſque Generalia continuari voluiſſet. Ibid. fol.140.

169. Cum verò celebratis Comitiis anno 1600. poſt menſem Octobris Miniſter Generalis fuiſſet ab Italia digreſſus renovati ſunt de Pontificis mandato Viſitatores Apoſtolici, qui cum plenitudine poteſtatis Cuſtodias ſibi reſpectivè commiſſas independenter ab alio quocumque viſitarent, & Reformationem numero, & perfectione vitæ promoverent. Horum occaſione Viſitatorum duo ad hiſtoriæ intelligentiam, & ad conteſtandam duorum inſignium virorum innocentiam

nocentiam non adnotare non potui: primum eſt de Iacobo de Gandino ſemel,& iterum,& tertiò inter Viſitatores Apoſtolicos adſcripto: Venerabilis hic Pater tum doctrinâ, tum prudentiâ, & vitæ probitate, zeloque regularis diſciplinæ inſigniter conſpicuus cum ſemel, & iterum Reformationem ſuam Mediolanenſem (licèt in Dominio Veneto natus) ſub Cuſtodis titulo magna cum laude gubernaſſet; atque in Miniſtrum Provinciæ Mediolanenſis electus, officium poſt breve tempus ultrò renunciaſſet; ubi leges Bonaventuræ Generalis pro Reformatis publicatas excepit,& dilatatam in eiſdem ſuper Reformatos Miniſtrorum Provincialium authoritatem advertit; unâ cum P. Antonio de Vigevano ibidem Reformatorum Cuſtode Romam veniens à Clemente Pontifice ſinceriùs informato, Apoſtolicas litteras pro Strictiori Obſervantiæ confirmatione, ampliatione, fœliciorique progreſſu, jam ſupra recitatas impetravit. Inſtitutus deinde, ut diximus, Viſitator Apoſtolicus, cum reliquis ſociis ſuis novas pro Reformatione conſtitutiones exſcribens, illud principaliter ordinatum voluit (à Pontifice dehinc approbatum, & confirmatum) ut pro induendis Fratribus quærerentur ex mendicatione lanæ, habituſque in Conventibus per Fratres ipſos colore griſeo fabricarentur, vinumque dietim per manualia vaſeula oſtiatim emendicaretur. Tandem anno 1600. cum tribus aliis iterum Pontificis authoritate in Viſitatorem Apoſtolicum deputatus ſuper ſex illas Inſubriæ Cuſtodias; illud præ cæteris intendit, ut ſancti Patris Franciſci, & Seraphici Bonaventuræ exemplo, qui Moniales gubernare renuebant, Monialium curam omnem à Reformatis abdicaret; quod jam anno 1571. ex B. Pij voluntate in Generali Capitulo ſub Chriſtophoro de Capite-Fontium Miniſtro Generali fuiſſe impetratum dicebatur; & in tabula ejuſdem Capituli inter alia pro Hiſpanicis ſtatuta inſinuatur *Fratres Provinciarum Recollectorum curam Monialium non ſuſcipiant, ſed illa ad proximas Provincias pertineant.*

Chron.M. S.Ref.Mediol. P. Franc.de Trivillo. c. 41.& 46.

Ex Reg. Vltram. Arch.Aracœl.fol. 105.

170. Inde factum eſt, ut cum Conventus quatuor; quos in agro Brixiano Reformati tenebant, in Bergomenſi habere voluerit; dumque Monaſterium Bergomi ſub Fratrum ſpirituali directione conſtitutũ, præhabito Viſitationis Apoſtolicæ Prælatorum conſenſu, non obſtantibus maxima Monialium oppoſitione, & potentiorum Civium repetitis in contrarium ſupplicationibus, in manus Ordinarij renuntiare voluiſſet, mortem pro officij ſui executione crudeliſſimam objerit. Poſt tranſlatos etenim è Brixianis ad Bergomenſes Conventus Reformatos, ubi facilius eſſet lanas emẽdicare; dum pro abdicandis ab Ordine Sanctimonialibus decretum ab Vrbe expectaret, ad Mediolanenſem Cuſtodiam regreſſus Trivilij in Conventu B. V. Annuntiatæ Martham de Lecco ex Tertio S. Franciſci Ordine devotiſſimam fœminam audire coactus eſt, quæ cum lachrymis rogavit, ne Bergomum iterum rediret, aliàs à perfidis duriſſimè occidendus.

Chron.M. SS. Mediol.cit.

171. Iacobus autem reſpondit intrepidè ſe mortem glorioſè ſubiturum, ſi pro Dei ſervitio, & officij ſui illibata executione mori contingeret. Vbi tandem Bergomum pervenit, & Monaſterium ab Ordinis gubernio rejecit; Comes quidam ad eum alloquendum veniens ſervum adduxit, qui portâ ejus diligenter obſervatâ, nocte potuit ſequenti cum quatuor aliis ſicariis de illius Comitis mandato Conventum per mutos ingreſſus zalantiſſimum Viſitatorem, quaſi novum Jſboſeht in lectulo jacentem inaudita crudelitate interficere.

172. Cum igitur ignorarentur interim homicidæ, Fr. Bernardinus Obicinus de Ameno Cuſtodiæ illius Præfectus, & quidam alij ejuſdem Cœnobij Fratres de Senatus Veneti mandato in teterrimũ carcerem incluſi, diriſſimiſque tormentis per annum examinati, & innocentes reperti, in exilium tamen fuerunt relegati; donec à Deo juſtitiam, & innocentiam protegente, unus ex ſicariis illis ob alia facinora deprænhenſus, & in tormentis ſuper illa examinatus, vero dolore adactus, nefandum ſacrilegium, de quo non interrogabatur, cum integra rei ſerie, & impij Comitis mandato ad plenum confeſſus; ſe idcirco à Deo fuiſſe juſtè punitum, conclamavit. Intercepti ex hujus occaſione complices poſt ſceleris cõfeſſionem occiſi ſunt; Comes autem interim in Mediolanenſe Dominium diffugiens, dum noctu ad indignitatem

gnitatem quandam contenderet, crudeliſſimè & ipſe interfectus occubuit.

173. Secundum, quod adnotandum fuit ex neceſſitate, eſt de P. Bernardino Obicino ab Amœno, quem Vvadingus ex falſa informatione facit ab Orta; hic enim æquè doctiſſimus, ut ejus opera alibi referenda teſtantur, ac pijſſimus, & zelo regulari ferventiſſimus; dum Bergomi Cuſtodem ageret Reformatorum, quo tempore fuit, ut diximus, à ſicariis occiſus P. Iacobus antedictus; cum de ſacrilegis interfectoribus nullum appareret indicium, veluti Fratrum Præfectus, unà cum loci Guardiano, & aliis fuit à juſtitia ſæculari diutino carceri mancipatus, graviſſimiſque tormentis ad extorquendā veritatem cruciatus, donec, ut diximus, veritate comperta, fuit cum honore dimiſſus, ſemel, & iterum in Brixienſi Provincia Miniſter, etiam Reformationis Cuſtos, ad plures Provincias ſæpè Commiſſarius Viſitator amandatus. Demum in Comitiis Ordinis in Miniſtrum Generalem acclamatus, at ex ratione politica excluſus, ad Epiſcopatum Vincentinum nominatus, debitum mortalitatis abſolvit.

174. Hiſtoria hæc, quia non omnibus cognita, occaſionem invexit, ut minùs dignè de Iacobo iſto alicubi ſcriberetur, quaſi de nimio pro Strictiori Obſervantia zelo, atque pro Sanctimonialibus ab Ordinis regimine abdicatis fuerit à Deo caſtigatus. Præ cæteris autem Ioanninus Ninnus è Provincia Sancti Iacobi Recollectus in Salmaticenſi S. Antonij Recollectorū Conventu Alumnus publicatis die 18. Frebruarij 1622. libellis, ut contra Reformationes graviùs invehi poſſit, dedecora illa falſiſſima, quę ſummis laboribus vix ſacer Ordo Minorum à ſe potuit excutere, commune damnum non conſiderans, Matri ſuæ iterum incutere non erubuit: Gandinum iſtum dicit, non immeritò fuiſſe à Deo crudeli morte caſtigatum, quòd nimio ardore coram Clemente Pontifice pro Reformatione ſtetiſſet: Clementem ipſum altiùs in fine fuiſſe lacrymatum, quòd tanto zelo Reformationem promoverit. Deinde concedens Paulum de Sulmone Commiſſarium Generalem, & Benignum de Genua nuncupatum Miniſtrum Generalem, fuiſſe Reformatos, ſubjungit, Italos de Strictiori Obſervantia Cōmiſſario Generali de Familia nolle ullo modo ſubjacere, Miniſtro Generali nimiùm arctaſſe poteſtatem; ex defectu denique humilitatis præeſſe ſemper velle, nunquam verò ſubeſſe, aliaq; ſuperaddit, quæ ſepellienda magis, quàm iterum in lucem edenda mihi videntur. Hæc omnia eum diverſis apologiis tanquam ad Gregorium XV. Pontificem directa, dum Vicarios Generales in Hiſpania, & Italia deputaſſet, Typis edita anno 1622. evulgavit.

Ex Arch. Matric. S. Franciſ. in Reg. Ord. n. 22. fol. 249.

175. Paulo V. poſt Clementem ad Pontificatum aſſumpto renovatos fuiſſe legimus Apoſtolicos illos Viſitatores datis litteris, *Decet Romanum Pontificem &c. Dat. Romæ die 22. Iunij* 1606. quæ in Indiculo Bullarij Alvæ citantur. Sub Gregorio etiam XV. fuiſſe Viſitatores illus in officio confirmatos habemus indubium, tum ex ipſius zelo pro Ordinis Reformatione ſingulariſſimo, tum ex ipſius diplomate *Oneroſa*, quod infra dabimus per extenſum; tum ex variis rerum ſucceſſibus, quos habemus ex Regeſtis. Etenim P. Clemens de Placentia olim Diffinitor Generalis Ordinis, atque in altioris Italiæ Provinciis Viſitator Apoſtolicus anno 1622. Fr. Ioannem Franciſcum Blancardum à Soſpitello, virum utrâque litteraturâ, regulariſque diſciplinæ, ſed præſertim paupertatis zelo inter paucos inſignē, Regiis Sabaudis Principibus acceptiſſimum (quibus erat à ſecretioribus conſiliis) ad erigendam in nova S. Thomæ Provincia Reformationem amandavit.

Ex tel. Prov. Ref. S. Thom.

776. Etiam ſub Vrbano VIII. Pontifice conſervatos fuiſſe in officio Viſitatores, conſtat ex ipſius litteris Apoſtolicis; in bulla ſiquidem *Romanus Pontifex &c. die* 15. *Martij* 1623. inferiùs recitanda, per quam Vicarium Generalem, Reformatorum à Gregorio deputatum abolevit, Viſitatores duos Generales, unum in Orientali Italia, alterum in Occidentali conſtituit, ſub formis, & modis ibidem recitatis; quos inſuper per ſe ipſum nominare dignatus eſt, expedito hoc ſpeciali diplomate.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ex Arch. S. Franc. de Vrbe ex cop. impreſſa.

CVm Nos nuper deputationes, electiones, & confirmationes de dilectorum filiorum Antonij Strozzij, & poſtea eo à munere infraſcripti officij abſoluto, Aloyſij à Cruce perſonis prævia electione de ejus perſona ad idem officium à Fratribus facta in Vicarios Generales Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ Reformatorum nuncupatorum citra montes commorantium, & exiſtentium, per fœl. rec. Gregorium Papam XV. prædeceſſorem noſtrum factas; ſingulaſque ipſius Gregorij deſuper confectas litteras ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, Apoſtolica authoritate revocaverimus, caſſaverimus, & annullaverimus, viribuſque, & effectu omninò evacuaverimus, eoſdemque Fratres Reformatos nuncupatos ex tunc de cætero perpetuis futuris tẽporibus ſub obedientia Miniſtri Generalis Minorum de Obſervantia, ſeu de Familia ſimiliter nuncupatorum degere debere, prout degebant, & vivebant ante primò datas ejuſdem Gregorij prædeceſſoris litteras, ac aliàs in omnibus, & per omnia ſecundùm diſpoſitionem litterarum, ſeu Conſtitutionum rec. mem. Gregorij XIII. Clemen. VIII. & Pauli V. Rom. Pontificum ſimiliter prædeceeſſorũ noſtrorum; unum verò pro Regno Neapolis, & Siciliæ, & alterum ex ipſis Reformatis Viſitatores pro reliquis Italiæ Reformationibus à Cuſtodibus de triennio in triennium, de noſtro tamen vel Rom. Pontificis, ac ejuſdem Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris pro tempore exiſtentium reſpectivè conſenſu eligi, & contra eos, ſeu eorum quemlibet, ſi deliquerit, Generalem Miniſtrum, cum interventu Procuratoris eorundem Fratrum Reformatorum, ac majori parte Cuſtodum ſui diſtrictus procedere poſſe, ac etiam debere, ſimili authoritate ſtatuerimus, & decreverimus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis, ſub die 6. præſentis menſis Martij expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nos incommodis, quæ per Cuſtodes prædictos pro eorumdem Viſitatorum electione, ad præſens verò ſimiliter ſubeunda forent, obviare, dictiſque Reformatis, nè propterea aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta patiantur, opportunè providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictum Aloyſium Regnorum Neapolis, & Siciliæ, necnon dilectum filium Nicolaum de Peruſio ejuſdem Ordinis profeſſores de quorum doctrina, & integritate plurimùm in Domino cõfidimus, in reliquarum Italiæ Reformationum, domorum, aliorumque locorum Regularium Viſitatores, cum omnibus, & ſingulis privilegiis, juriſdictione, authoritate, poteſtate juxta formam decretorum de mandato ejuſdem Clem. prędeceſſoris publicatorum, necnon gratiis, & indultis Viſitatoribus hujuſmodi per prædictas eorundem prædeceſſorum noſtrorum litteras quomodolibet conceſſis, & attributis uſque ad proximum futurum Capitulum generale tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus. Mandantes propterea omnibus, & ſingulis Fratribus Reformatis prędictis, cæteriſque, ad quos quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in virtute S. Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis, ut Aloyſium, & Nicolaum prædictos Viſitatores hujuſmodi, juxta tenorem præſentium recipiant, & admittant, eorumque ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam Aloyſius, & Nicolaus prædicti ritè tulerint, ſeu ſtatuerint in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Decernentes nihilominùs irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 20. Martij 1624. Pontificatus noſtri anno primo.

177 Veruntamen poſt celebrata anno Domini 1625. Ordinis Comitia, cum in particulari D. D. Prælatorum Congregatione ſpecialiter per Vrbanum Põtificem deputata de ſtabilienda pace, atque

atque concordia, & ſimul ſolidiore Reformatione ferventiùs ageretur; ad hoc tandem deventum eſt petentibus ipſis Reformatis, ut præfati Viſitatores tanquam non amplius neceſſarij, (eo quòd Strictioris Obſervantiæ Cuſtodiæ ſingulis in Provinciis, tùm ſtabilitæ, tum ampliatæ reperirentur) authoritate Apoſtolica aboliri fuerint.

Arch. Ara-cœl. Cur. Ciſm. Reg. 2. fol. 251. 178. Abſoluta de Viſitatoribus hujuſmodi perdifficili narratione, ut ad remporum ſeriem redeamus. Anno 1599. cum Bonaventura Generalis pro ſtabilienda Gallum inter, & Sabaudum pacis concluſione iterum à Pontifice in Gallias amandatus ad Generale Capitulum, (quamvis ad hoc ad alterum annum à Pontifice dilatum) advenire non poſſet; Paulo de Lacu, cognomine *Biſnetti* ſecretario ſuo ad Vrbem tranſmiſſo, per litteras ſuas tanto quidem Prælato dignas Patres Capitulares gravibus illis in turbulentiis, ad Dei ſervitium, Pontificis ſatisfactionem, & Ordinis utilitatem dirigere voluit, & pro viribus adjuvare.

179. Epiſtolam ipſam à neceſſitate reformandi Ordinis exorditur; quam in Italia magis, quam in Hiſpaniis, ſed multò magis in Galliis urgere teſtatur, præſertim verò in Chordigerorum Provinciis, quas vel majores, vel unitas, vel Reformatas appellant; ſicque per reliquas partes diſcurrit. Remedium deinde primò ab electione Miniſtri Generalis aggrediens, hunc omninò per Patrũ Vocalium ſuffragia tota libertate probat eligendum, tum ex S. Franciſci Regula, qui de modo cæteros deputandi officiales nihil determinans, Miniſtrum Generalem à Fratribus eligendum eſſe voluit expreſſè definitum: tum ex amoris, obedientiæque defectu, quam aliàs Religioſi, Conventus, integræque Provinciæ Miniſtro ſibi invitis aſſignato exhibebunt minus exactè. Deinde ſanctam, & utilem Ordinis Reformationem non niſi per fœliciores inchoatæ Strictioris Obſervãtiæ progreſſus fore ſperandam affirmat: in hoc autem, tùm Strictioris, tùm Regularis Obſervantiæ Patres graviùs erraſſe proclamat; illos quidem, quia titulo non recedendi à primis ſuorum Patrum inſtitutis rigores vitæ omninò nimios ſupra S. P. Franciſci mentẽ, & decreta velint conſervare, non attendentes ulteriùs, quòd cum perfectio ſit paucorum, facilè fuit paucis in Conventibus, paucis Religioſis ad rigidam illam vivendi normam, ubi maximè nulla eſſent ſtudia, nullæ ad extra occupationes laborioſæ, ſeſe accommodare; quod multitudini etiam ad ſtudia, ad Conciones, cæteraſque laborioſas functiones diſtractæ fieret prorſus impoſſibile; hinc etenim hucuſque factum eſt, ut vel pauci ad Reformatos tranſitũ expoſtulaverint, pauciores ibidem remanere conſentiant; quocirca Seraphicâ Regulâ, præceptis, & libertatibus in ea deſcriptis juſtè contenti, rigores ſupra Regulam, ſi ſanctè multiplicari velint, appetere in communi, & ſub obligatione non debeant. Graviùs etiam accuſat, quòd non purè, & ſincerè coram Deo profectus ſuos, ſed depreſſionem Regularis Obſervantiæ nimio zelo procuraverint; Obſervantes etiam redarguit, quòd non illos fovere, ſed enervare ultra metas juſtæ defenſionis nimio ardore tentaverint, ne diviſionem fieri cõtingeret in Ordine. Ad hoc itaque deveniẽdum dicit, ut Comitiis peractis per aliquos tùm de Regulari, tum de ſtrictiori Obſervantia delectos Patres doctrinâ, prudentiâ, & zelo magis inſignes ſtatuta, non ſuper, ſed ſecundùm Regulam, & Põtificias declarationes edantur, ad quæ multitudinem vivere, ſtudia formari, & univerſa Religionis exercitia compleri non repugnet: ne aliàs ipſis in ſuo rigore perſiſtentibus, aliam in Ordine reformationem ad Regulæ præſcriptum erigi ſit neceſſe. Gnardianos autem ad ipſorum petitionem in ipſis eſſe conſtituendos, ut antiquitùs, ne dum Amici, & partiales à Diffinitoribus eliguntur, confundi, & præcipitari contingant Reformatorum pacem, ſanctiuſque gubernium: Commiſſarium, aut Vicarium Generalem à Diſcalceatis Hiſpaniarum (nihil habet de Reformatis Italiæ) poſtulatum, præter alia multa, hanc præſertim ob cauſam eſſe, ut inutilem illis denegandum, quia ſtatim ſuborta inter ipſos ambitione, & contentione, dum ad ſuperioritatem plurimi adſpirent, neceſſe ſit, omnia bona corruere: Viſitatores autem non niſi Diſcalceatos eſſe illis aſſignandos.

Tandem de Commiſſariis Nationalibus, in Germanicis, & Vltra-montanis

præcipuè verò in Gallicis Provinciis per Generales Ordinis, & Familiæ reſpectivè utrum conſtituendi, aut ſine illis Reformationem ibidem licitum ſit expectare; luculenter, & doctè præſcribit.

180. Celebratis Comitiis anno 1600. ut Strictioris Obſervantiæ profeſſores Miniſtro Generali Vltra-montes contendente, in unitate Ordinis fortiùs perſeverarent, ipſos voluit Papa Commiſſario Generali Cis-montano eodem modo remanere ſubjectos, quo à Miniſtro Generali dependebant, dato ſequenti diplomate.

CLEMENS PAPA VIII.

*Dilecto filio Fratri Ioanni Franciſco Marculino Ord. Fratrum Min: S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Commiſſario Generali Cis-montano.*

Ibid. fol. 262. pag. 2. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes Regemini, & gubernio Reformatorum S. Franciſci de Obſerv. opportunè proſpicere, ac de tua pietate, prudentia, Religionis zelo, ac in gubernando experientia plurimum in Domino confiſi. Tibi durante officio tuo Commiſſarij Generalis ejuſdem Ordinis, & abſentiâ Miniſtri Generalis dicti tui Ordinis, ut vice, ac loco ipſius prædictum Odinem univerſum Fratrum Reformatorum cum eadem authoritate, ſuperioritate, juriſdictione, & facultatibus Miniſtro Generali totius Ordinis S. Franciſci de Obſervantia competentibus, & competituris in ſpiritualibus, & temporalibus, regendi, & gubernandi, plenam, & liberam authoritatem, & facultatem tribuimus, & impartimur. Mandantes propterea dilectis filiis Cuſtodibus, ac aliis Superioribus, & Fratribus univerſis Reformatis præfatis, ut tibi debitum honorem, & reverentiam exhibentes tua ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Cœterùm volumus, ut quæ Nos per noſtras ſub plumbo in favorem eorumdem Fratrum Reformatorum, ſeu alias expeditas litteras diſpoſuimus, immutare, aut aliquo modo alterare non poſſis, ſed illas ſervare, ac obſervari facere tenearis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ &c. die 2. Octobris 1600. Pontif. noſtri anno nono.

181. Ipſo in Capitulo cum ex incuſato nimio Reformatorum rigore, qui cæteros ab eorum ſocietate arceret; nec non ex ingenti ſeparationis apparentia, quæ exoſos redderet; actum eſſet de ipſis ad faciliorem unionis methodum adducendis; protegente tamen efficaciùs Clemente Pontifice; atque impetratis iterum Viſitatoribus Apoſtolicis, ut ſub Gregoriana conſtitutione vivere poſſent, evicerunt.

182. Verumtamen quamvis hiſce in litteris clauſulam ultimam de non violanda vel in minimo plumbata bulla, quam ad Reformatorum favorem (à Nobis jam relatam) ediderat, appoſuiſſet; his tamen non plenè contentus die immediatè ſequenti, videlicet 3. Octobris ejuſdem anni 1600. in audientia DD. Prælatorum Viſitationis Apoſtolicæ decretum expediri mandavit; quo primùm Commiſſarius ipſe certiorari deberet, ſibi non licere virtute præfatæ facultatis ſuper Reformatos à Pontifice conceſſæ, vel in poſterùm concedendæ ante completam ſingulorum Conventuum de Obſervantia viſitationem, quemquam de Reformatis in eadem Provincia viſitare; Deinde ut tàm Commiſſario præfato, quàm Miniſtro Generalibus de mandato Pontificis indiceretur, ne in negotiis Reformatorum, in tranſportandis præſertim de Conventu in Conventum, vel de Cuſtodia, in Cuſtodiam Fratribus, ſe ſe contra bullæ tenorem ingerere præſumerent; idque firmiùs providerent, ut quæ Reformati Cœnobia ſingulis in Provinciis tamquam ſibi opportuna poſtulaverint, ſine controverſia debeant impetrare. Arch. S. Franc. de Vrbe in Reg. bull. & decret. fol. 81.

183. Denique Zelantiſſimus Pater pleniùs informatus, quòd ad enervandum ultimo conatu Strictiorem Obſervantiã operante humani generis inimico (quod & olim contra Regularis Obſervantiæ profeſſores adinventum, & plurimis in locis per calumniatores publicatum fuiſſe noravimus, ubi & proviſiones Apoſtolicas in contrarium adduximus) Reformati ipſi tamquam novi in Mundo

Religioſi

Religioſi, novæque profeſſionis aſſertores, immò (quod pejus eſt) veluti Franciſcanæ Regulæ tranſgreſſores, ideoque, ut filij perditionis paſſim accuſabantur, & calumniabantur in populis ad hoc, ut facti gentibus odibiles, eleemoſynas non invenirent; edito ſequenti diplomate, illos declaravit S. Franciſci filios Minoriticā Regulam ad cæterorum Franciſcanorum formam, immò & puriùs obſervare, ideoque ad inſtar Obſervantium juribus, & privilegiis, & præcedentiis omnibus frui debere. Quod verbum de illa præciſa obligatione intelligi poteſt, quòd ipſi præter rigidiora ſtatuta ſingulariter juxta litterales Nicolai III. *Exiit*; & Clem. V. *Exivi* decretales Regulam Minorum in omnimodo rigore, ſine ulla reſervatione ex vi ſuæ inſtitutionis obſervare teneantur; litterarum tenorem exhibeo.

Bull. Rom. t.3.bull.92. Clem. VIII fol. 140.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Ibid.

EX injuncto Nobis Apoſtolici muneris debito ad ea libenter intendimus, perquæ Regularis Obſervātiæ profeſſorum Reformatorum ſtatui, & conſcientiæ ſecuritati opportunè conſulatur, ut & ipſi profeſſores uberiores in Eccleſia Militanti fructus afferant, & eorum Religio majora in Domino ſuſcipiat incrementa.

§.1 Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis aliquando oppoſitum fuerit, dilectos filios profeſſores Ordinis Fratrum Min. S. Franciſci de Strictiori Obſervantia, Reformatos nuncupatos, qui juxta conſtitutiones Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtram ſub dat. Tuſcul. die 12. Octobris Pontificatus noſtri anno V. noviſſimè editam, ſub obedientia Cuſtodum degunt, eorumque Superiores *Cuſtodes*, & non Miniſtros appellant, propterea non ſatisfacere Regulæ à B. Franciſco editæ, & per Sedem Apoſtolicam ſępiùs cōfirmatæ, & approbatæ, juxta cujus litteram ſub obedientia Miniſtrorum vivere videtur obligati. Cúmque etiam afferatur, dictos Fratres Reformatos contra dictam Regulam agere, ac graviter, & contra votum profeſſionis, præſertim Obedientiæ delinquere, ac exinde perturbationes, & incommoda patiantur.

§.2. Nos eorumdem Fratrum Reformatorum quieti, tranquillitati, & indemnitati proſpicere, atque eoſdē adverſus hujuſmodi moleſtias, & calumnias tueri, ac omnem ſuper præmiſſis ambiguitatem è medio tollere volentes, quarumcumque conſtitutionum, & præſertim noſtræ ſupradictæ ſuper reformatione dicti Ordinis editarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decernimus, & declaramus; ſupradictos Fratres Reformatos, qui non novam, ſed eamdem Regulam, quam B. Franciſcus condidit, & fœl. rec. Honorius Papa III. Prædeceſſor noſter confirmavit, quamque etiam Fratres de familia nuncupati Ordinis Min. de Obſervantia obſervant, licèt ipſi Reformati puriùs, & juxta ipſius Regulæ litteram declaratam per recolendæ memoriæ Nicolaum III. & Clementem V. Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores noſtros obſervant, ſub obedientia Cuſtodum, quibus per ſupradictas Romanorum Pontificum, & præſertim noſtram, conſtitutiones ſubjecti fuerunt prædictæ Regulæ S. Franciſci, & præcipuè in ea parte, ubi ſunt illa verba. *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut obediant ſuis Miniſtris*, plenè, purè, & integrè, & abſque ulla diſpenſatione in voto obedientiæ ita ſatisfacere, ſicut faciunt dicti Fratres de Familia ſub obedientia eorum Miniſtrorum degentes, qui à Cuſtodibus ſolo nomine differunt, & ipſis Fratribus Reformatis Miniſtrorum loco præſunt, ipſoſque Reformatos, veros filios, & indubitatos Fratres Ord. S. Franciſci, & in conſcientia tutos exiſtere.

§.3. Necnon in omnibus eorum Monaſteriis, Locis, Domibus, Oratoriis & Eccleſiis, quas nunc obtinent, & in poſterum quovis modo, vel titulo obtinebūt, tam in Italia, quàm extra ubiq; locorum, præſertim in Gallia, omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, ac præcedentiis in proceſſionibus, in funeralibus, ac in concurſu cum aliis Religionibus, in concionibus certis tempore, & loco viciſſim habendis, & in omnibus aliis actibus publicis, & privatis, quibus dicti Fratres de Familia in eorum

Monaſteriis, Eccleſiis, domibus, & locis, ac rebus, tàm de jure, quàm ex conſuetudine, vel aliàs frui, potiri, & gaudere ſolent, & poſſunt, ac poterunt quomodilibet in futurum, ſine aliqua differentia frui, potiri, & gaudere poſſe, ac debere, dummodo tamen Strictiori Obſervantiæ dictorum Fratrum Reformatorum, prout in noſtris litteris prædictis diſponitur, non adverſentur.

§. 4. Mandantes inſuper in virtute S. Obedientiæ omnibus, & ſingulis cujuſcumque qualitatis, dignitatis, ſeu conditionis exiſtãt, ad quorum notitiam præſentes noſtræ pervenerint, ut nullus impoſterum prædictos Fratres appellare audeat, ſeu præſumat novos Religioſos, aut novæ Regulæ profeſſores, ſicque, & non aliter, per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quicumque illorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ipſiſque Fratribus Reformatis in præmiſſis efficacis defẽſionis præſidio aſſiſtẽtes, faciant authoritate noſtra illos eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper à quoquam quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 6. Non obſtantibus &c.

§. 7. Volumus autem ut præſentium tranſumptis &c. Datum Romæ &c. die 7. Septembris 1602. Pontif. noſtri anno ...

Poſt ſuperatas ſub Clemente VIII. difficultates, atque controverſias omninò graviſſimas, atque ſtabilitis Patrum Reformatorum proprio regimine, necnon Religioſa quiete ; ſub Pauli V. integro Pontificatu viſum eſt, pacem, atque tranquillitatem Ordini univerſo eſſe reſtitutam; etenim Strictioris Obſervantiæ leges, atque conſuetudines voluit eſſe immutatas; Decreta per Clementem ad ipſius favorem expedita confirmavit in bulla, *Injunctis nobis &c. Dat. Romæ &c. die* 1. *Decembris* 1609. per quam ſupplicante Procuratore Generali Ordinis privilegiia revalidavit. Super mutuam de Regulari ad Strictiorem, & de Strictiori ad Regularem fratrum, atque Conventuum trãſlationem leges, & qua, Miniſter, & Commiſſarius Generalis ſuper Reformatos authoritate pollerent, methodo firmiori declaravit dato ſequenti diplomate.

## PAVLUS PAPA V.

*Dilecto filio Archangelo à Meſſana Miniſtro Generali totius Ord. Fratrum Min. S. Franciſc. de Obſervãtia.*

182. POſtulat Apoſtolici muneris ratio, quòd nullis noſtris exigentibus meritis divina dignatio gerere Nos voluit in terris, ut inter cæteras agri Dominici excolendi curas, minimè negligatur reſtitutio diſciplinæ Ordinis regularis, qui meritò, ut flos quidam, & pretioſus lapis inter Eccleſiæ ornamenta ſanctorum Patrum præconio celebratur, ut quæ humanæ fragilitatis vitio tempore collabuntur, paſtorali vigilantia divina adſpirante gratia corrigantur. Boll. Rom. t. 3. fol. 218

§. 1. Vt igitur B. Franciſci Fratres Minorum de Obſervantia nuncupatis, quod nomine præſefertur in dies magis re ipſa præſtent; motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ut tu, & tui pro tempore ſucceſſores Miniſtri Generales, ſuper omnibus Reformationibus, & Fratribus Reformatis eandem ordinariam poteſtatem, quam ſuper aliis ejuſdem Ordinis Fratribus habes, & exerces, ſimiliter habere, & exercere liberè poſſis.

§. 2. Quòdque Miniſtri Provinciales, qui Reformati erunt, ordinariam ſuper

ſuper Cuſtodibus, & Reformatis ſimiliter habeant, & exerceant poteſtatem.

§. 3. Qui verò ex dictis Miniſtris de familia erunt,eiſdem Cuſtodibus, & Reformatis præcedant,& pro eorũ Superioribus cenſeantur, & recognoſcantur.

§. 4. Cuſtos autem,& ejus Vocales ad Provinciale Capitulum accedant, & in eo in electione Miniſtrorum, & Diffinitorum vocem activàm, & paſſivam habeant,ipſeque Cuſtos à Vocalibus ſuæ Cuſtodiæ in prædicto Capitulo eligatur, qui unà cum Diſcretis,Guardianos conſtituet, & familias in ſua Cuſtodia diſponet, & ulterius, ut ipſe Cuſtos, quoties ſibi neceſſarium videbitur, ſuam Cuſtodiam viſitare, mutare, corrigere, & punire poſſit.

§. 5. In caſu verò appellationis,ad te, & pro tempore exiſtentem Miniſtrum Generalem appellandum erit.

§ 6 Rurſus quotieſcumque aliquis ex Fratribus Reformatis ob infirmitatatem, vel aliam legitimam cauſam à Reformatione exire, & ad Familiam tranſire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Provinciali de conſenſu Cuſtodis, & majoris partis vocalium Cuſtodiæ illi cõcedatur; & eorumdem conſenſu,necnon Miniſtri Provinciæ Fratres de Familia ad reformationẽ poterunt migrare.

§. 7. Novitiis quoque, qui in Capitulo, aut Congregatione recipientur,utrũ ad Reformationem, vel ad Familiam ad Novitiatum agendum ſe conferre velint, eligere liberum erit, ſervata tamen fœl. rec. Sixti Papæ V. prædeceſſoris noſtri coſtitutione.

§. 8. Præterea circa Conventus de Familia acceptandos, quidquid á dilecto filio noſtro Pompeio tit.S.Balbinæ presbitero Cardinale Arrigonio nuncupato, & à te, ac pro tempore exiſtentibus iſtius Ordinis Protectore, ac Generali Miniſtro ordinatum fuerit, obſervetur.

§. 9. Quocirca in virtute S.Obedientiæ omnibus,& ſingulis dicti Ordinis, & Reformationis prędictæ Superioribus, & Religioſis præcipimus,& mandamus ut præmiſſa, omnia, & ſingula inviolabiliter obſervent, tibique in illis promptè pareant, obediant, & aſſiſtant; alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

§. 10. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, &c. die 4. Februarij 1607. Pontif. noſtri anno ſecundo.

183. Deinde per litteras, *Cupientes Regimini &c.* quos ſupra lib.3.c. de Cõmiſſ. Generali exſcripſimus ſimilem Cõmiſſarij Generalis authoritatem explicavit.

184. Anno 1610. Benigno Generali Vltra-mentes contendente, ut Generalem in Hiſpaniis Congregationem celebraret,in Gallias pro Ordinis Reformatione profecturo; Paulus V. dato decreto, *Cupientes Regimini &c.* Dat. 20. Iulij 1610. prout in Regeſto Ord. fol.54. cit.ab Alva in indiculo Bullarij, voluit ut Bernardinus de Moncalvo, qui à Benigno Vicarius Generalis fuerat in Italia conſtitutus,etiam ſuper Reformatos cum plenitudine poteſtatis gubernium exerceret,quod & exercuiſſe conſtat,ex ejuſdem Moncalvi Regiſtro. Reg.Ord. fol.54.

185. Gregorius XV. poſt Paulum V. ad Petri ſolium evectus tenerrimum illum devotionis affectum, quo univerſum S. Patris Franciſci Ordinem, ſed præſertim Strictioris Obſervantiæ profeſſores ante Papatum proſequebatur, in ſupremo dignitatis vertice poſitus non imminuit, ſed potiùs adauxit; adeo ut Cardinalis Ludoviſius ipſius Nepos dicere ſoleret, Patrui ſui domum, dum Cardinalem, & Archiepiſcopum ageret, non quidem Conventum,ſed continuum Capitulum Fratrum Minorum extitiſſe: in Pontificatu affectum adaugens adeo tenaciter de reformando Ordine univerſo decreverat; ut de immittendis etiã externis Viſitatoribus verba feciſſet, niſi Fratris Antonij Dazæ Generalis in Curia Commiſſarij, & Bernardini de Moncalvo Vicarij Generalis precibus placatus, expectato Benigno Generali, qui ad negotium ipſum in Galliis tunc hærebat, rem totam Apoſtolica authoritate complendam dimiſiſſet. Arch.Ma trit.in bul. Ord. ſub Greg.XV.

186. Duorum de Strictiori Obſervantia Fratrum Converſorum, nempe Fratris Pauli de Liburno, & Didaci Bononienſis conſortio ex ſpecialioris pietatis titulo libentiùs,& apertiùs delectabatur: Tertius ex Hiſpaniæ Diſcalceatis acceſſit Fr.Paulus Matritenſis ſub eodem prętextu in Pontificis gratiam introductus tanta partialitate, ut eam præ cæteris facilè Ibid.

cilè occupaverit, itaut liberum ad Pontificem haberet ingreſſum, & colloquium. Hi tres quaſi uno agmine facto Gregorium ad hæc per ſe maximè inclinatum, tota facilitate pro reformatione nimiùm ſeparanda ab Obſervantibus, ſupplicari potuerunt; & pro Brevium ad hæc expeditione promptiori, magnam habuiſſe partem referuntur.

187. Primò etenim Reformationi promovendæ tota ſingularitate intentus, antiquas Strictioris Obſervantiæ leges, ut omnem cum Obſervantibus communicationẽ pro viribus exſcinderet, non leviter immutavit; edixitque, ut imposterum ſulus Reformatorum Cuſtos, & cum activa tantùm voce adProvinciale Obſervantum Capitulum accederet; nulluſque de Strictiuri in Regulari Obſervantia officium, vel dignitatem poſſet exercere. Aliaque plura circa Obſervantium ad Reformationem tranſitum, & è contra, atque de hujus Procuratore Generali ordinavit, quæ in ipſius litteris hic appoſitis clariùs eluceſcunt.

## GREGORIVS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. t.3.f.391.

ONeroſa paſtoralis Officij ſollicitudo, meritis licèt inſufficientibus, Nobis ex alto commiſſa crebro Nos admonet, ac inducit; ut ad ſtatum Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim Regularem vitam profitentium, ſalubriter dirigen. operoſis ſtudiis intendentes, ea, quæ fœlici eorum gubernio, proſperęque directioni profutura noſcuntur, providè ſtatuamus, & ordinemus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

§.1. Vt igitur Ordo Fratrum Min. S. Franciſci de ObſervantiaReformatorum nuncupatorum, per totam Italiam fœlicioribus in dies augeatur progreſſibus, motu proprio, non ad ipſorum Fratrum Reformatorum inſtantiam, ſed de mera noſtra matura deliberatione volumus,& mandamus, ut ultra ea, quæ diſponuntur in Conſtitutionibus fœl. rec. Gregorij XIII. & Clem. VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum circa modum vivendi Reformatorum, Fratres Obſervantes Reformati amplius ad CapitulumProvinciale non accedant, niſi ſolus ipſorum Cuſtos, qui etiam ſolus vocem activam tantùm habeat.

§. 2. Non habeant in futurum præfati Reformati inter Obſervantes, ſeu de Familia aliquam dignitatẽ, ſeu officium, & ſi aliqui de Familia ob aliquam cauſam, & ob quodcumque privilegium, ſeu facultatem tranſierint ad reformationem, nullum officium, & dignitatem habere poſſint, niſi per ſex annos inter eos permanſerint, & laudabiliter cum eis vixerint; & illi, qui tranſire voluerint à Familia ad Reformatos debeant hoc obtinere in Congregatione, ſeu Capitulo prout modò obſervatur. Et illi, qui talem licentiam obtinebunt, debeant facere annum Novitiatus integrum, prout alij Reformati faciunt. Intimetur omnibus Reformatis in Congregatione, ſeu CapituloProvinciali ad deducendas cauſas, propter quas velint ad Familiam trãſire, quibus aſſignetur annus ad deliberandum, quo elapſo, nullus poſtea Reformatus ob quamcumque cauſam à Reformatis ad Familiam tranſire poſſit.

§. 3. Quoad juriſdictionem Miniſtri Generalis in Reformatos ſervetur conſtitutio ejuſdem Greg. prædeceſſoris.

§. 4. Procurator Reformatorum eligatur à Cardinale Protectore pro tempore exiſtenti, qui debeat etiam deputare quatuor Viſitatores per totam Italiam de triennio in triennium, qui curent obſervari litteras piæ mem. Nicolai III. & Clem. V. Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorũ, concernentes Obſervantiam Regularem, & delinquentes corrigant, & puniant, prout eis magis expedire videbitur, certioreſque faciant Cardinalem Protectorem, & Procuratorem Generalem Reformatorum, ut & ipſi, quod neceſſarium fuerit ad animarum ſalutem, procurent obſervari.

§.5. Miniſtri Provinciales Fratrũ de Familia nullã habeant juriſdictionẽ, poteſtatem, & ſuperioritatem in Reformatos.

§. 6. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula perpetua, valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, & per præfatos Fratres Reformatos perpetuò obſervari debere.

§. 7. Præſentes quoque litteras nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtrę defectu notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpẽ-

ſionibus

ſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & fore, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas cenſeri. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublato eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane &c.

§. 8. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quicumque illorum per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ipſiſque Fratribus Reformatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten. faciant authoritate noſtra illos eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper à quoquam quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna remedia juris, & facti, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 9. Non obſtantibus &c.

§. 10. Volumus autem &c. Datum Romæ &c. die 1. Septemb. 1621. Pontificatus noſtri anno primo.

188. Deinde, ut communicationis ad invicem occaſiones omnes abſcinderet, & Reformatis quietiùs rem ſuam agere liceret, Vicarium Generalem tùm Hiſpaniarum Diſcalceatis, tùm Italiæ Reformatis aſſignare decrevit: de quo tamen paulò altiùs repetenda ſunt motiva.

189. Iam Anno 1598. cum mortuo ſine legitimis hæredibus Oſtenſi Ferrariæ Duce, Clemens Pontifex Vrbis illius, atque Ducatus poſſeſſionem pro Sede Apoſtolica debitam aſſumpturus eò contendiſſet, ſcandalaque nonnulla particularia tunc Bononiæ contigiſſent; de dividendo Ordine per aſſignandum Re- *Arch. Aracœl. Cur. Ciſ-m. Reg. 2. fol. 106.*



formatis Vicarium Generalem per aliquos potentes agi videbatur; niſi Franciſcus Luoianenſis Procurator Ordinis ſollicitâ vigilantiâ accurrēs ab ipſo Pontifice impetraſſet, ne ad Generalis uſque jam viciniū ad Curiam Apoſtolicam adventum aliquid in Religione innovari pateretur; ut de facto in Menſe Decembris Generalis Ferrariam ingreſſus ex conciliata tanta cum gloria inter Chriſtianos Reges pace raro applauſu exceptus nubilum omne diſſolvit.

190. In Comitiis Generalibus anno 1600. ut ſup. in cap. de Diſcalceatis innuimus) præſidente Cardinali Burgheſio, qui demùm fuit Paulus V. Pont. Maximus, interrogati ſunt (moventibus jam Diſcalceatis) Reformati de mandato Pontificis, an ſibi expediret Vicarium Generalem habere cum plenitudine poteſtatis: ad quod unanimes negativè reſpondentes, ſub Miniſtri Generalis integra obedientia elegerunt perſeverare. Rebus autem, animiſque mutatis, Gregorius XV. quamvis Benignus Generalis de Strictiori Obſervantia fuiſſet aſſumptus, Vicarium præfatum aſſignare voluit; atque non obſtantibus P. Bonaventuræ Maſſignani, tunc Procuratoris Generalis in Curia, multis, & gravibus in contrarium ſupplicationibus, aſſignavit: ſcribit enim ille in ſuo Regeſto, ſe primùm ad pedes Sanctiſſimi totâ efficaciâ ſupplicaſſe, ut ante Miniſtri Generalis advētum nihil innovari permitteret; nihil tamen obtento vidit inſtitutum ſuper Italicas de Strictiori Obſervantia Cuſtodias Vicarium Generalem, cum ampliori Generalis Miniſtri ordinariæ poteſtatis præjudicio. Inſtitutionis litteras produco. *Arch. Matrit. in Reg. Ord.* *Arch. Aracœl. Reg. Ciſ-m. Moncalvi.*

## GREGORIVS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

191. EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea, per quæ Chriſti-fideles ſub ſuavi Religionis jugo, & Strictioris Obſervantiæ Regularis Altiſſimo famulantes in laudabili eorum inſtituto, ſublatis impedimentis quibuſlibet fœliciter, & quietè perſeverare valeant, libenter intendimus, ac deſuper Paſtoralis Officij noſtri partes favorabiliter interponimus, *Reg. Vltra-m. t. 2. fol. 150.*

prout conſpicimus ſalubriter in Domino expedire. Hinc eſt quòd Nos proſpero Fratrum Ord. Mio. S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ Reformatorum ouocupatorum Citra-montes commorantiũ, & exiſtentium ſtatui, atque directioni quantùm cum Domino poſſumus, cooſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatiooe noſtris, dilectum Filium Antooium Strozzium dicti Ordinis profeſſorem, & Provinciæ S. Franciſci ejuſdem Ordinis Viſitatorem Apoſtolicum aliàs deputatum, in Vicariom Generalem omnium Fratrũ Reformat. Citra-montes commorantium, & exiſtentium hujuſmodi uſque ad feſtũ Pentecoſtes anno 1624. io quo celebrabitur primum Capitulum generale juxta formam inferiùs præſcribẽdam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium facimus, cooſtituimus, & deputamus. Ioſuper authoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, & ordinamus, ut hujuſmodi Vicarios Generalis habeat in omnes ſibi ſubditos Fratres Reformatos Citra-montes, tàm præſeotes, quàm futuros inter ipſos profeſſos, vel qui aliquando ex Fratribus Obſervantibus, reformatè vivere inſtituerint, facultatem, & authoritatem ſibi aliàs traditam per conſtitut. fœl. record. Eugenij Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri anoo 1446. & Pootificatus ſui 16. editam, & à fœl. rec. Nicolao V. ac Pio II. aliiſque Romaois Pontificibus prædeceſſoribus noſtris confirmatam, juxta cujus tenorem ſe rexerunt in omnibus, & per omoia Fratres ipſi Reformati (qui & Obſervantes vocati ſunt) uſque ad tempora ſimilis mem. Leonis Papæ X. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, qui anno 1517. totius Ordinis S. Franciſci Sigillum, & gradum Miniſtri Generalis à Conventualibus tranſtulit in ipſos Obſervantes, & quoad juriſdictionem Miniſtri Generalis in Fratres Reformatos, ac eorum loca ſervetur Conſtitut. ſimilis mem. Gregorij P. P. XIII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Cum illius vicem, &c.* dummodo per ſe ipſum perſonaliter tantùm, & non alij, neque per alios etiam Reformatos (cùm jam ad hoc deputatus ſit Vicarius Generalis Reformatornm) exerceat facultatem, & authoritatem ſibi conceſſam in dicta Conſtitutione, juxta cujus tenorem nullus alius Prælatus ex Fratribus de Familia ullam habeat aothoritatem in dictos Fratres Reformatos, oecnon circa modum vivendi Reformatorum, ultra ea, quæ diſponuntur in Cooſtitutiooibus dictorum Eugenij, & Gregorij ac rec. etiam mem. Clementis VIII. prædeceſſorum noſtrorum hujuſmodi; ſerventur etiam infraſcripta, videlicet, quòd Vicarius Generalis Ciſ-montanus Fratrum Reformatorum circa finem triennij, ex quo ad officium Vicariatus electus fuerit, poſſit, & debeat Procuratorem Generalem Curiæ, Viſitatores (qui & Diffioitorum Geoeralium munere funguotur, & fungentur uſqoe ad primum Capitulum generale) Cuſtodes, ſeu Vicarios Provinciales atque Diſcretos quarumlibet Cuſtodiarum, ſeu Provinciarum ſibi ſubjectarum habeotes vocem in Capitulo, convocare, & capitulariter congregare io loco ab ipſo Vicario Generali deputando pro Capitulo Geoerali ab eiſdem Reformatis io feſto Peotecoſtes celebrando, io quo priùs ex ipſiſmet Reformatis eligẽtur quatuor Diffinitores Generales cum authoritate ſibi per ſtatuta generalia aſſignata. Hioc eligentur quatuor Viſitatores Reformatorum Citra-montes exiſtentium, quorum antiquior præſideat electioni Vicarij generalis proximi futuri, approbandi ab ejuſdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam, Protectore pro tempore exiſtente. Deiode eligetur Vicarius Generalis ad trieonium duraturus, qua temporis duratione gaudebunt, & Diffinitores, ſeu Viſitatores prædicti, ſicut etiam Cuſtodes, ſeu Vicarij Provinciales: Nemo autem prædictorom poſſit reeligi ad dictum munus jam à ſe adminiſtratum, niſi ſexeooio tranſacto, & ille cenſeatur in Vicarium Generalem electus, io quem major pars votorum concurrerit, qui poſtea teneatur petere confirmationem ſuæ electioois à Miniſtro Generali intra menſem, ſi in Italia fuerit Miniſter Generalis, ſi verò fuerit extra Italiam, intra tres menſes: Generalis autem Miniſter infra tres dies à die petitionis dictam electionem confirmare teneatur, alioquin, ſi confirmationem hujuſmodi diutiùs concedere diſtulerit, lapſis tribus diebus, dictus electus in Vicarium Generalem Apoſtolica authoritate confirmatus maneat, & cenſeatur. Interim tamen à die electionis uſque ad confirmationis

tionis

tionis idem electus officium Vicarij Generalis exercere licitè valeat, ac debeat æquè, ac ſi confirmatus eſſet. Quódque in poſterum ſingulo triennio in feſto Pentecoſtes celebretur Capitulum Generale ab ipſis Reformatis in loco, ut dictum eſt per Vicarium Generalem, ſive per Generale Capitulum præcedens deputando. In quibus Generalibus Capitulis pro bono ipſorum Fratrum Reformatorum regimine quæcumque ſtatuta, & ordinationes, quæ de jure, conſuetudine, & privilegiis Fratres de Familia poſſunt (Regularibus tamen inſtitutis ſuæ Strictioris Obſervantiæ, ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non adverſantia) liceat facere, ordinare, diſponere, & ſtatuere. Inſuper quòd Vicarius Generalis triennio expleto, & electo Succeſſore, gaudeat nihilominus in Capitulis celebrandis ab eiſdem Reformatis, & in aliis functionibus eiſdem prærogativis, quibus gaudet Miniſter Generalis in Capitulis generalibus totius Ordinis, & in aliis functionibus. Ad electionem verò Miniſtri Generalis, quādo Citra montes celebrabitur, conveniat, & vocem activam tantùm habeat Vicarius Generalis Reformatorum, qui ſi tempore ſui Vicariatus in aliquo deliquerit, ſervetur circa illius correctionem, & punitionem ultra id, quod Ordinis Regula diſponit, idem quod ad correctionem, & punitionem Miniſtri Generalis invenitur ſtatutum, & ordinatum, niſi aliter in Capitulo Generali dictorum Reformatorum aliquando fuerit diſpoſitum; Et ſi aliquando contigerit, aliquem dictorum Viſitatorum præpediri ad obeundum ſuum munus juxta Regulam impedimento diuturniori, quàm officij ratio valeat tolerare, arbitrio Vicarij Generalis judicando, poſſit, & debeat ipſe Vicarius Generalis alium Viſitatorem ſubrogare pro tempore ſaltem impedimenti, ſi ceſſare poſſe ſperetur. Si autem Vicarius Generalis infra ſui officij tempus obierit, ſeu aliàs ab officio amotus fuerit, Cuſtos, ſive Vicarius Provincialis, in cujus diſtrictu mori, vel amoveri contigerit, nuntiare teneatur Viſitatori illius Reformationis, qui ſtatim de hoc certiorem faciat ſanctam Sedem Apoſtolicam, ad quam ſpectat in hoc caſu providere de Superiore Generali uſq; ad tempus Capituli generalis, & intermedio tempore Viſitator prædictus ſubeat vices Vicarij Generalis. Poſtremò ſi obierit aliquis Viſitatorum ante Capitulum generale, Vicarius Generalis &c. plenam, liberam, & amplam facultatem Vicario & Capitulo Generalibus authoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, irritumque, & inane, &c. Non obſtantibus, &c. dat. Romæ, &c. die 24. Novembris 1621. Pontif. noſtri anno primo.

192. Cùm ergo Pontifex ad ſupplicationes plurimas in contrarium ſibi porrectas ſurdus, Vicarium Generalem Reformatis dare decreviſſet; Viſitatores quatuor Apoſtolicos unà cum ſuo in Curia Procuratore Generali convocando, præcepit, ut coram ſe ipſo vota eligentium excipiente, quem utiliorem regimini judicarent, ſincerè coram Domino, & tota libertate eligere deberent. Propendebant equidem pro Fratre Aloyſio de Cruce Luſitano, Cuſtodiæ Neapolitanæ viro omnibus titulis conſpicuo vota, & deſideria ſingulorum, ne autem in principio ſui regiminis Venetis, tunc Catholico Regi infenſis ſuſpectus, à viſitandis in eorum ditione Conventibus arceretur; nominatum vidit Pontifex in duabus ſchedulis Aloyſium præfatum, & in totidem Fr. Antonium Strozzi Ravennatem ex Vmbriaca Cuſtodia Viſitatorem Apoſtolicum, ſed qui ſextum in Religione annum nondum exegiſſet zelo quidem, non tamen ſecundùm ſcientiam plurimò excellentem; quinta verò Pontificis arbitrio fuerat inſcripta: quæ videns, & commendans Gregorius Papa, Antonium præfatum, ut legitimè ſuo addito ſuffragio electum declaravit; datoque præcedenti Brevi, in officio confirmavit; utque nihil quaſi remaneret Reformatis eum Obſervantibus commune, unde ſimul in negotiis commiſceri deberent, illos (ut patet in litteris ipſis) ad illam regiminis formam reducere voluit, quam Obſervantes ab Eugenio IV. impetratam ad Leonis X. tempora conſervarunt.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſmon. Reg. Moncal. fol. 96.

Chron. Prov. Ref. Min. Pol. in Arch. S. Franc. de Vrbe.

193. Strozzius autem homo Religionis inexpertus, quippe qui jam ætate provectus inter Aulicos Vrbis Proceres educatus, jamque in Reatina Vrbe Gubernator, ex ſolo ſtrictioris vitæ deſiderio habitum Minorũ inter Reformatos induerat, zelo flagrans, ſed ſine prudentia familiam ſibi commiſſam nullo negotio undequaque perturbans (Calepodia voluit ſuis adimere, & ſoleas injungere, aliaſque novitates ſuperinducere) gravibus, & plurimis querelis ad Pontificem delatus, ante completum novi Vicariatus annum fuit ab officio depoſitus.

Ibid. Reg. Monc. fol. 96.

194. Romam è Galliis interim advenerat Benignus Generalis, perbenignè à Pontifice exceptus; decretumque jam penè firmatum de Reformatoribus extraneis ad Provincias immittendis revocari, ſibique Reformationis univerſæ negotium authoritata Apoſtolica committi obtinuerat; ut autem Vicariatus iſte, Strozzio confuſibiliter amoto, in totum revocaretur, impetrare non potuit. Pontifex itaque Reformatorum Cuſtodes univerſos 24. (ut hic in Regeſto notantur) ad S. Franciſci de Vrbe cum Procuratore Generali ſuo convocari præcepit ad novam Vicarij Generalis electionem; qui propterea Aloyſium de Cruce ſupra memoratum elegerunt, illico per Pontificem ſequenti diplomate confirmatum.

## GREGORIUS PAPA XV.

*Dilecto filio Aloyſio de Cruce Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum Provinciæ Terra-laboris profeſſori.*

Ex Reg. Moneal. fol. 143.

195. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Aliàs proſpero dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Strictioris Obſervantiæ Reformatorum nuncupatorum Citra-montes commorantium, & exiſtentium ſtatui, & directioni conſulere volentes, inter alia per Nos tunc ſtatuta, conceſſa, & ordinata, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, dilectum filium Antonium Strozzium dicti Ordinis profeſſorem in Vicarium Generalem omnium Fratrum Reformatorum Citra-montes commorantium, & exiſtentium hujuſmodi, uſque ad feſtum Pentecoſtes anni 1624. Apoſtolica authoritate fecimus, conſtituimus, & deputavimus, prout in noſtris in ſimili forma Brevis ſub die 24. Novembris 1621. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem nuper Fratres prædicti, per dimiſſionem, ſeu abſolutionem à munere hujuſmodi ejuſdem Antonij, ac mandato noſtro factam, Vicario Generali deſtituti remanerent, tu, ſicut accepimus, in Vicarium Generalem prædictorum Fratrum in domo regulari S. Franciſci ejuſdem Ordinis, regionis Tranſtyberim de Vrbe ſub die 18. Menſis Octobris proximè præteriti electus fuiſti. Quare Nos electionem de perſona tua in hujuſmodi Vicarium Generalem, ut præfertur, factam, eorumdem Fratrum fœlici regimini, atque ſtatui profuturam in Domino ſperantes, motu proprio, ſcientia, & deliberatione ſimilibus, electionem de perſona tua in Vicarium Generalem Fratrum prædictorum, ut præfertur, factam, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus, teque eorumdem Fratrum Vicarium Generalem uſque ad feſtum Pẽtecoſtes anni 1625. cum omnibus, & ſingulis facultatibus, authoritate, juriſdictione, & indultis in litteris prædictis contentis, & aliàs juxta earumdem litterarum continentiam; & tenorem authoritate, & tenore prædictis facimus, conſtituimus, & deputamus: Inſuper tibi, ut Fratribus Reformatis prædictis ad Fratres Minores ejuſdem Ordinis de Obſervantia non Reformatos, ac Fratribus non Reformatis ad Reformatos prædictos legitimis ex cauſis tranſeundi licentiam concedere poſſis, facultatem impartimur. Nec non facultatem aliàs per fel. record. Paulum Papam V. prædeceſſorem noſtrum Cuſtodibus dicti Ordinis attributam, ut ſcilicet illi in Capitulo, ſeu Congregationibus Cuſtodialibus cum majori parte vocalium licentiam hujuſmodi Fratribus Reformatis ad non Reformatos ex cauſis prædictis tranſeundi concedere poſſint, authoritate, & tenore prædictis, confirmamus

mimus, & approbamus; illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ omnibus, & ſingulis Fratribus Reformatis prædictis, ut te in eorū Vicarium Generalem hujuſmodi juxta tenorem præſentium habeant, & recognoſcant, ac tibi in omnibus, quæ eis ordinanda, & per eos exequenda duxeris, humiliter pareant, & obediant, tuaque monita, & mandata humiliter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ &c. die 7. Decembris 1622. Pontif. noſtri anno ſecundo.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. Reg. Moncal. fol. 145. & in Reg. Vltram. t. 3

196. Apertè nimis ex præfata Vicariorum deputatione ad plenam Ordinis diviſionem contendi videbatur, utpotè quę nullam ſuper Strictiorem Obſervantiam Miniſtris Provincialibus, minimam omninò, & quaſi apparentē Miniſtro Gen. authoritatē conſervaret; Vicarius autem Generalis cum ampliſſima poteſtatis plenitudine Reformatos ſuos poterat gubernare, Generale, atque Cuſtodialia Capitula celebrare, Cuſtodias viſitare; Officiales cujuſcumque generis, inſtituere, reos pleno jure corrigere, leges condere; cæteraque complere, quæ Ordinis Promicerio competere non dubitatur. (Vide ſup. l. 5.) Hæc tamen omnia olim fuiſſe Obſervantibus ab Eugenio IV. conceſſa, atque per Pontifices Eugenij ſucceſſores conſervata, opponebant Reformati eo ſolùm titulo, ne Obſervantes Reformationem appetentes, cum Clauſtralibus ad relaxationem inclinantibus commiſceri deberent; quod optimè factum, mordicus eſſe ſuſtinendum, contra ſuos Conventuales coram deputatis Cardinalibus conclamare non erubuit P. Catharinotus Doctor Paraſienſis, & Miniſter Provincialis, dum ſub Iulio II. de omnibus ſimul reuniendis tractaretur. Reſpondebant nihilominus Obſervantes, potuiſſe olim hæc omnia pro ſuis legitimè contra Conventuales attentari; quippè qui etiam per publica Sedis Apoſtolicæ privilegia à Regulę puritate recedere non verèrentur; quæ in Obſervantia comprobari non poſſunt; ubi quamvis à rigido pœnitentiæ fervore, & altiſſima perfectione declinari videretur; relaxationes tamen contra litteralem Seraphicæ vitæ rigorem uſquam toleratas fuiſſe, reperiri non poſſit; quia & Ordine univerſo in generalibus Comitiis contra hujuſmodi relaxationes pro integra Regulæ Obſervantia conclamante contra tranſgreſſores, ſi quos inveniri contingat ſeverè animadverti comprobatur. Sufficere itaque poterat arctiorem vitæ rigorem, & majorem ſpiritus fervorem anhelantibus in ſeparatis Cœnobiis ſub plena Miniſtrorum obedientia humilem, quietamque vitam traducere. Alia plurima, atque gravia ab utraque parte in ſui defenſionem quotidie producebantur, quæ nihil præter Ordinis inquietudinem, atque ſæcularium ſcandalum augerent; omnia ſiquidem olim agitata à Conventualibus contra Obſervantes, & è contra, fuiſſe tunc temporis renovata leguntur. Dolere tamen non poterat; & quidem graviſſimè Ordo univerſus de imminente propter hujuſmodi Vicarios ſui diviſione; dolebat in immenſum Benignus Miniſter Generalis, qui ad hæc audita Pariſiis Romam appoſiturus remedium, advolavit; dolebant Moncalvus primò Procurator Ordinis, dehinc in Ciſmontanis Vicarius Generalis etiam ſuper Reformatos à Paulo V. Apoſtolica poteſtate conſtitutus, ſimiliter & alij Procuratores eidem in officio Succeſſores; qui omnes in Vrbe uniti potentiores ex Cardinalibus, & quicumque de Curia ſibi favere poſſent, tota efficacia implorantes, vivente tamen Gregorio Pontifice aërem verberarunt.

197. Vrbano VIII. poſt Gregorium in Sacram B. Petri Cathedram evecto, Benignus Generalis hoc unum præ cæteris negotium continua applicatione pertractans, ad oſcula pedum admiſſus, pro tennienda Religione, majori qua potuit humilitate, & efficacia ſupplicavit. (Ibid.) Pontifex autem, qui diviſionem illam adhuc Cardinalis non plenè approbaverat, ut negotium majori authoritate, atque firmitate ageretur, ipſum Verallo Ordinis Protectori, Gimnaſio de Trejo, S. Suſannæ, Valerio, & Vbaldino Cardinalibus examinandum demandavit. Iuſſi itaque partis utriuſque primarij defenſores jura ſua ex integro in ſcriptis

adigere ( quæ omnia abundanter hoc in Regeſto Ioannis Baptiſtæ de Monte Corvino deſcribuntur) tùm verbo, tùm ſcripto pro ſui defenſione ſæpiùs dicentes ad omnem ſufficientiam audiri meruerunt.

198. Tandem Cardinalibus poſt plenam informationẽ vota ſua referentibus, Vrbanus Pontifex præfatos Vicarios Generales omninò aboleri mandavit, Reformatos Miniſtro Generali per omnia ſubjectos ad prænotatas Clementis VIII. litteras ex integro vivere debere, & in Provincialibus, atque Generalibus Obſervantium Comitiis activam, & paſſivam reſpectivè vocem habere; necnon ut apud ipſos ſolos, Novitios ad Ordinẽ liceret admitti; duos etiam Viſitatores haberent in Italia; denique circa tranſitum de Regulari ad Strictiorem, de Strictiori ad Regularem Obſervantiam Clementis VIII. & Pauli V. decreta obſervari mandavit; aliaque pro communi pace, Ordiniſque unione diſpoſuit, quæ ex ipſius litteris meliùs apparebunt.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull Rom. t.4. bull 14. Vrb. ex impreſ. Lugdun.

199. ROmanus Pontifex, in quo diſpoſitione incommutabili divina providentia univerſalis Eccleſiæ conſtituit principatum authoritatẽ à Chriſto per B. Petrum Apoſtolorum culmen ſibi traditam intelligens, ut noxia evellat, & deſtruat, utiliaq; plantet, & ædificet, & interdum, quę rationabilibus ex cauſis à Sede Apoſtolica ſancita ſunt, ipſa ſubinde rerum experientia ſuadente, & majoribus ex cauſis alterat; & immutat, in hiſque Paſtoralis officij ſui partes ſollicitè, & prudenter interponit, prout rerum, temporumque qualitatibus debitè penſatis conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. prædeceſſor noſter dilectos filios Antonium Strozziũ, & poſtea eo à munere infraſcripti officij abſoluto, Aloyſium à Cruce, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci, Strictioris Obſervantiæ Reformatorum nũcupatorum profeſſores, prævia electione de ejus perſona ad idem officium à Fratribus facta, in Vicarios Generales omnium Fratrũ Reformatorum Citra-mõtes commorantium, & exiſtentium ſub certis modo, & forma tunc expreſſis fecit, conſtituit, & deputavit, ac reſpectivè confirmavit, aliaque tunc expreſſa, tàm ſuper ipſius Vicarij Generalis authoritate, & juriſdictione, nec non Capituli generalis eorumdem Fratrum Reformatorum celebratione, quàm aliàs Fratrum ipſorum gubernio, regimine, atque directione ſtatuit, decrevit, & ordinavit, prout in diverſis ipſius Gregorij prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis, & præſertim ſub die 24. Novemb. 1621. ac die 7. Decembris 1622. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nunc verò Nos dictorum Fratrum quieti, & paci, nec non ſalubri, proſperoque regimini, atque directioni, quantùm cum Domino poſſumus, per ampliùs conſulere volentes, de conſilio dilectorum Filiorum noſtrorum Dominici Baſilicæ SS. duodecim Apoſtolorum Gymnaſij, Fabritij S. Auguſtini Veralli, Gabriellis S. Bartholomæi in Inſula de Trejo, Scipionis S. Suſannæ, ac Petri S. Salvatoris in Lauro titulorum S. R. E. Preſbiterorum Cardinalium Valerij nuncupatorum, quibus negotium unionis eorumdem Fratrum Reformatorum cum Fratribus ejuſdem Ordinis de Obſervantia, ſeu de Familia nuncupatis examinandum commiſimus, deputationes, electiones, & confirmationes de Antonij, & ſucceſſivè de Aloyſij prædictorum perſonis in eorumdem Fratrum Reformatorum Vicarios per eumdem Gregorium prædeceſſorem, ut præfertur, reſpectivè factas, ſingulaſque ipſius Gregorij prædeceſſoris litteras, ac omnia, & ſingula in illis quomodolibet contenta, & expreſſa dicta authoritate, tenore præſentium, perpetuò revocamus, caſſamus, & annullamus, viribusque, & effectu omnino evacuamus. De cætero autem perpetuis futuris temporibus eoſdem Fratres Reformatos nuncupatos ſub obedientia Miniſtri Generalis Min. de Obſervãtia, ſeu de Familia nuncupat. degere, prout degebant, & vivebant ante primodictas litteras Gregorij prædeceſſoris, ac alias in omnibus, & per omnia ſecundùm diſpoſitionem litterarum, ſeu Cõſtitutionum rec. mem Gregorij XIII. Clementis VIII. & Pauli V. etiam Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorum. Hoſpitium

pitium verò S. Iſidori de Vrbe, pro Provincijs Reformatorum Diſcalceatorum Hiſpaniæ, & Indiarum dicto Miniſtro Generali ſubjici, qui pro ſua prudentia Religioſis ex illis Provincijs ad Romanam Curiam venientibus providere valeat, ſervatis omnibus juribus Eccleſiæ Fundatori, ſeu conſtructori, quomodolibet competentibus, quatenus adſint, & competant; Conſtitutiones præterea dicti Clementis prædeceſſoris, ſub dat. Tuſculi 12. Octobris 1596. Pontificatus anno 5. quæ incipit. *Pro injuncti nobis*, omninò obſervari; in Capitulis autem tàm Provincialibus, quàm Generalibus Fratrum de Obſervantia, ſeu de Familia prædictorum eoſdem Fratres Reformatos, paſſivam, qui verò deputati, ſeu electi fuerint in Capitulis Provincialibus, juxta Conſtitutiones Clem. & Pauli prædeceſſorum prædictorum, etiã activam vocem habere, Miniſtrumque Generalem prædictum, quemvis ex Religioſis Reformatis hujuſmodi in alicujus Provinciæ Commiſſarium interdum ad ſui libitum deputare poſſe, eumdemque Miniſtrum Generalem, eos ex Reformatis, qui ad illos de Obſervantia, ſeu de Familia de utriuſque Superioris, & aliorum licentia juxta litteras dicti Pauli prædeceſſoris deſuper editas tranſire voluerit, recipere, & admittere debere, illi autem ſic tranſeunti, ſi durante deliberationis anno, ad Reformatos redire voluerit, regreſſum non denegandum. Finito autem deliberationis anno hujuſmodi, regreſſum illi concedendum nullatenùs, niſi eo modo, quo tranſitus ad Reformationem Fratribus de Obſervantia, ſeu de Familia conceditur: à Fratribus verò de Obſervantia, ſeu de Familia ad Reformatos tranſire volentibus, Clementis, & Pauli prædeceſſorum prædictorum Conſtitutiones, ipſiuſq; Pauli decreta ſuper hoc emanata inviolabiliter obſervãda. Ad hæc in Capitulis generalibus ejuſdem Ord. in Italia celebrandis, omnes Cuſtodes congregari ad ſtatuta fœlici eorum gubernio opportuna condenda. Et quando Capitula generalia, ſive Congregationes hujusmodi non celebrabuntur, Cuſtodes ſingulis triennijs in Alma Vrbe noſtra cum aſſiſtentia Protectoris pro tempore exiſtentis pariter cõgregari, unum verò pro Regnorum Neapolis, & Siciliæ, & alterum ex ipſis Reformatis Viſitatores pro reliquis Italiæ Reformationibus ab eiſdem Cuſtodibus de triennio in triennium de noſtro tamen, vel Rom. Pont. ac eiſdem Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris pro tempore exiſtentium reſpectivè cõſenſu eligi. At contra eos, ſeu eorum quemlibet, ſi deliquerit, Generalem Miniſtrum cum interventu Procuratoris eorũdem Reformatorum, ac majori parte Cuſtodum ſui diſtrictus procedere poſſe, ac debere. At Fratres Reformatos ab eorum Conventibus, niſi ex cauſa in Diffinitorio illius Reformationis, vel ab eodem Protectore probata removere minimè poſſe. Cõſtitutionem autem de non admittendis ad habitum ab Obſervantibus, ſeu de Familia Novitijs, ſed à Reformatis tantùm juxta decreta ejuſdem Clementis prædeceſſoris innovari, ac inviolabiliter obſervari, volumus, decernimus, innovamus, conſtituimus, & declaramus. Decernentes etiam, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſemper, & perpetuò valida, firma, ac efficacia eſſe, & fore, ac ab omnibus, quos illa concernunt, etiam inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, & irritum, & inane, ſi ſecus, &c. Non obſtantibus ipſius Gregorij prædeceſſoris litteris, necnon omnibus illis, quæ in eis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem &c. Dat. Romæ, &c. die 7. Martij 1614. Pontificatus noſtri anno primo.

200. Poſt inexplicabiles itaque labores, poſt ærumnas, & anguſtias, Deo tandem adſpirante, per Vicariorum hujuſmodi extinctionem creditum eſt pacem, & concordiam reſtitutam fuiſſe Religioni; neque grave fuit Strictioris Obſervantiæ profeſſoribus propriis ſub Cuſtodibus iterum, & ſub Generali Miniſtro gubernari. Graviùs Ordini fuit, ſaltem pro majori parte, quòd poſt Capitulum generale anno Iubilei 1625. de mandato Pontificis, & operante Cardinali S. Onuphrij Pontificis Fratre Germano jam Capuccino, Religioni univerſæ, quaſi ex improviſo fuit per ſequentia decreta intimatum; nempe:

[Viſa petitione P. Miniſtri Generalis Fratrum

Arch.Ara-cœl. ex Reg.Ciſm. Nicol.de Peruſia fol.450.

Fratrum Min. de Obſervantia S. Franciſci Sanctiſſ. D N. Illuſtriſſ. S. Onuphrij auditâ ſententiâ, prout infra declarandum, ac reſpectivè ſervandum cenſuit,ac mandavit, videlicet.

1°. Patrem Miniſtrum Generalem, & in ejus abſentia P.Commiſſarium Generalem habere eamdem authoritatem in Fratres Reformatos ejuſdem Obſervantiæ, quam habet in Obſervantes de Familia,ſicut in Regula continetur,ipſique Reformati unanimiter poſtularunt: ut Congregatio ſuper hoc à S. ſua inſtituta approbavit, & fœl. rec. Paulus V. per bullam, quæ incipit. *Poſtulat Apoſtolica*, ordinaverat.

2°. Viſitatores Reformatorum, uti amp'iùs non neceſſarios auferendos, prout etiam ab omnibus ferè Reformatorum Cuſtodibus pro majori eorum pace ſupplicatum extitit.

3°. Servandum eſſe generale Familiæ Ciſ montanæ ſtatutum,per quod decernitur; ut Novitiatus inter Reformatos deligantur, & ubi in Cuſtodiis Reformatorum,arbitrio Miniſtri Generalis,& Commiſſarij Generalis ut ſup. Conventus ad hunc finem apti,& idonei reperiri non poſſint, præcipit Sanctitas ſua, ut in Capitulo cujuſcumque Provinciæ ab eodem Miniſtro,vel Commiſſario Generali aſſignĕtur Cōventus Obſervantium de Familia ad Novitiorum educationem convenientes,& apti, & in his Conventibus non poſſint morari,niſi Fratres Reformati prædicti.

4°. Quòd in Provinciis,in quibus idonei,& ſufficientes Patres Reformati reperiuntur, prout prædictus Miniſter, ſive Commiſſarius Generalis declar [illegible] & expedire videbitur, ipſi in Miniſtros Provinciales eligantur in Capitulis Provincialibus per vota ſecreta, ſervatâ tamē formâ Brevis fœl.reç.Pauli V.quę incipit, *In ſupremo*; quo caſu electio Cuſtod. omittatur; quæ tamen electio Cuſtodis fiat, ſi Miniſt.Provinc. fuerit electus de Familia.

5°. Declarat S. ſua, Diſcretos locales in poſterum nullatenus eſſe eligendos, ut ſic Ciſ montana Familia Vltra-montanæ conformetur. Dat. Romæ 17. Septembris 1625. Oct. Card. Bandinus. loco † ſigilli. A. Epiſcopus Caſert. ſec.

Arch.Ara-cœl. Reg. Nicol.de

201. Etenim à nonnullis antiqui ſui rigoris zelotibus hæc Reformatorum ad regimen Provinciarum evectio ex Delphini olim Generalis adinvento dimanaſſe credebatur, quando titulo unionis componendæ Conventuum, & Provinciarum Rectores de ſolis Obſervantibus aſſumi volebat, Conventualibus excluſis. Negari non poteſt, plures ex Reformatis fuiſſe ab initio in Miniſtros Provinciales aſſumptos, ut nunquam ante Gregorij XV. bullam *Oneroſam, &c.* legamus fuiſſe prohibitum;ſed iſta per decreta hoc jam ponitur ſub obligatione, atque ulterius inhibetur, ne Reformati ſuum ſeparatim poſſint habere Cuſtodem, Miniſtro Provinciali ( ſuppoſito quòd ſit ex Reformatis ) per omnia in regimine ſubjecti, ideoque Fratribus de Familia ſimul converſari coacti. Et tamen Paulus de Sulmone Commiſſarius Generalis de Reformatis aſſumptus anno 1613. quò Ordinis Reformationem, pacemque Provinciarum in Regno maximè Neapolitano efficaciùs promoveret, dato ſupplici libello, Paulum V.Pontificem exoraverat,ut ubi pro Religionis profectu opportunum ſibi videretur, Provincialium Miniſtrorum electiones ad ſolos Reformatos coarctare,ſibi concederetur;quod Cardinalis Veralli tunc Ordinis Vice-Protectoris,& Reformationis amantiſſimi arbitrio committi obtinuit: proprium tamen Cuſtodem, ut dixi, habere, non erat interim Reformatis interdictum, ut de Iacobo Gandino in Mediolanenſi Provincia Miniſtro ante annum 1594. & de Archangelo de Romanengo Gandini Succeſſore, legimus, quod ſimul, & ſemel Cuſtodem ſpecialem ſuper Reformatos habuerint à ſe penitùs independentem;idipſum de B. Stephano Molina Italicæ Reformationis Patre, & Magiſtro, qui bis in Romana, ſemel in Neapolitanâ Provincia Miniſter extitiſſe comprobatur. Quocirca ad evitandam officiorum colluſionem cautum eſt, ne Miniſter Provincialis in Reformatorum Cuſtodem, nec Cuſtos hujuſmodi in Miniſtrum eligi poſſet immediatè; quod Paulus V. edito diplomate. *In ſupremo Apoſtolatus*, &c. die 22. ſeptemb. 1620. voluit eſſe confirmatum; & in præfatis Vrbani decretis legimus innovatum.

Peruſ. fol. 298.& 450

Ibid.Reg. Palum. fol. 191.

Chronol. Ref. Medi. M. S.Frāc. de Trillio c. 41.

Ex Indiculo bull. Alvæ ex copia impreſſa.

202. Tùm ergo ex præfatorum cauſâ Decretorum, tùm ex Provincialatibus, atque Conventibus, (præſertim ad titulum Novitiatuum) ad ſolos Reformatos tranſlatis,

Arch.Ara-cœl. Cur Ciſmon. Reg. P. Nicol. de

Peruſio à tranſlatis, aliiſque inſurgentibus quoti-
fol. 306. die cauſis, non dolere non poterant gra-
& ſeq. viſſimè Obſervantes, eo vel maximè, quòd à P. Bernardino de Moncalvo Provinciæ omnes (ut libro præcedenti fuſiùs dictum eſt) ad graviſſimas querimonias excitarentur, & tribunalia quæque in Vrbe contra Generales Ordinis implorarentur: donec Cardinalis S. Onuphrij, Vrbani Pontificis uterini Fratris graviſſima objurgatione correptus ab Vrbe receſſerit.

203. Cùm etiam Reformatis ipſis illa decreta per omnia non arriderent, maximè de ſuis ad Provincialatus promovendis; unde ex mutua utriuſque partis, cõmixtione ad Reformationis excidium procedi videretur; quin & ipſe illorum Procurator Generalis Maſſæus de Taurino (qui Sereniſſimi Principis Mauritij Cardinalis de Sabaudia favore de Capuccinis ad Reformatos digreſſus, Procuratoratum impetraverat) cum Moncalvo unitus, non contemnendum Benigno jam Commiſſario Generali negotium faceſſebat: Graviſſimas haſce commotiones Benignus quaſi ſolus in Vrbe, eo vel maximè quòd ad mortem uſque, immo & deſperata jam à Medicis ſalute tunc ægrotaſſet, vel evincere, vel cõſopire proculdubio non potuiſſet, niſi ex ſpeciali Pontificis, atq; Cardin. S. Onuphrij aſſiſtentiâ fuiſſet per omnia roboratus.

204. Difficultates nihilominùs contra Reformationis progreſſus accuſabantur omninò graviſſimæ, duæ præ cæteris à Generali de Calatagyrone jam antea prætactę adhuc inculcabantur, nimirum ex nimio vitæ rigore, ſuper quem moderandum, ut cæteris reformari volentibus fieret accommodatior, nec verbum quidem audire volebant; necnon ex inceſſanti Patrum Obſervantium oppoſitione, qui ex illius majoribus progreſſibus diviſionem in Religione non poterant non pertimeſcere. Tres alias ab ipſis Reformatis zelo præſtantibus magno clamore producebantur in medium; nempe quòd primò annua legata, & ſæcularium Confraternitates in Conventibus de Obſervantia receptis non abhorrerent, & funeralia pro ſæcularibus celebrarent; ſecundò quòd Monialium extra Ordinem conſtitutarum confeſſiones excipere à locorum Ordinariis requiſiti aſſentirentur; tandem quòd Conventus magnos, variiſque obligationibus obnoxios acceptare non vererentur; unde Fratres quaſi ſine Ibid. & in
delectu, cum ſpiritualis vitæ detrimento Chron.
multiplicare, & paulatim lites cum Pa- M.S.Prov.
rochis, & Epiſcopis, aliiſque ſæculari- Mediol.
bus ſuſtinere cógerentur. Novitiatibus autem, ut dixi, Obſervantiæ reſtitutis, & ſuper Conventuum occupatione ſalutari methodo præſcripta, ad majores progreſſus in pace conquievit.

205. Conſolari tamen debebant Strictioris Obſervantiæ profeſſores, quòd Benignum de ſuis in Miniſtrum Generalem integro ſeptennio, Romanis dehinc in Comitiis Commiſſarium Generalem cùm habuiſſent, etiam in Generali Congregatione anno 1628. novum Commiſſarium Generalem Antonium de Galbiato de ſuis evincere potuerunt; quãdo rebus meliori pace compoſitis, demum ſub Campanea Miniſtro Generali reſtitutis Obſervantiæ Novitiatibus, datum eſt utrique parti conquieſcere.

206. Tandem Vrbanus VIII. Pontifex anno 1639. inſtante generalium Ordinis Comitiorum celebratione, ut litibus omnibus finem aliquando imponeret, dum Regularis, & Strictioris Obſervantiæ profeſſores negotium ſuum agerent ſine ulla ab invicem in Provincijs dependẽtia, horum Cuſtodias in proprias, & ab
antiquis prorſus indepẽdẽtes Provincias Ibid. Reg.
voluit erigere. Nec tamen defuere, qui P. Ra-
ſanctiſſimum Pontificis intentum appro- daelli.
bare detrectarent; opponebant etenim par. 2. n. 3.
hoc eſſe merum fovendæ ambitionis inventum, eo quòd Miniſtris Obſervantibus nullo modo ſubeſſe, ſed præeſſe vellent ſemper Reformati contra Regulæ preceptum; 2. neceſſariam non eſſe novarum Provinciarum erectionem, cum in ipſis Obſervantibus totius zeli, & perfectionis viri, Deo favente non deficiãt: 3.° quod his erectis, nova ſubito Reformatio pro Obſervantibus recipiendis neceſſaria foret, qui zelo reformationis agerentur. 4°. Periculum hinc imminere turbationis etiam in Vltra-Montana familia, in qua Recollecti præſertim ad proprias itidem Provincias ab Obſervantibus ſeparatas anhelarent.

207. Contrarium tamen à Superioribus, & à cæteris negotium promoventibus fuit oſtenſum; nempe ad pacem fovendam, non ad ambitionem promoven-

dam agitari; nè ad invicem Obſervantes cum Reformatis altercari de juriſdictione contingat; nec enim exinde contra Regulam iſti ab obedientia Provincialium eximuntur, ſed ſolis Miniſtris Reformatis ſubjiciuntur: Nec Reformatorum Provinciæ Obſervantium ſanctitati repugnant, aut præjudicant, ſed ampliorem, & faciliorem commoditatem perfectionis obfirmant; unde nec pro illis excipiẽdis nova erit erigenda Reformatio, cum & in hac, ſicut in præteritum, immo commodiùs recipi valeant. De periculo autem Recollectorum non eſt hîc reſpondendi locus.

208. Tandem omnibus longa, & matura diſcuſſione penſatis, Vrbanus Pontifex, Cardinalis Barberinus ejus Nepos Ordinis Protector, Ordiniſque ipſius Patres, tum Regularis, tum Strictioris Obſervantiæ graviores unanimi conſenſu in hoc convenerunt, ut omnes in Ciſ-mõtana Familia Reformatorum Cuſtodiæ, quę ex competenti Conventuum numero id mererentur, in Provincias ab Obſervantibus diſtinctas, & prorſus independentes erigerentur; quo facto unuſquiſque integra pace rem ſuam ageret, & commoda promoveret.

209. Pontifex ergo habito Patrum Ordinis voto, quibus cauſam examinandam commiſerat, expedito Brevi Apoſtolico generalis ante Capituli celebrationem; titulo (ait) firmandæ pacis; ſpiritualiſque progreſſus in Obſervantia utraque. Cuſtodias omnes Ciſ-montanæ Familię, quæ duodecim ſaltem Conventus haberent, in Provincias erexit, ſub titulo eodem ſuæ de Obſervantia Provinciæ, addita ſolum ad diſtinctionem *Reformationis* appellatione, ut videlicet Cuſtodia Romana diceretur Provincia Romana Reformata: Ordinem præcedentiæ, ad vitandas confuſiones, illis præfixit, quem ſuæ antiquæ Obſervantium Provinciæ retinebant: Miniſtrorum Provincialium, & Diffinitorum nominationem, pro prima vice, Procuratoris autem ipſorum in Curia in perpetuum Cardinali Protectori demandavit. Addidit quòd Reformati, niſi per Reformatos viſitari, & gubernari non poſſint, nec niſi per ſua propria ſtatuta Reformationis, quæ nec à Capitulo, nec à Miniſtro Generali poſſint alterari, ſed illorum moderatio ſolis Reformatis in Capit. vel Congregatione gen. reſervetur: Nec Miniſt. Gen. conſtitutiones, vel ordinationes perpetuas, vel ad tẽpus pro Reformatis, vel contra Reformatos edere valeat, aut mandata expedire illos obligantia, quæ Diffinitorum Provinciæ judicio Reformatorum vitæ, aut commodo non ſint congruentia, nec ad viſitationes, aut negotia Reformatorum niſi ſolos Reformatos deputare. Hęc omnia ex Apoſtolicis ipſius litteris clariùs elucęſcent.

## VRBANVS PAPA VIII.

***Ad perpetuam rei memoriam.***

INjuncti Nobis, per abundantiam divinæ gratiæ paſtoralis Officij ratio poſtulat, ut circa ſtatum Regularium perſonarum quarumlibet, præſertim illarum, quæ ſub arctiori Obſervantiæ norma gratum Altiſſimo exhibent famulatum jugiter invigilantes, ad ea, per quæ pium eorum inſtitutum, ad majorem Dei gloriam, & ejus Eccleſiæ decorem propagetur, pax, & concordia inter eos conſervetur, ipſique facilioribus in dies, in via Domini proficiant incrementis, propenſiùs intendamus: ac in his ejuſdem officij noſtri partes interponamus, prout conſpicimus in Domino fœliciter expedire. Cum itaque ſicut accepimus, Cuſtodiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, Reformatorum nuncupati; adeò excreverint, ut in Provincias erigi poſſint, diſtinctaſque Fratrum Reformatorum hujuſmodi, ab illis Fratrum de Obſervantia ejuſdem Ordinis Provincias. inſtitui, pacis inter illos ſtabiliendæ plurimùm intereſt.

§. 1. Idcirco motu proprio, ac ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Majoris, & Minoris Poloniæ, ac omnes alias Ciſ-montanas Fratrum hujuſmodi Cuſtodias, quæ duodecim ſaltem Conventus habent, in Provincias Fratrum Reformatorum Ordinis hujuſmodi, tenore præſentium erigimus.

§. 2. Ac dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentij in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S.R.E. Vice Cancellario, noſtro ſecundùm carnem ex Fratre Germano Nepoti, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectori, Miniſtros Provinciales

Provinciarum hujuſmodi, & Diffinitores, pro prima vice, conſtituendi, & deputandi; Capitulis verò Provincialibus cæteros officiales facultatem concedimus.

§. 3. Necnon, quòd Provinciæ ſic, ut præfertur, per Nos erectæ retineant proprium nomen addito ſolummodo, quòd ſunt reformatæ.

§. 4. Ac habeant locum, & præcedentiam juxta conſuetudinem dicti Ordinis poſt Provincias jam erectas: ita ut eo loco permaneant, quo, dum Cuſtodiæ nominabantur, erant.

§. 5. Ac inſuper, quòd Provinciæ Reformatæ hujuſmodi habeant Procuratorem Generalem, nominandum, & eligendum à dicto Franciſco Cardinale, & pro tempore exiſtenti Ordinis prædicti Protectore.

§. 6. Qui Procurator Generalis in Capitulis, & Congregationibus, ac Diffinitoriis Generalibus ſedeat immediatè poſt Procuratorem, & Commiſſarium Generalem dicti Ordinis Familiæ: & in eis votum, ſeu ſuffragium habeat, quemadmodum habent Procurator Generalis Ordinis, & Commiſſarius Curiæ. Finito autem ſuo Officio remaneat Pater Ordinis perpetuus, cum omnibus privilegiis, exemptionibus, & præcedentiis, quæ conceduntur Procuratori Generali Fratrum de Obſervantia, & Commiſſario Curiæ ejuſdem Ordinis.

§. 7. Ad hæc quòd quando Miniſter Generalis erit ex Vltramontana Familia, Commiſſarius Generalis eligatur ex Ciſmontana Familia: & idem ſervetur in electione Vicarij Generalis, quando Miniſter Generalis ex Ciſmontana Familia diſceſſurus eſt Vltra-montes. Reſervata Nobis hac vice Commiſſarij Generalis hujuſmodi electione, & deputatione, ſuo tempore per Nos declaranda.

§. 8. Deinde, quòd Diffinitores Generales ex diverſis Provinciis, juxta formam ſtatutorum generalium dicti Ordinis eligantur, quorum tamen quatuor ex Familia, & duo ex Reformatis eſſe debeant.

§. 9. Dictique Reformati, & eorum Conventus, niſi per Patres alicujus ex Provinciis Reformatis hujuſmodi viſitari minimè poſſint.

§. 10. Gubernarique debeant cum ſolis ſtatutis Reformationum. Quę nec à Capitulo, nec à Miniſtro Generali poſſint alterari, ſeu immutari, ſed eorum moderatio fieri debeat à Reformatis tantùm in Capitulo, vel Congregatione generali.

§. 11. Nec Miniſter Generalis Conſtitutiones, vel Ordinationes perpetuas, vel ad tempus, quæ Reformatos obligent, vel contra illos condere poſſit.

§. 12. Ipſique Reformati ad peculiaria illius mandata, quæ Diffinitorum Provinciæ judicio, dictorum Reformatorum reformationi, & obſervantiæ non fuerint congruentia, minimè teneantur.

§. 13. Inſuper, quòd ad Viſitationes, & negotia Reformatorum nullo modo poſſint deputari Fratres de Familia, ſed ſolummodo ipſimet Reformati.

§. 14. Ac demum, quòd tranſitus ab Obſervantia ad Reformationem concedatur, prout hactenus Obſervantes habuere; itaut dictæ Provinciæ Reformatæ inſerviant pro Reformatione Obſervantium hujuſmodi.

§. 15. Sublata eiſdem Obſervantibus in perpetuum, novam Reformationem erigendi, ſeu inſtituendi facultate.

§. 16. Quòdque Reformati prædicti poſſint etiam tranſire ad Obſervantes, ex cauſis in Conſtitutione fœl. rec. Pauli Papæ V. hac ſuper re emanata, expreſſis, & ſic tranſeuntes nequeant ab Obſervantibus reijci, earundem tenore præſentium ſtatuimus, volumus, & ordinamus.

§. 17. Mandantes præterea in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque noſtri, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrij pœnis, omnibus, & ſingulis Ordinis prædicti Superioribus, & Fratribus quomodocumque, & qualitercumq; qualificatis, ut præſentes noſtras litteras, ac in eis contenta quæcunque inviolabiliter obſervent: & ab eis, ad quos ſpectat, adamuſſim ſervari curent, & faciant.

§. 18. Et nihilominùs ex nunc irritum, & inane decernimus, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 19. Quocirca eidem Franciſco Cardinali per præſentes injungimus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæ-

cumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum prædictorum fuerit requiſitus ſolemniter publicans, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat illa authoritate noſtra, ab omnibus ad quos ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 20. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de una: & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis, & in Vniverſalibus, Provincialiabuſque, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus. Necnon dicti Ordinis, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eidem Ordini, illiuſque Provinciis, Superioribus, & Fratribus, & quibuſcumque aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret; illorum omnium tenores, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 12. Maij 1639. Pontif. noſtri anno XVI.

*M. A. Maraldus.*

210. Quæ inibi pro alternandis Obſervantes inter, & Reformatos Officiis Ordinis præmeditata eſſent, & quomodo pro Commiſſariatu Generali, & pro Diffinitoribus Generalibus ſæpiùs ad invicem convenerint, quid tandem habeatur in praxi, jam ſupra de his officiis lib. 3. diximus ad ſufficientiam. Sic tandem non modo Reformationis, ſed & totius Ordinis quieti, atque concordiæ fuit ſanctiſſimè proviſum.

211. Itaque Provinciis erectis, cum nihil jam eſſet inter Regularis, atque Strictiuris Obſervantiæ profeſſores, in quo diſputare deberent, præter Fratrum, atque Conventuum tranſlationem, de qua ſtatim agemus; horum erat omnino rem ſuam agere, profectuſque procurare, in quibus ab aliis impediri nequirent, non modò multiplicatis in Italia Domibus, & Provinciis, ſed & per univerſa Germaniæ Superioris, Bohemiæ, Vngariæ, atque Poloniæ Dominia, maximo numero propagati, ad Generales Diffinitoriatus, immò & ad Ordinis Gubernium admiſſi, Miniſtros, atque Vicarios Generales totius Ordinis ſæpiùs è ſuis habere, & Familiam Ciſmontanam gubernare meruerunt, atque generaliter ſub propriis Provincialibus conſtituti, ex æquo in Comitiis generalibus concurrentes, cum Obſervantibus de Familia in ſancta pace conquieſcunt.

212. Pro ipſorum fœliciori gubernio, & pro juvenum ſanctiori educatione, aliiſque de cauſis Vrbanus VIII. ſequentem edidit conſtitutionem.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Militantis Eccleſiæ regimini divina diſpoſitione præſidentes, ad ea, per quæ cunctorum Chriſtifidelium, præſertim Religioſorum Deo ſub Reformatione ad arctiorem regularis diſciplinæ Obſervātiam introducta vacantium ſpirituali directioni, necnō fœlici progreſſui conſulitur, libentèr intendimus, eaque ſtatuimus, & ordinamus; quæ eorum temporum, & perſonarum, qualitatibus debitè penſatis, ipſorum Religioſorum ſtatui conducere in Domino conſpicimus. Ad Vberes itaque, & ſuaves fructus, quos dilecti filij Fratres Ordinis Minorum

rum S. Franciſci de Obſervantia Reformati nuncupati Provinciarum Italiæ in prædicta Eccleſia afferunt, mentis noſtræ aciem convertêtes, quo laudabile eorum inſtitutum majoribus in dies proficiat in via Domini incrementis; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum tenore perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ut in unaquaque eorumdem Reformatorum Italię Provincia unum, vel duo Profeſſoria inſtituantur, in quibus Fratres Clerici ejuſdē Ordinis, quamprimùm probationis, ſeù Novitiatus annum compleverint, & profeſſionem emiſerint Regularem, collocentur; Profeſſoriisque hujuſmodi unus Magiſter pro quolibet deputetur, qui prædictos Fratres Clericos in vita ſpirituali, & orandi modo, ac Religioſæ perfectionis viâ inſtruat; qui quidem Clerici anno ut minimum in Profeſſoriis hujuſmodi commorari debeant, & interim nullam ſcientiam edoceri poſſint, exceptâ Grāmaticâ, & Logicâ, ſi ejus rudes fuerint. Præterea in duobus, aut tribus cujuſque Provinciæ Convētibus Theologiæ moralis lectio fiat, cuj omnes Patres Sacerdotes, & Clerici bis qualibet Hebdomada interſint. In ſingulis verò Conventibus Theologia miſtica, & Ordinis prædicti Regula ſemel ſaltem in quaque Hebdomada perlegatur, huic prælectioni, tàm Fratres Sacerdotes, & Clerici, quàm Laici intereſſe teneantur. Ad hæc Fratres Reformati hujuſmodi nullum omnino legatum perpetuum cum aliquo, aut ſine ullo onere etiam Eccleſiis, & Sacriſtiis ipſorum, etiam pro vino ad Miſſarum celebrationem, aut oleo pro Lampadibus, vel quacumque re pro Altaribus factum recipiant; ipſorum Procuratores, aut Syndici hæredes legantium ad præſtanda ejuſmodi legata judicialiter convenire non poſſint. Inſuper Fratres prædicti ad quaſcumque Proceſſiones, præterquam ad Proceſſiones in die Feſto Corporis Chriſti, aut aliquam aliam generaliſſimam non conveniant, defunctorumque Corpora, exceptis ijs, quæ in eorum Eccleſiis ſepelliuntur, ad ſepulturam minimè comittentur: Altarium ornamentis, deinceps aurum, vel inauratio non adhibeatur; Imaginumque, ſeu picturarum eorumdem Altarium coronides è nuce, aut alio ejuſdem coloris ligno fiant, nec candelabra ænea recipiantur, aut emantur ampliùs, ſed tantummodò lignea è nuce. Novitij in Provinciis prædictis infra annum cum interuentu Miniſtri, ac duorum Diffinitorum Provincialium, & duorum Guardianorum recipi poſſint juxta decretum fœl. rec. Clem. VIII. prædeceſſoris noſtri hac ſuper re editum. Demum Fratres prædicti, exceptis in infirmaria illis, qui indiguerint, particulas ex panno lineo, etiam in itinere ſub quocumq; prætextu, nequaquā deferant; particulas verò ex panno laneo illi deferre poſſint, qui eis loco Tunicæ uti voluerint. Quocirca dilectis filiis, Miniſtris Provincialibus, & Guardianis, aliiſq; Superioribus quibuſcumque dictarum Provinciarum nunc, & pro tempore exiſtentibus in virtute S. Obedientiæ, ac ſub pœna privationis ſuorum officiorum eo ipſo abſque alia declaratione incurrēdis committimus, & mandamus, ut præſentes noſtras litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta à Fratribus ſibi ſubditis inviolabiliter obſervari curent, & faciant, cęteriſque verò earumdem Provinciarū Fratribus, etiam in virtute S. Obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis eo ipſo, ut præfertur, incurrendis, præcipimus, ut præmiſſa omnia, & ſingula, prout ad unumquemque eorum ſpectaverit, exactè, & inconcuſſè obſervent, & adimpleant. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ, &c. 1641. Pontificatus noſtri anno 19.

Ex Arch. Aracœl. Cur Ciſmon. Reg. Radacli. par. 1. n. 171.

Ex Arch. S. Franc. de Vrbe in lib. Bull. & decret. fol. 68.

213. Profeſſoria hujuſmodi, tum in temporis duratione, tum in rigorum extēſione ampliare voluit Alexander VII. quæ tamen revocato Alexandri decreto pro majori, fœliciorique Religionis gubernio Clemens X. ad priſtinam Vrbani methodum reducenda eſſe, mandavit.

## CAPVT IV.

*De tranſlatione Fratrum, & Conventuum à Regulari ad Strictiorem Obſervantiam, & è contra.*

214. Contentionibus omninò graviſſimis Conventuales inter, & Obſervantes olim pro mutua ad invicem

Conventuum uſurpatione, necnon Fratrum hinc inde digreſſu, integro ſæculo legimus in Annalibus Ordinis fuiſſe diſputatum: deſiderabant Populi, jubebant Principes, & ad idem maximè propendebant Romani Pontifices, ut antiqua Religionis Cœnobia, quæ ſub Conventualium cura ex incuria, temporali, atque ſpirituali ruinæ magis sēper exponi cernebantur, ſanctiùs per Obſervantes, tùm reſtaurari, tum reformari deberēt. Dolebant, & quidem graviſſimè Patres Conventuales, ſeſe in dies antiquis domicilijs expoliatos non habere ſæpiùs, quò ſe recipere valerent: dumque aliquo modo jam dimiſſa repeterent, de illata iniuria, de fraudata Principum, & Pontificum ſancta intentione conquerebantur Obſervantes: Nec difformiter de Fratrum, qui zelo, & pietate magis eminerent, ad Obſervantes quotidiano digreſſu, nec non de Obſervantium ad Conventuales tranſitu, dum illos rigidioris vitæ jam tæderet, rumores ſemper inter utramque partem invaluiſſe comperimus; unde ab Eugenio IV. ad Paulum III. pro dirimendis hujuſmodi controverſiis Romanos Pontifices multiplicatis, quas libro præcedenti deſcripſimus, litteris Apoſtolicis continuò, & ſeriò laboraſſe prænotavimus. Occaſione non diſſimili, modo fermè eodem, ſed minori temporis ſpatio Regularis inter, & Strictioris Obſervantiæ profeſſores diſputatum fuiſſe invenimus; non minori tamen Pontificum applicatione controverſias omnes fuiſſe fœliciter extinctas.

Bull. Rom. in bull. Cle. VIII. ſup. cit.

215. A mutua Conventuum occupatione, quæ cauſa controverſiarum fuiſſe inter præcipuas non dubitatur, ut ſermonem exordiar. Decreverant Lichetus, & Quiñonius Generales (quod ſupra prænotavimus) ut Fratribus in S. Recollectione vitam eligentibus devota, & ſolitaria loca tàm ſanctæ intentioni opportuna ſingulis in Provinciis aſſignari deberent. Iuſtiſſimum præceptum, cum iſti pari jure eſſent de corpore Obſervantiæ. Clem. VII. in bull. *In ſupremo militantis &c.* (quam ſup. deſcripſimus) ut Strictioris Obſervantiæ inſtitutum ſtabiliret, & ampliaret, in §. 3. magno rigore præcepit; ut Spiritualibus Fratribus hujuſmodi per Ordinis Prælatos quatuor, vel quinque loca juxta numerum eorumdem in qualibet Provincia realiter, & cum effectu aſſignarentur: creſcente verò ad illos concurrentium numero, alia loca prioribus contigua, & opportuna ſuperaddi, & conſignari deberent: quæ quidem loca prædicti Fratres expropriare poſſent ſuperfluis, & prætioſis in utilia, & in neceſſaria mediante Syndico Nicolai III. commutandis. Clementis edictum hujuſmodi à Paulo III. repetitis bullis fuiſſe renovatum, in ſuperioribus notavimus, & in Capitulo Nicienſi anno 1535. approbatum, & confirmatum. Gregorius XIII. (ut cæteros interim omittam) in Bulla, *Dum illius vicem &c.* ſuperiùs etiam deſcripta, in §. 7. rigoroſè mandat, ut in Capitulis, & Congregationibus ad Reformatorum petitionem nova loca, ſeu Conventus prioribus contigui, vel commodi pro Reformatorum incolatu multiplicentur ab Obſervantium Prælatis. Clemens VIII. in Bulla itidem jam recenſita, *Pro injuncti &c.* §. 4. declarat, & mandat, ut Cœnobia per Obſervantes Reformatis aſſignanda, pro duodecim ſaltem Fratribus recipiendis, & alendis capacia, & apta comprobentur.

216. Dolebant equidem Patres de Familia, nova in dies Cœnobia, non rarò etiam cum tumultu, & populorum ſcandalo à ſe ipſis ad Reformatos alienari; eo vel maximè, quòd Principes, & Vrbes, & Oppida arctiori Reformatorum vitæ applaudentes, tranſlationes hujuſmodi ab Apoſtolica Sede procurarent. Adauctas videre fuit hujuſmodi querimonias, dum Bonaventura Generali anno 1598. in Gallias per Pontificem deſtinato, contigit aliquibus in Provinciis, ex Generalis mandato Congregationes, & Capitula differri, nec tamen Strictioris Obſervantiæ profeſſores à poſtulandis Conventibus ſibi ceſſandum eſſe credebant. Contra quod exhibito ſupplici libello Procurator Generalis Ordinis ad Viſitationis Apoſtolicæ Congregationem recurrens, obtinere nunquam potuit, ut ad ſupplicata reſponderetur. Tandem verò per ſequentia prefatę Congregationis decreta communi paci proviſum fuiſſe apparuit.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſ-mon. Reg. 2. fol. 179.

217. [Quo autem ad faciendam aſſignationem aliquorum Conventuum Obſervantium de Familia Fratribus Reformatis, in ſingulis caſibus recurratur ad ſacram Congregationem, quæ habita ratione

Ex Arch. S. Franc. de Urbe ex lib. Bull. & Decret. fol. 54.

tione numeri Fratrum ad Reformationem tranſeuntium, & omnibus accuratè perpenſis,deliberabit, prout in Domino expedire arbitrabitur.

Sacra Congregatio Viſitationis, & Reformationis Apoſtolicæ decrevit, ut prædicti Reformati petant Conventus in Capitulis, juxta Pontificias conſtitutiones,deinde antequam illos recipiant, petant licentiam ab eadem Congregatione, niſi priùs fuerit obtenta. Romæ, die 4. Iunij 1604. Ant. Seneca Viſitationis, & Reformationis Secretarius.]

218. Cùm verò Novitiatus interim in ſola Strictiori Obſervantia per Clem. VIII. atque per Vrbani VIII. conſtituta haberi liceret, in præfatis Vrbani decretis ordinatum fuiſſe diximus,ut etiam pro Novitiorum educatione Conventus opportuni Miniſtri, ſeu Commiſſarij Generalis judicio, toties, quoties opus fuerit, ab Obſervantibus ad Reformatos transferri deberent;in quibus Obſervantibus habitare non liceret.

219. Verùm cum in hujuſmodi aſſignatione Conventuum ex particularium Fratrum impetu mobilia tum ſacra, tum profana, vel ſurripi, vel transferri, vel dilapidari;& muros aliquando nudos, & vacuos remanere contingeret; Cardinalis Matthæjus Ordinis Protector Reformatorum ſaluti, & indemnitati volens ſincerè providere.die ultima junij 1603. graviſſimo edito decreto, ſub pœnis, & cenſuris interdixit, ne quiſquam de hujuſmodi Conventibus pro Reformatione aſſignatis per ſe, vel per alium quicquam auferre, vel abſcondere, vel detinere auderet, quod ad præfatorum Conventuum utilitatem, neceſſitatem, commoditatem, &c. quoquomodo pertineret: quæ omnia Clemens Pontifex expedito diplomate voluit eſſe confirmata prout ſequitur.

CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. t.3.fol.143 220. DEcet Romanum Pontificem ea, quæ pro indemnitate, & utilitate Ordinum,illorumque Monaſteriorum, ſeu Conventuum per Superiores providè facta ſunt, ut inviolatè obſerventur, Apoſtolicæ firmitatis robore communire.

§. 1. Cùm itaque ſicut accepimus, dilectus filius noſter Hieron. tit. S. Pancratij Presbiter Card. Matthæjus nuncupatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S.Franciſci de Obſervantia Protector, pro omnium Fratrum Reformatorum ejuſdem Ordinis nunc, & pro tempore ubilibet exiſtentium indemnitate, utilitate, & proſperitate infraſcriptum decretum ediderit tenoris ſequentis,videlicet.

§. 2. Nos Hieron. miſeratione divina tit. S.Pancratij S.R.E. Presb.Card Matthæjus, totius Ord. Fratrum Min. ſancti Franciſci de Obſervantia Protector, Corrector, & Gubernator. Cupiētes indemnitati, utilitati, & proſperitati omnium Fratrum Strictioris Obſervantiæ Reformatorum nuncupatorum dicti Ordinis, nunc, & pro tempore ubilibet exiſtentium, ac in primis animarum ſaluti, quantùm cum Domino poſſumus, conſulere, ac providere, præſentis decreti vigore,omnibus, & ſingulis Miniſtris Provincialibus, aliiſque, tàm Prælatis, quàm ſubditis noſtræ protectioni,& gubernio concreditis,in virtute S.Obedientiæ præcipimus, & mandamus, ne deinceps quis illorum, cum contigerit, Monaſterium, ſeu Conventum aliquem pro Reformatione introducenda, Fratribus Reformatis,ut præfertur, de mandato Superiorum effectivè concedi, tradi, ac aſſignari, ſive antequam effectivè aſſignetur, de hujuſmodi aſſignatione facienda notitiam quoquomodo habuerit, audeat, vel præſumat per ſe, vel alium quomodolibet directè,vel indirectè,ſub quovis prætextu, aut quæſito colore, detinere,auferre, abſcondere, aut aliis,ſive intra, ſive extra Ordinem tradere, aut ſecum deferre quicquam attinens, vel pertinens quovis titulo,modo,aut formâ, ad publicam utilitatem, & commoditatem dictorum Conventuum,ſeu Monaſteriorum Reformatis concedendorum, eorumque Eccleſias, Choros, Sacriſtias, Dormitoria, Valetudinaria, Cellas, Bibliothecas, Refectoria, Cellaria, Coquinas; aliaſve officinas,vel ad alicujus officij functionem,aut ad ipſorum Conventuū, ſeu Monaſteriorum ſuppellectilem, eleemoſynas, ſcripturas, vel libros ſpectans; nec ad id efficiendum conſilium, auxilium, vel favorem alicui,directè,vel indirectè, ut prædicitur,ullo modo præbere.

bere. Qui ſecus fecerit, eo ipſo omnibus officiis, dignitatibus, & honoribus Ordinis, ac utraq; voce in perpetuum privatus exiſtat, & pro qualitate delicti carceribus etiam mancipetur;ac in ſubſidium pœna excommunicationis mulctetur. Et ut nullus de præmiſſis ignorantiam prætendere valeat, ſub eiſdem pœnis omnibus, & ſingulis Provinciarum Miniſtris, ſeu Commiſſariis expreſsè mandamus, ut cum primum de hujuſmodi noſtro decreto tranſumptum habuerint, teneantur per omnes ſuarum Provinciarum Conventus illud cum effectu legi, & publicari facere, ac de publicatione hujuſmodi Nos ſtatim certiores reddere. Et ita decernimus, ſtatuimus, & ordinamus, non ſolum iſto, ſed & omni alio meliori modo, &c. in quorum fidem &c. Datum Romæ in Palatio noſtro die ultima Menſis Iunij 1603.

§. 3. Propterea Nos, ut Decretum prædictum deinceps obſervetur, providere volentes, præinſertùm decretum cum omnibus,& ſingulis in eo contentis authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui in eo intervenerint, ſupplemus, ac ab omnibus,& ſingulis Miniſtris Provincialibus, aliiſque tàm Prælatis, quàm ſubditis dictæ Protectioni ſubjectis, ſub pœnis in præinſerto decreto contentis, perpetuò obſervari, ac in ſingulis Capitulis Provincialibus publicari debere, præcipimus,& mandamus.

§. 4. Non obſtantibus, &c.

§. 5. Volumus autem, &c. Datum Romæ &c. die 24. Iulij 1603. Pontificatus noſtri anno 12.

221. Deniquè cum ad Principum imperium, aut ad Vrbium, & Oppidorum voluntatem nova in dies Cœnobia de Obſervantibus ad Reformatos devolvi cōtingeret, ex quorum occupatione lites forſitan impoſterum, & controverſias palam excitari, vel inquietudines in ſecreto pullulare accideret ex variis prætextibus, Vrbanus VIII. ad preces Fr. Aſcanij de Aſſiſio pro Reformatis in Curia Romana Procuratoris Generalis expeditis litteris Apoſtolicis, defectus omnes, & quoſcumque, qui in præfata Conventuum occupatione quomodocumque accidiſſent, authoritate Apoſtolica ſupplendo, litibus, & controverſiis, immò, & conſcientiarum ſtimulis, qui exinde poſſent oriri, radicem omnem amputare voluit; prout ſequitur.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

EX injuncto Nobis Apoſtolici muneris debito Chriſti fidelium ſub ſuavi Religionis jugo,& Strictioris Obſervantiæ Regula Altiſſimo famulantium votis, per quæ eorum quieti opportunè conſulitur, libenter annuimus, ac deſuper ejuſdem muneris partes propenſis ſtudiis interponimus, ut ijdem Chriſtifideles ſublatâ omni perturbationum materiâ in pacis amænitate, ac juſtitia, & ſanctitate coram Deo fœlicioribus in dies prificiant incrementis. Cum itaque, ſicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus filius Aſcanius de Aſſiſio Procurator Generalis Fratrum Ordinis S. Franciſci Reformatorum nuncupatorum, nonnullæ domus Regulares, quas Fratres Minores de Obſervantia nuncupati Ordinis prædicti poſſidebant, dictis Fratribus Reformatis Apoſtolica authoritate, vel à Superioribus Ordinis hujuſmodi, aut aliàs alio modo aſſignatæ, & conceſſæ fuerint; ut autem litibus, & controverſiis, quæ propterea fortaſſe excitari poſſent, via præcludatur; Idem Procurator aſſignationes, & conceſſiones præfatas authoritate noſtra Apoſtolica comprobari, & aliàs deſuper ut infrà provideri, ſummoperè deſideret; Nos ejuſdem Aſcanij Procuratoris votis hujuſmodi benignè annuere volentes, illumque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quàvis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ipſius Aſcanij Procuratoris nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, aſſignationes, & conceſſiones Domorum Regularium præfatarum dictis Fratrib⁹ Reformatis Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus,

In lib. Bul. & Decret. Ex Arch. S. Franc. de Vrbe fol. 541

confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis perpetuæ firmitatis Apoſt. robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui quomodolibet intervenerint in eiſdem, ſupplemus. Mandantes propterea quibuſvis dicti Ordinis Superioribus, & Fratribus quomodocumque nuncupatis, & qualificatis in virtute S. Obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo incurrendæ, aliiſque arbitrij noſtri pœnis, ne ſuper aſſignationibus, & conceſſionibus præſentibus litem, ſeu lites contra Reformatos hujuſmodi movere, ſeu intentare, vel eos in jus vocare, aut aliàs quomodolibet eis deſuper moleſtiam exhibere, audeant, ſeu præſumant, & nihilominus ex nunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ &c. die 30. Maij 1639. Pontif. noſtri anno 16.

222. Vtque tractatum hujuſmodi de Conventibus acquirendis abſolvam, obiter etiam hîc notatum volui, quod Gregorius XV. Reformatorum ampliationi ſeriùs invigilans, privilegium de novis acquirendis Cœnobiis, cæterorum in eodem loco Regularium conſenſu non quæſito, quòd olim à Paulo V. Diſcalceatis noſtris Hiſpaniarum fuerat conceſſum, Reformatis citra-montes (quos ſolo montium intervallo ab Hiſpanis eſſe disjunctos, ibidem apertiſſimè ſupponit) voluit eſſe communicatum, atque veluti de novo, & expreſsè conceſſum; ecce conceſſionis diploma; quamvis dehinc fuerit ab Vrbano VIII. moderatum.

## GREGORIVS PAPA XV.

### *Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 3. fol. 401. ALiàs fœlicis recordationis Paulus Papa V. prædeceſſor noſter per ſuas in ſimili forma Brevis ſub die 5. Septemb. 1606. expeditas litteras, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum, ſeu Recollectorum nuncupatorum Superioribus, ut ubique locorum Domos, & Monaſteria, ſervatâ formâ ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini de ſola licentia Ordinariorum, nullo aliarum perſonarum cujuſvis Ordinis Regularium requiſito conſenſu, recipere, fundare, & erigere valerent, licentiam, & facultatem conceſſit, & indulſit, prout in dictis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

§. 2. Nunc Nos ad uberes, & ſuaves fructus, quos citra-montes commorantes in militanti Eccleſia, cujus regimini divinâ diſponente Clementiâ præſidemus, in dies afferunt, mentis noſtræ aciem convertentes ad ea, quæ eorumdem Fratrum citra-montes commorantium, & locorum Regularium augmento conducere poſſunt, libenter intendimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire: Itaque ultimò dictos Fratres Reformatos citra-montes hujuſmodi ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, litteras Pauli prædeceſſoris hujuſmodi cum omnibus in eis contentis clauſulis, decretis, ac derogationibus ad prædictos Fratres Reformatos citra-montes commorantes, ut præfertur, tenore præſentium extendimus, eorumdemque Fratrum citra-montes commorantium Superioribus, ut ubique locorum citra-montes domos, & Monaſteria, ſervatâ formâ ſacrorum Canonum, & Concil. Trident. de ſola Ordinariorum licentia, nullo aliarum perſonarum cujuſvis Ordinis Regularium requiſito conſenſu, condere, fundare, & erigere liberè, & licitè valeant, authoritate Apoſtolica earumdem tenore præſentium licentiam, & facultatem concendimus, & impartimur.

§. 3. Non obſtantibus omnibus illis, quæ idem Paulus prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, cæteriſque

riſque contrariis, &c. Datum Romæ &c. die 23. Decembris 1621. Pontif. noſtri anno primo.

223. Nec differenter de Fratrum tranſitu, qui arctioris vitæ deſiderio, majoriſque perfectionis ſpiritu allecti ad Strictioris Obſervantiæ eremitoria, ſeu loca magis ſolitaria tranſmigrare voluerint, in præallagata Clementis VII. præcipitur, ut tranſitum hujuſmodi à Regulari ad Strictiorem Obſervantiam poſtulantes, dummodò ibi acceptati fuerint, nullus omninò poſſit impedire. Gregorius etiam XIII. in bulla ſua *Cum illius vicem &c* jam ſæpiùs memorata, in §. 6. diſponit, & mandat, ut Reformatorum Cuſtodi, de conſilio, & aſſenſu ſuorum Fratrum illius loci, in quo recipere advenientes intendit, liberum ſit Miniſtri Provincialis, aut alteriùs cujuſcumque de Obſervantia Prælati nec obtento, nec requiſito conſenſu, vel licentiâ, Fratres de Obſervantia ad Reformationem tranſire volentes tàm propriæ, quàm alienæ Provinciæ ſine ullo impedimento accipere. Vnde & Cardinalis Matthæyus Ordinis, Protector circa annum 1588. de difficultatibus informatus, quę plerumque à Provinciarum Rectoribus contra Reformationem appetentes fiebant, datis ſequentibus decretis voluit pro juſtitia inconvientibus occurrere.

*Hieronymus S. R. E. Diaconus Cardinalis Matthæyus nuncupatus, ac totius Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Protector, Corrector, & Gubernator R. P. Cuſtodi Fratrum Reformatorum ejuſdem Ordinis, ac Provinciæ Romanæ ſalutem in Domino.*

In li. Bull. & Decret. fol. 102. S. Franc. de Urbe in Arch.

224. NOnnullos Fratres de Obſervantia pietate, ac Religione, necnon propriæ ſalutis zelo motos ex alienis Provinciis tranſire velle ad veſtram Reformam intelleximus; verumtamen quoniam id facere nequeunt, niſi priùs à ſuis Miniſtris obtentâ licentiâ, qui ſe haud parum difficiles hac in re exhibent, quinimo ſæpiùs dare recuſant. Ideo nos, quibus ex officio incumbit ſalutem eorum, qui nobis commiſſi ſunt, procurare, & honorem Dei promovere, Tibi P. Cuſtodi tuiſque Succeſſoribus præſentium ſerie facultatem concedimus, ut volentibus ſe vitæ veſtræ aſſociare, ſi petitis priùs à Miniſtro Provinciali coram duobus Fratribus litteris obedientialibus, illas dare recuſaverint, vos ipſas obedientiales litteras dictis Fratribus, quamvis alienæ Provinciæ ſint, noſtra authoritate tranſmittere poſſitis, ipſique ad vos liberè, & abſque ulla apoſtaſiæ nota venire valeant, voſque liberè eos recipere poſſitis, niſi ad effugiendam pœnam alicujus delicti ab eis perpetrati ad veſtram Reformam tranſire voluerint. Inhibentes omnibus nobis inferioribus cujuſcumque dignitatis, ſeu conditionis fuerint per obedientiam, ne quis eorum quoſvis ad vos tranſeuntes cum litteris obedientialibus à Te, vel à Tuis Succeſſoribus eis conceſſis quovis modo, vel prætextu moleſtare, vel obſtaculum aliquod ponere queant, quominus deſideriorum ſuorum conſequantur effectum. Eadem inſuper authoritate noſtra tibi, tuiſque Succeſſoribus concedimus facultatem mittendi Fratres tuos tibi ſubditos extra Provinciam, cauſa occurrente legitima, quam tuo, tibique ſuccedentium relinquimus judicio, quos ita dimiſſos ab omni itidem Apoſtaſiæ nota alienos eſſe volumus. Vale in Domino, eumdem pro me oraturus. Dat. Romæ in Palatio ſolitæ noſtræ Reſidentiæ die 16. ſeptemb. 1588.

*Hieronymus Cardinalis Matthæyus Protector. Loco † ſigilli Horatius Pariſanus Secretarius.*

HIERONYMUS, &c.

225. AD noſtras pervenit aures, multos Fratres Minores de Obſervantia ad Strictiorem Obſervantiam, ſeu Reformatos nuncupatos tranſire volentes à Superioribus ſuis Miniſtris, ſeu Commiſſariis, aut negari omninò, aut difficiliter permitti, in grave damnum, & præjudicium Salutis impedientium, & impeditorum, & contra Bullam Clem. VII. quæ ſtatuit ſub infraſcriptis verbis. *Et ſi in futurum plures Fratres voluerint ſe vitæ præcedentium conformare, & ab eis acceptati fuerint, Nullus eos impedire poſſit;* Cùm ergo noſtrum ſit Fratrum ſaluti, & Regulæ obſervantiæ providere, dictæ Bullæ verbis innixi, ſtatuimus, & mandamus, quòd quotieſcumque à Cuſtodibus dictorum Reformatorũ litteræ obedientiales Ibid. fol. 104.

dientiales miſſæ fuerint ad aliquos Fratres illius Provinciæ, cujus ipſi Cuſtodes fuerint, ad dictos Reformatos Spiritu Sancto duce tranſire petentes, poſſint ipſi Fratres petitâ à ſuis Miniſtris, ſeu Commiſſariis Provincialibus, licet non obtentâ licentiâ, cujus petitionis fides afferatur, ſine apoſtaſiæ nota ad dictos Reformatos migrare; & nihilominus ipſi Miniſtri, ſeu Commiſſarij, ſi dictam licentiam recuſaverint, in pœnas privationis eorum officij, & inhabilitatis ad alia officia in futurum obtinenda incurrant. Dat. Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ Reſidentiæ die 20. Octnbris 1588.

*Hieronymus Card. Matthæyus Protector, locus † ſigilli. Horatius Pariſanus Secretarius.*

226. CVm verò nonnulli ſpiritu levitatis adducti paſſim de Regulari ad Strictiorem, & è contra pertranſirent; providè conſiderarunt Romanæ Reformationis Superiores, nempe Auguſtinus de Genua Cuſtos, ejuſq; duo aſſiſtentes Fr. Carolus Vueſeles de Bruxellis ad S. Antonij de Arce antiqua Guardianus, & & Fr. Aloyſius de Roma ad S. Franciſci be Vrbe Vicarius, tranſitum hujuſmodi non quidem devotinnis, ſed levitatis ſpiritum indicare, atq; præjudiciũ Reformationi non leve producere, edito decreto ſtatuerunt, ut qui ſecunda vice de Cuſtodia ad Provinciam ex levi cauſa, quamvis obtentâ licentiâ, convolaverit,
Ibid. fol. 108.
ad Reformam ulteriùs nec in Congregatione Cuſtodiali, nec de Cuſtodis ipſius beneplacito, ſed tantùm de expreſſo majoris partis Vocalium Reformatorum cõſenſu valeat acceptari; quod ſtatim per Cardinalis Matthæij Ord. Protectoris ſpeciale mandatum die 17. Aprilis 1595. confirmari obtinuerunt.

In Bull. Paul. V.
227. Clemens VIII. circa mutuum hujuſmodi tranſitum non nihil immutare voluit, ut in ejus ſupra recitatis conſtitutionibus apparet; quæ in Pauli V. diplomate *Poſtulat &c.* etiam præcitato ſic diſponũt. [Quotieſcumque aliquis ex Fratribus Reformatis ob infirmitatem, vel aliquam legitimam cauſam à Reformatione exire; & ad Familiam tranſire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Provinciali de conſenſu Cuſtodis, & majoris partis Vocalium Cuſtodiæ illi concedatur; & eorumdem conſenſu, nec non Miniſtri Provinciæ Fratres de Familia ad Reformationem poterunt migrare.] Illud autem advertendum, quòd Obſervantes ad Reformam tranſeuntes ex repetitis Clementis VIII. & aliorum Pontificum decretis integro unius anni ſpatio ante firmam cum Reformatis incorporationem commorari poterant; quo expleto, ſi ibidem incorporari deliberaſſent, & incorporati fuiſſent, tanquàm ſi ibidem habitum, & profeſſionem accepiſſent reputabantur; nec ad Obſervantes iterum poterant reverti, niſi expreſſa de licentia, qualem Reformatis omnibus diximus eſſe neceſſariam. De Novitiis autem in Capitulo, ſeu Congregatione Capitulari ad habitum receptis decretum legimus à Paulo V. in præfata ſua conſtitutione, ut interrogari deberent, an Obſervantibus, vel Reformatis nomen dare præeligerent, cum plena ad utroſlibet convolandi libertate. Quamvis autem Gregorius XV. in bulla *Onerosa &c.* quam & ſuprà deſcripſimus, pro Obſervantibus in Reformatione incorporandis integrum novitiatum exegerit: Reformatos autem poſt annum ab intimata capitulari proteſtatione, (prout in ipſo Brevi pleniùs continetur) ad Obſervantiam tranſmigrare vetuerit; his omnibus tanquàm rigore plenis prorſùs antiquatis; per allegata Vrbani decreta ſancitum eſt anno 1625. ut circa tranſitum hujuſmodi ab Obſervantia ad Reformatos, & è contra Clementis VIII. & Pauli V. jam recitata debeant obſervari: quòd deinde ſæpiùs ab eodem Vrbano innovatum fuiſſe legimus. Hoc addito per S. Congregationis decretum die 13. Aprilis 1625. per Fagnanum Secr. Superioribus Ordinis intimatum, ut pro Obſervantibus poſt annum deliberationis inter Reformatos incorporandis, per horum Cuſtodem, aut alium ab ipſo delegatum vota ſecreta à Fratribus illius Conventus eſſent perquirenda. Verùm Cardinalis Barberini Nepotis ſui, Ordiniſque Protectoris, ut authoritatem augeret, in bulla, *Quas quotidie &c.* jam ſuperiùs in libro tertio deſcripta, ſpecialiter indulſit, ut Reformatos ad Obſervantiam, cognitâ cauſâ licentiare valeat; ut ſequitur.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſ-m. Reg. Nicol. de Peruſio. fol. 41.

228. [Quia verò Fratrum, vel in Reformatione Profeſſorum, vel eorum, qui Ex lib. S. Frant. de

Urbc,Bull. & decret. fol. 47.

à Familia venientes anno jam deliberationis completo inter Reformatos hujuſmodi incorporati ſunt, trãſitus ab eiſdem Fratribus Reformatis ad ejuſdem Ordinis Fratres de Familia ſolet alioquin eſſe Reformationibus ſatis utilis, ſi matura cum deliberatione fiat; tibi pariter, ut etiam extra Capitula, vel Cõgregationes, & aliàs ſemper, & quãdocumque earumdem Reformat. cõſervationi, & quieti in Domino expedire judicaveris, aliquos ex ipſis, ut præfertur, Reformatis ad eoſdẽ Fratres de Familia authoritate noſtra transferre, nec non eiſdem, ut præfertur, Reformatis ſe ad illos de Familia transferre volentibus, opportunam tranſeundi licentiam eadem authoritate impartiri.]

229 Denique à S. Congregatione Fratrum Min. de Obſervantia S. Franciſci Cis montanæ familiæ conſultationibus ab Vrbano Pontifice præpoſita ad dirimendas lites, & ambiguitates, pacemque cum Reformatis conſervãdam publicata fuerunt in Congregatione generali ad Aramcœli anno 1628. decreta ſequentia.

Ex Reg. N col. de Peruſio fol. 78. Cur. Ciſm. Arch. Ara cœl.

In primis ſtatutum eſt, ut Fratres de Familia liberè ad Reformationem tranſire valeant in quocumque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregationem, cum hoc tamen, ut è Conventu, in quo de familia manent, recedere nequeant, niſi priùs habita obedientia à Cuſtode, vel alio Superiore Reformatorum, qui eam nullatenus denegare poſſit; & in caſu, quo eam denegaverit, fiat recurſus ad Superiorem Generalem, qui teneatur Fratres pro hac re ad ipſum recurrentes ad Reformationem recipere, necnon & Superiores dictam licentiam negantes punire pœnâ ſibi arbitrariâ, niſi ſibi conſtiterit, reformari volentes id facere, ut judicium, vel pœnas ſibi injunctas ſubterfugiant, aut eſſe omninò ad Reformationem inhabiles.

Secundò: Vt qui ad Reformationem tranſierit, annum unum à die ſuæ receptionis computandum, & ad deliberandum habeat, an in illo ſtatu velit remanere, quo anno expleto Superior Reformatorum, Cuſtos videlicet, vel Provincialis ad Conventum, in quo dictus Fr. de familia commoratur, ſe transferat, ibique ſimplicem informationẽ à Guardiano, vel alio Superiore locali, à Diſcretis, Conventus, vel ab aliquo Patre principaliori, vel antiquiori, qui ibi reperiatur, fideliter capiat de vita, & moribus ſupradicti Fratris, & ſi cognoverit, eum benè vixiſſe, ac ſtatui, & profeſſioni Reformatorum ſe conformaſſe, ipſum ad Reformationem incorporatum declaret, & hujuſmodi incorporationem in libro Cuſtodiæ diligenter notet.

Quòd ſi id per ſe ipſum perſonaliter facere nequeat, alium ſubſtituat, qui id exequatur, dummodo non ſit de familia illius Conventus, in quo Fr. in Reformatione incoporandus reperitur.

Quo autem ad faciendam aſſignationem aliquorum Conventuum Obſervantium de Familia Fratribus Reformatis, in ſingulis caſibus recurratur ad Sac. Congregationem, quæ habita ratione numeri Fratrum ad Reformationem tranſeuntium, & omnibus accuratè perpenſis, deliberabit prout in Domino expedire videbitur.

Tertiò: Determinatum eſt, ut de cætero Novitij inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregationes capitulares, non obſtante decreto Clem. VIII. hac de re edito, aliàs receptiones, & profeſſiones inde ſecutæ, nullæ ſint, & invalidæ.

Quartò: determinatum eſt, ut Miniſter Provincialis eligi poſſit ex Familia, vel ex Reformatione juxta antiquam conſuetudinem Religionis, & juxta Cõſtitutiones ſanc. mem. Clem. VIII. & Pauli V. & quando Miniſter Provincialis eligetur ex Fratribus Reformatis, tunc ad tollendas diſcordias, & lites Cuſtos Reformationis non eligatur, ſed ipſemet Miniſter ipſam Reformationem regat, & moderetur. Cæterùm ut neceſſitatibus dictæ Reformationis opportuniùs provideatur, dictus P. Miniſter ſtatim ac fuerit electus teneatur unum ex iis, qui aliàs Cuſtodes fuerunt, vel ex Diſcretis Cuſtodialibus actualibus Commiſſarium inſtituere, cui ſuam authoritatem tribuat ad dictam Reformationem viſitandam, quandocumque ipſe per ſe id facere non potuerit, nec non & capiendas informationes in caſibus occurrentibus, quibus captis teneatur de omnibus certiorem facere dictum Provincialem, ut ipſe, quod opportunum ſibi videbitur, determinare, ac ordinare valeat. In caſu autem, quo

dictus

dictus Commiſſarius non rectè functus fuerit officio ſuo, tunc Provincialis per ſe ſolum poſſit ipſum ab officio removere, & alium, ut ſupra, de novo inſtituere.

Inſuper determinatum eſt, ut quandocumque Miniſter Provincialis fuerit Reformatus, tunc Cuſtos mittendus ad Comitia generalia eligatur ex Patribus de Familia, & vice verſa quando Provincialis fuerit ex Fratribus de Familia, tunc Cuſtos ſupradictus ſit Reformatus, ut utraque pars unum Vocalem habeat in dictis Comitiis generalibus.

Vlteriùs determinatum eſt, ut nominetur à Generali Procurator in Curia P. Reformatorum. Romæ die 24. Iunij. 1628. F. A. Card. S. Onupharij.

*Locus † ſigilli. P. Fagnanus Secretarius.*

LEcta, & publicata fuere præfata Decreta die 15 Iunij 1628. in Congregatione generali Fratrum Min. de Obſervantia in præſentia Illuſtr. & Reverendiſſ. Cardinalis Gipſij Præſidentis ejuſdem Congregationis.

Bull. noviſſ. t. 5. Vrb. VIII. bull. 262. fol. 112. & bull. 512. fol. 145.

130. Vrbanus VIII. dato Brevi. *Injuncti nobis, &c. die Maij* 1639. §. 16. ordinat, ut Reformati poſſint ex cauſis in conſtitutione Pauli V. expreſſis ad Obſervantes tranſire, à quibus vel rejici, vel impediri non poſſint. Dehinc expedito alio brevi. *Religioſos viros &c. die* 10. *Novemb.* 1642. §. 3. ordinat, ut Obſervantibus ad Reformam tranſitus non niſi in Capitulis, & Congregationibus, & de utriuſque Provincialis aſſenſu, vel de Generalis licentia concedatur. Pro Reformatis autem ad Obſervantiam dimittendis, Conſtitutiones Clem. VIII. & Pauli V. atque ſui ipſius hac de re aliàs emanatas obſervari debere; unde iſtos ab Obſervantibus repelli non poſſe confirmat. Hoc unum ut revocari obtineret, P. Evangeliſta de Crema Commiſſarius Generalis Coriæ oblato ad Clem. IX. ſupplici libello expoſuit, quòd contra Ordinis ſtatuta per Romanos Pontifices confimata ſub prætextu cujuſdam Brevis Apoſtolici Vrbani VIII. (de quo hîc immediatè diximus) vellent Reformati ad Obſervantes ſine horum Provincialis aſſenſu, immò, & ipſo invito tranſmigrare, ſupplicans ideo, ut pro pace inter utroſque tuenda, atque regulari diſciplina, de opportuno remedio providere dignaretur. Libello autem ad S. Congreg. à Pontifice, & per Congreg. Cardinali Barberino Protectori remiſſo, reſpondit Barberinus, ut pro interim, donec mens Sãctiſſimi ſuper hoc meliùs intelligatur, nec Obſervantes ad Reformam, nec Reformati ad Obſervantiam ſine utriuſque Provincialis aſſenſu valeant pertranſire; expedito decreto die 6. Octobris 1668. quod Decretum inaudita parte procuratum, nec Reformatis intimatum ſine ulteriori declaratione adhuc perſeverat; utrum in obſervationis vigore, hucuſque non reperi.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. in Reg. Evág. de Crema.

## CAPVT V.

*Introductio Strictioris Obſervantiæ in Gallias.*

231. PAtrum Diſcalceatorum ſeparatam utcumque Reformationem in Hiſpaniis ſicuti tolerabat Obſervantia Regularis, ſic Recollectorum ſibi cum omnimoda obedientia ſubjectam exemplaritatem tanquam inſignem ſuimet decorem, atque ſtabile fulcimentum dilexit ſemper, nec non pro viribus promovere curavit. Proculdubio etiam in Italia Reformatos dilectura fore credenda eſt, ſi ad modum Recollectionis, Hiſpanicæ permanſuri fuiſſe, crediti eſſent à principio. Quamvis autem Piſotti Generalis, Hilarionis Sachetti, aliorumque paucorum, (quòd majorem diviſionem inde ſecuturam jam tum fortè pertimeſcerent) oppoſitiones continuæ cauſam dederint, ut Clemētis VIII. Apoſtolico diplomate ſub propriis Cuſtodibus, atque majori demum ſeparatione in poſterùm ab Obſervantiæ Regularis Miniſtris Provincialibus abalienarentur; indubium eſt, eos potiſſimùm ex cauſa diviſionis validas Obſervantium oppoſitiones toleraſſe: difficultas eâdem de cauſa hujuſce Reformationis progreſſum in Gallijs, & per Germaniam utramque retardaſſe non dubitatur.

232 Inter frementes bellorum tumultus, ſi legum ſilet authoritas, ab armis hæreticorum furore pertractatis, totale ſui excidium omnis Religio neceſſe eſt pertimeſcat. Itaque in Galliis miſerabili ſexto decimo noſtræ ſalutis ſæculo regularis diſ-

ciplina generaliter labefactata non comparere non potuit, dum Calviniſtæ Gebennenſes cum Germanico Luther ano uniti per Galliam univerſam non mediocriter prævalentes, ac debacchantes Eccleſiarum,& Eccleſiaſticorum, Regularium præſertim excidium finale publica credulitate prætenderent; quod noſter B. Thomas Illiricus, tum doctrinâ, tum efficaciâ prædicationis, & vitæ ſanctitate celeberrimus,& in Carnolenſi B. M. V. Conventu apud Mentonem in Reformata S. Thomæ Provincia jam ſepultus, quinquaginta ante annis Burdigalæ pro ſuggeſtu ſæpiſſimè prædixerat. Franciſcana verò Religio inter cæteras hæreticorum erroribus inflexibili ſemper conſtantia ſeſe opponens,eorum etiam avernicis furoribus ſingulariter expoſita, coacta fuit domos ſuas, templaque præcipua flammis conſumpta deplorare: Tolerabile malum, niſi & filios ſuos tum doctrinâ, tum zelo, tum pietate inſigniores ſub hæreticali rabie duriſſima inter tormenta,& inaudita mortis genera magno numero de hæreſi quidem glorioſè triumphantes, ſed ſibi immaturè ablatos aſpexiſſet.

Vvad. tom. 8. 1520.n.9.

233. In aliis minoris momenti viris, qui ramanſerunt, continua fuga extra clauſtra, ut mortem fugerent, & coacta divagatio doctrinæ defectus, excuſſum obedientiæ jugum, laxataque inde diſciplina, mirandum non eſt, ſi nimiam vitæ libertatem, Religioniſque contemptum alicubi cauſaverint; dum integro 37. annorum curriculo videlicet 1540. ad 1577. ut notat Rapinæus, plerique huc, & illuc extra Conventum, & Superiorum obedientiam à morte fugientes, non habebant, qui tantis malis opportunè poſſet occurrere; donec per Henricum III. Regem inducta qualicumque pace, potuit aliqualiter tractari de remedio, unde Franciſcana Religio (de cæteris taceo) in Galliis, ſi unquam alibi, competebat eſt indigere Reformatione.

Rapinæus de orig. Rec decade 10.

234. Ergo ſtatim à pace, de reformando in Galliis Ordine Minorũ (quod Chriſtianiſſimi Reges propter ſingulariſſimam Regni utilitatem omnibus votis ſemper ſe deſideraſſe monſtrarunt) actum fuiſſe legimus in Capitulis Generalibus. Reformationem verò hujuſmodi non ſubitò ad Italicæ, ſed ad Hiſpanicæ potiùs Recollectionis methodum, nec ſine fundamento apud Chronologiam Seraphicam intentatam fuiſſe intelligo. Hujus Reformationis introductionem in Gallias ad annum 1577. aſſignat Gualterius è Societate Ieſu in ſua Chronologia; quod plurimis, gravibusque indiciis confirmare nititur Rapinæus noſter, præſertim ex quadam Gonzagæ tunc Miniſtri Generalis Epiſtola ſub dat. die 17. Auguſti 1583. in qua Fr. Martinum Boeræum magni nominis Theologum, perfectioriſque vitæ zelo valdè conſpicuum, & in Conventu S. Franciſci de Clovys ſuper Recollectos Guardianum, Commiſſarium ſuum Viſitatorem, atque Reformatorem in Provincia Turoniæ Pictavienſis inſtituit. Evidentiùs autem P. Iuo Magiſtri ſuis in litteris ad Boeræum præfatum, ut ſupra, Gaurdianum, ad Franciſcum Innes S. Theologiæ Lectorem,& ad Mathurinum Chayllon Novitiorum Magiſtrum (quæ per extenſum habentur in manipulo Fratrum Minorum p. 2. c. 30.) poſt efficaces religioſiſſimi zeli expreſſiones, hæc habet. *Si in Congregatione Generali Balmetana, & deinde in Capitulo Generali Pariſienſi* (celebratum fuit anno 1579.) *nobis Recollectis, ſeu Reformatis confeſtim conceſſiſſent petitionem noſtram, quantùm ad Recollectionem &c.* ex quibus omnibus liquet, non dubiè lõgè ante annũ 1579. aliqua Reformationis indicia in Galliis illuxiſſe, ſed utrùm ſtabili fũdamẽto hæc Turoniæ Reformatio perſeveraverit, hucuſq; non apparet.

Gualter. in Chronol.

Rap. loc. cit.

Manipul. Fr. Min. pagin. 335.

235. Galli (ut de certis agamus) qui unanimi cõſenſu Gallicanæ ſuæ Recollectionis exordiũ, ſtabilitatẽ, atque progreſſus ab antiquioris Aquitaniæ Provincia recognoſcũt, Anteſignatos ſuos, & promotores præcipuos B. Franciſcum Doziechi præ cæteris, P. Petrum Chamboretum, P. Bernardum Virolam, & P. Stephanum Imberti ex eadem Aquitaniæ Provincia concorditer aſſignant. Hiſce laborum conſocios, atque coadjutores fideliſſimos B. P. Robertum Prævoſti, & B. P. Franciſcum Simonis ex Provincia Franciæ Pariſienis adjungunt viros omnes, & ſingulos totius perfectionis, zeli, atque prudentiæ. De Doziecho ad diem 29. Iulij; de Roberto Prævoſti ad 30. Octobris, de Franciſco Simonis ad 14. octobris agit ad longum Arturus in Martyrologio Franciſcano, poſt Carol. Rapin. decad. 10. & 4. par. Chron. in Addit.

Artur. in Martyr. Franc. ad diem. 29 Iulij §. 15.

Rap. ubi ſup.

Addit. & alios, qui de ſingulorum virtutibus, & pia morte ſcripſerunt.

236. Doziechus igitur in antiquioris Aquitaniæ Provincia natus, ſacro Minorũ habitu inter Obſervantes, ac demum ſolemni profeſſione donatus, poſt omnia ſacrorum ſtudiorum curricula glorioſè completa, omnibus etiam in ſua Provincia muniis cum laude perfunctus, arctioris vitæ deſiderio ſuccenſus (fuerat enim ſemper Seraphicæ Regulæ zelantiſſimus aſſertor) Gonzagam Miniſtrum Generalem tunc in Galliis hærentem, pro introducenda, vel ſtabilienda Reformatione ſupplicavit. Perbenignè à pio Generali ſuſceptus, anno 1583. de conſenſu P...... à Rocha tunc Miniſtri Provincialis (vir erat zelo, & prudentiâ conſpicuus, Domin.... de Ioyouſa, antequam Capuccinorum habitum aſſumeret, à ſacris confeſſionibus) Conventum Rapiſtanenſem impetravit. Ibi cum plurimis ad arctiorem vitam anhelantibus ad omnimodos paupertatis apices in ſumma vitæ aſperitate, ac pœnitentiæ rigore ſanctiſſimè convivens ſtabile fundamẽtum ſãctæ Recollectionis appoſuit. Cùm verò non omnibus vacaret per corporis vires hujuſmodi vivere in auſteritatib⁹, eo vel maximè, quòd à non Reformatis ad eos ex cauſa itineris ſæpè divertentibus hortarentur ad regreſſũ, omnes ante completum annum inde receſſerunt, ſolis Petro Chamboreto, Bernardo Virola, & Stephano Imberti præfatis cum Doziecho remanentibus. Hæc prudenter conſiderans Doziechus, ut multis aliis ſuæ profeſſionis zelatoribus quotidie adventantibus ad votum ſatisfaceret, in Capitulo Provinciali immediatè celebrato rogavit, ut Conventus aliqui Recollectioni opportuniores à ſæcularium tumultu, aliorumque Fratrum commercio ſemoti ſibi concederentur; & à Patre Colongio Patris de Rocha in Provincialatu Succeſſore domos Tutelanam, & Muratenſem obtinuit; in quibus ad gubernanda novæ Reformationis ſemina, juxta bullam Clem. VII. anno 1532. hac de re editam, petentibus ſuis conſodalibus Doziechus ipſe fuit à Miniſtro Provinciali conſtitutus. Dùm verò hujuſmodi Cuſtodiatus officium cum maximo ſanctæ Recollectionis augmento ſanctiſſimè adminiſtraret, nec tamẽ ab Apoſtolico prædicandi verbum Dei munere cum grandi fœnore, atque Sæcularium ad novam Reformationem applauſu ceſſaret, anno 1593. Valliſoletum ad Generalia Ordinis Comitia ex Cuſtodis officio profectus, ut ibi de amplianda Recollectione tractaret, in Galliam poſt Capitulum rediens, ætate, laboribuſque confectus, in Domino fœliciter obdormivit maximo ſuorum mœrore, quem Deus ſignis admirandis illuſtravit, ut poſt alios notat Arturus. Doziecho ſucceſſit in gubernio F. Chamboretus antedictus, cujus induſtria plurimi Conventus etiam noviter erecti fuerunt Recollectis adaucti, famâ interim Recollectionis hujuſmodi per Gallias cum aliarum Provinciarum emolumento diffuſâ.

237. Interea temporis Robertus Prçvoſti in Neuſtria (Normandiam vocant) natus, Franciæ Pariſienſis in Provincia ad ſolemnia Regularis Obſervantiæ vota receptus, dum Theologicis ſtudiis Pariſiis operam daret, ad arctiorem vitam anhelans cum Franciſco Simonis ejuſdem Provinciæ inito conſilio à Superioribus impetraverat, ut in Italiam cum Reformatis victuri ambo poſſent tranſmigrare. In Romana Cuſtodia recepti dum chariſmata ſemper æmulando meliora ad apicem perfectionis adſpirant; Franciſcus ex aëris Italici contrarietate compulſus ad Recollectos Hiſpanicos in Provinciam Conceptionis cum Superiorum facultate tranſivit, ubi per integrum triennium ſanctiſſimè inſtructus, & in Galliam remeare juſſus, in Aquitania majori inter Obſervantes permanſit, donec per Franciſcum Doziechi præfatum introducta Reformatione, ſeſe Franciſco adjungens in Muratenſi Alverniæ Conventu Recollectionis Regulas, & inſtituta mira fœlicitate promovit, donec anno 1589. in Quadrageſima inter Apoſtolicos labores ſanctiſſimè vitam mortalem abſolvit: Prævoſti verò diutiùs in Italica Reformatione, atque dehinc in Terra Sancta per quadriennium commoratus, & demum in Italiam ad ſuos regreſſus exemplari vita, ſanctiſque moribus non mediocriter effulſit. Cumque interim nonnulli Gallorũ ſuæ profeſſionis zelantiſſimi Reformationem Frãciæ, in Franciæque Pariſienſis Provincias introducere cupientes, ampliſſimum ad hoc à Clemente VIII. Pontifice facultatem circa annum 1593. impetraſſent

Artur. ad 30. Octob. §. 4.

Ibid. ad 14. Octob. §. 4.

petraſſent, Apoſtolicas litteras Franciſco Prevoſti tanquam ſuo Anteſignano tradiderunt, ut Reformationis initia promovere, atque erudire dignaretur. Ille in Hiſpaniam primò ſolvens voluit cum Miniſtro Generali omnia concordare, unde in Gallias regreſſus, in utraque de præfatis jam Provincijs per labores, ærumnas, & perſecutiones plurimas ſemper in Domino confidens, nullum non movit lapidem, ut ſanctum propoſitum adimpleret; poſuitque in nonnullis ſancti ſui Zeli ſemina, quæ dato tempore maximâ in meſſem exereverunt. Interim verò prævalente opponentium multitudine, ad ſpiritus quietem ſeceſſit ad Aquitaniæ Recollectos, quibus cum admirabili perfectionis exemplo ad mortem uſque perſeverans, & ad promovenda ſtrictioris vitæ inſtituta inceſſanter adlaborans, meruit ut Sanctus in morte venerari.

238. In Aquitania ergò primo Recollectionis Gallicanæ fundamento, Heroum iſtorum piſſimi diſcipuli in vitæ ſanctitate perſeverantes, Conventuum, ut dictum eſt, aſſignatorum veſtigia, quæ vix ſola ab Hæreticorum furore remanſerant, invictâ patientiâ reſtaurantes, atque ad Seraphici Patriarchæ mentem virum integerrimum omni ex parte componentes, quamvis à principio propter aliqualem habitus ſtrictioris novitatem, vitæque ſolitariæ aſperitatem populis eſſent inviſi; re tamen citò meliùs conſiderata, ab exemplari vitæ ſanctimonia, & in ſpiritualibus aſſidua ſervitute ſingulari affectu venerari cœperunt; unde ſeparatis ad paupertatis apicem Cœnobiis magnâ ubique famâ celebres, concurrentibus ad ipſos tum de ſæculo, tum de Regulari Obſervantia plurimis, Conventus per Galliam magno numero multiplicarunt.

Rapin. Ibid. 239. In Italiâ etiam ad aures Clem. VIII. Pontificis delatus eſt Aquitanicæ Reformationis bonus odor, qui idcircò veriſſimus Zelantium Fratrum Pater, Bonaventuræ de Calatagirone Miniſtro Generali graviter injunxit, ut per univerſas Galliarum, & Belgij Provincias Reformationem hujuſmodi induceret, atque firmaret.

Chronol. Seraph. 240. Notandum tamen, quòd cum eouſque Coletanæ Reformationis etiam poſt factam in Regulari Obſervantia incorporationem, nomen ex integro vigeret, Provinciæ itidem majores, ſeu confœderatæ, nempè Franciæ, Turoniæ, Burgundiæ, ſeu S. Bonaventuræ, & Aquitaniæ, dum poſt Bullam *Vnionis* Miniſtro Generali nomen dederunt, per Lugdunenſis Capituli decretum, ut à cæteris Obſervatibus nomine deſtinguerentur, Provinciæ Reformatæ titulum accepiſſent; Novæ hujus Reformationis aſſertores, ne cum illis in nomine ad confuſionem convenirent, non Reformati, ſed Recollecti nuncupari voluerunt; ut notavit Spondanus, unde in titulo cum Recollectis Hiſpanicis, in re verò ſub propriis Miniſtris Provincialibus conſtituti cum Italiæ Reformatis, & cum Hiſpaniarum Diſcalceatis effectivè cōveniunt, & unum in ſimul Corpus conſtituere prætendunt; ut apud Rapinęum, Arturum, aliosque Gallos, locis in hujus libri principio alegatis fuſiùs eſt videre, quod ego hîc diſputare non debeo, cum in principio hujus libri dixerim ad ſufficientiam. Spondan. loc. cit.

241. Igitur Bonaventura Generalis à Pōtifice in Galliam, & in Belgium amandatus pro pace Catholicum inter, & Chriſtianiſſimum Reges procuranda, ſimul & Reformationem ex hac occaſione in illis partibus ſtabilire juſſus, Pontifici humiliter expoſuit, negotium hoc juxta Clementis VII. Conſtitutionem longè faciliori, & fœliciori firmitate fore promovendum, quàm juxta ampliorem Gregorij XIII. Bullam, quę majores Miniſtrorum Provincialium oppoſitiones exciperet. Annuente dictis Pontifice Generalis pro adimplenda illius piſſima intentione, ſuæque conſcientiæ ut ſatisfaceret, integro conatu adlaborans, ab anno 1596. in provincia primum Franciæ Pariſienſis Conventum Nivernenſem pro Recollectione ſtabilienda conſtituit; Conventus iſte à Ioanne Triſtano Comite Nivernenſi S. Ludovici Regis filio olim erectus, ab Anglis deſtructus, exinde intra Vrbem reſtitutus ad Turoniæ Provinciam attinebat circa annum Domini 1590. ita tamen, ut vix domus Religioſa extraneis appareret. Anno ideo 1592. volente Duce Nivernenſi Gonzaga, & operante Vrbis Epiſcopo traditus fuit Reformatis ex Italia evocatis. Cum verò Italicorum

Rapin. Ibid. Rapinæ. Decad. 12. Rapinæ. Ibid. Archiv. Aracœl. Cur. Ciſm. Regeſt. 2. fol. 180.

licorum mores Gallicæ Nationi non arriderent, Italis à Bonaventura Gen. Miniſtro in patriam remiſſis, Conventum ipſum Obſervantibus Provinciæ Franciæ Pariſienſis voluit conſignari: Vbi tandem ſanctæ Recollectionis fundamenta ſtabilivit; quæ in ſummo vitæ rigore ſanctiſſimè proficiens, licèt ab æmulis non leviter oppugnata, in ampliſſimas, & devotiſſimas propagines citiùs excrevit.

242. Nec tardiùs in Provincia Turoniæ Pictavienſis ab eodem Generali de Calatagyrone introductum, & obfirmatum fuiſſe legimus hujuſce ſanctæ Recollectionis inſtitutum. Aſſignavit ille hujus arctioris vitæ zelotibus devotum de Balmetta nuncupatum Cœnobium extra Vrbem Angeriæ poſitum, approbante poſtea Capitulo Provinciali Miniſtri Generalis aſſignationem, & confirmante P. Benedicto Capituli Præſide. Cum autem Pater Iacobus Garnerius Chapovinus nuncupatus (vir, qui velut in ſacris Concionibus parem non habere videbatur; ita in Regulæ, quam profeſſus erat, zelanda puritate paucis palmam concedebat) deputatus in loco primus Guardianus, materialem Cœnobij reformationem non omittens, juxta Clementis VII. Conſtitutionem prætioſa, & ſuperflua per Syndicũ Apoſtolicum, ad reparanda neceſſaria voluerit alienaris accurrens P. Benedictus antedictus Recollectos exinde ejicere tentavit. Quod reſiſtente ſibi, Recollectoſq; defendente Vrbis Epiſcopo unà cum Magiſtratu cum evincere non potuiſſet, graves contra Recollectionem tumultus pro viribus excitare non ceſſavit. Deo tamen cauſam ſuam protegente, turbatio illa in nihilum evanuit: Recollectis in Balmettano Conventu ſancta cum exemplaritate permanentibus, & per Provinciam grandi cum pietatis fama ſeſe diffundentibus.

243. Nec difformiter in Provincia Frãciæ, ut vocãt (quæ eſt Patrum Chordigerorum, cum Provincia Franciæ Pariſienſis *ſic dicitur*, ad Obſervantes pertinuerit ab initio) fuit eodem tempore, ab eodem Generali Miniſtro compoſita ſancta Recollectio pro integra Fratrum ſpiritualium conſolatione. Verdunẽſem primò in Lotharingia, deinde Metenſem Conventus legimus à piiſſimi Generalis zelo ad hunc finem methodo non diſſimili conſtitutos; Vnde itidem à populis poſt aliqualem novitatis apprę henſionem, poſt patienter toleratos ab æmulis nec leves, nec paucos inſultus (ita ut etiam veluti malæ notæ, Regulæque tranſgreſſores, & inobedientes Religioſi traducerentur apud ſæculares) ex ſola patientiæ laude, vitæque poſtmodum ſancta exemplaritate triumphantes ſeſe undequaque dilatare potuerunt.

244. In Provincias S. Bonavẽturæ, & S. Ludovici paulò tardiùs novimus invectum fuiſſe ſanctæ Recollectionis inſtitutum. Etſi Bonaventura Gen. antedictus, & obligationi ſuæ, & ſanctæ Clemẽtis Pontificis intentioni ſatisfacturus, ipſum per univerſas Galliæ Provincias extendere percuperet. Cùm itaque ex univerſo Galliæ Regno Seraphicę ſuæ profeſſionis zelotes auditis introductę jam in Aquitaniam præſertim, & in alia loca prædicta ſanctę Recollectionis progreſſibus, eo ſe contuliſſent, ubi in puritate Regulę quietiùs convivere ſibi liceret; adveniens in Gallias P. Nathanael *le Sage* nuncupatus ex Francię Provincia Commiſſarius Apoſtolicus, & Viſitator Generalis à Clemente VIII. deputatus ad introducendam, & obfirmandam in univerſa Gallia ſanctam Recollectionem, anno 1602. regnum ingreſſus, Avenionem primò ſe contulit, ubi & Apoſtolici Legati, & Epiſcopi, aliorumque Optimatum de Vrbe, juxta litterarum Apoſtolicarum tenorem favore ſuffultus, & adverſantium conatus eluſit, & Conventus ex communi concordia ſibi deſignatos iis conſignavit, qui nomen ſpontè dederant vitę Recollectę. Siquidem ex Apoſtolici præfati Commiſſarij edicto juſſi ſunt omnes, & ſinguli, qui ad alienas Recolleſtiones confugerant, in patriam redire, ubi Recollectionem ſuſtinere deberent.

245. Eodem modo ſubinde ad Provinciam S. Bonaventuræ digreſſus, multiſque, qui convenerant ex variis Cuſtodiis, zelotibus aſſociatus, poſt varias difficultates hinc inde provenientes, Condriaci primùm in Diœceſi Viennenſis deinde apud Gratianopolim Conventus mira fœlicitate fundavit; quos demum P. Mathurinus antedictus Patris Nathanaelis in Apoſtolico Commiſſariatu ſucceſſor mirè multiplicavit, & Cuſtodiam

Cuſtodiam ſub titulo ſancti Franciſci Recollectorum erexit.

246. Hoc itaque modo per Galliam univerſam ante completum annum ſalutis 1602. introducta reparatæ vitæ Franciſcanæ Strictior Obſervantia plurimas in Cuſtodias velociùs excrevit; Cœnobia multiplicavit, ſingulariſque pietatis famâ reſplenduit, atque, ne à ſuo vitæ rigore traduceretur ullo modo, non modo ſub propriis reſpectivè Cuſtodibus, ſed & ſub uno Commiſſario Generali, qui Recollectioni univerſæ præſideret, gubernari promeruit. In pacis amænitate proſperata eſt, donec anno 1612. in Aracœlitano Gen. Capitulo univerſæ illæ Cuſtodiæ in duas Provincias, & unam Cuſtodiam fuerunt reductæ, ex quo ex cauſis infra dicendis cœperunt variis agitari contentionibus, ut ſuo loco dicetur.

247. Bonaventura de Calatagyrone illis, quas, ut diximus, erexerat in Gallia, & in Belgio Recollectionibus, ut in pace ſub Provincialium Miniſtrorum Obedientia conviverent, leges eis præſcripſerat, & typis evulgari præceperat, illas eaſdem, quas olim à Quiñonio Generali pro Hiſpanica Recollectione conſcriptas, Gonzaga itidem Miniſter Generalis in Toletana Congregatione anno 1583. reviſas publicaverat, quas in tomo tertio dabimus per extenſum; & in Chronologia Seraphica eſt videre.

148. Recollectionis autem ad Hiſpanicæ normam ritus, & leges haud potuerunt illis eſſe acceptæ, qui ſub methodo firmiori ſtatum ſuum ita ſolidare cupiebant, ut per Miniſtros Provinciarum non poſſet in nihilum adduci. Cum enim ob qualemcumque illam à cęteris ſeparationem, habituſque, ac vitæ auſterioris ſingularitatem fierent cæteris minùs grati, ceſſante præſertim litterarum Apoſtolicarum aſſiſtentiâ, ex continuis, graviſſimiſque inquietationibus, quas aliter evitare non poterant, coacti ſunt ad Sedem Apoſtolicam pro remdio opportuno recurrere. Aquitani omnium primi, qui, ut diximus, ab anno 1583. Recollectionem ſuam incœperant, & ad Clementis VII. Bullæ tenorem, ſub proprio Cuſtode in ſancta humilitate vivebant; poſtquam diuturnas à Provinciarum Miniſtris, graveſque inquietudines in pace tolleraſſent, remedium tamen aliter deſperantes, ad Clementis VIII. Apoſtolicum zelum confugere decreverunt. P. Mathurinus Marſaut à Patre Camboreto actuali tunc in Aquitania Cuſtode deſtinatus in Urbem, piiſſimo Pontifici Reformationis alias per ſe zelantiſſimi provolutus ad pedes, ſuorum Recollectorum miſerias exponens, impetravit, ut Gregoriana Conſtitutione, *Cum illius vicem*, & Clementis ipſius *Ex injuncti*. pro Reformatis Italiæ ab ipſo Clemente jam publicatis, frui per omnia liceret ſuis in Aquitania Recollectis. Hęc omnia ſantiſſ. Pontifex ultrò conceſſit datis anno 1599. ad Cardinalem de Ioyoſa Commiſſionalibus litteris Apoſtolicis *Cum dilecti &c.* quas ſtatim cum Cardinalis ejuſdem decreto favorabili dabimus per extenſum.

Tertio itaque vix anno in pleno ſuo vigore conſervatas eſſe conſtat Bonaventuræ Generalis hîc allegatas conſtitutiones, quarum virtute Recollecti ſub Miniſtrorum poteſtate conſtituti à continua fluctuatione liberari non poterant. Unde an. 1599. Recollectiones in Franciæ, atq; Francię Pariſien. & Turon. Provinciis, ut diximus, an. 1596. ab ipſo Generali cõſtitutæ ſupplicarunt & ipſæ apud Clementem Pontificem, ut præfatis ejuſdem Clementis, atque Gregorij XIII. litteris uti, fruique valerent, prout Italiæ Reformatis ab ipſo Clemente fuerat indultum; & piiſſimus Pontifex ipſas ſuas Italicæ Reformationi conceſſas litteras Apoſtolicas ad univerſæ Galliæ Recollectos litteraliter extendit, eiſdemque omnino legibus, atque privilegiis eos vivere voluit; quibus in Italia vivunt Reformati dato Brevi. *Pro injuncto &c.* ex quibus obiter apparet, quàm meritò prætendant Galliarum Recollecti, ſe ſe cum Diſcalceatis Hiſpaniarum, & Reformatis Italiæ, etſi ſub nomine diverſo ex cauſis ſupra recitatis, unum Strictioris Obſervantiæ Corpus efformare.

250. Litteras ipſas pro Reformatis Italiæ primò expeditas, dehinc ad Galliarum Recollectos extenſas, etiam ſub eodem omnino tenore paulò poſt Clemens ipſe Recollectis in Belgio communicavit, ut ad reformationis Italicæ methodum ſe ſe poſſent ordinare. Has omnes cum infra allegandis Clementis VIII. Pauli V. necnon Gregorij XV. litteris,

atque

atque Henrici magni Galliarum Regis, & Regij parlamenti privilegiis immediatè dabimus per extenſum.

251. Hujuſmodi ergo favoribus Apoſtolicis obfirmata exceſcebat mirum in modum per Galliam univerſam ſancta Reformatio tum Obſervantibus, tum ſæcularibus ad ipſam admirabili pietate concurrentibus, de quibus certioratus ex integro Pontifex datis aliis in forma Brevis litteris *Exponi nobis &c.* ſub die 15. Septembr. 1601. Recollectis indulſit, ut Conventus novos ubiq; (ſalvâ decentiâ) ſibi offerrentur à populis, aut à Magnatibus per Gallias recipere valerent: & alia multa conceſſit immediatè legenda.

252. Archiepiſcopis etiam, & Epiſcopis graviter injunxit, ut authoritate Apoſtolica ad hoc efficaciter incumberent, ut ad Fratrum proportionem ex Obſervantia ad Recollectionem tranſeuntium, novi Conventus ab Obſervantibus realiter, & effectivè Recollectis conſignari deberent. Iterumque dato Brevi, *Ordinis veſtri &c. die* 5. *Septembr.* 1602. pro Novitiis recipiendis ampliſſima privilegia cōceſſit. Vnde Deo ſuaviter omnia diſponente, *qui poſt tempeſtatem ſerenum facit*, oppoſitiones omnes in ſpirituale illorum augmentum profeciſſe comprobantur.

253. Nec tamen diuturna quies; etenim ab æmulis quibuſdam, ut populis exoſi redderentur, & inviſi, tanquam Minoritico cœtui noviter adnexi, nec veri S. Franciſci Filij eſſent, ſed Novatores, & Franciſcanæ Regulæ prævaricatores palam traducebantur, donec Miniſtris Provinciarum obedirent: quod idem Obſervantibus accidiſſe jam prænarravimus, dum à Conventualibus recederent: aliquorum fuit hæc calumnia non ſecundùm ſcientiam zelantium, qui plenitudinem poteſtatis Apoſtolicę ſuper Regulas omnes, legeſq; poſitivas non conſiderarent: eo vel maximè, quòd Sedes Apoſtolica, dum Obſervantes ſub Vicariis, aut Reformatos ſub Cuſtodibus aſſignavit, non in Regula diſpenſavit (ut ait Pontifex ipſe) ſed nomen Superioris ſolùm immutavit. Hinc tamen fiebat: ut Recollectis hac viâ à novorum Conventuum receptione impeditis, Religioſiſſimi Patres Capuccini pinguiora loca, & tranſmigrantes ad ſe Obſervantes zelo præſtantiores in dies exciperent, & occuparent; & Conventus pro Recollectis ab Obſervantibus tradi fieret neceſſe, unde hi duplici gravamine viros ſuos præſtantiores, & loca plurima deperderent. Indoluit tamen graviter ad hæc audita Pontifex, editoque rigoroſo diplomate, *Ex parte dilecti nobis &c. die* 7. *Septemb.* 1601. calumnias hujuſmodi acriter reprehendit, atque damnavit; graviſſimiſque ſub pœnis, & cenſuris eas aboleri præcepit; Commiſſarios itidem Apoſtolicos pro ampliori Recollectionis profectu per Galliam univerſam amandavit; eos iterum teſtificans, non Novatores eſſe, non novos Franciſcanos (quod pro Obſervantibus olim declaraverant Alex. VI. & Iulius II. ſuperiùs allegati) ſed ab ipſo Seraphico Patriarcha non interrupta ſucceſſione fundatos; qui Regulam Minorum puriſſimè ad litteræ rigorem obſervare comprobantur; nominis autem in Superiore mutationem ſine ullo præjudicio dignis de cauſis authoritate Apoſtolica inductam fuiſſe concludit: novaque privilegia pro ſæcularium ad habitum, & profeſſionem, & pro Obſervantium ad Recollectionem receptione formalis extra Congregationis tempus indulſit.

Rap. ibid. & in lib. Recoll. Gallicanæ.

254. Acceſſit tandem Regum, & Populorum applauſus ad hujuſce Recollectionis ampliationem unanimi voto concurrentium. Henricus IV Galliarum Rex ingenij omnium capaſſimi de Recollectorum ſtatu, ſincera converſatione, vita exemplari, atque de ſingulariſſimo ſuorum ab ipſis profectu jam in ſe ipſo plenè ſecurus, eorum non Protectorem, ſed amantiſſimum Patrem, tum privatim, tum publicè agere voluit; extructiſque plurimis ad eorum extenſionem Cœnobiis; datis etiam Regiis litteris authenticè expeditis ſummâ efficaciâ, & affectu plenis ſub die 18. Iulij 1601. ſub 26. Octobris 1602. ſub 28. Ianuarij 1603. atque ſub 27. Iunij 1606. omnibus ſuis ſubditis altè declaravit; ſe ſe litteras Apoſtolicas ad Recollectorum favorem recepiſſe, vidiſſe, & acceptaſſe, proinde integram, plenamque illarum executionem ſub graviſſimis pœnis indicens, moleſtiam cujuſvis generis à quocumque eis inferri ſub indignationis ſuę interminatione prohibuit: quin & illorum protectionem etiam armata manu contra

contra adverſarios quoſcumque ſive ſæculares, ſive Regulares omnibus, vel ſupremis; vel ſubalternis, vel infimis in toto ſuo Regno Officialibus altè commendavit. His etiam non contentus, ne ex privato loqui videretur affectu, Gallici Cleri univerſalem conſeſſum voluit Pariſiis congregatum, ut de Recollectorum ſtabili admiſſione, atque ampliatione, nec non de Conventibus per Obſervantes eiſdem aſſignandis majori authoritate tractaretur: Cujus Congreſſus unanimi conſenſu ad Recollectorum favorem conclamante, datis Rex graviſſimis litteris ad Burdegallenſe, ad Toloſanum, & ad reliqua Galliarum Parlamenta graviter indixit, ut piiſſimum opus ab univerſis ſuis Officialibus plena ſinceritate protegeretur, & vivido conatu promoveretur. Apoſtolica Decreta, bullas item, Regiaſque litteras pro Recollectionis hujuſmodi promotione, atque ſtabilitate, & progeſſu jam præcitatas, juvat hîc ex integro producere.

*Dilecto Filio noſtro Franciſco Tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali de Ioyoſa nuncupato.*

CLEMENS PAPA VIII. &c.

255. CUm dilecti Filij Cuſtos, Miniſter, & Fratres Provinciæ Aquitaniæ Ordinis S. Franciſci de Obſervantia cupiant reformationem, quæ apud Fratres Minores de Obſervantia nuncupatos Italiæ ex Conſtitutione noſtra introducta eſt, ſuſcipere, Nobiſque humiliter ſupplicari fecerint, ut hujuſmodi conſtitutionem, & reformationem ad eos extendere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur; Nos circumſpectioni tuæ per præſentes injungimus, ut cum in Franciam perveneris, diligentem informationem capias, an in dicta Provincia ſufficiens Fratrum numerus hujuſmodi verè deſiderio perfectioris vitæ teneantur, & reformari cupiant; & ſi in dicta Provincia domus, ſeu Conventus ad hujuſmodi reformationem apti juxta præfatam inſtitutionem noſtram exiſtant: & denique ſi res in eo ſtatu repereris (ſuper quo tuam conſcientiam oneramus) tunc apud præfatos Fratres, reformationem hujuſmodi juxta dictam Conſtitutionem (cujus tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, authoritate noſtra introducas, ac unum, ſeu duos Conventus, prout tibi melius videbitur pro Novitiatu in eadem Provincia conſtituas; ſuper quibus opportunam, & amplam tibi per præſentes tribuimus facultatem. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annullo Piſcatoris die 8. ſeptemb. anno Domini 1599. Pontif. noſtri anno 8.

## DECRETUM
### Eminentiſſimi Cardinalis.

*Franciſcus S. R. E. Cardinalis de Ioyoſa &c. Reverendo, ac Venerabilibus Viris, Cuſtodi, aliiſque Superioribus, & Fratribus Ordinis S. Franciſci Fratrum Minorum Reformatorum Provinciæ Aquitaniæ antiquioris &c.*

256. NOS mandatum Apoſtolicum reverenter exequi cupientes, habita diligenti informatione comperimus, in dicta Provincia ſufficientem Fratrum numerum ad reformationem in bulla expreſſum exiſtere, dictoſque Fratres verè deſiderio perfectioris vitæ moveri, & reformari cupere, imo ab annis jam quindecim & ultra eam reformationem eos ſuſcepiſſe, ac deinde religiosè obſervaſſe; nec non in dicta Provincia domos, ſeu Conventus quinque ad hujuſmodi reformationem aptos ab ipſis inhabitari: quapropter reformationem in eâdem bulla expreſſam apud prædictos Fratres introducimus &c. pleniorem ſuper his omnibus executionem, ſi opus fuerit, nobis reſervantes &c. Dat. Toloſæ 2. Iunij 1600.

CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

257. PRo injuncti Nobis Apoſtolici muneris ratione de ſtatu Religioſorum quorumcumque &c. *prout ſupra in ſimili bulla pro Reformatis Italiæ edita.* Nos igitur cognoſcentes, quòd pro fœlici ſtatu, & gubernio dictorum Fratrum Reformatorum expediret, præinſertas Gregorij prædeceſſoris litteras, & in eis contenta, exceptis infraſcriptis, quæ Nos confirmari, & à Fratribus prædictis obſervari, præinſertas Gregorij prædeceſſoris

prædeceſſoris litteris, quas ad Fratres Reformatos in Italia exiſtentes tantùm confirmavimus, & nonnulla adjecimus, prout in aliis noſtris in ſimili forma Brevis litteris etiam pleniùs cōtinetur. Cúmque dilecti Filij Fratres Reformati Provinciarum Turoſſiæ Pictavienſis, Franciæ, ac Franciæ Pariſienſis ejuſdem Ordinis cupiant, eaſdem litteras ad eos etiam extendi, Nos illorum piis votis favorabiliter annuere volentes, prædictarum noſtrarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi, ac ſingulos Fratres dicti Ordinis Reformatorum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorumdem FF. Ref. dictarum Provinciarum Regni Franciæ Nobis humiliter porrectis inclinati, præinſertas Gregorij prædeceſſoris litteras, ac omnia in eis contenta, ſalvis limitationibus infraſcriptis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, etiam quoad Fratres dicti Ordinis Reformatorum, in omnibus utique Provinciis Regni Franciæ tantùm, perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus, & pro majori præmiſſorum firmitate prioribus litteris noſtris prædictis, quatenus in aliquo obſtent, ſpecialiter, & expreſſè derogamus. Cæterùm quoad caput circa receptionem Novitiorum per Cuſtodem faciendam, ſervetur etiam forma Conſtitutionis fœl. rec. Sixti Papæ V. prædeceſſoris etiam noſtri ſuper hoc editæ: quoad Monaſteria ipſis Reformatis concedenda, volumus, ut ſint apta ad duodecim ſaltem Fratres recipiendos, & retinendos. Circa reſervationem caſuum, ſervetur Decretum à Nobis ſuper hoc editum; quoad ſtatuta, & Ordinationes de cætero faciendas, ultra eas, quæ in prædictis Gregorij litteris diſponuntur; Volumus ut nullo modo Decretis per Nos in noſtra viſitatione Vrbis editis, neque aliorum Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus adverſentur: volumus, ut in ſingulis capitulis cuſtodialibus aliquot graves, & periti viri eligantur ex Fratribus cujuſcumque Cuſtodiæ ſaltem tres; qui unâ cum Cuſtode admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel audiendas Confeſſiones, etiam ipſorum Fratrum, ac lectores publicos ſimul examinent: Neque antea ad hujuſmodi miniſteria exercenda ab aliquo probentur, aut admittantur, horum etiam cura ſit examinare, & probare tam quoad doctrinam, quàm quoad mores promovendos ad quoſcumque Eccleſiaſticos Ordines; qua in re ſervetur decretum Congregationis Interpretum ſacri Concilij Tridentini nuper editum, & promulgatum: hi verò Examinatores in hujuſmodi officio confirmari nequaquam poſſint; ſed in ſingulis Capitulis Cuſtodialibus alij ſemper dé novo ad hoc munus obeundum eligantur. Si quando autem prædictos Reformatos accedere contigerit ad loca, ubi proprias habent domos, ſeu Conventus, volumus, & præcipimus, ut ad Conventus, & domos illorum de Familia, quæ in eiſdem locis erunt, divertere, aut hoſpitari nullo modo poſſint. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, & per prædictos Fratres Reformatos perpetuò obſervari debere; præſentes quoque litteras nullo tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis Contrariis diſpoſitionibus comprehendi; ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & fore: & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutos, repoſitos, & pleniariè reintegratos cenſeri, ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis; & eorum cuilibet; quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere; Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auhoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Quocirca Venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, &

Turonenſi Archiepiſcopis, & Epiſcopo Pariſienſi, ac dilecto Filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ Nuntio, necnon univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta earum continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper per Miniſtrum Generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, & præmiſſis non parẽtes, per ſentẽtias, cenſuràs, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia omni appellatione poſtpoſita, compeſcendo: nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illas ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Vniverſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, etiam Mare magno, Bullâ Aureâ, vel aliis nuncupatis, ac quibuſcumque dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam Iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, tàm eidem, quàm aliis quibuſcumque Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, vel aliàs quomodolibet conceſſis, ac pluries confirmatis, & roboratis, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædeceſſor in ſuis litteris voluit non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererẽtur, pro plenè, & ſufficiẽter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque: Volumus autem, & authoritate Apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis præſentium litterarum etiam impreſſis, ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, & manu Notarij publici ſubſcriptis eadem fides tam in judicio, quàm extra illud ubilibet adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris die 26. Martij 1601. Pontif. noſtri anno 10.

CLEMENS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

258. EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Natanael le Sage, Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum profeſſor, quod in nonnullis Provinciis Regni Franciæ, aliquibus abhinc annis plures Fratres Minores de Obſervantia nuncupati, Reformationem ejuſdem Ordinis à Sede Apoſtolica approbatam acceptarunt, & in dies acceptant; & licèt aliquæ Domus Regulares ad uſum eorumdem jam deſtinatæ reperiantur, nihilominus tantus eſt illorum numerus, qui reformari cupiunt, ut alias Domos non tantùm in prædictis, ſed in aliis etiam dicti Regni Provinciis deſtinari neceſſe ſit; quare humiliter ſupplicari fecit dictus exponens (qui etiam in Regno Franciæ Fratrum dicti Ordinis Commiſſarius, ac Viſitator authoritate Apoſtolica deputatus reperitur) ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolia dignaremur Nos igitur Religioſos, ac alios Chriſti fideles ſub ſuavi Religionis Reformatæ hujuſmodi jugo Altiſſimo famulari volentes, in eorum propoſito confovere cupientes; ipſumque exponentem à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, ſeu pœnis à jure, vel ab homnine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum

lutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnibus, & ſingulis Venerabilibus FF. Archiepiſcopis, & Epiſcopis in dicto Regno conſtitutis, ac dilectis Filiis eorum Officialibus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut quoties pro parte ejuſdem exponentis fuerint requiſiti, in ſingulis dicti Regni Provinciis, in quibus Reformatio hujuſmodi introducta adhuc non fuerit, unam, ſeu duas prout numerus Fratrum, qui reformationem acceptare velint, requiret; in iis verò, in quibus reformatio ipſa introducta reperitur, & numerus tantus ſit ipſorum Reformatorum, ſeu reformari cupientium, ut de novis habitationibus eiſdem ſit providendum, ſimiliter unam, vel duas domos ad illorum uſum etiam extra Capitula Provincialia (dummodo Communitatum, ac Univerſitatum, ſeu Dominorum in temporalibus Civitatum, Terrarum, & locorum, in quibus dictæ domus ſitæ fuerint, conſenſus accedat) aſſignent, & ad id prædictos Fratres de Familia, eorumque Miniſtros Provinciales, & aliòs Superiores, & etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ac aliis omnibus juris, & facti remediis opportunis cogant, & compellant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Ac inſuper tàm exponenti prædicto, quàm omnibus, & ſingulis aliis Superioribus præſentibus, & futuris, ut omnia, & ſingula loca tàm ad uſum Clauſtralium reducta, quàm redigenda, ſibi ad effectum introducendi juxta noſtram Conſtitutionem deſuper editam, reformationem per Communitates, Univerſitates, & Dominos in temporalibus prædictos, eis donanda, & aſſignanda acceptare, & in eis juxta reformationem, in ſecundo dictis litteris degere, & proximiori Cuſtodiæ unire, & incorporare liberè, & licitè valeant Apoſtolica authoritate, tenore præſentium licentiam concedimus, & impartimur: Non obſtantibus prędictâ noſtrâ, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & Mari-Magno, Bullâ Aureâ, vel aliàs nuncupatis; ac quibuſcumque dicti Ordinis, etiam Iuramento confirmatis, Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, ac conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, tàm eiſdem, quàm aliis quibuſcumque Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie, & motu proprio, & conſiſtorialiter, vel aliàs quomodolibet conceſſis, ac pluries confirmatis, & approbatis; quibus omnibus, & ſingulis (etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes) illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annullo Piſcatoris die 15. Septemb. 1601. Pontif. noſtri anno X.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

259. EX injuncto Nobis Apoſtolici muneris debito ad ea libenter intendimus, per quæ Regularis Obſervantia profeſſorum Reformatorum ſtatui, & conſcientiæ ſecuritati opportunè cõſulatur, ut & ipſi profeſſores uberiores in Eccleſia militanti fructus afferant, & eorum Religio majora in Domino ſuſcipiat incrementa. Cum itaque, ſicut accepimus, à Nonnullis aliquando oppoſitum fuerit, dilectos filios profeſſores Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Strictiori Obſervantia Reformatos nuncupatos, qui juxta Conſtitutiones Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum; ac etiam noſtram ſub Dat. Tuſculi die XII. Octobris Pontif. noſtri anno V. noviſſimè editam, ſub obedientia Cuſtodum degunt, eorumque Superiores Cuſtodes, & non Miniſtros appellant, propterea non ſatisfacere Regulæ à S. Franciſco editæ, & per Sedem Apoſtolicam ſæpiùs confirmatæ, & approbatæ, juxta cujus litteram ſub obedientia

tia Miniſtrorum vivere videntur obligati; cumque etiam aſſeratur, dictos Fratres Reformatos contra dictam Regulam agere, ac graviter, & contra votum profeſſionis, præſertim obedientiæ delinquere, ac exinde perturbationes, & incommoda patiantur. Nos eorumdem Fratrum Reformatorum quieti, tranquillitati, & indemnitati proſpicere, atque eoſdem adverſus hujuſmodi moleſtias, & calumnias tueri, ac omnem ſuper præmiſſis ambiguitatem è medio tollere volentes, quarumcumque conſtitutionum, & præſertim noſtræ ſupraſcriptæ ſupra reformatione dicti Ordinis editarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decernimus, & declaramus, ſupradictos Fratres Reformatos (qui non novam, ſed eandem Regulam, quam B. Franciſcus condidit, & fœl. rec. Honorius Papa III. prædeceſſor noſter coofirmavit, quamque & Fratres de Familia nuncupati Ordinis Minorum de Obſervantia obſervant, licèt ipſi Reformati puriùs, & juxta ipſius Regulæ litteram declaratam per fœl. mem. Nicolaum III. & Clementem V. Rom. PP. etiam prædeceſſores noſtros obſervant) ſub obedientia Cuſtodum, quibus per ſupraſcriptas Rom. Pontificum, & præſertim noſtram Conſtitutionem ſubjecti fuerunt, prædictæ Regulæ S. Franciſci, & præcipuè in ea parte, ubi ſunt illa verba, *præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut obediant ſuis Miniſtris*, plenè, purè, & integrè, & abſque ulla diſpenſatione in voto obedientiæ it. ſatisfacere, ſicut dicti Fratres de Familia faciunt, ſub obedientia eorum Miniſtrorum degentes, qui à Cuſtodibus ſolo nomine differunt, & ipſis Fratribus Reformatis Miniſtrorum loco præſunt, ipſoſque Reformatos veros filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, ac in conſcientia tutos exiſtere: necnon in omnib⁹ eorum Monaſteriis, locis, domibus Oratoriis, & Eccleſiis, quas nunc obtinent, & in poſterum quovis modo, vel titulo obtinebunt, tàm in Italia, quàm extra ubique locorum præſertim in Gallia omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, tàm ſpiritualibus, quàm præcedentiis in proceſſionibus, in funeralibus, ac in concurſu cum aliis Religionibus in Concionibus certis tempore, & loco viciſſim habendis, ac in omnibus aliis actibus publicis, & privatis, quibus dicti FF. de Familia in eorū Monaſteriis, Eccleſiis, Domibus, & locis, ac rebus tàm de jure, quàm ex conſuetudine, vel aliàs frui, potiri, & gaudere ſolent, & poſſunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, ſine aliqua differentia frui, potiri, & gaudere poſſe, ac debere: dummodo tamen Strictiori Obſervantiæ dictorum Fratrum Reformatorum, prout in noſtris litteris prædictis diſponitur, non adverſentur. Mandantes inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis cujuſcumque qualitatis, dignitatis, ſeu conditionis exiſtant, ad quorum notitiam præſentes noſtræ pervenerint, ut nullus impoſterum prædictos Fratres Reformatos appellare audeat, ſeu præſumat novos Religioſos, aut novæ Regulæ Profeſſores, ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, quavis authoritate fungentes, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & aliis locorum Ordinariis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quicumque illorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando facere, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, ipſiſque Fratribus Reformatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra illos eorumdem præmiſſorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quocumque quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſcumque per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ Nos in Conſtitutione noſtra prædicta voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, & impreſſis

preſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 7. ſeptemb. 1602. Pontif. noſtri anno 11.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Dilecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

260. Ordinis veſtri in iſtis partibus propagationi proſpicere, ac vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & quemlibet veſtrum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationib⁹ veſtro nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, ut in Gallia tantùm quoſcumque Novitios habitum veſtri Ordinis ſuſcipere volentes, ad habitum hujuſmodi extra Capitulum Cuſtodiale, dummodo tamen à tribus Superioribus Conventuum veſtri Ordinis iſtius Regni, Cuſtode ſcilicet, vel Commiſſario Cuſtodiæ, Guardiano, ac Vicario ſimul congregatis, unà cum Capitulo illius Conventus, in quo dicti Novitij erunt recipiendi, ipſi Novitij recipiendi priùs examinati, & approbati fuerint, ſervatis in reliquis Conſtitutionibus fœl. rec. Sixti Papæ V. prædeceſſoris noſtri per Nos ad formam juris circa nullitatem profeſſionum nuper reductis recipere, & eoſdem poſtea ad profeſſionem regularem admittere, ac eodem modo extra Capitulum Cuſtodiale Fratres de Familia nuncupatos Ordinis Minorum de Obſervantia ad reformationem tranſire volentes, præcedenti approbatione, ut expreſſè dicitur in bulla reformationis, recipere, & admittere valeatis, ac inſuper vobis ut Capitulum Cuſtodiale, non ſingulis annis, ſed de triennio in triennium tantùm celebrare teneamini, ſed loco aliorum Capitulorum poſſitis, ſi opus fuerit, Congregationem Cuſtodum, & Diſcretorum Cuſtodialium facere, quæ quidem Congregatio vim Capituli habeat; utque decreto de mandato noſtro à dilectis filiis Prælatis viſitationis, & reformationis Apoſtolicæ edito, per quod prohibetur Fratribus Reformatis, ne Conventus à Fratribus prædictis de Familia petere, & accipere ſine ſpeciali eorumdem Prælatorum licentia poſſint, minimè ſubjecti ſitis, ſed liceat vobis, etiam ſine hujuſmodi licentia (ſervatâ tamen formâ per Nos in Conſtitutione noſtra, quæ incipit *Pro injuncti &c. ſub datum Tuſculi die 12. octob. Pontif. noſtri anno* 3 pro Fratribus Reformatis Italiæ edita, ac deinde per alias noſtras litteras ad vos extenſa) hujuſmodi Conventus à Fratribus de Familia in eodem Regno Galliæ petere, & accipere authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem, & licentiam impartimur. Non obſtantibus S xti prædeceſſoris, ac noſtris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ejuſdem Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 5. Septemb. 1602. Pontif. noſtri anno 11.

## PAULUS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

261. Neroſa Paſtoralis Officij curæ meritis licèt inſufficienribus Nobis ex alto commiſſa, poſtulat, ut ad ſtatum Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim regularem vitam profitentium ſalubriter dirigendum operoſis ſtudiis intendentes, ea, quæ fœlici eorum gubernio ſanctioris directionis profutura noſcuntur, providè ſtatuamus, & ordinemus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Vt igitur Ordo Fratrum Minor. Reformatorum in Regno Franciæ fœlicioribus in dies augeatur progreſſibus, proſpicere, ac Ordinis, & Regni prædictorum Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & illorum ſingulos, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliis Rapin. ubi ſup.

aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,& pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequẽdum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eiſdem Fratribus nunc,& pro tempore in prædicto Regno exiſtentibus, ut in domibus ſuis regularibus, & ſeparatim à Capitulis Provincialibus, ſua Capitula Cuſtodialia(conſtitutionibus tamen fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri quoad eorumdem Capitulorum celebrationem, in favorem omnium Fratrum Reformatorum editis, in ſuo robore remanentibus)celebrare:quódque Fratres de Familia reformari cupientes, ad Reformationem propriæ Provinciæ, ſi in ea ſit introducta reformatio; ſin minùs ad reformationem Provinciæ vicinioris, quolibet tempore(etiam extra Capitula)petitâ tamen, licet non obtentâ à dilecto Filio Miniſtro Provinciali licentiâ, convolare liberè,& licitè reſpectivè poſſint, & valeant,Apoſtolica authoritate,tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Inſuper authoritate, & tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnia, & ſingula in præfatis Clementis prædeceſſoris Conſtitutionibus eorumdem Fratrum Reformationem concernentia, ab omnibus,ad quos ſpectat, obſervari: & quilibet Provinciales in ſuis Provinciis iiſdem Fratribus Regni Franciæ Reformatis tempore Capituli Provincialis domum unam regularem, in qua duodecim Fratres de quotidie mendicatis vivere poſſint, in poſterum dare debeant; idque in quinque proximis Capitulis Provincialibus celebrandis, incipiendo à proximè futuro;quibus finitis Provinciales non teneantur dare alias domos Regulares; ita tamen quòd in eadem domo ſic concedenda nec Guardianum, nec Familiam conſtituant: ſed illam præfatis Fratribus Reformatis concedant, quorum erit illic de Fratribus Reformatis providere:& ad id omnes Provinciales in Capitulis prædictis recenter electi, ſub pœna depoſitionis ab officio, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ ad ſexennium, ipſo facto incurrenda, teneantur: præſenteſque litteras validas, firmas, & efficaces, exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac prædictis Fratribus Reformatis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari; ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate,ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,decernimus. Non obſtantibus noſtris in hujuſmodi forma Brevis ſub die 4. Febr. 1607. expeditis litteris, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfati Ordinis etiam juramento,& confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis, ſtatutis, ac conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis,& litteris Apoſtolicis, illiuſque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis litteris, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis,& innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium, ac ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tráſumptis, & impreſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio,& extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Martij 1611. Pontif. noſtri anno 6.

262. Per alias item ſuas litteras *Ad uberes ſpirituales &c.* Dat. Romæ die 2. ſeptemb. 1613. de conſilio, & aſſenſu S. R. E. Cardinalium eiſdem Recollectis indulſit, ut ad formam Concil. Trident. Conventus ſibi oblatos in Gallia univerſa recipere valeant. Per extenſum recitatur à Rapinæo decad. 12. fol. 759.

*Littera*

*Litteræ patentes Henrici Magni bonæ mem. Regis Galliæ, & Navarræ, quibus prohibet omnibus ſuis ſubditis, quomodocumque perturbare Religioſos Strictioris Obſervantiæ Recollectos nuncupatos, cum injunctione Generalibus ſuis Officialibus præbendi ipſis auxiliũ brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, pro negotio Reformationis ipſis conceſſa per Bullas Sanctiſſimorum Pontif. verificatas, & approbatas, litteris ſuæ Majeſtatis authoritatem interponentibus.*

Rapin. Ibid.

263. HEnricus Dei gratiâ Rex Galliæ, & Navarræ, amatis, & fidibus perſonis Curias noſtras Parlamentorum Toloſæ, & Burdigalæ tenentibus, & aliis Curiis Supremis, Iudicibus, & vicem gerentibus omnibus, & ſingulis ſalutem. Cùm bona, & laudabilis vita Religioſorum Reformatorum ſancti Franciſci Recollectorum nuncupatorum, qui in diverſis Regni noſtri Provinciis diſperſi ſunt, ad Nos uſque pervenerit, & de progreſſu, quem faciunt ad augmentum Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ in omnibus locis, in quibus morantur, certiores facti fuerimus; Nos dictos Religioſos contra omnes perturbationes à Fratribus dicti Ordinis ſancti Franciſci Obſervantinis nuncupatis, & aliis factas, protegere cupientes, viſâ ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, quàm ipſis conceſſit bullâ, volumus & mandamus, ut non obſtantibus omnibus ſtatutis, & conſtitutionibus his contrariis, dictos Religioſos Recollectos per modum proviſionis, donec à Nobis aliter fuerit ordinatum, faciatis permanere in locis, in quibus nunc morantur, abſque ullo impedimento activo, vel paſſivo; quòd ſi aliquod evenerit, ab eo quàm citiùs redimatis. Non obſtantibus quibuſcumque arreſtis, edictis, & litteris his contrariis, quorum omnium, ſi quædam intervenisſent, tenorem ſuſpendimus, donec aliter, ut dictum eſt, à Nobis fuerit ordinatum; quod volumus ſignificari partibus adverſis dictorum Religioſorum Recollectorum, & aliis, ut opus fuerit, per primum Curſorem, & apparitorem ad hoc deputatum, cui committimus, & injungimus omnes actus, & expeditiones facere, abſque ulla alia petitione placet; viſa: pareatis; nam ſic volumus. Dat. Pariſiis die 18. julij anno Domini 1601. & Regni noſtri 12.

*Aliæ litteræ patentes ejuſdem Regis Henrici Magni, quibus recipit Bullas, & Brevia Domini Papæ Clem. VIII. in favorem Reformatorum Stric. Obſervantiæ Recollectorum, & injungit, ut exequantur.*

264. HEnricus Dei gratiâ Galliæ, & Navarræ Rex, omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Cùm magnopere laudemus, & approbemus Reformationem Regularem, quàm Religioſi Recollecti Ordinis S. Franciſci amplexi ſunt: ideo ipſis favere, in quantum Nobis eſt, deſideramus ad augendam pietatem, & religionem in iſto noſtro Regno, & ad idem exemplum imitari impellendas perſonas Eccleſiaſticas tàm Sæculares, quàm Regulares; Et quia Nobis relatum fuit, quòd dicti Religioſi Recollecti, qui de die in diem multiplicantur in noſtris Provinciis, non poſſunt invenire loca ad exercitia ſua Regularia peragenda, quod illis maximè moleſtum eſt; notum facimus, quòd tanto incommodo, & prædictæ Reformationis augmento ſubvenire deſiderantes, dictis Religioſis loca in noſtris Provinciis convenientia dare decrevimus, ut ibi reſideant, & ſua pietatis exercitia adimplere poſſint. Rapin. Ibid.

Quapropter mandamus omnibus Regni noſtri Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſervandum eſſe bullas, & brevia 26. martij, ac 16. ſeptemb. 1601. ſanctiſſ. Domini noſtri Papæ Clementis VIII. nunc ſanctam Sedem Apoſtolicam tenentis, ut quilibet in ſua Diœceſi, unum, vel duos Conventus, ſicut judicabũt neceſſarium, dictis Religioſis Recollectis aſſignẽt. Iis de cauſis, & aliis bonis, & rationabilibus conſiderationibus ad hoc Nos moventibus ſecundùm intentionem dicti noſtri ſanctiſſimi Papæ diximus, declaravimus, & ordinavimus; dicimus declaramus, & ordinamus per præſentes manu noſtra ſignatas, ut in poſterum dictis Religioſis Recollectis Ordinis S. Franciſci unus vel duo Conventus ſecundùm neceſſitatem in quibuſlibet iſtius noſtri Regni Diœceſibus aſſignentur, etiam in Diœceſibus à Provincia S. Bonaventuræ dependentibus; non obſtante quacumque dictæ Provinciæ à Nobis obtenta

exemptione pro hac cauſa, & hoc facere mandabitur, & injungetur omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſicut per præſentes mandamus, & injungimus, facere abſque ulla difficultate, vel mora, quia opus bonum, & ſanctum eſt ad honorem Dei, & ipſius Eccleſiæ directum, quod omnibus, & ſingulis volumus ſignificari à noſtris amatis, & fidelibus perſonis Curias Parlamẽtorum Regni noſtri tenentibus à quolibet in ſuo diſtrictu, quibus mandamus, ut præſentes litteras noſtras declarationis, voluntatis, & intentionis regiſtrari curent in Regiſtris dictarum noſtrarum Curiarum, & faciãt dictos Religioſos Recollectos gaudere, & poſſe uti plenè, & pacificè de omnibus in dictis litteris contentis abſque ulla perturbatione, & impedimento in contrarium, cogentes ad hoc facere, & pati quoſlibet cogendos; Non obſtantibus quibuscumque oppoſitionibus, appellationibus, edictis, mandatis, prohibitionibus, & litteris ad hoc contrariis, quibus, & derogatoriis in iis contentis derogavimus, & derogamus ex noſtra certa ſcientia, & authoritate Regia; Et quia præſẽtes litteræ in multis, & diverſis locis neceſſariæ erunt, volumus, ut ad exemplar dictarum debitè collationatarum ab uno ex noſtris amatis, & fidelibus Conſiliariis, Notariis, & Secretariis eadem fides adhibeatur, ac præſenti originali, quia ſic volumus. In quorũ fidem dictis præſẽtibus ſigillum noſtrum apponi curavimus. Dat. Pariſiis die 26. octob. anno Domini. 1602. & Regni noſtri 13.

*Aliæ litteræ patentes Magni Conſilij, quibus approbatur, & injungitur continuatio ſupradictæ Reformationis Religioſorum Strict. Obſervantiæ Recollectorum ad inſtantiam Cleri Gallicani Pariſiis congregati anno 1606.*

265. SVper repræſentationem factam à Religioſis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci Recollectis nuncupatis dicentibus, ipſos obtinuiſſe pro ſua Reformatione Bullas à Summis Põtificibus Clemente VII. Greg. XIII. & Clem. VIII. Regia Majeſtas prædictæ Reformationi favere volẽs per ſuas litteras patentes die 28. decemb. 1602. injunxit ſecundùm bullas prædictas omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis iſtius Regni aſſignare in ſuis Provinciis, & Diœceſibus unum, vel duos Conventus dictis ſupplicantibus ſecundùm neceſſitatem, & numerum Religioſorum, quod factum fuit in multis iſtius Regni Provinciis, quæ Reformatio tantum progreſſum in Religione Catholica, & talem ædificationem omni populo attulit, ut Clerus Gallicanus in Civitate Pariſienſi ex conſenſu prædictæ Majeſtatis Regiæ congregatus decreverit, ipſam humiliter rogare, ut ſuum zelum erga prædictam Reformationem continuet, & ſecundùm dictas bullas injungat Provincialibus Obſervantiæ dictis Religioſis Recollectis aſſignare in ſuis Provinciis tot Conventus, quot ab ipſis requiretur ſecundùm numerum Religioſorum, qui dictam Reformationem amplecti cupient; quodſi id facere denegaverint, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſecundùm formam, & tenorem dictarum Bullarum aſſignabunt ipſis Conventus in locis opportunioribus; Non obſtantibus quibuſcumque impedimẽtis, & oppoſitionibus; Et ad hoc perficiendum mandabitur Parlamentis, & aliis juſtitię Officialibus dare auxilium, & favorem pro executione Reformationis, & dictis Conventibus aſſignatis ſtabiliendis; & ut dicti ſupplicantes non poſſint turbari in executione ſuarum bullarum; ſupplicata fuit ſua Majeſtas providere ipſis juxta Conſilia Cleri.

266. Viſis dictis Bullis, arreſto Conſilij privati, & communicatione ſuper ipſum facta die 28. decemb. quo mandatur Archiepiſcopis, & Epiſcopis iſtius Regni, ut moneãt ſuam Majeſtatem de Conventibus, qui ſupplicantibus poſſunt aſſignari in ſuis Diœceſibus pro ſua habitatione, & exercitiis devotionis perſolvendis; Conſilium ad hoc datum à Clero generali Gallicano Pariſiis ex conſenſu ſuæ Majeſtatis congregato, Rex in ſuo Conſilio præd. &c. prædictis conſideratis decrevit, & decernit, Provinciales Obſervãtiæ obligari in poſterum aſſignare ſupplicantibus in ſuis Provinciis tot Conventus, quot ab ipſis requirentur ſecundùm numerum Religioſorum, qui prædictam Reformationem amplecti cupient, & ipſis denegantibus, Archiepiſcopi, & Epiſcopi aſſignabunt Conventus in ſuis Provinciis, & Diœceſibus in locis opportunioribus, & ad hoc procedent ſecundùm formam, & tenorem

bulla

bullarum; Non obſtantibus quibuſcumque oppoſitionibus, & impedimentis, & ad hoc exequendum mandabitur Curiis Parlamentorum, & aliis Officialibus favere dictis Religioſis pro ſuis Conventibus aſſignatis ſtabiliendis, & pro executione ſupradictæ Reformationis factum in Conſilio Regis, Pariſiis congregato die 27. Iunij 1606.

267 Henricus Dei gratiâ Rex Galliæ, & Navarræ primo noſtro apparitori, vel Curſori ad hoc vocato mandamus, & tibi per præſentes injungimus, ut ſignifices Provincialibus Obſervantiæ arreſtum Conſilij noſtri hic annexi ſub contra ſigillo Cancellariæ noſtræ hac die datum ad ſupplicationem in ipſo præſentatâ à Religioſis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci nuncupatis Recollectis, ut aſſignent dictis Religioſis Recollectis in ſuis Provinciis tot Conventus, quot indigebunt aptos, & ipſorum Reformationi convenientes toties quoties requiretur ab ipſis, & ijs denegantibus declarare, quòd Archiepiſcopi, & Epiſcopi aſſignabunt dictos Conventus in ſuis Provinciis, & Diœceſibus in locis opportunioribus ſecundùm formam, & tenorem bullarum SS. Pontif. Clementis VII. Gregorij XIII. & Clementis VIII. quibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis mandamus tibi dictum arreſtum ſignificare, ut non poſſint ignorare, & facias actus, ſignificationes, & expeditiones neceſſarias pro executione dicti arreſti & ad hoc faciendum concedimus tibi plenam authoritatem, & poteſtatem, abſque obligatione petẽdi aliam permiſſionẽ; *niſi pareatis*, & quia dictus arreſtus, & præſẽtes litteræ in multis aliis locis poſſunt eſſe neceſſariæ, volumus ut *ad vidimus* dictarum debitæ collationatarum ab uno ex noſtris amatis, & fidelibus Conſiliarijs, Notarijs, & Secretariis eadem fides adhibeatur, ac præſenti Originali, nam ſic volumus. Dat. Pariſiis die 27. jun. an. Dñi 1606. & Regni noſtri 17. ſic ſignatum à Rege in ſuo Conſilio, *Lhuillier*, & ſigillatum in ſimplici cauda, &c. ceræ flavæ.

Datis tandem ad univerſa Galliarum Parlamenta graviſſimis litteris ſub die 28. januarij 1603. præcepit, ut in ſingulis ſuis Regni Diœceſibus Cœnobia Recollectis aſſignarentur de facto.

268. Cum Galliarum Recollecti hujuſmodi, ſimul & Hiſpaniarum Diſcalceati anno 1601. (ſicuti in lib. 3. cap. de Procuratore Generali fuſiùs dictum eſt) ſupplicaſſent, ut propter loci diſtantiam, ad reſidendum in Conventu S. Franciſci de Ripa Reformatorum de Vrbe non cogerentur, ſed in Aracœlitano ad majorem negotiorum commoditatem liceret commorari, dum in Vrbem veniunt ad negotia: atque cum à Reverendiſſimo Ioanne de Ierro Miniſtro Generali non Reformatorum Procuratori de Italia, ſed Generali Ordinis Procuratori, vel Commiſſario Curiæ reſpectivè illos ſubjectos eſſe, fuerit declaratum; notatum expreſsè lego in Reg. 2. Vltram. quòd Fr. Silveſter de Grandis inter Aquitaniæ Majoris Recollectos Guardianus 1614. à Cuſtodiæ Patribus Romam miſſus, ad Aracœli appullerit, eo quòd ad S. Franciſci receptus non fuerit. Reg. 2. Vltram. fol. 169.

269. Exereſcentes per omnem Galliarum ambitum magno applauſu Recollecti, cum citiùs plurimas ſibi Cuſtodias ad Clementis VIII. præſcripta fundaſſent, Conventuſque, atque Religioſos de Obſervantia in dies exciperent, unde controverſiæ continuæ, & jurgia, cum Obſervantibus orirentur; actum eſt in plenis Comitiis generalibus Romæ anno 1601. de modo ſtabilem inter utroſq; pacẽ componendi, unanimique illorum, qui aderant, conſenſu coram Arigonio Cardinali Ordinis Protectore concordatum eſt, ut de plurimis, quæ jam erant Recollectorum Cuſtodiis Provinciæ duę conſtarentur, & una Cuſtodia, nempe Provincia una ſub titulo S. Dioniſij; altera ſub invocatione S. Bernardini, & Cuſtodia S. Antonij in Delphinatu, ſub quib9 cæteræ incorporatæ eſſe deberẽt, ſub certis conditionibus, & pactis, quæ in ſequentibus litteris exprimentur. Cum verò contra hujuſmodi concordata tanquam ſibi præjudicialia Cuſtodię cæterę, præ omnibus autem Cuſtodia illa, quæ in Aquitaniæ antiquioris Provincia fuerat erecta, validè reclamarent; immò deſignatos ſibi Miniſtros Provinciales recognoſcere detrectarent; Cardinalis Verallus primò totius Ordinis pro Arigonio abſente Vice-Protector pro plena concordati Obſervantia litteras ſequentes ad Conventus nonnullos ſub S. Dioniſij Provincia deſtinatos, & ad præfatam Aquitaniæ Cuſtodiam expedivit; dum jam Miniſter Generalis concor-

diam illam publicis patentibus approbaſſet, & publicaſſet, prout ſequitur.

*Frater Ioannes de Ierro totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus.*

Reg. 2. Ultram. fol.141.

270. Omnibus has noſtras præſentes viſuris, lecturis, & audituris: Notum ſit, quòd ad ſedendas diſcordias, & diſſentiones hucuſque ſubortas inter Patres de Obſervantia,& Recollectos Provinciarum Galliæ, pacemque introducendam cuncta conſtituta fuere, quæ hoc inſerta decreto patent, videlicet anno 1611 in Capitulo Generali Romæ celebrato die 10. Iunij in noſtro Conventu S Mariæ de Aracœli ſub Illuſtriſſimo,& Reverendiſſimo D.D.Cardinali Arigonio noſtri ſacri Ordinis Protectore authoritate Apoſtolica in eodem Capitulo Præſidente, ad ſtabiliendam perpetuam pacem inter Patres Obvantes, & Recollectos Provinciarum Franciæ conſtitutum eſt de communi conſenſu Miniſtrorum,Cuſtodum,Commiſſarij omnium Patrum Reformatorum Galliæ, & Cuſtodum ipſorum Patrum Reformatorum, quòd ex multis Cuſtodiis ſeparatis ab antiquis Provinciis,duę Provinciæ, & una Cuſtodia erigantur, hoc eſt Provincia S Dionifij in Francia, Provincia S.Bernardini in Gallia.Cuſtodia S. Antonij Delphinatus, quæ duæ Provinciæ, & Cuſtodia in omnibus ſubditæ erunt Generali Miniſtro, ſicut aliæ Provinciæ Ordinis,ſed ſi Generalis Miniſter per ſe ipſum non potuerit viſitare prædictas Provincias, & Cuſtodiam, & earum Provincialibus Capitulis intereſſe, Commiſſarium ex Reformatis ad hoc munus deputabit ipſe Generalis Miniſter.

Item Patres Recollecti impoſterum nullum expoſcant, nec accipiant Conventum aliarum Provinciarum ſub quolibet prætextu, aut colore quæſito, niſi de Ordine S. D. N. vel Illuſtriſſimi Protectoris, aut Reverendiſſimi Patris Generalis, ſed ipſi Patres Reformati contenti ſint illis Conventibus,quos hucuſque habent, & illis, qui eiſdem modò aſſignantur. Hoc eſt in Provincia S.Bonaventuræ Conventus Viennæ, Montis Calvariæ,& Coſtæ S. Andreæ.

In Provincia Turoniæ Pictavienſis Conventus de Mirabello.

In Provincia S. Ludovici Conventus de Nimes, qui eſt locus deſtructus,& ab Hæreticis habitatus.

Item ſi deinceps aliquis pius,& devotus vir, & mulier voluerit Conventum, ſeu Conventus aliquos ædificeare pro prędictis Patribus Recollectis, hoc optimè fieri poterit in omnibus Regni locis, & ubi ſunt Conventus Obſervantium,dummodo ſervertur jus commune, & conſtitutiones ſummorum Pontificum,ne unus impediatur ab aliis, tam circa eleemoſynam,quàm circa alia.

Item ſi aliquis Pater voluerit tranſire ab antiquis Provinciis, ad novas prædictas ratione Reformæ, licentiâ ad hoc à ſuo Provinciali petitâ licèt non obtentâ, poſſit nihilominus omni tempore ad dictam tranſire Reformam,& quantùm attinet ad hoc,ut poſſint redire ad antiquas Provincias, hoc ſit ipſis expreſsè prohibitum, nec ullo modo fieri poterit abſque licentia expreſſa Superioris dictarum Provinciarum antiquarum. Actum in Palatio Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D.D.Pompei tit.S.Balbinæ Cardinalis Arigonij Protectoris, Correctoris, ac noſtri Seraphici Ordinis Gubernatoris tertio nonas Iunij 1612.

Fr. Ioannes de Ierro Miniſter Generalis,ego approbo ut ſup.

Fr. Cheerè Diffinitor generalis, & Provinciæ Turoniæ Miniſter.

Fr. Porreù Miniſter Franciæ ego approbo ut ſupra.

Fr. Ioannes Andræas Commiſſarius Fratrum Reformatorum Galliæ.

Fr. Iacobus Garnier Cuſtos Reformatorum Provinciæ Turoniæ Pictavienſis.

Fr. Nicolaus Sicateau pro Provincia Francię Reformatorum.

Fr. Anſelmns Piquet approbat.

Ego Fr. Paulus Sulmunenſis Commiſſarius generalis fui præſens.

Ego Fr. Rodericus de Portillo Procurator generalis fui præſens.

Ego Fr. Angelus Metellus Diffinitor generalis fui præſens.

Ego Fr. Petrus de Spoleto Pater Ordinis fui præſens.

Ego Fr.Octavianus Genuenſis Lector Theologiæ ut ſup.

271.Quia

271. Quia verò in prædicto Capitulo generali à Patribus de Obſervantia, & Recollectis multæ congregationes, ac conventiones pro prædicta reconciliatione, concordia, & quiete factæ fuerunt, ne dubium aliquod apud quamcumque partium impoſterum maneat, ne ut ampliùs quovis tẽpore detur locus altercationi, ac diſſentioni declarãtes dicimus, nihil aliud quã quod in prædicto Decreto continetur præſenti ſcripto appoſitũ de verbo ad verbum, ſtabilitum, firmatum, ac determinatum fuiſſe, ſicut expreſsè apparet in ſuo originali obſignato à Patribus nominatis de Obſervantia, & Recollectis, aliiſque prædignis Patribus præſentibus ad hoc vocatis Theologis; propterea illud tamtummodo obſervandum in omnibus, & per omnia. In quorum omnium fidem has propria manu ſubſcripſimus, & ſigillo majori noſtri muneris ſignari mandavimus. Datum Romæ 10. die Menſis Iulij anno Domini 1612. locus † ſigilli. Frater Ioannes de Ierro Miniſter generalis.

Ibid. fol. 137. *Fabritius tit. S. Auguſtini Presbyter Cardinalis Verallus nuncupatus totius Ordinis S. Franciſci Regularis Obſervantiæ Vice-Protector Gubernator: Reverendo in Chriſto Patri Fratri Iacobo Garnier Provinciæ S. Dioniſij in Francia Provinciali Miniſtro, & Patribus Guardianis Conventus Balmetæ, Conventus Fluxiæ, Conventus Belloforienſis, Conventus Salmurienſis, Conventus Duadenſis, Conventus Vetriucenſis, necnon & omnibus in illis Patribus, ac Fratribus exiſtentibus ſalutem in Domino, & paternã benedictionẽ.*

272. CVm in Capitulo generali totius dicti Ord. proximè Romæ celebrato ordinatum, & conſtitutũ ſit, ac aſſenſu, & conſenſu totius Diffinitorij, quòd ex aliquibus Cuſtodiis Reformatorum Franciæ dicta veſtra Provincia S. Dioniſij in Francia de novo erigeretur; Quòd maxima cum conſideratione, ac totius Religionis deliberatione factum fuit, id quàmmaximè ipſi Religioni conveniens judicando, & Reverendiſſimus P. Generalis Miniſter pro illa vice dictum P. Iacobum Garnier dictæ Provinciæ Miniſtrum elegerit, ad evitanda quamplurima incovenientia, quæ in dies ſperabantur: nunc autem certa relatione ſciverimus, Guardianos, & Fratres dictorum ſex Conventuum non abſque temeritatis nota prædicto Capituli generalis decreto renuere auſos eſſe, & prædicto Provinciali Miniſtro obedientiam negare intentaverint, nec tamquam eorum legitimum Prælatum recognoſcere voluerint: Hinc eſt, quòd huic tanto malo providere volentes, ne Fratres jugo S. Obedientiæ vilipenſo in præcipitium peccatorum ruant, præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus, ac in virtute S. Spiritus per obedientiam, & ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda præcipimus omnibus dictorum Conventuum Fratribus tàm Prælatis, quàm ſubditis, ut his viſis, & cum eis requiſiti, dictum P. Fr. Iacobum Garnier, & pro tempore Provincialem Miniſtrum ſuccedentem, tanquam eorum verum, ac legitimum Prælatum recognoſcant, ac illi in omnibus, & per omnia aſque ulla excuſatione pareant, & obediant. Quòd ſi aliquas cauſas, & rationes habere prætendant, quo in contrarium faciant, eas coram dicto Reverendiſſimo Patre Miniſtro Generali repræſentent, cui judicium remittimus judicandi, an expediat, quòd de dictis Conventibus aliqua alia erigatur Provincia, an verò quod in Capitulo generali conſtitutum fuit inviolabiliter ſervetur. Interim tamen quòd illi prædictas cauſas deferunt, ſub obedientia dicti Miniſtri Provincialis exiſtant, ut dictum eſt, ſub eiſdem pœnis, & aliis noſtro arbitrio injungendis. In quorum fidem has litteras noſtra manu propria, & ſigillo in ſimilibus uti ſolito munivimus. Dat. Romæ in noſtro Palatio die 2. Martij anno Domini 1613.

*Fab. Cardinalis Verallus Vice-Protector. locus † ſigilli.*

*Fabritius tit S. Auguſtini S R. E. Cardinalis Verallus nuncupatus, totius Ordinis S. Franciſci Regularis Obſervantiæ Vice-Protector, Gubernator, atque Corrector. Reverendo in Chriſto Patri Cuſtodi nuncupato Cuſtodia olim Aquitaniæ, ſeu Cuſtodia Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, & omnibus Patribus, ac Fratribus Reformatis dictæ Cuſtodiæ ſalutem.*

273. CVm in Capitulo generali præterito in Vrbe celebrato, ex deliberatione, Ibid. 138.

liberatione, & conſenſu omnium ferè Patrum tàm ex Obſervantibus, quàm ex Reformatis pro bono pacis, & ut lites inter utroſque exortæ omninò extinguerentur, ordinatum, & conſtitutum ſit authoritate totius Capituli, præſidente meo Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D.D. Cardinali Arigonio dicti Ordinis Protectore, quòd ex dicta veſtra Cuſtodia, & aliis nova quædam Provincia erigeretur ſub titulo S. Bernardini in Gallia, & Reverendiſſimus P. Generalis Miniſter pro illa tantùm vice dictę Provinciæ Provincialem Miniſtrum elegerit, ac nominaverit P. Fr. Ioannem Andræam: nunc autem ad noſtras pervenerit aures, quòd Fratres dictæ veſtræ olim Cuſtodiæ eum tanquam verum Prælatum agnoſcere recuſant, ad Nos de dicto decreto, & Provinciæ erectione appellando prætendentes, quòd dicta Cuſtodia ſeparata maneat à Provincia S. Bernardini in Gallia, nec cum ea incorporetur: Nos autem viſis, & bene conſideratis rationibus, & cauſis, quas pro dicta prætentione adduxiſtis, aliiſque quamplurimis in contrarium adductis; præſentium tenore vobis omnibus, & ſingulis tàm Prælatis, quàm inferioribus præcipimus per S. Obedientiam in virtute Spiritus ſancti; in primis quòd dictum P. Fr. Ioannem Andræam tanquam verum, legitimum Prælatum agnoſcatis, eique in omnibus, & ſingulis, utì par eſt, obediatis, tamquam vero Provinciali Miniſtro Provinciæ veſtræ Sancti Bernardini in Gallia; quare tenore præſentium dictum P. Cuſtodem nominatum Cuſtodiæ olim Aquitaniæ ſuo officio privamus, ac privatum declaramus, itaut deinceps Cuſtos minimè appelletur, nec ſit, nec Fratres eum tanquam Prçlatum recognoſcant, ſed potiùs, ut dictum eſt, P. Fr. Andræam Provincialem Miniſtrum; rationes autem, quas habere prætenditis, ne veſtra olim Cuſtodia cum ea S. Ludovici coadunetur ad conſtituendam dictam de novo Provinciam, ad Reverendiſſimum P. Generalem Miniſtrum adducetis, ut ipſe judicet, quidquid ſecundùm Deum meliùs videbitur expedire, cui judicium de hoc omninò remittimus. Interim tamen quod ſit, ordinamus, & præcipimus dicto P. Fr. Ioanni Andrææ Miniſtro, ut Fratres Cuſtodiæ olim Aquitaniæ de Familia non transferat ad Conventus, qui erant Cuſtodiæ S. Ludovici, ne lites, & jurgia denuò exoriantur. In quorum fidem has litteras noſtra manu propria, & ſigillo in ſimilibus uti ſolito muniri fecimus. Datum Romæ in noſtro Palatio 19. Maij 1613.

*Fr. Cardinalis Verallus Vice-Protector. locus † ſigilli.*

274. Quod tandem controverſiis illis omninò non ceſſantibus, Paulus V. Roderico de Portillo totius Ordinis Procuratore Generali ſupplicante, per Apoſtolicum diploma confirmatum eſſe voluit. Ibid. f. 154

## PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam*

VT ea, quæ pro Religioſorum bono, & quiete per ipſorum Superiorum præſertim in Capitulis generalibus ſtatuta, & ordinata, ſunt firma, & illibata perſiſtant, illis noſtræ confirmationis robur libenter adijcimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Rodericus de Portillo, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Procurator Generalis, quòd in Capitulo generali dicti Ordinis de Menſe Iunij 1612. in Vrbe celebrato, pro pace, & quiete inter Fratres de Obſervantia, & Fratres Reformatos nuncupatos dicti Ordinis Provinciarum Franciæ perpetuò conſervanda, de Miniſtrorum, Cuſtodum, & Commiſſarij Fratrum Reformatorum hujuſmodi conſenſu ſtatutum, & decretum fuit, quòd ex multis Cuſtodiis dictorum Fratrum Reformatorum, & nonnullis Domibus Fratrum de Obſervantia, quæ fuerunt prædictis Fratribus Reformatis aſſignatæ Regni Franciæ, una S. Dioniſij in Francia, & altera Provincia S. Bernardini in Gallia erigerentur, quæ Provinciæ in omnibus ſubditæ eſſent Miniſtro Generali dicti Ordinis, ſicut aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis; ita tamen quòd ſi dictus Miniſter generalis duas Provincias prædictas per ſe ipſum viſitare, & earum Capitulis Provincialibus intereſſe non poſſet, Commiſſarium ex Reformatis ad hoc

unus

munus deputare deberet. Inſuper quòd dicti Fratres Reformati, nullam impoſterum peterent, aut oblatam reciperent Domum regularem aliarum Provinciarum Fratrum de Obſervantia quovis prætextu, aut quæſito colore, niſi de noſtra, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontif. aut dicti Ordinis Protectoris, ſeu Miniſtri Generalis licentia, ſed ipſi Fratres Reformati contenti eſſent iis, quas tunc habebant, & infraſcriptis domibus regularibus, quæ in dicto Capitulo Generali eiſdem aſſignatæ fuerunt, videlicet in Provincia S. Bonaventuræ Domus Viennæ, ac Montis-Calvarij, & Coſtæ S. Andrææ; In Provincia Turoniæ Pictavien. Conventus de Mirabello; in Provincia S. Ludov. de Nimes, prout in ſcripturis deſuper cōfectis plenius dicitur contineri. Cùm autē ſicut eadē expoſitio ſubjūgebat, dictus Rodericus plurimùm cupiat, ſtatuta, & decreta hujuſmodi pro illorū firmiori validitate, & ſubſiſtentia Apoſtolicæ noſtræ confirmatiotionis robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Religioſorum quietem, & tranquillitatem ſincero deſiderantes affectu hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſtatuta, & decreta prædicta Apoſtolica authoritate, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, obſervari debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranrer &c. Dat. Tuſculi &c. die 10. Octobr. 1613. Pontif. noſtri anno 9.

275. His tamen omnibus non obſtantibus, cùm Recollecti de Aquitania præfati non acquieſcerent, quòd (ut credere licet) ſecum malè actum eſſe prætenderent, dum ipſi cæteris Galliarum Recollectis Magiſtri, & Duces ſub aliena Provincia ſubjacere cogerentur in maxima diſtantia, & incommodo; Paulus V. de omnibus ad plenum informatus expedito Brevi, quod appono, Miniſtro Generali commiſit, ut ſi ita expedire judicaret, illos in propriam, ſeparatamq; Provinciam erigeret; quod & aliquando poſt diuturnas altercationes fuit opere completum.

*Orb. Seraph.* Tom. II.

## PAULUS PAPA V.

*Dilecto Filio Ioanni de Ierro Ordinis Fratrum Minorum ſancti Franciſci de Obſervantia Miniſtro Generali.*

Dilecte Fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nuper nobis expoſito, Ibid. fol. 155. quòd in Capitulo Generali tui Ordinis de Menſe Iunij 1612. in Vrbe celebrato, pro pace, & quiete inter Fratres de Obſervantia, & Fratres Reformatos nuncupatos dicti Ordinis Provinciarum Franciæ perpetuò conſervanda, de Miniſtrorum, Cuſtodum, ac Cōmiſſarij FF. Reformatorum hujuſmodi conſenſu inter alia ſtatutum, & decretum fuerat, quòd ex multis Cuſtodiis dictorum Fratrum Reformatorum, & nonnullis domibus Fratrum de Obſervantia, quæ fuerant prædictis Fratribus Reformatis aſſignatæ, una Provincia S. Bernardini in Gallia, ſub certis tunc expreſſis modis, & formis erigeretur, & ſubinde in executionem ſtatuti, ſeu decreti hujuſmodi dicta Provincia ex Aquitaniæ antiquioris, & aliis Cuſtodiis ſeparatis erecta fuerat. Nos per alias noſtras in ſimili forma Brevis expeditas litteras, erectionem hujuſmodi confirmamus, prout in dictis litteris plenius continetur: Cum autem nomine dilecti filij Roderici de Portillo dicti Ordinis Procuratoris Generalis Nobis nuper expoſitum fuit, dicta Provincia, ut præfertur, noviter erecta propter locorum diſtantiam, & nationum diverſitatem in pace conſervari difficulter poſſit, & propterea expediat, ut Cuſtodia Aquitaniæ antiquioris etiam in Provinciam erigatur. Nos paci, & quieti dicti Ordinis, quantùm cum Domino poſſumus, conſulere volentes, certam tamen notitiam de præmiſſis non habentes, tibi ut ſi dictam Provinciam noviter erectam in pace, & tranquillitate conſervari non poſſe cognoveris, prædictam Cuſtodiam Aquitaniæ antiquioris in novam Provinciam, cum omnibus, & ſingulis præeminentis, prærogativis, indultis, & gratiis aliis ejuſdem Ordinis Provinciis à Sede Apoſtolica conceſſis erigere, illique Miniſtrum Provincialem, & Diffinitores præficere, aliaque circa id neceeſſaria, & opportuna facere, & exe-

qui liberè,&licitè poſſis,& valeas,Apoſtolica authoritate tenore præſentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus &c. Dat. Tuſculi. &c. die 9. ſeptemb. 1613. Pontif. noſtri anno 9.

276. Verùm Miniſtro Generali ad immortales interim abeunte, Antonius de Frejo in Vicarium Generalem electus, hæc omnia juxta Pontificis intentum anno 1614. complevit, pacemque in nova Provincia compoſuit.

277. Cùm itaque Recollectorum Cuſtodiæ, ut diximus, ex Generalis Romani Capituli decreto anno 1612. fuiſſent in Provincias evectæ, atque anno 1618.in Salmaticenſi cõfirmatæ;orta eſt novarum controverſiarum occaſio. Obſervantes ſiquidem vim facientes in nomine,atque in verbis ſenſum Apoſtolicæ conſtitutionis impugnantes, altè proteſtabantur, jam evanuiſſe univerſa Recollectorum privilegia, ut potè quæ ſolis conceſſa Cuſtodiis, jam ad Provincias non poſſent extendi, illoſque propterea Obſervantibus per omnia fore de novo ſubjiciendos; rumoribus iſtis per Cardinalem Veralli Ordinis Protectorem Gregorio XV. Pontifici relatis, reſpondit Pontifex ipſe primùm Cardinali vivæ vocis oraculo, deinde per Breve Apoſtolicum, *Ex injũcto nobis deſuper &c. die 23. ſeptembris 1622.* ampliſſimè declaravit, illam eſſe vim in nomine, nihilque referre, ſub quo vel Cuſtodiæ, vel Provinciæ vocabulo conceſſa fuerint Apoſtolica privilegia Reformatis; quia Pontifices non de nomine, ſed de ſubſtantia tractant, dum Reformationis profectum in Religionibus ſingulariter intendunt; poſſent itaque Reformati, ſeu Recollecti privilegiis omnibus potiri, quæ ex novo Provinciarum titulo conſurgerent, dummodo ſpirituali eorum profectui non adverſarentur, ſalvis ſemper, & illæſis indultis omnibus à quovis Romano Pontifice ſub quacumque verborum forma ipſis ad ſpiritualem profectum quomodocumque conceſſis. Bullam ipſam ſcribimus ex Rapinæo fol. 763. ut ſequitur.

Ex lib. ipſorum ut ſup.

GREGORIUS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

EX injuncto Nobis &c. Nuper ſiquidem circa regimen dilectorum Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci Recollectorũ nuncupatorũ Regni Franciæ vivę vocis oraculo declaravimus dilecto Filio noſtro Fabritio tituli S. Aug. Preſbitero Cardinali Verallo nuncupato,eorumdẽ Fratrum apud Nos,& Apoſtolicam Sedem Protectori, omnino obſervari debere conſtitutiones, & decreta fœlicis record. Clementis VII. Gregorij XIII. & Clementis VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum: à bonæ memoriæ Paulo Papa V. ſimiliter prædeceſſore noſtro per ſuas in forma Brevis ſub die 11. martij 1611. expeditas litteras confirmata:non obſtante decreto, ſeu concordiâ à Fratribus, & Superioribus ejuſdem Ordinis in Capitulo Generali in Alma Urbe noſtra de anno 1612. celebrato, facta, ſeu inita, & aliis quibuſcumque in contrarium facientibus:Cùm autem,ſicut dicti Fratres Recollecti Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi plurimùm cupiant,declarationem hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis robore communiri: Nos eorum votis, quantùm cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulas perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, ſeu pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie litterarum abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium prępoſitorum conſilio, declarationem per Nos eidem Fabritio Cardinali vivæ vocis oraculo, ut præfertur, factam, Apoſtolica authoritate,tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adjicimus: decernentes declarationem, & in ea contenta hujuſmodi,à Fratribus præfatis, & aliis, ad quos.

ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari debere: irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 23. ſeptemb. 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

278. Pro tranſitu Obſervantium ad Recollectos, & è contra pacificè tuendo, majore rigore, quàm pro Reformatis Italiæ cautum eſſe legimus; primò etenim ab Arigonio Cardinali Ordinis Protectore ſic decretum habemus.

Pompejus miſeratione divina tit. ſanctæ Balbinæ S. R. E. Preſbyter Cardinalis Arigonius nuncupatus, totius Ord. S. Franciſci Regul. Obſerv. Protector, Gubernator, atque Corrector. Omnibus dicti Ordinis Patribus, ac Fratribus Provinciarum Galliæ, ad quos hæ noſtræ patentes litteræ pertinere poterunt, ſalutem. Cùm in Capitulo generali proximo in Vrbe celebrato, ob pacem ſervandam inter Obſervantes, & Recollectos Galliæ, inter alia aſſignatus ſit modus, qui obſervari debet in tranſitu de Obſervantia ad Reformationem, ac in reditu de Reformatione ad Obſervantiam nempe ſic. [Item ſi aliquis Pater voluerit tranſire ab antiquis Provinciis ad novas prædictas ratione Reformæ, licentiâ ad hoc à ſuo Provinciali Miniſtro petitâ, licèt non obtentâ, poſſit nihilominus omni tempore ad dictam tranſire Reformam, & quantùm attinet ad hoc, ut poſſint redire ad antiquas Provincias, hoc ſit ipſis expreſſè prohibitum, nec ullo modo fieri poterit abſq; licẽtia expreſſa Superioris dictarum Provinciarum antiquarum.] Ne igitur dubitatio aliqua deinceps in ultima clauſula, quantùm ad reditum ad Obſervantiam eſſe poſſit, præſentium tenore declaramus, id intelligi debere, quòd illi, qui ex dicta Reformatione ad Obſervantiam tranſire voluerint, illi ſit eis expreſſè prohibitum, niſi ſervato Ordine in bulla fœl. rec. Clementis VIII. præfixo, quo ad unguem ſervato, requiritur etiam conſenſus Provincialis Obſervantiæ ad recipiendos in ſua Provincia tales Fratres; non enim juſtum, nec rationi conſonum videtur, ut Miniſtro Provinciali invito, & renuente aliquis Frater in ſua Provincia recipiatur, nec quòd eum recipiat, obligati debere, poſtquam ſemel à ſua Provincia receſſit, ac in Reformatione fuit admiſſus. In quorum fidem has litteras noſtra manu propria ſubſcripſimus, ac ſigillo in ſimilibus uti ſolito muniri fecimus. Dat. Romæ in Palatio habitationis 27. auguſti 1614.

279. Deinde poſt contentiones varias jugiter in antiqua S. Ludovici, & Recollecta S. Bernardini Provinciis agitatas, Guillelmus Seleucienſis Epiſcopus, & Avinionenſis Vice-Legatus in cauſa juridice interpellatus prima de tranſitu hujuſmodi Clementis VIII. & Pauli V. decreta ſequutus, ſententiam tulit ab Vrbano Papa VIII. per Apoſtolicum diploma confirmatam, prout ſequitur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Miniſter Provincialis, & Diffinitores Provinciæ, S. Ludovici Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, quòd cùm ille ſuperioribus menſibus eandem Provinciam viſitaret, nonnulli ejuſdem Provinciæ Fratres ad effugiendam imminentem commiſſorum criminum pœnam, à domibus regularibus, in quibus de Familia commorabantur, receſſerunt, & ad domos regulares Fratrum Reformatorum ejuſdem Ordinis, Provinciæ S. Bernardini ſe tranſtulerunt, ibidemque recepti fuerunt contra fœl. rec. Clem. VIII. ſub die 12. octobris 1597. & Pauli V. Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorum ſub die 4. februarij 1607. emananatarum in ſimili forma Brevis litterarum formam, & ten. Vnde habito per eoſdẽ Miniſtrum Provincialem, & Diffinitores ad Ven. Fra. Guillelmum Archiepiſcopũ Seleucien. tunc Sedis Apoſtolicæ in Civitate Avenion. Vice-Legatum recurſu, idem Guilhelmus Archiepiſcopus, & Vice-Legatus præſentibus ibidem utriuſque Provinciæ hujuſmodi Miniſtris Provincialibus, & de eorum conſenſu decrevit pro evitandis ſcandalis, & donec aliter ab hac ſancta Sede proviſum foret, quòd dicti Reformati non poſſint recipere ad eorum Reformationem Religioſos ullos prædictæ Provinciæ ſancti Ludovici ejuſdem Obſervantiæ, niſi ſicut antea obſer

Ibid. Reg. 3. fol. 11. pag. 2.

obſervatum,& conſuetum fuerat, habitâ ſcilicet priùs, vel poſtulatâ licentiâ à dicto eorum Miniſtro Provinciali, ſi præſens,ſi autem abſens fuerit,ab eorum Guardianis reſpectivè habitâ, vel ſaltem poſtulatâ ſimili licentiâ, ad Provinciaem hujuſmodi accedere ad effectum Reformationem hujuſmodi petendi, qui quidem Provincialis, & Guardiani licentiam prædictam reſpectivè concedere tenerentur, dummodo eam petentes non fuiſſent antea proceſſati, quo caſu Provincialis, & Guardiani præfati dictos proceſſus infra duos menſes à die illorum inchoationis reſpectivè diffinitivè terminare tenerentur, alioquin dictis duobus menſibus elapſis, ac proceſſibus hujuſmodi non finitis, Religioſi præfati Reformationem petere, & in ea proceſſibus pendentibus non attētis recipi poſſent, & valerent, cum ea tamen conditione, quòd recedentes ab eorum Conventibus non poſſent aliquid (veſtibus quibus induūtur exceptis) ſecum deferre, & hoc citra præjudicium jurium partium. Quare primodictus Miniſter Provincialis,& Diffinitores prædicti humiliter ſupplicari fecerunt,ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur paci,& quieti eorumdem Fratrum quantùm cum Domino poſſumus conſulere, primodictumque Miniſtrum Provincialem,&Diffinitores ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes; & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio utriuſq; Provinciæ hujuſmodi Miniſtris Provincialibus, & illorum Fratribus quibuſcumque in virtute S. Obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo incurrendis, per præſentes committimus, & mandamus, ut prædictas Clementis, & Pauli prædeceſſorum litteras, necnon decretum Gullielmi Archiepiſcopi, & Vice-Legati hujuſmodi inviolabiliter obſervent, ac obſervari curent, & faciant. Nos enim irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari in contrarium. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S.Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Iunij 1624. Pontif. noſtri anno 1.

280. Deinde verò Vrbanus ipſe rem pleniori ſtylo digeſtam, ſequentibus litteris voluit eſſe declaratam, ut nempe Recollecti in Recollectione profeſſi, vel abObſervantibus digreſſi,& poſt annum deliberationis inter Recollectos incorporati abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia non poſſent ad Obſervantes tranſmigrare, ut ſequitur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

IN Cathedra Principis Apoſtolorum nullis licèt noſtris ſuffragantibus meritis per abundātiam divinæ gratiæ conſtituti ad ea,per quæ religioſi viri, ſub Regularibus arctioris vitę inſtitutis divini Numinis obſequijs famulātes,majoribus in dies in Sanctitate, & juſtitia coràm ipſo proficiant incrementis, Paſtoralis ſolicitudinis curas libenter intendimus,prout cōſpicimus in Dn̄o ſalubriter expedire. Alias ſiquidem fœl. rec.Greg. Papa XIII. prædeceſſor noſter quieti, & indemnitati dilectorum filiorum Fratrū Ord. Minor. S. Franciſci Strictioris Obſervātiæ Reformatorum nuncupatorum conſulere volens inter alia conſtituit, & ordinavit; ut Novitij Reformatorum hujuſmodi tunc præſentes, & futuri annum continuum inter dictos Reformatos agerent ad deliberandum, an inter dictos Reformatos remanere vellent à die ingreſſus in Cuſtodias, ſeu loca Reformatorum: ſi verò in Familia Fratrum Ord. Minor. ejuſdem S.Franciſci de Obſervantia profeſſionem emiſiſſent, & ad Reformatos Strictioris Obſervantiæ trāſiſſent, vel in futurum tranſire voluiſſent,haberent itidem annum continuum à die ingreſſus ad deliberandum, an remanere in hac Strictiori Obſervantia voluiſſent, poſt dictarum autem litterarū ipſius Greg. prædeceſſoris publicationem, & dictum annum completum, declaravit, prædictos Profeſſos extra Reformatos haberi ut profeſſos inter Cuſtodias Reformatorum, nec ipſos, ſicut nec alios inter eaſdem Cuſtodias profeſſos ab his ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia recedere poſſent ſine Apoſtaſiæ nota, & alias &c. prout in ipſius Grego- Reg. 3. Vlt. fol. 114.

rij

rij prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cùm autem ſicut dilecti Filij Daniel de Ancis *le Franc*. Et Petrus de Dole Prædicator, & Sacerdotes Confeſſarij dicti Ordinis Strictioris Obſervantiæ, ſeu Recollectorum S. Franciſci Provinciæ ejuſdem S. Franciſci in Gallia profeſſores, & ipſius Provinciæ, illiuſque Provincialis Commiſſarij ad hoc deſtinati Nobis nuper exponi fecerunt, inter Fratres de Obſervātia antiquarum Provinciarum Regni Galliæ, & Recollectos hujuſmodi aliàs in Capitulo Generali de anno 1612. celebrato inita fuerit concordia à Sede Apoſtolica poſtmodum confirmata, ut nimirum, ſi aliquis Frater voluerit tranſire ab antiquis Provinciis ad novas Reformas Fratrum Recollectorum, hujuſmodi licentiâ à ſuo Provinciali Miniſtro petitâ, licèt non obtentâ, poſſit nihilominus omni tempore tranſire ad dictam Reformam, redire autem ad antiquas Provincias hoc ſit expreſſè prohibitum, nec ullo modo fieri poſſit abſque licentia Superioris Provinciarum antiquarū hujuſmodi de Familia, ſeu de Obſervantia nūcupatarum; per concordiam verò hujuſmodi prędictas Gregorij prædeceſſoris, ac piæ mem. Clementis Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri hac de re editas litteras enervari, & infirmari videatur, & propterea Daniel, & Petrus prædicti ejuſdem Provinciæ S. Frāciſci nomine humiliter ſupplicari fecerint, ut deſuper opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos proſperum Fratrum Reformatorum, ſeu Recollectorum hujuſmodi ſtatum, fœlicemque directionem ſinceris deſiderantes affectibus, Danielem, & Petrum prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerab. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinal. negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, litteris Gregorij, & Clementis prædeceſſorum prædictorum inhærendo, Apoſtolica authoritate tenore præſentium decernimus, & declaramus, Fratres Minores de Obſervantia Sancti Franciſci de Familia nuncupatos ad Fratres Strictioris Obſervantiæ Reformatos, ſeu Recollectos, Galliæ ejuſdem Ordinis tranſlatos poſt annum in eadem Strictiori Obſervantia completum, non poſſe amplius ad Familiam redire, ſed & alios quoſcumque profeſſos inter Reformatos nullo unquam tempore tranſire poſſe ad Familiam, nec licere dilectis filijs Provincialibus, aut alijs Superioribus quemquā illorum abſque Sedis Apoſtolicæ beneplacito redeuntē, aut tranſeuntem recipere; & qui aliàs redierint, aut tranſierint, etiamſi de Superiorum ſuorum Regularium licentia hoc fecerint, tamquam ſui Ordinis deſertores, atque Apoſtatas eſſe puniendos, & recipientes pœnam privationis officiorum in ejus Ordinis ſtatutis à Sede Apoſtolica confirmatis contētam ipſo facto incurrere; ſicque & non aliter in præmiſſis cenſeri, & per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus concordia prædicta, ac erectione Cuſtodiarum in Provincias, alijſque omnibus, & ſingulis, quæ in dictis litteris conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quòd præſentium &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Novembris 1626. Pontif. noſtri anno 4.

281. Adnotatum etiam video in Regeſto P. Nicolai de Peruſio tunc temporis in Romana Curia Commiſſarij, quòd anno 1627. detecti fuerint Recollecti propriū pro Gallica ſua Natione hoſpitium, ſeu Conventulum in Vrbe procuraſſe, Barberino Cardinali Pontificis Vrbani Nepote, atque Chriſtianiſſimi Regis in Vrbe Oratore faventibus, ex illo præſertim titulo, quòd malè apud Aram cœli habiti, infinitis vitæ incommodis ſubjacere cogerentur. Cauſa verò D. Fagnano Congregationis ſuper Regulares Secretario per Pontificem commiſſa, cum Procurator Ordinis, & Commiſſarius Curiæ rationes efficaciſſimas adduxiſſent in contrarium, in nihilum evanuiſſe comprobatur.

Ex Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. Reg. Nicolai de Peruſio fol. 311.

282. Tractatum de Recollectis abſolvam de peculiari ipſorum regimine vel pauca delibando, cum enim propriis ferè

per

per ſingulas Provincias ſtatutis regulentur, de ipſo in communi poſſunt pauca recenſeri, Præter Miniſtrum Provincialem, Cuſtodem, & quatuor Diffinitores actuales,& etiam immediatum Ex-Miniſtrum Provincialē in ſuo Diffinitorio, ex conſtitutione Vrbani VIII. *inter graviſſimas &c.* In Provinciis S. Bernardini, & S. Mariæ Magdalenæ Patres omnes Provinciæ fuerunt ſoppreſſi: ſingulari prorſus exemplaritate apud ſæculum conſervantur, apud Reges, & Populos magno ſemper in pretio habiti, contra hæreticos implacabili ſtudio decertantes;unde multiplicatis per univerſas Gallias Cœnobiis, etiam Provincias ipſas neceſſe fuerit ſucceſſivè ſubdividere unde novâ ſaperadditâ per Reverendiſſimum Ximenes Miniſtrum Generalem ex Conventibus,quos de *Conquiſta* nuncuparunt, novem jam Provincias in Gallis enumerāt. Inde verò elevati ſunt, ut anno 1637. proprium ſibi Vicarium Generalem, protegente non leviter Rege Chriſtianiſſimo, poſtulare, & obtinere potuerint ab Vrbano VIII. expedito duplici diplomate (ut fuſiùs lib. 3. cap. de Vicariis Generalibus dictum eſt) cum verò gubernium ejus profectui ſuo non eſſe accomodatum comperiſſent, impetrarant denuo, ut à regimine ſuſpenderetur (ſic enim habetur in Reges. [ Putabatur ſic poſſe ſedari lites, & contentiones, jurgia, & ſchiſmata in Gallia inter noſtros Religioſos exorta; at contra evenit; nam ut experientiâ compertum eſt, nonnulla ex antiquis continuabantur, & novā quotidiè excitabantur, quibus permotus Eminent. Card. Barberinus Protector totius noſtræ Seraphicæ Religionis, habito verbo cum ſanctiſſimo D. N. Vrbano VIII. ad inſtantiam ipſorum Gallorum ſuſpendit ab officio ſupranominatum P. Legault, ut patet ex ejus litteris 19. februarij hujus anni 1642. exaratis.]

Bull.Rom. to.5. Bull. 229. Vrb. VIII.

Ex Arch. Aracœl. Reg. Vitram. to.4. fol.202. 206.&219.

## CAPVT VI.

*Introducitur Strictior Obſervantia, ſeu Reforma in Germaniam inferiorem, & adjacentes Provincias.*

283. IN Belgio, & Germania inferiori, ubi zelum pro puriori Regulæ Obſervantia ſemper viguiſſe non latet, dubitari omnino non licet, quòd poſt introductam,fœliciorihuſque in dies incrementis glorioſè propagatam in Gallicis Provinciis ſanctam Reformationē, ad ipſas Strictioris Obſervantiæ leges adſpirarint præcipui Regulæ Zelotes. Bonaventura Generalis præter mandatum in communi jam acceptum de Ordine reformando;ſpecialiùs pro Belgicis Provinciis à zelantiſſimo Pontifice Clemente VIII. juſſus,ut dum pro pace Catholicū inter, & Chriſtianiſſimum conciliandā Commiſſarius Apoſtolicus hæreret in Belgio,reformationem ibi ſtabilire curaret;anno circiter 1598.tum obligationi ſuæ, tum juſtiſſimo Papæ mandato ut morem gereret, Patres illos ad veriora Seraphici Patriarchæ ſectanda veſtigia vehementer adhortatus,Mechlinenſem primò Conventum, datis apud Bruxellas litteris patentibus pro recipienda, & conſervanda ſancta Recollectione deputavit. Piiſſimō illius zelo ſanctè cooperantes Archidux Albertus Pius, & Iſabella illius Vxor tunc in Belgio Principātes locum Recollectis in Oppido Binchæ in Hannonia, deinde alium Balmæ,ſeu Bapalmæ in Arteſia cum neceſſariis ad ædificia conceſſerunt. In tribus tunc inibi exiſtentibus Ordinis Provinciis Bonaventura Generalis Recollectionem erexit; at ſub Hiſpanicæ Recollectionis legibus (ne diviſio fieret in ordine) ſub Miniſtris Provinciarum; quas ideo typis evulgari præcepit.

Ex Arch. Ara-cœl. Cur.Vltr. Regeſ.a.& Cur.Ciſm. Regeſ. 1.

Ex Rapin. decad. 10.

Ex Chron. M. SS. Prov.Flād.

274. Pro gratia ſingulari Recollectionem illis ſub legibus aſſignatam maximè in Provinciis Flandriæ, S. Andreæ, & Germaniæ inferioris receperunt, qui meliora chariſmata æmulātes in primævo vitæ rigore, quem à S.Patre Franciſco conſtitutum noverant, renovare, atque conſervare cupiebant, Nivellano, aliiſque ad hoc deputatis Domiciliis, cum

cum incredibili vitæ rigore, in ſumma paupertate, at in diu concupita ſpiritus quiete piiſſimè victitabant.

285. Cum verò ex particulari à ſæcularibus receſſu, & ſingulariſſima vitæ exemplaritate, nec non à majoris perfectionis famâ fierent in populo ſingulariter accepti; forſitan hoſte bonorum omnium agente, cœperunt ab iis inquietari, qui potiſſimùm ad eorum defenſionem invigilare tenebantur. Aut ergo ex domeſticis inquietationibus adacti, vel ad majorem instituti ſui ſecuritatem ſub proprio Cuſtode firmandam, ſupplicarunt apud eundem zelantiſſimum Pontificem Clementem octavum, ut Clementis VII. Gregorij XIII. atque ſui ipſius litteras Apoſtolicas pro Reformatione primùm Italica, dehinc pro Gallicana jam expeditas etiam ad Recollectos Germano-Belgicos extendere dignaretur; quarum virtute ſibi liceret proprios ſibi Cuſtodes eligere, propria celebrare Comitia; denique independenter à Provincialibus Obſervantibus, atque citra inquietudinis diſcrimen, negotium Recollectionis tutiùs & fœliciùs promovere. Difficilè non fuit ſanctiſſimo Chriſti Vicario, quod unicè in votis habere videbatur, perfectionem, atque ſecuriorem Reformationis Methodum ſupplicantibus concedere. Præcitatam pro Reformatis Italiæ Bullam, jamque ad Gallos extenſam, etiam pro Germano Belgicis juſſit expediri, ut ſequitur.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. tom. 3. fol. Bull. Clem.VIII

286. PRo injuncti Nobis Apoſtolici muneris ratione de ſtatu Religioſorū quorūcumq; qui ſub voluntariæ paupertatis habitu militātes in habitu humilitatis, & ſpiritu Deo vota reddere ſatagūt, paterna charitate ſolicitî, cōſtitutiones, & ordinationes ſummorū Pontificū ad eorum proſperum regimen, & gubernium providè factas, nonnullis mutatis, ſeu adjectis pro locorum, & temporum qualitate libenter cōfirmamus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire &c. *ut ſupra in bulla ſimili pro Reformatis Italia.*

§. 1. Nunc verò agnoſcentes, pro fœlici ſtatu, & gubernio Fratrum Reformatorum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Provinciarū Belgicarum, Flandriæ videlicet ſancti Andreæ, & Brabantiæ aliàs inferioris Germaniæ plurimùm expedire, ut Nos præinſertas litteras hujuſmodi, quas pridem in favorem Fratrum Reformatorum Italiæ confirmavimus, deinde ad Reformatos Regni Franciæ extendimus prout in noſtris deſuper expeditis litteris etiam pleniùs continetur, ad ipſas quoque Provincias in omnib⁹, & per omnia (ſaluis infraſcriptis limitationibus) extendamus, & prædictis Prov. confirmemus, & innovemus.

§. 2. Eapropter eorumdem Fratrum Reformatorum dictarum Provinciarum id humiliter expoſcentium petitionibus, annuendum duximus Propterea omnes, & ſingulos dictarum Provinciarum Fratres Reformatos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinſertas Gregorij XIII. litteras, ac omnia in eis contenta (ſaluis limitationibus infraſcriptis) ad ipſos Fratres Reformatos Provinciarum ſupradictarum authoritate Apoſtolica tenore præſentium, perpetuò extendimus, & ampliamus, ac confirmamus, & & approbamus, & pro majori præmiſſorum firmitate, prioribus noſtris litteris prædictis (quatenus ab aliquo obſtent) ſpecialiter, & expreſsè derogamus.

§. 3. Cæterùm quoad Caput circa receptionem Novitiorum per Cuſtodem faciendam, volumus, & Apoſtolica authoritate concedimus, ut in dictis Provinciis tantùm, quoſcumque Novitios habitum dicti Ordinis ſuſcipere volentes, ad habitum hujuſmodi extra Capitulum Cuſtodiale juxta fomam litterarum à Nobis editarum ſub datum die 5. Septemb. 1602. in favorem Cuſtodum, & Fratrum Reformatorum dicti Ordinis in Regno Franciæ exiſtentium, quæ incipiunt, *Ordinis veſtri* recipere valeant. Quas quidem litteras tàm quo ad præmiſſa, quàm quo ad reliqua in illis contenta in omnibus, & per omnia ad eoſdem

eoſdem Reformatos dictarum Provinciarum & cujuſlibet earum extendimus perinde, ac ſi in illarum favorem nominatim æditæ fuiſſent.

§. 4. Quo ad Monaſteria ipſis Reformatis concedenda, volumus, ut ſint apta ad duodecim ſaltem Fratres recipiendos,& retinendos.

§. 5. Circa reſervationem caſuum, ſervetur decretum à Nobis ſuper hoc editum.

§. 6. Quo ad ſtatum, & ordinationes de cætero faciendas, ultra ea, quæ in prædictis Gregorij litteris diſponuntur, volnmus,ut nullo modo decretis per Nos in noſtra viſitatione Vrbis editis, neque aliorum Summorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus adverſentur.

§. 7. Volumus etiam, ut in ſingulis Capitulis Cuſtodialibus, aliquot graves, & periti viri ex Fratribus cujuſcumque Cuſtodiæ ſaltem tres, qui unà cum Cuſtode admittendos ad prædicationem Verbi Dei, vel audiendas confeſſiones, etiam ipſorummet Fratrum, & Lectores publicos ſimul examinent, neque antea ad hujuſmodi miniſteria exercenda ab aliquo probentur, aut admittantur. Horum etiam cura ſit examinare, probare, tàm quo ad doctrinam. quàm quo ad mores, promovendos ad quoſque Eccleſiaſticos Ordines.Qua in re ſervetur decretum Congregationis Interpretum ſac. Concilij Tridentini nuper editum, & promulgatum.Hi verò Examinatores in hujuſmdi officio confirmari nequaquam poſſint, ſed in ſingulis Capitulis Cuſtodialibus alij ſemper de novo ad hoc munus obeundum eligantur.

§.8.Si quando autem prædictos Reformatos accedere contigerit ad loca, ubi proprias habẽtDomos,ſeu Cõventus,volumus,& præcipimus, ut ad Conventus, & Domos illorum de Familia, quæ in eiſdem locis erunt, divertere,aut hoſpitari nullo modo poſſint.Decernẽtes præmiſſa omnia, & ſingula, perpetua, valida, firma, & efficacia eſſe,& fore,& per prædictos Fratres Reformatos, perpetuò obſervari debere.

§. 9. Præſentes quoque litteras nullo tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ defectu notari, ſeu impugnari, aut ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe,& fore,& quoties illæ emanabunt,toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, cenſeri. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi,& interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere,nec non irritum, & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignotanter contigerit attentari.

§.10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Colonienſi, Cameracenſi,Methlinenſi Archiepiſcopis, & dilecto Filio noſtro,& Apoſtolicæ Sedis in inferiori Germania Nuncio, nec non nniverſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,faciant authoritate noſtra, eos præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui,& gaudere;Non permittentes,eos deſuper per Miniſtrum Generalem, alioſque prædictos quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris,& facti remedia, omni appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus illas ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe,declarando,illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis.

§. 11.Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Vniverſalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis; generalibus, vel ſpecialibus,conſtitutionibus, etiam Mare magno, Bulla Aurea, vel aliàs nuncupatis, ac quibuſcumque dicti

dicti Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, tàm eidem, quàm aliis quibuſcumque Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, vel aliàs quomodolibet, conceſſis, ac pluriès confirmatis, & approbatis, ac omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædeceſſor in ſuis litteris voluit non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentib⁹ inſererentur, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 12. Volumus autem, & authoritate Apoſtolica decernimus, quòd tranſumptis præſentium litterarum, etiam impreſſis, ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, & manu Notorij publici ſubſcriptis, eadem fides, tam in judicio, quàm extra illud ubilibet adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ &c. die 11. Iulij 1603. Pontificatus noſtri anno 12.

287. Andreas à Soto celeberrimus in Hiſpaniis Theologus, Regulæque Minoriticæ zelator integerrimus per hæc tempora Iſabellæ Auſtriacæ tunc in Belgio Principanti à ſacris confeſſionibus apud ipſam, ejuſque virum Archiducem Albertum ſingularis æſtimationis, atque ſuper Belgicas, adhærenteſque Ordinis Minorum Provincias Commiſſarius Generalis Nationalis pro ſtabilienda hujuſmodi Reformatione fuerat authoritate Apoſtolica Bonaventuræ Generali conſtitutus, quod & fœliciter exequi jam cœperat; unde petentibus inferioribus, coadjuvantibus majoribus Conventus Biozenſem, Nivellanum, & Sambrienſem pro Recollectione deputavit. Illi verò qui avulſos hoc pacto à ſua juriſdictione Recollectos non averſari non poterant, jamque grave ſeparationis exordium graviùs augendum fortè formidabant, nullum ideo non moventes lapidem, ut negotium iſtud impedirent; defuncto citiùs Clemente Pontifice, dataque occaſione juris politici à Paulo V. Clementis in Pontificatus ſucceſſore impetrarunt, quod poſtularunt. Marchant. in Chron. ſub Gener. Calatagy. Chron. M. SS. Prov. Flandriæ.

288. Etenim cum iterum ſæviſſimo martis incendio Belgium univerſum undequaque flagraret; unde timeri poſſet ex particularium maximè Principum affectionibus, ne contra præexiſtentium Fratrum volūtatem introducendo novam reformationis ſeparationem, tumult⁹ etiā inter ſæculares augeri contingeret. Albertus præfatus Auſtriacus apud Paulum V. ſupplicavit, ut præallegatas Clementis litteras interim graſſante bello, ſuſpendi juberet. Annuit Principis votis Paulus Pontifex expedito Brevi Apoſtolico, *Aliàs fœlicis recordationis &c. Dat. &c. die* 25. *Maij* 1605. litteras illas ſuſpendit, graviterque interdixit, ne durante hac ſua ſuſpenſione ad earum executionem quiquam quovis modo devenire præſumerent. Hæc omnino in proprio loco fuſiùs enarrabimus.

289. Retardatus itaque fuit, at non extinctus ſanctæ Reformationis ardor, unde citiùs evacuata ſuſpenſione præfata non modo Fratres, aut Conventus aliqui, ſed integræ Provinciæ ſanctæ Recollectioni nomen dederunt; veraciterque primævam Franciſcanæ Regulę perfectionem ex integro renovaſſe probantur. Concedimus equidem, quod in ipſo bullæ Clementinæ contextu clariùs explicatur, Flandriæ, S. Andreæ, atque Brabantiæ, ſive Germaniæ inferioris Provincias cæteris eo in diſtrictu, ſanctæ hujus Reformationis præluxiſſe magiſtras: at inficiari non poſſumus, cæteras in tota inferiori Germania minoriticas Provincias velut ex ſancta æmulatione contendentes, non modò Recollectarum aſſumpſiſſe titulum, ſed ad arctiſſimas Recollectionis leges indiſpenſabili ferè rigore ſeſe obligando ſingulari prorſus exemplaritate gubernari; atque pro fidei Catholicæ inter Hæreticos defenſione, ac dilatatione glorioſiſſimè pugnare. Quapropter in Apoſtolicis litteris, per quas non pauca privilegiorum

inſignia exceperunt ſemper titulo Recollectionis, & Strictioris Obſervantiæ tit. nuncupantur. Quin & noviſſimè Hibernica Provincia tot viris illuſtribus glorioſa, R. P. Lucæ Vvadingi tota ſingularitate de Ordine Seraphico benemeriti zelo ſingulari ad nomen, & leges Strictioris Obſervantiæ tranſiſſe gloriatur. Anglicana itidem Provinciæ Reformatæ titulum aſſumpſit. At de his omnibus, ubi de Provinciis iſtis ſigillatim agemus, fuſiori ſtylo diſſeremus.

## CAPVT VII.

*Introducitur Strictior Obſervantia, in Germaniam Superiorem, & Provincias adjacentes.*

ExChron. M. SS. Prov. Bavariæ

290. IN Germaniam Superiorem, adjacenteſque Provincias, quæ ad Ciſmontanam Familiam attinere noſcuntur, tardiùs intraſse legitur hæc ultima Reformatio. Bavariæ Provincia hanc non immeritò gloriam ſibi vendicare contendit, ut cæteris per Germaniam ſuperiorem Reformationibus fuerit vel Magiſtra, vel occaſio. Quamvis etenim Poloni quibuſdam ante annis Reformationem introducere in ſua Regna tentarint, illam tamen non niſi anno 1622. impetrare potuerunt. In Bavarica verò anno 1620. legimus fuiſſe ſtabilitam, ut ſequitur.

291. Regularis Obſervantia in Argentinenſi, Provincia per integrum ferè ſeculum à ſui introductione inſigniter emicuit; verùm cum primævi illius rigores paulatim jam decreſcerent, & in Strictiori Obſervantia glorioſâ famâ rereviviſcerent, etiam ad Germaniæ partes glorioſum Reformationis nomen potuit dilatari. Anno itaque 1620. ante Pauli V. Pontificis obitum, enixè poſtulantibus Sereniſſimis Gullielmo, & Maximiliano utriuſque Bavariæ Ducibus apud Pontificem, & apud Ordinis Superiores, ut quiſquam de Italica Reformatione Pater amandaretur in Bavariam, qui Novæ reformationis leges, & vitam introduceret, ſtabilique firmitate cõſolidaret; juſtæ Sereniſſimorum Ducum petioni, ut ſatisfaceret Benignus dictus de Genua Miniſter Generalis elegit ad arduum opus, atque de ſpeciali Sanctiſſ. mandato. P. Antonium à Galbiato ex Mediolanenſis Provinciæ Reformatione, Virum tum ſacrâ litteraturâ, tum zelo, & prudentiâ, vitæque perfectione omnino conſpicuum (de quo alibi plura digniora commemoravimus) amandavit, non ſolùm Viſitatorem Ordinarium, ſed & perpetuum Argentinenſis Provinciæ Commiſſarium, prout ſequentibus ex litteris clariùs eluceſcet.

*Fr. Antonius à Galbiato Strict. Obſervantiæ Provinciæ Mediolanenſis, in Provincia Argentina de Ordine ſanctiſſimi D. D. Papæ Pauli V. Commiſſarius, & Viſitator. Omnibus Patribus, & Fratribus ejuſdem Provinciæ Argentinæ. Salutem in Domino ſempiternam.*

292. CVm à Reverendiſſ. P. Benigno à Genua totius Ordinis ſancti Franciſci Generali Miniſtro de Ordine etiam Sanctiſſimi D. D. Papæ Pauli V. ad hanc Provinciam Argentinæ viſitandam, Reformationemque etiã de novo fundandam, erigendamque (licèt immeriti) deſtinati fuerimus. Idcirco hiſce noſtris litteris, juxta conſuetudinem Religionis adventum noſtrum in hac Provincia vobis notum facere volumus: In primiſque unumquemque Patrem, ac Fratrem hujus Provinciæ ſalutamus in Domino; deinde de nonnullis vos admonere volumus, & primò, quòd in viſceribus Ieſu Chriſti rogamus vos, ut boni æmulatores veſtræ profeſſionis ſitis, attendentes, quòd nulla major Deo irrogetur injuria, quàm vovere, & poſtea vota retractare; Moneo etiam vos, quòd cùm totam hanc Provinciam nobis concreditam non valeamus (multis præpediti negotiis) in præſentiarùm viſitare, propterea P. Miniſtro Provinciali veſtro (pro hac vice tantùm) committo vices meas, videlicet Viſitationem infraſcriptorum Monaſteriorum ſcilicet Bãbergenſis, Dedelbuchenſis, Hechingenſis, Tabernenſis, Kaiſerpergenſis, Rubeacenſis, Lupicenſis, Egranique: Monialium verò, ſeu Sororum Tertiariarum omnium eidem etiam committimus viſitationem pro hac vice tantùm, niſi aliud in contrarium ordinaverimus (exceptis tamen Monialibus, ſeu Tertiariis Ibidem.

Sorori

Sororibus Monacenſibus, Landishutanis, & Ingolſtadienſibus, quas ego unà cum cæterisConventibus quamprimùm, Deo auxiliante, viſitare intendo.) Præcipiendo tamen prohibemus ſub pœna apoſtaſiæ omnibus, & ſingulis Patribus Guardianis, & Fratribus hujus Provinciæ, tum ipſimet P. Provinciali, ut à die publicationis harum noſtrarum nullus ipſorum poſſit ire, vel mittere Fratres ſuos ſub quovis prætextu, vel colore ad loca, ſeu Conventus tum Fratrum, tum etiam Monialium, & Sororum hujus Provinciæ viſitationi noſtræ reſervatos: nec poſſit Pater Provincialis, nec Guardianus in poſterum recipere ad Religionem, vel induere Novitium quemquam, ſub privatione Officiorum ſuorum ipſo facto incurrenda, necnon etiam nullitatis receptionis reſpectu ipſorum Novitiorum, quódque etiam ſub eadem pœna nullum ex Novitiis hujus Provinciæ admittant ad profeſſionem, niſi priùs habita à nobis licentia in ſcriptis. Unde hiſce noſtris declaramus, omnes etiam, quaſcumque obedientias, ſive facultates à quocumque nobis inferiori datas, ſive introductas ad effectus ſupradictos, nullas eſſe, ſed irritas omninò, & caſſas exiſtere. Interim hortamur in Domino unũquemque Patrem, ac Fratrem hujus Provinciæ, quòd ſi voluerit ad hanc Strictiorem Obſervantiam ſeſe recipere, Monachium, vel alibi ad præſentiam noſtram, cum merito ſalutaris obedientiæ venire valeat, & poſſit licentiâ obtentâ à Patribus Guardianis ſuis, quorum conſcientiæ, & diſcretioni remittimus, ac ſtrictè præcipimus, ut cognita ipſorum bona voluntate, & diſpoſitione ad talem Strictiorem Obſervantiam amplectendã hujuſmodi facultatem cõcedere teneantur. Nec eſt, quòd quis trepidare debeat ſuper hac Strictiori Obſervantia, quia ſuppoſita qualitate regionis, talis invenietur modus, & via, quòd poterit quilibet ſuaviter, & faciliter in hac Strictiori Obſervantia vivere, & perſeverare. Quo autem ad Conventus noſtræ Viſitationi totaliter reſervatos, monemus omnes, quòd ſi quis ex ipſis voluerit Monachium hac de cauſa ad nos accedere, per ſpatium unius menſis tantùm à die publicationis harum noſtrarum poſſit ad nos accedere, tranſacto enim tali tempore (Deo favente) ad aliorum Monaſteriorum viſitationem peragendam ab hoc Conventu credimus nos fore diſceſſuros. Exhortamur etiam in Domino omnes Patres, & Fratres, Moniales, & Tertiarias ipſas, ut in orationibus ſuis preces Deo devotas offerant pro fœlici, ac proſpero ſucceſſu hujuſce Viſitationis, & quòd Deus Opt. Max. hanc nobis gratiam præſtare dignetur, ut ſolùm ea, quæ ſunt pro ſervitio, ac gloria ipſius Dei, ac pro bono, majorique obſervantia hujus Provinciæ, & exequi, & ordinare valeamus. Præcipimus inſuper etiam in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna privationis officiorum ſuorum omnibus Patribus Guardianis, Vice-Guardianis, ſeu Conventuum Præſidentibus, quòd poſt receptionem harum noſtrarum litterarum ſtatim legant eas in publico Refectorio, ſeu Capitulo ad ſonum Tintinabuli coram omnibus Patribus, & Fratribus ſui Conventus: Quòdque his lectis copiam extrahant: deinde eas per nuntium mittant ad alium Conventum ſecundùm Ordinẽ retroſcriptum. Guardiano autem ultimo, ſeu Præſidenti Conventus ſub eiſdem pœnis præcipimus, quòd has noſtras litteras conſervet conſignandas nobis tempore Viſitationis: Valete omnes in Domino, Deumque pro me, ac pro præſentibus inclitæ Germaniæ neceſſitatibus ſemper orate. Datum in Conventu noſtro Sancti Antonij Monachij die 24. junij anno 1620. PP. VV. &c.

293. Zelantiſſimus æquè, ac piiſſimus Commiſſarius anno jam dicto, die 24. maij Monachium ingreſſus, ea, qua pollebat, poteſtatis plenitudine, & Sereniſſimorum Ducum aſſiſtentiâ fretus infra paucos dies Monacenſem S. Antonij de Padua Conventum adduxit, ut expleto libertatis termino, (iis dimiſſis, qui vellent aliò commigraturi inter Obſervantes commorari) perpetuos quoſcumque cenſus, ac legatorum fundatos redditus ex integro reſignando, novæ Reformationis leges pleno rigore ſuſciperet. Viſitatis, atque Reformatis non difformiter cæteris in Bavaria Conventibus Reformatam Neo-Cuſtodiam erexit, quæ multiplicatis (ut proprio loco dicetur) citiùs Cœnobiis authoritate Apoſtolica fuit in Provinciam erecta. Gregorius XV. poſt Paulum V. Pontifex Maximus dato ſequenti Breve pro introducta Reformatione Ibid.

tione Maximiliano Duci fuit adgratulatus.

## GREGORIUS PAPA XV.

*Dilecto Filio Nobili Viro Maximiliano Duci Bavariæ.*

Ibid. fol. 19.

294. Dilecte Fili Nobilis Vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Collapſam Religioſorum Virorum diſciplinam reſtituere, nihil ferè aliud eſt, quàm pietatis arces, & ſanctimoniæ domicilia novis aggeribus communire. Quare tantæ curæ id eſſe Nobilitati tuæ non mediocriter gaudemus: cupimus enim non minus in clauſtris enitere Religionem tuam, quàm fortitudo triumpharit in acie. Egregium verò decus eſſe arbitramur, honorificum promoveri nobilitatis tuæ, optimique Principis Parentis tui teſtimonium. Cùm enim id virtutis præmium habere velitis, facilè conjicere poſſumus, quibus artibus illud conſecuturus eſt dilectus filius Frater Antonius de Galbiato, quem Argentinenſis Provinciæ Monaſteriis ſalutarem eſſe aſſeveratis; Nos autem miſericordiarum Patri gratias agentes, quòd in iſtis Germanicarum ſeditionum tempeſtatibus tutiſſimum portum periclitanti Religioni in Bavaria patefecerit. Tuam, Parentiſque tui pietatem iis laudibus decoramus, quibus in Eccleſia Dei illuſtrari par eſt Apoſtolicæ Majeſtatis defenſores, ac virtutum Patronos. Quod autem ad Conventuum Reformationem, & Commiſſarij authoritatem ſpectat, non paſſi ſumus fruſtra Nos rogari à Nobilitate tua, cujus teſtimonio freti difficultates omnes libentiſſimè profligavimus; cognoſces id uberiùs ex litteris dilecti filij Ioannis Baptiſtæ Crivellij, qui negotium hoc obivit eâ prudentiâ, atque induſtriâ, quæ patrocinium noſtrum, & amorem Nobilitatis tuæ promeretur. Apoſtolicam tibi benedictionem, hæreſis edomitæ, & propagatæ Religionis gloriam nomini tuo exoptantes. Dat. Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 11. Iunij 1621. Pontif. noſtri anno 2.

Ex Chrő. M.SS. Polon. in Arch.Procur.Gene-

295. Galbiatus Comiſſarius tum Romani Pontificis, tum Bavariæ Principum inſigni commendatione proclamatus, ex Bavaria ad finitimas Provincias eadem authoritate ad eundē effectum glorioſè progrediens anno 1627. in Auſtriaca primùm ſanctæ Reformationis ſolida fundamenta jecit; dehinc in Tyrolium, & Boemiam anno circiter 1627. perpetua ſtabilitate, ſanctoque progreſſu compoſuit; unde & ad Vngariam devecta ſanctiſſimos fructus in Germania univerſa produxit; quæ omnia Vrb. VIII. litteris Apoſtolicis voluit eſſe confirmata, ut ſuo loco videbimus.

ral. Ref. de Vrbe.

196. De Provincijs tamen Auſtriacæ dominationi per eas partes quomodocumque ſubjectis id ſingulariter notandum, quod Leopoldus Imperator Vicario Generali Sebaſtiano de Neapoli ſcripſit ſub die 10. Maij 1661. inſinuans, ut ad Provincias ſibi ſubditas Commiſſarios Viſitatores non niſi Nationales, & ſubditos deſtinaret. Id enim ſe per edictum ſuum ordinaſſe dicit, pro illarum Provinciarum incolumitate. Vnde revera novitas hæc emanaverit, alij perquirant.

Regeſ. Cur. Aracœl. Ciſm. ann. 1661. fol. 2.

297. In Poloniam ut introduceretur Reformatio, ſingulares omnino difficultates, oppoſitiones potiſſimas, evētus prorſus notabiles, & ſpecialem Dei providentiam concurriſſe comperimus; ut enim ab ipſo reformationis primo ſtabilimēto per Clementem VIII. facto exordiamur. Vbi zelantiſſimus Pontifex bullam pro ſtabilienda Reformatione publicaſſet, interrogatus à Cardinale Matthæjo Ordinis Protectore, utrum in Poloniam ex intentione ſua deberet introduci? negativè reſpondit, allegans Obſervantes pro loci conditione benè vivere; hæc pro ſui defenſione contra Reformatorum ingreſſum allegavit Provinciæ Poloniæ Miniſter 1621. quod & Cardinalis Ludoviſius Gregorij XV. Nepos ad Cardinalem de Torres, tunc in Polonia Nuntium Apoſtolicum reſcribens ex parte repetivit. Paulus V. 1608. edito Brevi, *Licet aliàs &c.* inferiùs recitando, prohibuit, ne Reformatio juxta Clementis VIII. decreta introduceretur in Poloniam; Obſervantes autem quo firmiùs Reformatos à ſuis confinijs arcerent, decem Recollectionis Domos in ſua tunc unica Provincia inſtituere voluerunt; in quo tamen præcipui Patres convenire non potuerunt; de quo ſequenti libro dicemus.

Ex Chrő. M. SS. Prov. Polon. in Arch.S. Franc.Matrit.

298. Veruntamē anno 1605. PP. Gabriel Grodericus S. Theologiæ Lector, Bonaventura

ventura Turtius, & Adrianus Konrrieziam in ſeculo famoſus, Italicæ Reformationis glorioſos profectus audiêtes, in Italiam venerant ab Ordinis Superioribus, & Cardinali Protectore Reformationem in Poloniam poſtulantes; ſed vix anno 1610. obtinere potuerunt, ut recepti ab Angelo de Averſa Vicario generali litteris patentibus, Olomuſcenſem in Moravia Conventum, approbante Epiſcopo liceret occupare; deinde Glivicenſem in Sileſia; in quo ultimo poſt varias Bohemici Provincialis oppoſitiones ex authoritate Patris Bonaventuræ Daunij tunc in Germania Commiſſarij Generalis, cùm Novitios etiam recipiendi facultate fuerunt ſtabiliti. Exinde P. Adamus Pobroſzevius Sacræ Theologiæ Lector, & Frater Bonaventura Turtius Pinlezoviam Urbem ingreſſi, protegente Sigiſmundo Marchione de Myrons loci Domino, & ſupremo Regni Mareſchallo, domicilium poſuerunt. Cùm verò in ipſo principio Sacerdotes duodecim S. Theologiæ ſtudentes de Cracovienſi Obſervantium ad illos una nocte convolaſſent, Obſervantes ipſos (Bernardinos vocant in Polonia) excitarunt, ut de ipſorum firmiori expulſione ſeriùs cogitarent. Procuratis ideo à Regni Magnatibus ad Paulum V. Pontificem cum maximo ſecreto plurimis litteris, conteſtatum voluerunt, ſeſe in antiquo veræ Obſervantiæ rigore ad apicem perſeverantes, nova Reformatione omnino non indigere; unde præcitatum, & infra recitandum Apoſtolicum diploma de non introducenda in Poloniam Reformatione impetrarunt; cujus diplomatis vigore per D. Simonettam Fulginatenſem Epiſcopum, & in Polonia Nuntium Apoſtolicum ab omnibus Regni confiniis expulſi Reformati, additiſque in decreto ultra ſuæ authoritatis limites plurimis in Reformatioois odium, & dedecus, ſub dat. die 7. ſeptembris 1610. declarati ſunt excommunicati, & Apoſtatæ, etiamſi ſuorum Superiorum obedientiales oſtenderent. Olomutium ergo regreſſi, & inde itidem depulſi poſt plurimas vexationes (omnia fuſiùs in ſecunda parte in proprio loco tractabimus) Fr. Didacus illorum ſocius in Urbem profectus, protegente Fr. Silverio de Podioſidone ex Romana Cuſtodia Reformatorum in Curia Procurato-

Ibid. ex Arch. Prov. Reform. de Urbe.

re generali, litteras Magnatum de Polonia plurimorum Reformatos in illo Regno efficaciter poſtulantium Summo Pôtifici (jam Gregorio XV.) & Cardinalibus Verallo Ordinis Minorum, & Montalto Polonici Regni reſpectivè Protectoribus afferens, cauſam ſuam efficaciſſimè promovit; donec non obſtantibus graviſſimis oppoſitionibus obtinuit, ut Cardinalis Verallus Ordinis Protector de expreſſo Pontificis mandato Commiſſarium Apoſtolicum deſtinarit, ut Reformationem non ad Clementis VIII. integra præſcripta, ſed in Conventibus noviter erigendis authoritate Apoſtolica introduceret; quoniam Commiſſarius ad effectum eundem ſub finem vitæ Pauli V. à Benigno Generali deſtinatus, re non ad intentum abſoluta, vacuus redierat: do delegationis inſtrumentum,

*Fabritius Miſeratione divina S. R. E. tit. S. Auguſtini Presbiter Cardinalis Verallus, totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Protector, Corrector, & Gubernator. Dilecto nobis in Chriſto P. Fr. Alexandro Patavino ejuſdem Ordinis, Reformationis verò noſtræ Mediolanenſis Provinciæ Sacerdoti, Confeſſario, ac Concionatori Theologo ſalutem in Domino.*

299. CUm à nõnullis Polonorum Dominis ad S.S. D. N. D. Greg. divinâ providentiâ Pontificem XV. recurſus habitus fuerit, eidemque ſupplicatum, quo Reformationem Ordinis Minorum in Regnum Poloniæ introduci facere, Italos Reformatos illuc tranſmittere, Commiſſarium, qui præfata omnia exequatur, eligere, & deputare, eidemque omnimodam poteſtatem, quæ ad ea exequutioni demandanda neceſſaria viſa fuerint, concedere dignaretur; & ab eodem SS. ſupplicatio hujuſmodi cum facultate præfata omnia, & ſingula faciendi, prudentemque, pium, probum inculpatæque vitæ ejuſdem inſtituti Patrem, qui eò cum authoritate opportuna ſe conferat, eligendi, & deputandi remiſſa nobis fuerit: Propterea de tua prudentia, pietate, probitate, zelo, ac fide, nec non doctrina, atque in rebus agendis uſu, experientia, ac dexteritate plurimùm in Domino confiſi, te in Provincia noſtra Poloniæ de mandato SS. ut ſuprà, Commiſſarium noſtrum eligimus, inſtituimus, ac deputamus, ac electum, inſti

In Chron. M.S. Pol. ex Arch. Prov. Ref. S. Franc. de Urbe fol. 1

inſtitutum, ac deputatum per præſentes ad triennium duraturas declaramus. Dātes P. tuæ in hac parte vices noſtras, & potiſſimùm omnimodam facultatem, & poteſtatem in dictam Provinciam introducendi Reformam Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ nuncupatam, juxta fœl. rec. Clementis Papæ VIII. & Pauli V. Summorum Pontificum Conſtitutiones, Conventus recipiendi; tres, ſive quatuor de tua Reformatione, prout tibi viſum fuerit, Patres, ſivè Fratres, de licentia tamen tui Cuſtodis, tecum conducendi, eoſque regendi, & gubernandi; Capitulum quoque in ea Reforma convocandi, aliiſque omnibus tam Cuſtodis quàm Diſcretorum Coſtodialium Guardianorum, aliorumq; Superiorum, quovis nomine nuncupentur, Electionibus, & inſtitutionibus intereſſendi, & præſidendi, eoſque ſic electos, & inſtitutos confirmandi, dictamque Reformationem in præfatam Poloniæ Provinciam introductam, noſtræ Reformæ Romanæ agregandi, omniaque alia, & ſingula ibidem gerendi, & faciendi, quæ nos ipſi gerere, & facere, poſſemus, ſi perſonalitèr præfatis omnibus intereſſemus, ac prout Apoſtolica Inſtituta, ſive alia ad Reformationem ſpectantia, & pertinentia quomodolibet exigunt, atque requirunt. Pro quorum plena exequutione authoritate noſtri officij, & de mandato S.S. ut ſupra, jubemus, & in virtute S. Obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, ſub excommunicationis, omniumque actum legitimorum privationis pœna univerſis, & ſingulis Patribus, ac Fratribus illius Reformationis, ut tibi tamquam eorum legitimo Prælato, & Commiſſario noſtro, quemadmodum & nobis in omnibus, & per omnia obtemperent, & de facto obediant. Et ut in tali munere obeundo tibi proſperè, & abſque ullo obice, & impedimento cuncta ſuccedant, P. Provinciali dictæ Provinciæ, ſive in ejus abſentia Commiſſario nunc, & pro tempore exiſtenti, cæteriſque dictæ Provinciæ Patribus, ac Fratribus cujuſcumque ſint dignitatis, in virtute S. Obediẽtiæ, & ſub excomunicationis pœna ipſo facto incurrendæ præcipimus, & mandamus, ut te, & Fratres tuos Reformatos, nunc & pro tempore exiſtentes nullo modo ſub quovis prætexto, aut quæſito colore audeant, ſeu præſumant, ſeu aliquis ipſorm audeat, ſeu præſumat perturbare, ſeu inquietare. Si quis autem auſu temerario harum exequotioni ſe oppoſuerit, præceptis, & cenſuris tuis ſubjiciatur. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ die 13. Iulij 1621.

300. Ergo P. Alexander Commiſſarius deſtinatus, quamvis ſexagenario major, poſt commendatum in oratione Deo negotium, illis verbis orationem concludens. *Domine ſi populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem*, Apoſtolicis mandatis obediens, aſſumptiſque ſociis, & cum aliquibus Polonis, qui pro Reformatione in laboribus, & perſecutionibus continuis zelantes ad mortem uſque decertaverant; pedeſtri itinere de Mediolano in Poloniam profectus, ſocioſque quaſi omnes Glivicenſi in Conventu dimittens, die 15. Octobris anni præfati 1621. Cracoviam intravit: à Nuncio Apoſtolico, cui & per litteras Cardinalis Ludovisij fuerat plurimùm in negotio ſuæ commiſſionis etiam ex parte Pontificis commendatus, ibidem perhumaniter exceptus, coram Epiſcopo Cracovienſi, in contradictorio præſentibus Chriſtophoro Campo Miniſtro Provinciali, cæteriſque de Obſervantia Patribus primariis cauſam propoſuit, de novis pro Reformatione Conventibus extruendis pertractavit, ne contra Pauli V. præcitatam conſtitutionem viderentur inſiſtere. Plurima contra Alexandri Commiſſarij poſtulationem, præcipuè verò plurimorum ex univerſa Polonia Magnatum de ſuæ vitæ integritate teſtimonia, atque præcitatum Pauli V. diploma produxerunt Obſervantes, quod & à Gregorio tunc regnante confirmari impetrarunt, prout ſequitur. Ibid.

## GREGORIUS PAPA XV.

301. Ven. Fr. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Aliàs à fœl. rec. Paulo PP. V. prædeceſſore noſtro emanarũt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicèt Ven. Fratri Epiſcopo Fulginatenſi apud cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Sygiſmundum Poloniæ Regem Illuſtrem noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio. Ven. Fr. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ibid.

Licèt aliàs Ven. Fr. noſter Antonius Maria

Maria Epiſcopus Præneſt. S. R. E. Cardinalis Gallus nuncupatus, de mandato noſtro ſcripſerit Ven. Fr. Epiſcopo Regienſi in iſto; quo fungeris Prædeceſſori tuo munere, quod ampliùs non erat inſtandum, ut bulla Reformationis Ordinis Fratrum Minorum extenderetur, aut introduceretur in Regnum Poloniæ, & propterea idem Epiſcopus omnibus petitionibus, & tractatibus deſuper habitis finem imponeret; cum ex gravium, & fide dignarum perſonarum relatione cognoviſſemus, eoſdem Fratres Minores de Obſervantia in dicto Regno degentes primævum ejuſdem Ordinis Inſtitutum retinuiſſe. Nihilominus Nobis nuper expoſitum fuit de introducenda hujuſmodi Reformatione in dicto Regno tractari, ac dilectum filium Miniſtrum Generalem ejuſdem Ordinis noſtræ hujuſmodi voluntatis neſcium id mandaſſe. Qua propter cum dictos Fratres de Obſervantia priori in Inſtituto ſervando (divina adſpirante gratia) perſeverare, neque Reformatione indigere cognoverimus; Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut nihil circa præmiſſa innovari permittas, omnibus, & ſingulis etiam à præfato Miniſtro Generali ejuſdem Ordinis Viſitatoribus, & Commiſſariis, aut aliàs quocumque titulo ad prædictam Reformationem in dictos Fratres Regni præfati introducendam quomodolibet deputatis, authoritate Apoſtolica inhibeas, nec in dicto negotio, ſub pœnis arbitrio tuo irrogandis, ullatenus ſe immiſceant, pro ut Nos tenore præſentium inhibemus, & mandamus, irritumque decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Patris Miniſtri Generalis, quibuſcumque patentibus litteris, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Octobris 1607. Pontif. noſtri anno 4. Ibi

Cum autem ſicut dilecti filij Fratres Ordinis, & Regni præfatorum Nobis nuper exponi fecerunt, ipſi primævum dicti Ordinis Inſtitutum ſemper obſervarint, & ad præſens obſervent, & propterea ſibi per Nos ut infra provideri opportunè, deſiderent; Nos eorumdem Fratrum votis quantùm cum Domino poſſumus annuere, ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. De Ven. Fr. noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut nihil circa præmiſſa innovari permittas, omnibuſque, & ſingulis etiam à Miniſtro Generali dicti Ordinis Viſitatoribus, ſeu Commiſſariis, aut alio quocumque titulo, ad prædictam Reformationem in dictos Fratres Regni præfati introducendam quomodolibet deputatis, authoritate Apoſtolica inhibeas, ne in dicto negotio, ſub pœnis arbitrio tuo irrogandis ullatenùs ſe immiſceant, prout Nos tenore præſentium inhibemus, præcipimus, & mandamus; irritumque decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præfati Miniſtri Generalis, quibuſvis patentibus litteris, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 24. Maij 1622. Pontif. noſtri anno ſecundo.

302. Interim Cracovienſis Epiſcopus cum breve Pauli V. ex una, conſtitutionem verò de mandato Greg. XV. ex altera parte, teſtimonia itidem Magnatum illius Regni utrinſque parti faventia, neceſſariamque diſcuſſionem de retento, vel mutato Patrum Bernardinorum ſtatu primævo conſiderans, noluit difficilem cauſam authoritate ſua ordinaria dirimere, ſed dato decreto die 20. Novembris 1621. partes ad S. S. remiſit, ea obligatione, ut ſub limitato ſex menſium ſpatio cum nova proviſione Apoſtolica coram ſe comparere deberent; aliàs ſe pro Reformatis juxta Gregorij Pontificis intentionem ſibi ſpecialiter à Cardinale Ludoviſio ejuſdem Papæ Nepote per litteras declaratam, ſententiam dictorum fore proteſtatus: interim etiam Reformatis Conventuum receptionem interdixit. Ibid.

303. Negotium ſuum parsutraque Romę pro viribus urgebat. Obſervantes cauſam poſtulabant in Vrbe terminari coram S. Congregatione; in qua reſcriptum Cardinalis Saulij Congregationis Deca

Decani ad Nunciū impetrarunt ſub die 18. martij 1622. quo indicebatur Reformatorum de Polonia totalis expulſio ;die verò 24.maij ejuſdē anni prēfatumGregorij Pontificis diploma, prout vidimus, Paulinæ litteræ confirmabantur. Verùm Papâ ,ejuſque Nepote , atque Verallo Protectore in Reformationem penitùs propenſis, jam ſub die 22. Ianuarij litteræ Cardinalis Ludoviſij de mandato Pōtificis ad D. de Torres Nuncium Apoſtolicum directæ fuerant ; in quibus prænarratis, quæ in hac materia Clemens VIII. & Paulus V. & quo motivo decreviſſent, hiſque non obſtantibus Pontificis piiſſimam intentionem apertè declaravit, & injunxit, ut Reformati omnino in Polonia ſtabilirentur , ſed in Conventibus noviter erigendis ; nè Obſervantium Cœnobia ullo modo invadere præſumant, ad conſervandum Pauli V. decretum ; atque ut tum Obſervantes , tum Reformati ſanctа contentione meliora chariſmata æmulādo, magis magiſque in vitæ ſanctitate proficiant ; Nuntiumque perurgebat,ut Reformatos ipſos Regiæ Majeſtati, Regnique Primatibus cōmendatos pro viribus efficiat. Sāctiſſimus etiam ad Epiſcopum Cracovienſem litteras dedit in forma brevis ad Reformatorum favorem,ad Nuntij relationem ex integro ſe ſe remittens. Prævalente igitur Pontificis , & Cardinalis Nepotis ad favorem Reformatorum declaratione, tum de Torres Nuncius ,tum Epiſcopus Cracovienſis ( ad quem fuerant à Nuncio remiſſi ) die 22. Maij 1622. finali decreto Reformationem ſtabilierunt in Polonia;ubi & expetentibus plurimis Regni Magnatibus diverſos citiùs Conventus erexerunt ; quæ omnia novis Ludoviſij Cardinalis litteris ſub die 28. Iunij fuerunt ſingulariter commendata , iterumque ſub die 27. Auguſti , ad Cardinalem Nuntium de mandato Papæ reſcribens, ejuſdem Sanctiſſimi mentem ex integro declaravit; Vnde Cardinalis ipſe de Torres convocatis ad ſe partibus decretum hujuſmodi pro finali quiete juridicè publicari mandavit.

*Coſmus miſeratione divina S. R. E. Presbyter Cardinalis de Torres pro S. S. D. N. D. Gregorio divinâ providentiâ Papa XV. ejuſque S. Sede ad Sereniſſimum Sigiſmundum III. Poloniæ, Svetiæque Regem , totumque Poloniæ Regnum , ac magnum Lithuaniæ Ducatum, cum facultatibus Legati de latere Nuncius, univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris, lecturis, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam.*

304. Noveritis;quòd cum anno præterito Reverendiſ. Pater Alexander Patavinus Ord. Min. S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum fuerit ab Illuſtriſſimo & Reverendiſ. D. Fabritio Cardinali Verallo ejuſdem Ord.Protectore de mādato S.S. D.N.D. Gregorij PP. XV. in hoc Regnum miſſus, ut Reformationem ſuam per totum Regnum Poloniæ , ejuſque Provincias, & Dominia illi annexa induceret. Rev. PP. Minorum de Obſervantia, nuncupati Bernardini aſſerentes , hujuſmodi Reformationis introductionem non ſine maximo eorum damno fieri poſſe, ad ſac. Congregationem Regularium . & ad S.S. D. N. Gregorij XV. recurſum habuere,à quo Breve tenoris infraſſcripti obtinuerunt.Gregorius &c.Ven. Fr. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Aliàs à fœl. rec. *ut ſupra ex integro deſcripſimus.* Ibid.

305. Quod quidem Breve cum Rev. Patres Obſervantes præſentaſſent , & illius vigore àNobis petiiſſent, ut dicto Rev. Patri Alexandro Patavinio Ord. S.Franciſci Strictioris Obſervantiæ Reformato in Regnum Poloniæ Cōmiſſario inhibere vellemus, ne Reformationem præfatam in Regno Poloniæ ampliùs introducere auderet ; Nos qui per litteras Illuſtriſ. & Reverendiſ. Cardinalis Ludoviſij S. S.D.N. Nepotis, S.S. D. N. velle omninò introductionem dictæ Reformationis in Regnum Poloniç ſciebamus , litteris noſtris ad præfatum Ibid.
Illuſtriſſimum , & Reverendiſſimum D. Cardinalem Ludoviſium datis , certiorem S. S. D. N. ſuper Reformationis præfatæ introductione in hoc Regnum requiſivimus voluntatem. A quo cum reſponſum per litteras Illuſtriſ. & Reverendiſ. Cardinalis Ludoviſij datas Romæ die 27.Auguſti 1622. in Cancellaria regiſtratas habuerimus, S. S. D.N. omnino

omnino velle, ut Reformatio Ord. Min. S. Franciſci de Strictiori Obſervantia in Regnum Poloniæ introducatur, abſque eo tamen, quòd prædictam Reformationem in Conventus P.P. Bernardinorum, ſeù de Familia introducere prætendant, juxta Bull. S. mem. Clementis VIII. Nos igitur volentes S.S. D. N. mentem, & voluntatem omnibus patefacere, & quieti prædictorum Religioſorum, in quantùm poſſumus, conſulere cupientes, notum facimus, & atteſtamur omnibus, poſſe Rev. PP. Ord. Minor. de Obſervantia Reformatos nuncupatos, per totum Poloniæ Regnum, nec non ejus Provincias, Ducatus, & Dominia quæcumque Reformationem ſuam introducere, Monaſteria jam inchoata perficere, aliaque de novo recipere, & fabricare, cæteraque officia eorum Religioni in aliis Provinciis ſolita exercere; non poſſe tamen eorum Reformationem ad Rev. P. P. Bernardinos de Familia inducere, neque illorum Monaſteria, ſeu Conventus acceptare, vel eorum aliquem ex Fratribus ad Reformatos recurrentem recipere, niſi debitas circumſtantias, & conditiones habuerint, videlicet licentiam à ſuis Superioribus in ſcriptis, vel licentiam publicè petitam, & non obtentam, & à Patribus fide dignis ſubſcriptam, prout habere tenerentur, ſi ad aliquam Religionem ſtrictiorem tranſire vellent; nec non è converſo dictos Rev. P.P. Bernardinos nullum impedimentum dictis Rev. P.P. præſtare debere, & prædicta omnia ſub excommunicationis pœna per dictos Religioſos præſenti publico noſtro edicto, omnino, & inviolabiliter ſervari mandamus. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas ſigillo noſtro muniti, & per Notarium Curiæ noſtræ ſubſcribi mandamus. Dat. Vvarſaviæ die 27. ſeptembris 1622.

306. Hac ex declaratione conſternati Patres de Familia Regem convenerunt, exorantes ut Alexandrum Commiſſarium ad ineundam ſecum unionem adducere dignaretur, quod tamen auditis Alexandri reſponſionibus Rex approbare recuſavit.

Ibid. 307. Commiſſarius ergò ex favorabili Sedis Apoſtolicæ aſſiſtentia, nec non ex ſincero Regiæ Majeſtatis patrocinio, de divina voluntate non dubius, negotium Reformationis in Ordine ad majores progreſſus volens ordinare, die tertia Maij anno 1623. in vigilia Pentecoſtes ſubditos ſuos ad Capitulum convocavit, ut ad Apoſtolicæ ſuæ commiſſionis complementum Reformationem erigeret, methodum, legeſque præſcriberet, ubi de communi omnium Patrum aſſenſu in Conventu S. Mariæ Angelorum Zaxhiczynij capitulariter congregatorum Cuſtodias duas in univerſo Poloniæ Regno, ſub S. Mariæ Angelorum unam, alteram ſub S. Antonij de Padua titulo pro Reformatis erexit; Cuſtodes, & Diffinitores pro utraque reſpectivè à Patribus eligi voluit, terminos Cuſtodiarum aſſignavit, ut videlicèt prima minorem (ut dicunt) Poloniam, ac Ruſſiam, ſimul cum Clivicenſi Conventu in Sileſia; altera Poloniam majorem, atque Moſoviam cōplecteretur; leges, & ſtatuta ad modum Reformationis Italicę omnium approbatione præſcripſit, illaſque ambas Cuſtodias ad Italicam Reformam per omnia pertinentes, & incorporatas eſſe declaravit; cæteraque ad ſanctiores, fœlicioreſque Reformæ progreſſus integra omnium pace, atque mirablli prudentia ordinavit, ut ex patenibus ejuſdem litteris, quas appono, clariùs apparebit. Initium Cuſtodiarum Ref. Polon.

*Fr. Alexander Patavinus Ord. Min. S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum S. Franciſci Lector, & Concionator generalis Provinciæ, ac Reformæ Mediolanenſis, nec non Commiſſarius Apoſtolicus ſuper Reformam in Regno Poloniæ. Univerſis, & ſingulis, quibus id ſcire intereſt, nec non vobis omnibus Patribus, ac Fratribus prænominatis Reformæ noſtræ in Regno Poloniæ, tàm præſentibus, quàm futuris ſalutem in Domino ſempiternam, ac benedictionem.*

308. Notum facimus, & declaramus, quòd cum divinâ providentiâ ex S. S. D. N. Gregorij XV. authoritate miſſi fuerimus, cum plenitudine poteſtatis in hoc Regnum Poloniæ ad introducendam Reformationem Ord. noſtri, eamque plantandam, amplificandam, ac diſponendam, juxta Reformationis noſtræ inſtituta, à pleriſque ſummis Pontificibus, maximè verò à moderno S. S. D. N. P. P. Gregorio

XV. approbata, confirmata, & aucta; operæ pretium eſſe putaverimus, ut poſt tot controverſias, & difficultates habitas circa ſupradictæ Reformæ in Poloniam introductionem, & ex ſpeciali authoritate, & ordine, ac Commiſſione ſupradicti S S.D. N. Papæ per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. D. Coſmum de Torres S. R. E. Presbyterum Cardinalem, & pro tunc Nuncium Apoſtolicum cum facultatibus de latere ad Sereniſſimum Sigiſmundum III. Regni Poloniæ, ac Sveciæ Regem, per ſingularem declarationem, ac reſolutionem directas, expeditas, & canonicè determinatas, prout manifeſtiùs, & copioſiùs in præfata ejus declaratione autenticè, & canonicè facta continetur; Tàdem ad exequendum Apoſtolicæ noſtræ commiſſionis munus accedamus, & fœlix initium fundandæ huic Reformationi demus. Quamobrem in nomine S.S. Trinitatis, implorato divino auxilio, & interceſſione B. V. M. nec non Beatiſſ. P. N. Franc. reque maturiùs conſiderata, ex authoritate præfata Apoſtolica ſuper hoc nobis ſpecialiter delegata, & collata, Reformationi ſupradictæ in Polonia hunc modum, & tenorem præſcribimus, inſtituimus, ac decernimus. *Imprimis*, quòd dicta Reforma Poloniæ tenebitur perpetuò eſſe ſubjecta Reverendiſ. Patri P. Generali totius Ord. ac Reformæ Ciſmontanæ Familiæ Commiſſario canonicè electo, vel eligendo, & Commiſſariis ab eo legitimè deputatis, ſivè cuicumque alteri Prælato Reformæ à Sede Apoſtolica præpoſito; deinde Bullas omnes pro Reforma à diverſis ſummis Pontificibus, præſertim à moderno S. S. D. N. Gregorio XV. editas acceptare: Rurſus ſtatuta generalia Reformæ, ſive facta, ſive facienda, integrè obſervare, & omnes, quas Italica Reforma circa Regulam S. P. Franciſci declarationes adhibet, adamuſſim, ſeduló, diligenterque exequi; quod ut eò commodiùs præſtari poſſit, in primis pro nunc duas Cuſtodias, ſive Provincias Reformæ authoritate ſupra allegata in hoc Regno Poloniæ inſtituimus; Vnam videlicet in minori Polonia, & Ruſſia, cui etiam Conventum Glivicenſem ſanctæ Crucis in Sileſia pro Reformatis erectum, authoritate ſpecialiter nobis à Reverendiſſimo P.P. Vicario Generali commiſſa incorporamus. Alteram verò in Majori Polonia, & Moſovia. Quarum prima Reforma Poloniæ Minoris, & Ruſſiæ nuncupabitur Provincia, ſeu Cuſtodia Reformæ Sanctæ Mariæ Angelorum. Altera verò Majoris Poloniæ, & Moſoviæ Provincia Reformæ Sancti Antonij de Padua, cum quorum etiam figuris ſigilla earum exprimi volumus, ſubjecto ſtemmate inferiùs S. S. D. N. moderni Gregorij X V. quippe Fundatoris, Promotoris Reformæ hujus ſingularis. Præterea prò Reforma præfata Sanctæ Mariæ Angelorum in Polonia authoritate ſupradicta, in Capitulo noſtro omnium Patrum ad dictam Reformationem ſpectantium unanimi conſenſu, ac votis in Cuſtodem Provincialem electum canonicè, quem etiam Nos elegimus, ac deputavimus, ſicque electum; ac deputatum confirmavimus, P. Fr. Fœlicem Makovium Polonum Confeſſorem, ac Prædicatorem Reformatum. Cui quoque juxta ſtatuta Ordinis, ac Reformationis noſtræ, Diſcretos, ſeu Diffinitores Provinciæ, aut Cuſtodiæ aſſignamus, Patrem videlicet Cyprianum Gozdecuim, Confeſſorem, Prædicatorem Reformatum Polonum, & P. Fr. Ioannem à Galbiato Concionatorem, & Confeſſorem, ac Reformationis noſtræ Mediolanenſis alumnum. Pro Cuſtodia verò, ſeu Provincia Reformæ noſtræ Sancti Antonij de Padua in Majori Polonia, & Moſovia, in Cuſtodem in eodem Capitulo noſtro ab omnibus ut ſupra canonicè, ac legitimè electum, quem etiam nos elegimus, ſicque electum confirmavimus, prout per præſentes authoritate, qua fungimur, confirmamus, P. Fr. Benedictum Bulaleovium Concionatorem Theologum Polonum Reformatum, cui ſimiliter pro Diſcretis Cuſtodiæ, ſive Provinciæ aſſignamus P. Fr. Bernardinum Miaſkovium Concionatorem, & Confeſſorem Polonum Reformatum, & P. Fr. Bonaventuram à Varallo Italum Confeſſorem, ac Reformationis noſtræ Mediolanenſis alumnum. Quibus quidem prænominatis Patribus, & Fratribus Cuſtodibus, ac eorum Diffinitoribus, eam facultatem, & authoritatem vigore noſtræ commiſſionis Apoſtolicæ impartimur, & conferimus, quæ ſecundùm Bullas Summorum Pontificum,

cum, jura, & ſtatuta generalia Reformæ noſtræ, conſuetudineſque in Italia obſervatas eis debetur, & ad id Fratres ipſis ſubditos obligatos eſſe in virtute ſanctæ Obedientiæ, mandamus, præcipimus, & hiſce præſentibus decernimus. In cujus rei majorem fidem, & ad perpetuam rei memoriam, roburque conſervandum Sigillum officij noſtri majus applicamus, manuque noſtra propria præſens noſtrum in Capitulo noſtro publicum edictum, & ordinationem, ſeu Reformationis Poloniæ Inſtitutionem ſubſcribimus. Actum, & Dat. Zahlizynſij in Capitulo noſtro Provinciali ex Conventu ſanctæ Mariæ Angelorum tertia die menſis junij 1623.

Ibid. 309. Deinde Sigiſmundo Rege magis ſemper, magiſque propitio, Regni etiam Magnatibus ex ſancta horum converſatione jam ad Reformatorum favorem ſingulariter inclinatis, Vvarſaviæ ſub tit. Sancti Antonij de Padua Rege præſente, atque jubente Cœnobium conſtituit, aliaque per Poloniam, & Ruſſiam ad regulas ſtrictiſſimæ paupertatis multiplicavit. Tandem omnibus in pace compoſitis anno 1624. die 12. maij ætate, laboribuſque confectus, & ſtomachi doloribus debilitatus in Vvarſavienſi Conventu maxima exemplaritate, & omnium ſuorum triſtitia (cùm morti jam vicinus Regi, Reginæque novellam plantationem affectuoſè commendaſſet, quibus erat ſingulariter acceptus) ad ſanctorum laborum præmia convolavit; cui in Commiſſariatus officio per Nuncium Apoſtolicum ſubſtitutus eſt Fr. Bonaventura de Varallo, qui Alexandrum à Mediolanenſi Reforma fuerat in Poloniam àſſociatus.

Ibid. 310. Interim poſt generalia Ordinis Comitia Romæ habita ann. 1625. P. Antonius Strozius olim pro Reformatis Vicarius Generalis, à Bernardino de Senis Miniſtro generali datis litteris die 8. novembris anno præfato Commiſſarius Generalis tum ſuper Obſervantes, tum ſuper Reformatos cum plenitudine poteſtatis amandatus; deinde per patentes litteras Benigni Commiſſarij Generalis ſub dat. die 25. martij 1626. roboratus, fortunâ verò illius ſemper conſiliis, & zelo adverſante, complere in pace non potuit, quæ pro Provinciarum illarum pace, Rege ipſo approbante, decreverat; immò ſuſcitatis contra ipſum in Curia Romana maximis rumoribus, dum jam de immittẽdo illi Succeſſore tractaretur, per Regis, & Magnatum clariſſimas litteras juſtificatus apud Pontificem, confirmatus in officio pro ultimanda Provinciæ illius diviſione, atque faciliori Reformatione Brevia Apoſtolica recepit, quæ in proprio loco referemus; compoſitiſque rebus Obſervantes Commiſſario Strozio præſtiterunt obedientiam: Quo ad finem martij ad immortales tranſeunte, D. Sancta Crucius Nuncius Apoſtolicus Reformatos omnes ad univerſalem conſeſſum Vvarſaviam evocando, de rebus ſibi à Strozio ante mortem commendatis pro Reformationis utilitate tractavit; unde Romam ad generalem Congregationem anno 1628. convenientes utrique illorum Cuſtodes, ut legitimi Vocales ad ſuffragia ferenda fuerunt admiſſi; confirmatæque Cuſtodiæ, ut ex actibus capitularibus apparet.

311. [ Declaratur duas Cuſtodias Reformatorum Poloniæ fuiſſe benè inſtitutas, eaſque & ad idem inſtitutum ſervandum teneri, & eiſdem privilegiis, & prerogativis gaudere, quod ſervant, & quibus gaudent Cuſtodiæ Reformatorum Italiæ, & præſertim quòd votum habeant in capitulis Provincialibus illarum Provinciarum, quibus ſunt annexæ. Inſuper declarat totum Diffinitorium, Reformam, ſeu Cuſtodiam Auſtriæ veram eſſe Cuſtodiam ad formam aliarum Reformationum Italiæ inſtitutam, eiſdemque privilegiis, & gratiis, quibus cæteræ Italiæ Cuſtodiæ gaudent, potiri, & gaudere debere. Idem dicimus etiam de Conventu Pragenſi Provinciæ Boemiæ, & Tyrnavienſi Provinciæ Sanctæ Mariæ Vngariæ Reformatis jam aſſigatis, & traditis &c. Cronol. Seraph. fol. 681.

312. Conventus Clivicenſis, olim ad Provinciæ Boemiæ Fratres ſpectans, ac deinde Reformatis Provinciæ Poloniæ aſſignatus declaratur incorporatus Reformationi Provinciæ Poloniæ; præcipiturque, ut in poſterum non liceat Provinciali Boemiæ, vel alteri Patri ejuſdem Provinciæ aliquid in contrarium attentare, ſub pœna privationis actuum legitimorum contrafacientibus.

313. Deinde cum non ceſſaſſent undique adverſariorum oppoſitiones (ſæpiùs namque Regem rogaverant adverſarij,

Ibid. in Chron. Ref.Polō. ut ſupra. ad evitandam in Provincia Poloniæ diviſionem, Capuccini potiùs introducerentur in regnum; ſicut & in Vvarſaviam Carmelitas Diſcalceatos eſſe præferendos proponebant) procurante Rege Sigiſmundo pro harum Cuſtodiarum confirmatione diploma Pontificium emanavit.

### VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Ibid. 314. IN ſupremo Apoſtolatus ſolio, meritis licèt imparibus divina diſponente clementia conſtituti Chriſti-fidelium, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo, & Strictioris Obſervantiæ regulis Altiſſimo famulantium proſpero, fœlicique ſtatui intendentes, his, quæ propterea de mandato Rom. Pontif. Prædeceſſorum noſtrorum facta fuiſſe dicuntur, ut fortiùs ſubſiſtant, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus, ac alias deſuper officij noſtri partes propenſis ſtudiis impendimus, ut Regulares ipſæ perſonę ſub regularibus earum inſtitutis fœliciter perſeverare, votaque ſua Domino in pacis amænitate reddere valeant. Exponi Nobis nuper fecit Dilectus filius Proſper à Galbiato Commiſſarius Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Poloniæ, quòd aliàs de mandato fœl. rec. Gregorij PP. XV. prædeceſſoris noſtri, Reformatio eorumdem Fratrum in Regno Poloniæ, per dilectum Filium Alexandrum Patavinum ejuſdem Ordinis Profeſſorem à bon. men. Fabritio S. R. E. Cardinale Verallo nuncupato, dicti Ordinis apud Sedem Apoſtolicam Protectore Commiſſarium ad hoc deſtinatum in Regno Præfato, introducta, ſeu inſtituta, & ſucceſſivè in Capitulo Cuſtodiali in duas Cuſtodias erecta, & demum Provinciis Italiæ Fratrum Reformatorum ejuſdem Ordinis, ab illius Congregatione Generali aggregatæ fuerunt, prout in litteris deſuper expeditis pleniùs dicuntur contineri. Cum autem, ſicut dicta expoſitio ſubjungebat, dictus Proſper plurimùm cupiat, præmiſſa quo firmiùs ſubſiſtant, necnon Fratres Cuſtodiarum præfatarum in pace, & quiete fœlicioribus proficere valeant incrementis, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri, aliáſque deſuper ut infra per Nos opportunè provideri. Nos igitur, qui Fratrum præfatorum fœlicem directionem ſinceris deſideramus affectibus, Proſperum, & Fratres præfatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis &c. De Venerabilium Fratrum noſtrorum R. S. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio erectionem, & inſtitutionem Cuſtodiarum hujuſmodi, atque aggregationem, pręfatas, necnon deſuper confirmatas litteras hujuſmodi Apoſtolica authoritate tenore pręſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcimus. Prætera litteras fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ſuper eorumdem Fratrum Reformatorum vivendi modo ſub Dat. die 11. Iulij 1603. expeditas, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ad eaſdem Cuſtodias extendimus, & ampliamus, ipſiſq; Cuſtodiis, ac illarum Superioribus, & perſonis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus aliæ Provinciarum Italiæ Fratrum Reformatorum hujuſmodi Cuſtodiæ utuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, & gaudere poſſint, & debeant, necnon in Capitulis duarum Provinciarum Majoris, & Minoris, dicti Regni de Familia, quibus dictæ Cuſtodiæ annexæ ſunt, votum activum, & paſſivum, ac alternativam Cuſtodum, & monaſteriorum pro Capitulis, & Congregationibus Generalibus juxta decreta in proximè præterita Congregatione generali facta habere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, concedimus & indulgemus. Ac inſuper Fratres Reformatos Cuſtodiarum præfatarum Procuratori Generali Reformationis hujuſmodi dūtaxat perpetuò ſubeſſe debere, neque à Commiſſariis, qui in dictum Regnum pro tempore tranſmittentur, niſi verè Reformati Ciſ-montanæ Familiæ fuerint, gubernari, ſeù viſitari, minuſque, tàm à Commiſſariis dicti Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, quàm à Miniſtris Provincialibus ejuſdem Regni ſuper eorum, vel reformatione hujuſmodi vivendi modo, ſub cenſuris Eccleſiaſticis

ſticis inquietari nullatenus poſſint: præſentes vero litteras, & in eis contenta, quæcumque valida, firma, & efficacia, exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac Fratribus Reformatis Custodiarum hujuſmodi in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari; & ita per quoſcumq; Iudices Ordinarios, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes judicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. Non Obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 30. Ianuarij 1630. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ibid. 315. Hujuſmodi Bullæ vigore anno eodem die 22. Iulij concurrerunt prima vice Reformati ad Obſervantium Provinciale Capitulum, & Cuſtodem Cuſtodum ex ſe ipſis ad pacis, concordiæque fomentum electum fuiſſe legimus. His omnibus non obſtantibus, ut tandem radicitùs deſtrueretur in Polonia arbor jam tot incrementis concreſcens, evicerunt Obſervantes ab Vrbano VIII. per amicos, & ſuggeſtiones opportunas aliud Breve prout ſequitur Generali de Campanea directum.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Dilecto filio Miniſtro Generali &c.*

Ibid. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut Nobis nuper exponi feciſti, tu, ut in Domibus regularibus tui Ordinis in Regno Poloniæ exiſtentibus regularis diſciplinæ Obſervantiæ conſervetur, & in quibus collapſa eſt, reſtituatur; aliquem è tuo Ordine in earumdem Domorum regularium Viſitatorem deputare poſſe deſideres, & ad hujuſmodi munus obeũdum dilectum filium Michaelem de Caſentino, eumdem Ordinem in Provincia S. Bernardini expreſsè profeſſum, de cujus pietate, prudentia, religionis zelo, doctrina, & integritate plurimùm in Domino confidis, valde idoneum exiſtimes; Nos laudabile deſiderium tuum hujuſmodi plurimùm in Domino commendantes, te ſpecialibus favoribus, & gratijs proſequi volentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Tibi eumdem Michaelem in Domorum Regularium Fratrum dicti Ordinis tàm Reformatorum, quàm non Reformatorum in dicto Regno exiſtentium Viſitatorem authoritate noſtra conſtituendi, & deputandi cum facultate omnes, & ſingulas domos, & alia loca Regularia Fratrum dicti Ordinis tàm Reformatorum, quàm non Reformatorum in eodem Regno exiſtentium, tàm in capite, quàm in membris ſemel tantùm viſitandi, ac in illorum Regulas, inſtituta, formam, ſtatum, conſuetudinem, vitam, mores, ritus, & diſciplinam, tàm conjunctim, quàm diviſim diligenter inquirendi, necnon Evangelicæ, & Apoſtolicæ doctrinæ, ſacrorumque Canonum, & Generalium Conciliorum, ac præſertim Tridentini decretis, ſanctorumque Patrum traditionibus, ac regularibus dicti Ordinis inſtitutis à Sede Apoſtolica confirmatis inhærendo, ac prout occaſio, rerũque qualitas exegerit, quæcumq; mutatione, correctione, emendatione, renovatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformandi, mutandi, corrigendi, revocandi, ac etiam ex integro condendi, condita ſacris Canonibus, & Concil. Trid. decretis, regularibuſque inſtitutis præfatis non contraria confirmandi, abuſus quoſcumque tollendi, regulas, conſtitutiones, & Eccleſiaſticam diciſplinam, ubicumque illæ exciderint, modis congruis reſtituendi, reponendi, & reintegrandi, ipſaſque perſonas ad debitum, & honeſtæ vitæ modum revocandi. Provincias, ipſoſque Fratres Reformatos cum Fratribus de Obſervantia præfatis uniendi, ac eos, & quaſcumque differentias inter eos vertentes componendi, ac quicquid pro communi omnium Fratrum prædictorum quiete, & pace, divinique cultus conſervatione, & augmento expedire ſibi in Domino videbitur, ſtatuendi, ordinandi, & debitè exprimendi, demandandi, Apoſt. authoritate tenore preſentium facultatẽ, & authoritatem concedimus, & impertimur. Mãdantes propterea in virtute ſanctę Obedientiæ Guardianis, Miniſtris, Prioribus, & aliis quibuſcumque dictorum Fratrum Superioribus, ipſiſq; FF. tàm Reformatis, quàm non Reformatis domorum, & locorum Regularium in dicto Regno exiſtentium, ut fertur, ut eidem Michaeli in pręmiſſis omnibus, & ſingulis promptè pareant, & obediant, ejuſque ſalubria monita, &

mandata ſuſcipiant, humiliter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſivè pœnam, quam dictus Michael ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari: Volumus etiam, ut ſi quæ graviora idem Michael in hujuſmodi viſitatione repererit, ea, nec non informationes omnes deſuper ſumendas ſub ejus ſigillo clauſas, ad Nos quamprimùm diligenter tranſmittat, ut quidquid in illis ſtatuendum fuerit, matura conſultatione habita decernamus. Non Obſtantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 21. Martij, Pontificatus noſtri anno 11.

Ibid. 317. Litteris hiſce munitus P. Michael Caſentinus Commiſſarius Apoſtolicus viſitatâ Provinciâ, & Reformatis ad ſuum Obſervantium Provinciale Capitulum adductis die 18. Octobris anno 1634. omnimodam horum, & illorum unionem factam eſſe voluit, & conclamavit; Cumque Regem Vladiſlaum IV. Sigiſmundi ſucceſſorem ſub plauſibili unionis, & concordiæ titulo, atque ſpe Provinciæ totius citiùs reformandæ in ſententiã ſuam adduxiſſet, unde & ejuſdem litteras ad Pontificem, & ad Cardinales pro unione tuenda impetraſſet, difficile omninò fuit tanto malo efficaciter occurrere, quantumcumque Reformatis in contrarium coram Apoſtolico Nuntio, coram Rege, & ad Romanam Curiam proteſtantibus de fraude, de violentia, demum de Reformationis injuſta extinctione; quamvis etiam ad horum favorem pluries ad Nuntium ſcripſiſſet Cardinalis Barberinus jam Ord. Protector; impediri tamen non potuit, quin diſperſis per Conv. univerſos illius alumnis, & cum Obſervantibus ſine ulla diſtinctione cõmixtis, Reformatio fuerit omninò deſtructa. Plures ex Iuvenibus ſub ſpe obtinendi ſtudij, alios ex ſtrictioris vitæ tædio allexerat Caſentinus Commiſſarius, cæteros non leviter terrefecerat dicens, hanc eſſe Pontificis, & Protectoris, Ordiniſque Superiorum firmiſſimam, & ultimam voluntatem. Ibid. Notatum tamen eſt, quòd cum jam Reformatorum querelæ, etiam per Nuncium Apoſtolicũ ad Cardinalem Protectorem fuiſſent delatæ, cujus de ſpeciali licentia jam aliqui Romam convenerant, Rex Vladiſlaus à Commiſſario, ut diximus, nec non à Magnatibus nonnullis aliorum fautoribus adductus, pro tuenda unione ſcribens ad Protectorem, nullum recepit ab ipſo reſponſum; dum verò re meliùs intellecta pro Reformatis ſcripſit, debito honore decentiſſimas litteras pro reſponſione recepit.

318. In majori Polonia mitiori temperamento negotium promoveri voluit Commiſſarius ipſe, Reformatos magna ex parte in ſuis Conventibus dimittens, eiſque Recollectionis Hiſpanicę ſpeciem exhibuit; quibus tamen de fraude, & violentia etiam proteſtantibus P. Caſentinus (ex Provincia S. Bernardini in Regno Neapolitano erat oriundus) contra objectas ſibi violentias, cæteroſque accuſationum articulos coram Miniſtro generali primùm, deinde iſto ad Hiſpanias digreſſo, coram Barberino Cardinali Protectore, cæteriſque Prælatis ad hoc ſpecialiter deputatis, reſpondere non valens, abjectus eſt inglorius; & Rev. Campanea Generalis ſæpius proteſtatus eſt, ſe in Caſentini Commiſſarij operationibus hujuſmodi partem nullam habuiſſe; Cauſâ interim in Congregatione Prælatorum coram Barberino diligentiſſimè diſcuſſâ, & utriuſque partis examinatis rationibus, ad hoc deventum eſt, ut pro reſtituenda in Polonicis pace, atque Reformatione, Commiſſarij duo, nempe P. Pacificus in Provincia Romana Cuſtos ad Obſervantes, & P. Paulus Laudenſis è Reformatione Provinciæ Seraphicę pro Reformatis authoritate Apoſtolica Commiſſarij deſtinari deberent, ut & factum eſt, hoc præ cæteris utrique commendato, ut reſtituẽdę omni meliori modò Reformationi efficaciter inſiſterent, ut ex ſequenti diplomate apparet. Ibid.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Dilecto filio Paulo Laudenſi Ord. Fratrum Min. S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum Provincia S. Franciſci Profeſſori. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

319. ALiàs dilecto filio Michaeli à Caſentino Ord. Fratrum Minorum S. Franciſci, de Obſervantia nuncupatorum Provinciæ S. Bernardini profeſſo Ibid.

profeſſo Viſitationem, & correctionem filiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci, tàm Reformatorum, quàm non Reformatorum Regni Poloniæ, nec non differentiarum, & diſſidiorum inter eoſdem ortorum, ac tunc vigentium compoſitionem, ac terminationem, per noſtras in ſimili forma brevis expeditas litteras committimus prout in dictis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cùm autem, utì accepimus, dictus Michael Capitulũ quidem in Provinciis Poloniæ celebraverit, ſed Reformatos ſuis Cuſtodibus, & Diſcretis Cuſtodialibus, quibus regebantur, deſtitutos; & proteſtantes ſe degere velle juxta introductam, & confirmatam jam per Nos, noſtroſque prædeceſſores Romanos Pontifices Strictiorem Obſervantiam; Et reclamantes, ſe ad unionem cum non Reformatis nullatenùs conſentire, Superioribus non Reformatis ſuppoſuerit, & ſubjecerit; Unde majoribus rumoribus concitatis multi ex Reformatis ad Romanam Curiam venerint, petentes à Nobis ſibi de opportuno remedio provideri. Et non modò multi Eccleſiarum Prælati, ac nobiles Viri ejuſdem Regni, ſed etiam Chariſſimus in Chriſto filius noſter Vladiſlaus Poloniæ, & Svetiæ Rex Illuſtris Nobis ſupplicari fecit, ut pro eorumdem Fratrum tranquillitate diſcordiis, atque diſſidiis hujuſmodi obviam ire, illaque de medio tollere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui perſonas Regularium Ordinum quorumlibet, præſertim ſub ſtrictiori Obſervantiæ diſciplina Altiſſimo famulantium quieti libenter conſulimus, piis Vladiſlai Regis, nec non Prçſulum, & Nobilium prædictorum votis, quantùm cum Domino poſſumus, annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; Te, de cujus probitate, Religionis zelo, integritate, prudentia, ac dexteritate plurimùm in Domino confidimus, eorumdem Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ in Regno Poloniæ & tàm in Reformatorum, quàm in non Reformatorum Conventibus exiſtentium Commiſſarium, ac Viſitatorem, tàm in Capite, quàm in Membris Apoſtolica authoritate, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, ea tamen conditione, ut ſemel tu, cum Viſitatore Fratrum hujuſmodi non Reformatorum, hodie à Nobis etiam deputato, vel alio ejus nomine, omnium, & ſingulorum Reformatorum voluntatem, & intentionem explores, notatoque numero Fratrum conſentientium, ac etiam aliorum, qui ex non Reformatis ad Reformatos tranſire voluerint; eoſdem in Conventibus Reformatorum à te convocatos, Tu ſolus viſites, & juxta Regularia inſtituta corrigas, & reformes; & ad Capitulum in aliquo Conventu Reformatorum à te aſſignando congreges: Et ſi numerus Fratrum Reformatorum hujuſmodi ſufficiens fuerit ad erectionem duarum, vel unius ſaltem Provinciarum Reformatorum, in eodem Capitulo diffiniatur, ac Provincialem; vel Provinciales Miniſtros, Cuſtodes pro Capitulo generali, Diffinitores Provinciales, Guardianos, alioſque Officiales ex eiſdem Fratribus expreſſe in Reformatione profeſſis authoritate noſtra, Tu ſolus cum proborum Fratrum Reformatorum conſilio ad triennium duraturos pro hac vice tantùm nomines, & inſtituas. Miniſtri autem Cuſtodes, & Guardiani, aliique Officiales à te hac ratione inſtituti, & pro tempore juxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem, laudabilemque Ordinis conſuetudinem poſtmodum eligendi, vel deputandi omnibus facultatibus, juriſdictionibus, gratijs, indultis, & privilegiis, quibus fruuntur, potiuntur, & gaudent &c. pari modo frui, potiri, & gaudere, tam in Capitulis, & Congregationibus generalibus &c. quàm in omnibus alijs negotiis, intra, vel extra Ordinem prædictum perpetuis futuris temporibus poſſint, ac valeant. Si autem ad erectionem duarum, vel unius Provinciæ Reformatorum, vel reformandorum numerus non ſuffecerit, diſcretioni tuæ committimus, ut ex eiſdem Reformatis unam, vel duas Cuſtodias, ſcilicèt cum ſuis Reformatis Cuſtodibus, Diſcretiſque Cuſtodialibus, juxta Apoſtolicas conſtitutiones ſtatum Reformatorum concernentes inſtituas, quouſque Fratrum numerus ad erectionem Provinciæ, vel Provinciarum ſufficiens excreverit, Conventus Reformatorum ijſdem aſſignes, in quibus vitam Reformatam ſine perturbatione agere poſſint, & in eis unum ex ijſdem Reformatis loco Cuſtodis ad trienium duraturum

præficias

præficias: A quo ad Provincialem ejuſdem Provinciæ interponi poſſit in ſecundis inſtantiis appellatio, & in quolibet Capitulo Provinciali in poſterū, quouſque ſufficiat ad erectionem Cuſtodiæ, vel Provinciæ numerus Reformatorum, talis Commiſſarius à Provinciali, & Diſfinitoribus ad petitionem, & nominationem Reformatorum deſtinetur, & concedatur, dictique Reformati Provinciarum, vel Cuſtodiarum præfatarum Procuratori Generali Romanæ Curiæ perpetuò ſubjacere debeant. Mandantes præterea in virtute ſanctæ Obedietiæ, ac ſub indignationis, & aliis arbitrij noſtri pœnis, omnibus Fratribus Reformatis, & non Reformatis quacumque authoritate, officio, ac ſuperioritate fungentibus, ut te in Commiſſarium, & Viſitatorem recipiant, & in omnibus præſentium litterarum executionem concernentibus pareant, obediant, & aſſiſtant. Alioquin pœnas, ac ſententias, quas contra inobedientes, & rebelles ritè tuleris, & ſtatueris, ratas habebimus, & faciemus adjutore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 28. Auguſti anno 1636. Pontificatus noſtri anno 14.

Ibidem. 320. Ambo itaque Commiſſarij Poloniam ingreſſi, Conventibus, & Fratribus ex officio viſitatis, animiſque grandi prudentia compoſitis, omnium tùm Obſervantium, tùm Reformatorum unanimi aſſenſu concordaverunt, ut primævæ Reformationis Cuſtodiæ reſtituerentur in integrum, ſalvis tamen pactis, & conditionibus (ne ullam in poſterum Obſervantibus moleſtiam poſſent inferre) mox deſcribendis in pleno etiam Regni conſeſſu, & coram Nuntio Apoſtolico comprobatis die 16. Martij 1637. quas licèt ſibi graviſſimas, & præjudiciales, & contra antiqua decreta directè pugnantes coacti ſunt Reformati pro bono pacis ad mittere, quæ ſequuntur.

321. *Concordiæ pacta inter Obſervantes, & Reformatos in Polonia*

P° Vt Patres Bernardini non habeant liberum tranſitum ad Patres Reformatos, nec è contra.

2° Ne impoſterum in illis Civitatibus, Oppidis, ubi ſunt Patres Bernardini, Patres Reformati fundent ſuos Conventus, nec è converſo; nec plures in hoc Regno Conventus Patres Reformati abſque licentia Ordinariorum erigere poſſint.

3° Vt Patres Reformati non accedant ad Capitula PP. Bernardinorum in Regno Poloniæ, neque in electionibus votum activum, & paſſivum habeant, nec votum alternativum in Capitulis Generalibus, ſed habeant votum ad præfatum Capitulum generale ex officio Cuſtodiæ.

4 Ne ad Bernardinorum Provincias in Polonia mittantur Patres Commiſſarij Reformati, aut ſint Miniſtri ex Reformatis ſupra Bernardinos. Ibid.

5° Ne Patres Reformati Conventus Patrum Bernardinorum accipiant quovis prætextu, idque intelligendo tam de principalibus, quàm de quibuſcumque aliis.

6° Ne Patres Reformati Novitiatus apud Patres Bernardinos impediant, quovis prætextu Reformationis.

7° Renovatur ſtatutum, ne P. P. Reformati PP. Bernardinos unquam verbis, vel factis impetant, ut potè eos diffamando, & eleemoſinas dari prohibendo, Iuvenibus ingreſſum ad horum Religionem diſſuadendo, neque viee verſa Parres Bernardini in Patres Reformatos, idque ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda.

8 Ne PP. Reformati Provincias in Regno Poloniæ erigant, vel Miniſtros Provinciales inſtituant, ſed Cuſtodibus, & Cuſtodiis preciſè, ac Diſcretis Cuſtodialibus, prout hactenus obſervatum fuit, & indultum à Sede Apoſtolica, ſint contenti.

9° Et ultimò pœna apponenda talis, ſi contrarium quid Patres Reformati præſumpſerint, ut Miniſtris Provincialibus ſubjiciantur, & vice verſa ſecundùm arbitrium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui nos per omnia humiliſſimè ſubjicimus.

Quæ omnia deinde per Vrbani Pontificis ſpeciale diploma agentibus potiſſimùm Obſervantibus in abſentia P. Aſcanij de Aſſiſio tunc pro Reformatis in Curia Procuratoris, confirmata fuerunt.

VRBANVS

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

321. CHriſti Salvatoris noſtri, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices licèt immeriti gerentes in terris, pia Chriſtifidelium, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium vota, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, quibus differentiæ, diſſidiaque inter eos orta ſalubriter de medio tolluntur, & ijdem ad pacis, charitatiſque ſtudium piè amplectendum inducuntur, ac recidivis contentionibus via omnino præcluditur. Expoſitum ſiquidem Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum ſancti Franciſci de Obſervantia, & Fratrum Reformatorum ejuſdem Ordinis Regni Poloniæ, quod nonnullæ differentiæ, quæ inter eos vertebant, per dilectos filios Pacificum de Roma de Obſervantia, & Paulum Laudenſem dicti Ordinis Reformatum, Fratres, & Commiſſarios deſuper à Nobis deputatos, pro eorumdem Fratrum quiete, & majoris Regularis diſciplinæ obſervantia terminatæ fuerunt, cum conditionibus utrique parti exhibitis, & ab utraque parte approbatis tenoris ſubſequentis, *videlicet. Conditiones propoſita, & acceptata à P. P. Obſervantibus ...... & Reformatis Regni Poloniæ......Primò &c. Vt Patres Bernardini &c. uſque ad finem ut ſupra*; Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, FF. præfati plurimùm cupiant, præmiſſa omnia pro inviolabili illorum obſervatione Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri. Nos piis dictorum Fratrum votis, quantùm cum Domino poſſumus, benignè annuere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excõmunicationis &c. ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Terminationem differentiarum per dict. Pacificũ, & Paulum Commiſſarios, ut fertur, factam, ac præinſertas conditiones hujuſmodi Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes illas, necnon præſentes litteras & in eis contenta quæcunque valida, firma & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, dictiſque exponentibus in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, ac irritum, & inane &c. Nonobſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 20. Novembris 1637. Pontificatus noſtri anno 15.

Ibid.

323 Viſitatis itaque Cuſtodiis, eorumque Capitulis per Laudenſem Cõmiſſarium celebratis, quievere Patres ad tempus, eo vel maximè, quòd anno 1639. erectis per Vrbanum Pontificem Reformatorum Cuſtodiis in Provincias, additiſque novis legibus, pacta illa hiſce gravia in nihilum abjerunt. Notandum tamen, quòd in hac erectionis Provinciarum bulla duæ Reformatorum in Polonia Provinciæ nominantur expreſſè; non quia ipſæ cauſam dederint, ut cæteræ erigerentur, ut malè quidam eſſinxit; ſed ad evacuandas, quæ ex prædictis conventionibus ſpecialiter contra Polonicas militabant, difficultates, ut ipſorum Chronologus expreſſe confitetur: quoniam tum per ipſorum Cuſtodes, & Commiſſarios, tum per Procuratorem in Curia, & per Ordinis Superiores, & Cardinales Religionis, & Regni Polonici Protectores, & Maximo Pontificis favore laboratum eſt, ut hæ duæ Provinciæ poſſent inter cæteras adnumerari.

Ibid. Chron. Prov. Min. Pol. Ref. in Arch. Matrit.

324. Anno 1645. ex adverſariorum artibus novella hæc plantatio vix ad interitum adducta non elanguit: procuraverant illi maximo ſecreto ſubreptitias à Rege Vladiſlao IV. litteras, quibus tum Obſervantinis, tum Reformatis graviter inhibebatur, ne ad Generale Capitulum eo anno Toleti celebrandum, vel proficiſci, vel ſubdelegare valerent; & alias ſimul ad novum Generalem, ubi Romam adveniſſet, præſentandas, quibus pro reſtituenda Caſentini præfata unione in Minori Polonia, & pro Reformatis Majoris Poloniæ cum Obſervantibus in una Reformata Provincia commiſcendis deprecabatur. Graves adeo fuerunt Epiſtolæ, ut ijs lectis dixerit Ioannes de Neapoli novus Generalis, negorium omninò fore complendum, ſi Rex hoc iterum eâdem efficaciâ poſtu

Ibid.

poſtularet Rex autem interea per Reformatos ab Amicis de periculo ſecretò admonitos, de fraude certioratus, ſemel, & iterum aſſeveranter repromiſit, atque ad Cardinalem Matthæjum Regoi Protectorem ſuper fraude reſcribens, & in laudem Reformatorum ultra fidem gragraviſſimè conteſtans, id effecit, ut omnibus ad Pontificem ex iotegro delatis, & Barber no Cardinali Protectore Reformationi potiſſimùm favente, omne periculum in nihilum evanuerit.

## CAPVT VIII.

*Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ vita in principio, & ſtatus præſens.*

325. EX communi illo axiomate, *omnia nova placent*; præſertim verò ex vulgatiſſima fama per Patres Capuccinos in populis publicata, quòd veriorem S. Franciſci habitum adinveniſſent, necnon ex vitæ rigore, quem profitebantur, unde & plures de Obſervantibus receperant; devotiſſimos Grecij, & Fontis Palumbæ, aliosque conſimiles Conventus à Clemente VII. Pontifice, vel impetraverant, vel impetrare tentaverant, ut ſuprà diximus. Pontifex autē ſinceriùs informatus de Reformatorum vitæ aſperitate, præfata Cœnobia Seraphici Patriarchæ incolatu inſignia Reformatis conſignari mandavit, De hujuſmodi StrictiorisObſervantiæ Profeſſoribus qualis eſſet à principio vita, ſcribit abundè in 4. parte Chronicorum Barexius, quamvis alteri cœtui loogè addictiſſimus; ſcribunt & Gonzaga, & Michael Angelus Vacherius in Chronologia Seraphica Obſervantes, & P. Franciſcus de Trivillo in M S. Chron. de Reformatione Mediolanenſi, & ad longum Rapinæus de origine Recollectorum; ex quibus omnibus aliqua ad noſtram inſtructionem juvat exſcribere.

Gonz. par. 1. & 2.
Barez. 4. par. Chron.
Chron. Seraph.
Chron. M SS. Ref. mediol. loc. cit.

326. Primò etenim à ſæculi fuga incipiendo; ut quę retro ſunt in totum oblivíſcerentur, de clauſura Cœnobij vix ad neceſſitatis opera per obedientiæ meritum, de cella verò, quam pro glorioſo carcere ſibi præfigebant, niſi ad uniformia communitatis exercitia prodeuntes, niſi ad benefactorum, aliorumque Chriſti-fidelium obſequia ſpiritualia ſæcularium colloquia non admittebant, juxta propheticum dictum; *Sedebit Solitarius, & tacebit, quia levavit ſuper ſe*: graviſſimè timebant, quod neceſſarium ſit, ut de mundano pulvere, etiam religioſa corda ſordeſcant. A mulierum pręſertim aſpectu toto rigore cavebant, ne cordis puritatem vel in minimo maculari contingeret.

327. Secundò, ad ſtabiliendam ſemper fortiùs hominis interioris, exterioriſque mortificationem, ac religioſæ perfectionis celſitudinem, à Superioris nutu tanta humilitate, adeò cœcā obedientiā pendebant, ut etiam in communi contra graviſſimas ſuas depreſſiones reclamare non auderent; dum Cuſtodes proprios ſibi à Clemente VII. conſtitutos non modò non haberent, ſed & in ſuis progreſſibus haud leviter impedirentur; ſemper tamen Provincialibus Miniſtris per omnia ſubjecti, depreſſionem ſuam Quinquaginta, & amplius annis libentiùs tolerare, quàm cōtra depreſſores ſuos reclamare malucrint; quin & ad impediendū ne recurſib⁹ daretur occaſio eorum Vexillifer Stephan. Molina, ne in Vrbe Cōventum exciperent, ſemper impedivit, donec Gregorij XIII. contrario Decreto reluctari nequivit. Longè difficiliùs erat, qui præſidere, quàm qui obedire vellet, invenire.

328. Evangelicæ paupertatis apex noſtræ Religionis inſigne præcipuum, in victu, & veſtitu, in Conventibus (veriùs Tuguriis) etiam in Eccleſiis, in utraque tandem ſuppellectili adeò ſublimis emicabat, ut ad majorem gradum in vita communi promoveri non poſſe videretur.

329. Orationis (quæ eſt animæ pabulum, atque ſpiritualis vitæ fulcimentum) aſſiduitas cum inſigni puritate conjuncta, manuumque alternata labore, pro majore diei parte in communi non intermiſſa, privatimque cootinuata, per integras ferè noctes ſolo vidente, & audiente Dco protracta eos ita diſponebat, ut nullo non tempore ipſos inimicus inveniret occupatos. Denique ut facilitate, ac ſecuritate majori ſpiritui caro ſubjecta contra ſpirituales profectus non recalcitraret, noxiave ſuggereret, utriuſque hominis quales eſſent mortificationes

nes nunquam intermiſſæ, impoſſibile eſt eas pro veritate deſcribere, ut ab homine vitæ ſpiritualis ignaro de facili credantur, extraneos ſuper his dicentes audiemus.

In Vita S. Petri de Alcant. Rom. imp. an. 1669.

330. In Hiſpaniis primò per Patres Diſcalceatos ad maximum perfectionis apicem adſpirantes illa vitæ auſteritas, ille pœnitentiæ rigor ille paupertatis vertex generaliter introducta fuiſſe leguntur, ut S. Petrus de Alcantara in ultimo agone cum morte conflictans ſe ſe obligatum eſſe crediderit, ut à corpore ſuo veniam peteret, utpote nimis à ſeipſo rigoribus, laboribus, & afflictationibus ſupra modum macerato: quin & pro moderandis cum grano ſalis conſodalium ſuorum pœnitentiis fuerit ſæpè ſæpiùs (fruſtra tamen) à ſæcularibus inclamatus. Ad hoc ipſum alluſiſſe non dubitatur B. Paſchalis Baylon, dum continuas ſuorum Diſcalceatorũ infirmitates, & præmaturas mortes (pauci etenim ex ipſis ad duodecimum luſtrũ pervenire cernebantur) ex hujuſmodi nimia ſecundùm quantitatem, & qualitatem vitæ mortificatione provenire confitebatur. Tuguria veriùs, quàm Conventus incolebant, cellas mortuis potiùs, quàm viventibus aptiores, quarum ut veriſſimi ſuper terram Peregrini claves quotannis ad locorum Dominos ultrò deferentes, magna humilitate, totâque indifferentiâ rogabant, ut ibidem hoſpitium altero anno ex charitatis titulo ſibi concedere dignarentur: viliſſima, & rudi, & cinericia, ſed horrida, unica, laceraque Tunica tectos potiùs, quam veſtitos eos dixiſſes, in jejuniis, & inſolitis jejuniorum aſperitatibus ſancta æmulatione ad invicem contendentes, integrum ferè annum repartitum in Quadrageſimas habebãt; aquam ipſam cinere, & abſinthio reddebant amaram; per ſingulas noctes aſperrimis flagellis ad ſanguinis effuſionem corpus lacerantes, quaſi ad auroram in oratione pernoctabant; neceſſarium, ſed omninò modicum corpori ſomnum indulgere coacti, non niſi ſuper terram, aut ſuper Tabulas, aut hujuſmodi duriora ſarmenta quieſcebant: Diem integrum in Choro, vel Eccleſia, & manualibus in laboribus alternantes, à ſancta operatione numquam ceſſantes, in ipſa Fratrum Communitate per rigoroſum ſilentium Eremi ſolitudinem efformantes, plumbeis, vel ſtamneis camiſeis, vel ferreis laminis, aut circulis, vel aſperrimis omninò ciliciis toto corpore circumcincti, nudis pedibus, & ſeminudi per aquas, nives, & glacies incedendo, martyres adhuc viventes videbantur, quales caro præmortua teſtabatur; qualecumque virtutis exemplum viderent in conſodali, ſimili ſe ſe virtute provocantes, chariſmata meliora æmulando, quoddam Angelicæ vitæ genus in terris renovare videbantur: Paupertas omninò arctiſſima, caſtitatis exquiſita cuſtodia, obedientiæ plena promptitudo, cæteræque virtutes, quæ Religioſum exornare poſſint ſupremo Evangelicæ charitatis vinculo, velut in auro gemmæ, ad perfectionis complementum conglutinatæ, omnibus numeris ſervos Dei reddebant abſolutos. Talibus rigorum initiis novellam hanc Seraphicæ perfectionis reſtaurationem in paucis illis ſuis Fundatoribus (ait Barezzius) decebat inſtitui; ut exinde multiplicata Familia ad moderatos pœnitentiæ rigores, plenamque vitæ perfectionem poſſet efformari, qualem in hodiernum uſque diem conſervare comprobantur.

Barc. ubi ſup. c. 604.

331. Arctioris hujuſmodi, atque Seraphicæ vitæ methodus per Beatos Ioannem de Guadalupe, Petrum Melgarium, illorumq; ſocios in Italiam deportata, ut diximus, inter Reformatos Italos ſummoperè reſplẽduit; de quibus, ut Michaelem Angelum Regularis Obſervantiæ profeſſorem in Chronologia loquentem unicum audiamus; ſic ait.

Obtento pro Reformatis Fratribus Apoſtolico diplomate, cunctis Provincialibus Miniſtris Provinciarum Italiæ mandatum fuit, ut Fratribus Strictioris Obſervantiæ zelatoribus, ij præſertim Conventus deſtinarentur, quos Seraphicus S. P. Franciſcus vel fundaverat, vel ſuâ decoraverat præſentiâ. In illis Fratres reformatè viventes, mirum dictu quàm magno profectu ſpiritualem vitam coluerint; ita ut omnibus prælucerent ſanctitatis exemplo. Oratione exercebantur aſſidua, & quaſi perpetua, duabus enim horis quotidie mentali contemplationi vacabant; & ultra devotiſſimam divini officij recitationem, item quotidiè Defunctorum officium, atque B. Virginis perſolvebant, unà cum ſeptem Pſalmis pœnitentialibus, præter- Chron. Seraph. col. 2. f. 145

quam in ſolemnitatibus; poſtque Completorium, officium illud perpetuò promebant, quod *Benedicta* vocatur. Eorum erat admirabilis abſtinentia, ſolis namque diebus Dominicis, & quintis feriis coctum aliquid ad menſam admittebant, cæteris hebdomadæ diebus pane, fructibus, herbiſque crudis contenti. Vltra jejunij dies ab Eccleſia ſtatutos varias ſtrictiſſimè quadrageſſimas obſervabant; nempe ab Epiphania uſque ad continuos quadraginta dies, ab Aſcenſione Domini uſque ad Pentecoſtem, ab octava Principum Apoſtolorum uſque ad Aſſumptionem B. M. Virginis, & à die 20. Auguſti uſque ad 29 ſeptembris diem. Senſus rebelles ad ordinem vario mortificationum genere redigebant; quidam etenim humi cubabant, quidam ſuper rudes tabulas; quorumdam fæmora ferrum in orbem deductum macerabat: aliorum terga, atque pectora, vel loricata; vel aſperrimis circumdata ciliciis, ut verè Fratres illi antiquas Nitriæ, & Ægypti glorias, atque perfectiones æmulari viderentur. Mundus eos non cognovit, quia eorum converſatio erat in Cœlis, dum ſanctam ſolitudinem in caverna maceriæ Christum attendentes indiſpenſabiliter profitebantur. Quæ utique perfectiones, quamquam his temporibus in immenſum creverit Reformatorum Fratrum numerus, non tamen deperditæ ſunt; ſed in ipſis laudabiliter elucescunt.] Hucuſque author Chronologiæ.

331. Capitula culparum per hebdomadam pro Regularis diſciplinæ manutentione numquam intermiſſa, admirabili prorſus humilitatis exercitio Religioſæ vitæ perfectionem conſervabant: Si quis etenim injurioſum verbum contra conſodalem diabolo prævalente inventus eſſet protuliſſe, ſine ulla dilatione vel ſpontanea humilitate, vel ex obedientia inſolito aliquo mortificationis genere culpam emendare cogebatur; ita ut ultimis hiſce temporibus à meo in Novitiatu Magiſtro de quibuſdam ſuis contemporaneis ego ipſe audierim, qui ex impatientia cum in verbum aliquod irreligioſum coram Confratribus proru-piſſent, de fœtida vilitate os ſuum implentes, in Refectorium intrantes coram tota communitate genuflexi veniam errati poſtulando, non niſi ad Superioris mandatum ab horrida mortificatione

Chron. Barez. loc. cit.

recederent: his, aliiſque inſolitis mortificationibus veterem hominem ut occiderent, novum qui ſecundùm Deum creatus eſt, ut induerent, ut per integram ſui abnegationem conſcientiæ puritatem acquirerent, indefeſſo conatu, & ſancta æmulatione contendebant, ad virtutum omnium complementum properantes, carnem, piſces, & ova exceptis infirmorum neceſſitatibus numquam emendicabant; Vltrò oblata extra jejunij tempora ita recipiebant, ut paupertatis rigor non tepeſceret: modis omnibus ad perfectam cum Deo unionem adlaborantes: Cæteris ſuperſedeo, ne prolixa ſanctarum virtutum enumeratione ab inferioris ſpiritus viris ridiculus in maxima ſerietate condemner; qui ut ſpiritus ſui imbecillitatem, ne dicam vitæ relaxationem defendant, hæc quæ diximus, ut puerilia condemnent.

333. His omnibus totâ certitudine compertis Clemens VII. prænominatos Conventus pauperrimos, & ſolitaria Sancti Franciſci loca Reformatis voluit eſſe reſtituta; quos vitæ rigores integro illo ſæculo conſervatos ſcripſit Reverendiſſ. de Calatagyrone, cauſam eſſe potiſſimam, quæ plurimos ab ejus ingreſſu retardaret. Vnde anno 1599. Cardinalis Mathæyus ad Romani Reformatorum Capituli graves inſtantias approbavit, ut præfatus vivendi modus, tum in recitandis officiis ſive obligationis, ſive ſupererogationis titulo, tum in obſervandis prædictis quadrageſimarum abſtinentiis immutatus omnino conſervari deberet: ut autem ſtudia inter Reformatos à Matthæyo ipſo tunc Ordinis Protectore conſtituta ſubſiſtere in Reformatione poſſent, diſpenſavit, ut ſcholares ubicumque conſtituti ab Officiis ſupererogationis fierent immunes; nec non in ſtudiorum locis coctum aliquid in Cœna poteſt apponi; expedito decreto die 4. Maij. 1599.

Chron. Seraph.

334. Quod autem hic ait Auctor Chronologiæ præcitatus, eundem vitæ rigorem in Reformatis jam adeo multiplicatis ad ſua uſque tempora perſeveraſſe, cum grano ſalis etiam nunc intelligendum eſt. Primò etenim verum eſt, in divini officij perſolutione, in oratione mentali, in omnimodæ paupertatis excellentia, in cæteris eſſentialibus vitæ Seraphicæ punctis rigorem maximum in univerſa

verſa Reforma perſeverare. De aliis per annum liberis quadrageſimis, & ſimilibus extraordinariis vitæ mortificationibus, pauci ſunt in ſingulis Provinciis formales Conventus, qui Religioſos particulares non habeant huic vivendi methodo perfectiſſimè addictos. Cęterùm ex tunc allegata infirmitatum cauſa, quæ nunc in tanta multitudine in immenſum excreſceret; moderationem in communi pro coquendis cibis; pro mendicandis vitæ ſubſidiis, & aliis hujuſmodi neceſſe fuit imponi; Nullæ tamen fervori particularium habenæ. Si autem in aliquibus externis minutiis, aut in ſæcularium familiaritate aliqua relaxatio alicubi videatur, id omnino neceſſariæ cum ſæcularibus converſationi videtur indulgendum; ut qui enim fieri poteſt, ut in ſolitudinis rigore, atque auſteritate multitudo tantà contineatur, quæ prædicationis gratiâ, & petitâ ad infirmos aſſiſtentiâ, & ad miniſtranda pœnitentiæ Sacramenta, necnon ex aliis plurimis proximorum neceſſitatibus ad ſæcularium familiaritates quotidie non invitatur, ſed compellitur?

335. Realiter tamen ipſam Strictiorem Obſervantiam in puro, & litterali Regulæ Franciſcanæ rigore juxta Strictiſſimas Nicolai III. & Clementis V. decretales, ad quas per Apoſtolica decreta obligantur, jugiter perſeverare ex triplici capite colligere licet indubium.

Ex ſtat. Gen. Ref. Ital. anno 1642.

336. Primò etenim in neceſſariis quoad victum, & veſtitũ (intra paupertatis Seraphicę limites) libros, & ſuppellectilem cæteram ſubditis ſuis; infirmis pręſertim per publicas, & optimè inſtructas infirmarias provident ſufficienter Superiores, quod ſingularem ſanis tuetur in laboribus fiduciam, & conſolationem: Oratio mentalis officiique divini frequentia protſus indiſpenſabilis, publica pro Fratribus defunctis per univerſam Provinciã Miſſarum, officiorumque indicta ſuffragia cæteris omnibus abſolutè præferuntur. Secundum ex primo dependet; proprietas ſiquidem perſonalis neceſſe eſt, ut exulet omnino, ubi in neceſſitatibus omnia ex charitate Superioris habentur, qui ſicut indigentibus providere, ita & totâ invigilare diligentiâ tenetur, ne paupertatis violatio, ne venenoſa proprietas, ne judaica pecunia ſenſim obrepens Religionis candorem inficiat: Tertium ex duobus emanat; ut videlicet tranſgreſſiones (quas non eſſe in tanta multitudine eſt impoſſibile) particularium ſint, non totius Communitatis, quæ immò ad illas ſeriùs inquirendas, denunciandas, & puniendas nulla ſimulatione inſurgit. Hæc ſunt veræ; ſanctæque Reformationis indicia certiora.

337. Quæ de Diſcalceatorum in Hiſpania, & Reformatorum in Italia laudabili perfectione ſunt enarrata, ne cantata recantem de Recollectis in Gallia, cęteriſque per utramque Germaniam, finitimaſque Provincias, Strictioris vitæ Profeſſoribus ſunt dicenda, ut ex Rapinæo, propriiſque Chronicis legimus expreſsè.

Suppoſito itaque quòd in eſſentialibus vitæ Communis ex inſtitutione ſuâ ad integras Nicolai III. & Clementis V. declarationes ſuper Regulã noſtram ſine ulla exceptione obligantur legenda remanerent in Ordinis Chronologia ſtatuta generalia, quæ ſive pro Ordine indiviſo, ſive pro Obſervantia Regulari ſępiùs ordinata, replicata, vel reformata fuerunt, unde clariùs apparebit, tum in facto pecuniæ, tum librorum particularium, tum ſacræ ſupellectilis, aliorumque plurimorum ad perfectionis apicem collimantium, quæ zelo Strictioris Obſervantię Profeſſures ad Regulæ Seraphicæ puritatem ſingulariter per proprias Cõſtitutiones adſpirent; His in componendis Lichettus primò, deinde Quinnonius, dehinc Gonzaga, & poſtmodum Bonaventura de Calatagyrone Zelantiſſimi Ordinis Primicerij ſanctiſſimè deſudarunt; quas Clemens VIII. perpetua firmitate per Apoſtolicum diploma corroborans, graviùs præcepit, ne Miniſter, Vicarius, aut Commiſſarius Generales (tametſi plena authoritate Reformatis præſideant) quoquomodo vel alterare, vel immutare, aut caſſare valeant. Et Paulus V. Clementis in Papatu Succeſſor, dum Minorum privilegia ex plenitudine gratiæ confirmaret, illa omnia excepta eſſe voluit, quæ inductæ Reformationi vel leviter præjudicarent, datis litteris *Injuncti nobis &c.* Dat. Romæ &c. die 1. Decembris 1609. Cum verò anno 1639. Italicæ, & annexæ Reformatorum Cuſtodiæ in Provincias fuiſſent erectæ; graviori examine per

Primarios Patres in ipſis Comitiis ſpecialiter deputatos pro temporum exigentia præfatæ Conſtitutiones examinatæ, & ampliatæ fuerunt; ita ut nihil eis ad perfectionem ſuperaddi poſſe videatur, quas ideo Vrb. VIII. ut in perpetuum obſervarentur, ut nec Ordinis Primiceriis, nec Capitulis Generalibus eas immutare, alterare, vel violare liceret, apoſtolico diplomate ſancivit; *Injunctis nobis &c.* quod ſupra ad calcem cap. 3. deſcripſimus.

338. Variis ergo Congregatiunculis ad titulum Reformationis ex cauſis ſupracitatis in Ordinis Communitatem ſtatim à primo ſæculo Ordinis Min. ſuperinductis; Obſervantia Regularis prima totius Ordinis ampliſſima, & perfectiſſima Reformatio (quamvis Clarenorum, Coletanorum, Amadæorum, aliaſque minores Congregationes contemporaneas habuerit, quæ tamen nec ramos extendere, nec diù permanere potuerunt) anno 1368. per B. Paulucciam in ſenſu ſuperiùs explicato introducta an. 1500. novam Diſcalceatorum in Hiſpaniis, & anno 1519. Reformatorum in Italia ſubintroductionem accepit, ſed abſque ſui diviſione, vel præeminentiæ præjudicio, quandoquidem cum ipſa Strictiori Obſervantia ultra ſæculum, & dimidium in ſancto minoriticæ perfectionis rigore adhuc eſſloreſcens, ſine capitis diviſione perſeverat.

339. Notandum tamen, ut notat P. Radaelli in ſuo regiſtro, quòd de Conſilio graviorum ex Regulari, & Strictiori Obſervantia Patrum examinatus fuit expediendæ Bullæ antedictæ tenor, & ſubſtantia; quâ deinde in exſcribendâ appoſitum fuerat, ut dum Miniſter Gen. ex Vltramontana familia eſſet de Obſervātibus, Commiſſarius Gen. in Ciſmontana fieret de Reformatis; Diffinitores verò Generales in Ciſmontanis ex æquo Obſervantibus, & Reformatis attribuerentur; quod tamen ex cujuſdam Patris oppoſitione dicit fuiſſe in ipſa Bulla correctum, ſicut reverà fuit. De Commiſſario enim Generali nihil in hac habetur; De Definitoribus verò præcipitur, ut quatuor ex Obſervantibus, duo de Reformatis aſſumantur; quæ proportio in hunc uſque diem obſervatur, non obſtante contraria conventione in Capitulo Gen. Romano 1664. ſuper his ſtabilita propter concordem ferè in utraque parte numerum ſuffragiorum. Quæ omnia de Reformationis progreſſibus hîc dicta, progreſſibus Obſervantiæ Regularis à ſuo principio uſque ad perfectam ſub Leone X. ſtabilitatem ſunt omnino conformia.

Arch. Arac. Cur. Ciſm Reg. P. Rad. p. 1. n. 25.

340. Poſitâ ergo Provinciarum Regularis, & Strictioris Obſervantiæ ab invicem omnimodâ independentiâ, ſupereſt laudabilis, & neceſſaria utriuſque ad Superiorem Generalem ſubjectio, dependentia, & obedientia ſecundùm Regulam S. P. Franciſci prorſus illimitata, ut ſupra declaravimus.

341. Vt autem ad aliqua particularia deſcendamus; cùm circa paramenta pretioſa, & organa, quæ in Conventibus reperiebant, quos ab Obſervantibus acceptabant, ſcrupulis gravibus angerentur ob zelū paupertatis; Clem. VIII. edito, quod appono, diplomate, declaravit, & conceſſit, ut quæ modo præfato in Conventibus reperiſſent, ſine dubietate ulla retinere poſſent, nova verò nullatenus acceptare valerent, prout ſequitur.

Sanctiſſimus D. N. D. Clemens VIII. &c. facta ei per Reverendiſſimos Dominos Reformatores Apoſtolicos relatione Memorialis Fratris Pauli de Clavaro Viſitatoris Fratrum Minorum S. Franciſci de Strictiori Obſervantia Reformatorum nuncupatorum, Provinciarum Romæ, Tuſciæ, Marchiæ &c. ſuper dubio.

§. 1. An dicti Reformati poſſint in eorum Eccleſiis habere organa, paramenta, & Vaſa Eccleſiaſtica pretioſa, & exceſſiva, ſtante Bulla ejuſdem SS. D. N. quæ illos obligat ad obſervationem Regulæ S. Franciſci juxta declarationes Nicolai III. & Clementis V. Bull. Rom. t. 3. fol. 133.

§. 2. Sanctitas ſua declaravit, & declarat, quòd in Eccleſiis, quas nunc habent, & quas in poſterum dicti Reformati ædificabunt, vel quovis modo obtinebunt; in quibus non ſunt hujuſmodi organa, paramenta, & vaſa, non poſſint ea de novo facere, nec etiamſi piorum eleemoſynis, donatione, vel quovis alio titulo offerentur, ſeu fierent, illa acceptare, ſed teneantur obſervare Regulam cum declarationibus Nicolai III. & Clementis V.

§. 3. In Eccleſiis verò, quas nunc habent, vel impoſterum habebunt, & acceptabunt

ceptabunt, ſive Fratrum de Familia, ſive quavis alia conceſſione obtinebunt, in quibus eſſent hujuſmodi organa, paramenta, & vaſa eiſdem Eccleſiis applicata, Sanctitas ſua concedit, quòd ſine ſcrupulo aliquo, & conſcientiæ onere poſſint ea tenere, & illis uti, donec duraverint. Dat. &c. die Dominico 5. maij 1602.

342. Præcedētiam itidem Reformatis de per ſe juxta Minoritici Ordinis dignitatem, qualis Obſervantiæ competere dignoſcitur, ſine ulla diminutione deberi, habere poſſumus evidenter ex præallegatis Leonis X. pro Regulari Obſervantia litteris, ſi ipſas, earumque fundamenta velimus Reformatis applicare. Vnde ad eliminandas, quæ ſuper hoc oriri poſſent, controverſias, Clementis VIII. in Brevi ſuo *Ex injuncto nobis &c.* ſub die 7. ſeptembris 1602. quod ſupra dedi per extenſum, punctum hoc ad favorem Reformatorum expreſſiſſimè voluit definitum; cujus vigore contra Regulares nonnullos, qui præcedentiam hujuſmodi eiſdem contendere nitebantur, inſtante Zacharia de Leuco pro Reformatis in Curia Procuratore Generali, à S. Rituum Congregatione ſeqnens decretum emanavit.

Ex Reg. Bul. & dec. S. Franc. de Vrbe p. 2. fol. 34. 343. Cuſtos Minorum Obſervantium Reformatorum Salernitanę Civitatis cōqueſtus eſt de Regularibus aliorum Ordinum in dicta Civitate exiſtentibus, quòd recuſent dare præcedentiam in publicis proceſſionibus, & funeralibus Fratribus Reformatis ſui Ordinis, quotieſcumque dicti Reformati non incedunt cum Familia Min. Obſ. quod cùm ſit contra Bullam Clementis VIII. incipientem *Ex injuncto nobis &c. ſub. die 7. ſeptembris* 1602. ſupplicavit provideri. Et Sac. Rituum Congregatio reſpondit præcedentiam ſemper dandam eſſe Fratribus ſupradictis Reformatis, ſive ſoli de per ſe, & ſub propria Cruce, ſive cum Familia, & ſub Cruce Minorum Obſervantium proceſſionaliter, ſive in funeribus incedant, & ita ubique ſervari mandavit die 10. Decembris 1629. Vnde ex hoc præcisè anno 1626. per ejuſdem Sac. Congregationis decretum, etiam anno 1655. die 22. Martij confirmatum, Conventus eorum in loco Pilæi præcedentiam ſuper Patres Conventuales eviciſſe legitur, etiam in publicis proceſſionibus, non obſtante Gregorij XIII. Conſtitutione de præcedentia Monaſteriis antiquioribus conſervanda, quæ conſtitutio in Vrbe, Vrbiſque univerſo diſtrictu locum non habere probatur; nec ubi de jure præcedentiæ aliàs conſtat. Ibid. par. 2. fol. 35.

344. Sicut ergo Obſervantes à principio ſub Generalibus, & Provincialibus Vicariis, propriiſque legibus vivebant, donec per Leonis X. beneficium ad Provinciarum titulum evecti præeminentiam habuerunt in Ordine, & eliminatis diſcordiarum cauſis in pace quieverunt: ita Reformati à principio ſub Cuſtodibus, variis tamen mutationibus, propriiſque legibus vixerunt ultra ſæculum integrum, donec & ipſi ad honorem, & titulum Provinciarum evecti, cauſas omnes diſcordiarum cum Provincialibus de Obſervantia extinguendo, in pace conquieſcunt. Vnitatem tamen Ordinis ſub uno cum Obſervantibus Capite conſervant inviolatam, ſub Generali videlicet totius Ordinis Miniſtro, vel Vicario, atque ſub Commiſſario Generali in alterutra reſpectivè Familia, ad quorum electionem ex æquo cum activa, & paſſiva voce concurrunt; qui propterea ab utriſque, ac de utriſque, nempe de Regularis, atque de Strictioris Obſervantiæ Profeſſoribus indifferenter eliguntur; Nec enim aliter, ut ſupra diximus, intelligenda venit Leonis X. graviſſima Bulla. *Ite & vos &c.* in qua præcipitur, ut à ſolis, & de ſolis Reformatis Miniſter Generalis eligatur Reformatus, qui pro Reformato habeatur, & vitam ducat Reformatam; cum ibi declaret expreſsè, à ſe per Reformatos intelligi, q: i rejecto quocumque privilegio relaxativo, ad litteralem Regulæ rigorem ſpecialiter obligantur; quales fuiſſe tunc conſtat, & etiam nunc eſſe Regularis Obſervantiæ profeſſores, imo & in ipſa Bulla definiatur.

## CAPUT IX.

### *Strictioris Obſervantiæ Primarij honores.*

345. Religiones omnes, & ſingulas eo potiſſimùm titulo in Eccleſia Catholica fuiſſe approbatas, & conſervatas, ut ſemotis ſæculi curis attentione continua,

continua, puritateque majori Perſonæ in illis Deo dicatæ, ipſi bonorum omnium Datori deſerviant, orationibus vacent, & portent peccata populorum, qui majoribus ſolent præpediri negotiis ſæcularibus, & peccatorum periculis exponi; exinde poſſumus indubiò colligere, quòd idcircò vel aſſignatis proventibus perpetuis, vel quotidianis eos eleemoſynis colunt, & enutriunt, quia ſpecialibus earum ex meritis divinæ miſericordiæ largitatem ſe faciliùs habituros cæteri hominum credant, atque confidant. Verumtamen etſi Maria optimam partem elegerit, quæ à colloquiis divinis, & Oratione non recedit; quia nihilominus Marthæ ſolicitudinem pro aliorum ſalute in Eccleſia adhuc militante, non laudabilem ſolùm, ſed & neceſſariam novimus eſſe in viris Apoſtolicis: Religiones illæ ſemper in Eccleſia Dei ſe reddiderunt præ cæteris inſignes, quæ ſanctas illas ſorores Martham, & Magdalenam in una domo aſſociare didicerunt; quæ præter orationum ſtudia, verbi etiam divini prædicatione, atque Sacramentorum frequentia populos ad æternæ ſalutis portum adducere, infideles doctrinâ veritatis imbuere, Catholicam demum Eccleſiam dilatare, eique gravioribus in negotiis deſervire potuerunt.

346. Seraphicum Ordinem Minorum primis ſuis adhuc indiviſis aureis ſeculis hac utraque gloria fuiſſe celeberrimum, omnibus eſt in confeſſo. Regularis etiam Obſervantia fuit in omnibus abſque cõtroverſia tota ſingularitate conſpicua; quæ ſanctitatis, & doctrinæ titulo; nec non pro Catholicæ fidei defenſione, atque dilatatione Primarios, (quos ſupra recenſuimus, & in tertia parte hujus operis fuſiùs, Deo dante, recenſebimus) parturivit heroës, quibus & præcipua Sedis Apoſtolicæ negotia legimus fuiſſe commiſſa. Maxima hæc honorum culmina illi potiùs invidere fortè aliquibus videbuntur, quàm imitari poſſe Strictioris Obſervantiæ Profeſſores. Etenim Miſſiones ad fidei ſanctæ propagationem jam ſub ſacræ Cardinalium Congregationis de propaganda fide ad hoc ſpecialiter eminentis juriſdictione collocatæ, non ampliùs à libera Superiorũ Regularium diſpoſitione dependent. Ad conteſtandam Religionum in ſuis filiis ſanctitudinem, jam poſt ſanctiora Vrbani VIII. decreta ampliùs non licèt Antonios ante completum ab obitu annum ad Canonizationis honorem promovere, nec ipſis cõceditur locorum Ordinariis quicquam publici cultus eis indicere ante Sedis Apoſtolicæ approbationem, de qua niſi poſt annos quinquaginta ab illorum morte pertractare non licèt. Graviora denique Apoſtolicæ Curiæ negotia jam communiter non Nudipedibus, aut Mendicantibus Regularibus, ſed Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalibus, aliiſque Prælatis majori cum majeſtate ſolent demandari. Adde, ſi placet, Italicæ Reformationis progreſſus ſeptuaginta ferè annorum ſpatio velut in arce fuiſſe concluſos, ita ut foras erumpere non valerent; campeſtribus, & ſolitariis in Conventulis Deo ſoli cogniti hoc unum inceſſante pœnitentia, & humilitate conſtanti operebantur, ut eorum nomina ſcriberentur in Cœlis. Nihilominus quo diutiùs reſtricta delituit, eò glorioſiùs exinde fructificavit, & Eccleſiæ, unde omni veriori gloria coronata refulget.

347. Primò. Gloriæ ſingulari ſibi non immeritò attribuendum ducit; quòd non ab uno, vel à paucis, vel à multis, vel clanculum, vel per violentiam, ſed ab ipſis totius Ordinis Miniſtris Generalibus, & ab ipſa Sede Apoſtolica, cooperantibus Primariis Ordinis Patribus introducta fuerit, & per univerſam familiam in Italia diplomate Apoſtolico ſtabilita; ut in ſuperioribus explicavimus.

348. Secũdò. Sicut ad inſtar quercuũ, & abietum non in momento, vel ſine tempore, ſed lentiſſimo gradu ramos ſuos extendit, firmiores ita radices egiſſe comprobatur. Cum etenim licèt in Vniverſo Religionis ſolo ab initio plantata jam ab anno 1500. in Hiſpaniis, & ab anno 1519. in Italia, tamen ibi per multa luſtra validiſſimè agitata, hîc non niſi prope finem illius ſæculi vix emergere potuit è latebris; Vnde firmiori ſtabilitate facta ſecurior jam ad duo ferè ſæcula in integra, & pura ſuæ profeſſionis perfectione illæſa perſeverat. Cognita ipſius perfectione ipſam ſubitò ſuis in Ditionibus in Hungaria, in Bohæmia, in Auſtria, in Syleſia, in Charintia, in Tirolenſi Comitatu multiplicatis Provinciis voluere piiſſimi ex Auſtrica Domo Imperatores

Imperatores eſſe ſtabilitam; Poloniæ Reges in ſuis, Bavariæ Duces Electores mordicùs defenderunt; quibus è locis contra Hæreticos, & Schiſmaticos etiam in Moſcoviam, & Tartariam fœlici excurſione penetrantes inceſſanti fructu adlaborare comprobantur.

349. Tertiò. Legationibus Apoſtolicis (etſi jam rariùs, ut dixi, Mendicantibus concedantur) haud caruit. P. Martinus de Valentia ex Diſcalceata S. Gabrielis Provincia Strictioris Obſervantiæ cum duodecim Sociis ejuſdem inſtituti anno 1524. Commiſſarius, Nuntius, & Inquiſitor Apoſtolicus, primus in Americæ continentem intravit: quàm ſtrenuè, quàm ſanctè, quàm fructuosè longum martyrium ducens injunctum munus obiverit; Infidelium myriades per eum, ejuſque ſocios ad Chriſtum converſæ clariùs atteſtantur, & nos ſuo loco fuſiori ſtylo deſcribemus.

350. Petrus Baptiſta anno 1593. Regis Catholici legatus ad Taycoſamam Iaponiæ Imperatorem pro ineunda ad invicem pace, & avertenda potentiſſimi Tiranni, & victoriis inſolentis invaſione in Philippinas; àt principaliter pro aperiendâ prædicationi Evangelicæ portâ; virtutum ſuarum agmine Tiranni barbariem evicit; pacem cum Hiſpano firmavit; & Iapponica Regna Chriſto aſſerere maximo fructu incœpit, erectis Eccleſiis, & Hoſpitalibus, baptizatis Iapponenſibus, Evangelium Ieſu Chriſti, quod voce prædicaverat, ſuo cruore ſubſcripſit, inter Chriſti Martyres ab Vrbano VIII. cum ſuis Sociis adnumeratus.

351. Stephanus Molina Romanæ (vel etiam Italicæ) Reformationis Ductor, & Magiſter in Romana, & Neapolitana Provinciis iterum, & tertiò Miniſter Provincialis, & Ordinis Diffinitor Generalis, utrâque litteraturâ, ſed rigidiori Regulæ Obſervantiâ longè conſpicuus eo fuit in pretio etiam ex titulo ratæ prudentiæ; ut, ne per ſingula diſcurram, in ejus obitu epiſtolæ Commiſſoriales ultra 1300. pro grandium negotiorum expeditione à Summis Pontificibus, à Cardinalibus, aliiſque Principibus ei demandatæ fuerint in ejus cellula repertæ: cum ſingulariſſima pietatis opinione obdormivit in Domino.

352. Thomas Obicinus Novarienſis dictus ex Riparia S. Iulij, Novarienſi in agro ſita, quem Vvadingus in Syllabo Scriptorum perperam dicit ex Regulari Obſervantia; Spondanus autem annum 1616. n. 8. à Bullis Apoſtolicis non recedens Ordinis Minorum eum nuncupavit; fuit ex Reformata Provincia Romana, in qua, ut ait Vvadingus, ad S. Petri - montorij obiit anno 1632. Ipſe dum eſſet Aleppi ſuorum Conſodalium Præfectus, cum Synodus Chaldæorum pro ſua cum Eccleſia Romana unione celebranda eſſet, & Prælatus ad id à Pontifice delegatus ad præſidendum in via defeciſſet, ſubrogatus ut Commiſſarius Apoſtolicus eâ prudentiâ, ea pietate negotium promovit, ut optatam à Chaldæis errorum abjurationem, & in Romana fide Catholica integram profeſſionem in publicis tabulis impetraverit, & à Paulo V. Pontifice per litteras Apoſtolicas ſummam laudem emeritus fuerit; quæ mirabilia, & Chriſtiano cultui effecerit utilia in tota Paleſtina, & quomodo tandem inter ſuos Reformatos ad S. Petri in monte Aureo de Vrbe poſt linguam Arabicam diù ibi, & fructuosè publicè perlectam objerit anno 1631. non 1638. ut dixit Vvad. quæ ingenij ſui ad poſterorum utilitatem monumenta reliquerit, ſuo loco cum laude recenſebimus.

353. Ioannes Baptiſta de Turricula (vulgo Turrigia, que Villa eſt Montiſferrati) ex Reformata S. Didaci Provincia Papienſi Theologus omnino ſingularis, miſſus ab Vrbano VIII. in Hungariam, inibi factus Provincialis Miniſter Provinciæ S. Mariæ, & graviſſima negotia pro Catholicorum inter Babaros commorantium ſecuritate, & in orthodoxa fide perſeverantia de mandato Apoſtolico tum cum Principibus Tranſylvano, Vallacco, & Moldavo, tum in Curia Imperiali, tum apud Imperatricem Eleonoram, cui cariſſimus fuit, tum apud Regem Poloniæ pluries, & cum maxima fama dexteritatis, & prudentiæ in rebus gerendis adminiſtravit. Obiit Caſali in Monteferrato in Conventu Reformato S. Mariæ anno 1656.

354. Anno 1680. P. Atonius à Piſticeja ex reformata Provincia Baſilicatæ Præfectus Apoſtolicus Miſſionum in Ægipto, P. Danieli ab Aretio ex Romana Provincia Reformata in Vrbem ad edocendam

dam linguam Arabicam evocato in Præfectura ſubrogatus,& P. Franciſcus à Semellio ibidem Miſſionarius Apoſtolicus ex Reformata Prov. Vallis Mazzariæ; ut Apoſtolicæ ſuæ Miſſionis initia verè Apoſtolico Miniſterio in Dei,& Eccleſiæ Catholicæ Romanæ obſequium,etiam cum temporalis vitæ diſcrimine conſecrarent Memphi cum ampliſſimæ præ cæteris ferè omnium Sectarum orientalibus, nationis Cophtæ Patriarcha communicationem, & colloquia Religioſa cum modeſtia, humilique manſuetudine introducere curarunt; Negotium arduum cum Conſodalibus ſuis Deo ſemper in Oratione humillimè commendantes. In gratiam à Patriarcha recepti, de unitate fidei Catholicæ, de ſubintroductis Cophtorum erroribus tractatum modeſtè, ſed doctè, efficaciterque aperuerunt: Ne autem compendij limites excedam, eò Dei aſpirante gratia negotium deductum fuit, ut anno 1681. P. Franciſcus antedictus ab ipſo Patriarcha velut Orator ejus,litteriſque ampliſſimis, & authenticis grandi cum pietate, & reverentia de concupita unione ſui cum Eccleſia Romana concludentibus, fuerit in Vrbem ad Sanctiſſimum P.P. Innocentium XI. ab Ægypto tranſmiſſus. Litteris in latinum de mandato Papæ in Sac. Congregatione de propaganda fide traductis, ſummaque cum exultatione ab ipſa Sac. Congregatione lectis, & commendatis, & Summo Pōtifici denuo præſentatis. Deo pro aperitione tanti negotij debitas gratias egit, pro ejuſdem fœlici conſummatione ſua cum grandi pietate ſupplicando: Causâ demum acerrimè in Sac. Congregatione diſcuſsâ, & approbatâ, ut ad optatum finem deduceretur: ipſe P. Franciſcus cum duabus litteris Apoſtolicis, ad Patriarcham unâ, alterâ ad ejus nationem directis, ſimul cum Calice argenteo, aliiſque donis, fuit à Pontifice remiſſus in Ægyptum, ut opus tam Sanctum Sancta cum applicatione proſequeretur. Litteras omnes ſupra memoratas utriuſque partis, & quæ ſubinde ſubſecutæ ſunt, cum inſtrumentis publicis hac de re confectis in tertia hujus operis parte cum integra hujus cauſæ notitia dabimus per extenſum. Interea anno 1682. Patriarcha ille Cophtorum ad Romani Pont. epiſtolas ſibi à Patre Franciſco conſignatas reſpondit datis litteris in Oppido ſuo non vulgari, quod eorum lingua *Tuch. Ennoſera* dicitur, inter Memphim ad Merediem, & Metelim (quod vulgò Roſeto dicunt) ad Aquilonem reſpondit, quod ex loco illo ad univerſalem totius ſuæ nationis Synodum incomodo adæquatè reſpondere non poterat: Vbi verò Cayrum, ſive Memphim appuliſſet, Epiſcopos, cæteroſque Nationis ejuſdem Magnates ſe convocaturum fore pro negotij promotione, ſtatimque de Congreſſus, ſive Synodi determinatione ex integro ſe fore ſcripturum ſpopondit. Vt de facto jam à Sicilia ſcribit hoc anno 1684. Menſe Iulio ipſe P. Franciſcus, ſe Romam venire, unàque Patriarchæ illius, & Nationis Oratores cum legitimis tabulis ſecum adducere, qui coram Romano Pontifice S. Petri Apoſtolica in Sede Succeſſore negotium Sanctæ unionis, & debitæ huic ſubjectionis abſolvant. Vtinam tantæ molis negotium, Spiritus Sancti adſpirante gratia, maxima cum fidei Catholicæ dilatatione concupitum à Deo ſortiatur effectum, de quo in tertia hujus operis parte poterimus ad plenum ſcribere.

355. Quartò. In Miſſionibus Apoſtolicis celebres adeo fuiſſe Strictioris Obſerv. Profeſſores habemus, ut ad hoc expreſsè in mundum veniſſe videantur. Novi Orbis converſionem primariam B. Martino de Valentio ex Diſcalceata Provincia S. Gabrielis cum ſuis Socijs, (quos communiter Americæ Apoſtolos dicunt) acceptam referunt præter Noſtrates, Platus, Surius, Torſellinus,& alij Scriptores exteri, quam unà cum Obſervantibus proſecuti ſunt,& ampliſſimè proſequuntur. In Orientalium Indiarum vaſtitate inceſſanti fructu uſque ad Amacaum laborare non ceſſant Provinciæ Matris Dei Diſcalceati, etſi pluribus è locis Anglorum, & Batavorum violentiâ ejecti. In Iapponiæ, Synarum, Siao, conterminaque iis Regna tum Luſitani ex præfata Matris Dei, tum Hiſpani, & Indi ex Philippinarum Provincijs, imò & ex Belgio Strictioris Obſervantiæ Minoritæ fidem Catholicam diſſeminare non ceſſant. In Iapponia B. B. Petrus Baptiſta, & Socij de Philippinis jam à Sede Apoſtolica B. B. Martyrum Cathalogo adſcripti: Deinde Richardus à S. Anna cum ſocijs ſuis ex Belgicis Provinciis

vinclis Recollecti, aliæque ſucceſſivè Martyrum cohortes, & duæ in Molucis de Hiſpania Miſſionem ſuam proprio ſanguine conſecrarunt Ad Canadam, aliaſque in America ſeptentrionali regiones profecti authoritate Apoſtolica ex Recollecta Provincia S. Dionifij continuò Galli Evangelium Chriſti propagare nullo non labore procurant. Ad Marochij, Feſſanumque Regna ex Diſcalceata S. Didaci Provincia Strictioris vitæ Minores Chriſti fidem vel ſuſtinere, vel propagare ſtudent, ubi piæ memoriæ P. Ioannes de Prado Martyr occubuit, pro cujus Beatificatione obtinenda vividè laboratur in Curia. In Vniverſo Batavorum, ſive Provinciarum unitarum Dominio, in Saxonia, Dania, & Palatinatu, denique per univerſum ſeptentrionem Lutheranicæ peſtis, aliarumque hæreſum veneno nimis miſerabiliter infectum, Patres Recollecti ex omnibus Germano Belgicis Provinciis maximo cum fœnore fidem Catholicam reſtituere non omittunt: ut & in Angliæ, Hiberniæ, atque Scotiæ Regnis illarum Provinciarum alumni de Strictiori Obſervantia nuncupati. Quot, & quantos Sacrarum meſſium maoipulos in horreū Domioi congregaverint ab initio, & congregare uſquequaque non ceſſent Gallicarum Provinciarum Recollecti, longo, & diffuſo ſermone eſſet explicandum: Quàm verò hoc in Apoſtolico munere ſint ſingulares, Ludovici XIV. Galliarum Monarchæ invictiſſimi teſtimonio comprobatur, qui anno 1672. movens contra Batavos arma victricia, ex omnibus ſui ampliſſimi Regni Regularibus ſolos de Strictiori Obſervantia Recollectos habere voluit in Caſtris, qui in locis ab hæreticorum tyrannide recuperandis hæreſes confutare, fidemque Catholicam efficaciter reſtituere poſſent.

356. Nec ignavi, vel deſides in Familia Ciſmontana, qui Reformatorum nomine audierunt. In Terra Sancta indifferenter cum Patribus de Obſervantia Regulari tum in præſidendo, tum in parendo in ſancta laborum tolerantia coovivunt: ſpecialiter autem à S. Congregatione de propaganda fide Apoſtolicas Miſſiones eis videmus eſſe concreditas: In Ægypto ubi Martyrem unum Memphi ex Reformata Provincia Romana habuerunt; Ad Æthiopes etiam, qua in proſequenda ternas jam Martyrum Cohortes; In Regno Cypri modo non diſſimili: pariformiter in Albaoia, Servia, & Bulgaria, ubi continuas ferè, graviſſimaſque perſecutiones Turcarum non horrendo, aliquorum etiam de ſuis ſanguine in teſtimonium Ieſu Chriſti profuſo, multiplicatis domibus, ſivè tuguriis, errantes in ſpeluncis, & ſolitudinibus ad hunc uſque diem maximo cum fructu Deo, Eccleſiæque Sanctæ deſerviunt. Eadem ex Sacra delegatione in Tripolitano Barbariæ Regno uſque Salam in Mauritania Tangitana Apoſtolicas Miſſiones uberrimo cum fructu exerceot; ubi Martyrem unum ex Reformata Pedemontana S. Thomæ Provincia receperunt; In Vallibus Lucernæ ad Montium radices, quibus Italia diſterminatur à Galliis, pro hæreticorum inibi graſſantium converſione cum fructuosè in antea laboraſſent, anno 1631. Miſſiones Apoſtolicas ex S. Congregatioois decreto erexerunt, ubi multiplicatis domibus eo fructu deſudant, ut diminuto permaximè hæterodoxorum numero, integris etiam Oppidis à peſtifera labe purgatis fides Catholica glorioſè revixerit. Noviſſimè anno 1680. quinque de Reformatis Italiæ Theologi, uno eorum in Epiſcopum conſecrato ab ipſa S. Congregatiooe in Synarum, & adjacentia Regna ſunt deſtinati; etiamſi plurimi de Hiſpaoia inibi ſanctè de ſervire noſcātur. In Tranſilvaniam ab Innoc. X. ſanc. memoriæ Pontifice ſub Modeſto de Roma fœliciter amandati, domus primò pro exercendis Miſſionibus, deinde Conventus formales ſub proprio Cuſtode, & Apoſtolico Præfecto gubernandos, quò fructuoſiùs elaborare poſſent, erexerunt. In Cuſtodia item Conſtantinopolitana, quatuor ex Cœnobiis, quæ inhabitant, pro fidei Catholicæ Romanæ defenſione, atque manutentione ſanctè deſudant. Quot animarum myriades in Bavariæ confiniis, in Auſtria, Styria &c. in Vngariæ, Bohæmiæ, atque Poloniæ Regnis ab hæreſi, & ſchiſmate annuatim ad Eccleſiæ Catholicæ gremium adduxerint ſuo loco recenſebimus. Ita nt aſſignabile non ſit Europæ Catholicæ Regnum, in quo à Principibus, & populis acclamati tabernacula ſua non fixerint; nullus ſit angulus hæreticorum, quem non penetraverint;

vaſtiſſimum Turcarum Imperium,& Paganorum extremas in Oriente Provincias uſquequaque percurrunt, ut errantes oves valeant ad Caulam Domini reducere. Omnium hujuſmodi Miſſinnum numerum præfixum, loca determinata, ſucceſſus varios, atque progreſſus, nppoſitiones, & adminicula, ſanctiſſimos labores, quos inibi exantlarunt Apoſtolici nperarij, perſecutiones ab infidelibus abſque meta toleratas, longa, duriſſimaque Martyria, quæ in ſpeluncis,& in ſolitudinibus errantes, à facie mortis fugientes, in plagis, in ęrumnis, in carceribus, in verberibus pro Chriſti amore vivendo devorarunt, mortes crudeliſſimas, quas pro Dei cauſa conſtantiſſimè pertulerunt; uberrimos denique fructus, quos, benedicente omnium bonorum Datore, ipſius in horreum Domini congregaverunt,& congregare non ceſſant, de antedictæ S. Congregationis de propaganda fide licentia in ſecunda hujus operis parte fuſiori ſtillo deſcribenda fore confidimus.

357. Quintò. Si de Sacrę doctrinæ excellẽtia nõ omnino tacere velimus;quippequæ Apoſtolicis operariis ad fructuosè laborandum in vinea Domini ſit abſolutè neceſſaria, unde & Apoſtolis fuit à Spiritu Sancto miraculosè conceſſa; in hac etiam Strictioris Obſervantiæ glorias non vulgares explicare liceret. Sive etenim doctiſſimos viros requiras, quæ ad ſerenandas, & pacificandas fidelium conſcientias, & ſuggerenda rectiora in ſpiritualibus conſilia, quietè diverſantur in Cœnobiis; Sive de Apoſtolorum imitatoribus loquaris, qui pro ſuggeſtu virtutum dignitatem, & prœmia, vitiorum fœditates, & pœnas cum laudis ſingularitate prædicando, oves Chriſti ſanguine redemptas ab avernici lupi faucibus eruere, atque ad æternæ fœlicitatis paſcua deducere conentur; ſive Malleos hæreticorum exquiras, qui nebulonum illorum verſutias populis detegãt, falſitateſque redarguant; Sive tandem de Scriptoribus verba faciamus, qui aliorum utilitati vigilando, & laborando, etiam per atramenta Eccleſiæ Sacræ deſervire conentur; etſi jam Concilia œcumenica non habeamus, in quibus de veritatibus Catholicis ſit diſputandum; Virorum tamen in omni ſcientia excellentium, ſcriptores de omni penè ſcibili altè docentes, Concionatores in Eccleſia Dei clariſſimos, & in fidei controverſiis peritiſſimos, qui contra hæreticos præliari non ceſſant, longo Cathalogo recenſere liceret; quibus tamen ad citatam tertiam partem reſervatis; aliquos tantùm præcipuos ex variis ſcientiis ſingulariter benemeritos ex Familia Ciſmontana numerabo, quia ex Vltramontana nondum licuit habere.

358. Paulum de Sulmone Aquilana ex Reformata Provincia clariſſimum Concinnatorum jubar ſuo ævo præmitto, qui hoc præſertim ex titulo addita ſingulari prudentia &c. ad regimen hujuſce familiæ ſublimari promeruit. Vener. ſervum Dei Bartholomæum à Saluthio ex Reformatione Romana, de quo inferiùs, qui veluti novus hujus ſæculi Apoſtolus in Vrbibus Italiæ primariis cogebatur in plateis concionari, eo quòd accurrentium multitudinem templa permaxima capere non poſſent; ubique maxima cum peccatorum emendatione: de noctu à Civitatibus egredi cogebatur, quia proſequentibus populis de loco in locum vix tranſmigrare valebat. Vener. ſervum Dei Sanctium de Codogno ex Mediolanenſi, & Sancium de Ripa Trunſova ex Marchiana Reformatione pariformiter ex vitæ ſanctitate, doctrinæ excellentiâ, & declarandi efficaciâ celeberrimos, & fructuoſiſſimos Prædicatores. Adrianum de Neapoli jam diù defunctum, & Bonaventuram Caballum, nunc meritiſſimum Cæſareæ Præſulem, ævo noſtrò celeberrimos Prædicatores, cum aliis multis etiam Imperatori acceptiſſimos, quia noviſſimos omitto.

359. Marius Scribonius ex Reformata Pedemontana S. Thomæ Provincia præter Panthalitia, univerſæ ſacræ Theologiæ ampliſſimam, novaque methodo digeſtam ſummam typis impreſſam, etiã ſuper univerſum ferè teſtamentum novum doctiſſima ſcripta compoſuit, quæ in Conventu S. Mariæ Angelorum Taurini aſſervantur. Ibidem P. Illuminatus à Taurino olim ibi Miniſter Provincialis, & diù Miſſionarius Apoſtolicus nova, facilique methodo, quæ & hæreticorum Pſeudomagiſtros arctiùs confutare, & populos faciliùs illuminare poſſet, duo juxta volumina Lugduni impreſſa evulgavit contra Gebennenſium errores, qui in Vallibus Lucernæ graſſantur, ex quibus

quibus in vulgus hæreticorum emiſſis, copioſiſſimum fructum retuliſſe comprobatur. Laurentius Branchatus ex terræ laboris Provincia de Deo trino, & uno, & de Angelis tria magna eddidit volumina Neapolis evulgata. P. Cãdidus Bergomenſis omnium primus artem Exorciſticam ſecuriori doctrina, via faciliori publici juris effecit. De vitæ ſpiritualis directione S. Petrus de Alcantara cæteris poſt ipſum hac de re ſcribentibus facem prætuliſſe dicitur; & Venerab. ſervus Dei à Saluthio palmam plurimis præripuiſſe non dubitatur. Quæ P. P. Smiſingh, & Herinx ex Belgicis Recollectis in re Theologica eddiderint; Quæ Lucas Vvadingus, & Antonius Hiquæus ex declarata de Strictiori Obſervantia Hiberniæ Provincia viri primarij æternitati conſecraverint, non eſt cur in hoc compendio perſtringamus. Ioannes Theodorus Lothanrigus vulgo dictus Lector Gallus, quantâ fuerit ſcientiarum omnium excellentiâ in Reformatione S. Didaci Italia tota cognovit. Ibidem qualis fuerit Ioannes Baptiſta de Tenicula ſupra memoratus, doctiſſimæ ipſius elucubrationes ſuper univerſam ferè Theologiam oſtendunt: Aſſervantur M. SS. in Conventu Reformatorum Caſalenſi. Vt autem ex Romana Reformatione Ioannem de Matha Neapolitanum à doctiſſimis deputationibus (inter alia plura) ſuper Pſalmum 103. ingenti volumine compræhenſis celeberrimum, & Angelum Auda à Lantuſca, qui, additis tomis duobus, (præter alia multa) Bullarium Romanum complevit, alioſque plurimos, utì Fortunatum Hueber ex Bavarica, Bernardum Samnig ex Bohæmica à Commentariis Theologicis, à Philoſophicis. Amandum item de Bohæmia notiſſimos omittam; Vnum omittere non poſſum longè majori admiratione dignum Carolum à Setia Romanæ Reformationis laicum, ſive Converſum (de quo immediatè dicemus) virum alioquin rudem, & ſtudiis numquam addictum; ſed docente illo, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, de Theologia myſtica tria juſta volumina omninò ſupra capacitatem hominum edidit, quæ totius Vrbis admiratione, & conſolatione fuere poſt ejus obitum tertiò publicæ utilitati vulgata. Orbis Seraphici de Franciſcanæ Religionis ortu, progreſſibus, fructibus, & honoribus item tomi quatuor, Deo dante, veluti præliminares jam prodierunt in lucem, cæteros ultra viginti quinque, vel eidem Dominico ex Pedemontana, vel alteri concedat Deus, ut ad Complementum pro Religionis decore, necnon ad poſterorum incitamentum poſſint adducere.

360. Sextò. Ex titulo ſanctitatis nec leviter, nec mediocriter effulſit Strictior Obſervantia: Vt enim primò de Martyribus loquar, qui ſanguine proprio teſtimonium Ieſu Chriſto dederunt; quod eſt ſupremum perfectiſſimæ charitatis; poſt plurimos ex Diſcalceatis S. Gabrielis, aliiſque per Hiſpanias Provinciis, qui per Americæ Regna Evangelium Dei ſuo cruore confirmatum prædicarunt ſuo loco recenſendas; B. B. Petrus Baptiſta ejuſque ſocij Iapponenſium Protomartyres ex Provincia Philippinarum in Beatorum Martyrum albo fuerunt ab Vrbano VIII. deſcripti; quos deinde plurimæ ſimilium Heroum cohortes integro libro deſcriptæ, quorum cauſa in Ordine ad Canonizationem agitatur in ſacra Congregatione; inter quos ut plurimùm de Philippinis, & Hiſpanis Diſcalceatorum Provinciis, etiam Richardus à S. Anna cum ſociis ſuis è Reformato Conventu Nivellenſi Provinciæ Flandriæ ad id in Iapponiam contenderant. In Molucis Inſulis non diſſormiter duæ Martyrum cohortes pro Chriſto inter barbarorum tormenta vitam profundere non dubitarunt. Ex Diſcalceata Provincia S. Didaci P. Ioannes de Prado Prædicator inſignis in Marochiana Miſſione in odium Chriſtianæ legis fuit à Mahumetanis occiſus, de quo proceſſus in Ordine ad Canonizationem facti examinantur in Curia.

361. Familia Ciſ-montana eo quòd glorioſi hujuſmodi certaminis occaſioſionem domi non habeat, eam foris inceſſanter exquirit: Pragæ quidem ex Reformata Provincia Bohæmiæ quatuordecim Religioſi ſimul & ſemel à furentibus hæreticis fuerunt in odium fidei Catholicæ interempti; Cæteri per barbaras Nationes in Miſſionibus Apoſtolicis non pauci leguntur; Ad Æthiopes obſtinato ſchiſmate rebelles ſæpiùs veritatem Romanæ fidei invehere procuravis per Patres Reformatos Sacra

Congregatio de propaganda fide; De quibus P. Franciſcus Terentinus ex S. Nicolai, & P. Cherubinus de Calatayerone ex Vallis Mazzariæ Reformatis Provinciis jam ad Æthiopiæ limites à populis Nigritis occiſi, ac torrefacti fuere manducati, ſed non ſine manifeſta Dei punitione ſuper Sacrilegos citiùs immiſſa: Deinde P. Ioſeph. Torculanus ab Athino ex Romana, Fœlix à S. Severino ex Marchiana, & Antonius de Mactinis à Petra Pagana de Principatus reſpectivè Provincijs in Inſula Svaquen id exigente Facilidaſſo Æthiopum Imperatore ſchiſmatico, menſe martio anno 1648. fuerunt in odinm Religionis Catholicæ capite truncati. Ibidem anno 1668. P. Ludovicus à Laurentiana de Provincia Baſilicatæ, & P. Franciſcus à Miſtretto Provinciæ Vallis Mazzariæ ad idem negotium ab eádem S. Congregatione deſtinati, eadem cum gloria teſtimonium Ieſu Chriſto dederunt. Quartò denique ad Schiſmaticos illos ingreſſum tentaturi circa annum 1669. ab eadem S. C. fuerunt immiſſi Ioannes ab Aquila ex Aquilanâ ut Præfectus, Angelicus à Civitella ex Etruſca, & Marcellus Teana ex Terræ laboris reſpectivè Provinciis cum Fratre Ludovico à Benevento Laico Infirmario, qui Piddã ad Mare rubrum appullentes à Barbaris peſſimè habiti, in Cavernis & in ſolitudine, ſub ſolis æſtu, in fame & ſiti, frigore, & nuditate longum Martyrium ducentes, animas ſuas in Apoſtolica Miſſione Deo reddiderunt, unico illo Ludovico ad ſuos in Ægyptum revertente: Tripoli in Barbaria P. Ioannes Baptiſta de Ponte ex Pedemontana S. Thomæ Reformatione ob prædicatum Chriſti Evangelium, damnatamque publicè mahumetanam, impietatem anno 1654. crudeliſſimè fuit occiſus: Memphi in Ægypto anno 1661. P. Innocentius Bizzarrus à Roma ex Rom. Reformatione, cum fidem Chriſtianam ex humana infirmitate ejuraſſet; quarta exinde die apoſtaſiæ tantopere pœnituit, ut publicè coram Turcaram multitudine peccatum ſuum deteſtaretur, Mahumetis impietatem damnaret, ſolamque fidẽ Chriſtianam ad Paradiſum ducere poſſe prędicaret; ex quo capite crudeliſſimè fuit trucidatus. In vallibus Lucernæ ad Alpium radices anno 1655. P. Clemens à Briſſinone Tyrolenſis Provinciæ, cum Fratre Didaco de Valderio Pedemontanæ ibidem Miſſionarij pro confeſſione S. Euchariſtiæ Sacramenti, & Pontificiæ dignitatis cum quodam puero Clementis diſcipulo, quem ab habitu ſui magiſtri divellere non potuerunt, à perfidis hæreticis fuerunt inaudita crudelitate perempti. In Miſſionibus Albaniæ anno 1644. die 9. Decembris, ut colligitur ex hiſtoria Patris Hyacinthi à Soſpitello, P. Salvator ab Offida ex Marchiana, & P. Paulus Mantuanus ex Veneta reſpectivè Reformationibus; eo quòd cætera inter vitia contra Polygamiam graviſſimè inveherentur, multiſque in locis abſtuliſſent, operantibus quibuſdam mulieribus virorum illorum in Montanis apud Clementes concubinis, fuerunt in via impiè trucidati. Ibidem anno 1648. fuerunt in odium Chriſtianæ Fidei palo confixi P. Ferdinandus ab Albizzola ex Genuenſi, & P. Iacobus de Sarnano ex Rom. Provincia Refor. quorum primus triduo in palo vivens Chriſtianæ fidei neceſſitatem, & Mahumetis impietatem conteſtari nunquam deſtitit; Horum morte in ſac. Congregatione per Cardinalẽ Cornelium relata, Emin. Patres die 8. Iunij 1648. de perſecutione indoluerunt, & Miſſionariorum conſtantiam commendaverunt, & Deo gratias egerunt. Horum omnium mortis cauſas, genus, & ſigna in tertia parte fuſiùs explicabimus.

362. De ſacris Confeſſoribus abundavit expreſſiùs in Familia Vltramontana, ubi per integrum ferè ſæculum ante Ciſmontanam palmites ſuos in aperto potuit explicare. Sanctum Petrum de Alcantara Diſcalceatum puritatis, & pœnitentiæ prodigium jam Sanctorum Cathalogo adſcriptum, & B. Paſchualem expedito jam pro peragenda Canonizatione decreto prope diem adſcribendum oſtentat; plurimos habet maxima cum populi æſtimatione, quorum proceſſus in ordine ad Canonizationem promoventur; quorum notitias ſingulariter exexplicatas cum huc uſque habere non potuerim, in tertia parte deſcribendas reſervo. De Galliarum Recollectis eodem modo ſuperſedeo.

363. In Ciſmontana Familia Stephani Molinæ neglectam fuiſſe, dum adhuc quaſi latitarent Reformati, memoriam

non

non poſſemus non dolere. De B. Angelo de Paz, qui diſſipata, quam in Cathalaunia jam erexerat, Reformatione ad inſtar Italicæ, ad Italos ſeceſſerat, & à Sixto V. ad S.Petri de Monte aureo collocatus, ibi piiſſimè obdormivit in Domino, jam proceſſus in ordine ad Beatificationem fuerunt authoritate Apoſtolica confecti. Similiter & pro Benedicto de S. Fradello, cognomento Niger, qui etiã inter Patronos Vrbis Panormitanæ fuit ex publico decreto dinumeratus ex Vallis Mazzariæ Reformatione, cujus Corpus à Sacrario poſt annos 23. prorſus incorruptum, fuit in Eccleſiam, annuente Paulo V. Pontifice, tranſlatum, & expoſitum. P. Bartholomæus à Saluthio anno 1617. ad S. Franciſci Tranſtyberim defunctus, à Cardinalibus, Prælatis, & Principibus, & ab univerſo Vrbis populo maximè veneratus eſt, miraculis innumeris à Deo decoratus, velut Apoſtolus hujus ſæculi habitus eſt. Cujus in ordine ad Canonizationem proceſſus anno 1627. confectus, & ſigillatus, nunc vividè reaſſumitur. Innocentius à Cluſis ex Provincia Vallis Mazzariæ Reformata Romæ obiit ad S. Petri de Monte aureo anno 1631. ab Vrbani Papę Nepotibus, cæteriſque de Vrbe Optimatibus, & popularibus ſummè veneratus; anno tandem 1642. ad Conventum S. Franciſci Tranſtyberim ſupplicante Eleonora Imperatrice, & annuente Summo Pontifice fuit tranſlatus. Laurentius de Revello ex Reformatione Pedemontana S. Thomæ anno 1623. Taurini in ædibus Senatoris Ioannis Baptiſtæ Blancardi Avunculi mei, (apud quem tunc Reformati abſque Conventu hoſpitabantur) diem obiit extremum, cum maxima itidem Vrbis illius veneratione ſepultus, & inde ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum tranſlatus. Humilis de Biſſignano Laicus à Reformata Provincia Calabriæ cum grandi probitatis opinione obiit in patria die 26. Novembris 1637. P. Cherubinus à S. Lucia ex Reformatione Vallis Mazzariæ in Conventu Agrigenti die 30. Auguſti 1687. fœlicem animam Deo reddidit ab omnibus ut ſanctus acclamatus. Innocentia Rizzi, ſive de Riciis Tertiaria Franciſcana ſub Cura Patrum Reformatorum Drepani die 1. Decembris 1624. meritis bonis plena migravit ad Sponſum. Horum omnium pro impetrãda Canonizatione proceſſus, vel apoſtolica, vel Ordinarij authoritate formati, fuerunt in S. Congregatione præſentati; poſtque diuturnam intermiſſionem jam vividè reaſſumuntur. Frater Carolus à Setia Romanæ Reformationis Laicus, qui etſi rudis, & idiota, Deo tamen dante, tria volumina Theologiæ myſticæ ferè nltra hominis metas, omnium doctiſſimorum ingenti acclamatione probata, & tertiò jam typis impreſſa compoſuit: anno 1670. circa feſtum Epiphaniæ in Conventu S. Franciſci de Vrbe univerſo accurrente populo ſpiritum reddidit Creatori. Corpus ejus poſt aliquot annos de S. Congregationis licentia, præſenti cum alijs Prælatis Promotore fidei, & S. Congregationis Notariis fuit è primo tumulo in Eccleſiam tranſlatum; in ordine ad Canonizationem jam proceſſus fuerunt ordinaria authoritate abſoluti. Simon de Calaſcibeta Laicus ex Sicula Reformatione, qui primus in eam diploma Clemen. VII. deportavit, virtutibus, & meritis cumulatus anno 1546. In Conventu S. Annæ Iulianæ in aurato ſepulcro cum publica veneratione uſque ad Vrb. VIII. decreta fuit reconditum. P. Angelus Muſicus à Calatayerone Reformationis Siculæ in Cõventu Ennæ diæ 20. Aug. 1610. ad immortales tranſlatus populo ſemper fuerat in veneratione; Proceſſus pro Canonizatione olim fuerunt ad Auditores Rotæ tranſmiſſi. P. Bartholomæus à Montealbano Siculæ Reformationis in Conventu Panormi die 8. Octobris 1607. requevit in Domino; de cujus virtutibus, & miraculis factus fuit proceſſus authoritate Ordinarij. Similiter de P. Ludovico à Borno ex Reformata Brixienſi Provincia Theologi primarij; & inter hæreticos Vallis-lucernæ fructuoſiſſimi Miſſionarij, qui Brixię anno 1679. debitum mortalitatis exſolvit. Grandi etiam, & ſingulari cum fama probitatis obierunt in Domino in Reformata S. Thomæ Provincia paucis ab hinc annis P. Philippus à Macro, Bernardinus à Foglitio, Bonaventura de Palazzolo totius zeli apoſtolico viro in Curia Romana probatiſſimo, Claudius de Lotharingia, aliique nonnulli (de quorum ſingularibus meritis ob reverentiam decretorum Vrbani VIII. particularia non recenſemus. In Marchiana P. Franciſcus

à

à Turricella, cujus ad exquias, & venerationem Vrbs univerſa Piſaurienſis accurrit. In Seraphica Frater Michaël de Colle longo, & Frater Deodatus à Pantano, de quibus etiam authoritate Ordinarij per manus Notarij aſſumptæ fuerunt informationes publicæ. In Romana præter ſuperiùs recenſitos alij ultra duodecim ſuo loco deſcrebendi, quorum ultimus P. Antonius à Flumine frigido ad S.Franciſci Guardianus actualis anno 1679. defunctus totius penè Vrbis concurſum,& venerationem habuit. Eodem modo pèr ſingulas ferè Provincias nec defuerunt, nec deſunt hiſce temporibus Religioſi omni virtutum perfectione cõſpicui;etſi de iis adnotãda notare negligant, & quidem culpabiliter conſodales; ita ut in Strictiori Obſervantia nunquam deficiant, qui per Seraphici Patriarchæ veſtigia Deo ſervire comprobentur.

De S. Officii Conſultoribus, & Qualificatoribus, de Epiſcopis, de iis etiam qui ad audiendas Romanorum Pontificum Sacramentales Confeſſiones fuerunt evocati; Denique de Generalibus in altera Familia Commiſſariis, & totius Ordinis Miniſtris in proprio loco dicendum reſervamus.

## CAPVT X.

### *De Primis Strictioris Obſervantiæ Promotoribus.*

364. QVamvis unũ aliquem qualẽ in cæteris Reformationibus habuimus,hujus Strictioris,vel Reformatæ Obſervantiæ promotorem aſſignare non liceat, quippequæ conclamantibus ſimul Regulæ Franciſcanæ zelotibus (in Italia præſertim) ex Superiorum Generalium decreto fuerit promota; viros tamen primarios, qui, ut eam efficaciùs promoverent, defenderent, & propagarent, plurimùm apud Ordinis Prælatos, & Sedem Apoſtolicam adlaborarunt, congruum eſt recenſeri, ne eorum glorioſa nomina ſub ingrata oblivione depereant.

365. Ioannem itaque de la Puebla ſive de Sotomajor agnoſcimus ex prædictis, qui primus authoritate Innocentij VIII. & Capituli Rupellenſis Reformationem (licèt non ad ultimum rigorem) in novam Angelorum Provinciam invexit. Pueblenſis diſcipulus Ioannes à Guadaluppe, Petro Melgario, & aliis ſupra memoratis ſociatus, ut illius Angelorum Cuſtodiæ Reformationis rigorem & perficeret,& per Ordinem dilataret, Strictiori adhuc vitæ principia ex Alex. VI. & Iulij II. authoritate poſuit, quibus poſt immenſos labores,perſecutiones,pericula, & incommoda ſtabilitis, Provincię Pietatis in Portugallia,&S.Gabrielis in Hiſpania Diſcalceatis originem dedit. In hac nltima habitum Religionis divino conſilio recepit S. Petrus de Alcantara, cui Matris ſuæ contra æmulatores propugnandæ fuit citiùs cura commiſſa; verùm nec hiſce licèt ſanctiſſimis rigoribus contentus ad plenum,Religionem ſuam ad ſummam illam vitæ aſperitatem, & Evangelicæ paupertatis apicem (juxta quòd ſanctus Patriarcha vixiſſe legitur) voluit toto conatu promovere (æmulabantur ſanctiſſimi Patres chariſmata meliora:) promotionem ſanctiſſimæ, & omnis rigoris Arabidorum in Luſitania Provinciæ, ad hunc finem egregiè adjuvit, & ad illius conſervandam perfectionem Ioanne Aquilano ſocio chariſſimo ſanctè dimiſſo, ipſe ad fũdandã de novo verè Apoſtolicã S.Ioſeph Prov.incredibili zelo,incomparabili virtute,invicta conſtantia ſe ſe avinxit, in qua verbo,& exemplo ſuo integrã Franciſc.vitę in omnib⁹ perfectionẽ inſtituit, & poſt labores,pericula,calumnias,perſecutiones,& verbera etiã in infinitũ Dei virtute ſuperata,perpetuã firmitate ſolidavit;ex quibus cæterę omnes Diſcalceatorum Provincię in Hiſpaniis, & Indiis fœlici propagatione dimanarunt.

366. Sanctum igitur Petrum de Alcantara habemus Strictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Hiſpaniis Fũdatorem, qui licèt plurimos hìc recenſitos fuerit ſubſecutus; eorum tamen ſanctiſſimum zelum ad ultimum perfectionis adduxit, & cum illorum etiam Apoſtolicos labores invicta conſtantia defenderit, ſtabilierit, & propagaverit, præcipui Fundatoris titulum non immerito ſibi vindicavit, qualem S Bernardinum Senenſem in Obſervantia Regulari conſtituimus, licèt plurimis aliis ætate poſteriorem.

167. Italica Refomatio ab Hiſpanica derivata, ut ſuo loco dictum eſt, raro

exemplo

exemplo ipſos Ord. Superiores recognoſcit ſuæ promotionis Authores, tamen in ipſa pręcipui promotoris gloria Stephanus Molina pręfulget Naſſani in ſolitario Conventu in hunc uſque diem corpore incorruptus, & miraculis glorioſus, qui apud Sedem Apoſtol. (apud quã ſanctitatis, & in rebus agendis prudentiæ titulo plurimũ pollebat) pro Reformationis promotione ſine fine laboravit, donec eam in aliquibus ex pauperrimis, & ſolitariis Conventibus cum fidiſſimo ſocio Martino Guzmanio tota ſtabilitate firmatam aſpexerit; & cæteras Italię Provincias in ſpem conſimilis eventus fœliciter evexerit.

368. Nicolaus Thomacellius ſanguine, & vera pietate clariſſimus cum Damiano à Campanea laico ſanctiſſimo Obſervantię Reformatæ firmas radices appoſuit ſub Liehetto anno 1519. Deinde ſub Quiñonio 1525. in Regno Neapolitano: & in Lombardia prę cæteris Franciſcus Tornielli vir omnis talenti, & Apoſtolico zelo, & vitæ puritate longè conſpicuus, qui non niſi poſt immenſa pericula, perſecutiones, & labores immortales tota fortitudine devictos ad optatum finem pervenire potuit. In Sicilia Simon à Calaxibeta primas partes in hoc Evangelico opere promeruit, licèt iteratâ ruinâ Bonaventuram Agrigentinum habuerit ſanctiſſimum, & fortiſſimum reparatorem; Hos omnes hîc recenſitos volui licèt in diverſis Provinciis conſtitutos; quia ſimul ad unum uno corde, una charitate, una conſtantia Romæ coram Ordinis Prælatis, & apud Sedem Apoſtolicam, ad promovendam ſcilicet, & perpetua firmitate roborandam Strictiorem Obſervantiam ſimul laboraverunt, & omnes pari ſanctitatis titulo celebres poſteris ſuis veræ Reformationis formam conſtituiſſe non dubitamus.

369. Reliquis particularium Provinciarum Fũdatoribus ad propria loca numerandis, hîc noſtræ Pedemontanæ Reformationis Lapidem fundamentalem aſſignatum reperio Patrem Ioannem Frãciſcum Blancardium à Soſpitello Regiæ Sabaudi Ducis Celſitudini à ſecretioribus Conſiliis, Theologum Eminentem; vitæ puritate, paupertate præſertim, & zelo commendatum; eo quòd omnibus penè elementis contra ſanctiſſimum opus conjuratis, ipſe ſolus ab initio, deinde Laurentio Revellenſi notæ ſanctitatis viro, & Philippo Marenſi additis ſociis, labores, pericula, & calumnias, & difficultates ſupra humanam fidem evincere debuerit, ut tandem hanc Reformatam Provinciam inter tot, tantoſque oppugnatores erigeret, ſicut & fœliciter Deo protegente, erectam meruit, atque confirmatam intueri.

Ex Arch. Prov. S. Thom. Ref.

# LIBER VIII.

*De Domibus Recollectis.*

1\. QVANTUM humana ſapientia ſuis in Conſiliis altè deficiat, vel ex uno capite liquet evidenter, quòd divinæ tum ſervit immediatiùs, quando contra eam efficaciùs pugnare videtur. Hiſpanica Recollectio intra ipſam Regularem Obſervantiam poſita, nec in Capite, nec in Corpore à ſua Matre diſtincta, tamen aliqualiter ex Conventuum limitatione, ac rigidioribus ſtatutis ſeparata, humanæ ſapientiæ fuit primitùs adinventum, quo Guadaluppenſium Reformationis progreſſus vel impediretur, vel retardaretur, Deo tamen ſuaviter diſponente, ad ſinceræ ſanctitatis incrementum fuit mirabiliter producta à Recollectis Gallicis ex prima inſtitutione diſtinguitur, quippequi cum Italica Reformatione (ut jam diximus) veriùs conveniant.

## CAPUT I.

### *Prima Recollectorum in Hiſpaniis origo.*

2\. ANtiquam prorſus, planè Minorum inſtitutioni coævam faciunt Recollectionem Chronica noviſſima Provinciæ S. Michaelis in Hiſpania; nec tamen omnino ſine fundamento: ſolitarios enim, & devotiſſimos Conventus, ſeu Eremitoria ad Montem ſacrum Alvernæ, ad montem S. Vrbani, ad Luco ſupra Spoletum, Grecij, & Fontis Palumbi in Reatina, & ſimiles ad veriora Recollectionis inſtituta legimus ad plenum accomodatos, ad quæ S. Patriarcha, B. Ioannes Parens, cæterique S. Franciſci primi diſcipuli, poſt laborioſa Evangelicæ prædicationis exercitia, & tædioſas adeo cum ſæcularibus converſationes, quaſi à durioribus Marthæ officiis ad ſpiritualem Magdalenæ quietem, ad puriorem ſpiritus refocillationem ſecedebant, in jejuniis, flagellis, & Orationibus ſoli Deo vacaturi. Chron. Prov. S. Michaëlis.

3\. Quin & ſacratiſſimam S. Mariæ de Portiuncula Baſilicam primam, totius Ordinis fundamentum, etiam Recollectionis originem, & Magiſtram fuiſſe præfata ſancti Michaelis Chronica defendunt; ex eo quòd ſpecialiora ſanctioris vitæ ſtatuta pro hujus ſanctiſſimæ Domus incolatu S. Pater ediderit, atque perfectioris vitæ viros ex Ordine univerſo per Miniſtros Generales hîc præcipit collocandos, nihilque ſæculare ad incolas hujuſmodi per extraneos deferri, altè vetuerit; Quas arctiſſimas leges B. Petri à Villacretio Diſcipuli, ut ſuę primæ in Hiſpaniis Recollectioni concederentur, à S. Conſtantienſi Synodo impetrarunt.

4\. Hinc non immeritò Bonaventura de Calatagyrone Miniſter Generalis (ut ſupra diximus) ad Archiepiſcopum Genuenſem reſcribens dixit, fuiſſe ſemper in Ordine Minorum Conventus magnos, & parvos, ſolitarios, & Vrbanos; ut in Vrbanis, & magnis ſacrarum litterarum ſtudia, cæteraque in Obſequium Eccleſiæ exercitia ſuſtinerentur; in cæteris Fratres ad ſpiritus quietem ſe ſe recollecturi ſecederent. Arch. Aracœl. Cor. Ciſm. To. Reg. 2.

5\. Gloriantur, & non immeritò Luſitani Patres, ſubortam deinde inter ipſos fuiſſe ſacram, & laudabilem maximè Recollectorum Reformationem ſub formali ratione, quam habet in præſentiarùm. Ordinis Chronica primam hujus Recollectionis inſtitutionem ad annum 1502. ex cauſa & modo mox dicẽdis aſſignãt ſub Martiale Baullier Vicario Generali; Chronica verò M. S. S. Provinciæ S. Antonij in Luſitania, concordante Chron. Ord. par. 3. Chro. M. S. S. Pro. S. Ant. in Luſit. part. 3.

Gonzag. in Chron. par. 3. in Prov. S. Antonij.

dante in ipſius Provinciæ Prologo Gonzaga, jam ab anno ſalſitis 1486. Recollectionis initia, primoſque Conventus in Luſitanica Obſervantium Provincia, ſeu potiùs Vicariatu præfuiſſe demonſtrant hoc modo.

6. Licet Obſervãtia Regularis quaſi in ſua inibi infantia rigoroſa Seraphicæ Regulæ obſervatione, vitæque ſanctitate floreret, aliqui tamen ex Obſervantibus ipſis ad rigidiorem paupertatis ſtatum, aſperioris vitæ mortificationem, anguſtiores, atque à ſæculo remotiores Conventus, ſummum denique primævæ Franciſcanæ profectionis rigorem anhelãtes, ut à ſæcularibus totaliter ſemoti ſanctiorem poſſent vitam traducere, Fr. Ioannem à Pouvoa ſanctiſſimum virum Vicarium ſuum Provincialem adierunt, aliquos in ordine ad prædicta ſolitarios, & pauperiores Conventus humiliter, & enixè deprecantes.

7. Vicarius autem, ut erat devotioni, & pietati totus addictus, ſuper filiorum ſuorum piiſſimis deſideriis ex animo congaudens, eos in Domino conſolatus in proximo Provinciali Capitulo duas illis ad hæc domos Recollectionis per opportunas ſeparavit, quibus ob ſingulariſſimam exemplaritatem, & ſanctitatis famam cùm plurimi ex Conſodalibus accurrerent, anno 1491. tres ſuperaddidit, quæ ideo Domus auſteritatis dicebãtur. Scilicet S. Catharinæ de Carriota, S. Antonij de Villafranca, ſeu de Caſtanherà, S. Mariæ de Moſteyro, Dominæ noſtræ de Inſula Caminhæ, & S. Bernardini de Atouguia; quibus & præfatus Ioannes de Pouvoà peculiaria Recollectionis ſtatuta deſcripſit.

8. Verùm tum propter commotiones maximas, quæ de nova Guadalupenſium Reformatione in Luſitania, & in Caſtella ſubortæ fuerant circa annum 1500. tum propter alias cauſas, quæ fortè (ait Gonzaga) juſtæ fuiſſe potuerunt, periit ipſa in infantia nova Recollectionis plantula, Conventibus ejus ſine diſtinctione aliqua cum cæteris de Obſervantia incorporatis; glorioſior tamen ex ipſis ruinis, Deo protegente, quàm citiùs reſurrexit.

9. Quidquid ſit de particularibus iſtis ſanctæ Recollectionis initiis, indubium tamen eſt, quòd de illius per Ordinem univerſum plena, & authẽtica fundatione ſcribitur in Ordinis Chronicis, & in Annalibus modo ſequenti.

Cùm ſeriò adverterent ex Obſervãtia Patres, ſuæ per orbem amplitudinis, & apud Reges & populos, imò & apud Sedem Apoſtolicam glorioſæ famæ fundamentum, unde poſtea totius Ordinis Generalatum exceperũt, in eo ſolo collocatum fuiſſe, quòd diſtinctam à Conventualium relaxationibus reformatam vitam, & ſanctitate plenã conſervaſſent, cumque jam inter ſe ipſos relaxationes ipſas aliqualiter ſucereſcere conſpicerent, à nova Pueblientium, & Gaudalupenſium Reformatione ſibi nimiùm, ſed juſtè timere cœperunt. Ad hujùs itaque extinctionem omni arte, toto conatu, adhibito etiam Regio Caſtellæ & Luſitaniæ brachio adlaborarunt, quibus mediis licet Zelotes ipſos hinc inde primò diſperſerint, & eorum Conventus ſibi iterum ſuppoſuerint; iſtorum tamen zelum extingui non poſſe, & iteratam commotionem hac via non impediri crediderunt. Quare Martialis Boulier eo temporis in Vltramontanis Vicarius Generalis à pręfatis Obſervãtibus ſuper his admonitus in Hiſpaniam contendit, ubi congregato Patrum, qui præ cæteris authoritate pollerent, numeroſo cætu, in hoc omnium votis deventũ eſt, & authentico decreto ſancitum, ut in unaquaque (ſaltem in Hiſpaniis) Provincia Conventus aliquot ex magis ſolitariis, & qui excellentiori paupertate pollerent à ſęcularium tumultibus ſemoti aſſignari deberent, in quibus extra relaxationum occaſiones, ſeſe ad puriſſimam Seraphici rigoris vitam recipere poſſent Religioſi omnes, qui ad arctiorem vivendi modum, & Regulæ pleniorem Obſervantiam anhelarent Hinc factum iri dixerunt, ut Ordinis diſciſio ex una parte radicitùs extingueretur, & zelotibus, ne ad Guadalupenſes tranſitum attentarent; plenè ſatiſfieret. Vnde tandem ſub Obſervantiæ Regularis plena obedientia, perſiſtentibus his ſeparatis Conventibus, quos ideo Recollectos nominatos voluerunt, ſub ſpeciæ novæ, ſed indiviſæ Reformationis abſque ulla diviſione Ordo ipſe, quantùm ſatis eſſet, ad Zelantium intentum reformaretur.

10. Sagax profectò, & fœlix inventum, quod licèt eo temporis operantibus non ſucceſſiſſet ad vota, eo quòd & Guada-

lupenſes, ut ſupra dictum eſt, æmulorum oppreſſionibus ſemper majores tandem pede firmo revixerint, & hi Recollecti, quamvis in nihilum abierint, aliqua tamen ſanctæ Recollectionis ſemina ſtatuerunt. E quibus Quinnonius jam Miniſter Generalis maximam per Hiſpanias, & Indias meſſem excepit; Siquidem piiſſimus Pater in Recollecta Angelorum Cuſtodia educatus, pro integra ſeraphicæ Regulæ Obſervantia zelum præferens indefeſſum, Reformationē in Ordine univerſo promovere non ceſſavit; donec ad Religionis Clavum (ſed heu! breviori tempore, quàm par eſſet) conſedit; quæ ut etiam in univerſis Obſervantibus locum haberet, has Recollectionis domos per univerſas Hiſpaniæ Obſervantinas Provincias iterum excitavit, & præſcriptis ſanctiſſimis, & rigidioribus ſtatutis, aſſignatis etiam ubique Conventibus à ſæculo ſemotis, pauperrimis orationi, vitæ mortificationi, & aliis hujuſmodi pietatis exercitiis aptioribus, perpetua ſtabilitate firmavit, ut in ſingulis Obſervantium Provinciis ad arctiorem Regulæ puritatem viveretur.

Vvad. t. 8. 1525. n. 34.

Rap. de orig. Reg. Recoll.

11. Qualiter ergo Recollecti hujuſmodi (ſi ad rigorem loquamur) à Strictioris Obſervantiæ profeſſoribus altè diſtinguantur evidenter apparet; cum iſti proprias ab Obſervantibus Provincias habere voluerint; illi verò Obſervantium Provinciis per omnia incorporati, earum Miniſtris plena obedientia ſubjaceant; Vnde contrariam quoquomodo Rapinæi ſententiam in hoc approbare non poſſum. Dum verò aliqualem cæterorum, vel commoditatem, vel libertatem ut declinent, Conventus habitant omnino diſtinctos, & ſoli Recollectioni deputatos, ſtatuta ſervant multò rigidiora, & modum vitæ perfectioni ſpiritus magis appropriatum: nec tamen omnimodè, ſeu diſpoticæ (ut vocant) Miniſtri Obſervantium ſubjacent poteſtati; Cum proprium habeant ex ſuis Diffinitorem, quaſi Cuſtodem, qui cæterorum ſuorum Recollectorum præhabito voto, quinam ex ipſis ſint in Guardianos præficiendi, præſentat in Capitulo Provinciali; Nec Miniſter Superiorem ullum non Recollectum poteſt eis præficere, nec Recollectos ſine eorum aſſenſu inde amovere, nec recuſatos collocare, nec circa eorum ſtatuta, aut vitę genus, ipſis invitis, aliquid innovare, nec ſine Diffinitore, & Diſcretis Recollectis aliquid novi inter ipſos poteſt attentare; & in pluribus omnino rebus à diſpoſitione Provincialis prorſus independent. Hæc omnia licet non plenam, aliqualem tamen ab Obſervantibus diſtinctionem; & ideo Reformationis ſpeciem efficere comprobantur.

## CAPVT II.

### *Ordinis ſedula cura pro Recollectorum ampliatione.*

12. Cognoverunt Patres re ipſa, quanti momenti ad ſanctitatem communiùs in Religione, vel conſervandam, vel reſtaurandam, (quoniam tota ſimul ex antiquo Ægidij Delphini Generalis effato Reformari vix potuit) ad ſpiritualem etiam illorum quietem, & conſolationem, qui puriorem in Ordine perfectionis ſemitam prætexerent, nec non pro ſincera ſæculi ædificatione, quantùm, inquam, Recollectio jam introducta proficeret. Quocirca in omnibus ferè Capitulis Generalibus ad fœliciorem ejuſdem progreſſum Patres toto conatu unanimes adlaboraſſe, Conventus ad hunc finem idoneos, Superiores zelo conſpicuos, veræque Reformationis normam ad ſanctè convivendum illis aſſignaſſe comprobantur.

13. Anno 1523. die 27. Iulij in Conventu Vallisoletano proſpecturus Quinnonius fervori, & pietati Fratrum, qui arctiorem, ſolitariam, & magis tranquillam, ab hominum turbis remotam, & à tædioſis muneribus liberam vitam ducere cupiebant, quorum plurimi tunc in hoc ipſum conveniebant; deſignavit his excipiendis in Provincia Conceptionis domos quinque ſub titulo Recollectionis videlicet Aquileræ, de Tribulo, ſive del-Abrojo, Vallis de ſcopezo, Villæ Sillorum, & Calagurræ, quorum incolis regulas ſtrictim obſervandas præſcripſit, quas per quatuor capita diſtinxit, in Vvadingo legendas: anno ſequenti, dum in Conventu Barchinonenſi Aragonicæ Provinciæ (Aragoniam, Valentiam, & Cathalauniam, tunc ex integro compræhendebat) Capitulum celebraſſet die Vvad. t. 8. ann. 1523. n. 33.

11. Aprilis præter varias ordinationes factas,deſtinavit novem Conventus pro Recollectione, qui ita nominantur in Regeſto; In Cuſtodia Cataloniæ Conventus de Figueras, de Tortoſa, de Ylla;

Ibid. 1524. n. 21. In Cuſtodia Aragonica Conventus S. Catharinæ, S. Chriſtophori, & Ixar; In Cuſtodia Valentiæ Conventus S. Mariæ de Oliva, de Onda, & Chelua; pro quibus datæ ſunt eædem conſtitutiones, quas pro domibus Recollectis in Provincia Conceptionis anno præterito jam præſcripſerat. Eodem etiam anno in Provincia Portugalliæ quatuor deſtinavit Cœnobia Recollectam vitam acturis; quam Recollectionis methodum etiam in Italiam,meo videri, introducere cogitavit, ſi ſucceſſores ejus à tam ſancta ipſius intentione non diſcordaſſent. Vnde & procurantibus proculdubio Fratribus B. Pius V. dato diplomate præcepit,ut in ſingulis Provinciis duo ſaltem Cœnobia pro hujuſmodi Recollectione aſſignari deberent; quamvis & in bullæ titulo, & à pleriſque aliis pro Italiæ Reformatis Breve ipſum emanaſſe dicatur; cujus oppoſitum ex ipſo diplomate conſtabit.

## PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 2. bull. 81. Pii V. fol. 210. 14. INjunctum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis Officium crebrò Nos admonet, & inducit, ut perſonis quibuſlibet regularibus, vigilantiæ noſtræ partes efficaciùs exhibentes, eos in inſtitutorum ſuorum regularium candore ſalubriter manuteneamus.

§. 1. Accepimus ſanè nuper, quòd in Ordine S. Franciſci de Obſervantia nonnulla ſunt domus, & loca Recollecta nuncupata, in quibus dicti Ordinis Fratres arctiorem, quàm in cæteris vitam degunt, & propterea eidem Ordini commodum,& opportunum eſſe cenſentes, ut in ſingulis dicti Ordinis Provinciis, duæ domus, & loca Recollecta hujuſmodi exiſtant. Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò decernimus, atque ſtatuimus, quòd in qualibet Provincia dicti Ordinis duæ ad minus domus, & loca Recollecta eſſe debeant. Et præfata Monaſteria Recollecta nullatenus ab hujuſmodi Recollectione ſeparari poſſint,& Fratres in illis degentes, etiam ſi velint (niſi de Miniſtri Generalis ipſius Ordinis, vel Provincialis,& Diſcretorum in Conventuum dictorum locorum Recollectorum pro tempore exiſtentium conſilio) ad alia loca non Recollecta transferri nequeant, niſi eiſdem Superioribus, ut aliter fiat, viſum fuerit expedire.

§. 2. Decernentes præſentes litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio,aut intentionis noſtræ,vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut invalidari ullatenus poſſe;minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ullatenus poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, &c.

§. 3. Et ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Et nihilominus pro majori præmiſſorum executione Venerab. Fratri Epiſcopo Conchen & dilectis filiis cauſarum Curiæ Apoſt Cam. Generali Auditori,ac Officiali Toletan.per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi,vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant illas ab omnibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter obſervari,non permittentes, aliquid contra præmiſſa quomodolibet innovari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per eaſdem pœnas, aliaque opportuna juris,& facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus,& Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica

ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

§. 6. Cæterùm quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingula quæque loca, ubi expediens foret, deferri; volumus, quòd illarum tranſumptis &c. datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Martij 1569. Pontif. noſtri anno 4.

15. Itaque cum ex continuo Superiorũ zelo generaliter excreviſſet per Hiſpanias, in Luſitania protegente Henrico Cardinali Infante tandem evicerunt, ut in propriam Provinciam erigerentur; quod & in Aragonia, Valentia, & Catalonia vividè procurarunt, ut infra dicetur; & ultimò impetrarunt etiam in India orientali: Vt etiam in Indiis Occidentalibus per ſingulas Provincias multiplicari deberent ſedulâ diligentiâ laborarunt Ordinis Primicerij, adeo ut proprium ubique Diffinitorem habere meruerint, ſicut in Hiſpania jam habebant; quod Paulus V. (ſicut & alia multa, pro ipſorum fœliciori, atque ſanctiori manutenentia) dato, quod appono, diplomate ſancivit.

PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam*

16. Ex paſtoralis officij noſtri debito ad ea ſolicitè ſemper intendimus, per quæ Religioſorum ſtatui, ac paci, & tranquillitati opportunè conſulitur: ſupplicationibus itaque dilecti filij Ioannis de Ierro, Ord. Fratrum Minorum de Obſervantia Miniſtri Generalis, Nobis humiliter porrectis inclinati Apoſtolica authoritate tenore præſentium conſtituimus, & ordinamus, ut in poſterum perpetuis futuris temporibus Fratres Recollecti nuncupati ejuſdem Ordinis Provinciarum Indiarum Occidentalium, Recollectum unum ex quatuor Diffinitoribus illarum Provinciarum Diffinitorem habere debeant, cum facultatibus, honoribus, oneribus ſolitis, & conſuetis, ſine cujus Diffinitoris licentia, & conſenſu, Fratres ipſi Recollecti de una domo in aliam mutari à Miniſtris Provincialibus minimè poſſint, nec debeant, nec etiam ſuper conſtitutionibus, aut ſtatutis Fratrum Recollectorũ prædictorum abſque ejuſdem Diffinitoris conſenſu, & voluntate diſpenſare, irritumque, & inane quiquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub annullo Piſcatoris die 13. ſeptembris 1612. Pontif. noſtri anno 8. Arch. Aracœl. Cur. Vlr. Reg. 2. fol. 134.

17. In ſola Guatimale Provincia difficultates interceſſiſſe legimus: ſiquidem cum anno 1594. Commiſſarius Generalis Indiarum in Curia Catholica reſidens P. Antonio Ortiz ſuper Peruanicas Provincias Commiſſario generali mandaſſet, ut exactâ diligentiâ in quibuſlibet ſubjectis ſibi Provinciis duas, vel tres Recollectionis domos erigere, atque ſtabilire deberet, in quibus Fratres poſtquam continuis octo annis linguam nationalem, ſpiritum, moreſque Seraphicæ vitæ accomodos edidiciſſent, ad Miſſiones pro in fidelium cõverſione forent deſtinandi: adjecit tamen ne onera Miſſarum ullo titulo admitterent, eleemoſinas, niſi in locis ſuæ reſidentiæ non colligerent, habituri nihilominus à Regis Catholici continua pietate quidquid pro ſuſtinendis ibidem duodecim, vel quatuordecim Religioſis deficere videatur. Quin etiam, præterquam quòd Miniſtris omnibus Provinciarum graviùs pro harum Recollectionum manutentione injunxerat, ordinavit, & præfato Peruani Regni Commiſſario, ut pro ipſarum ſtabilitate Pro-commiſſarium Quiti ſpeciali mandato, & poteſtate deberet urgere. Arch. Indiar. in Conv. S. Fran. Matrit.

18. Cum itaque integrum Provinciæ de Guatimala Diffinitorium receptis hiſce Generalis Commiſſarij mandatis die 25. Februarij 1595. reſpondiſſet, non eſſe Provinciam Recollectionis capacem propter nimias in domibus doctrinalibus occupationes; replicavit Commiſſarius generalis ſub die prima Decembris, bonũ eſſe omnino, ut pro ſuarum animarũ ſalute Recollectionis Domus pro intrinſeca, & extrinſeca FF. ſub arctiori diſciplina educatione erigere non detrectet, eò vel maxime quòd à plurimis ſuç Provinciæ alumnis fuerit poſtulata, quippequi Recollectæ Domus procul à relaxatione viventes

viventes ſint Provinciarum de Obſervantia inſigne ſuſtentaculum; quæ præſertim in Indiis eſſent veluti ſeminaria pro Religioſorum educatione, qui bonis ibidem moribus enutriti poſſent pro infidelium converſione in Miſſionibus deſervire: quin & plurimas, graveſque Patrum querimonias adducit aſſerentium, ſe propter continuam extra Cœnobia moram, & converſationem cum ſæcularibus, proximaſque ruinæ occaſiones, nè ſalutem ſuam ponere cogantur in ancipiti, regreſſuros ſeſe fore quantociùs in Hiſpanias. Cum autem nihilominus replicaret Diffinitorium, ſpeciali Recollectione Provinciam ſuam non indigere, quæ tota in arctiſſima Reformatione conviveret; inappellabili decreto præcepit Commiſſarius, ut omni dilatione ſepoſita Domos Recollectionis omnino ſecernerent.

19. Idem in generalibus Comitiis anno 1606. pro Indiarum Provinciis gravi edicto per hæc verba renovatur. [In Provinciis ubi ſunt Conventus Recollectionis, omni cura curandum eſt, ut conſerventur, & ad hoc per Miniſtros auxilium, & favor æquo animo tribuatur; ubi autem Conventus prædicti non fuerint extructi, cura, & diligentia debet adhiberi, ut quantociùs commodè fieri potuerit, fundentur, & erigantur.] de quibus anno 1612. in Capitulo generali ſic iterum decernitur. [Fratres Recollecti, ſicut de Familia, ſubditi ſint Provincialibus Miniſtris, ut fit in Hiſpania nec inter utroſque alia diviſio permittatur, immò, qui hanc unionem ſcindere tentaverit, tanquã pacis perturbator graviſſimè puniatur. In Conventibus Recollectorum Indiarum ſerventur ſtatuta generalia in Capitulo generali intermedio Toletano tradita pro Recollectis Hiſpaniæ: Injungit autem Capitulum generale Commiſſariis generalibus, & Miniſtris Provincialibus, ut magnopere faveant Conventibus Recollectis, curentque obſervari prædicta ſtatuta, & alia ibidem, vel alibi in favorem Recollectionis facta.] pro quorum majori quiete ut Diffinitor jam antiquitùs eiſdem aſſignatus ſine tergiverſatione conſervetur, anno 1625. in ſtatutis per Generale Capitulum editis, & bulla Papali confirmatis ſic ordinatur. [Si contingat, Patrem Diffinitorem Recollectum ad meliorem tranſire vitam, ſoluto mortis tributo, ejus locum munus, & officium antiquior ejuſdem Recollectionis Diffinitor obtineat, quòd ſi nullus Diffinitoris Officio functus ſuperſtes inveniatur; qui erit Guardianus antiquior, aut ſecundùm tabulæ ordinem dignior exiterit, defuncto Diffinitori ſubſtituatur: ita ut ſine Diffinitore Recollecto nunquam Diffinitorium congregetur.

Chronol. ſeraph. fol. 531.

Ibid. 541.

Ibid. 541.

20. Ad Recollectionis autem hujuſmodi etiam extra Hiſpanias dilatationem, cum jam per Reverendiſſimum Bonaventuram de Calatagyrone fuiſſet in Belgium, & in Gallias introducta, de Gallicis præſertim in eiſdem ſtatutis ſic habemus [Quod unanimes in ſuo Diſcretorio novem Provinciæ Galliarum à Diffinitorio Generali obnixè poſtularent, eis libenter ad majorem Dei gloriam conceditur: ut videlicet in qualibet dictarum Provinciarum tres eligantur, & aſſignentur Conventus, in quibus Regulæ Obſervantia adeo ſtrictè ſervetur, ut Recollectorum, ſeù Reformatorum vivendi modum Fratres imitentur: Ideo Capitulum Generale, tàm Miniſtris, quàm Viſitatoribus in virtute S. Obedientiæ præcipit, ut hoc diligentiſſimè exequantur: ita tamen, ut prædicti Conventus Miniſtris in omnibus ſubjiciantur; ijs caſibus exceptis, qui in ſtatutis pro Reformatis jàm factis, declarantur] renovatum anno 1633. in Synodo Toletana [Cònfirmatur, & renovatur ſtatutum, quo decretum eſt, ut in ſingulis Provinciis tres omninò ſint Recollectionis Conventus, ita tamen, ut in omnibus ſubſint juriſdictioni, & regimini Miniſtri Provincialis, & in Officiis divinis, & cantu ſervent conſuetudinem Religionis, & non vocentur Recollecti, ſed Reformati] Quod ipſum etiam clariùs in Toletanis Comitiis anno 1658. legimus per hæc verba fuiſſe renovatum [Commiſſarij Viſitatores, & Miniſtri omnium Provinciarum Obſervantium Galliæ aſſigent quàmcitiùs in ſuis Provinciis tres ſaltem Conventus pro Reformatione juxta generalia ſtatuta, in quibus deinceps non inſtituantur Guardiani, nec alij Officiales, quàm illi, qui laudabiliter per biennium integrum in Reformatione reformatè vixerint, & hoc ſub pœna nullitatis aliter faciendo Pro Provincia Turonię Pictavienſis

Ibid.

Ibid. fol. 702.

vienſis decretum eſt, quòd in Conventibus Reformatis ejuſdem Provinciæ non debent eligi Guardiani, niſi illi, qui tunc temporis morantur in Conventibus Reformatis, & per biennium ſaltem proximè præcedens in eiſdem laudabiliter vixeriut, nec à Conventibus Reformatorum amoveri valeant, niſi caſu quo fuerint apud Obſervantes inſtituti Guardiani, aut Novitiorum Magiſtri. Diffinitorium ejuſdem Provinciæ poterit liberè eligere Guardianos pro Conventibus Reformatis, etiam non expectata poſtulatione Reformatorum, ſed ſufficit, quòd eligantur in Guardianos non niſi Reformati, ut, ſupra dictum eſt. Miniſter Provincialis ejuſdem Provinciæ; ſi non poterit per ſe ipſum viſitare Conventus Reformatorum, non mittet Viſitatorem aliquem, niſi ex ipſiſmet Refomatis,qui ſuo nomine, & authoritate viſitet. Nec in Conventibus Reformatis hujuſmodi collocari debeant niſi Reformati, & illi qui in victu, ac veſtitu, cæteriſque omnibus ſecundùm inſtitutum Reformatorum vivere velint, & poſſint, & non aliter.

Arch. Ara-cœl. Cur. Vlt. Reg. 7 fol. 241.

21. Notandum tamen, quòd in hujuſmodi Galliarum Provinciis non vocantur Recollecti, (ut lib. præcedenti dictum eſt) hoc nomine ab illis ſibi vindicato, qui ad inſtar Hiſpaniæ Diſcalceatorum, & Reformatorum Italiæ in Provinciis ſeparat s Reformationē ſunt amplexi. unde iſti, qui in Hiſpania Recollecti nuncupantur, Reformatos in Gallia neceſſe fuit appellari.

22. In Polonica adhuc indiviſa Provincia jam ab anno 1618. aſſignatis pro eadem plurimis Conventibus, fuerat per Miniſtrum Provincialem, eique adhærentes Patres ſtabilita quodammodo hæc ſancta Recollectio, eòque liberiùs, quo tali medio Fratribus puriorem, ſeu perfectiorem vitæ methodum anhelantibus ſatisfactum iri, & Reformatos ab ingreſſu in Poloniam arcendos fore confidebant. His verò Regnum ingreſſis, circa annum 1627. in Capitulo Provinciali circa ſolidandam, vel amovendam Recollectionem, non leviter diſcordarunt Patres primarij. Leonardo Starczeroski, cum Baltaſſare Vitomiſſienſi pro illa propugnantibus, Patribus autem P. Campo, & Petro Poſnanienſi eandem oppunantibus, negotium omne in nihilum evanuit, fœliciori occaſione reſtaurandum.

Arch. Ma-trit. in Pro. Polon. Arch. Pro-cur. Ref. de Urbe Ch on. M. S. Pol. Ref.

23. Romanis itidem in Comitiis anno 1664. ſub Ildephonſo Salizanes Miniſtro generali communibus Patrum ſuffragiis ſancitum fuiſſe legimus, ut in Provinciis Boſnæ Argentinæ, Boſnæ Croatiæ, Ruſſiæ, & S. Ladiſlai in Sclavonia, quæ Reformationem non habent, duo, vel tres Recollectionis Conventus pro Religioſis rigidiori methodo vivere volentibus omninò debeant aſſignari, in quibus Noviciatus valeant ſuſtineri.

In tabula cap. generalis 1664.

24. Anno denique 1676. univerſali ſanctione decretum fuerat in generalibus Comitiis, promovente Reverendiſſimo Ioſeph Ximenes Miniſtro Generali, ut in ſingulis Ciſmontanæ Familiæ Obſervantium Provinciis tres, aut quatuor Recollectionis domus aſſignari deberent, pro quarum fœliciori gubernio leges opportuniùs edendæ reſervabantur. Cum autem ejuſdem Capituli ſtatuta de Innocentij XI. Pontificis mandato ante Apoſtolicam confirmationem examinata, atque anno 1679. correcta fuiſſent, in hunc modum de præfatis Recollectis Cœnobiis legimus fuiſſe decretum. [Pro meliori Novitiorum, & recenter Profeſſorum educatione, & ut Fratres illi, qui majori ſpiritus quieti, & Strictiori Regulæ noſtræ Obſervantiæ incumbere deſiderant, id præſtare poſſint in propriis Provinciis abſque eo, quòd hujus ſtudij prætextu, aut ad alias tranſire, aut novas Reformationes, & ſciſſuras in Ordinē invehere moliantur, ſtatuitur, quòd in ſingulis hujus Familiæ Provinciis de Obſervantia inſtituantur tres, aut quatuor Conventus Recollectionis, qui ſint primi, & ſecundi Novitiatus, ut ſimul, & loca ſpiritualis quietis, & perfectionis Seminaria pro tota Provincia eſſe valeant.

In ſtatut. noviſſ. an. 1679. f. 14.

25. Ad hunc finem eligi, & deputari debent Conventus commodiores pro Regulæ obſervantia, & Novitiorum educatione, quorum conſignatio committitur Commiſſario Generali Familiæ, cum conſilio Diffinitorij cujuſcumque Provinciæ reſpectivè, cui Generali Commiſſario etiam committitur prima Guardianorum, & Magiſtrorum Novitiorum eorundem Conventuum inſtitutio,

tio cum facultate, ut ſi in Provincia ali qua non fuerint Religioſi pro his officiis in nova Recollectionis erectione idonei, ex aliis Provinciis, vel Obſervantibus, vel Reformatis, imò, & ex alia Familia poſſint eos adducere. Et inſuper eidem committitur prima in eiſdem Conventibus eorum Fratrum collocatio, qui ad formationem prædictæ Recollectionis fuerint neceſſarij.

26. Et ut incommoda ex multiplicitate horum Conventuum aliàs experta evitentur, omninò interdicitur, ne in qualibet Provincia plures quàm quatuor, pauciores ve, quàm tres Recollectionis Conventus eſſe poſſint, ſublata facultate cuilibet Superiori Ordinis ſuper hoc ſtatuto diſpenſandi. Et ut nunquam ſeparari à Provincia poſſint, decernitur, ut in nullo Conventu Provinciæ, qui hujuſmodi Recollectionis non fuerit, poſſint indui Novitij; nec probationis annum agere; atque ita Provinciæ inſeparabiliter ſint incorporati, ut ſine ipſis, utpotè domus receptionis, Provincia ipſa ſubſiſtere non poſſit.

27. Conventus autem prædicti diſtribuentur ſic, ut in Provinciis magnis duo illorum ſint primi Novitiatus, duo verò Profeſſorij, ſeu Novitiatus ſecundi: in minoribus autẽ, aut unus erit primi Novitiatus, & duo ſecundi, aut è converſo pro cõmoditate Conventuũ, aut Provinciæ. Et quia in nullo prędictorum Conventuũ ſtudium facultatis litterariæ collocandũ eſt, aut permittendum, ſtatuitur, quòd Profeſſi antequam ad Profeſſoria, in quibus ſunt Artium litterarum ſtudia, tranſmittantur, in Conventu Recollectionis ſecundi Novitiatus ad minus per annum integrum collocentur, ut in ſpiritu in Novitiatu concepto, antequam ad ſtudia tranſeant, confirmentur, & roborentur. Forma autem vivendi in prædictis Recollectionis Conventibus ſequens erit. Primò &c. ] Per extenſum deſcribentur in quarto tomo, in ſtatutis de anno 1676.

De actuali domorum hujuſmodi multiplicatione meliùs in ſingulis Provinciis ſtabili firmitate dicetur. *Arch. Matrit. in Reg. Ord.*

28. P. Ildephonſus à-Prado Recollectorum hujuſmodi laudabile reformationis genus inſigni approbatione commendat, quòd immediatè ſub Obſervantium Miniſtro Provinciali, propriis ſub Guardianis exactâ obedientiâ, in ſummo vitæ rigore vivere non detrectent; quòd à Sæcularium conſortio ſemoti nec ſtudia quærant admittere, prædicatoribus illis contenti, quos voluntarios, ſed à ſeipſis approbatos ab Obſervantia recipiunt, cum libero ad Obſervantiam regreſſu; quòd ex perfectionis opinione ſub exacta ſuarum ſpecialium conſtitutionum obſervatione vivant, ut apud Sæculares, & apud Conſodales ſingulariter in pretio habiti, Novitiorum ſemper Magiſtros, & aliquando etiam Miniſtros Provinciales maximo Obſervãtium bono Provinciis ipſis ſuppeditare comprobentur, quæ propterea Recollectionibus hujuſmodi deperditis vix in viridi Regulæ obſervantia poſſent ſuſtineri. Diſcalceatos autem Hiſpaniarum, Galliarum Recollectos, Italiæque Reformatos ex oppoſita ratione condemnat, quòd ab Obſervantium Provinciis ex integro disjuncti, nimiumque multiplicati citiùs à primæva ſui perfectione deflexiſſe videantur, de quo aliorum judicium expecto.

## CAPUT III.

### *Varij Recollectorum ſucceſſus.*

29. Duos infuiſſe Patribus ad erigendam Recollectionem fines, diximus à principio, ſanctiſſimum alterum, ut ſcilicet puriori Regulæ obſervantiæ, & juſtiſſimæ zelantium poſtulationi ex Regulæ præcepto ſatisfieret: alterum, ut hac qualicumque Reformationis inductione, altera Ordinis Reformatio tunc ab ipſo Ordine ſeparanda cum Obſervantiæ Regularis divisione, & detrimento, prorſus impediretur. Fine primo utpote omni ex parte ſancto jugiter perſeverante, ſecundus in varios ſenſus exponibilis, utpotè non nihil humanæ ſapientiæ ſapiens, paſſus eſt ſuas viciſſitudines.

30. Cum etenim Recollecti, & Fratrum, & Conventuum numero, & ſingulari apud ſæculares ſanctitatis fama undique excreſcerent, rati ſunt ad firmiorem in ſancto propoſito perſeverantiam, & Methodum ſpiritualis vitæ tutiùs obſirmandam, ſe ſibi meliùs conſulturos, ſi ad Diſcalceatorum exemplum Provincialibus Obſervantibus in totum, & in parte valedicto, Provincias, & Provinciales Miniſtros, & Viſitatores ex ſuis Apoſtolica

ſtolica authoritate ſibi conſtituere liceret, ne fortè ab Obſervantium Miniſtris pati contingeret aliquando vexationes in iis, quæ ultrò, & plena libertate conceſſerant.

Chron. M.S. Prov. S.Ant. in Luſit.

31. Omnium primi exemplo ſuo ſeparationis documenta cæteris præbuerunt Recollecti in Luſitania; hi etenim jam Fratribus, & cœnobiis adaucti, de propriæ erectione Provinciæ, & integra ſui cum Diſcalceatis unione seriò cogitare cœperunt, media ad hoc potiſſima, invocato Regiæ protectionis auxilio, adhibuerunt; (Ordinis reformationi piiſſimis Regibus ſemper toto poſſe ſtudentibus, atque faventibus) unde tandem nulla, vel quaſi nulla difficultate propriam Provinciam ſub titulo Sancti Antonij in Luſitania ſtabilire potuerunt, quæ plurimis jam titulis glorioſa, plurimorum inſignium virorum Mater, tres etiam Diſcalceatorum Provincias, duas ſcilicet in Braſilia, tertiam in Indiis Orientalibus produxit.

Gonzag. in eadem.

32. Motivo non diſſimili, ſed exitu planè diverſo commotos fuiſſe legimus Recollectos ex Valentina, Aragonica, & Cathalonica Provinciis ſimul unitos, ut poſt maturam tanti negotij diſcuſſionem poſtularint, & impetraverint à Gregorio XIII. Pontifice, ut ſub propria, ſeparataque à cæteris Provincia conſtitui valerent. Quòd ea, qua par eſt, charitate, atque manſuetudine à Superioribus ſuis non haberentur, ſatis habemus explicatum in Toloſanis Comitiis ann. 1532. ubi inter alia Patrum decreta ſic legimus. [Hortatur univerſum Capitulum Ven.P.Cuſtodem Cathaloniæ Provinciæ Aragoniæ, ut Patres, & Fratres Strictioris vitæ paternaliter, & charitativè tractet, aliter ab ejus obedientia totaliter exempti, immediatè ſub R.P.Miniſtro Aragoniæ authoritate Capituli Generalis reponantur, prout eorumdem habent conſtitutiones, quas Patres ejuſdem Provinciæ Aragoniæ acceptarunt, & approbarunt.]

Arch. Aracœl. Reg. Vltram. Cur. Vltr. t.1. fol.80.

33. Quòd ergo forſitan eorum quieti non fuiſſet plenè proviſum, anno 1580. à Gregorio Pontifice litteras Apoſtolicas impetrarunt, quarum virtute ſibi liceret ſimul unitis, propriam, & à Provincialibus Obſervantiū Miniſtris avulſam, atque independentem Provinciam, quæ Terraconenſis diceretur, quæ Privilegiis Italicæ Reformationis per omnia frueretur; Bullæ tenorem ex Ordinis Bullario per extenſum exhibeo.

Arch. Matrit. in Bull.Ord. fol. 256.

## GREGORIUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bullar.ord. impr.1647 fol. 256.

EX quo Nos Deus ad regēdam Eccleſiam ſuam conſtituit, Paſtoralis Officij cura Nos ſemper excitavit, & quotidiè excitat, ut Regularis Obſervantiæ Profeſſores, qui ſe totos Dei obſequio manciparunt, adjuvemus, & nihil, quod eorum ſanctum piè in Chriſto vivendi inſtitutum retardet permittamus. Licèt equidem arbitremur, ſatis Nos quieti, & ſtatus tranquillitati dilectorum Filiorum Profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum nuncupatorum ſuper modo vivendi eorundem Profeſſorum Reformatorum cum declaratione, ampliatione, & confirmatione aliarum litterarum fœl.mem.Clem.Papæ VII.Prædeceſſoris noſtri per alias noſtras in forma Brevis die 3.junij 1579. Pontif. noſtri anno 8. confectas litteras jam providiſſe, nihilominus nuper nonnulli Præfatorum Fratrū Reformatorum Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Cathaloniæ ad Nos recurſum habuerunt, ac conqueſti ſunt adhuc impedimenta quædam, ac moleſtias ſibi aliquas per Fratres Minores de Obſervantia ejuſdem Provinciæ inferri, quibus fit, ut ſecundùm eorum laudabile, & pium Inſtitutum tranquillam, & quietam vitam minimè traducere poſſint, etiam contra dictarum noſtrarum litterarum ſeriem, ac tenorem. Quare pro parte eorumdem Fratrum Reformatorum dictæ Provinciæ Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut illis de ſufficienti, & opportuno remedio benignè providere dignaremur. Nos præfatorum Fratrum Reformatorum tranquillitati, & quieti, eorumque propagationi, & profectui conſulere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalum ſuper viſitatione Apoſtolica, conſultatione Epiſcoporum, & Regularium reformatione deputatorum, quibus hoc negotium examinandum mandavimus, omnia, & ſingula monaſteria, domos, & loca eorum

eorumdem Fratrum Reformatorum, ſeu Recollectorum dictæ Provinciæ Cathaloniæ, necnon Provinciarum Aragoniæ, & Valentiæ, nunc, & pro tempore exiſtentia, ſeu hactenùs recepta, erecta, & inſtituenda, ac in poſterùm in eiſdem tribus Provinciis recipienda, erigenda, & inſtituenda ab eiſdem tribus Provinciis aliorum Fratrum ejuſdem Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum penitùs, & omninò in perpetuum, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium ſeparamus, ſejungimus, & diſmembramus, ac Fratres Reformatos earundem trium Provinciarum ab omni juriſdictione, viſitatione, correctione, & ſuperioritate Miniſtrorũ Provincialium, & aliorum Prælatorum, & Superiorum Fratrum dictarum Provinciarum non Reformatorum, ſeu non Recollectorum perpetuò eximimus, & liberamus. Verùm eorundem Fratrum Reformatorum, ſeu Recollectorum Monaſteria, domos, loca quæcumque in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ hactenus habita, ſeu recepta, erecta, & inſtituta atque imposterùm habenda, & recipienda, erigenda, & inſtituenda in unam Provinciam à præfatis aliis Provinciis penitùs diſtinctam ejuſdem Ordinis Minorum Fratrum Reformatorum de Obſervantia nuncupãdam, per unum Miniſtrum Provincialem in Capitulo dictæ Provinciç ex eiſdem Reformatis eligendum, regendam, & gubernandam, Apoſtolica authoritate tenore præſentium in perpetuum erigimus, & inſtituimus, ita ut Provincia Fratrum Reformatorum hujuſmodi ſic erecta, & inſtituta ſub obedientia, & ſuperioritate Miniſtri Generalis totius Ordinis præfati, ac illius Commiſſarij Generalis in partibus Vltramontanis exiſtentis, ſicut aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis ei ſubſunt, perpetuò ſubſit, atque ſubjecta remaneat; ipſeque Miniſter, vel Commiſſarius Generalis per ſeipſum, vel alium virum idoneum ejuſdem, vel alterius Provinciæ, aut Caſtodiæ Reformatorum, vel Diſcalceatorum, qui per ſeptem ſaltem annos in eadem Reformatorum, aut Diſcalceatorum Obſervantia extiterit, juxta eorum Regulam, & inſtituta regularia ab ipſis Fratribus Reformatis obſervari ſolita, eos tam in capite, quam in membris viſitare, corrigere, & reformare, ac etiam punire poſſit, intra Monaſteria tamen eorumdem Fratrum Reformatorũ: ac dictus Miniſter, ſeu Commiſſarius Generalis nequaquam poſſit, aut debeat quovis prætextu aliquibus ſtatutis eoſdem Reformatos moleſtare, aut perturbare, vel etiam ipſius Miniſtri Provincialis, vel alterius Prælati ipſorum Fratrum Reformatorum poteſtatẽ, & facultatem, vel gratias, conceſſiones, & immunitates eiſdem Fratribus Reformatis conceſſas, ſeu illorum ſtatuta quovis prætextu, aut quæſito colore directè, vel indirectè arctare, annullare, ſuſpendere, alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare, nec etiam eoſdem Fratres Reformatos, aut eorum aliquem extra dictam eorum Provinciã, niſi pro aliarum Provinciarum, aut Cuſtodiarum viſitatione, Reformatione, vel correctione, amovere, aſſignare, extrahere, aut transferre, nec illos ad quaſcumque alias Provincias mittere, aut retinere, niſi aliter in eorum Capitulo Provinciali fuerit ordinatum, & multò minus ad ipſorum Reformatorum loca non Reformatos, etiam Novitios, vel Monialium Confeſſores, aut alios quoſcumque à Reformatis non receptos mittere, aut in eiſdem collocare, vel retinere, niſi de eorum conſenſu, nec etiam Reformati ipſi aliquem præfatorum non reformandum recipere, vel ad convivendum, ſive de familia in eorum locis admittere ullo modo, cogi poſſint. Pro neceſſariis autem negotiis ſuæ Provinciæ poſſit Provincialis Miniſter Reformatorum hujuſmodi ad Sedem Apoſtolicam, vel ad totius Ordinis Protectorem recurrere, vel mittere. Porrò ſtatuimus, & ordinamus, ut Capitulum Provinciale ſecundùm Ordinis conſtitutiones in propriis Provinciæ locis per Reformatos fiat, quando, & ubi juxta eaſdem Ordinis conſtitutiones fuerit ordinatum. Hujuſmodi autem Capitulo Provinciali Miniſter, aut Commiſſarius Generalis præfatus, ſi voluerit, per ſe ipſum præſidere poſſit; ſi verò per alium, tunc non niſi per aliquem Fratrem ejuſdem, vel alterius Provinciæ, vel Cuſtodiæ Reformatorum, aut Diſcalceatorum, qui præditus ſit eiſdem qualitatibus, quibus Viſitator ad eos, ut ſupra mittendus, præſidere poſthac valeat. Electione Provincialis Miniſtri per Reformatos in eorum Capitu-

lo Provinciali canonicè facta, idem Provincialis Miniſter ſic electus Officium ſuum exercere poſſit abſque alia confirmatione, quam tamen à Miniſtro, vel Commiſſario Generali mox petere, idem verò Miniſter, vel Commiſſarius Generalis, niſi juſta, & rationabilis cauſa ſubſit, concedere teneatur. Prædictus verò nunc, & pro tempore exiſtens Miniſter Provincialis Reformatorum eamdem poteſtatem habeat in ſuam Provinciam, & Fratres, quam alij dicti Ordinis Miniſtri Provinciales in ſuas Provincias, & Fratres habent, tam vigore Regulæ, quàm privilegiorum, & indultorum per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſorum, quæ tamen Obſervantiæ hujuſmodi Strictiori non repugnent; præſertim verò ipſos Fratres Reformatos, illorumque Domos, Monaſteria, & loca quæcumque, illorumque perſonas viſitandi, reformandi, corrigendi, puniendi, & caſtigandi juxta Ordinis inſtituta, ac Capitulum Provinciale ſuis loco, & tempore indicendi, convocandi, & celebrandi, ac Cuſtodes, Guardianos, & quoſcumque Officiales neceſſarios unà cum ejuſdem Capituli Diffinitoribus, & Vocalibus eligendi, nec non quæcumque ſtatuta, & Ordinationes bonum regimen dictæ Provinciæ, Dei ſervitium concernentia in eorum Capitulo edendi; editaque corrigendi, mutandi, & in totum, ſi videbitur, abrogandi, ac de novo edendi, dummodo Sacris Canonibus, & Decretis Sacri Generalis Tridentini Concilij, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, ac eorum Reformationi, atque Obſervantiæ non adverſentur; nec non abuſus quoſcumque tollendi, & emendandi, Monaſteria, & Domos in quibuſcumq; locis dicti Principatus Cathaloniæ, & Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ, cujuſvis licentiâ deſuper minimè requiſitâ, de conſenſu dicti eorum Capituli, ac obtentâ licentiâ Ordinarij loci, & aliàs juxta Decretum ejuſdem Concilij Tridentini erigendi, conſtruendi, & ædificandi. Præterea, ut qui in Familia Fratrum de Obſervantia profeſſionem emiſerint, & ad Reformatos de hujuſmodi Obſervantia Reformatorum in futurum tranſire voluerint, habeant annum probationis conſtituum à die ingreſſus, ſicut alij Novitij ad deliberandum, an in hujuſmodi Obſervantia Reformatorum remanere velint. Poſt præſentium autem publicationem, & dictum annum completum declaramus, illos haberi pro profeſſis inter Reformatos in Monaſteriis, & Provincia eorumdem, nec ipſos ad eoſdem Fratres de Familia niſi de Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali ſine apoſtaſiæ nota ampliùs redire poſſe, quo etiam anno peracto, tam Novitios in Provincia Reformatorum expreſſè profeſſos, quàm profeſſos in Familia, qui annum continuum in dicta Provincia Reformatorum peregerunt, volumus ad Regulæ Fratrum Minorum, juxta fœl. rec. Nicol. III. & Clemens V. Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum declarationes, & Clementis VII. litteras præfatas obſervantiam teneri, nec ab ea, Reformatorumq; ipſorum obedientia recedere poſſe. Liberum verò ſit eidem Miniſtro Provinciali, etiam nullo Miniſtri Generalis, vel aliorum Prælatorum aliarum Provinciarum Familiæ de Obſervantia præfatæ habito, vel requiſito conſenſu, vel licentiâ Fratres, tàm Novitios, quàm Profeſſos earundem Provinciarum Familiæ, habentes tamen bonum teſtimonium vitæ, & morum, in eadem Provincia Reformatorum ad profeſſionem, & ad obſervantiã hujuſmodi Reformationis reſpectivè abſque ullo penitùs impedimento, de conſilio tamen, & conſenſu Patrum illius loci, in quo recipiuntur, recipere, & admittere. Si verò Fratres de Familia præfata in aliquo eorum Monaſterio, vel Domo hujuſmodi obſervantiam, & Reformationem, vel major, & ſanior pars eorum ſponte ſua amplecti voluerint, illico dictum Monaſterium, vel Domus ſub obedientia ejuſdem Miniſtri Provincialis Reformatorum eſſe cenſeatur, atque in illius Provincia connumeretur; ſicut ex nunc illa ei ſubjicimus, & præfatæ Provinciæ Reformatorum annectimus, & incorporamus; Præterea ſi in Capitulis Generalibus Ordinis aliquæ conſtitutiones, vel Decreta præſentibus litteris, & hujuſmodi Reformatorũ Obſervantiæ non contraria edita fuerint, Reformati ipſi ea omninò ſervare teneantur. Volumus etiam, ut in Terris, & locis ubi ſunt, vel erunt Monaſteria Fratrum de Familia, ac Fratrum Reformatorum, ut eodem tempore, & die eleemoſynæ

eleemoſynæ ab utriſque oſtiatim minimè petantur, ſed mandamus, ut inter ſe concordent, & dies dividant, quibus ſinguli pro eorum Monaſteriis eleemoſynas petant, ne invicem ſe impediant cum ſcandalo aliquorum, niſi forſan Civitas, vel Oppidum eſſet adeo amplum, ut id commodè ab omnibus eodie præſtari poſſet. Decernentes, præſentes litteras nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu, etiam ex eo, quòd intereſſe habentes, vel Fratres de Familia, ſeu Obſervantia præfati, aut quicumque alij vocati non fuerint, notari, argui, ſeù impugnari, aut ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, etiam quæ in poſterùm emanabunt, compræhendi poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Diſtrictiùs inhibentes Generali, & Provincialibus Miniſtris dictorum Fratrum de Obſervantia, ſeu Familia præfatis, & eorum Viſitatoribus, Commiſſariis, & Prælatis nunc, & in perpetuum pro tempore exiſtentibus, & illorum Generalibus, & Provincialibus Capitulis, perſoniſque quibuſcumque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuſlibet, quos præmiſſa concernunt, aut in poſterùm quomodolibet concernent, & quibuſvis aliis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis pœna Reformatos præfatos, illorumque Provinciam, Domos, Miniſtrum Provincialem, Cuſtodes, Guardianos, Diſcretos, Officiales, & Fratres, ſeu alios quoſcumque, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, aut in poſterùm concernent, quominus præfatis omnibus, ſingulis pacificè fruantur, ſeu præfata omnia, & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum, impedire, retardare, aut perturbare audeant, vel præſumant; Revocantes præterea, & annullantes omnes, & quaſcumque facultates, commiſſiones, & mandata à Nobis forſan, & Sede Apoſtolica, vel Nuntio noſtro in eiſdem partibus, & Regnis commorante quomodolibet hactenus conceſſa, facta, ſeu data aliquibus Fratribus dictæ Familiæ, & Ordinis viſitandi, corrigendi, & reformandi, ac puniendi præfatos Fratres Reformatos in dictis Principatu, & Regnis exiſtentes, prout eaſdem tenore præſentium revocamus, annullamus, caſſamus, & abolemus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis Tarraconen. Cæſarauguſtan. Valentin. & Epiſcopo Barchinonen. ac dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio præſenti, & pro tempore in Regnis Hiſpaniarum exiſtenti per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum præfatorum deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper per Generalem, & Provinciales Miniſtros, ac Prælatos Fratrum de Obſervantia, ſeu de Familia, alioſque præfatos quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtan. rec. mem. Leonis Papæ X. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper unione Fratrum Minorum de Obſervantia, & nuncupatione eorumdẽ, & dictis litteris Clementis VII. & quæ idem Clemens voluit non obſtare, necnon Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri,

noſtri, per quam cavetur expreſsè, ne profeſſores Ordinum Mendicantium loca ad habitandum abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali recipere,ſeu de novo ædificare poſſint, de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac unâ, & Concilij Generalis de duabus dietis,dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non trahatur, Bullâ aureâ, Mari magno nuncupatis, ac noſtrâ de non tollendo jure quæſito, quatenus opus ſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis,& litteris Apoſtolicis dicto Ordini, ejuſque Generali Miniſtro,& aliis Prælatis,& aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus,& formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium, quomodolibet conceſſis; Quibus omnibus, & ſingulis,etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut alia expreſſio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quod interim, & uſque ad futurum proximum Capitulum Provinciale dicta Provincia per præſentes erecta per dilectum filium Angelum de Paz dictæ Provinciæ Cuſtodem, quem ex nunc in ejuſdem Provinciæ Vicarium Provincialem, authoritate, & tenore præfatis, ac ex certa noſtra ſcientia creamus,conſtituimus, & deputamus, regatur, & gubernetur. Cæterùm, quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deferri, volumus etiam, & dicta authoritate decernimus, ut earum tranſumptis etiam impreſſis, ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, & manu Notarij publici ſubſcriptis eadem prorſus fides, tàm in judicio, quàm extra illud ubilibet adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris die 18. Febr. 1581. Pontific. noſtri anno nono.

*C. Glorierius.*

34. Angelo itaque de Paz notæ ſanctitatis viro à Pariſienſi regreſſu (quò Recollectorum nomine convenerat ad Generale Capitulum) in Cathalaunia ſedenti Apoſtolicas litteras obtulerunt, ut Recollectos à præfatis tribus Provinciis ad primi ſui Capituli celebrationem, & primi Miniſtri Provincialis electionem convocaret, qui poſt imploratam Spiritus Sancti gratiam, Angelum ipſum in primum Miniſtrum Provincialem ſibi omnibus votis elegerunt; unde & Cæſare à Pergamo etiam à fama pietatis inſigni ex Alba Pompea Pedemontano in ſocium aſſumpto, magno ſanctitatis incremento Provinciam cœpit inviſere.

35. Verùm in hoc à Luſitanis defecere Terraconenſes,quòd intentum ſuum, & Apoſtolicam proviſionem Curiæ Catholicæ non præſentarunt; unde Obſervantes arrepta hinc occaſione, atque per ſui Commiſſarij ad Recollectorum Conventus viſitandos deſtinati excluſionem magis irritati, Regi deferunt, ex hac novitate non ſciſſuras ſolùm in Ordine, & ad cæteras Provincias diviſionis exemplum, cum maximo ſui ipſorum præjudicio, ſed & ſcandala inter ſæculares graviſſima, & rixarum pericula, ex variis variorum propenſionibus imminere, niſi valido remedio, & Regio brachio hæc nova Provincia quantociùs extingueretur. Acceſſito itaque Rex Reverendiſſimo Taverna Epiſcopo Laudenſi, & apud ſe Nuncio Apoſtolico, voluit ut authoritate Apoſtolica Breve illud per ipſum Nuntium ſuſpenderetur,& Tarraconenſis Provincia extingueretur: quod & Nuntius inaudito Pontifice fuit exequutus: Angelus autem Miniſter exauthoratus, non ad Curiam Catholicã, quò evocabatur,ſed ad Pontificem Romam contendit, qui propter hæc contra Tavernam indignatus, quòd limites ſuæ juriſdictionis exceſſiſſet,

Arch. Matrit. cit. & Aracœl. Cur. Ultr. Reges. 1. & 2.

ſet, graviùs increpavit, ſed Diplomatis revalidationem licèt ab Angelo jam ſperatã, rogante in contrariũ Rege Philippo, nunquã expedivit; immò illius revocationẽ præfati Regis, & Cardin. Mediçei Ord. Protectoris, & Gonzagæ Miniſtri Generalis ad repetitas inſtantias tandem approbavit. Iiſdem de cauſis nihil in hac cauſa potuit Angelus à Sixto V. Gregorij ſucceſſore, ſibi cæterùm propenſiſſimo impetrare, ſed Pontificis hortatu ad S. Petri de Monte Aureo conſedit, egregiè ſcripſit, & ſanctiſſimè obiit, ut ſuo loco dicetur: Piiſſimi verò illius in Christo Filij poſt longum in ſolitudinibus, & ſilvis incolatum, remedium fruſtra expectantes, tandem hyeme cogente, partim ad Recollectorum priſtinam formam revertentes, partim ad Capuccinos convolantes (inter quos B. Nicolaus Factor, qui tamen ad ſuos brevì regreſſus eſt) novam ſuam Provinciam prorſus evanuiſſe doluerunt.

Arch. Ara-cœl. Reg. Cor. Vlt. t. 1.

36. Devenerunt tandem cum Obſervantibus ad ſanctæ pacis concordiam quibuſdam conditionibus appoſitis, quę omnia Gregorius ipſe Pontifex datâ Bullâ approbavit, & perpetua validitate confirmavit, Philippo Rege Catholico, & Cardinali Medicæo Ordinis Protectore, atque Gonzaga Miniſtro Generali id enixè poſtulantibus, ut ſequitur.

Arch. Ma trit. in bul. Ord. & Arm. Prov. Catal. lit. Q.

## GREGORIUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Arch. Ara-Cor. Vlt. Reg. 1. fol. 252. pag. 2

ROmani Pontificis providentia circumſpecta ad Regularium perſonarum quarumlibet ſtatum ſalubriter dirigendam Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudium libenter adhibet, & impendit, & eà, quæ pro illorum fœliciori regimine, & gubernio magis expedire videntur, ſæpius alterat, & immutat, (prout rerum, ac temporum, & locorum qualitate penſata) in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè licèt Nos dudum fœl. rec. Clem. P. P. VII. prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærendo, nonnulla ad quietum, & tranquillum ſtatum dilectorum Filiorum Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, qui in Regnis Hiſpaniarum Recollecti vocantur, illorum ſeparationem, qui ſub Provinciis Aragoniæ, & Valentiæ Regnorum, ac Principatus Cathalauniæ degebant, ſtatuerimus, ac ordinaverimus, & obſervari debere præceperimus: & deinde eorum Recollectorum profectui conſulere cupientes; omnia, & ſingula Domos, & Monaſteria, quæ dicti Fratres Recollecti in dictis Provinciis tunc inhabitabant, & quæ ad uſum poſſidebant, ab ipſis Provinciis tunc ſeparaverimus, & diſmembraverimus, & tàm illa, quàm Fratres Recollectos nuncupatos in illis degentes ab obedientia, & ſuperioritate dilectorum Filiorum Miniſtrorum Provincialium Provinciarum prædictarum abſolverimus, & in unam aliam Provinciam erexerimus, & inſtituerimus, aliaque tunc expreſſa fecerimus, & ordinaverimus, prout in noſtris deſuper in forma brevis confectis litteris pleniùs continetur. Nihilominus, ſicut poſtmodùm accepimus, ex litteris prædictis, & illarum executione deſideratus à Nobis, & expectatus effectus ſubſequutus non eſt; verùm diverſæ controverſiæ inter ipſos Religioſos exortæ fuerunt, quas ſedare, & componere cupiens Ven. Fr. Epiſcopus Laudenſis noſter, & Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuntius, cui aliàs ſuper negotio hujuſmodi diverſas litteras ſcripſimus, Nos certiores fecit, ſeſe cum dilectis Filiis Franciſco Gonzaga Generali Miniſtro Ordinis S. Franciſci, ac Antonio Manrique ejuſdem Ordinis Generali Commiſſario; necnon Iacobo Sanchez Commiſſario Recollectorum Valentiæ, & Franciſco Iohel Cuſtode Recollectorum Cathaloniæ egiſſe, ac pro mutua dilectione, & quiete inter ipſos Fratres Recollectos nuncupatos, & alios de Obſervantia ad certam, ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, deventum fuiſſe concordiam in hunc, qui ſequitur, modum. Quòd nullus pro Fratribus Recollectis nuncupatis in Guardianum, vel Præſidentem alicujus Domus, aut Diffinitorem per eos eligi poſſit, aut debeat, qui priùs in Recollectione integro quadriennio non vixerit, & continuò manſerit, vitæque, & morum integritatis, & honeſtatis laudabile teſtimonium non habuerit. In Capitulis autem Provincialibus cujuſque Provinciæ prædictarum, quoties illa celebrari contigerit, unus ex Fratribus ipſis Recollectis nuncupatis ſuffragiis eorum dumtaxat

xat

xat, qui inter eos vocem in Capitulo habent, in Diffinitorem el gatur, qui unà cum aliis Diffinitoribus in ipſis Capitulis eligendis votum habeat in electioibus Guardianorum, & Præſideotium Domorum Recollectarum nuncupatarum dumtaxat, non autem aliarum, ſed tamen tres Diffinitores electi à Vocalib⁹, tàm Recollectorũ, quã non Recollectorũ in electionibus omnium votum habeant. Diffinitori etiã ex FF. Recollectis eligẽdo prędicto cura incumbat viſitandi ſingulo quoq; an. FF. in domibus Recollectis degentes, in eorum vitas, & mores inquireodi, obſervandi etiam, an regularia Inſtituta, & conſuetudines Recollectionis cuſtodiant, in eo, aut aliàs delinquentes juxta eorum ſtatuta, & ordinationes corrigendi, & puniendi, ſalva tamen Miniſtris Provincialibus Provinciarum prædictarum, & libera remanente facultate, & authoritate rationе officij viſitandi, & corrigendi eoſdem Fratres Recollectos, eorumque Domos, quando & quoties videbitur expedire, & quæcumque ad eorum ſtatum ſalubriter dirigendum, fœlicemq; progreſſum neceſſaria judicaverint, & oportuna, dummodò præſentibus litteris non repugnent, aut quomodolibet adverſentur, ſtatuere, & ordinare. Ita tamen, ut quando de gravi aliquo negotio ad Recollectos pertinente agendum erit, teneantur Provinciales Diffinitorem prædictum, aut unum alium ex Patribus Recollectis gravem, & probatum conſulere, & in viſitatione hnjuſmodi facienda curet omninò (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) ſe io omnibus, & per omnia inſtitutis, & communi Obſervantiæ, & vivendi rationi Fratrum Recollectorum eorundem conformare. In receptione autem eorumdem Miniſtrorum Provincialium Recollecti ipſi eorum ſolitam vivendi, & alios Fratres tractandi ratiooem, & Inſtituta alterare non audeant. Teneantur Fratres Recollecti Generalia, & Provincialia Ordinis ſtatuta obſervare, quæ Recollectioni non fuerint contraria, & alia condere poſſint eiſdem non repugnantia, quæ poſtquam condita fuerint, & recepta ab eiſdem FF. Recollectis ioviolabiliter debeant obſervari. Qui autẽ Fratres ex domibus non Recollectis ad Recollectos tranſire voluerint, conſenſum priùs in ſcriptis habeant Guardiani, & Conventus domus, ad quam tranſire intenderint: conſenſus verò hujuſmodi per vota ſecreta exquiratur, quo obtento, licentia humiliter petatur à Miniſtro Provinciali tranſeundi ad prædictam domum, quam ipſe Miniſter benignè concedere teneatur. Nequeat Miniſter Provincialis Fratres ob culpam aliquam pœnitentiatos ex Domibus non Recollectis ad Recollectas tranſmittere, cujuſcumque fuerint qualitatis, vel conditionis. Qui verò ex Recollectis deliquerint, in Domibus Recollectionis puniantur, nec etiam liceat Provincialib⁹, vel Cõmiſſariis à Superioribus miſſis educere ex Conventib⁹ Recollectis Fratrẽ aliquẽ invitũ ad legendũ, prædicandum, confeſſiones audiendũ, aliudve miniſterium obeundum. Si quis verò ſponte exire voluerit, id ei nullatenus permittatur, niſi prævio cõſenſu Fratrum ejus Conveotus, in quo manſerit, per vota ſecreta exquirendo. Qui ex Fratribus Recollectis apti, ſeù idonei ad Recollectionem non videbuntur, fraterna correctione moneantur, ut cum cæteris ſe conforment, quâ præmiſsâ, ſi in termino eis præfigendo culpam, ſuper qua fuerint correcti non emendaverint, aut cum aliis ſe non cõformaverint, Guardianus, & Conventus ejus Domus, in qua tales reperientur, mittant illos ad Miniſtrum Provincialem, qui curet domum aliam ex non Recollectis talibus aſſignare, ubi vivere debeant. Quotieſcum in Provinciis prædictis artium curſus, vel Theologiæ inſtituere contigerit, duo ad minus ſcholares curſuum hujuſmodi ex Fratribus Recollectis ejus Provinciæ, in qua curſus hujuſmodi fuerint ordinati, qui magis idonei videbuntur, ad litterarum ſtudia proſequenda admittantur, qui tamen per vota ſecreta ejus Conventus, in quo deguerint, comprobentur, ſeu eligaotur. Nullus pręterea ex ipſis FF. Recollectis, ſive Pręlatus fuerit, ſive ſubditus Miſſæ ſacrificiũ pro aliquo tẽporali intereſſe celebrare audeat, neque à Prælatis ad id obligetur. Si numerus Fratrum ad Recollectionẽ traoſire volentium excreverit, Provinciale Capitulum curet, alias domos ipſis Recollectis aſſignari, io quibus commodè recipi, ac regularia inſtituta, conſuetudines, ac mores Recollectorum integrè, & commodiùs obſervari valeant: Ita tamen

men quòd numerus Conventuum Recollectorum ultra quartam partem Conventuum totius Provinciæ non excedat, atque ij Conventus eligantur, qui Capitulo Provinciali ad id commodiores videbuntur. Pro complemento autem, & obſervatione omnium, & ſingulorum præmiſſorum, Diffinitor pro tempore ex Fratribus Recollectis electus, liberè poſſit accedere, vel mittere Religioſum ei bene viſum ad Generalem Miniſtrum Ordinis, illo in partibus Hiſpaniarum exiſtente, alioquin ad Commiſſarium Generalem, dummodo id non fiat pro levi aliqua occaſione. Quare pro parte Generalis Ordinis Miniſtri, & aliorum prædictorum nominibus, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus concordiam hujuſmodi approbare, & confirmare, authoritatiſque noſtræ robore communire, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui fidelium omnium, & præſertim Religioſorum votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, per quæ Religioſorum concordiæ, quieti, & tranquillitati conſulitur, ac Generalem Miniſtrum, & alios prædictos à quibuſvis excommunicationis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam prædictam, & in ea contenta quæcumque ſuperiùs enarrantur, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus: Ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eadem, ſupplemus, & ab ea nullo unquam tempore ſub quovis prætextu, aut quæſito colore per Fratres, tàm Recollectos, quàm non Recollectos nunc, & pro tempore exiſtentes reſilire poſſe, decernimus: Ac potiori pro cautela ea omnia, & ſingula in ejuſdem concordiæ capitulis contenta, eiſdem authoritate, & tenore ſtatuimus, & ordinamus, ac ab omnibus inviolabiliter obſervari debere, præcipimus, & mandamus; decernentes tàm Provinciarum prædictarum Miniſtros Provinciales, Diffinitores, & Ordinis Patres, quàm Fratres Recollectos, & alios quoſcumque, ad quos quomodolibet ſpectabit, quoſque concordia, ſtatuta, & ordinationes noſtræ hujuſmodi concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum, ad illorum omnium, & ſingulorum obſervationem teneri, & obligatos exiſtere, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, aliiſque opportunis juris, & facti remediis ad id cogi, & compelli poſſe. Diſtrictiùs inhibentes omnibus, & ſingulis Fratribus prædictis, & eorum Viſitatoribus, Commiſſariis, & Prælatis nunc & pro tempore exiſtentibus, Provincialibus Capitulis, perſoniſque quibuſcumque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuſlibet, quos præmiſſa concernunt, aut in poſterum quomodolibet concernent, & quibuſvis aliis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto incurrenda, à qua non niſi à Nobis, ſeu à Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus præterquàm in mortis articulo conſtituti abſolvi poſſint; necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ, & omniũ dignitatum, & officiorũ per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, quoquomodo concordiæ, & ordinationibus noſtris hujuſmodi, ac aliis præmiſſis directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio in aliquo contravenire, ſeu aliàs præmiſſorum effectum impedire, retardare, aut perturbare quoquomodo audeant, vel præſumant. Ac præſentes litteras nullo unquam tempore de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu, etiam ex eo quòd intereſſe habentes vocati non fuerint, aut præmiſſis non aſſenſerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, etiam quæ impoſterum emanabunt, compræhendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere: ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate) ubique judicari, & diffiniri debere: Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attẽtari. Quo-

circa Venerab. Fr. Epiſcopo Lauden. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ nunc,& pro tempore io Regnis Hiſpaniarum exiſtenti Nuncio., ac Segobicen. & Barchinon. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe., vel per alium, ſeu alios quoties pro parte. Miniſtrorum Provioclalium, Diffinitorum, Guardianorum,& Fratrum,tàm in Recollectione viventium, quàm aliorum quorumcumque, fuerint requiſiti, præſentes litteras ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,faciant authoritate noſtra prædictos Fratres præſentibus litteris, & in eis contentis quibuſcumque pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos ſeſe invicem, vel per quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet,& rebelles,ac premiſſis non parentes,per ſententias, cenſuras &c. Noo obſtantibus prædictis Clementis VII. ſextodecimo Kal.decembris Pontificatus ſui anno nono.

Ac ſimilis recor. Pij V. prædeceſſorũ noſtrorum nona Martij Pontificatus ſui anoo quarto, ac ſingulis noſtris tertia junij anno octavo, ac decima octava februarij anno nono., deſuper in forma brevis expeditis litteris; per quas inter cætera domos Recollectorum prædictas in Provinciã erexeramus, necnoo recol. mem. Booifacij Papæ octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri de una,& Concilij Generalis de duabus dietis, ac noſtra de non tollendo jure quęſito,quatenus opus ſit,aliiſque Conſtitutionibus, & ordinatiooibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento,confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis,& litteris Apoſtolicis,& dicto Ordini, ejuſque Generali Miniſtro,& aliis Prælatis,ac perſonis ſub quibuſcumque tenoribus,& formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere,vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio,aut quævis alia expreſſio habeoda,ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores præſentibus pro ſufficieoter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter,& expreſſo derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam &c. Dat. Romæ apud S Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 10. ſeptembris 1583. Pontificatus noſtri aono duodecimo.

37. In Armario Provinciæ Valentiæ eſt quædam ſcriptura ſine nomine, & anno,in qua ſunt capitulatiooes coocordiæ inter Patres Obſervantes, & Reformatos, *ſic nuncupatos*. In hac eadem ſcriptura eſt; primò, quòd unus ex Recollectis ſemper debeat eligi ex quatuor Diffinitoribus, qui Diffinitor, ſi eligetur ab omnibus Guardianis, tùm Obſervantibus, tùm Recollectis, votum conſultivum, & deciſivum habebit in omnibus actis capitularibus pertinentibus ad totam Provinciam, ſi verò Reformati voluerint eligere ſoli ſuum Diffinitorem, aut Cuſtodem, ſolùm habebit votum in Diffinitorio, in illis actibus pertinentibus ad Reformationem &c. Huic Diffinitori cura erit viſitandi Conventus Reformationis quolibet aono una vice. 2. De officiis, quòd nullus poſſit eſſe Guardianus Reformatioois, niſi vixerit quatuor annis in Reformatione. Refertur ad Bullam. 3. Ne quis recipiatur ſine conſenſu totius Conventus; refertur ad Bullam;cum hac tamen differentia;quòd collectis votis in uno Conventu, ſit ad arbitrium Provincialis aſſignare hunc, vel illum Cooventum, qoi tamen tenetur concedere facultatem pro tali tranſitu,poſt diligentem informationem factam à Diffinitore, vel Cuſtode, & poſtquam fuerit præſentatus talis Frater. 4. Nullus Reformatus egredi poterit ſine conſenſu majoris partis Conventus, etiã cum obedieotia Provincialis. 5. Ejiciendi priùs bis corrigi debent &c. ut in Bulla. 6. Provincialis non poterit Reformatos punire, niſi in Conventibus Reformatis. 7. Quando erit proferenda aliqua ſententia contra aliquem Reformatum, ſit cum interventu Diffinitoris, aut Cuſtodis Reformati. 8. Circa modum vivendi Reformationis, nihil poterit Provincialis ſine interventu ut ſuprà &c. 9. In expenſis Provinciæ non obligentur

Arch. Matrit. Arm. Prov. Valent. & Catalav. litt. M.

gentur Conventus Reformati. 10. Si aliquis Reformatus à Diffinitorio eligeretur, aut Confeſſarius Monialium, aut Guardianus Cõventus Obſervantiæ, non poſſit eam acceptare ſine majori parte votorum ſui Conventus; completo officio nulla alia requiratur diligentia. 11. Provincialis poterit viſitare Conventus Reformatos quoties ei videbitur expedire, ut legitimus Præſul: cura erit Provinciali componendi familias Conventuum Reformatorum, & Fratres mutare de uno ad alium Conventum, nec poſſit Diffinitor, aut Cuſtos eos denuo commutare ſine facultate expreſſa Provincialis. 12. Obſervantes in Domibus Reformatis conformentur communitatis victui. 13. Conventus Reformati non poterunt excedere tertiam partem Conventuum Provinciæ, ita quòd, ſi ſunt triginta, Reformati poſſint habere decem. 14. Si aliquo tempore eſſet Provincialis Reformatus, non habeat majorem authoritatem, quàm ſi de Obſervantibus exiſteret.

Ibid. 38. Duræ tamen videbantur Obſervantibus hæ conventiones quaſi Recollectis nimiùm favorabiles; unde ſæpius ad earum gradatim extinctionem agere conati ſunt. Hinc primò ex titulo ſervandæ pacis per Fr. Bernardi. de Sabba Miniſtrum Provincialem cum ſuis Diffinitoribus propoſita fuerunt circa præfatæ Gregorij bullæ intelligentiam puncta ſequentia.

39. 1. Vtrum Diffinitor Recollectionis poſſit ordinare, & inſtituere ea, quæ ſpectant ad ſtatum Recollectionis, quando viſitat Recollectos?

2. Dubitatur, quid veniat intelligendum per grave negotium, an illud, quod ſpectat ad res ordinandas, vel corrigendas, & puniendas?

3. An Recollecti poſſint condere ſtatuta, quæ contradicant conſtitutionibus generalibus?

4. An ſit contra Breve, permitti in Recollectione ſtudia artium, & Philoſophiæ?

5. An deficiente Diffinitore Recollecto, ſit ſubrogandus alius ſecundùm Conſtitutiones generales, cum in Brevi talis caſus non ſit expreſſus?

6. Qualis, & quanta tranſgreſſio inducat cenſuras?

7. An aliquis tranſgrediens aliquid contentorum in conſtitutionibus, ſeù in Brevi, non tamen pertinaciter, ob id incurrat cenſuras?

8. An Diffinitor Recollectus habeat vocem in determinandis cauſis Fratrum non Recollectorum?

9. An Diffinitor Recollectus peracta viſitatione habeat aliquam juriſdictionem, & viſitationem, quam exercere poſſit, ac prolongare quantùm voluerit?

10. An Diffinitor Recollectus puniri poſſit à Miniſtro Provinciali, ſi ipſe deliquerit, & an Fratres habeant recurſum ad Miniſtrum Provincialem?

11. An Recollectus teneatur ita ſervare ſtatuta generalia, & provincialia, ut nullus poſſit diſpenſare?

40. Hinc Chriſtophorus Sanchez Provincialis Valentiæ, ſinè conſenſu, & interventu Diffinitoris, alteriuſve Patris gravis Recollecti cum recluſiſſet aliquos ex eis in Conventu Coronæ ejuſdem Civitatis Recollectos anno 1622. & illis præcepiſſet deinde, ut ad alium ſe transferrent aſſignatum Conventum; mota fuit lis eodem anno ante Epiſcopum Segobienſem, ut Brevis Gregorij XIII. executorem contra Provincialem per Recollectos; reque maturè conſiderata, tandem per decretum ejuſdem Epiſcopi Dat. eodem anno die prima Octobris concluſum fuit, Provinciali licuiſſe Fratres illos recludere, attentâ clauſulâ Brevis, dicente, *ſalua authoritate Provincialis viſitandi*, quæ tamen recluſio non fuit carcer formalis, quem dare non poterat, niſi prævio Diffinitoris, & Patris gravis aſſenſu. In quantùm ad mutationem Conventus, potuit eos mutare, ut ſupranumerarios, & poteſt; Cum enim per conſtitutiones generales non poſſint ſtare ſupra viginti in Conventibus Recollectis, ſtatutum fuit, illos ſupranumerarios eſſe ad Provincialis arbitrium. Hoc autem eſt advertendum, quòd viginti Fratres debent eſſe ſani, & non infirmi. Vlteriùs judicavit Conventum Coronæ, cum ſit intra Valentiam, indigere majori numero Fratrum, & ideo poſſe aliquos ultra taxam tolerari. Ibid. litt. E.

41. De Diffinitore iſto in omnibus omninò Provinciis, ubi tres ſaltem fuerint Domus Recollectæ, de Recollectis eiſdem aſſumendo, editum fuiſſe legimus ſtatutum generale Romanis in Comitiis anno 1612. ſub Ioanne de Ierro Miniſtro

Miniſtro generali. Introductâ igitur Obſervantes inter,& Recollectos concordiâ, Reverendiſſ. Ioannes de Ierro Miniſter Generalis anno 1613. Valentiæ Prov. Patribus expedito decreto mādavit, ut Eldæ Conventum cum omni ſua ſuppellectile,

Arch. Matrit. in Prov. Cathal. & Prov. Valent. l. B.

cæterisque attinentiis pro Recollectione liberum deſignarent. Cum verò communi jam ferè per Hiſpanias conſuetudine Recollectus aliquis in primariis Provinciarum Conventibus deputaretur in

Ibid. l. B.

Guardianum, graviter in hoc ſeſe opponere voluit anno 1614. Provincia Valentiæ ſub Antonio de Trezo totius Ordinis Vicario Generali; quo tamen firmiſſimè volente, & in electionibus præſidente, coacti ſunt Patres Petrum de Caſtello Recollectum in Conventu S. Franciſci Valentiæ Guardianum admittere.

41. Verùm Gregorio XV. ad Pontificatum evecto iterùm Recollecti exinde facti ſecuri, quòd Pontificem Reformationis amantiſſimum habituri eſſent in omnibus propitium, ſupplicarunt, & impetrarunt expedito Brevi *ſub die* 11. *Februarij* 1622. ut in propriam iterum

Ibid. in Bull. Ord. & in Prov. Cathal.

Provinciam adunari valerent ſub legibus, & privilegiis Hiſpaniæ Diſcalceatorum, ſubque horum Vicario generali conſtitutam; quo impetrato diplomate per Epiſcopum Terraconenſem ejuſdem Apoſtolicum executorem ad Provinciale Capitulum ſimul convocati, proprium ſibi Miniſtrum Provincialem electione canonica cōſtituerunt. Philip-

Et in Arch. Aracœl. Cur. Vltr. Reg. 2. fol. 268. & 270.

pus Rex Catholicus interea temporis per Obſervantes certioratus, novam illius Provinciæ erectionem contra concordiam à Gregorio XIII. confirmatam eſſe ſubreptitiam, & cauſam ſinè dubio, graviſſimis tùm in ſæculo, tùm in Religione contentionibus fore miniſtraturam; Nuntio Apoſtolico graviùs edixit, ut Brevis illius ſuſpenſionem, & Provinciæ ſuppreſſionem Apoſtolica authoritate intimaret; Ducique de Alcalà ſuo in Cathalaunia Proregi, ut ad idem efficaciter adlaboraret injunxit. Recollecti à principio negarunt ab Apoſtolica conceſſione recedere, donec per Nuntium Apoſtolicum cenſuris adacti, tandem ad Miniſtri Provincialis obedientiam renovatis concordiæ pactis redire conſenſerunt. Pontifex autem ſuper his à Rege Catholico pleniùs informatus, atque pro prioris Brevis revocatione ſupplicatus, benigniſſimè ad Regem reſpondit, datis litteris die 21. Aprilis 1622. ſe Nuntio ſuo mandaſſe, ut nihil interim ad novam uſque Sedis Apoſtolicę diſpoſitionem innovari pateretur; deinde pro antedicti Brevis revocatione, novæque ſuppreſſione Provinciæ ſequentes litteras expediri mandavit.

GREGORIVS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

43. APoſtolatus officium Nobis ex Alto commiſſum poſtulat, ut ad ea ſedulò intendamus, per quæ Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium quieti, & paci opportunè conſulitur, & in his Paſtoralis officij noſtri partes favorabiliter interponamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem à fœl. rec. Gregorio Papa XIII. Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis. Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis providentia &c. *quæ jam ſupra poſita eſt.*

Arch. Aracœl. Cur. Ult. Reg. 2. fol. 147.

Cùm autem ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, dicti Fratres, tàm Recollecti, quàm de Obſervantia, ſivè de Familia nuncupati dictæ Provinciæ Cathaloniæ pro ſedandis differentiis, quæ inter eos occaſione noſtrarum in ſimili forma Brevis litterarum ſub die 11. Februarij 1622. ſuper ſeparatione eorumdem Fratrum Recullectorum à dictis Fratribus de Obſervantia, ſivè de familia emanatarum, ſeù alias vertebant inter eoſdem Fratres, cum interventu Ven. Fr. Innocentij Epiſcopi Brittonoricen. noſtri, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuntij conventum fuerit, ut omnes, & ſinguli Fratres præfati juxta concordiam per præinſertas Gregorij prædeceſſoris litteras confirmatam de cætero vivant. Nos, ut conventio præfata ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſervetur, quantùm cum Domino poſſumus providere, ac fœlici eorumdem Fratrum ſtatui, atque directioni conſulere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſupplicationibus dicti Philippi Regis nomine Nobis ſuper hoc humili-

ter

ter porrectis inclinati, Conventionem præfatam Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus &c. Decernentes omnes, & ſingulos dictæ Provinciæ Fratres tàm Recollectos, quàm de Obſervantia; ſive de Familia nuncupatos, & alios quoſcumque, ad quos quomodolibet ſpectabit, quoſque conventio prædicta concernit, & concernere poterit quomodolibet in futurum, ad illius obſervationem teneri, & obligatos exiſtere, cenſuriſque, & pœnis Eccleſiaſticis, aliiſque opportunis juris, & facti remediis ad id cogi, & compelli poſſe; diſtrictiùs inhibentes omnibus, & ſingulis Fratribus præfatis, & eorum Viſitatoribus Commiſſariis, & Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, Provincialibus Capitulis, perſoniſque quibuſcumque in illis congregandis; ac omnibus, & quibuſlibet, quos præmiſſa concernunt, aut in poſterum quomodolibet concernent, & quibuſvis aliis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtrę, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto incurrenda, à qua non niſi à Nobis, ſeu Rom. Pontif. pro tempore exiſtentibus præterquàm in mortis articulo conſtituti abſolvi poſſint, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ, & omnium dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ne præſentibus litteris noſtris, & in eis contentis quibuſcumque directè, vel indirectè, quovis quæſito colore, vel ingenio contravenire, ſeù aliàs præmiſſarum effectum impedire, retardare, ac perturbare quoquomodo audeant, vel præſumant. Ac præſentes litteras nullo unquã tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu, etiam ex eo quòd intereſſe habentes vocati nõ fuerint, aut præmiſſis non conſenſerint, notari, argui, ſeù impugnari, aut ſub quibuſcumq; revocationibus etiam ab eadẽ Sede emanatis, etiam quæ in poſterum emanabunt comprehendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere; ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri, debere, ac irritum, & inane &c. Quocirca eidem Innocentio Epiſcopo Moderno, & pro tempore exiſtenti Sedis Apoſtolicæ in dictis Regnis Nuntio, & Venerab. Fratribus Segobricens. & Barchinon. Epiſcopis per eaſdem præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios quoties pro parte eorumdem Fratrum, ſeù alicujus eorum fuerint requiſiti, præſentes litteras ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra prædictos Fratres præſentibus litteris, & in eis contentis quibuſcumque pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos à ſeſe invicem, vel per quoſcumque alios quomodolibet indebitè moleſtari; Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus &c. Non obſtantibus prædictis noſtris, & aliis Apoſtolicis litteris, necnon omnibus illis, quæ dictus Gregorius prædeceſſor in præinſertis litteris voluit &c. Aut aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam &c. Volumus &c. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Februarij 1623. Pontif. noſtri anno ſecundo.

44. Graviores videbantur Obſervantibus concordiæ illius articuli, unde in nullum non moverunt lapidem, ut Recollectos ad pacta illa renuncianda vel invitos adducerent: præ cæteris autem P. Hieronymus Sanchez in Provincia Valentiæ Miniſter anno 1631. congregatis ex improviſo Recollectorum Diſcretis, & Guardianis; ſub formali S. obedientiæ præcepto, gravibuſque cenſuris edixit, ut ſtatim ad proponenda per ſe puncta reſpondere deberent: Puncta

Arch. Maē trit. in Prov. Valent. l. H.

ſta verò hæc erant; quomodo Conventus plures ultra Gregorianæ Bullæ concordatum, & eodem modo Fratres majori numero in ipſis Conventibus ſuſtinere poſſent? aliaque ejuſdem generis, ſed minoris momenti; quæ omnia eò expreſſè collimare cernebantur; ut pro hiſce retinendis præfatæ Grægorij bullæ ultrò renuntiarent; quod illi invicta conſtantia negarunt. Graves hac de cauſa, & iſti, & illi litteras dederunt ad Bernardinum de Senis adhuc Miniſtrum generalem, Recollecti præſertim dolentes, quod injuſtâ violentiâ ſine temporis dilatione fuerint per cenſuras ad reſpondendum coacti: quem finem habuerit controverſia, hucuſque non apparet.

Ibid.litt.I. 45. Conſequenter ad hæc P. Iacobus Quintana anno 1659. pro ſua Valentiæ Provincia procuratorio nomine contra conventiones illas agens in Curia Romana, favorabile decretum à S. Congregatione impetravit, quod ab Alexandro VII. ea potiſſimum ex conditioue per litteras Apoſtolicas fuit confirmatum, ut videlicet Obſervantibus tranſitum ad Recollectionem poſtulantibus aſſenſum, licentiamque concedere non tenerentur, niſi ubi ſecundùm Deum viderint expedire; expoſitum enim fuerat, quòd Fratres ut plurimùm non zelo majoris perfectionis, ſed ad effugiẽdum Regularis diſciplinæ rigorem, aut ex animi levitate tranſitum poſtularent, unde neceſſe eſſet, Gregorianum moderari concordatum; ſicque de aliis plurimis tùm affirmativis, tùm negativis conditionibus ſupra recitatis diſponebatur, in quibus omnibus Miniſtri Provincialis arbitrio plurimùm deferebatur; unde noviſſimi hujus Brevis virtute Gregoriana conſtitutio corruiſſe videbatur. Miniſter generalis variis ab utraque parte ſuper hoc negotium epiſtolis interpellatus, præſertim à Recollectis, qui promittentes, abuſus omnes in recipiendis Fratribus forè radicitùs extirpandos, rogabant, nè in vim Alexandrini hujuſcè decreti Gregoriana concordata renuntiare cogerentur; quid porrò actum ſit, non apparet, excepto quòd ex quibuſdam epiſtolis deducitur, decretum fuiſſe à Generali, ut novitates iſtæ ſub ſilentio ſepeliri deberent; do tandem diplomatis tenorem.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

46. Aliàs pro parte dilecti filij Iacobi Quintana Procuratoris Provinciæ Valentiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nũcupatorum Congregationi Venerabilium FF. noſtrorum S.R.E. Cardinal. negotiis, & conſultationibus Epiſcoporũ, & Regularium præpoſitę expoſito, quòd vigore concordiæ dudum inter Fratres Minores de Obſervantia nuncupatos ex una, & Fratres Recollectos Provinciæ, & Ordinis Præfatorum ex altera partibus initæ, & à fœl. rec. Grogorio XIII. prædeceſſore noſtro confirmatæ, qua cavetur, quòd Fratres, qui ex Domibus non Recollectis ad Recollectas tranſire voluerint, conſenſum priùs in ſcriptis habeant Guardiani, & Conventus Domus, ad quam tranſire intenderint, conſenſus verò hujuſmodi per vota ſecreta exquiratur, eoque obtento, licentia humiliter petatur à Miniſtro Provinciali tranſeundi ad prædictam domum, quam ipſe Miniſter benignè concedere teneatur. Multi non zelo virtutis, nec ut ferventiùs Deo ſervire poſſint, ſed per voluntatis inconſtantiam, & mutabilitatem tenderent ad aliquem Conventum Recollectorum, & acciperent vota, ac licèt Miniſter Provincialis videret, talem tranſitum eſſe contra bonum regimen dictæ Provinciæ, & nullo modo convenire, ipſo invito tranſirent ad Recollectos freti particula ſupradictę concordię, qua dicitur, quòd Miniſter Provincialis licentiam concedere teneatur. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, hoc videri eſſe contra mentem dicti Gregorij prædeceſſoris, & Religionem, ideoque ad tales abuſus evitandos dictæ Congregationi ſupplicato, ut declararet dictã particulam; ita ſcilicet, ut Miniſter Provincialis ejuſmodi licentiam concedere teneatur, ſi judicaverit ſecundùm Deum ita expedire, & non aliter, & ſic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia poſitis, emanarit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui ſequitur, videlicet: Sac. Congregatio Eminen. S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium

Arch.Aracœl.Cur. Vlt.Reg.7. fol.255.

gularium præpoſita attentis narratis, ac audito Miniſtro generali Ordinis hujuſmodi circa præmiſſa, declarandum cenſuit, prout præſentium tenore declarat, & decernit ex vi præcitatæ clauſulæ in memorata concordia à Gregorio XIII. confirmata appoſitæ, Miniſtrum Provincialem Provinciæ prædictæ pro tempore exiſtentem ad concedendam licentiam ejuſmodi tranſitus nō teneri, niſi quando ſecundùm Deum illam concedere, judicaverit expedire, & ſic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia contentis, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. Romæ 19. Decembris 1659. Cum autem ſicut dictus Iacobus Nobis nuper exponi fecit, ipſe decretum hujuſmodi Apoſtolicæ confirmationis noſtræ robore communiri ſummopere deſideret: Nos ipſum Iacobum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. Decretum præinſertum authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus &c. ſalua ſemper in præmiſſis authoritate prædictæ Congregationis Cardinalium decernentes &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 22. Ianuarij 1660. Pontificatus noſtri anno quinto.

47. In Provincia Conceptionis Hiſpaniarum perfectionis vitæ famâ dùm non mediocriter florerent, à Clem. VIII. Pontifice impetrarunt, ut intra Conventuum ſuorum confinia Regularibus cæteris non liceret novos Conventus extruere; quo autem movente, & quo fine ad alios arcendos fuerit hoc Breve procuratum, judicent alij: litteras Pontificis exhibeo.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Decet Romanum Pontificem Religioſorum commoditati, ac Regularis Obſervantiæ conſervationi opportunè proſpicere, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Cum itaque (ut accepimus) in Provincia Conceptionis Ordinis Recollectorum nuncupatorum S. Franciſci Diœceſis Palentin. ſeptem Monaſteria, ſeu Conventus exiſtant, in quibus Regularis Obſervantia ſumma cum pietate, zelo, ac fidelium ædificatione cuſtoditur; & erga quæ, ſeu quos chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus ſingularem gerit devotionis affectum. Cumque pro regularis hujuſmodi Obſervantiæ conſervatione maximè expediat, ut alia ejuſdem Ordinis Monaſteria per quinque leucas circum circa minimè ædificentur. Nos in præmiſſis opportunè providere volentes, ſupplicationibus dicti Philippi Regis nomine ſuper hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, Monaſteria, ſeu Conventus Ordinis prædicti, in eadem Provincia intra terminum 5. leucarum circum circa ædificari poſſe perpetuò prohibemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus &c. Dat. Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die decima nona Octobris 1595. Pontificatus noſtri anno quarto. Arch. Ara-Cur. Vlt. Reg. 2. fol. 4.

48. In Gallia Recollectionis hujuſmodi aſſertores ex antiqua conſuetudine, Toletano in Capitulo anno 1633. confirmata, ut diximus lib. 7. c. 5. non Recollecti, ſed Reformati nuncupantur. Præfuiſſe ibi ab antiquo Recollectionis hujuſce receſſum, habemus ex congreſſu Pariſienſi an. 1553. coram Piſotto Generali celebrato, ubi ſtatutum fuit, ut in antiqua Franciæ Provincia tres Conventus, nempe Gardiæ, Meduntæ, atque Carnoti pro illis deputarentur, qui Strictiorem in ſancta Recollectione vitam eligerent; Evanuiſſe tamen exinde colligimus, quòd in Capitulo Generali anno 1579. ſub Gonzaga Generali conqueſti legantur hujuſmodi Zelatores, quòd Cœnobia pro Recollectione fuiſſent anno antecedenti denegata; nec mentio de ipſis alibi occurrit, donec eam Miniſter Generalis Bonavētura de Calatagyrone, ut loco hîc præcitato diximus, anno circiter 1598. de mandato Clementis octavi firmiter reſtituerit Succeſſivè quidem in Comitiis Ordinis efficaciter commēdata fuiſſe legitur; at nullibi ferè ſine controverſiis permanſit; ex inſeparabili timore, quem de finali ſua extinctatione ipſi Recollecti conceperunt. Vvad. t. 8. 1553. n. 6. Rapin. Deca. 10. Ibid.

49. Iam in Aquitania antiquiori, cum Fratres à Recollectione ad Conventus non Recollectos, ſe paſſim amoveri dolerent, ſuamque tandem extinctionem graviùs extimeſcerent, ſtabilitati ſuæ conſulturi

fulturi ſe ſe in particularem Cuſtodiam à Miniſtro Provinciali Obſervantiæ independentem, ad inſtar Provinciarum Recollectarum erigere tentaverant; id præferentes; ne ſemel in Recollectione legitimè incorporatos ampliùs inde amoveri liceret: has ut exingueret Cardinalis Verallus Ordinis Vice-Protector ſequentes litteras expedivit.

*Fabritius miſeratione divina tituli S. Auguſtini S. R. E. Presbiter Cardinalis Verallus nuncupatus totius Ordinis S. Franciſci Regularis Obſervantiæ Vice-Protector, Gubernator, atque Correctior. Reverendo in Chriſto P. Fr. Salvagerio dicti Ordinis Generali, Diffinitori, ac Provinciæ Aquitaniæ antiquioris Provinciali Miniſtro, necnon & ejuſdem Provinciæ Patribus perpetuis, ac Diffinitoribus, omnibuſque aliis, tàm Patribus, quàm Fratribus dictæ Provinciæ cujuſcumque gradus, & conditionis extiterint, ſalutem in Domino ſempiternam.*

50. CVm Dei zelo ductus Reverendiſſimus, P. Fr. Archangelus à Meſſana, dum Miniſtri Generalis fungeretur munere, vobis petentibus Reformationem quandam in veſtra Provincia inſtituerit, ut purè, & ſimpliciter ad
Ibid. f. 152. litteram Regula obſervaretur, nihil ſupra ipſam ordinando, quòd ſub obligationis præcepto caderet; ita tamen quòd Fratres Reformati ſubditi, & ſubjecti eſſent in omnibus Provinciali Miniſtro, abſque ulla differentia, & diviſione; quã Reformationem ſic ordinatam Conventus major Tholoſanus, & alij ſex dictæ Provinciæ libenter receperunt reformatè hucuſque vivendo; quia tamen prædictus Tholoſanus Conventus ſtabilitatem in dicta Reformatione ſummopere deſiderat, ut nobis P. Fr. Stephanus Foncratius ab eo ad hoc ad nos miſſus ſignificavit, aliaque petivit, quæ viſis rationibus in contrarium adductis à P. Fr. ſtephano..... Reformato primo Provinciæ Diffinitore, & P. Fr. Martino..... à tota Provincia ad hoc munus miſſis, pro nunc minimè expedire omnino judicamus; juſtis tamen votis, ac deſideriis Patrum Reformatorum pro ſua ſtabilitate annuentes, quæ conſiſtere viſa eſt in eo, ut qui in Reformatione remanere ſtatuerint, ab ea exire non poſſint, ſed permanere omninò in illa debeant; viſis, ac benè conſideratis hinc inde pro utraque parte rationibus, ac ipſis miſſis conſentientibus, prout ante nos ſubſcripſerunt, præſentium tenore ſtatuimus, & determinamus, quòd ad dictam Provinciam Aquitaniæ antiquioris mittatur aliquis Pater gravis, benemeritus, & Reformatus, qui Cõmiſſarij munus exercendo, ad id ſpecialiter deputatus exploret, ac accuratè inquirat publicè, & privatim voluntates omnium Reformatorum dictæ Provinciæ, an velint perpetuò permanere in dicta Reformatione nec ne; Illi autem qui permanere determinaverint perpetuò, proprio nomine, & manu ſubſcribant, ſimiliter & illi, qui hoc recuſaverint, ſed tantùm voluerint Reformationem liberam, ſicut hactenus habuerunt, hoc etiam ſubſcribant, ita ut uniuſcujuſque voluntas planè innoteſcat, ac omnibus ſit perpetuò clara, & manifeſta; illi verò qui in Reformatione perpetuò permanere voluerint, à Provinciali Miniſtro extrahi ab ea minimè poſſint ad Conventus non Reformatos, niſi cauſa alicujus magni delicti ab eis patrati, à toto Diffinitorio, vel majori parte examinandi, licet maturè eos optimè poterit de uno Conventu transferre in alium Reformatum, prout illi videbitur expedire, ſalvâ ſemper in omnibus aliis obedientiâ dicti Provincialis Miniſtri, cui ſubditi, & ſubjecti eſſe debent prædicti Reformati, ſicut hactenus fuerunt, niſi tantùm in dicto Caſu, quod eos ad Conventum non Reformatum mittere non poſſit: Reformati autem, qui voluntariam Reformationem voluerint, in ea maneant liberè, ſicut hactenùs manſerunt, & ab illa extrahi poterunt à Miniſtro Provinciali, ſecundùm quod viderit expedire. Ordinamus inſuper, & præcipimus per S. Obedientiam P. Guardiano Conventus majoris Tholoſani, quòd Fratres nuper ejectos iterùm in Conventu recipiat, & Provinciali Miniſtro, quòd eos ad illum mittat, & ſub eadem pœna, quòd omnia, quæ Reverendiſſimus P. Fr. Ioannes de Ierro Generalis Miniſter nuper ſuis patentibus litteris præcepit, executioni mandentur abſque ulla mora. Dat. in Palatio noſtro die 21. Auguſti 1613.

Fabritius

*Fabritius miſeratione divina tituli S. Auguſtini S. R. E. Preſbyter Cardinalis Veralus nuncupatus, totius Ordinis S. Franciſci Regularis Obſervantiæ Vice-Protector, Gubernator, atque Corrector Reverendo in Chriſto P. Fr. Martino Clauſuro, Guardiano Conventus S. Mariæ de Angelis propè Tholoſam, ejuſdem Ordinis S. Fanciſci ſalutem in Domino ſempiternam.*

51. CVm ( ſicut ex aliis noſtris patentibus litteris ſub Dat. die 21. Auguſti præſentis anni conſtat) ordinaverimus, & ſtatuerimus pro bono pacis, & tranquillitatis inter Patres Obſervantes, & Reformatos Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, quòd mittatur unus Pater, qui exploret voluntates omnium Reformatorum Fratrum dictæ Provinciç, an perpetuò velint permanere in dicta Reformatione, nec ne, ut vel ſic exequutioni mandetur, quod in prædictis litteris præcipiebamus; Hinc eſt, quòd de tua Religione, gravitate, ac in rebus gerendis dexteritate in Domino confiſi, te in hoc particulari caſu Commiſſarium eligimus, & ordinamus, concedentes tibi plenariam, & omnimodam authoritatem, ut de mente S. S. D. N. voluntates omnium Fratrum Reformatorum dictæ Provinciæ privatim, & publicè explores, omnes Conventus Reformatos percurrendo, nempè majorem Tholoſanum, Burdegalenſem, Reolæ Rivorum, Villæ novæ S. Macarij, & Montis Giſcardi, & ab omnibus Fratribus Reformatis illorum inquirendo, an perpetuò pormanere velint in dicta Reformatione; illi autem, qui permanere perpetuò ſe velle dixerint, idipſum propriis nominibus ſubſcribant, quos re ipſa Provincialis Miniſter è Cõventu Reformato ad non Reformatum mutare de Familia minimè poſſit; bene tamen de uno ad alium Reformatum: illi verò, qui hoc recuſaverint, & velint liberè, & voluntariè in Reformatione eſſe, liberè, & voluntariè remaneant, ſicut hactenus manſerunt, & Provincialis Miniſter eos mutare poterit quócumque voluerit; primos autem ſecundùm tenorem aliarum noſtrarum litterarum: Novitios ſimiliter Reformatos interrogare debebis, an perpetuò, vel liberè poſt profeſſionem emiſſam permanere velint in dicta Reformatione, & illi, qui permanere perpetuò voluerint, ſimiliter ſubſcribant, quos Provincialis Miniſter poſt profeſſionem ad Conventus non Reformatos mutare non poſſit, bene autem eos, qui in Reformatione voluntaria eſſe determinaverint. Poſtque omnia, ſubſcriptiones omnium Fratrum ſuo Ordine digeſtas ad nos mittes, ut quamprimùm ſuper hoc breve Apoſtolicum expediri poſſit, & quod à nobis determinatum eſt, inviolabiliter obſervetur. Similiter, & de noſtro ordine, & ſpeciali mandato ordinatum, & ſtatutum in dicta Provincia relinques, quòd voluntates omnium Novitiorum pro tempore in Conventibus Reformatis exiſtentium, antequàm profeſſionem emittant, à Prælato explorentur, cum quibus idem, quod de præſentibus ſupradicta obſerventur, dummodo in profeſſione novitas nulla admittatur, nec intelligatur, quòd aliquid ſupra Regulam promittatur, ſiquidem eſſe, vel non eſſe in Reformatione, ſpeciem non mutat, ſicut præſentium tenore declaramus. Datum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ prima Septembris 1613.

52. In Provincia Turoniæ Pictavienſis circa annum 1658. cum Reformati bujuſmodi eadem ex formidine ob varios caſus, ne tandem Recollectio abitura foret in nihilum, jam numero aucti, & authoritate, variiſque privilegiis muniti multa innovare tentarunt, id præcipuè, ut ad modum Recollectionis Hiſpanicæ ſuos Guardianos à Diffinitorio eligi non liceret, niſi ad Recollectorum poſtulationem, operante tandem Cliſſij Domino, ſuo in Caſtello, Provincialem inter, atque duos ex ſuis Diffinitoribus pro una parte, & Reformatos pro altera ad quædam concordiæ pacta deventum eſſe apparet. Arch. Araæcœl. Cor. Vlt. Reg. 7. fol. 170.

53. Cùm verò concordata illa Provinciæ libertati utcumque præjudicialia eſſe viderentur, immiſſo ad Vrbem P. Gullielmo Troullier per S. Congregationem annullari, caſſarique obtinuit, expedito Decreto die 25. Auguſti 1658. Interim etiam cauſa eadem in Generale Capitulo Toletano anno eodem graviſſimè agitata, per Generale Diffinitorium jam Matriti conſtitutum, die 24.

junij pro illius Provinciæ pace decreta, quæ ſequuntur legimus fuiſſe ſtabilita, ablata Reformatis ſuorum Guardianorum præſentatione [ In Conventibus Reformatis Provinciæ Turoniæ Pictavienſis (Ibid. 171.) non debent eligi Guardiani, niſi illi, qui tunc temporis ſunt in Conventibus Reformatis, & per biennium proximè præcedens in iiſdem laudabiliter vixerint, nec poſſint amoveri à Conventibus Reformatis, niſi ut fiant Magiſtri Novitiorum, aut Guardiani Conventuum Obſervantiæ. Non tenebitur Diffinitorium eligere Guardianos eorumdem Conventuum Reformatorum ad poſtulationem Fratrum Reformatorum, ſed ſatis erit, ſi eligantur ex Reformatis modo ſupradicto. In Conventu Cliſſienſi providebitur de Guardiano juxta præſens Decretum inſtituendo, amoto illo Guardiano, qui jam nominatus eſt, ad quod quàmprimùm congregabitur Diffinitorium. Miniſter poterit per ſe ipſum viſitare Conventus Reformatorum, ſi verò velit Viſitatorem mittere, tenebitur mittere Diffinitorem Reformatorum, aut ſaltem aliquem ex Reformatis. In Conventus Reformatos non mittantur Fratres niſi ex Reformatione, vel qui velint in victu, & veſtitu, cæteriſque omnibus vivere juxta normam Reformationis; Si qui ſint in eiſdem Conventibus Reformatis, qui nolint reformatè vivere, amoveantur. Præterea Conventus Reformationis prædictæ Provinciæ ſunt ſequentes; Conventus Ambaſien. Cliſſien. Rupellen. Præcigniacen. Sulliacen. Magdunen. in quibus ſervabitur vita, & forma Reformatorum. Si verò in aliquo Conventu vita Reformatorum non poſſit obſervari, ipſi Reformati debent admonere Diffinitorium Provinciæ.

54. Hæc decreta ab omnibus Patribus, & Fratribus dictæ noſtræ Provinciæ, tùm ex Obſervantia, tùm ex Reformatione, volumus, & ſtrictè mandamus fideliter, & diligenter obſervari. Dat. Matriti anno 1658. 27. menſis Iunij ſub proprio Chirographo, ac noſtri Secretarij, necnon Ordinis ſigillo majori. Fr. Michaël Angelus de Sambuca Miniſter Generalis.] Quæ omnia per Cardinalem Barberinum Ordinis Protectorem die 19. Octobris eodem anno fuerunt confirmata.

55. Cùm verò Reformati, vel quòd deſiderata quiete frui non poſſent, vel alia de causâ, in propriam, & à Miniſtro Provinciali Cuſtodiam independentem ſeparari contenderent, aut ſic à cæteris crederetur, Præfatus Gullielmus ſuæ Provinciæ nomine ſupplicando impetravit à S. Congregatione, ut ſuper hujuſmodi attentata novæ Cuſtodiæ erectione, ſilentium perpetuum imponi deberet, dato decreto die 27. ſeptembris 1658. quæ omnia ab Alexandro VII. expedito Brevi. *Nomine dilectorum &c. die 2. decembris* 1658. conſtat eſſe confirmata. (Ibid. fol. 174.)

56. Nec diſſormiter in Aquitaniæ, Britanniæ, utriuſque Franciæ, cæteriſque per Galliam Obſervantium Provinciis cōmotiones graviſſimas hac pro Recollectione conſtat fuiſſe ſuſcitatas ex diſſipationis antedicto timore, quibus pacificè componendis, non facilè poteſt explicari, quanti Miniſtris, Capituliſque generalibus ſteterit; ut in proprio loco ad ſingulas Provincias dicemus. Conſtat ſiquidem eodem ſub titulo integram Brittanniæ Provinciam, necnon Cuſtodias S. Nicolai in Lotharingia, & Sanctiſſimæ Trinitatis evictis difficultatibus immenſis ab Obſervātium Miniſtrorum obedientia, & unitate avulſas cæteris per Galliam Recollectis fuiſſe adjunctas, impetrando, ut eiſdem per omnia, tùm in oneribus, tùm in honoribus conformari valerent. Hoc ipſum non ſine maximis contentionibus, antiquas de hac materia Clem. VIII. conſtitutiones allegando, atque invocatâ Epiſcoporum, Regijque Parlamenti aſſiſtentiâ, è diverſis Galliarum Provinciis intentaverant Cuſtodiæ, quæ ſub titulo Aſſumptionis Matris Dei, SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Martialis fuerant erectæ; quas tamen omnes Franciſcus Maria Rhini Miniſter Generalis, dum in Galliis pro totius Ordinis reformatione laboraret, quoad Cuſtodiæ titulum extinxit, atque Miniſtris Provincialibus de Obſervantia iterùm per omnia ſubjecit, ut ſuo loco dicemus. (Arch. Matric. in Reg. Ord. & in Prov. Franc.)

In Sardinia, cum nunquam Recollectio hujuſmodi ſtabiliri potuerit, P. Franciſcus à Soza Miniſter Generalis à S. Congregatione impetravit anno 1601. ut pro una vice tantùm Miniſter Provincialis ex Hiſpaniæ Recollectis poſſet deputari, (Arch. Aracœl. Reg. Vlt. t. 2. fol. 58.)

deputari,inde confidens,introducendam fore tali via Recollectionem;quid autem reverâ factum ſit in illa Provincia, dicemus.

Arch. Matrit. in Prov.Algarb.

57. In Luſitania cum Recollecti de Portugalliæ Provincia in propriam, & cum Diſcalceatis uniformem Provinciam fuerint evecti ſub titulo S. Antonij, ſimiliter & ſub invocatione Matris Dei in Indiis Orientalibus, ut ſuo loco dicetur ex profeſſo; etiam de Algarbiorum Provincia Recollecti dicere ſolent, quòd Infantis Henrici Cardinalis tempore fuerint & ipſi ſub proprio regimine conſtituti; unde ſæpiùs præſentando querelas, efficacius procurarunt, ut propriam ſibi liceret habere Provinciam, quod ipſum pro eiſdem ab Ildelphonſo Salizanes Miniſtro Generali,Carharina Luſitana Angliæ Regina anno 1669. efficaciter, ſed inuriliter ſupplicavit. Similiter & ab alia poſtulatione legimus fuiſſe repulſos, dum anno 1653. petierunt à S. Congregatione,ut ſecundùm antiqua illius Provinciæ ſtatuta, non liceret Miniſtro Provinciali Fratres publicè ob delicta pœnitentiatos ad illorum Cœnobia de familia deſtinare: informante ſiquidem in contrarium Ordinis Procuratore, fuerunt ad generalia Ordinis Comitia remiſſi.

Arc. Aracœl.Cur. Vit. r.6. fol. 345.

Arch. Matrit. in Prov.Granatæ litt. E. & F.

58. In Granarenſi Provincia ſub Vrbano VIII. Pontifice graviſſimè conquerebantur Recollecti, quòd contra Ordinis ſtatuta ſpecialiter ab Vrbano Pontifice confirmata, unum ex ſuis Diffinitorem non haberent,non obſtante,quòd ex hujus defectu nulli cenſeantur omnes actus Diffinitorij; 2. quòd Philoſophica,& Theologica ſtudia ex antiquo penes ſe retinentes, juvenes ſuos abſque ſpiritualis,& Recollectæ diſciplinæ præjudicio poterant erudire, quos,jam ablatis ſibi ſtudiis, ſimul cum Obſervantibus dimittere cogebantur. 3. quòd Superiores ſibi deligerent non ad Recollectionis profectum, ſed ad eligentium intentum. 4. quòd Novitios, & Clericos ſibi non darent, immò & petentes diſſuaderent, diſcolos autem contra ſtatuta maxima ſua inquietudine ad ſe tranſmitterent. 5. quòd contra decreta Provinciæ infirmos ſuos in Cordubenſi, & Granaten. valetudinariis non reciperent, unde peculiarem ſibi locum emptis Cellis ſibi conſtruere fuerint coacti: aliaque permulta de libris, & ſacris paramentis à Recollectis domibus aliò tranſlatis,atque de Religioſis ſuis, etiam ſub Recollectorum habitu extra Recollectionem ad quæcumque munia indifferenter tranſmiſſis,non ſine grandi Recollectionis præjudicio, ſeſe tolerare dolebant; quapropter de opportuno remedio apud Vrbanum Pontificem humiliter ſupplicantes, tria Brevia Apoſtolica hîc immediatè deſcribenda impetrarunt;cõtra quæ in Cordubenſibus hujus Provinciæ Comitiis præſentata, cum Miniſter Provincialis coram Generali graviſſimè,atque abundantiùs oppoſuiſſet, & Generalis ipſe conniveret, debitam executionem obtinere non potuerunt; Vnde graviùs excitati Recollecti diploma novum impetrarunt ab eodem Vrbano *Sacri Apoſtolatus &c.* die 31. januarij 1639. quo ſtatuebatur, ut Recollectæ domus de Provincia Granatenſi peculiarem in Provinciã Diſcalceatam, atque cum cæteris Diſcalceatis unitam, & per omnia conformatam erigi deberent. Hujuſmodi de litteris ut audivit Fr. Petrus Laicus Matritenſis (qui antea pro Diſcalceatorum ſeparatione contra Generales Ordinis acriter adeo deſudaverat) ut Merineri novi Generalis gratiam iniret, ſtatim ipſum de ſingulis minutim certiorem reddere voluit,addens, ſeſe pro illarum revocatione omnia poſſibilia, ſed nulliter intentaſſe. Cùm verò P. Blaſius Mugnana Recollectus contra illarum executionem graviſſimè ſcripſiſſet,Generalemque ſupplicaſſet, omnia evanuerunt in nihilum: ſupereſt, ut trium ſupra allegatorum Brevium pro Recollectionis hujus defenſione expeditorum tenorem exhibeam.

Loc.cit. & ex cop. imp. ap. Indic. Alvæ.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull.Rom. imp.Lugd. t.5. bull. 226. Vrb. VIII.

59. CVm ſicut accepimus, dilecti filij Fratres Ordinis Minorũ S.Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Granatenſis in Regnis Hiſpaniarum, dum à Provincialibus non Recollectis, ſed de Obſervantia dumtaxat gubernantur, diverſa inconvenientia, ſive incommoda experti ſint; quoniam Provinciales prædicti Conventibus Recollectorum Guardianos præficiunt ſimiliter de Obſervan-

tia, qui rigoroſæ, exactæque regularis diſciplinæ Obſervantiæ, ſub cujus Regulis ipſi Recollecti vivunt, minùs aſſueti, modorumque, & cæremoniarum eorumdem Recollectorum neſcij, multis relaxationibus, abuſibuſque anſam præbent, non ſine Regulæ, & normæ vivendi arctioris eorumdem Recollectorum præjudicio. Præterea ijdem Fratres de Obſervantia Ordinis ſui profeſſores ad eoſdem Fratres Recollectos facilè mittere conſueverint, qui quidē Fratres de Obſervantia ad eoſdem Recollectos, ut præfertur, miſſi ad priſtinum eorum vitæ inſtitutum ſæpè ſæpiùs redire volunt non ſine ſcandalo, & eorumdem Recollectorum perturbatione.

§. 1. Nos fœlici eorumdem Recollectorum regimini, & gubernio, eorumque quieti, quantùm cum Domino poſſumus, conſulere, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. Quòd de cætero nullus in Guardianum, Diffinitorem, nec Magiſtrum Novitiorum in Conventibus eorumdem Fratrum Recollectorum deputari, eligi, ſeu aliàs aſſumi, aut conſtitui poſſit; quin priùs habitum per eoſdem Recollectos geſtari ſolitum ſuſceperit, & inter eoſdem Recollectos per ſexennium ad minus vixerit, juxta eorumdem Recollectorum conſtitutiones, quas in hac parte ex certa ſcientia noſtra, quò autem ad reliqua illarum capitula, dummodo ſint in uſu, & non ſint revocata, neque ſub aliquibus revocationibus compræhenſa, ſacriſque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, regularibuſque eorumdem Recollectorum inſtitutis non adverſentur, approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 2. Inſuper quòd etiam de cætero Fratres de Obſervantia prædicti ad Recollectos hujuſmodi tranſire non poſſint abſque eorumdem Recollectorum, ſeu majoris partis ejus Conventus aſſenſu, ad quem tranſire quilibet voluerit, quòdque ij ex Obſervantibus prædictis, qui ultra tres vices tranſitum hujuſmodi fecerint, inter eoſdem Recollectos ampliùs admitti nullo modo valeant, Apoſtolica authoritate earumdem tenore præſentium pariter ſtatuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, ſub privationis officiorum, ac excommunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis ipſo facto incurrendis, ne conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta eorumdem Fratrum Recollectorum quovis prætextu alterare, mutare, ſeu abrogare audeant, vel præſumant; ac decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter; vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non Obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis &c, Volumus autem &c. Dat. in Arce Gandulphi Albanenſis Diæceſis, ſub annulo Piſcatoris die 25. Octobris 1636 Pontif. noſtri anno 14.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam*

60. Conſervationi, & manutentioni Bibliothecarum ſingularum Domorum, necnon paramentorum, & ornamentorum illarum Eccleſiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Granatenſis, quantùm cum Domino poſſumus, benignè conſulere, ipſarumque Domorum Guardianos, & Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis &c. Ibid. Vrb. VIII. bull. 235.

§. 1. Ne de cætero quiquam quavis authoritate fungentes, libros, quinterna, folia, ſive impreſſa, ſive manuſcripta Bibliothecis, aut paramenta, aut ornamenta quæcumque Eccleſiis hujuſmdi per

quoſcum

quoſcumque Chriſti fideles hactenus quomodolibet donata, & aſſignata, ſeu impoſterum forſan donanda, & aſſignanda ex Bibliothecis, & Eccleſiis hujuſmodi reſpectivè extrahere, ſeù quibuſvis aliis Eccleſiis, Monaſteriis, locis piis, aut perſonis commodare, ſive ut extrahantur, ſeu commodentur permittere, quovis prætextu, aut quæſito colore, causâ, ingenio, ratione, vel occaſione audeant, ſeu præſumant, ſub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis per contrafacientes incurrendis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium interdicimus, & prohibemus.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c.

§. 3. Volumus autem, quòd præſentis prohibitionis copia in Valvis ſingularum Bibliothecarum, & Eccleſiarum hujuſmodi reſpectivè, aut aliquibus aliis perſpicuis locis, undè ab omnibus cerni poſſit, continuò affixa remaneat.

§. 4. Quòdque præſentium tranſumptis etiam impreſſis &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 13. Octobr. 1637. Pontif. noſtri an. 15.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. Vib. VIII. bull. 256. 61. CVm ſicut dilecti Filij Fratres Ordinis Monorum S. Franciſci Recollectorum nuncupatorum Provinciæ Granatenſis Nobis nuper exponi fecerunt, temporis progreſſu compertum ſit, quòd quando Religioſus aliquis Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi à perfecta ſuæ Regulæ Obſervantia declinavit, exinde aliis Fratribus pertubationes non ſine maximo eorumdem præjudicio proveniant, cupiantque propterea pro majori divini cultus incremento inconvenientibus hujuſmodi opportunum aliquod remedium adhiberi.

§. 1. His dictorum exponentium votis in præmiſſis, quantùm cum Domino poſſumus, annuere, ipſoſque ſpecialibus favoribus &c.

§. 2. Volumus, & Apoſtolica authoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ut tunc, & eo caſu poſſint Diffinitor, & quatuor Guardiani dictorum Fratrum Recollectorum ſe ſe congregare, ſique apud Miniſtrum Provincialem Fratrum Minorum eorumdem inſtiterint pro amotione alicujus ex Recollectis Religioſi, & tranſmiſſione ad Fratres de Obſervantia nuncupatos, dictus Miniſter Provincialis teneatur, eumdem Fratrem ex Recollectis removere, illumque inter dictos Fratres de Obſervantia recipi facere, liberè, & abſolutè, & abſque ulla prorſus mora, & tergiverſatione.

§. 3. Decernentes præſentes litteras &c.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, & Provinciæ prædictorum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia &c.

§. 5. Volumus autem, quòd præſentium &c. Datum Romæ ad S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 16. Octobris 1637. Pontificatus noſtri anno 15.

---

## CAPVT IV.

*Vita Recollectorum in Ordine Seraphico*

62. VT longiùs à ſæculo ſemoti, excellentiori paupertate, rigidiori pœnitentia, majori carnis maceratione, Orationi, & divinis Officiis poſſent incumbere; & altiore cordis puritate, animæ quiete, & ſpiritus fervore Altiſſimo famulari; à majoribus, & amplioribus Obſervantium, ad anguſta, & ſolitaria loca ſeceſſerunt, ſub propriis legibus majori ſanctitate victuri. Chron. Ord. ad Cap. Gen. 66. de Recoll. & Reges. Ulr. Arch. Aracœl. t. 4. f. 44. ad 54

63. In primis à duodecimo numero deficere, nec vegiſimum poſſunt excedere Fratres habitantes in ſingulis eorum Conventibus, qui tres ad minus in unaquaque Provincia eis aſſignari debeant: nullus ibi per Provincialem detineri poteſt invitus; nullus à Guardiano, & Diſcrectis repulſus; nullus qui publicam à Superioribus, gravemque pœnitentiam exceperit; nullus in Guardianũ præfici, quin biennio ſaltem integro inter eos laudabiliter vixerit, prçter hos (licèt omnes Hoſpitij, & charitatis titulo excipiant) nemo etiam de Obſervantibus,

nullus ſæcularis poteſt ibi detineri, vel immorari, etiam Miniſtro jubente, etiam in Miniſtri ſocietate, etiam recreationis titulo, vel alia quacumque de cauſa. Novitij poſſunt inter eos à Miniſtro ad habitum Religionis, & educationem, & profeſſionem admitti.

63. Miniſtrorum Viſitationes, & in eis ſtabilita decreta ad vitæ Reformatæ perfectionem, à Guardiano, & Diſcretis ſuis debent regiſtrari, & ſubſcribi in publico Conventus Libro, & bis ſaltem in ſingulis annis publicè legi.

64. Paupertatem præ cæteris ad ultimum perfectionis profitentur, hanc in ſuis Tuguriis, potiùs quàm Conventibus, hanc in habitibus ad uſum neceſſariis, hanc in ſacra, & prophana ſupellectile volunt eluceſcere, pecuniæ quamcumq; contractionem, vel receptionem omninò execrantur.

65. A ſæculi conſortio prorſus alieni, ſæcularium familiaritatem excludunt, ne cordis puritas, aut orationis aſſiduitas, aut alia ſpiritualia exercitia diminuantur: Miſſas majori, quàm ſit poſſibile, devotione celebrant, eas nulli omninò obligatas in particulari eſſe volunt, pecuniam maximè, nec aliam pro eis celebrandis eleemoſynam recipientes, pro Benefactoribus applicant in communi, Capitulo Generali eorum omnia ſacrificia ad eam intentionem applicante, quam habuit Chriſtus pro nobis in Cruce pendens: quod tanto rigore ſtatutum eſt, ut nec cuiquam ex ſuis, nec etiam Hoſpiti ad eos divertēti cōcedere poſſit Guardinus, ut unam pro ſuis neceſſitatibus Miſſam liceat applicare: pro inſignibus tamen Benefactoribus (ſi in ſpeciali rogetur) poteſt Guardianus aliquas offerre, eo in primis ſalvo, ut nullam cujuſvis generis, vel mercedem, vel eleemoſynam acceptet. Pro ſuis itidem Fratribus, qui in Domino moriuntur, præter cætera pietatis officia, quinque pro ſingulis à quolibet Sacerdote Miſſæ applicantur, reliquas, ut dixi, ad Chriſti in Cruce intentionem, ad Benefactorum ſubſidium, Capitulo Generali applicante, celebrare conſueverunt.

66. Officium divinum alta voce, magna gravitate, tota majeſtate, gravi interpuncto, excluſis notis Gregorianis decantant: duabus horis cum dimidia in ſingulos dies orationi mentali indiſpenſabiliter vacant in communi; cæteris ad manualia opera, vel alia pietatis exercitia, ad præſcriptum Superioris incumbunt. Silentium omnino in Refectorio eſt perpetuum, & quaſi ſemper in cæteris Conventus officinis, & locis publicis, ad Sæculares præſertim nulla fit diſpenſatio.

67. Habitus in Officina communi, ſed pauperes omninò, aſperos, & viles, & repetiatos, & uniformes, ſolo pallio obſervantium more ad genua protenſo conſervant, unico interim ad proprios uſus ſingulis conceſſo: Calepodiis utuntur, dum ad alia Cœnobia divertunt, pedibus in reliquo ad terram nudis, rigidiores ſunt in anguſtia victus, & in omnibus vitæ macerationibus: ad integram horam per diem ad laborem manualem in communi applicantur; à negotiis Sæcularibus prorſus ſemoti, ter in quaque hebdomada ad publicam culparum confeſſionem more Reformatorum convocantur; Quotidie (Feſtis diebus exceptis) aut ſaltem ter in hebdomada ſeſe in communi flagellant, jejunia præter ea, quæ ſunt ab Eccleſia, & à Regula præſcripta, alia plurima magno rigore obſervant, cæteras carnis mortificationes, vel à privato Superioris conſenſu, vel Deo inſpirante perficinnt.

68. Pro quotidianis neceſſitatibus; ne ex una parte Fratribus aliquid deeſſe cōtingat, nec ex altera periculum paupertati imminere; Superioris eſt ſuorum neceſſitates cum prudentia Benefactoribus exponere in ſpecie propria nominatas, & quæſtuarios Fratres (nunquam tamen ad ſuperflua) ad eleemoſynam emendicandam, ſemper exceptâ pecuniâ, dimittere. Granum, & vinum congregare in futurum, niſi ex probata neceſſitate, & de Miniſtri Provincialis, Guardiani, & Diſcretorum Conventus publico in ſcriptis aſſenſu, omnino non licet.

69. Hujuſmodi pro Recollectis ſtatuta collegit primò, & publicavit Franciſcus Quiñonius Generalis, mira ſuavitate, at prudentia compilata, quæ deinde iterum per Gonzagam, & per alios ſucceſſivè Generales publicata fuerunt. Tandem Conſtitutiones præfatas pro Recollectorum ſancta manutentione diverſis in locis, diverſiſque temporibns ampliatas anno 1621. in unum collectas compilavit

lavit, atque perfecit Benignus Miniſter Generalis, & per univerſas in Hiſpanijs, & Indiis, & ubique Terrarum Recollectiones obſervari mandavit: in reliquis ad generalia Ordinis ſtatuta, quatenus recollectæ vitæ non contrariantur, voluit eos per omnia gubernari.

Arch. Matrit. in Bull. Ord. 70. Patres Recollecti nullo modo curam Monialium poſſunt habere, ſed eas ad viciniorem Provinciam remittere debent per ſtatuta Generalia ſub B. Pio V. ab eo confirmata anno 1571. ſub Chriſtophoro à Capite Fontium Miniſtro Generali.

71. In Capitulo Generali Toletano 1645. præſentata fuit ſupplicatio pro Recollectis, ut ſecundùm Bullas Papales Diffinitor Recollectus ſibi aſſignaretur: Quòd Fratres Recollecti à domibus Recollectis non extrahantur, nec ſine conſenſu ſui Diffinitoris negotia Recollectorum pertractentur, & quòd ſtudia habeant in ſuis Recollectionibus, ne Iuvenes extra Recollectos ſubitò causâ ſtudiorum educti, qui inter Recollectos habitum aſſumpſerint, ſubito fluant in diſſolutionem. Ex Arch. Matrit. ex Armar. S. Antonij Charta litt. B.

72. Latè patet ex prædictis, quomodo Recollecti cum Obſervantibus unum Corpus efficiant, à quibus in eſſentialibus nullo modo diſcordant, nec in Capite, nec in Membris, eodem ſub Generali, eodem ſub Provinciali conſtituti, & ad eandem Regulæ Seraphicæ obſervationem obligati: patet tamen, aliquo modo ab Obſervantibus differre, tum per Conventus ab illis omninò ſeparatos, tum per Diffinitorem aliquo modo Superiorem ſibi conſtitutum, tum per arctatam aliqualiter circa eorum regimen Miniſtri Provincialis authoritatem; tum ſpecialiùs per propria ſtatuta ab Obſervantium ſtatutis, ut vidimus, quoquomodo differentia, vel ſibi propria.

73. Ex hac differentia in quadam Provincia Obſervantiæ vacavit locus unus in Diffinitorio per mortem Diffinitoris ex Obſervantia, ſubrogatio debebatur per ſtatuta Patri digniori, qui tunc non ingrederetur Diffinitorium Provinciæ; contigit autem, Patrem hujuſmodi digniorem fuiſſe Recollectum, & conſultato deſuper Revèr. Generali Salizanes anno 1668. ipſius ex mandato deſuper congregati Patres Conſultores Reverendiſſ. P. Fr. Andræas de Guadalupe Commiſſarius Generalis Indiarum à R. P. F. Antonio à Rivera Provincialis Caſtellæ, & alij quinque graviſſimi Patres unanimiter reſponderunt, hujuſmodi ſubrogationem vacantis Diffinitoris Obſervantiæ digniori Provinciæ Patri non Recollecto, ſed de Obſervantia deberi; huic ſe conformavit ſua Reverendiſſ. Paternitas mandans, Obſervantem ſubſtitui, eo quòd ex præfata differentia, & ex propriis Recollectorum ſtatutis unicus tantum Diffinitor Recollectis debeatur. Arch. Matrit. in Reg. Ord. n. 23. lit. E.

## CAPVT V.

*Honores Recollectorum Primarij.*

74. Nec paucos, nec ignobiles hæc Sancta Recollectio produxit Heroës: magno in primis Franciſco Ximenio gloriatur, qui ad S. Mariæ de Caſtagneto in Recollectione Caſtellana poſt maximos vitæ ſæcularis honores, ſub B. Didaci Lombreras diſciplina ſanctiſſimè inſtitutus, dum actualiter in Saliceti ſeveriore Recollectione ad ſacræ ſolitudinis ſpiritualia exercitia ſeceſſiſſet, à Catholica Regina Iſabella evocatus, ut ſuas ſacras exciperet Confeſſiones, iterumq; reluctans deputatus; dehinc poſt irritum Reginæ rogatum, expreſſo Pontificis præcepto ad Thiaram Toletanam promotus, indè Sacrâ Purpurâ decoratus eſt, ſemel, & iterum Catholicæ totius Monarchiæ ſupremus Moderator rexit habenas; quibus in gradibus ad miraculum edidit & prudentiæ, & fortitudinis, & zeli, & fidelitatis, & ſanctitatis exempla, de quibus ſuo loco dicemus; unde & jam de ipſo in Apotheoſim referendo ſeriò tractatur. Vuad. t. 7. per totum.

75. Didacum jam præfatum de Lombreras, Didacum de Villalhon, Bernardum de Arevalo ſui ſæculi oraculum apud Mortales, Ioannem Calaguritanum, & alios plurimos genuit doctrinæ, & prædicationis efficaciâ, & ſanctitatis titulo conſpicuos.

76. Ioannes de Zumaraga inter cæteros præteriri ſilentio non debet, qui ſanctiſſimæ Conceptionis de Scala Dei de Abrojo ſancta in Recollectione educatus, inde ad Americam dimiſſus, primus ibi Mexicanorum Epiſcopus, & deinde Archiepiſcopus (ex obedientiæ præcepto Chron. Gonz. par. 4.

cepto addictus) conſecratus, pauperum verus, & Indorum Pater, quantùm ibi verbo, & exemplo profecerit, quanta ſanctitate refulſerit, alibi dicetur; quo cum plurimi itidem Beati Recollecti ad Indicam Meſſem abierunt.

Chron. Dazæ par. 4.

77. Franciſcus Solanus ſæculi iſtius Iubar nitidiſſimum in Recollecto Montiliæ Conventu habitu, & profeſſione ſolemni donatus, ſemper inter Recollectos converſatus, Recollectionem in Peruanis Provinciis erecturus acceſſit, ubi Gětium Apoſtolus innumeras Chriſto animas lucrifecit: an verò prædicationis efficaciâ, an doctrinæ excellentiâ, an miraculorum ſupra fidem prodigiis, an ſanctitatis eminentiâ illuſtrior fuerit, incertum eſt: jam inter Beatos ſolemni pompa deſcriptum, brevi ultimos habiturum honores eum fore, non dubitamus.

Chron. Barezji part. 4.

78. Salvator ab Horta ex Recollectione Tortoſana ad Hortanam tranſlatus, ex diuturno hujus loci incolatu cognomen ſortitus eſt, Taumaturgus non ſolum illius, ſed noſtri etiam ęvi eſt inceſſantibus prodigiis: de cujus canonizatione agitur efficaciter.

Chronol. Barez. par. 4.

79. Angelus de Paz, & Cęſar Pergamus Albenſis ex Pedemontio, non ſolùm inter Recollectos inhabitarunt, ſed etiam Recollectas Domos trium Provinciarum in unam Reformatam Provinciam erigendas procurarunt, pro quo labores, & pericula, & perſecutiones innumeras ſuſtulerunt, & tandem Reformationis tenaciſſimi ad S. Petri in Monte Aureo Romæ ſanctiſſimè obierunt in Domino.

Chron. Barez. par. 4.

80. Cùm iſtis erat B. Nicolaus Factor S. Ludovici Beltrandi Dominicani amicus indiviſus, à quo præter cetera virtutum, & inſignium miraculorum maxima argumenta, ſanctitatis Nicolai ſolemnem habemus atteſtationem: Ipſe ſuorum deſolationem, ut vidit in Provincia Tarraconenſi, ad Capuccinos tranſvolavit, verùm ibi ſpe ſua fruſtratus, ad ſuos regreſſus, miraculis conſpicuus migravit ad Dominum. De cæteris agemus in propriis locis.

Chron. Seraph. & Chron. Provin. Algarb.

81. In Capitulo Generali Aſſiſienſi anno 1547. ſub Paulo III. electus eſt in Miniſtrum Generalem Fr. Andræas Inſulanus Recollectorum Algarbiorum ad mortem uſque Zelantiſſimus Alumnus.

LIBER

# LIBER IX.

*De Patribus Conventualibus.*

1. DE glorioſa Patrum Capuccinorum Reformatione poſt cæteras hîc immediatè videbatur agendum, utpotè qui cum cæteris Regulam Minorum ſine ullo relaxativo privilegio, licèt non ſub ea, quâ Patres Strictioris Obſervantiæ rigoris obligatione, obſervare gloriantur. Quoniam verò ab Obſervantibus primò digreſſi, ad Conventuales tranſierunt illorum primi Fundatores antequam Bullam ſuæ Congregationis erectiuvam impetrarent, atque ſub Conventualibus diu permanſerunt; idcirco de iſtis omninò præmittendum eſſe tractatum, non immeritò judicavi.

## CAPVT I.

*De prima Conventualium nominis inter Franciſcanos introductione.*

2. DE nobiliſſima Seraphici Gregis portione, de Patribus Conventualibus acturi, ut methodicè, ſublatiſque amphybologicis æquivocationibus, tota claritate, illæſaq; religioſa charitate diſſeramus; de nomine primùm, dehinc de re Conventualitatis inter Minoritas introductæ antè omnia videtur agendum; ut appareat, quòd jam ſub Conventualium titulo Franciſcanos illos debeamus intelligere, qui Seraphicam Fratrum Minorum Regulam, non ad litteræ rigorem, ſed ad diſpenſationes, & privilegia Apoſtolica mitigatam obſervare profitentur. A nomine igitur velut à notiori ut ſumamus exordium; Titulum iſtum *Conventualium* à S. Franciſco non fuiſſe inductum, nemini non eſt inconfeſſo; quippequi Ordinem ſuum ab Evangelica doctrina *Ordinem Minorum* abſque omni ſuperaddito voluit nominari, ut patet in ejus Regula, in Approbatione Apoſtolica, necnon in Pontificiis declarationibus, ubi hoc uno nomine ſemper exprimitur, *Regula, & Vita Fratrum Minorum hæc eſt*, qua unica glorioſa nuncupatione, nulla unquam additione ſomniata, ſemper gloriatus eſt, quamdiù indiviſus ſtetit Ordo Minorum. Immò nec P. Franchinus Patrum Conventualium Procurator Generalis in Curia, dum in ſecundo ſuo Opuſculo ſuorum antiquitatem nullâ diligentiâ non procurat evehere etiam per fundamenta non ſubſiſtentia, hoc tamen nunquam auſus eſt vel indicare, quòd Titulus *Conventualitatis* fuerit à S. Patriarcha ſuis aſſignatus.

3. Sicut autem hujuſmodi Conventualium Fratrum agnomen nullo modo poſſumus Ordini Minorum affirmare coævum, ita non reprobare non debemus illorum opinionem, qui ipſum ſub Leone X. anno 1517. natum in Ordine præfato dixerunt; ſi tamen ita in rigore ſint intelligendi: altiùs ergo hujuſce nomenclaturæ originem inveſtigando, quadruplici ſenſu comperio Conventualitatis titulum in Religione Franciſcana uſurpatum; primò quatenus Eccleſiis noſtris, non verò Religioni eidem fuit ex conceſſione Innocentij IV. Pontificis affixus; ſecũdò quatenus Religioſos ſingillatim in uno Conventu *de Familia*, ut dicunt, ſeu in Tabula capitulari pro illo anno deputatos, ab hoſpitibus, & advenis, qui non ſunt ita ibidem eo modo aſſignati diſtinguit; quo ſenſu in Conſtitutionibus Benedictinis, ſeu Gerardi Oddonis anno 1336. Fratres Conventuales, id eſt de Familia collocari, à non Conventualibus, ſeu ab exteris, & hoſpitibus ſecernuntur, ita ut Conventuales, excluſis non Conventualibus; id eſt hoſpitibus, jus ſuffragandi habeant in electione Guardiani, cæteriſque publicis ejus Monaſterij tractatibus,

tibus, Hoc etiam ſenſu dicit Aluarus Pelagius lib. de PlanctuEccleſię de ſeipſo loquens. *Cum eſſ m Roma Conventualis ad Aram-cæli vidi hypocritam illum decimantem mentam*; id eſt cum Romæ in Aracœlitano Conventu non obiter, ſed de Familia viverem aſſignatus, cognovi Petrum Corbarium &c. quæ expreſſio facit optimè ad ipſius intentum, ut firmiori poſſet authoritate Corbarij mores exſcribere; non ut ſe de Conventualibus agnoſcendum exhiberet, qui à ſcientiarum acumine, à perfectiſſima Regulæ Obſervantia, à perſecutionibus plurimis, quas pro Regulæ puritate toleraverat, erat in Apoſtolica Curia notiſſimus. Tertio ex ijſdem Benedictinis, ſeu Gerardi Oddonis, atque Farineriis ex Conſtitutionibus, ſeu S. Bonaventuræ, loca Conventualia dicuntur, in quibus juſto, taxatoq; numero incolarum Eccleſiaſtica, & Regularia munia debitè poſſunt exerceri; quæ hodie Conventus Formales nuncupare ſolemus; loca verò non Conventualia dicebantur, (quæ hodiè Hoſpitia, ſeu Loca ſimpliciter, non Conventus appellamus) in quibus ob taxatam incolarum paucitatem Regularia exercitia debitè compleri non poſſunt; Tribus his ex acceptionibus Religionem ipſam Minorum, Conventualitatis Titulo non fuiſſe donatam, inde vel maximè patet, quòd nec in Chronicis, nec in Annalibus Ord. aliiſve monumentis nuſquam legatur in duobus primis ſuis æculis, & ultra intitulata Religio Fratrum Minorum Conventualium, quamvis per allegata ſtatuta loca Conventualia, à non Conventualibus, id eſt formalia, vel majora, à non formalibus, & minoribus Fratres loci Conventuales id eſt aſſignati de Familia; & ad eligendum, ſeu ſuffragandum admiſſi à non ſic Conventualibus, ſeu hoſpitibus diſtinguerentur; Religionem verò Conventualium nullibi legimus, quod certè maximum eſt; quòd novitatis adeo conſiderabilis de titulo ſupra Titulum à S. Patriarcha impoſitum adjungendo nulla reperiatur memoria, dum de minimis aliis novitatibus Ordinis, & ſucceſſibus omninò non ſileatur: Adde quòd nulla vel neceſſitas, vel apparentia fuerit, hoc additamentum expetendi, quamdiù Ordo ſtetit indiviſus; à quo enim alio Ordine Minorum diſcerneretur Ordo Minorum Conventualium, dum unicus fuit, & indiviſus? niſi fortè dicas cum S. Patris injuria, Nomen Minorum ab ipſo S. Franciſco appoſitum jam Fratribus tædio factum in nomen Conventualium fuiſſe mutatum, de quo nullibi apparet indicium. Quin & ipſi libertatis ſectatores dum ſub Gregorio IX. ſub Innoc. IV. (utque cæteros omittam) ſub Clem. V. in Concilio Viennenſi, contra puriores Regulæ zelatores graviſſimè altercarentur, ſicut iſti Fratrum Spiritualium titulo gloriabantur, ita illi nomen Conventualium ad differentiam aſſumere non neglexiſſent, ſi hoc nomen extitiſſet in Ordine, quod tamen nullibi apparet. Longè fortiùs urgeri poſſet Conventualium agnominis antiquitas ex Bulla Innoc. IV. per quam indulſit, Religione ſupplicante, ut Eccleſiæ noſtræ Conventualitatis titulo poſſent inſigniri; inferendo namque (ut & aliqui ſolent) ex conceſſa Eccleſiarum Conventualitate factum eſſe, & Ordinem ipſum Conventualem; ut & innuere videtur Cherubinus in ejus bullæ Rubrica, ſive Summario dicés, eam bullā eſſe pro Minoribus Conventualibus; Vt autem clariùs eluceſcat, nihil tale haberi ex Bulla, ipſam primò per extenſum exſcribo.

Alu. Pelag. lib. de Plā. ctu Eccl.

## INNOCENTIUS PAPA IV.

*Generali, ac Provincialibus Miniſtris, ac alijs Fratribus Ordinis Minorum ſalutem, & Apoſtolic. benedictionem.*

4. CVm tanquam veri, & fideles Chriſti Miniſtri elegeritis vobis in Domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, ut habitacula veſtra inter alias honorabiles Congregationes Fidelium ſtatuamus.

§. 1. Hinc eſt igitur, quòd veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium authoritate decernimus, ut Eccleſiæ veſtræ omnes, ubi Conventus exiſtunt, Conventuales vocentur.

§. 2. Vobis nihilominùs licentiam concedentes, ut in ipſis Eccleſiis ad opus Fratrum, & familiæ veſtræ habere liberè cæmeteria valeatis. Nulli ergo &c. Dat. Lugduni Nonis April. Pontif. noſtri anno 7.

5. Quid evidentiùs deſiderari poteſt ex

ex ipſo Bullæ contextu, ubi non Conventus, vel Ordo propter Eccleſias, ſed Eccleſiæ propter Conventus habent ab indulto Apoſtolico, ut Conventuales vocentur? ut ſcilicet non generaliter univerſa Ordinis Oratoria, ſed ibi tantùm, ubi ob juſtum Incolarum numerum Eccleſiaſtica officia debitè celebrari poſſunt, dicuntur Eccleſiæ Conventuales; non verò in Eremitoriis, ubi non erant Conventus formales, nec Fratrum numerus ad Eccleſiaſtica munia neceſſarius: Ratio autem diſparitatis eſt, & quidem graviſſima. Cum enim plurimis in locis Minoritæ per diverſa gravamina, quæ recitantur *in tit de exceſſib. Prælatorum c. nimis iniqua* vexarentur ab Eccleſiarum Prælatis; præſertim verò quòd S. Euchariſtiam in ſuis Eccleſiis conſervare, Fratres defunctos ibidem tumulare, Campanam habere, aliaque hujuſmodi ſibi neceſſaria exercere non poſſent; quaſi verò ipſorum Eccleſiæ loca eſſent privata, nec Epiſcopi authoritate conſtituta; cum è contra Eccleſiæ Collegiatæ, ſeù Conventuales his, aliiſque plurimis privilegiis gauderent à jure; meritò piiſſimus Pontifex ſupplicanti Religioni conceſſit, ut Eccleſię noſtrę (non tamē omnes, ſed tantùm in Conventibus formalibus, ubi per ſufficientem incolentiū numerū munia Eccleſiaſtica ritè poſſēt exerceri) per hujus nominis *Conventuales* adjectionem hujuſmodi privilegiis inſigniri, & gaudere deberent: eandem quippè eſſe quoad hoc Eccleſiam *Collegiatam, & Conventualem* conſtat *ex c. nobis fuit de jure Patronatus*; ubi gloſſa; *Conventualis*, inquit, *Eccleſia dicitur, ex quo duo, vel tres in collegio ſunt.* Ecce cauſa graviſſima, cur Eccleſię noſtræ, in quibus Fratres ſolemniter ad divina congregari ſolerent, (quod in Eremitoriis non crederem; ſaltem ſub obligatione fuiſſe conſtitutum) tali Conventualitatis Titulo fuerint inſignitæ; cauſa verò nulla ſubeſt, cur Ordini adhuc indiviſo novum hoc adinuentum ſupra Titulum ejus proprium, à S. Fundatore, item in Regula, & in Confirmationibus, cæteriſque litteris Apoſtolicis uſu inviolato appoſitum, mordicuſque conſervatum, debuerit ſuperaddi ſutì reverâ poſt Ordinis diviſionem novo adinvento illi dicti ſunt Conventuales, qui Regulam Minorum non ad litteræ rigorem, ſed ad privilegia Apoſtolica mitigatam profitentur, ad Obſervantium deſtinctionem, qui ſine ulla variatione Regulam ipſam à S. Inſtitutore acceptam litteraliter obſervare, & conſervare voluerunt: Ratio autem eſt anima legis, & optima interpretatio legum. Quòd ſi fortè jam aliqui legantur, qui *Fratres Minores Conventuales*, vel *Ordinem Minorum Conventualium* nominent, ut antiquum in Ordine ipſo; eos vel Ordinis hiſtorias non legiſſe, & aliorum ex ore loquutos eſſe dicemus, qui habuerint intereſſe in cauſa; vel communiter in caſu tunc non dipenſata, non verò in rigore eſſe intelligendos. Quòd ſi tandem facerè velimus vim in verbis, itaut per Innocentianam conceſſionem, vel per allegata Farineria, & Benedictina ſtatuta nomen Conventualitatis ad Ordinem ipſum dicatur fuiſſe traductum, jam nulli Minoritici Corporis parti favere præ aliis convincitur, cum jam, & Obſervantes, Capuccini, & Conventuales ex æquo Eccleſias habeamus Conventuales; loca Conventualia, ſeu formalia à non formalib⁹ ſeu nō Conventualib⁹, ſeu Hoſpitiis; FF. etiam Conventuales, id eſt de Familia collocatos alicuibi à non Conventualibus, ſive hoſpitibus uniformiter diſtinctos; unde omnes dici poſſemus Fratres Minores Conventuales; & ita nihil ad propoſitum pro modernis Patribus Conventualibus, prout partem ab Obſervantibus, & Capuccinis condiſtinctam in Ordine Minorum conſtituunt. At de his omnibus longè fuſiùs in lib. 6. c. 16. De Antiquioritate Franciſcana Obſervantium in Ordine Franciſcano.

6. Quarto itaque modo per ſuperadditum Conventualitatis agnomen partem illam Ordinis Franciſcani deſignari non dubitamus, in qua non ad Regulæ rigores, ſed ad Apoſtolica privilegia, & diſpenſationes jam vivere profitentur; unde Fratres *Minores Conventuales* apud doctos, & indoctos, apud Principes, & populos, apud etiam Sedem, & Curiam Apoſtolicam illi, nemine opponente, intelliguntur, qui ſub nova profeſſionis forma Regulam Minorum mitigatam obſervant. Hujus ſupraddici agnominis primam originem, cum nec à S. Franciſco, nec à Regula Minorum, nec à Chronicis, vel Analibus, aut monumentis Ordinis in Ordine indiviſo reperiamus; ip-

ſam ex litteris Apoſtolicis,ex Annaliſta, & aliis ſic indubitanter aſtruimus. Etiáſi primo in Ordinis ſæculo, & ſecundo aliqui ad evitandos irrepentes abuſus , ac relaxationis pericula ſeparatim ab Ordinis Communitate vitam eligerent , cum tamen nulla eſſet adhuc ſuper Regulam diſpenſatio , nuſquam auditum eſt nomen Conventualium, nec etiam in graviſſima illa Controverſia ſub Clem. V. ubi zelatores præcipui *Spirituales* dicebantur , nuſquam alteratum nomen à S. Patriarcha ſuis Filiis appoſitum ; ſemper *Fratres Minores* dicebantur, ad ſummum addendo aliquando *de Ordinis Communitate* ad Spiritualium differentiam,qui ſeparari ab ipſa Communitate volebant. Dum verò per Martinum V. anno 1430. prima omninò diſpenſationis forma apparuit in Ordine ad ſincerandas Fratrum Conſcientias, tunc etiam primò Fratres illos, qui privilegia hujuſmodi diſpenſativa recipiebant, Clauſtralium nomine jam ab anno 1428. per ipſum Martinum V. in bulla , *Super Gregem Dominicum,&c.* appellatos,Eugenius IV. omnium primus in &c. Vvad.t.5.in regeſt. bull.190. Martin. V. & bull. 2. & 241. Eugen. IV. in bulla item *Super Gregem Dominicum &c. Datum Romæ* 1431. *Kal. Octobr. anno* 1. & iterum eadem diſtinctionis ex cauſa in litteris ſuis, *Exigit devotionis noſtræ fervor &c. Dat Romæ* 1444. *oct. Idus Ianuary* , illos ita privilegiatos , *Conventuales* appellavit, quod agnomen eis ex tunc ſemper inhæſit, qui Regulam Minorum ſub dipenſatione mitigatam profiteri voluerunt ; eiſque adhuc in præſenti , nullo contradicente, adhæret. Sicut autem haud omnes, & ſinguli poſt Martinum V. in Ordinis Communitate viventes privilegia illa Regulæ diſpéſativa, licèt generaliter indulta, & à Martini V. ſucceſſoribus confirmata , & ampliata receperunt ; quoniam præter Fratrum ſingularium multitudinem cum libertatis amatoribus permixtè viventium, etiam integræ Clarenorum, Coletanorum, Amadæorum, & Guadalupenſium Congregationes ab omni diſpenſatione graviùs abhorrentes , in Ordinis Communitate ſub Miniſtro Generali vivebant ; ita & nomen Conventualium ab illo tempore non fuit ſub obligatione appoſitum , immò ſæpiùs de Ordinis Communitate dicebantur , nec interim Ordinis præ eminentiam amiſerunt , cum, & Obſervantes numero adhuc excederent, & privilegia non eſſent univerſo in Corpore uſu recepta: Tandem verò Iulius II. Pontifex per varias Congregatiunculas ex Ordine Minorum eliminare deſiderans, in bulla ſua *Decet Romanum Pontificem &c. Datum Romæ die* 18. *Febr.* 1510. Vvad.t.8. 1510.
per quam ſuam aliam priorem de anno 1506. confirmavit, rigosè præcepit, *ut de cætero perpetuis futuris temporibus in ipſo Ordine Fratrum Minorum duæ tantùm denominationes exiſtant , Clauſtralium , ſive Conventualium , & de Familia , ſive Obſervantium* Longè verò fœliciùs ſub Leone X. anno 1517. univerſam hâc cauſam compoſitam fuiſſe legimus , dum enim ad Imperatoris, Regum &c. Orbis Chriſtiani repetitas inſtantias Papa ipſe univerſum Ordinem Minorum in antiqua Regulæ puritate prorſus unire percuperet ; Patres privilegiatos (quos ſemper ad aliorum diſtinctionem *Conventuales* appellat) fruſtra rogavit , ut rejectis quibuſcumque privilegiis , præfatæ unioni vellent adhærere, at privilegia ſua præferentes extra Corpus Miniſtro Generali totius Ordinis ſubjectum , extra item Miniſtri Generalis ejuſdem electionem actos, novâ regiminis formâ ſub Magiſtro Generali conſtitutos , Conventuales appellavit omnes , & ſingulos, qui ad Apoſtolicas diſpenſationes vivere maluiſſent ; quo jam ſenſu, continuatione nunquã interrupta in litteris Apoſtolicis, in Curia Pontificia, & apud omnes indubium eſt, Conventuales nuncupari. Ecce qui ſub Fratrum Minorum Conventualium nomine intelligantur ; ecce quando, & quomodò nomen Conventualitatis in Religione Seraphica fuerit adjunctum , ex bullis Apoſtolicis indubitabili firmitate declaratum.

## CAPVT II.

*De legitima , & reali privilegiorum inductione, & Conventualitatis exinde origine.*

7. SVppoſitâ nominis intelligentiâ , nempè quòd per Fratres Minores Conventuales apud Sedem Apoſtolicam, apud

apud ſacras Emin. Cardinalium Congregationes, apud Reges, & Populos illi intelligantur, qui Regulam Minorum non ad litteræ rigorem, ut inſtituta fuit, ſed ad diſpenſativa Sedis Apoſtolicæ privilegia profitentur, indubium remanet, ipſos tunc in Ordine Minorum vigere cœpiſſe, quando privilegia illa firmiter, & legitimè fueruot introducta: Voluntarias itaque, ac uſurparas ut omittam relaxationes, quæ in exemplum adduci non debent (quæ enim illigitimè fiunt, pro non factis haberi debent) de quibus t. 1. lib. 5. ad plenum tractavimus, ad primam, & legitimam Regulæ Diſpenſationem, per quam ſingulariter in facto pecuniarum, & poſſeſſionum fuit authoritate Pontificia diſpenſatum, nobis eſt recurrendum.

8. Non ignoro Innoc. IV. Pontificem cùm controverſijs Elianos inter, & Spirituales ſancta intentione finem imponere cuperet, edidiſſe ſuper Regulam Minorum ſuam Apoſtolicam declarationem, *Ordinem veſtrum &c.* anno ſui Pontif. 3. per quam in facto recurrendi ad Amicos ſprituales pro pecunia in Fratrum neceſſitatibus expendenda nonnihil largius indulſiſſe comprobatur; at de recipienda per Fratres ipſos pecunia, vel de poſſeſſionibus, aut aliis proprietatibus in Ordine retinendis, nec verbum habet, aut apparentiam; & tamen, quia in præfato ad Amicos ſpirituales recurſu aliqualiter relaxativa videbatur illa declaratio Innocentiana, eam primùm in Metenſi, deinde in Narbonenſi Capitulo Religio integra cum S. Bonaventura Generali Miniſtro, annuente Alexandro IV. voluit antiquari.

9. Quod de Clemente IV. à nonnullis allegatur, ipſum videlicet datis litteris *Obtentu divini Nominis* &c. 2. Idus febr. anno 1. Prædicatorum, & Minorum Religionibus indulſiſſe, ut in bonis, & hæreditatibus Parentum, ac ſi eſſent in ſæculo, poſſent ab inteſtato ſuccedere, omninò ſubſiſtere non credam, niſi clariùs oſtendatur, quàm quæ in contrariũ adducuntur; nempè quòd Conceſſio hæc ſupplicantibus Prædicatorum, & Minorum Generalibus expedita fuiſſe ſupponitur, ut habetur in Bulla; Inter Minores enim Miniſtrum Generalem agebat S. Bonaventura Doctor Seraphicus omnium relaxationum hoſtis implacabilis, & pro tuenda, vel reſtituenda integra Regulæ Obſervantia Zelator indefeſſus; & tamen hanc omnium in Franciſcana paupertate diſpenſationum maximam, & recepiſſe, & ſupplicaſſe ſuppooitur. Mihi profectò non ſufficit Vvadingi reſtrictio; quòd nempe Sixtus IV. poſt duo ab indè ſæcula declaraverit, illam conceſſionem ad Obſervantes non extendi; quia tempore hujus prætenſæ conceſſionis unicum erat Corpus in Ordine Minoritico in Regulæ Obſervantia ſanctè perſeverans, undè ad alios extendi oon poterat, aliis interdici; nec etiam ſi fuiſſet jam tum Ordo bimembris, poterat ad duo ſæcula retrotrahi Sixtina declaratio. Immò, quod magis facit ad propoſitum, cùm Sixtus ipſe per ſuas litteras (de Clementinis nec habens verbum) privilegium illud Minoribus Conventualibus indulſerit, ut nempe in Parentum hæreditatibus ſuccedere valeant ab Inteſtato; paulò poſt edito novo diplomate declaravit, illam ſuam (de Clementina nullibi facit mentionem) conceſſionem ad importunam aliquorum inſtantiam expeditam eſſe, atque ad Obſervantes non extendi; unde pateat, locum non habere reſtrictionem Vvadingi, quatenus ſimus in Clementina; de Sixtina immediatè dicemus. Suppono iterum, hoc prætenſum Clem. IV. privilegium omnino eſſe ampliſſimum inter cætera, per quæ paupertas minoritica diſpenſata fuiſſe legatur, cum enim proprietas in particulari nuſquàm diſpenſata dicatur, de propriatate in communi loquendo; hæc ſucceſſio in hęreditatibus ſupponit in Minorita nũquàm extingui jus civile ad poſſidendũ; ſupponit & ipſam poſſeſſionem in communi, & cætera quæcumque valeaot rationem diſpenſationis induere. Quomodo ergo credebile fieri poſſit, ut S. Bonaventura Zeli prorſus incomparabilis, de quo jure merito dicit P. Franchinus, quòd fuerit poſt Saoctum Franciſcũ Sanctior univerſis, qui Religioni præfuerunt, qui totis lacertis pro integra, & puriſſima Regulæ Obſervantia, pro eliminandis vel minimis abuſibus in toto Generalatu laboravit; & longè minùs diſpenſativam Innoc. IV. Regulæ declarationem, tum ex Generalis Capituli Decreto, tum authoritate Papæ voluit antiquari; qui contra Legatorum, Se-

pulturarum, & Teſtamentorum aviditates ſtatuta rigoroſiſſima ſæpè repetita publicavit, ante, & poſt aſſertam Clem. IV. conceſſionem ipſorumque executionem gravi rigore ſemper exegit, ut diffuſè videre eſt in enciclicis ejus Epiſtolis ad Ordinis Prælatos, *Licet inſufficientiam meam &c Dat Pariſiis 9 Kal. Maij* 1257. *& Quoniam ad hoc potiſſimum &c. Dat. Pariſiis in die S. Georgij Martyris anno* 1266 id eſt altero poſt Dat. aſſertæ Clementinç. Quomodo, inquam, Sanctus iſte paternæ S. Franciſci intentionis, & Regulæ zelator acerrimus, veluti oblitus ſui contra Seraph. Patriarchæ mentem (ad quam certè totâ diligentiâ ſeſe componere ſatagebat) in excidium paupertatis Franciſcanæ privilegium adeo ſupra cætera fini ſuo præjudiciale acceptaverit, imò ut ibi dicitur, ſupplicaverit? Iterum quomodo poſſumus in Animum inducere, ut quadraginta poſt hæc, & ampliùs annis, Clemens V. qui multò leviores paupertatis relaxationes in Concilio Viennenſi productas, examinatas, & redargutas interdicens, definivit in fine, Ordinem univerſum euſque in Regulæ pura Obſervantia perſiſtere; ad quod fœliciùs continuandum, arctiſſimam illam ſuam decretalem, *Exivi de Paradiſo &c.* totaliter ad mentem S. Franciſci eodem edidit in Concilio, & à Religione univerſa receptam obſervari mandavit; Quomodo, inquam, hujus aſſertæ Clem. IV. diſpenſationis, nt & aliorum Romanorum Pontificum, maximè Nicolai III. Conſtitutionum meminit, vel referendo, vel confirmando (quod ſuæ decretali fuiſſet contrarium) vel ad conſcientiarum quietem revocando non meminerit? Vlteriùs graviſſimis illis in controverſiis, quæ tum in Concilio contra Ordinis Communitatem agitabantur, ut de Regula prævaricata, quomodo Communitas ipſa per aſſertum Clem. privilegium non ſe defendit; at potiùs oſtendit, nullum extare privilegium, nullam Regulæ prævaricationem? Deinde Sixtus IV. anno 1472. duobus nempe, & ampliùs poſt hæc ſæculis importunis aliquorum inſtantiis adactus (ut ipſe ait) hoc ipſum nunc aſſertum privilegium in hæreditatibus ſuorum ab inteſtato ſuccedendi conceſſit expedito diplomate, *Dum fructus uberes &c. prid. Kal. Martij*, quod poſtmodùm, datis aliis litteris,

Vuad. t. 2. 1257. & 1266.

Vuad. t. 6. 1472. n. 180.

*Licèt non dudum ad importunam &c. dat. die 7. aug.* declaravit, ad Obſervantinos non extendi; quomodo ut diſpenſationis novæ Titulum effugeret, fieretque indulgentia firmior, & ab antiquitate venerabilior (eo vel maximè, quòd ad importunam aliquorum inſtantiam hæc à ſe conceſſa fuiſſe dicit) Quomodo, inquam, diſpenſationis hujus aſſertæ Clementinæ meminiſſe non potuerit, ſi verè extitiſſet? Quomodo, inquam, hujus ampliſſimi privilegij Ordinis monumenta nullibi mentionem faciunt? Immò in oppoſitum Rodriguez Iurium Regularium, & maximè pro ſua Religione Minorum ſolertiſſimus indagator tom. 3. qq. regul. q. 30. art. 4. privilegium ipſum referens ex Sixto IV. aliaſque ſimul diſpenſationes, hoc ſolum de Clem. IV. penitùs ignoravit: & ibid. q. 68. art. 10. docet cum communi, maximè cum Bartol. in minor. non ſubſiſtere Teſtamētum, ubi Minorita fuerit hæres inſtitutus: & Bartol. in utroque jure verſatiſſimum, & de Minoritico peritiſſimum, hæc, ſi fuiſſent, ignoraſſe quis præſumat? Saniùs ergo hac in re ſe habuiſſe Rodericus ipſe mihi videtur, qui, ut & Vuad. adnotavit, aſſertam hanc Clement. IV. conceſſionem in ſuo Bullario deſcribēs; ipſam ſolis Dominicanis (omiſſa additione, *& Miniſtro Generali Ord. Minorum*) notat inſcriptam; huic ego libentiùs ex motivis prææallegatis aſſentior, eo vel maximè, quòd ut Sac. Prædicatorum Religio privilegium in viridi obſervantia ſemper habens, nunquam illud diſſimulavit; ita in Ordine Minorum nullibi apparet nominatum, allegatis præſertim in controverſiis, & Bullis, in quibus permaximè valuiſſet ad propoſitum; & Paul. III. in bulla *Exhibita &c.* inferiùs recitanda, ad ipſorum Conventualium tale privilegium confirmans, ipſum dicit, non à Clem. IV. ſed à Sixto IV. fuiſſe conceſſum.

Ibid. 1474. n. 46.

10. Martinus IV. in Bulla *Exultantes &c an. 2. Kal febr.* Syndici Apoſtolici facultates ampliores quidem declaravit, quàm à Nicol. III. & Clem. V. fuerint expoſitæ; circa tamen uſum pecuniæ, & in facto poſſidendi, vel in quocumque alio Regulæ præcepto nullo modo diſpenſavit; quod declararunt expreſſè Clem. VII. & noviſſimè anno 1679. Innoc. XI. ſed faciliorem modum invenit

quare

quatenùs ſervata Regulæ puritate tutiùs provideretur piæ teſtantium voluntati, Fratrumque neceſſitatibus.

11. Hæc omnia totâ patent evidétiâ ex eo quòd Clem. V. auditis in Concilio Viennenſi Fratrum ſpiritualium contra Ordinis Communitatem, ut de Regula prævaricata querelis, & Communitati ipſius ex altera parte defenſionibus, publicè denunciavit, Ordinem univerſum, & adhuc eo tempore indiviſum in vera, & integra Regulæ puritate per omnia perſevarare;ad cujus majorem expreſſionem,atque confirmationem rigoroſam illam ſuam Clementinam *Exivi* in corpore juris inſertam pro firmiori declaratione Regulæ publicavit, quam univerſus Ordo nulla cum difficultate recepit. Ad de Miniſtrorum, & Comitiorum Generalium in tertio etiam Religionis ſæculo zelum inconcuſſum pro eliminandis abuſibus, (multiplices enim ſenſim irrepſerant) atque pro tuenda Regulæ puritate.

12. Gerardi Oddonis Miniſtri Generalis peſſimos conatus omitto, qui & in gradu inferiori,& in Ordinis Generalatu pro relaxandaRegula induſtriâ omni, ſed fruſtra laboravit, & tandem Benedictinas, ut vocant, Conſtitutiones, aliquantulum relaxativas impetravit; at citiùs ab Ordine univerſo, etiam authoritate Pontificia rejectas. Quod autem rem totam evidentiſſimè concludit, Alexander V. ex Ordine Minorum aſſumptus, ideoque de Regula, & ſtatu Ordinis optimè verſatus; pro Conventu Camberiacenſi in Sabaudia rogatus, ut in accipiendis Fidelium Eleemoſynis, & legatis aliqualiter diſpenſare dignaretur, edito diplomate *Sacra Religionis &c. Dat Pariſiis* 11. *Kal. Ian. anno* 1. id eſt 1409. conceſſit quidem,ut eleemoſynas, & legata recipere poſſet a benefactoribus, dummodò eſſent bona mobilia,& in hoc diſpēſatum declaravit in rigidioribus Nicol. III. & Clem. V. decretalibus. Tria ex hac bulla deduco (quam aliqui perperā ad probandam antiquiorem in Regula diſpenſationem adducunt) primum eſt; quod Ordo univerſus anno 1409. ad Regulæ rigorem juxta puriores Nicol. III. & Clem. V. decretales vivere non dubitatur,dum Conventus ille contra præfatarum decretalium rigores, pro recipiendis eleemoſynis, ac legatis diſpenſationem petiit Apoſtolicam; ſecundum eſt,quàm tenaciter Ordo ipſe narratis rigoribus adhæreret,dum Pontifex ex Ordine ipſo aſſumptus diſpenſationem ſuam ad recipiendum immobilia, expreſſe declaravit, non extendi; Tertium eſt, quòd ſi tunc eſſent, uti revera erant, abuſus in contrarium, corruptelæ veriùs erant aliquorum,non conſuetudines toleratæ, aut diſpenſationes; dum Pontifex de hiſce verſatiſſimus, tanta cum reſervatione ſolùm ad cumulandas pro neceſſitatibus indifferentibus eleemoſynas, expreſſè voluit in rigidioribus Nicol. & Clem. V. expoſitionibus eſſe diſpenſatum.

Vvad t. 5. in Regeſt. Bull. 13. Alex. V.

13. Cum denique nimia ex Principum liberalitate, qui etiam ut Fratres cogerent ad ampliora ædificia, ad legata, & hujuſmodi, plurimas in præjudicium paupertatis relaxativas Pontificum litteras expetebant; etiam ex humanæ conditione fragilitatis, ex malo aliquorum exemplo, jam multiplicitér, ut ait Vvadingus,peccaretur in ſanctam paupertatem, quæ ſemper fuit in Ordine Minorum petra ſcandali, in quam offendebant libertatis amatores, eò deventum eſt, ut pauca eſſent in Ordinis Communitate Cœnobia, quæ aliquo modo non poſſiderent. Acceſſit ad malorum complementū diuturnum præſertim in Hiſpaniis bellorum incendium, undè ſuffocatis legibus Religiones univerſæ ibi penè deformatæ videbantur, ruinas aggravavit graviſſima,& per Europam univerſaliſſima peſtis, per quam ſublati è vivis ſenioribus, atque ſanctioribus Regulæ Zelotibus, neceſſe fuit adoleſcentulis delicatis, & antiquæ quaſi diſciplinæ ignaris replere cœnobia, qui vitæ commoditatibus ſtuderent apertè. Rem denique concluſit pernicioſum illud, & præ cæteris diuturnum Eccleſiæ ſchiſma Gregorij XI ab obitu uſque ad Martinum V. quo tempore non licebat Superioribus errantes corrigere, nè ſubitò indignati ad alterius factionis caſtra ſe converterent. His omnibus de cauſis invaluere ad extremum relaxationes in Ordine.

14. Reddita, ubi Deo placuit, Eccleſiæ pace, Martinus V. anno 1419. jam unicus in Ovili Catholico Paſtor, etiam de Minorum cogitavit ad integrā unionem, atque primęvam vitæ perfectionem

nem reducendo; Convocatis itaque tum de Ordinis Communitate, tum de Obſervantia jam aliqualiter ſeparata, Patribus Electoribus ad generaliſſimum Capitulum anno 1430. ſub Cardinali Joanne Cervantes Præſide Apoſtolico, nullo repugnante decretum eſt, ut eliminatis abuſibus,& corruptelis omnibus, quæ nimiùm irrepſerant (de diſpenſationibus Apoſtolicis nec verbum ibi, nec apparentia; quas in ſui defenſionem allegaſſent, ſi realiter extitiſſent) Ordo univerſus, & prorſus indiviſus ad Regulę puritatem ſeſe obligaret; unde ſtatuta, quę Martiniana dicuntur ex Martini V. confirmatione, licèt à B. Ioanne de Capiſtrano compoſita, publicata fuerunt, pro quorum integra obſervatione Sacramentum publicè, ſingillatimque dixerunt.

15. Cùm verò Gullielmus de Caſali Miniſter Generalis, ob depoſitum ex titulo relaxationis Antonium de Maſſa eo in Capitulo electus, vir ad grandia quæque natus, reformationi Conventuum, prout juraverat, Comite Capiſtranenſi, manum admoviſſet, impoſſibile comperit abuſuum radices jam nimis altè defixas evellere; unde ad ſerenandas, & quietandas Fratrum conſcientias ſatiùs judicavit, ad benignitatem Sedis Apoſtolicæ recurrere, informando, ut per diſpenſativa privilegia de plenitudine poteſtatis, quam ſuper regulas omnes habere non dubitatur, licita facere dignaretur, quæ ſenſim fuerant introducta. Itaque Martinus V. anno 1430. omnium primus à Gullielmo Generali ex cauſâ prædicta informatus (quem idcirco à juramento, quod in contrarium emiſerat, abſolvit) expreſſas, & inexcuſabiles paupertatis Franciſcanæ diſpenſationes ſtatim deſcribendas, tum pro ipſo Generali, ejuſque Comitatu, tum pro Ordine univerſo, ut conſuleret Fratrum conſcientiis, voluit publicari; veluti de motu proprio confectas.

## MARTINVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 5. ann. 1430. n. 15.

16. PErvigilis more Paſtoris Romanus Pontifex animadvertens, commiſſum ſibi gregem Dominicum per laudabilia Religioſorum exempla in ſemitam mandatorum Altiſſimi dirigi, & ad ſalutarium actionem operum provocari, nonnunquam ſuper his, quæ medio ſuæ proviſionis ad commendabilem Sacræ Religionis reformationem proceſſerunt, addicit, declarat, modificat, ordinat, & diſponit, prout rerum, & temporum qualitate penſata, id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Cum itaque pridem dilectus filius noſter Ioannes Tit. S. Petri ad Vincula Preſbyter Cardinalis, cui de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, per alias noſtras litteras ſuper hoc plenæ legationis officium commiſeramus, & omnimodam conceſſeramus facultatem, vigore commiſſionis, conceſſionis, & literarum hujuſmodi generali Capitulo Fratrum Minorum, quod tunc in Civitate noſtra Aſſiſinatenſi celebrabatur, præſidendo, nonnullas ſuper Reformatione Ordinis dictorum Fratrum Minorum ſalubres, & honeſtas conſtitutiones in eodem Capitulo edidiſſe noſcatur, prout in ſuis litteris ejus ſigillo munitis vidimus pleniùs contineri: Nos conſtitutionum, & litterarum earumdem tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſque harum ſerie approbantes, & confirmantes, ſuper eis, ut proſperioribus in poſterum ſucceſſibus gratulentur, motu proprio, non ad alicujus inſtātiam, ſed de noſtra mera providentia additiones, declarationes, & modificationes authoritate Apoſtolica ordinamus, edimus, & facimus, quæ ſequuntur. Primò videlicèt, quòd ibi Fratres particulares dicti Ordinis Monialium, & Sororum Ordinis S. Claræ S. Damiani, & Minoriſſarum, ac alia quæcumque Monaſteria, ſive loca Regularia Mulierum, per quaſcumque etiam Apoſtolicas litteras ſibi commiſſa, ſub certis pœnis aſtringuntur Miniſtris Provincialibus, ut illorum juriſdictioni ſubſint, prout convenit reſignare, niſi per illos eis denuò fuerint recommiſſa; adiiciendo decernimus, volumus, & mandamus, Sorores, & Moniales eaſdem, etiamſi in contrarium habeant quævis privilegia, vel indulta, quæ necnon eiſdem particularibus Fratribus conceſſas litteras hujuſmodi quoad hoc caſſamus, irritamus, & annullamus, ad ſubtrahendum ſe à ſubjectione, & obedientiâ ipſorum particularium Fratrum, & aliorum quorumcumque, niſi de novo illis recommittantur,

tantur, ut præfertur, ſeque omninò ipſorum Miniſtrorum, & per eos deputandorum Viſitatorum juriſdictioni, & obedientiæ ſubmittendum per eandem Conſtitutionem pari modo aſtringi, & pœnis ſimilibus obligari. Præterea decernimus, quòd exceptis his, de quibus in Conſtitutionibus fœl. rec. Benedicti Papæ XII. prædeceſſoris noſtri fit mentio: nulli omninò hominum tàm Regulariũ, quàm ſæcularium, cujuſcumq; gradus, ſtatus, prçeminentiæ, dignitatis, excellentiæ, nobilitatis, & conditionis fuerit prætextu ſibi deſuper quavis authoritate conceſſæ cujuſcumque licentiæ, quam ſimiliter caſſamus, irritamus, & annullamus, Monaſteria ſive loca Sororum, & Monialium hujuſmodi, ſeu aliquod ex eis ingredi, neque etiam Protectori, aut Generali Miniſtro dicti Ordinis Minorum pro tempore exiſtentibus, ſeu Præfatis Provincialibus Miniſtris, & quibuſcumque Viſitatoribus licentiam ſuper ingreſſus hujuſmodi, aliis ab exceptis antedictis, inconſulto Romano Pontifice concedere liceat quoquomodo. Item ubi cavetur de divino officio ſecundùm Ordinẽ dictç Rom. Eccleſię peragendo, ſtatuimus, quòd de omnibus cõmemorationibus, & Feſtis trium lectionũ Feſta novẽ lectionum fieri, & utrumque Feſtum S. Crucis ſub duplici officio ſine commemorationibus Sanctorum iiſdem diebus occurrentium, celebrari, prout à piæ mem. Gregorio Papa XI. prædeceſſore noſtro fuit ordinatum. Quòdque ſuper rubrica de feſtis occurrentibus infra octavas, Feſta ipſa nõ de prçcedentibus, ſed ſolùm intra eaſdem octavas exiſtentibus, ſicut etiam nonnulli alij Romani Pontifices ſimiliter Prædeceſſores noſtri declararunt, intelligi debeant. Item ubi præfato Miniſtro duo ſocij nobiles, unus videlicet Ciſmontanus à Procuratorib⁹ Provinciarum, & alter Vltramontanus addito ſocio Scriptore, & alio ſervitore, cum uno famulo dumtaxat, decreti ſunt, adiicimus eidem duos famulos, & unum eleemoſynarium ſæcularem, vel alterius Religionis. Qui quidem eleemoſynarius à Procuratoribus Provinciarum, aut Provincialium Miniſtrorum, Conventuum, Domorum, & locorum dicti Ordinis Minorum omnia illa, quæ pro victu, veſtitu, equis, famulorum ſalario, & aliis ipſi Generali Miniſtro, ejuſque comitivæ neceſſaria, & opportuna fuerint, exigere, & exacta pro hujuſmodi neceſſariis exponere habeat, quique de præmiſſis exactis, & expoſitis eidem Generali Miniſtro primùm, & deindè Capitulo Generali loco, & tempore celebrationis ejuſdem, ut inibi per totum Ordinem, ſecundùm Provinciarum numerũ dividantur, rationem reddere teneantur. Addijcimus etiam, quòd ſinguli duorum Sociorum principalium Generalis Miniſtri præfatorum ſingulos ſervitores Fratres, vel aliàs perſonarũ ſuarum, & equorum ſibi aſſignatorum ſervitiis inſtitutos famulos, quibus ſicut cæteris de Familia ejuſdem Generalis Miniſtri provideatur, habere valeant, atque poſſint. His tamen, & aliis ejus ſimilibus ejuſdem Generalis Miniſtri, prout ſecundùm loca, & tempora, ac longas, vel breves moras expedire viderit, moderationi relictis, cujus etiam Generalis Miniſtri, vel per eũ deputandorum ad hoc coërcitioni, & compulſioni præfatos Procuratores, & principales eorum neceſſaria hujuſmodi dicto eleemoſynario forſan ſolvere, ſeu exhibere recuſantes, aut ſolutionem hujuſmodi longiùs debito differentes, ſuper hoc omninò volumus ſubjacere. Item ubi præfato Generali Miniſtro interdicitur poteſtas licentiandi aliquem ad curſum Magiſterij, niſi præſentatus fuerit à Miniſtro ſuæ Provinciæ, qui neminem audeat præſentare, niſi de aſſenſu Capituli Provincialis, modificando declaramus, hoc fore intelligendum in illis Provinciis, in quibus ſolet Provinciale Capitulum, vel Congregatio habens vim Capituli, annis ſingulis celebrari, aliàs idem Generalis Miniſter de proborum Conſilio ad Magiſterij curſum licentiare valeat, atque poſſit. Item ubi dicto Generali Miniſtro pecuniarum exactio prohibetur, declaramus, quòd pro ſuis neceſſitatibus poſſit eleemoſynas à quibuſcumque recipere, qui ſpontè illas ſibi voluerint erogare, dummodo ab exigendo, & extorquendo penitùs abſtineat: idemque per Provinciales Miniſtros in ſuis Provinciis, & Procuratores dicti Ordinis Minorum in Romana Curia, ac alios ipſius Ordinis Fratres, tàm pro expẽſis, & aliis neceſſariis, quàm pro eleemoſynarum receptionibus volumus obſervari. De veſtimentis autem, per

per Miniſtros, & Cuſtodes debita ſecundùm Regulam, & conſtitutiones præfati Benedicti prædeceſſoris proviſio obſervetur. Item ubi Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus, & Guardianis, cæteriſque Fratribus prædictis inhibetur, ne ullatenus quidquam exigant aliquo colore, vel causâ, qui ſi ſecùs fecerint, eo ipſo ſuis officiis ſint privati, ſibique eorum ſubditi deinceps obedire minimè teneâtur: Et ſi aliquis Miniſtrorum Generali Miniſtro quidquam contribuere præſumpſerit, ipſo facto ſuo officio ſit privatus; Volumus, & declaramus, contributiones hujuſmodi intelligi debere, ſi in modum exactionum, vel extorſionum, tàm ex parte dantium, quàm recipientium factæ fuerint, non autem in modum eleemoſynarum ſumptum, quem volumus in ſuo robore permanere. Quòd ſi forſan taliter obſervatum non extiterit, hujuſmodi privationum in quocumque dictarum conſtitutionum per eundem Cardinalem, ut præfertur, æditarum loco tangantur; definitionem, & determinationem ſolùm ſpectare ad Summum Ponficem, quoad Miniſtrum Generalem, & ad Generalem Miniſtrum quoad Miniſtros Provinciales, & ad Provinciales Miniſtros quoad alios Fratres ante dictos. Quas quidem omnes, & ſingulas additiones, declarationes & modificationes per Nos, ut præmittitur factas à quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis Minorum, & aliis, quorum interererit, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, perpetuò, & irrefragabiliter ſervari volumus, & mandamus. Rurſus per juramentum, quod dilectus Filius Gullielmus de Caſali ejuſdem Ordinis Minorum Generalis Miniſter diſpẽſationem ullam ſuper dictis Conſtitutionib⁹ per eundem Cardinalẽ editis, vel earum aliqua, non petendo, & obtenta nõ utendo, in præfato Capitulo Aſſiſij celebrato, ut accepimus, præſtitit, quàmplurima eidem Ordini Minorum, cujus proſperi ſtatus directionis onus ipſi Gullielmo Miniſtro principaliter incumbit, fructuoſa, & utilia ingruentibus caſibus pro tempore impediri, aut in ipſius Ordinis præjudicium differri poſſe: necnon eundem Gullielmum, qui eſt Caput, arctiùs quàm membra ligari, minus congruum fore recenſẽtes, ſibi juramentum hujuſmodi, cujus formam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſa, eadem authoritate, motu ſimili harum ſeriè penitùs relaxamus, eumque ad illius obſervantiam decernimus, & volumus non teneri: præmiſſis, necnon Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque, aliàs tamen Conſtitutionibus antedictis per præfatum Cardinalem editis in omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos 6. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno 13.

## MARTINUS PAPA V.

*Dilecto Filio Generali Miniſtro Ord. Fratrum Minorum &c.*

17. AD ſtatum Ordinis Fratrum Minorum conſervandum proſperè curam noſtræ ſolicitudinis dirigentes, ea libenter tibi concedimus, per quæ Ibid. n. 26. commoditatibus ipſius Ordinis, & Fratrum in eo degentium, ut divinis obſequiis intentiùs vacare poſſint, neceſſitatibus ſuccurratur. Sanè cum poſſeſſiones, & alia quamplurima bona mobilia, & immobilia, tam per fidelium oblationes, donationes, & ultimas decedentium voluntates, quàm aliàs multipliciter diverſis Conventibus, & locis dicti Ordinis pro ipſorum ſuſtentatione, & divini cultus obſequiis ſint hactenùs relicta, eorumque uſui deputata, & relinquenda ſperent etiam in futurum: Nos volentes Conventuum, locorum, & Fratrum hujuſmodi opportunitatibus providere; donec aliud à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum, concedendi Procuratoribus Conventuum, & locorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus hactenùs præfato Ordini, & ejus Conventibus relicta, & impoſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice, & nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium hujuſmodi jus, proprietas, & Dominium nullo medio ſpectat, recipere, capere, tenere, & poſſidere, ac ipſorum fructus, redditus, & proventus petere, & exigere, & percipere, illoſque in commodum, & utilitatem Fratrum ipſorum Conven

Conventuum,ac locorum,& aliàs in eorum uſus,quibus relicta,& deputata fuerunt dumtaxat, & de ipſorum conſilio, requiſitione, & aſſenſu convertere, & exponere poſſint,& debeant &c.Conſtitutionibus Apoſtolicis,ac ſtatutis, declarationibus, & ordinationibus, tàm Generalium, quàm Provincialium Capitulorum,conſuetudinibus quoque Ordinis prædicti, & aliis in contrarium editis non obſtantibus quibuſcumque,plenam, & liberam Authoritate Apoſtolica concedimus tenore præſentium facultatem, ac etiam poteſtatem, Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos 10.Kal.ſeptemb. Pontif. noſtri anno 13.

18. Duo tamen hiſce in litteris ſeriùs adnotanda præterire non licuit: unum eſt,quòd in prima,nempe, *Pervigilis more Paſtoris &c.* in qua Miniſtro Generali concedit, ut pro ſuis, ſuæque ampliſſimæ comitivæ neceſſitatibus præſertim in itinere pecuniarias eleemoſynas poſſit à Provinciis exigere,ac repetere; pecunias tamen illas non per ipſos Religioſos, ſed per ſæcularem eleemoſynarium ad hoc in comitatu Generalis addendum recipiendas, & expendendas eſſe mandavit. Secundum eſt in ſecundo diplomate. *Ad ſtatum &c.* in quo quidem indulget Ordini, ut bona mobilia,& immobilia per Syndicum valeant poſſidere &c. at cum gravi reſtrictione, *Donec aliud à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum,* Ex quibus intelligas,non abſolutam fuiſſe diſpenſationem,ſed temporum,ac neceſſitatis occaſioni accommodatam; donec fortè res in meliùs reſtaurari contingeret.Inferas ulteriùs, nullam hucuſque præceſſiſſe ad poſſidendum Pontificiam diſpenſationem; allegata quippe fuiſſet in ſui excuſationem ab Ordinis Communitate, ut factum poſtea fuit anno 1517.in pari occaſione ſub Leone X. atque in Martini recitatis litteris, ut moris eſt,ad dignitatis,& firmitatis augmentum fuiſſet appoſita.

19. Obſervo tandem, Martinianas hujuſmodi diſpenſationes, etſi abſque limitatione pro tota Ordinis Communitate conceſſas, non tamen ab Ordine ipſo univerſo fuiſſe receptas, aut in praxim adductas; quod evidentiſſimè convincitur ex Cōventibus multis,ex Fratribus autem perplurimis, immò,& ex integris Clarenorum, Coletanorum, & demum Amadæitarum Congregationibus,qui licèt ad litterale Regulæ verbum in Ordinis Communitate ſub Miniſtris vivere maluiſſent,procul tamen ab hiſce diſpenſationibus ſemper eſſe voluerunt. Immò (quod rem facit prorſus indubiā) ſeptuageſimo poſt hæc anno,& ultra,nēpe anno 1505. Ægidius Delfinus ex Ordinis Communitate Miniſter Generalis non dubitavit Alexand. VI. & deinde Iul. II. Pontificibus, Regibus item, & Principibus Chriſtianis perſuadere, haud difficilem fore Ordinis univerſi abſque ulla exceptione integram unionem ſub omnimoda, & rigoroſa Regulæ puritate, ſi omnibus, & ſingulis Provinciis, Provinciarumque Cœnobiis illi præficerentur in Prælatos, qui verbo, & exemplo ipſum Ordinem ad puriſſimum rigorem vitæ Franciſcanæ promoverent. Leoni X. Sanctiſſimo Pontifici reſervatum eſt, hujuſmodi mitigatæ vitæ Profeſſores in unum Corpus ſegregatos diſcernere, atque ſtabilire, prout in capite ſequenti declarabimus. Vvad.to.8. ann.1505.

Interim elucidaſſe ſufficiat, quo tempore, qua occaſione, & à quo Pontifice nomen, & res, ſeu vitæ methodus Patrum Conventualium fuerint in Ordinem Minorum introducta.

## CAPVT III.

*Patres Conventuales in Regulæ Franciſcanæ mitigatione ſtabiliuntur.*

20. NOn omnia, & ſingula Patrum Conventualium Apoſtolica privilegia hîc vel adducere, vel recenſere intendo,cum illa hucuſque totā diligentiā habere non licuerit; ad illa me reſtringo, per quæ poſt antedictas Martini V. primas diſpenſationes facta ſit aliqua ſaltem notabilis alteratio, vel ampliatio. Ergo Eugenius IV. poſt Martinum ad Petri Cathedram evectus, quia Ordinem univerſum in omnimoda unione, nec non in rigoroſa Regulæ Obſervantia conſervari, ſupplicante præſertim B. Ioanne de Capiſtrano, cupiebat, datis ſuis litteris, Martini præfatas revocatas eſſe voluit, & Gullielmum Generalem iterum juramento ligari, quòd de non procuranda, vel acceptanda diſpenſatione

nie emiſerat, Ordinemque univerſum ad ſtatuta Martiniana rejectis quibuſcumque mitigationibus obligari per Apoſtolicum Breve *Vinea Domini &c.* Cùm verò in operis executione certiùs cognoviſſet, id eſſe moraliter impoſſibile, ut Ordinis Communitas ad libertates jam altè radicatas omninò propenſa ad Franciſcanæ vitæ rigores ſincerè revocaretur, humanæ fragilitati condeſcendens, iterum Generalem antedictum à juramenti obligatione abſolvit dato Brevi *Monet nos &c.* deinde præfatas ſuas revocatorias privilegiorum uſque ad Capitulum Generale proximè celebrandum ſuſpendit, edito diplomate, *Solet Apoſtolica &c.* tandemque revocatis per omnia & caſſatis eiſdem ſuis inhibitionibus, iterum Martiniana indulta de recipiendis proventibus, & poſſeſſionibus integrè revalidavit, atque confirmavit novis appoſitis litteris, *Apoſtolica ſedis providentia &c.* Harum omnium integros tenores ad pleniorem intelligentiam juvat per extenſum apponere.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. to. 5. ann. 1431. n. 4. 21. Vinea Domini ſabaoth Domus Iſraël, diverſorum varietate florum fulcita inter alia magnifica germina quemdam ſingularem protulit fructum, Ordinem videlicet Fratrum Minorum, ex quo ipſa ſuper cuncta fragrans aromata, mirabilem adepta eſt gratiam meritorum, quem fructum in excelſum, fortiùs extenſum inimicus omnis boni frequentiùs videns, & ampliùs invidens, quia dejicere non valet, cum ſit fundatus ſupra petram; ventum adverſitatis ſepiùs movet, & immittit eidem, dum à veræ Religionis, & Obſervantiæ tramite Fratribus ſuggerit deviare; contra quæ tamen prudens vineæ Cultor ex adverſo conſuevit aſcendere, & ſe pro Domo Iſraël murum opponere, ac iis, quæ pro ſalubri, & fœlici ejus incremento facta ſunt, ut illibata perſiſtant, adjicere roboris firmitatem. Sanè cum dudum dictus Ordo Fratrum Minorum ſæpiùs circa habituum, morum, & obedientiarum diverſitatem vento quaſſaretur adverſitatis, & propterea per plures prædeceſſores noſtros ſalubriter proviſum extitiſſet, ut ſicut omnibus dicti Ordinis Fratribus una eſt fides mentium, ita etiam una eſſet pietas actionum. Quia tamen noviſſimè quædam de diverſitatibus iterum pullulare cœperunt, quarum extirpationi per diſcretæ proviſionis remedium plurimùm fuit intendere neceſſarium. Nuper ſiquidem in Capitulo Generali Ordinis præfati, in Civitate noſtra Aſſiſij congregato præſidente ibidem dilecto Filio noſtro Ioanne tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato nonnullæ Conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, & Capitula, magno Diſcretorum digeſta conſilio, pro reductione Vnionis, & Religionis reformatione, ac diverſitatum prædictarum extirpatione per eum facta, edita, & concluſa, necnon à Fratribus dicti Ordinis unanimiter acceptata fuerunt, per quæ Ordo ipſe ad virtuoſum incrementum ſperabatur veriſimiliter pervenire. Poſtquàm fœl. rec. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter ſuper Conſtitutionibus, Ordinationibus, ſtatutis, & Capitulis antedictis, quaſdam per ſuas certi tenoris litteras fecit declarationes, relaxationes, additiones, & modificationes, per quas iterato intelligimus, diverſitatem ſublatam renovari, quarum tenorem, & continentiam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis. Nos igitur attendentes, quòd Conſtitutiones, Ordinationes, ſtatuta, & capitula ſupradicta unioni, & reformationi dicti Ordinis plurimùm ſunt neceſſaria, & aliàs plurimorum notabilium virorum, tam Religioſorum, quàm ſæcularium frequenti conqueſtione, ſed ex certa experientia cognoſcentes, quòd declarationes, additiones, & relaxationes, ac modificationes præfatæ unitati Ordinis non modicum præſtant impedimentum, cæteraque alia, & ſingula in ipſis litteris relaxata, aut indulta nulli Regularis Obſervantiæ ſuffragantur incremento, pro Fratrum prædictorum concordia litteras præfati prædeceſſoris noſtri, ac earum declarationes, additiones, & relaxationes, ſingulaque in eis contenta, & ſi quę in aliis quibuſcumque litteris prędeceſſoris noſtri pręfatis Conſtitutionibus, ſtatutis, & Capitulis contraria facta, indulta, aut relaxata, ſeu modificata contineantur; necnon juramenti per dilectum Filium

lium Gullielmnm de Caſali dicti Ordinis Miniſtrum Generalem coram dicto Legato, & toto Capitulo præſtiti, relaxationi, ac omnia, & ſingula inde ſecuta, quæ præſentibus ſimiliter haberi volumus pro expreſſis, caſſantes, irritantes, & annullantes, ac nullius eſſe decernentes roboris, vel momenti; conſtitutiones, ſtatuta, & capitula præfata, quæ hic de verbo ad verbum inſeri fecimus, authoritate Apoſtolica confirmantes, præſentis ſcripti patrocinio communimus. Volentes, ipſum Miniſtrum Generalem ad ipſius juramenti præſtiti obſervantiã firmiter obligari, ipſumque ad illius obſervantiam tenore præſentium aſtringimus, & etiam obligamus. Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis Fratribus, tam Prælatis, quàm ſubditis, tam præſentibus, quàm futuris Ordinis præfati, quatenùs dictæ Conſtitutiones, ſtatuta, & capitula, ſub pœnis in eiſdem expreſſis, debeant inviolabiliter obſervari. Si quis autem Conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, & capitulorum hujuſmodi tranſgreſſor extiterit, pœnas in eiſdem contentas incurrere ipſo facto. Prohibentes inſuper ſub dictis pœnis, ne quiſquam præfatas Conſtitutiones, ſtatuta, & capitula gloſare, aut eis addere, vel aliquid detrahere, aut contra ea diſpenſare præſumat quoquomodo abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, & expreſſa licentia. Tenor verò Conſtitutionum, Statutorum, & Capitulorum prædictorum, quem de verbo ad verbum pro præmiſſorum ſubſiſtentia firmiori præſentibus inſeri fecimus, eſt talis, *Ioannes miſeratione divina tit. S. Petri ad Vincula, ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Reformator Ordinis Fratrum Minorum à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus; Venerabilibus, & Religioſis viris, Dominis Fratribus Generali, Provincialibuſque Miniſtris, ac univerſis, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum prædictorum ſalutem, & ſinceram dilectionem in Domino Ieſu Chriſto. Noveritis, quòd Nos litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Martini divinâ providentiâ Papæ V.* &c. (quæ in Annalibus Vvadingi ad annum 1430. leguntur, & hîc in tomo tertio deſcribentur per extenſum) Nulli ergò &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1431. Idibus Martij Pontif. noſtri anno primo.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

22. MOnet Nos ſæpè Officij Paſtoralis cura &c. Sanè quidem cum aliàs in Generali Capitulo Fratrum Minorum in Civitate noſtra Aſſiſij dilectus filius noſter Ioannes tit. S. Petri ad Vincula Preſbyter Card. per piæ mem. Martinum Papam V. de conſilio Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus Legatus, habens pro reformatione Ordinis ipſorum Fratrũ omnimodam authoritatem, & facultatem dicto Capitulo præſidendi, dederit certas conſtitututinnes, quas poſtea ipſe Prædeceſſor noſter approbavit &c. & per eaſdẽ litteras motu proprio certas additiones, declarationes, & modificationes edidit Conſtitutionum prædictarum, quibus certum juramentum, quod dilectus filius Gullielmus de Caſali ejuſdem Ordinis Minorum Generalis Miniſter de diſpenſationem ullam ſuper dictis Conſtitutionibus, vel earum aliqua non petendo, & obtenta non utendo, in prædicto Capitulo Aſſiſij celebrato præſtitit; ipſe Prædeceſſor noſter motu proprio relaxavit. Nos etiam advertentes, quamplurima eidem Ordini Minorum, cujus proſperi ſtatus directio, & onus ipſi Gullielmo Generali Miniſtro principaliter incumbunt, fructuoſa, ac utilia ingruentibus caſibus ſub ejuſdem juramenti ſtrictura protempore impediri, aut ipſi Ordini præjudicium evenire, cenſentes minùs eſſe congruum, ipſum Gullielmum Generalem Miniſtrum, qui caput eſſe dignoſcitur, arctiùs quàm membra ſub dicti juramenti ſtrictura ligari &c. prædicti Prædeceſſoris noſtri in hac parte veſtigiis inhærentes, motu proprio &c. prædictum juramentum à dicto Gullielmo Generali Miniſtro præſtitum, ut præfertur, cujus verba, formam, atque tenorem hîc volumus pro ſufficienter expreſſis &c. relaxamus, eundem Gullielmum Generalem Miniſtrum declarantes, & volentes ad ipſius juramenti Obſervantiam nullatanus teneri, aut obligari. Non obſtantibus aliquibus revocationibns per Nos in cõtrarium editis, per quas decreverimus, vel voluerimus

Vvad. t. 5. ann. 1432. in Reg. bull. 23.

prædictum Gulliełmum Generalem Miniſtrum ad ipſum juramentum, ac litteris noſtris quibuſcumque, etiamſi de illis ſit mentio ſpecialis habenda, Conſtitutionibus Apoſtolicis &c. prædictis tamen Conſtitutionibus per dictum Cardinalem editis in omnibus ſemper ſalvis. Dat. Romæ apud S. Petrum anno 1432. quarto Kal. Maij anno 2.

EUGENIUS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. Bull. 24. 23. Solet Apoſtolicæ Sedis cura &c. Cùm itaque fœl. rec. Martinus Papa V. Prædeceſſor noſter, videlicet 6. Kal. auguſti Pontif. ſui anno 13. pro reformatione Ordinis Fratrum Minorum certas additiones, declarationes, & modificationes ediderit, & fecerit, ex tenore quarundam conſtitutionum, quas dilectus Filius Ioannes tit. S. Petri ad vincula Presbyter Card. cui tunc de Venerab. Fratrum S. R. E. Cardinalium conſilio plenæ Legationis officium erat commiſſum, edidit in generali ipſorum Fratrum Capitulo. Quarum additionum, declarationum, & modificationum tenore continetur: Primò videlicèt, quòd ubi Fratres particulares dicti Ordinis Monialium, & Sororum Ordinis S. Claræ &c. *Vt in litteris Martini V. anno 14 ſuprà relatis &c. ſeqq. uſq; ad obſervari volumus, & mandamus.* Quas quidem additiones, &c. dum intellexerimus, diverſitatẽ ſublatã renovari, & ex eiſdem unitati Ordinis prædicti præſtari impedimentum, pro ipſorum concordia cum omnibus indè ſecutis caſſavimus &c. ſicut per eaſdem litteras noſtras datas Idibus Martij Pontif. noſtri anno 1. diſtrictiùs legitur contineri. Nunc autem comperto, ex prædictis caſſatione &c. litterarum, nedum diverſitatem ſublatam in dicto Ordine, aut concordiam ſubſecutam, ſed potiùs propter emergentes difficultates, ſcandala &c. provenire ex certis reſpectibus dignè moventibus mentem noſtram, habito ſuper his conſilio cum prædicto dilecto Filio Ioanne tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, motu proprio &c. alicujus prædictas litteras noſtras caſſationis, irritationis &c. ſuſpendimus uſque ad proximum Generale Concilium futurum in Civitate noſtra Bononien. cui, dante Domino, perſonaliter præeſſe cupimus, & pro Reformatione idonea conſtitutionum, & regulatum pertinentium ad Ordinem antedictum debitè providere; decernentes, quòd interim prędictę additiones, daclarationes, & modificationes ejuſdem noſtri prædeceſſoris &c. robur habeant, in priſtinaque permaneant firmitate &c. Datum Romæ &c. ann. 1431. 4. Kal. Maij anno 2.

EUGENIUS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

24. Apoſtolicæ Sedis providentia &c. Sanè dudum per fœl. record. Martinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum piè conſiderato, quòd quamplura poſſeſſiones, & bona mobilia, & immobilia, tàm per Chriſti fidelium oblationes, donationes, & ultimas decedentium voluntates, quàm aliàs multipliciter diverſis Conventibus, & locis Ordinis Fratrum Minorum pro eorum ſuſtentatione, & divini cultus obſequiis, eſſent eatenùs relicta, eorumque uſui deputata, & relinqui ſperarentur etiam in fututum, idem prædeceſſor volens Conventuum, locorum, & Fratrum hujuſmodi, ut divinis laudibus intentiùs vacare poſſent, opportunitatibus providere, Miniſtro Generali dicti Ordinis pro tempore exiſtenti, donec aliud per Sedem Apoſtolicam foret ordinatum, concedendi Procuratoribus Conventuum, & Locorum eorumdẽ pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus eatenus prædicto Ordini, ac ejus Conventibus relicta, &, impoſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, vice, & nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium hujuſmodi jus, proprietas, & dominium nullo medio ſpectãt, recipere &c. & poſſidere, ac ipſorum fructus, redditus &c. & percipere, illoſque in commodum ipſorum Fratrum &c. ac aliàs in eos uſus, quibus relicta, & deputata forent, dumtaxat de ipſorum Fratrum conſilio; & aſſenſu convertere, & exponere poſſent, liberam per quaſdam ſuas litteras conceſſit facultatem &c. Nos igitur &c. inter cætera Ibid. bull. 29.

cætera nonnullas per eundem prædeceſſorem per ſuas alias certi tenoris litteras ſuper Conſtitutionibus &c. dudum in Capitulo Generali Ordinis prædicti in Civitate noſtra Aſſiſiat. congregato, in quo dilectus Filius noſter Ioannes tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. tunc dictæ Sedis Legatus præſedit, ſuper ſtatu dicti Ordinis editis, factas declarationes, relaxationes, additiones, & modificationes ejuſdem Conſtitutionibus &c. derogantes, necnon ſi qua in quibuſcumque aliis ejuſdem prædeceſſoris litteris, facta, indulta &c. continerentur ipſis conſtitutionibus &c. contraria, per alias noſtras litteras ex certis cauſis caſſavimus, ne propterea, vel aliàs ſuper prioribus ipſius prædeceſſoris litteris, & facultate ſupradictis per aliquos impoſterū valeat heſitari &c. declaramus, priores litteras prædeceſſoris, & facultates eaſdem ſub caſſatione &c. hujuſmodi nullatenùs comprehendi, ſed illas tanquàm per Nos ratas habitas &c. confirmamus &c. in ſuo pleno robore &c. volumus permanere. Nulli ergo &c. Datum Romæ &c. anno 1432. 14. Kal. Maij anno ſecundò.

Vvad.t.6. 1458.n.21.

25. Martinianæ illæ diſpenſationes hoc modo per Eugenium IV. revalidatę, iterum per Calixtum III. confirmatæ fuerunt datis litteris, *Ad exequendum Paſtoralis &c. Datum Romæ anno* 1458. 8. Kal. Decembr. A ſucceſſoribus etiam Romanis Pontificibus ampliata Syndici Apoſtolici facultate, legimus illas fuiſſe convalidatas, quas partim in noſtro tom. 1. lib. 3. & 4. ſed per integrum in Vvadingo eſt videre. Præ cæteris autem Sixtus IV. importunis quorumdam ſupplicationibus, ut ipſe declaravit, adactus non modò ampliſſimè confirmavit, ſed & ampliavit, concedens, ut in bonis, & hæreditatibus parentum, ac ſi eſſent in ſæculo, ſuccedere valerent, ut ſequitur.

## SIXTUS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Uvad.t.6. in Reg. bull. 5. Sixti IV. ann. 1472.

26. DUm fructus uberes &c. dudùm ſiquidem fœl. record. Martinus Papa IV. prædeceſſor noſter cupiens honeſta adhibere remedia, quibus dicti Ordinis pura Obſervantia in ſuo rigore ſervaretur, & ut Fratres ejuſdem Ordinis, excluſis quibuſlibet ſolicitudinibus liberiùs, & quietiùs divinis vacarent obſequiis, ac offerentium, & donantium, aut in ultima voluntate relinquentium dicto Ordini, ſeu illius Fratribus aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur; Romanam quoque Eccleſiam, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus Fratres ipſi uti poſſunt, jus, proprietas, & dominium nullo medio pertinet, & ad quam Fratres ipſi, quoties neceſſitas ingruebat, vel utilitas perſuadebat, recurrere ſoliti erant, à cura, & ſolicitudine providendi eorumdem Fratrum neceſſitatibꝰ relevarent, nec non hæredum, & executorum piarum voluntatum defunctorum etiam negligentiis obviaretur, ipſique Fratres ſecundùm modos præmiſſos, & licitos, relictis ſibi eleemoſynis gaudere valerent, per quaſdam litteras ſuas Apoſtolica authoritate, & de poteſtatis plenitudine, voluit, ſtatuit & decrevit, quòd ſpeciales perſonæ per Generales, ac Provinciales Miniſtros, ac Cuſtodes dicti Ordinis nominandæ in præmiſſis adminiſtrationem legitimam, generalem, & liberam gererent, & veri, legitimique Adminiſtratores, Oeconomi, Syndici, & actores eſſent, ac res ipſas, & earum pretium, prædictaſque eleemoſynas nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ reciperent, & in ipſorum Fratrum utilitates, prout eis liceret ex Regula, vel ejus declaratione, ſicut, & quando ab eiſdem Generali, & aliquo ex Provincialibus Miniſtris, Cuſtodibus in Provincia, vel Cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem Fratribus de ipſorum Generalis, vel Provincialis Miniſtri, ac Cuſtodis aſſenſu forent requiſiti, convertere poſſent, & deberent cum plena, generali, & libera poteſtate petendi, exigendi, recipiendi, alienandi, tranſigendi, paciſcendi, convertendi, compromittendi, renunciandi, refutandi, quietationem faciendi, comparendi, agendi, defendendi, ac in animam eorum de calumnia vitanda, & de veritate dicenda jurandi, & cujuſlibet alterius generis juramentum præſtandi cum illis, & contra illos, qui hujuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in Teſtamentis occuparent, vel violenter efferrent, ſive

contra voluntatem Fratrũ quomodolibet detinerent, & generaliter in omnibus cauſis pro rebus, & locis hujuſmodi ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum Fratrum uſui conceſſis, necnon pro immunitatibus libertatibus, juribus, privilegiis, & indulgentiis eorũ ſine cujuſlibet donationis, aut cautionis onere, præfata authoritate in judicio, & extra plenam, generalem, & liberam poteſtatem haberent. Conceſſit quoque eiſdem Generali, & Provincialibus Miniſtris, necnon Cuſtodibus plenam, generalem, & liberam poteſtatem, perſonas hujuſmodi, quæ non eſſent de dicto Ordine, pro ſingulorum locorum indigentia nominandi, & perſonas eaſdem, ac earum quamlibet revocandi, & eorum loco alios ſubrogandi, vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum foret, qui eamdem in prædictis, vel ſimilem haberent poteſtatem. Et deinde piæ mem. Martinus Papa V. etiam prædeceſſor noſter, per alias litteras ſuas conceſſit præfato Generali (donec aliud per Sedem Apoſtolicam foret ordinatum) facultatem cõcedendi Procuratoribus Domorum, & locorum dicti Ordinis, pro tempore exiſtentibus, ut poſſeſſiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, ac annuos proventus hactenus præfato Ordini, & ejus Conventibus relicta, & impoſterum relinquenda, aut aliis nominibus acquiſita, & vice, & nomine Rom. Eccleſiæ recipere, tenere, & poſſidere, ac ipſorum fructus, redditus, proventus petere, exigere, & percipere, ipſoſque in commodum, & utilitatem ipſorum Fratrum, Conventuum, & locorum eorumdem, & aliàs in uſus eos, quibus relicta, & deputata forent dumtaxat, & de ipſorum Fratrum conſilio, requiſitione, & aſſenſu convertere, & exponere poſſent, & deberent, prout in ſingulis dictorum prædeceſſorum litteris hujuſmodi pleniùs continetur. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro partè dilecti Filij Zanetti de Vtino dicti Ordinis Generalis Miniſtri, & Theologiæ profeſſoris petitio continebat, Noſque etiam dum in Minoribus conſtituti ipſius Ordinis Generalis Miniſtri fungeremur officio, experientiâ comprobavimus, quòd dicti Ordinis Fratres Domino benedicente ita pullulaverint, quòd propter eorum multiplicationem frigeſcente nonnunquam erga hos in nonnullis mundi partibus Fidelium charitate, ex incerta mendicitate, & minutis eleemoſynis ſe ſuſtentare, & illis qui ſacræ Theologiæ ſtudiis, ut eorum ingenia rore ſapientiæ illuſtrata multos, ac fertiles actus dirigere poſſent, operam præbent, neceſſaria miniſtrare, ſtructuras, & ædificia Domorum dicti Ordinis conſervare non poſſunt, illaque plurimùm ad ruinam tendere dignoſcantur; & à nonnullis revocetur in dubium, an perſonæ per eoſdem Generalem, & Provinciales Miniſtros, ac Cuſtodes juxta litteras præfati Martini IV. prædeceſſoris noſtri pro tempore nominatæ hereditates, in quibus Domus, ſeu Fratres dicti Ordinis, aut Domorum eorumdem Eccleſiæ, vel Capellæ, aut picturæ, ſeu fabricæ inſtituuntur, vel ſubſtituuntur, & quæ ad eos (ſi capaces forent) aliàs devolverentur, petere, conſequi, & habere poſſint, nomine præfatę Romanæ Eccleſiæ, & bona hæreditatum earumdem vendere, & in uſus licitos eorumdem Fratrum convertere valeant, juxta prædictarum litterarum continentiam? fueritque propterea pro parte dicti Zanetti de Vtino Nobis humiliter ſupplicatum, ut voluntatem, ſtatutum, decretum, conceſſiones, & quaſcumque alias litteras à Sede Apoſtolica circa præmiſſa dicto Ordini conceſſas, ac in illis contenta dicta prædeceſſorum pro illorum ſubſiſtentia firmiori noſtræ approbationis munimine roborare, ac aliàs prędictorum Fratrum neceſſitatibus opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfati Ordinis, qui omnium Conditori gratiſſimus eſt, & piæ devotioni fidelium acceptus, ut illius perſonarum, quarum prędicationibus verbi, & Evangelicæ veritatis, ſacrorumque eloquiorum explanatione, conſiliis, & charitativis admonitionibus fideles ipſi circa animarum ſuarum ſalutem magna commoda conſequuntur, ſtatum proſperum, & fœlicem intenſis deſideriis affectantes, necnon pias decedentium, quorum ampliùs non redit arbitrium, voluntates executioni mandari, & ex eis, quæ divinæ propitiationis intuitu, pia largitione Fidelium conceduntur, ſtructuras, & ædificia Domorum dicti Ordinis, ac ſtudium S. Theologiæ

logiæ in Ordine prædicto manuteneri, ac ejuſdem Ordinis Profeſſoribus hujuſmodi ſtudio vacare volentibus, ut id cõmodè facere poſſint, ſubveniri; Chriſtianæ Reipublicæ permaximè utile, ac neceſſarium fore, ac inter ſummè meritoria, & Deo grata opera non immeritò connumerari poſſe, & debere putari; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictas, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim fœl. rec. Eugenij Papæ IV. circa præmiſſa dicto Ordini ſimiliter conceſſas litteras Apoſtolicas, omniaque in eis contenta dicta authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis ſupradictæ præſentium tenore approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obſervari debere decernimus. Et nihilominus volumus, ac eiſdem authoritate, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus inſtitutiones, & ſubſtitutiones, relicta, legata, donationes inter vivos, & cauſâ mortis, aliæque piæ, & non piæ diſpoſitiones quæcumque, quocumque nomine nuncupentur, tàm ſimplices, & puræ, quàm conditionales, & modales, Fratres, & domos dicti Ordinis, ipſarumque domorum Eccleſias, Cappellas, picturas, & fabricas, ſeu illorum commodum, & favorem quomodolibet concernentes, hactenus factæ, & in poſterũ perpetuis futuris temporibus faciendæ, etiamſi in tempore inſtitutionum, ſubſtitutionum, relictorum, fidei commiſſorum, legatorum, donationum, aliarumque diſpoſitionum hujuſmodi Fratres ipſi, in quorum favorem emanarent, nondum Ordinem prædictum ingreſſi forent, eidem Rom. Eccleſiæ, & per illam Ordini, & Fratribus, ac locis eorumdem factæ eſſe intelligantur, ut eumdem plenarium ſortiantur effectum quem ſortirentur, ſi nominatim, & expreſsè præfatæ Romanę Eccl. & de illa, ac in ejus favorem factæ forent, nec poſſint pretextu incapacitatis eorumdem Fratrum quovis modo de invaliditate notari. Hæreditates verò, quæ eiſdem Fratribus, ſi in ſæculo forent, ab inteſtato deferrentur, præfatæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ipſorum Fratrum locum quoad hoc tenet: ipſa quoque Romana Eccleſia, quòd hæreditates, & bona, quæ Ordinem ipſum ingredientes ſub conditione mortis eorum ſine Filiis reſtituere gravati ſunt, Filiorum loca teneat, ſicut tenent Monaſteria proprium habentia in communi, ſi tales gravati illum ingreſſi forent. Quódque eadem Rom. Eccleſia, & pro ea illius Syndici juxta prædictarum litterarũ Martini IV. prædeceſſoris noſtri præfati tenore pro tempore nominati in ſubſtitutionibus, relictis, legatis, donationibus, aliiſque piis diſpoſitionibus prædictis, necnon ex illis, quæ ab inteſtato profeſſoribus dicti Ordinis (ſi capaces forent) deferrentur, hæreditatibus, & bonis, quæ ingredientes Ordinem ipſum ſub conditione Mortis eorum ſine Filiis reſtituere gravati ſunt, id totum petere, conſequi, & habere poſſint, ac ſi inſtitutiones, ſubſtitutiones, relicta, legata, donationes, aliæque diſpoſitiones hujuſmodi in ipſius Romanæ Eccleſiæ utilitatem nominatim emanaſſent, vel emanarent, ipſæque ab inteſtato hæreditates ipſi Rom. Eccleſiæ, ſive ipſius Fiſco delatæ forent, & quod retinerent Filij talium de reſtituendo ſub conditione mortis ſine filiis gravatorum, ſi extarent. Habeant quoque Syndici præfati circa præmiſſa parem, quam idem Martinus IV. prædeceſſor hos habere voluit, circa in eiſdem litteris ſuis cõtenta facultatem. Volumus tamen, quòd bona, quæ eos nomine ejuſdem Rom. Eccleſiæ præmiſſarũ, & præſentium litterarum tenoris vigore cõſequi contigerit, juxta earumdem tenorem alienare, & in uſus licitos eorumdem Fratrum, præſertim in Fabricam, & reſtaurationem ſtructurarum, & ædificiorum Domorum Fratrum eorumdem, necnon manutentionem ſtudij Sacræ Theologiæ, & ſtudentium in illa ſuſtentatione convertere debeant, & teneantur de conſilio, & aſſenſu Fratrum, & Capituli Conventus, vel loci, cui talia relicta, & legata ſunt, authoritate dicti Generalis, vel Miniſtri Provincialis etiam accedente. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ &c. anno 1471. pridie Kal. martij Pontif. noſtri anno 1.

27. Obſervandum hic adverto, quòd de ſimili Clem IV. conceſſione ad ſuccedendum in hæreditatibus parentum, nec verbum appoſuit (immò ut novum privilegium ſupplicatur, & conceditur) quam profectò, ſi extitiſſet, allegare non omiſiſ

Vvad. to. 6. in Reg. bul. 20. Sixti IV. omiſiſſet, tum ex invariato ſtylo Curiæ, tum ut ampliſſimam prorſus diſpenſationem ex titulo antiquitatis magis venerabilem, minùs odioſam, & firmiorem redderet; quin potiùs quarto ab hinc anno editâ bullâ; *Licèt non dudum ad importunam*, Dat. Romæ die 7. auguſti 1475. declaravit expreſsè, ad quorumdam importunas preces illam à ſe fuiſſe conceſſam, & ad Obſervantes nullo modo extendi, ut ſuprà notavimus.

28. Alexander VI. dato diplomate, *Vberes fructus &c. Dat. &c. die 10. july* 1494. præfata omnia Conventualium privilegia, & alia, ſi quæ legitima reperirentur, voluit eſſe confirmata. Julium II. FF. juriſdictionẽ in bonis temporalibus ampliaſſe non dubitatur, dum per litteras ſuas *Exponi nobis &c.* Dat. Romæ die 1. Octob. 1509. Supplicante Raynaldo Miniſtro Generali conceſſit, ut Syndici Apoſtolici Conventuum, & Monaſteriorum à Generali, & Provincialibus Miniſtris ad reddendum ſingulis annis adminiſtrationis ſuæ computum juridicè cogi valerent; quod authoritatem, atque juriſdictionem expreſſam importare non ambigimus. Tenorem litterarum hujuſmodi in tom. 1. lib. 3. dedimus per extenſum.

29. Super his adnotatum velim, quòd conceſſionibus iſtis, & ſimilibus nunquam expreſſe fuit derogatum ſuper Regulæ præceptis de non equitando, de veſtimentorum numero, & qualitate, de pecunia recipienda, & ſimilibus; ſed tantùm introducta conſuetudine nonnulla tolerabantur in Ordine, plurimis tamen in Regulæ puriori Obſervantia perſeverantibus: quare, ut conſcientiarum quieti provideretur, cautum eſt in Conſtitutionibus (ut vocant) Benedictinis, quæ anno 1336. operante Gerardo Oddonis Miniſtro Generali ad relaxationem inclinato publicatæ fuerunt (ſed citiùs per Capitulum Generale abrogatæ) & largiùs in ſtatutis (ut aiunt) Alexandrinis, quia ab Alexandro VI. confirmatis anno 1500. in Capitulo Interamnenſi editis, circa equitatum, circa pecuniæ contrectationem, circa veſtimentorum qualitatem, & quantitatem, circa jejunij materiam diſpenſationes nonnullæ conceduntur, certis tamen reſtrictionibus limitatæ: Illud eſt ibi præcipuum, quod in uſu pecuniæ perhibetur, affectum omnem

Chron. Seraph. locis hìc. cit. fol. 46. & 148.

proprietatis, etiam cum occultatione, non verò ſimplicem uſum, & ad quotidianas neceſſitates Phyſicam contrectationem, cum animo ad Superioris mandatum indifferenti, prohiberi: quæ omnia fuſiùs in præfatis Conſtitutionibus eſt videre in Chronologia Seraphica, & infra hìc tomo 3. Circa mobilium, & immobilium poſſeſſionem, redditus, cenſuſque perpetuos, & hæreditatum ſucceſſiones (quod omnium maximum eſt) declaratum fuiſſe legimus in præfatis Alexand. VI. Conſtitutionibus cap. 6. quòd non ideo in ſumma Fratrum Minorum paupertate, tum in communi, tum in particulari fuerit diſpenſatum, quamvis habenas aliquanto laxatas eſſe videatur, eo quòd remanente ex integro omnium eorum Dominio penes Sedem Apoſtolicam, quæ idcirco illa ipſa, vel ad Fratrum neceſſitates, vel ad alia pietatis opera pro libito valet applicare; Religio Seraphica dici nullatenùs poteſt horum virtute privilegorum in communi poſſidere: additur autem ibidem, quòd ad quietandos nihilominùs conſcientiarum ſtimulos, licita hæc omnia ex Alexandri Pontificis benigna diſpenſatione intelligantur. His omnibus ritè penſatis dixi non incongruè, ante ſeparationem à Leone X. factam dici nonpoſſe ſtabilitam fuiſſe Conventualitatem, eo quòd in Regulæ præceptis nondum fuiſſet authenticè diſpenſatum, at ſolùm per aliquas moderationes in cæteris, & per ampliationem facultatum Syndici Apoſtolici in materia poſſeſſionum, & reddituum aliqua fuiſſent indulta, quæ relaxationis notam non poterant effugere: Addendum denique, quòd longè majores particularium abuſus, qui præfixis metis non contenti, tum in victu, tum in veſtitu, tum in equitando, & ſimilibus modum excedebant, cauſam Reformationibus ſub introductis dederint, Religionem apud Principes, & Populos vilem reddiderint, & Pontifices obligagaverint, ut opportuno remedio conſcientiarum ſaluti, Ordiniſque incolumitati occurendum procurarent; ut expreſsè notatur in præfatis Conſtitutionibus per hæc verba [ ſi qua tamen in parte diſpenſatum, vel modificatum legatur, ex quâdam indulgentiâ, piaque intentione Nos feciſſe intelligant, ut de duobus malis inevitabilibus majùs fugeremus

Ibidem.

Ibid. in Chronol.

-remus; cùm omnis conſtitutio, (ut in Decretis habetur) debeat eſſe honeſta, tempori, & loco conveniens, poſſit, *ut in cap. catholica*, pro perſonarum qualitate mutari, dummodò, juxta Regulam Iuris, neceſſitate ceſſante, ceſſet pariter, quod urgebat. Vnde declaramus omnem talem, ſi qua eſt, modificationem duraturam eſſe dumtaxat ad tempus, donec aliud in noſtris futuris Capitulis fuerit determinatum. Maluimus enim paululùm de re noſtra præſumere, quàm tantam Fratrum multitudinem (ſicut ſæpè diximus) damnationi exponere: Deum imitati, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.] Quin & in Pij IV. Conſtitu- [In Bull. Rom. cap. 2.] tionibus *Sedis Apoſtolicæ &c.* 1565. ubi Conventualium ſtatuta Florentina confirmavit, & in Romanis à B. Pio V. per Bullam *Illa nos cura &c. anno* 1568. approbatis, ut tunicæ interiores, ſeu camiſiæ laneæ omninò eſſe debeant, abſolutè præſcribitur; ſuper quo à ſubſequentibus Romanis Pontificibus eos diſpenſatos fuiſſe, crediderim.

30. Ergo, ut ad narrationis ſeriem revertamur, Alexander. VI. de invaleſcentibus quotidie contentionibus inter Conventuales, & Obſervantes, & populorum commotionibus ex cauſa relaxationis, graviùs, & ſæpiùs per varios Principes interpellatus, datis graviſſimis litteris, [Firmam. Ord. fol. 51. & 59.] *Ex diverſis &c. die* 15. *ſept.* 1599. & per alias *Pulſamur &c. die* 24. *ejuſdem menſis, & Anni*, ad Capitulum [Uvad. t. 7. 1500. n. 13.] Generale Interamnenſe celebrandum ſcripſit, ut pro Ordinis reformatione ſeriùs incumberent; cum cæteris in Vvad. legendis, quæ dignis de cauſis omitto. Vnde Patres Vocales Præſidente Vicario Apoſtolico contra ſubrepentes abuſus præallegatas conſtitutiones ediderūt (aliqua tamen, ut dixi, pro quiete conſcientiarum indulgendo) ab Alexandro Pontifice per Breve Apoſtolicum *Nuper attendentes &c. ſub die* 7. *April.* 1501. expreſſè confirmatas.

Iulius II. à Delphino Generali Miniſtro perſuaſus, haud difficilem fore Ord. totius in perfecta Regulæ Obſervantia unionem, ſi præficerentur in Pręlatos, qui verbo, & exemplo integram Regulæ puritatem promoverent, convocatis ad Generaliſſimum Capitulum in Vrbe celebrandum Religionis univerſæ Vocalibus; antedictam Ordinis Vnionem efficaciter, at fruſtra tentavit, ex quibus intelligas, non ineptè fuiſſe dictum à nonnullis, quòd Conventuales eo tempore proprio, & ſeparato in Corpore nondum fuiſſent ſtabiliti, cum pręter integras Clarenorum, Coletanorum & Amadæitarum Congregationes perplurimi, etiam Fratres ſingulares ipſa in Ordinis Communitate rejectis privilegiis in perfecta Regulæ puritate convixerent.

31. Tandem Leo X. pro complendo antedictæ unionis negotio ab Imperatore, cæteriſque Orbis Chriſtiani Principibus exoratus, ut ipſe ait in litteris *Vnionis*, cum generaliſſimum Religionis univerſæ Capitulum in Vrbem convocaſſet, Patres Conventuales ſeriùs hortatos eſſe voluit, ut abdicatis diſpenſativis ſuper Regulam privilegiis, vellent cum cæteris ad Regulæ rigores conformari, quos in uno corpore ſub Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum uniẽdos decreverat; quod cum illi privilegia ſuſtinendo recuſaſſent, (ut Pontifex ipſe in Bulla, *Vniverſis &c. Celebrato nuper &c. die* 12. *Aprilis* 1518. expreſſè conteſtatur) jubente Pontifice fuerunt ab Ordinis Minoritici Communitate jam ad omnimodam Regulæ puritatem obligata ſeparati, & ab electione Miniſtri Generalis totius Ordinis excluſi, ut proprium, ſeparatumque Corpus efficerent, novamque regiminis formam (ut mox dicemus) ſub Magiſtro Generali, ſub novo, & diſpenſato modo vivendi, per ipſum Pontificem noviter confirmato deberent habere, expeditis litteris, quas *Concordiæ* appellant; quarum tenorem exhibemus; ex quo tempore proprium Corpus efformarunt, eo quòd omnes, & ſinguli, qui privilegia non admitterent, ad Obſervantiam in ſimul unitam tranſvolare debuerint.

## LEO PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

32. OMnipotens Deus, cujus perfecta ſunt opera, qui cuncta ſapientiſſimè condidit in numero, pondere, & menſura, & cujus nutu omnia reguntur, Romanum Pontificem, ſic Catholicæ præfecit Eccleſiæ, ut quæ di-

vino honori, ſalutique fidelium cognoverit accommoda, non ſolùm faciat, ſed quantùm in ipſo fuerit, aſpirante cœleſti gratia, ad debitæ perfectionis perducat effectum. Sanè diebus noviſſimis, cum generaliſſimum Capitulum totius Ordinis Beati Franciſci convocari feciſſemus, illudque in Domo de Aracœli de Vrbe dicti Ordinis celebrari debere ordinaviſſemus pro unione univerſali Fratrum prædictorũ ſub uno Capite Reformato, inter alia facienda pro votiva hujuſmodi unione, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu;nec non ad Regum, & Principum Chriſtianorum humiles, & inſtantiſſimas preces, authoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinavimus, quòd de cætero perpetuis futnris temporibus Miniſter Generalis totius Ordinis S. Franciſci à ſolis, & de ſolis Reformatis Fratribus dicti Ordinis viventibus abſque privilegiis bona temporalia concernentibus eligi debere, cui omnes, & ſinguli Fratres ſecundùm Regulam ejuſdem B. Franciſci ſubiici, & obedire tenerentur. Et deinde Fratres Conventuales cum privilegiis eis à Sede Apoſtolica conceſſis viventes, ac redditus, & poſſeſſiones, aliave bona temporalia ſecundùm hujuſmodi privilegia retinere volentes per alias noſtras litteras etiam ſtatuimus, & ordinavimus, quòd unum ex eiſdem Fratribus Conventualibus vitâ, & moribus idoneum ſibi eligere poſſint, qui eorum *Magiſter Generalis* appellaretur, & eorumdem Fratrum Conventualium ſub dictis privilegiis viventium curam gerere, & electionis de ſe factæ confirmationem à dicto Miniſtro Generali totius Ordinis petere deberet, prout in litteris prædictis pleniùs continetur. Cumque in Capitulo Generaliſſimo in dicta Domo de Aracœli hujuſmodi nuper per Fratres Reformatos celebrato ibid. præſidentibus authoritate noſtra Protectore ipſius Ordinis, ac aliis duobus ex S. R. E. Cardinalibus ad id à Nobis ſpecialiter deputatis, die ad hoc per Nos aſſignata Fratres ipſi vocem in electione Miniſtri Generalis hujuſmodi habentes, dilectum filium Chriſtophorum de Forlivio, qui Vicarius Generalis Fratrum Minorum de Familia tunc fuerat, in Miniſtrum Generalem elegerint totius Ordinis S. Franciſci ritè, & rectè: Fratres verò Conventuales cum privilegiis, ut præfertur, viventes in Domo Sanctorum Apoſtolorum etiam de Vrbe dicti Ordinis ad id etiam legitimè congregati, dilectum Filium Antonium Marcellum vitâ, & moribus idoneum in Magiſtrum Generalem Fratrum Conventualium hujuſmodi etiã elegiſſent; Nos cum audivimus electiones de Miniſtro, & Magiſtro præfatis per eoſdem Fratres juxta ordinationes noſtras prædictas, Spiritu ſancto id operante, ſumma cum charitate, ac pace, & unione factas fuiſſe, dictum Antonium in Magiſtrum Fratrum Conventualium electum coram Nobis præſentem, in Domino benediximus, ac benedictionem noſtram hujuſmodi pro confirmatione, quam à præfato Miniſtro Generali petere tenebatur, pro hac vice dumtaxat ſufficere voluimus: ac deſiderantes, per eoſdem Chriſtophorum Miniſtrum, & Antonium Magiſtrum ſic electos, & eorum ſucceſſores Fratres ſibi commiſſos ſub proſpero, & fœlici regimine gubernari, ac in pacifico, & tranquillo ſtatu conſervari poſſe, cogitavimus tali modo providere, quòd de cætero odor bonæ famæ eorumdem Fratrum apud omnes Chriſti-fideles etiam Reges, & Principes Religionis Chriſtianæ perpetuis futuris temporibus redoleat; & pax, & unio plurimùm ab omnibus deſiderata conſervetur, omniſque diſſidij occaſio, quæ humani generis procurante inimico exoriri poſſet, extinguatur, & penitùs tollatur, aliqua per eoſdem Miniſtrum, & Magiſtrum, alioſque ipſius Ordinis profeſſores firmiter, & inviolabiliter ſervanda motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura cum eiſdem Cardinalibus Præſidentibus deliberatione præhabita, duximus ſtatuenda; videlicèt, quòd præfati Antonij Magiſtri Generalis Fratrum Conventualium ſucceſſores ab eiſdem Fratribus Conventualibus pro tempore electi, confirmationem ab eodem Miniſtro Generali, & ſucceſſoribus ſuis Miniſtris Generalibus totius Ordinis, quemadmodum Vicarij Generales tunc de Familia nuncupati petere tenebantur, petere teneantur: ac quòd Magiſter nunc, & pro tempore electus ad regimen Fratrum Conventualium S. Franciſci, juxta dictam noſtram ordinationem *Magiſter Generalis*

*is Fratrum Conventualium* in perpetuum appellari debeat : quòdque in ſingulis Provinciis deputati ad regimen Fratrum Conventualium de cætero *Magiſtri Provinciales* Fratrum Conventualium cum ſuis ſigillis vocari,& à Miniſtris Provincialibus Regularis Obſervantiæ in Provinciis juxta morem dicti Ordinis reſpectivè pro tempore exiſtentibus confirmationem electionum de eis pro tempore factarum eo modo, quo Vicarij Provinciales olim *de Familia* nuncupati, à tunc Miniſtris Provinciarum FratrumConventualium petere tenebantur, etiam petere teneantur : quòdque, tam Generalis, quàm Provinciales Miniſtri præfati tàm ante, quàm poſt Generalis, & aliorumMagiſtrorum confirmationem hujuſmodi tam de Generali , quàm de aliis Fratribus, & Provincialibus Conventualibus hujuſmodi, & eorum, ac aliorum Tertij Ordinis Fratrum, & Sororum nuncupatorum, qui eatenùs ſub Miniſtri Generalis Conventualium fuerant regimine, nullatenùs ſe intromittere, aut eos per ſe,vel ſuos Commiſſarios viſitare, ſeu corrigere poſſint, nec aliquam juriſdictionem,ſeu ſuperioritatem in ipſos exercere valeant, præterquàm cum ipſum Miniſtrum Generalem pro tempore exiſtentem ad ipſorum Fratrum Conventualium domos, & loca declinare contigerit;quo caſu ipſe Miniſter eoſdem Fratres Conventuales paternè viſitare ; ipſique Fratres Conventuales eundem Miniſtrum Generalem , tamquàm totius dicti Ordinis Superiorem omni cum charitate,& dilectione recipere debeant, dummodo idem Miniſter Generalis nuncꝰ, & pro tempore exiſtens nihil judicialiter circa ipſos Fratres Conventuales, ac domos eorum, & loca , ac etiam Monaſteria Monialium ſub eorum cura degentium exerceat, niſi eo modo, quo Miniſter Generalis tunc Fratrum Conventualium ſuper Fratres de Familia, eorum Domos, & loca, & Monaſteria Monialium tempore convocationis dicti Capituli generaliſſimi exercebat, exercere poſſit. Et inſuper Generali, & Provincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcipimus, & mandamus, ne directè, vel indirectè, etiam favore Dominorum temporalium, Civitatum, & Vniverſitatum, Oppidorum, Terrarum, & Villarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum , etiam Prælatorum quorumcumque, ſeù Cardinalium, ſive alio quæſito colore, vel ingenio malitioſè, quòd Domus, & loca Fratrum Conventualium,ſeu Monaſteria Monialium curæ Magiſtri Generalis Conventualium hujuſmodi ſubjecta, & quæ hactenùs ſub dicto Miniſtro Generali Fratrum Conventualium fuerant, eis quoquomodo auferantur, procurare præſumant : & nihilominus quicquid in contrarium attentatum fuerit, ſit eo ipſo irritum, & inane. Domus autem, & loca, ac Monaſteria Monialium Magiſtro Generali Fratrum Conventualium ea ſubjecta eſſe intelligi volumus, quæ Apoſtolica, vel alia authoritate Miniſtro Generali ante celebrationem dicti Capituli Generaliſſimi proximè in dicta domo de Ara-cœli celebrati ſubjecta erant, & in quorum poſſeſſione ipſe tunc Miniſter Generalis Conventualium exiſtebat, præſertim Domus, ſeu Conventus Aſſiſij, & S. Salvatoris de Vrbe, aliæque quamplures Domus, ac multa Monaſteria Monialium, quæ eidem Miniſtro Generali tunc immediatè ſubjecta erant, quæ omnia ex nunc Magiſtro Generali Conventualium immediatè ſubjecta perpetuò;ſint,& eſſe cenſeantur,exceptis Domibus, & locis, ac Monaſteriis Monialium dictorum FF. Reformat.per priores litteras noſtras hujuſmodi nuper unitis, quæ Generali, & Provincialibus Miniſtris in ſuis Provinciis reſpectivè in omnibus ſubjecta remanere volumus. Statuimus etiam, quòd ſi Fratres Conventuales quandoque ſe reformare voluerint, reformatio ipſa juxta privilegia Apoſtolica eis conceſſa, per ſuos Generales, vel Provinciales Magiſtros dumtaxat fieri debeat, niſi ubi Fratres alicujus Domus, ſeù Conventus ad veram, & regularem Obſervantiam, & omnimodam Generali, ac Miniſtris alijs præfatis ſe ſubjicere vellent;quo caſu,ſi Fratres illarum Domorum, in quibus à decem uſque ad viginti tres; in aliis verò domibus, in quibus à numero viginti uſque ad quemcumque numerum Fratrum Conventualium eorumdem fuerint duæ tantum partes ſubjectioni, & ſubmiſſioni hujuſmodi modo præmiſſo conſentientium, quacumque contradictione

non obſtante, Domos Fratrum Conventualium, & illarum Fratres hujuſmodi liberè, & licitè recipere poſſint; Domos verò Fratrum Conventualium, in quibus minor numerus, quàm denarius fuerit, etiam de omnium Fratrum Conventualium earumdem Domorum conſenſu nullatenus recipere valeant; ſed illę Generalis, & aliorum Provincialium Magiſtrorum Reformationi liberè dimittantur; ſingulis verò Fratribus Conventualibus ad Generalem, & Provinciales Miniſtros tranſire volentibus, ab eorum Superiore priùs petitâ, licèt non obtentâ licentiâ, liberam tranſeundi licentiam, & facultatem concedimus. Pręterea volumus, quòd illi ex Fratribus Conventualibus, qui de cætero vitam Reformatam ſub Generalis, ſeu Provincialium Magiſtrorum cura ducere voluerint, ſub eorum regimine permanere poſſint, dummodo aliquo notabili ſigno diſtinctivo diſtinguantur, & diſcernantur ab illis, qui vitam regularem ſub Generali, ſeu Provincialibus Miniſtris ducunt, prout Generalis Miniſter, & Magiſter inter ſe convenerint. Bonis præfatarum Domorum reformandarum immobilibus, & omnibus, quorum Fratres Reformati non ſunt, nec capaces eſſe velint, Generali, & aliis Provincialibus Magiſtris ad eorum liberam diſpoſitionem liberè remanentibus. Et ne inter Reformatos, & Conventuales Fratres præfatos ſuper præcedentiam diſſenſio, & contentio oriri poſſit; volumus, & etiam ſtatuimus, quòd inter eos talis ordo ſervetur: videlicet, quòd in proceſſionibus, & funeralibus, ac exequiis, necnon omnibus aliis actibus publicis, FF. Conventuales Fratribus Regularis Obſervantiæ locum digniorem relinquere teneantur; ſi tamen aliqui graduati, ſeu aliqui Patres, aut Guardiani domorum Conventualium remanere vellent cum quibuſdam Fratribus antiquioribus ſub Generali, & Provincialibus Miniſtris viventibus, tunc & in hoc caſu, ut evitetur diſſentio hujuſmodi, & perfecta unio conſervetur, ſimul incedere, ipſique Conventuales ſemper eorum Crucem, & Vexillum per eos deferri ſolitum deferre liberè, & licitè valeant. Poſtremò omnia, & ſingula indulta dicto Ordini, tàm per Nos, quàm alios quoſcumque Romanos Pontifices hactenus conceſſa ejſdem Fratribus Regularis Obſervantiæ, ac Conventualibus, in quantùm præmiſſis non ſint contraria, authoritate, & tenore præſentium invicem perpetuò communicamus, & ſuffragari volumus, eaque omnia etiam illis de novo concedimus. Quocirca Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, nec non univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Eccleſiarum Prælatis, ac quibuſcumq; in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumquè ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Miniſtrorum, & Magiſtorum, aut alicujus ipſorum ſuper hoc requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præſentibus litteris, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes, eos deſuper inter ſe, ac etiam per quoſcumque alios quavis authoritate, & poteſtate fungentes, quomodolibet indebitè moleſtari, aut purturbari: Contradictores &c. Non Obſtantibus &c. Dat. Romæ 1517. pridie Idus junij Pontif. noſt. anno quinto.

33. Occaſione præfatæ conſtitutionis, & ſupradictæ electionis, cum varia dubia, & altercationes orirentur paſſim inter Conventuales, & Obſervantes; pacificè tandem inter ſe convenientes, quoſdam ineundæ pacis, & concordiæ articulos communiter approbatos, firmos, & ratos eſſe voluerunt coram Domino Grimano Ordinis Protectore, juxta tenorem hujus inſtrumenti. Illud verò ſub finem ſæculi pręteriti recognovit illæſum, integrum, intactumque approbavit, & obſervari juſſit, datiſque variis tranſumptis renovavit pro ſui officij munere rogatus Marcellus Lantes tunc Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, demum ſacri Collegij Apoſtolici D. D. Cardinalium digniſſimus Decanus, Ordiniſque Minorum Conventualium multis annis Protector (ut ait Vvadingus.) Ibid.n.23.

*In nomine*

*In Nomine Sanctiſſimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.*

34. Vniverſis,& ſingulis hoc præſens noſtrum tranſumptum viſuris, lecturis pariter, & auditiris, quoſq; hoc præſens tangit negotium &c. Quòd Nos Marcellus Lâtes Prothonotarius Apoſtolicus ſanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, ſententiarum quoque,& cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis,& merus executor ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus; necnon utriuſque Sanctitatis ſuæ ſignaturæ Referẽdarius. Ad inſtantiam, & requiſitionem R.R. Fratrum Iacobi de Aſſiſio, & Bonaventuræ de Parma Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, eorumque Procuratores, ſi qui ſint &c. per Audientiarum S. D. N. Papæ, ut moris eſt, citari fecimus,& mandavimus ad certum terminum, quo adveniente comparuerunt in judicio coram nobis iidem RR. Fratres,& realiter, & cum effectu exhibuerunt, & præſentarunt quoddam inſtrumentum tranſactionis,& Concordiæ integrum, illæſum, & intactum,& quia omni prorſus vitio, & ſuſpicione carere reperimus, illud per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum tranſumptari, & in publicam tranſumpti formam redigi fecimus, & mandavimus, decernentes, & authoritate dictæ noſtræ Curiæ ſtatuentes, quòd huic noſtro tranſumpto, cum dicto inſtrumento concordato, diligenter collationato, & concordato de cætero in antea talis, & tanta fides in judicio,& extra adhibeatur,& detur, qualis adhiberetur eidem inſtrumento Originali ſi in medium exhibitum, & oſtenſum foret, cujus tenor talis eſt videlicet. In nomine Domini. Amen. Sciant univerſi,& ſinguli præſentis publici Inſtrumenti ſeriem inſpecturi, viſuri,& audituri, quòd anno à Nativitate Domini 1517. Indictione quinta, die vero 8. menſis Iulij Pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris,& D. N. D. Leonis divinâ providentiâ Papæ X. anno 5. Romæ in Palatio S. Marci coram Reverendiſſimo in Chriſto P. & D.D. Dominico Grimano miſeratione divina Epiſcopo Portuenſi S.R.E. Cardinali S. Marci, totiuſque Ordinis Fratrum Monialium S. Franciſci Gubernatore, Protectore, & Correctore, in mei Notarij publici infraſcripti ad hoc vocati, & requiſiti præſentia perſonaliter conſtituti R. R. Religioſi P. P. & Fratres M. Antonius Marcellus Ordinis Minorum Patrum Conventualium Magiſter Generalis, & Fr. Paulus Zianus Sac. Theologiæ Magiſter, ejuſdem Ordinis Minorum Conventualium Procurator ex una, necnon & R. R. Religioſi Patres, & Fratres Paulus de Parma, & Ioannes Clapius ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Regularis Obſervantiæ Procuratores, ſeu Commiſſarij ex altera partium abſque dolo, metu, fraude,& ſiniſtra machinatione, ut ipſi aſſeruerunt, inducti, ſeu coacti; ſed matura inter ipſos deliberatione priùs habita, gratis, & ſponte, ac ex eorum certa ſcientia, & ſpontanea voluntate ad infraſcriptam articulatam pacem, concordiamque conciliandum, fovendum,& conſervandum inter Fratres Minores de Obſervantia, & Conventuales B. Franciſci devenerunt, dicentes, ac etiam in ſcriptis offerentes infra inſertos articulos, videlicet in primis. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter declaraverit, electionem, quam Fratres Conventuales dicebantur feciſſe ſub nomine *Miniſtri Generalis* Ordinis S. Franciſci, feciſſe contra ejus ordinationem, & voluntatem, ipſamque ut talem caſſaverit, & annullaverit, declarando, & interpretando ipſam eandem electionem eſſe, & dici debere electionem *Magiſtri Generalis* Fratrum Conventualium,& ut talem approbaverit,& confirmaverit, ſupplendo omnes defectus tàm juris, quàm facti ejuſdem electionis Magiſtri Generalis; Ideo prædictus Reverend. P. Fr. Antonius Marcellus, qui in prædicta electione electus fuerat in Magiſtrum Generalem omnium Fratrum Conventualium, conformando ſe ordinationi,& determinationi ejuſdem S. D. N. ſpontè, & nemine urgentè declaravit, ut verè filius obedientiæ S. D. N. velle acceptare, & de facto acceptavit prædictam declarationem

tionem, approbationem, & interpretationem, renunciando & nomine dicti Miniſtri, & omnibus quibuſcumque contrariis dictæ ordinationi, & declarationi tàm directè, quàm indirectè: nolens tamen in aliquo ſibi præjudicare, quin ſit verus, ordinarius, & immediatus Prælatus omnium Fratrum Conventualium, & Monaſteriorum Monialium, ac Tertij Ordinis, quàm prædictus Magiſter Generalis pro ſe, & ſuis ſubditis, ac ſucceſſoribus ipſorum ſub pœna amiſſionis privilegiorum, quod, quantùm in ipſis fuerit, ſervabunt, & obſervari facient à ſuis ſubditis, per pœnas, & cenſuras, omnique alia via juridica, omnia, & ſingula decreta, & ordinata, & concordata, eaque per Sedem Apoſtolicam, quæ per ipſos Generalem Miniſtrum, & Magiſtrum concernentia diſpoſitionem Ordinis factam in Capitulo Generaliſſimo ultimò celebrato, & in præſenti inſtrumento contenta. Item dictus R. Pater Miniſter promiſit obſervare ordinationem per S. D. N. factam, qua voluit Magiſtrum modernum pro hac vice dumtaxat confirmatum eſſe per ſolam benedictionem S. D. N. nec teneri petere pro hac vice à prædicto Miniſtro Generali aliam confirmationem, volens, quòd dictus Magiſter Generalis ſit, & dici debeat verus, & indubitatus, & immediatus Prælatus omnium Fratrum Conventualium S. Franciſci, & Monialium S. Claræ, quantumvis à dicto Miniſtro non fuerit confirmatus juxta tenorem Bullæ prædictæ, prout, & quēadmodum Miniſter Generalis ſuper dictos Conventuales erat verus, & immediatus Prælatus. Item quòd prædictus Miniſter Generalis conformitur ad Bullam Apoſtolicam deſuper confectam, conſenſit, & conſentit pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, quòd nullam juriſdictionem in Fratres Conventuales, & eorum loca, ac Monaſteria Monialium exercebit; ſed ipſorum regimen totale dicto Magiſtro Generali liberum, & integrum dimittet, quemadmodum in dicta Bulla pleniùs continetur, & hoc facit ſponte, & nemine cogente, ſed liberè omni meliori modo, & viâ, ac formâ. Item licèt decretū fuerit per S. D.N. quòd Fratres Conventuales digniorem locum deberent dimittere Fratribus Regularis Obſervantiæ in proceſſionibus, & aliis actibus publicis; attamen dictus Miniſter abſque præjudicio prædicti decreti quantùm ad alia loca, conſenſit, quòd in Civitate Patavina in proceſſione, quæ fit in die S. Antonij Fratres Conventuales ſervent ſuam antiquam conſuetudinem: ſalvo quòd decem Fratres Obſervantiæ Regularis cum Fratribus ſenioribus eorumdem Fratrum Conventualium ire poterunt, idemque judicium habeatur in proceſſione, quæ fit in Aſſiſio in Feſto Portiunculæ, excepto quòd omnes Miniſtri, & Guardiani remaneant in fine, & comitatu Magiſtrorum, & Fratrum Conventualium bini, & bini ſi voluerint remanere. Item declaravit dictus Miniſter Generalis, ſe intelligere, quòd bona Conventuum reformandorum, quorum Fratres Regularis Obſervantiæ nec ſunt, nec capaces eſſe volunt, diſpoſitioni Magiſtri Conventualium, & Magiſtrorum Provincialium dimitti debeant, & aliorū Conventuum, & Monaſteriorum, quæ quovis modo de cætero Fratres de Obſervantia auferent Conventualibus, dummodo bona, & proventus annui remaneant dictis Magiſtro Generali, & Provincialibus, quorum ipſi Fratres de Obſervantia noluerunt eſſe capaces retentionis hujuſmodi. Item quòd in partibus Citramontanis Fratres Conventuales, qui vitam reformatam ſub Magiſtris ducere voluerint, habebunt pro ſigno diſtinctivo ſoleas de corio, nec calepodiis uti poterunt, nec nudis pedibus incedere. In partibus verò Vltramontanis dicti Reformati ſignum diſtinctivum portabunt, prout Miniſtri, & Magiſtri Provinciales inter ſe pro varia conſuetudine Provinciarum, & locorum convenient, ut pax, & tranquillitas inter ipſos Fratres ſervetur. Item declaravit prædictus Magiſter, quòd per ſe, nec per alium ejus mandato, aut ſcientiâ, nulla appellatio, aut proteſtatio eſt facta, aut fiet in futurum contra decreta, & ordinata per S. D.N. in dicto Capitulo generaliſſimo; & caſu quo aliquis ejus nomine, aut alij ſui ſubditi aliquas proteſtationes, ſeu appellationes feciſſent, illis omnibus, & ſingulis renuntiat, & quantùm in ipſo eſt, caſſat, irritat, & annullat. Item concordaverunt prædicti Miniſter, & Magiſter, quòd caſu, quo Fratres reformandi in futurum ſub Magiſtris Generalibus

ralibus,& Provincialibus Fratrum Conventualiũ nõ portaverint ſignum diſtinctivũ,prout inter Miniſtros,&Magiſtros in ſuis Provinciis reſpectivè conventum fuerit,tunc cognito per quemcũque Ordinarium,vel in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum, quòd hujuſmodi ſignum non deferant, factaque trina monitione canonica per tres dies de deportatione hujuſmodi ſigni, & monitioni cum effectu non parverint, tunc poſſunt prædicti reformandi arctari per Miniſtros, vel Guardianos in ſuis Provinciis pro hujuſmodi ſigno portando, invocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Quæ quidem omnia, & ſingula cum ego Notarius infraſcriptus publicus coram Venerabilibus Viris Domino Laurentio Sager,& Matthia Standinar Clericis Barien. & Baſilien. Diæc. ad hoc vocatis, & ſpecialiter rogatis, Item & primò R. Patri D. Antonio Marcello Ordinis Minorum ConventualiumMagiſtro Generali, etiam tunc præſenti, Venerabili Religioſo Viro Fr. Paulo Ziano Theologiæ Magiſtro Procuratori prædicto, Romæ in Conventu SanctorumApoſtolorum in dormitorio, & camera ejuſdem Magiſtri Generalis die Dominica 19. ejuſdẽ Menſis Iulij lecta præſentata Reverendiſſ. P.D. Magiſter Generalis, & Procurator prædicti ea omnia,&ſingula, ut ſupra inſerta ſunt,rata, grata, & firma de novo habuerunt, & promiſerunt, manu pectus tagendo more Prælatorum, mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & accipienti vice, & nomine omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum,ſe illa grata, rata,& firma habere, & habituros eſſe, & obſervare, ac obſerri facere,ut præfertur. Denuò verò cum ego idem Notarius infraſcriptus acceſſi ad Reverendiſſimum Dominum D. Portuen. Cardinalem Patriarcham, Gubernatorem, Protectorem, & Correctorum prælibati Ordinis Minorum Fratrum Romæ in Palatio S. Marci ſuæ ſolitæ reſidentiæ feria ſecunda, vigeſima ejuſdem Menſis Iulij anni currentis, mane horâ tertiâ ſupra inſertum Inſtrumentum Concordiæ,ita volentibus prælibatis Reverendiſſ. D. Cardinali, Miniſtro Generali, ac dictis Procuratoribus legi audientibus, & intelligentibus.. Qui quidem Reverendiſſ. D. Epiſcopus Cardinalis Patriarcha Protector laudavit hujuſmodi concordiam ita factam de conſenſu partium pro bono pacis, & tranquillitatis omnium Fratrum Minorum S. Franciſci, & probavit præſentibus Venerabilibus viris Marco Syndizonio, & Iacobo Nerdio Canonicis Aquilegien. teſtibus &c. rogatis: ſuper quibus iidemReverendiſſ.Dominus Cardinalis, Miniſter,& Magiſter,necnon Cõmiſſarij,ſeu Procuratores petierunt, ſibi à me Notario publico infraſcripto fieri unum, vel plura,publicũ,ſeu publica inſtrumentum,ſeu inſtrumẽta. Acta,& geſta fuerũt hæc Romæ ſub Anno, Indictione,Pontificatu, Menſe, diebus, & locis,& præſentibus teſtibus,quibus ſupra, ad eoſdem actus reſpectivè vocatis, ſpecialiter rogatis. Ego Iacobus Reta Trebanus Clericus Aquilegienſis Diæceſis publicus Imperiali authoritate Notarius, & prælibati Reverendiſ. D. Epiſcopi Cardinalis Patriarchæ Protectoris totius Ordinis Minorum B. Franciſci Cancellarius, quia inſertorum articulorum præſentationi, pacis initioni, concordiæ, pro trãquillitate Religionis declarationi, renũciationi,caſſationi,irritationi,& voluntationibus, ratificationibus, promiſionibus laudationi,probationi, paritioni, omnibuſq; & ſingulis dum,ut præfertur, agerentur,& fierent,unà cum prænominatis teſtibus interfui, eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi, & audivi. Ideo hoc publicum inſtrumentum manu alterius ex protocollo meo fideliter inſcriptum ſubſcripſi, publicavi, & in hand formam redegi in fidem, robur, & Teſtimonium omnium,& ſingulorum præmiſſorum regatus, & requiſitus. Super quibus omnibus, & ſingulis tanquàm ritè, & rectè, & legitimè geſtis,& factis authoritatem noſtram, dictæque Curiæ pariter, ac Decretum interponendum duximus, & interpoſuimus per præſentes. In quorum omnium fidem &c. Dat. Romæ die 6. Novembris 1596.præſentibus D. D. Marco Antonio Brulo, & Ioanne Franciſco Vgolino Connotariis Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis habitis ſpecialiter, atque rogatis.

*Lapius Locumtenens: Pro D.Hieronymo Fabrio Curiæ Cau. Cameræ Apoſtolicæ Notario de ſupradicto Inſtrumenti tranſumpto rogato,ego Octavius Cellius ejuſdem Curiæ Con-*

*notarius illud ſubſcripſi, & ſignavi requiſitus &c.*

## CAPUT IV.

### *Patrum Conventualium Regimen, & ſtatus præſens.*

35. Ergo Leo X. omnium primus ſeparatum Patrum Conventualium cœtum ab univerſo Corpore, quod in pura Regulæ Obſervantia fuit conſervetum, atque ſtabilitum, recitatâ Concordiæ Bullâ conſtituens, renovatis, & confirmatis ipſorum privilegis, conſcientiarum quieti voluit eſſe proviſum; at juxta novam in plurimis, & à Regulæ tenore alteratam vivendi normam, novum, alteratumque modum regiminis eos habere præcepit: primò ut ſic ſeparati novum ſibi Caput non ſub *Miniſtri*, *ſed ſub Magiſtri Generalis Fratrum Minorum Conventualium* vocabulo eligerent (ut à Generali totiùs Ordinis Miniſtro etiam dinſtingueretur in nomine) Provinciarum itidem Præfectos, *Magiſtri* nomine, non *Miniſtri* juſſit eſſe nuncupandos. Ne verò in materia juriſdictionis controverſias oriri contingeret; decrevit ut Cõventualium Superiores omnimoda in ſuis electionibus libertate, & in regimine poteſtatis plenitudine gauderent; hoc uno reſervato; ut Magiſter Generalis à Miniſtro Generali, Magiſtri Provinciales à Miniſtris Provincialibus reſpectivè electionis ſuæ confirmationem expetere tenerentur; adinſtar illius, quam Vicarij Obſervantium ante Bullam *Unionis* ad Miniſtros Ordinis habebant dependentiam. Quòd Miniſter Generalis, ut veriſſimum totius Ordinis Caput, dum ad Conventualium Cœnobia divertere contingeret, ab illis omni reverentiâ, & humilitate, & charitate proprio Prælato debita reciperetur; paternè itidem eos viſitare poſſet, nullo verò modo juridicè contra illos procedere; niſi ut antea licebat Miniſtro Generali totius Ordinis ſuper Obſervantes. Pro Conventualium Cœnobiis inpoſterum per Obſervantes non occupandis, pro mutuo ad utramque partem tranſitu, inOrdine ad pacis conſervationem multa ſalubriter conſtituit. Præcedentiam in omnibus actibus publicis per Conventuales Obſervantibus debitam ſub modis in eadem Bulla, (dehine in mutuo concordato) declaratis ſtabilivit; quo pacto integrè Conventualium Domus reformari poſſent; & quomodo tandem reformam intra ſe ipſos, eum aliquo tamen ab Obſervantibus ſigno diſtinctivo erigere permitterentur; abundè declaravit, atque conſtituit.

36. Indoluere graviter, & reverâ non dolere non poterant, quòd ita per ſtabilita viræ privilegia ſeparati à Congregationibus omnibus, & à particularibus qui intra Ord. Communitatem in Regulæ rigore perſeverabant, unde Majorem Ordinis partem efformabant, & Miniſtrum Generalem totius Ordinis, atque præeminentiam poſſederant, & præeminentiam, & amplitudinem, & Miniſtrum Generalem amiſiſſent; immò nec Prælatos ſuos ſub titulo Miniſtrorum in Regula præfixo habere permitterentur. Quare vel ſub ſpe gratiam obtinendi contra præſcripta, vel alio ex motivo ad Comitia ſua ſeparatim congregati Fr. Antonium Marcellum Cherinum Dalmatam ſub titulo Miniſtri Generalis ſibi per communia vota præfecerunt. Pontifex hoc audito juſta indignatione commotus vocatum ad ſe Marcellum graviùs increpavit, ejus electionem ſub titulo Miniſtri diſſolvit, iterum verò ſub titulo Generalis Magiſtri confirmavit, hoc edito diplomate.

### LEO EPISCOPUS &c.

*Dilecto Filio Antonio Marcello S. Theologiæ profeſſori, & omnium Fratrum Conventualium Ordinis Fratrum Minorum Magiſtro Generali.*

37. Dilecte Fili &c. nunciatum Nobis fuit, quòd licèt Nos nuper de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu conſiſtorialiter habito, univerſis, & ſingulis Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum Ordinis S. Franciſci cum privilegiis bona temporalia concernentibus viventium, etiam per modum ſtatuti, & ordinationis mandaverimus, ne ipſi de cætero perpetuis futuris temporibus Prælatum ſuum Generalem ſub nomine *Miniſtri* eligere præſumerent: nihilominus Fratres prædicti, ordinationis hujuſmodi immemores, te ſub Vvad. tom. 8. an 1517. n. 31.

ſub illo nomine concorditer forſan elegerunt. Nos igitur, quibus non facilè perſuaderi poteſt, eoſdem Fratres mandato, & ordinationi hujuſmodi contumaciter contraveniſſe, ordinationem ipſam, tam matura deliberatione factam inviolabiliter obſervari, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia volentes, & utpotè rationabilem, & fœlicem directionem totius dicti Ordinis ſtatus concernentem, approbantes, & innovantes; electionem prædictam, quatenùs ſub nomine *Miniſtri Generalis* hujuſmodi proceſſerit, authoritate Apoſtolica tenore præſentium revocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus penitùs, & omninò carere decernimus, mandantes tibi ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per te eo ipſo, ſi contrafeceris, incurrenda, ut viſis præſentibus, quatenùs ſi *Miniſtri Generalis* nomine facta fuit, prout de facto proceſſit, de facto pronuncies ipſam electionem per hujuſmodi Fratres Conventuales de te celebratam, quam ſub nomine *Miniſtri Generalis* fecerunt, nullam fuiſſe, ſed pro Canonica, *Magiſtri Generalis* eorumdem Fratrum Conventualium eſſe, & dici debere in omnibus, & per omnia, ac ſi præfati Fratres Conventuales eamdem electionem ſub nomine *Magiſtri Generalis* Conventualium celebraſſent, declaramus etiam, & diffinimus, ipſam electionem de te factam tanquam ſub nomine *Magiſtri Generalis* approbamus per præſentes, & ſub tali nomine, dum coram Nobis eſſes, tibi benediximus, ratam, & gratam habentes, illamque, ac omnia, & ſingula inde ſequuta dicta authoritate approbamus, & confirmamus, ac illi Apoſtolici roboris firmitatem adjicimus, & de novo te inſtituimus Magiſtrum Generalem Fratrum Conventualium, ut præfertur, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem. Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis præfatis FF. Conventualibus, ac Monialibus S. Claræ ſecundùm formam Regulæ ſuæ, cunctiſque Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu ſæculari viventibus, & qui ſecundùm conſuetudinem regimini olim Miniſtrorum ſubjecti fuerunt, qui, & quæ in Capitulo Generaliſſimo uniti, & unitæ, & reducti, & reductæ ad immediatam Obedientiam Miniſtri Generalis, & aliorum Provincialium Regularis Obſervantiæ per alias noſtras litteras non fuerint, ut tibi ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, tanquam verò, & indubitato, ac legitimo Prælato ipſorum ſecundùm formam Regulæ, ſicut hactenùs ad uſque Capitulum generaliſſimum noviſſimè Romæ celebratum Miniſtris Generalibus obedire conſueverunt, cum effectu obediant, teque Magiſtrum Generalem dūtaxat nominent. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ die 12. Iulij 1517. Pontif. noſt. anno 5.

38. Cum verò nihilominus durum ipſis videretur in tanta novitate conquieſcere, non poterant, ut dictum eſt ſuperiùs, non oriri continuæ, graveſque inter ipſos, & Obſervantes diſcordiæ, donec ad illud concordatum, utraque parte conſentiente deventum fuerit, quod Capite præcedenti retulimus. Ipſam bullæ concordiam cum reliquis Conventualium privilegiis, ſupplicantibus eorum Generali, & Provincialibus Magiſtris Paulus III. expreſsè confirmavit, datâ bullâ, cujus tenorem exhibeo.

## PAULUS PAPA III.

*Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Magiſtris, Univerſiſque Fratribus Ord. Minorum Conventualium nuncupatorum.*

39. EXhibita Nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quòd licèt quamplura privilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratiæ, & indulta vobis, & Ordini veſtro per diverſos Romanos Pontifices, præſertim Sixtum IV. per quaſdam ſub pridie Kal. ſeptemb. incipientes, *Univerſalis Eccleſia*, Mare magnum nuncupatas, & per Leonem X. prædeceſſores noſtros per alias ſuper electione Magiſtri Generalis ejuſdem Ordinis univerſalique unione, & concordia inter vos, & Fratres dicti Ordinis Minor. de Obſervantia nuncupatorum initis, ſub pridie Idus Iunij datis, eorum Pontificatus IV. reſpectivè annis deſuper confectas ſub plumbo litteras. *Bullam Concordia*, nuncupatas conceſſa fuerint, & inter cætera vobis per

Vuad. t. 8. in Reg. 1540. bull. 31. Paul. III.

per Sedem Apoſtolicam indultum fuerit quòd in temporalibus bonis, in quibus de jure ſuccederetis, ſi in ſæculo maneretis, ſuccedere; necnon legata, relicta, eleemoſynas, & quamcumque pecuniarum ſummam, aliaque bona, quæ vobis in futurum relinqui, vel elargiri contingeret, recipere, tenere, & habere, ac in veſtros uſus convertere, omnibuſque, & ſingulis aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis Fratribus dicti Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatis, & illorum Ordini prædictis quomodolibet conceſſis uti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſetis, prout in ſingulis prædictis, & aliis deſuper confectis litteris pleniùs continetur. Ipſaque privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, & gratiæ, indulta, & conceſſiones in viridi ſint Obſervantia; cupitis tamen pro majori animi veſtri ſatisfactione privilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & conceſſiones hujuſmodi authoritate noſtra roborari. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut votis veſtris hujuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & conceſſiones hujuſmodi, & deſuper confectas litteras, quarum omnium tenores hîc pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: decernentes ea (ita tamen quòd temporalia vobis per Prædeceſſores noſtros conceſſa, de Superioris veſtri licentia tantùm in veſtros particulares uſus convertere poſſitis) inviolabiliter obſervari, & vobis ſuffragari debere. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios &c. judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. Datum Romæ &c. die 27. Octobris 1540. Pontif. noſtri anno 6.

40. Iuvat hîc ex præmiſſis fundamentis frivolam quandam, ſed nimia inter aliquos tenacitate propugnatam contentionem radicitùs evellere, ex eo ſcicet, quòd Sãctos, & Beatos, alioſq; primarios Heroes huic, vel illi Seraph. Corporis membro pro ſuo quiſque ſenſu aſſignare contendat, & mordicùs defendere. Concludo itaque conſequenter ad prædicta Seraphicum Patriarcham Franciſcum, Sanctoſque ipſius Socios, atque primos Diſcipulos, necnon Antonium de Padua, Seraphicum Bonaven. Ludovicũ Epiſcopũ Toloſanum, Benvenutũ Auximanum etiam Epiſcopum, Marochianas, atque Ceptanas Martyrum Cohortes, Alexandrum Alenſem, Doctorem ſubtilem Scotum, cæteroſque id genus plurimos, tùm ſanctitate, tùm doctrinâ, tùm heroicis actionibus altè conſpicuos, qui ante Ordinis diviſionem in Eccleſia Dei floruerunt, veriſſimos in toto rigore fuiſſe Minoritas; Nomen tamen (de nomine præcisè loquimur) aut Obſervãtini, aut Conventualis, aut Capuccini nunquam habuiſſe, cum hæc nomina longè poſteriùs ad diſtinguendas ab invicem partes in Religione poſtmodum divisâ fuerint adinventa. Ad Conventuales verò nullo modo pertinuiſſe poſſunt, utpotè quorum vel nomen, vel profeſſio nondum comparuerat; immò contra irrepentia libertatis ſemina conſtantiſſimo zelo decertaſſe probantur. Cum tamen in arctiſſima Regulæ obſervantia ab ipſa Ordinis inſtitutione ad hæc uſque tempora conſervatâ, & in extrinſecis, quæ ipſam comitantur, nempe in excipiendis ſæcularium confeſſionibus, in Chori cantu, necnon in ſepeliendis mortuorum fidelium cadaveribus à primæva Ordinis conſtitutione rigoroſè perſeveraverint; judicent alij, quinam ſecuriùs debeant illos ſibi vindicare. Reverâ tamen fuerunt illi omnes de Ordine Fratrum Minorum, qui tunc in litterali Regulæ obſervantia perſeverbant.

41. De Bernardino Senenſi, Ioanne Capiſtranenſi, Iacobo de Marchia, Petro de Alcantara, Franciſco Solano, Didaco, Petro Regalato, Paſchale, de Gorcormienſibus, & Iapponenſibus Martyrum cohortibus, aliiſque plurimis Sanctis, & Beatis ad Regularem, & Strictiorem Obſervantiam attinentibus, de Beato Fœlice Capuccino, qui ſtabilita diviſione floruerunt, aliter in tertia parte diſſeremus.

42. Poſt tot, tantaſque rerum viciſſitudines Patres Conventuales jam ſub confirmatis privilegiis magis ſecuri, cum pacifica domorum, & Monialium ſuarum

rum, necnon de Tertio Ordine Congregationum, quas anno 1517. in limine Capituli Generaliſſimi habuerant (exceptis Reformatis, qui omnes tunc fuerunt Obſervantibus incorporati) poſſeſſione ſtabiliti, pauciores, & quaſi nullas cum Obſervantibus controverſias habere cœperunt; Quæ in antea præceſſerant lib. 6. per extenſum deſcripſimus, Generalem, atque Provinciales ſuos ſub Magiſtrorum titulo eligere continuarunt, ut in præcitatis Bullis eſt videre, necnon in Clementis VII. & Pauli III. litteris, ubi de Capuccinorum Reformationis approbatione, ac confirmatione tractatur; tali ſemper à Pontificibus appellatione nuncupati; ut etiam à B. Pio V. in litteris *Ad extirpandos &c.* & in aliis *Illa nos cura &c.* ad Reformationem Conventualium ipſorum attinentibus; immò & Sixtus V. ex eiſdem Conventualibus aſſumptus in bulla *Univerſis &c. Cum à primæva &c. Dat. Romæ die 28. Septemb.* 1585. cujus vigore Indulgentiam plenariam perpetuam pro SS. Franciſci, & aliorum de Ordine Minorum feſtivitatibus concedit, & in Brevi *Ex ſuperna diſpenſationis &c. eodem anno*, per quod Cordigerorum Archiconfranitatem in ſacro Aſſiſienſi S. Franciſci Templo inſtituit, Generalem, & Provinciales Magiſtros Conventualium invariato ſtylo ſemper alloquuntur. Anno item 1581, Fr. Antonius Fera ſummus ævi ſui Theologus ſub titulo Magiſtri Generalis Conventualium electus fuiſſe reperitur, omnium verò primus, qui Miniſter inter eos fuerit appellatus legitur fuiſſe Fr. Evangeliſta Pelleus Senenſis, poſt antedictum Antonium Feram electus.

Ex General. Etruſ. Minor. par. 1. tit. 2. ſex. 3.

43. Quomodo autem titulum hujuſmodi Miniſtrorum ſibi, ut diximus, in bulla Concordiæ interdictum recuperaverint, omninò non apparet, aut de de Pontifice concedente, aut de conceſſionis diplomate: ipſum ſi extaret, ut ad Religionis gloriam hîc liceret apponere, totâ diligentiâ conquiſitũ nec alibi, nec ab ipſis Patribus Cõventualib⁹ licuit vel indicatum habere; tandem R. P. Ioannes Franchinus Mutineatis in S. Theologia Magiſter, olim in Provincia Bononiæ Miniſter, nunc in Curia ſui Ordinis Procurator Generalis (cujus virtuti, & benevolẽtiæ me plurimùm deferre profiteor) ingenuè mihi conteſtatum voluit, ſibi poſt diligentiſſimã inquiſitionem, nec de Sixti, nec de alterius Pontificis hujuſmodi conceſſione conſtare: ex eo autem quòd in aliquibus Pontificum litteris, (etſi non definitivè, ſed obiter) Miniſtri Generales Conventualium legantur appellati, & ab anno 1587. ſub hoc titulo eligi cœperint; quod nemine contradicente, immò Obſervantibus per ſilentium annuentibus, ſpatio jam ferè centum annorum legitimè præſcriptum fuiſſe non dubitant.

44. Præcedentiam ex repetitis ſæpiùs Leonis X. decretis, necnon ex mutuo cum Obſervantibus concordato eiſdem Obſervantibus ultrò ceſſerunt; etſi pluribus in locis id ægrè ferrent: In Capella tamen Pontificia, in Conciliis Generalibus, cæteriſque in actibus publicis nulla intentata novitate concedunt; donec anno 1585. circiter, ſub Sixto V. & fortiùs anno 1593. & 1602. ſub Clemente VIII. at longè diutiùs, efficaciúſque ab anno 1625. ad 1632. de externo favore ſibi promittentes, tum contra præcedentiam præfatam, tùm contra ampliſſimum Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum titulum agere, tametſi fruſtra tentatunt: quæ omnia lib. VI. enarrata, non eſt cur hîc repetere debeamus.

45. Cardinalem itidem totius Ordinis Minorum Protectorem unâ cum Obſervantibus pacificè recognoverunt eundem uſque ad annum 1580. circiter: tunc enim ex cauſis in tom. 1. lib. 3. narratis operante Fr. Petro Antonio Nuvio ipſorum Conventualium Magiſtro Generali, licèt Gonzaga totius Ordinis Minorum Miniſter Generalis pro Religione univerſa Cardinalem Medicæum in Protectorem poſtulaverit, & impetraverit; peculiarem ſibi Patres Conventuales Protectorem obtinuerunt Cardinalem Gaſtavillanum Grogorij XIII. Papæ Nepotem; Capuccini verò Cardinalem de S. Severina nuncupatum, ut diximus lib. 3. præcitato.

Itaque recuperato tunc proprio Protectore, deinde Miniſtrorum titulo, jam ſub propriis Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis ad Regulę tenorẽ, necnon in cæteris juxta diſpenſationes Apoſtolicas ſanctè, pacificéque viventes, Deo, & Eccleſiæ fructuosè deſervire non ceſſant.

## CAPUT V.

### *Patrum Conventualium Reformatio.*

Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 2.

46. Tandem per Tridentinum Concilium ad poſſidendum in communi cum cæteris Regularibus etiam Mendicantibus univerſis (exceptis, qui de Obſervantia, & Capuccini in Ordine S. Franciſci dicuntur) diſpenſati noſtri Conventuales pro retinenda, ſeù reſtituenda Ordinis puritate ad privilegia conformi, in Capitulo Generali ſuo anno 1565. celebrato exactiſſimas pro integra Reformatione conſtitutiones ediderunt, quas Pius IV. edito diplomatæ confirmavit ut ſequitur.

### PIUS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 2. fol. 123. bull. 103. Pij. IV.

47. Sedis Apoſtolicæ copioſa benignitas piis quarumlibet regulari ſub caſtimonia Domino militãtium perſonarũ votis libenter annuit, & illis quæ pro earum fœlici ſtatu, & reformatione proceſſiſſe comperit, ut illibata perſiſtant, libenter Apoſtolici adjicit muniminis firmitatem.

§. 1. Sanè cum Nos nuper conſiderantes, quàm uberes fructus in Dei Eccleſia Sacer Fratrum Minorum Ordo ab ejus inſtitutione produxerit, & quantos in dies producturus ſit, ſi ad priſtinam majorum ſuorum normam per novitatem, ſeù reformationem vitæ reſtitutus foret, quibuſdam ex dilectis Filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus, & præſertim dilectis Filiis noſtris Carolo tit. ſanctæ Praxedis Borromæo Protectori, & Ludovico tit. ſancti Cyriaci in Thermis Vice-Protectori ejuſdem Ordinis Præſbyteris Cardinalibus Symoneta nuncupatis ipſius Ordinis reformationem curandã commiſerimus, quibus negotium ipſum tantæ curæ fuit, ut dilectum Filium Antonium de Sapientibus de Auguſta ejuſdem Ordinis *Conventualium* Generalem, & Miniſtros, nonnulloſque Fratres ejuſdem Ordinis tunc congregatos in eo Capitulo Generali Florentiæ nuper celebrato, in quo idem Antonius in ipſius Ordinis Generalem ad triennium electus, & deinde à Nobis ad aliud triennium ſupplicationibus Min. Provincialium dicti Capituli Nobis humiliter porrectis confirmatus fuit, ad nonnulla ſtatuta, & ordinationes negotium hujuſmodi concernentia edenda, adduxerint, ac multa priori profeſſioni adjunxerint, ac veterem diſciplinam renovaverint, nihilque prætermiſerint, quod ad exactam ſuæ profeſſionis completionem viſum fuerit opportunum, prout in publicis documentis deſuper confectis pleniùs dicitur contineri.

§. 2. Nos, qui ipſum Antonium petitione, ſupplicatione, ac conſenſu dicti Capituli generalis ſponte accedentibus, ad alium terminum in ejuſdem Ordinis Generalem deputavimus, ſtatutorum, & Ordinationum hujuſmodi, de quibus certam notitiam habemus, veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, cupienteſque, ut dictus Ordo, quem in viſceribus gerimus charitatis, ad ſuum priſtinum ſtatum, ſeu vivendi normam reducatur, ſuoſque ſperatos longè uberiores producat fructus; Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, ac ex certa ſcientia &c. ſtatuta, Ordinationes &c. authoritate Apoſtolica approbamus, confirmamus &c. ac ea per quoſcumque ejuſdem Ordinis Superiores &c. obſervari &c. decernimus. Non obſtantibus &c. omniaque contra hujuſmodi reformationem hactenùs conceſſa &c. revocamus, & annullamus &c.

§. 3. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus &c.

Dat. Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 17. ſeptemb. 1565. Pontif. noſtri anno 6.

48. Hujuſmodi in conſtitutionibus de facto pecuniarum in cap. 4. & de proprietate in communi regulanda, & in particulari eliminanda in cap. 6. in quibus ſumma privilegiorum præcipua conſiſtit, ſic habetur [ In hoc Capitulo uſus pecuniarum omnium per ſe, vel per interpoſitam perſonam videtur omninò Fratribus Minoribus prima fronte interdictus; ita ſonare videtur littera; ſed ſtatim tamen in quibuſdam caſibus videtur conceſſus, ubi dicitur; tamen pro neceſſitatibus infirmorum, & aliis Fratribus

tribus induendis, & quòd Fratres poſſint equitare, ſi neceſſitate cogantur &c. Præterea, ut communiter interpretantur Doctores, & præcipuè quatuor Magiſtri, qui in Generali Capitulo, parum poſt obitum B. Franciſci, ejus Regulam explicarunt, videlicet Alexander de Ales, Gaufredus, Ioannes de Rupella & Richardus de Mediavilla, quorum Doctrina in Eccleſia recepta eſt, ſciendum eſt, quòd recipere pecuniam per ſe, eſt eam authoritate propria diſpenſare, & in ſuos proprios uſus convertere; Recipere verò per interpoſitam perſonam eſt eam in uſum alterius authoritate propria convertere, & diſpenſare. Quod

Ibid. fol. 125. Fratres Minores regulariter non fecerunt, quippe qui confeſſi ſint ſemper omnia jura, Dominium, & proprietatem bonorum omnium ſuo uſui deputatorum penes Eccleſiam Romanam extitiſſe, uſu facti ſimplicis contenti; unde mos ille inolevit, & ſervatum hactenus in Religione ſemper fuit, ut nulli unquam licuerit etiam in Ordine hæredem ſibi nominare, neque aliquid diſponere de rebus ſuo uſui applicatis, etiamſi ex inteſtato, aut alio quocumque modo ſibi obvenerint, niſi acceſſerit ſui Superioris licentia, quæ non niſi ex rationabili cauſa dabatur, quæ tamen hodie poſt decreta Trident. Synodi ampliùs dari non poteſt.

49. Quod verò ad tactum pecuniarum attinet, ex Apoſtolica authoritate habetur, quòd tactus, aut contrectatio ſimplex pecuniarum nullum crimen, aut turpitudinem impingit, ſed crimen eſt in animo Fratris, qui pecuniam, vel avarè recipit, vel occultat, aut ejus dominium, & proprietatem in ſe transfert contra Regulam, quam profeſſus eſt; quod explicat B. Franciſcus in cap. 6. cum dicit, Fratres nihil ſibi approprient &c. neque putandum eſt, Beatum Franciſcum contactum pecuniarum ſimplicem prohibuiſſe, cum id Evangelium non prohibeat, Regula verò ejus ſit hæc, ut ipſe inquit, S. Evangelium obſervare. Et D. Bonaventura dicit, quòd ſine conſenſu non acquiritur poſſeſſio, ergo quamdiù manet in Fratribus voluntas non acquirendi, etiamſi in eorum manibus pro eorum neceſſitatibus pecunia inferatur, non tamen eam recipiunt, ſecundùm quòd receptio in eorum Regula inhibetur. Unde ſequitur, quòd Fratres tangentes pecuniam Regulæ ipſorum non contradicunt illo ſimplici tactu, ſed neque per hoc vitium proprietatis poteſt eis adſcribi. Verum eſt tamen, quòd priſci illi Patres noſtri etiam à contactu pecuniarum voluntariè abſtinebant, tum ne ſimplicibus ex hoc aliquod ſcandalum oriretur, & putarent, illos accumulandis pecuniis inſudare; tum quia experiebantur erga ſe ferventem adeo populorum devotionem, ut nihil ſuis neceſſitatibus defuturum unquam dubitarent. Cùm autem deferbuiſſet Charitas, & frequens Fratrum numerus ex advenientibus quotidie eleemoſynis ſuſtentari nequiret, ne ſtudium S. Theologiæ, & aliarum ſcientiarum, in quibus Ordo noſter inſignis ſemper habitus eſt, ex inopia peſſumiret, placuit Summis Pontificibus, & præcipuè Martino V. & Sixto IV. nobiſcum diſpenſare, ut ex bonis Romanæ Eccleſiæ noſtram inopiam levare, & erecta litterarum Gymnaſia conſervare poſſemus. Noviſſimè verò ad conſcientias noſtras pacandas, ad ſcrupuloſque evellendos, qui in mentibus imbecillium quandoque emergebant, etiam dominium rerum in communi, earumque adminiſtratio à S. Oecumenica Tridentina Synodo conceſſa nobis eſt. Quæ materia, quoniam communis eſt cum ea, quæ cap. 6. tractatur, ad ipſum locum remittitur.

50. Fratres nihil ſibi approprient &c. Circa hoc Capitulum repeti poſſent, quæ ſupra in præfatione, & in cap. 4. dicta ſunt, quòd ſcilicet nos non habemus in particulari aliquid proprium, ſed uſum ſimplicem rerum, quamvis S. Trid. Synodus conceſſerit, ut poſſimus habere proprium in communi. Ad tollendum tamen omne proprietatis vitium juxta decreta ejuſdem ſacroſancti Tridentini Concilij, prohibemus omnibus noſtris Fratribus, & Sanctimonialibus, ne quiſquam eorum bona immobilia, vel mobilia cujuſcumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquàm propria, aut etiam nomine Conventus poſſideat, vel teneat, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique, vel Monaſterio incorporentur, prout Nos ex nunc ea applicamus, & incorporamus, applicataque, & incorporata pronunciamus. Ibid. fol. 126.

51. Nec

51. Nec deinceps liceat Superioribus, bona ſtabilia alicui Ordinis noſtri concedere, etiam ad uſum fructum, vel uſum, adminiſtrationem, aut commendam. Et ſi aliquæ licentiæ etiam à Generali, aut alio quovis modo, ex quacumque cauſa adverſus prædicta hactenus conceſſæ reperiantur, eas ex nunc tollimus, & abrogamus. Adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum, ſeu Conventuum ad ſolos Officiales eorumdem ad nutum Superiorum amovibiles pertineant.

52. Mobilium verò uſum ita Superiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt conveniat; nihilque ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur, quorum omnium regiſtrum Superiores apud ſe habeant, & ſingulo anno revideant, & Fratres ea vendere, alienare, aut donare nemini valeant. Quodſi quis aliter fecerit, vel quidquam, etiam ſi pecunia ſit, tenere depræhenſus, aut convictus fuerit, is biennio activa, & paſſiva voce privatus ſit, atque etiam juxta Ordinis noſtri conſtitutiones veluti proprietarius puniatur. Quinimmo ad errores iſtos tollendos, præcepit Generale Capitulum, ut in ſingulo Conventu, & Monaſterio ſit ærarium publicum, ubi reponantur ſingulorum Fratrum, & Sanctimonialium pecuniæ; quæ inde non extrahantur ſine neceſſitate à Superiore cognita. Monemus tamen ſingulorum Conventuum Superiores, juxta ſingulorum Fratrum merita, gradum, & neceſſitates, ex reliquis bonis, & præſertim ab eiſdem Fratribus acquiſitis, aliqua eis pro ſtudiorum, & laborum ſuſtentatione largiùs, & commodiùs ſubminiſtrent.]

53. Cùm verò ex naturali hominum imbecillitate ſemper in libertatem proclivi Fratres particulares ad majores relaxationes declinare viderentur; B. Pius V. ipſorum ſanctiori Reformationi jugiter intentus ſequentem edidit conſtitutionem.

## PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

AD extirpandos cupidæ proprietatis abuſus, ſummum bonum in frugifera Religione Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum pervertentes, ſimulque frangendam peſſimam corruptelam, quæ de adminiſtrationibus, & officiis hujus Ordinis, per gratiam, & ſordes conſequendis, perperam inholevit; de Nobis attributæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulos Fratres prædictos, etiamſi Magiſtri Generales, Provinciales, Cuſtodes, & alij quicumque ſint, privato rerum, bonorumque omnium immobilium, mobilium, & ſe moventium dominio, uſu, uſufructu, poſſeſſione, & proprietate, quocunque per eos modo acquiſitis, & ad ipſos obventis, perpetuò privamus, à dictaque poſſeſſione amovemus, & amotos nunciamus, illaque omnia, & ſingula in communes ſuarum cujuſcumque domorum, & prædictæ Religionis uſus convertenda concedimus. Ibid. fol. 194. bull. 61. Pij. V.

§. 2. Ac omnia, & quæcumque privilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, & indulta eis, & ipſorum ſingulis ſuper his, ac domibus, cellis, hortis, pecuniis, aliiſque rebus, etiam cauſa ſenij, infirmitatis, parentum ſubventionis, congerendæ ſororibus dotis, & cujuſcumque alterius pij officij intuitu habendis, retinendis, & fruendis, etiam per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa, confirmata, & innovata quibuſcumque concepta formis, ac clauſulis, & decreta, ſuffulta (quorum omnium tenores præſentibus habemus pro expreſſis) ſpecialiter, & expreſsè revocamus, volumuſque illa omnia, & ſingula vires, & effectum de cætero non habere.

§. 3. Et nihilominus mandamus Magiſtris, & Superioribus õnibus in vitute S. Obedientiæ, ut rerum, & bonorum omnium prædictorum poſſeſſionem nomine domorum, & locorum ſuorum capiant, ut illa, illorumque fructus in communes omnium uſus convertantur. Statuentes, ut deinceps nullus omninò Fratrum dicti Ordinis, ſivè Cuſtos, ſive Provincialis, ſive Generalis Magiſtri officio fungens, etiam prætextu hujuſmodi privilegiorum, diſpenſationum, permiſſionum, & indultorum, ſeu inveteratæ conſuetudinis voto repugnantis, aut quacumque alia cauſa, proprium quicquam,

quam, aut privatum habeat, ſed omnia ubique communia, & indiviſa omnibus religioſis eſſe.

§ 4. Quin etiam Magiſtri, Cuſtodes, & Guardiani vitam cum Fratribus ſuis communem ducere debeant, in Refectorio ſemper comedant; nullas ædes ſeparatas, ſive in Clauſtro, ſivè alibi habeant, ſed unicâ cellâ, eâdemque cum cæteris aliorum Fratrum conjunctâ contenti eſſe debeant. Pari quoque ratione cæteri Fratres, nil ſibi proprij vendicantes, neceſſarium victum, & veſtitum à ſua quiſque domo, & per ejus Miniſtros capiant.

§. 5. Pecuniæ verò, & quæcumque aliæ res, quæ cuique privatim, etiam intuitu perſonæ undecumque donatæ, & relictæ fuerint, Superiori horarum viginti quatuor intervallo exhibeantur, qui illas ſtatim depoſito committat; & inde tantum exhibitori miniſtrari jubeat, quantum præſens rei convenientis neceſſitas videbitur poſtulare.

§. 6. Eam prætereà diligentiam Superior adhibere debebit, ut ſingulorum maximè infirmorum neceſſitatibus, juxta cujuſque exigentiam, debitè conſulatur.

§. 7. Ad hæc nullus omninò Magiſtrorum, Cuſtodum, & Guadianorum, adminiſtrationē prædictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium, diſpenſationem pecuniarum, & redditi uum ſuæ Cuſtodiæ, vel Domus, etiam nomine Conventus habere, ſive exercere, vel ſe ſe in eis interponere poſſit, ſed univerſum id onus tribus Religioſis à Magiſtro generali ita demandetur, ut primus rerum, & bonorum Cuſtodiæ, ſive Domus, inferendorumque in eam redituum curam habeat; alter tamquam depoſitarius pecunias, & cætera ab illo importata fideliter aſſervet; reliquus de pecuniis, & rebus à depoſitario captis, Cuſtodi, Guardino, & Fratribus, ac Domui univerſæ de neceſſariis veluti diſpenſator, cum ipſius Cuſtodis, ſeu Guardiani authoritate provideat, officiorum hujuſmodi invicem confuſione penitùs interdicta, ſed & ij tres, tàm accepti, quàm impenſi ſingulis menſibus ſuo Cuſtodi, vel Guardiano, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejuſdem Domus probatioribus, rerumque uſu peritis; deinde ipſemet, rurſus præſentibus Cuſtode, Guardiano, & peritis, Magiſtro Generali, vel Viſitatoribus, quotieſcumque Viſitationis officium fecerint, denique ipſe Magiſter generalis, in proximè ſequenti Capitulo generali, coram tribus Iudicibus ab ipſo Capitulo deputatis, illorum omnium, & etiam univerſæ adminiſtrationis ſuæ publicæ, & privatæ rationem reddere teneatur.

§. 8. Ceterùm præcipimus, atq; interdicimus omnibus; & ſingulis, ne pro Magiſtratibus, & officiis prædictis, quæcumque ſint, ulli ambitus fiant, aut pecuniæ, etiam pro confirmationibus, ſigillo, vel ſcripturâ; aut quacumque alia re, vel cauſâ ſolvantur, aliævè pactiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu munera, aut Xænia quocumque modo mittantur, neve quiſquam etiam in officio exiſtens pecunias, aut aliud quidquam de domo, vel Cuſtodia ſibi commiſſa, vel aliundè Generali, ſeu alij cuicumque conferat, vel remittat.

§. 9. Quicumq; ſecùs fecerint, in pœnam privationis Magiſtratuum, & officiorum ſuorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, & pro culpis, etiam tanquam fures puniantur, prout Nos illos privatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipſo.

§. 10. Decernentes irritum, & inane, quidquid ſecus in præmiſſis per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Procuratori tamen generali ex univerſo Ordine, ac Provincialibus Magiſtris ex ſua cuique Provincia, & Viſitatoribus ex domibus, & locis viſitandis debitis, & neceſſariis, nequaquam per præſentes ſublatis.

§. 11. Non obſtantibus &c. cæterùm quia difficile eſſet. &c. Datum Romæ &c. 1568. Idibus Iunij Pontif. noſtri anno tertio.

54. Ad cujus ampliorem executionem in Capitulo Romano ſtrictioribus adhuc conſtitutionibus ſibi conſultum eſſe voluerunt, ab ipſo B. Pio V. per Apoſtolicum diploma confirmatis, ut ſequitur.

PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. t.2.fol.198. bull.66. Pij. V. Illa nos cura inter cætera ſollicitat, ut optimæ diſciplinæ cultus in omnibus Religioſorum Sodalitatibus nutriatur, & confirmetur. Quod quidem Nos pridem in ampliſſimo Ordine Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum magnopere expetentes, rerum omnium proprietatem illis ademimus; multaque præterea de ratione vivendi, & officiis eorumdem edidimus, litteraſque noſtras ſuper his confectas in eorum Capitulo Generali apud Baſilicam duodecim Apoſtolorum de Vrbe proximè celebrato palam omnibus juſſimus promulgari.

§. 1. Qui illis eâ, quâ decuit, obedientiâ receptis, ad tollenda, & corrigenda alia præterea intenti, quæ ad hujus Religionis ſtatum in ſua integritate continendum maximè obeſſe intelligebamus, nonulla inter ſe ſe ſtatuere cogitarunt. Verùm inſtante jam ipſius Capituli concluſione, cum temporis anguſtia id minus pateretur, negotium univerſum ad arbitrium, & authoritatem Generalis, & Provincialium Magiſtrorum, necnon Diffinitorum dicti Ordinis ex voluntate noſtra demandatum eſt, qui diverſas alias præſentibus ſubjectas conſtitutiones, ab ipſo Magiſtro Generali ſubſcriptas ordinarunt.

§. 2. Quas omnes (ſalvis aliàs litteris noſtris prædictis) præſentium authoritate approbamus, & confirmamus ſupplentes omnes, & quoſcumque, ſive ſolemnitatum omiſſarum, ſive aliòs juris, & facti defectus, qui intervenerint in eiſdem. Quin etiam illas omnes prout conſcriptæ ſunt, facimus, & ordinamus, jubemuſq; ipſas æquè, atque noſtra in omnibus Provinciis, Cuſtodiis, Domibus, & locis, necnon ab omnibus, & ſingulis Fratribus dicti Ordinis firmiter obſervari, ac quoſcumque, qui illis non paruerint, cenſuris, & pœnis omnibus, quæ litteris prædictis continentur, eo ipſo volumus ſubjacere.

§. 3. Et nihilominus dilecto filio noſtro Carolo tit. S. Praxedis Preſbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti Protectori, ac etiam Magiſtro generali dicti Ordinis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſi, vel eorum alter per ſe, vel alium, ſeu alios ubi, & quando opus fuerit, tàm ſupradictas, quàm præſentes litteras, & eiſdem inſertas conſtitutiones omnes in omnibus, & ſingulis Provinciis, Cuſtodiis, & monaſteriis faciant ab omnibus, & ſingulis Magiſtris, Guardianis, Fratribus, & perſonis in eis expreſſis juxta ſingularum litterarum, & conſtitutionum hujuſmodi tenorem inviolatè obſervari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas aliis noſtris litteris contentas prædictas, cæteraque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis

§. 4. Non obſtantibus &c. Quin etiam ex nunc irritum decernimus &c.

*Ita igitur conſtitutiones prædictæ ſcriptæ ſunt &c.* §. 5. Novitij etiam oblati, ante decimum octavum ætatis ſuæ annum completum ne recipiantur, neq; ante decimum nonum item completum ad profeſſionem admittantur. Ibid. §.16.

§. 16. Fratres etiamſi Superiores ſint, nihil proprium habere poſſint, ſed omnia in commune conferantur, diſtribuenda ſingulis, ut unicuique opus fuerit, ita ut ex communibus cujuſque Conventus facultatibus, & eleemoſynis, pro viribus domus, unicuiq; Fratri quæ ſunt neceſſaria præbeantur. Ibid. §.27.

§. 27. Fratres omnes quocumque gradu, & honore ſint, camiſiis laneis, & reliquo veſtitu, honeſto, ac Religioſo, omnique ſupellectile, & inſtrumento paupere, atque humili, quemadmodum aliis etiam conſtitutionibus cautum eſt, utantur; Et cætera; *ut per extenſum habentur in bullario Romano tom. 2. bulla 66. B. Pij V. Dat. Romæ &c.* 1568. 10. *Kal. Auguſti Pontif. noſtri anno tertio.*

55. Noviſſimè anno 1625. contra humanarum rerum viciſſitudines, pravamque noſtræ imbecillitatis proclivitatem invicto zelo decertantes in Comitiis generalibus pro reſtituenda vitæ puritate conſtitutiones novas ediderunt, quæ Vrbanæ vocantur, quia ab Vrbano VIII. ſpeciali firmitate roboratæ, ut ſequitur.

VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull Rom. 1.4.fol.147 bull. 88. Vrb. VIII. 65. Militantis Eccleſiæ regimini, meritis licèt imparibus per abundantiam Divinæ gratiæ præpoſiti, inter graviſſimas, multipliceſque Apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſtudio jugiter incumbimus, ut qui abjectis vanitatibus huic temporali vitæ renunciarunt, charitatemque ſectantes, & ſpiritualia æmulantes, divini Numinis obſequiis ſe manciparunt, ſub providè, atque ordinarè editis ſtatutis fœliciter regantur, atque gubernentur.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nupèr fecit dilectus Filius Fœlix Frãciſchinus de Caſſia Miniſter Generalis Fratrum Ord. Min. S. Franciſci Conventualium nuncupatorum, quòd in proximè præterito ipſius Ord. Capitulo generali de anno 1625. celebrato pro fœliciori ipſius Ordinis, ejuſque Fratrum progreſſu, ac diſciplinæ Regularis obſervantia, novę ipſius Ord. conſtitutiones Vrbanæ nuncupatæ in unum volumen compilatæ fuerunt.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat pro majori earundem Conſtitutionum validitate, atque Obſervantia, dictus Fœlix cupiat, illas Apoſtolicæ confirmationis patrocinio communiri, & aliàs per Nos ut infra, provideri.

§. 3. Nos, qui Conſtitutiones ipſas per dilectum filium Iacobum Creſcentium Monaſterij Abbatiæ nuncupatæ S. Euthitij, S. Benedicti, ſeu alterius Ordinis, Spoletanæ. Diæceſis Commmendatarium diligenter examinari, & revideri juſſimus, piis dicti Fœlicis votis, quantùm cum Domino poſſumus, annuere, illumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. conſtitutiones hujuſmodi &c. approbavimus, confirmavimus &c.

§. 4. Omnes verò, & ſingulas alias dicti Ordinis Conſtitutiones in antea factas, etiam authoritate Apoſtolica roboratas, in iis, quæ præſentibus repugnent, & quæ Annis proximè præteritis pro Reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Poloniæ factæ fuerunt, revocamus, caſſamus, & annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus.

§. 5. Decernentes Conſtitutiones hujuſmodi compilatas, ac de mandato noſtro examinatas, & reviſas, ut præfertur, ab omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Fratribus, cæteriſque perſonis ſub pœnis in illis contentis inviolabiliter obſervari debere.

§. 6. Sicque, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid &c.

§. 7. Non obſtantibus &c. Volumus autem &c.

Datum in Arce Gandulfi Albanen. Diæces. ſub annulo Piſcatoris die 15. Maij 1628. Pontif. noſtri anno quinto.

57. Hoc unum hic addendum volui ad hiſtoriæ complementum; quòd cum anno 1445. Patres Conventuales Aracœlitanum Conventum juſſi ab Eugenio Pontifice cedere Obſervantibus, in Vrbe non haberent, ubi Ordinis Procurator poſſet Religionis negotia in Curia procurare, Pontifex conceſſit Fr. Angelo Peruſino, tunc Procuratori Generali, ejuſque in eodem munere ſucceſſoribus Eccleſiam Parochialem S. Salvatoris *In unda* nuncupatam prope Pontem ruptum, poſtea *Sixti*, à reſtauratore Sixto IV. appellatum; habitabant ibidem Religioſi viri Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, ſed certis de cauſis inde receſſerant, relictis omnibus liberę Pontificis diſpoſitioni. Paulò poſt obeunte Engenio, cum hujuſmodi conceſſionem ſuis litteris non confirmaſſet, Nicolaus ſucceſſor ampliſſimas dedit. Conceſſionem etiam confirmarunt ſuis litteris Sixtus IV. & Clemens VII. Pertinet ad hanc Eccleſiam jus Abbatiæ S. Iacobi Vrbis Cornetanę, quod olim erat Monaſterium Clariſſarum, & hujus loci Fratribus applicatum eſt. Nicolai Pontificis exhibeo diploma. Vvad. t. 5. 1445. n. 25.

NICOLAVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

58. Rationi congruit &c. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filij Angeli de Peruſio Ordinis Minorum S. Theologiæ Profeſſoris, in Romana Curia ibid. in Reg. 1447. Nicol. V. bull. V.

ria dicti Ordinis Procuratoris, fæl. rec. Eugenio Papæ IV. prædeceſſori noſtro expoſito, quòd cum Fratres dicti Ord. *Conventuales* nuncupati, nullum in Vrbe locum haberent, in quo Procurator ejuſdem Ordinis in eadem Curia pro tempore exiſtens moram trahere poſſet, quòdque aliàs cum nonnulli viri Religioſi, ſub Regula S. Pauli primi Eremitæ degentes, parochialem Eccleſiam S. Salvatoris *de Ruda*, ſitam prope Pontem ruptum de dicta Vrbe, necnon illius domos, turrim, hortos, & hortalitia illi contigua ad ipſam Eccleſiam legitimè pertinentia, quam aliquandiù tenuerant, & poſſederant, certis legitimis cauſis moti penitùs dimiſiſſent, ipſe Angelus de licētia, & mandato ejuſdē prædeceſſoris ſolo verbo, & facto pro ſui, & ſucceſſorū ſuorum Procuratorum prædicti Ordinis uſu, & habitatione, perpetuis corporalem dictæ Eccleſiæ cum domibus, & aliis ſuis bonis, & rebus prædictis, infra cujus parochiæ limites duæ, vel tres domus, vel circa erant habitatæ, & præſentialiter habitabatur, apprehendit poſſeſſionem, illamque aſſecutus, ex tunc tenuit, & poſſedit, prout tenet, & poſſidet pacificè de præſenti. Et deinde pro parte dicti Angeli prædicto Eugeniu humiliter etiam tunc ſupplicato, ut Eccleſiam, ac domos, turrim, & hortos prædictos cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis Angelo, ac ejus ſucceſſoribus prædictis, in eadem pro tempore exiſtentibus, pro dictis eorum uſu, & habitatione perpetuis liberè concedere &c. quòd ita per ſe, vel alium idoneum Sacerdotem ejuſdem Ordinis profeſſorem curam animarum parochianorum, & qui fuiſſent præſentium, & futurorum ejuſdem Eccleſiæ gerere, & exercere, eiſque Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare liberè, & licitè poſſent &c. dignaretur. Quòd idem Eugenius ſtatui dictorum Procuratorum ſuper providere volens, in ea parte ejuſdem Angeli precibus inclinatus, ſexto idus Ianuarij, Pontificatus ſui anno 15. in prædicta Eccleſia dictum Ordinem S. Pauli primi Eremitæ penitùs ſuppreſſit, & extinxit, ac quaſcumque conceſſiones, gratias, & litteras eiſdem Fratribus Eremitis de Eccleſia, domibus &c. prædictis per ipſum, vel Sedem Apoſtolicam aliàs forſan factas, & conceſſas, quarum tenores de verbo ad verbum ſuis, ac ſi deſuper confectæ fuiſſent, litteris haberi voluit pro ſufficienter expreſſis, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia caſſavit, obolevit &c. prædictamque Eccleſiam, cujus fructus, redditus, & proventus octo florenorum auri de Camera ſecundùm communem æſtimationem valorem annuum, ut idem Angelus aſſerebat, non excedebant, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis eidem Angelo, & ſucceſſoribus ſuis Procuratoribus prædictis per eos perpetuò tenendas &c. ita quòd omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis, & concedendis uti, & gaudere poſſint &c. perpetuò conceſſit &c. necnon Angelo, & cuilibet ſucceſſorum hujuſmodi curam animarum gerendi &c. ut præfertur, plenam &c. licentiam dedit, & conceſſit, necnon dictam Eccleſiam cum turri, domibus, hortis & aliis juribus, & pertinentiis ſupradictis à ſolutione charitativi ſubſidij &c. annui cenſus, & exactionum etiam ſalis, & cujuſvis alterius pedagij, à juriſdictione quoque, & ſubjectione cujuſcumque perſonæ, ac loci eccleſiaſtici &c. totaliter liberavit, decernens, ac ſtatuens ex tunc Eccleſiam cum turri, & aliis bonis, juribus, & pertinentiis prædictis dumtaxat Procuratorum, & ſucceſſorum eorumdem juriſdictionibus ſubeſſe, ac omnes, & ſingulos proceſſus quaſcumque excommunicationis &c. Voluit autem quòd Angelus, & ſui ſucceſſores prædicti omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ in ipſius Eccleſiæ, & domorum fabricam, & utilitatem omninò convertere deberent. Non obſtantibus fæl. recordationis Bonifacij Papę VIII. &c. contrariis quibuſcumque. Ne autem Angelus, & ſucceſſores prædicti de voluntate, conceſſione &c. hujuſmodi pro eo, quòd ſuper illis ejuſdē Eugenij prædeceſſoris litteræ, ejus ſuperveniente obitu confectæ non fuerint, valeant quomodolibet hæſitare, volumus &c. quòd præſentes litteræ ad probandum plenè voluntatem, conceſſionem, donationem, aſſignationem, liberationem, & exemptionem ejuſdem prædeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c. Dat. Romæ &c. 1446. XIV. Kal. Aprilis anno primo.

69. Domus

69. Domus ejuſdem, & Eccleſiæ perpetuum incolatum Generali ipſorum in Curia Procuratori cum confirmaſſet Sixtus IV. Sixtinas litteras additis expreſſionibus nonnullis, Clemens VII. voluit eſſe de novo confirmatas, cujus diplomatis tenorem exhibeo.

CLEMENS PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. to. 8. in Reg. fol. 187. bull. 11. Clem. VII. OFficij noſtri debitum exigit, ut Religioni deditis in his, quæ illorum, & Miniſtrorum ſuorum profectus, & commoda reſpiciunt, Apoſtolicæ firmitatis præſidium impendamus, & ut à detrimentis releventur, ejuſdem officij partes impartiamur. Dudum ſiquidem fœl. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, ex certis tunc expreſſis cauſis in Parochiali Eccleſia S. Salvatoris *de Vnda* de Vrbe, ſita prope Pontē Sixtum nuncupatum, quam nonnulli Religioſi viri ſub Regula S. Pauli primi Eremitæ degentes, aliquandiu tenuerant, & ex certis cauſis dimiſerant, Ordinem dicti Sancti inibi ſupprimens, & extinguens, ac quaſcumque conceſſiones de illa eiſdem Religionis viris per Sedem Apoſtolicam factas revocans, & annullans, Eccleſiam ipſam cum illius domibus, turribus, hortis, hortalitiis illi contiguis ad ipſam Eccleſiam legitimè pertinentibus, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, quondam Angelo Peruſino Ordinis Fratrum Minorum & Theologiæ profeſſori, ac ejuſdem Ordinis in Romana Curia Procuratori, pro ſe, & Succeſſoribus ſuis Procuratoribus dicti Ordinis Minorum in ea Curia pro tempore exiſtentibus, per eos perpetuò tenendam, regendam, & gubernandam; ita quòd Angelus, & Succeſſores præfati per ſe, vel aliū Sacerdotem idoneum curam animarum Parochianorum illius exercere, & Sacramenta Eccleſiæ inibi miniſtrare, ac omnibus privilegiis, & indultis dicto Ordini in genere conceſſis gaudere valerent, conceſſit, & liberè donavit. Et deinde piæ mem. Sixtus etiam Papa IV. etiam prædeceſſor noſter, ex certis cauſis tunc expreſſis, inter alia voluit, Procuratori dicti Ordinis Minorum, qui in eadem Curia pro tempore eſſet, duas Cameras per eum eligendas in eiſdem domibus pro receptione ipſius Procuratoris, & ſocij, ac familiarium ſuorum conſervari, ipſumque Procuratorem dicti Ordinis Min. qui pro tempore eſſet, quoties eum ad Vrbem declinare contingeret, in eiſdem Cameris reſidere, quòdque domus, & eorum proventus hujuſmodi ipſi Procuratoris præfati, & pro tempore exiſtentis, quamdiu in Romana Curia reſidentiam faceret, deſervirent, aliàs juxta ejuſdem Eugenij prædeceſſoris cōceſſionem, & donationem prædictam, ipſo verò Procuratore in eadem Curia non reſidente, ad præfatum Ordinem Minorum liberè pertinerent prout in litteris recol. mem. Nicolai Papæ V. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, dicti Eugenij immediatè ſucceſſoris. Inde eùm ipſius Eugenij prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, litteræ ſuper hoc cōfectæ non fuiſſent &c. ut in dicti Sixti prædeceſſ. inde confectis litteris plenius continetur. Nos dictorum prædeceſſorum veſtigiis inhęrentes, ac conceſſionem Eugenij, & voluntatem Sixti prędeceſſorum hujuſmodi ſtabiliri, nec infringi poſſe, dictique Procuratoris diſpendijs obviare cupientes, ac propterea conceſſionem, & voluntatem prædictas approbantes, & innovantes, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtrictiùs inhibemus, ne bona dictæ Eccleſiæ, cujuſcumque qualitatis exiſtant, cujuſcumque Perſonæ quacumque authoritate, præeminentia, dignitate, honore, ſeu excellentia fulgenti quovis prætextu, ſeu quæſito colore vendi, permutari, aut aliàs quomodolibet alienari non poſſint, abſque conſenſu expreſſo Superioris dicti Ordinis pro tempore exiſtentis: ſed pro uſu, & habitatione decenti ipſius Procuratoris, qui venditioni, permutationi, & alienationi de illis faciendis firmiter reſiſtere, nec ratione reſiſtentiæ huiuſmodi aliquibus cenſuris, vel pœnis innodari poſſit, perpetuò exiſteret: ac quòd idem Procurator, ſicut in Capitulo Generali ejuſdem Ord. Minorum juxta regularia illius inſtituta inſtituitur, ſeu inſtitui debet, ita in eodem Capitulo, ſi Prælatis & aliis, ad quos pertinet, in eodem Capitulo intervenientibus, expediens viſum fuerit, & non aliàs, deinceps deſtitui, ac deponi debeat per Magiſtrum Generalem, etiamſi ad ejus benè placitum per

ſuas litteras patentes, alibi quàm in Capitulo inſtitutus fuerit. Et ſic per quoſcumque tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta authoritate fungentes Iudices, & perſonas ubique judicari, cognoſci, atque decidi debeat, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, cognoſcendi, ac decidendi facultate, & authoritate: necnon irritum &c. Mandantes nihilominus dilecto filio noſtro Andreæ tit. S. Priſcæ Presbytero Cardinali moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Ord. Protectori, quatenus ſtatutum noſtrum hujuſmodi inviolabiliter obſervari faciat; & bona Eccleſiæ hujuſmodi derectè, vel indirectè, quovis titulo vendi, permutari, aut alienari nullatenus permittat. Ac decernentes quaſcumque venditiones, & alienationes, quas de eiſdē bonis contra ſtatutum noſtrum hujuſmodi fieri, necnon ſi ſecus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 11. Iunij 1525. Pontif. noſt. anno ſecundo.

70. Iam Pius II. Pontifex, ad hoc ut cæteri etiam Conventuales Cœnobium haberent in Vrbe, Sanctorum Apoſtolorum Eccleſiam conſentiente Beſſarione Cardinali ejuſdem Eccleſiæ Titulari, anno 1463. voluerat eſſe authoritate Pontificia donatam; de qua permulta digniſſima ſuo loco dicimus. Accedente verò Sixti IV. Iulij II. & Sixti V. munificea liberalitate, continuâque Patrum ipſorum induſtriâ inſignem Conventum ibi cum magna Vrbis ſatisfactione adjunctum eſſe videmus; pro ut anno 1464. in Capitulo Generali Peruſino promovente Franciſco de Ruvere Generali (qui fuit poſtea Sixtus Papa IV.) fuerat ordinatum. Sixtus V. ex Conventualibus aſſumptus, & Seraphici Bonaventuræ doctrinis ſingulariter addictus, auctis Cœnobij redditibus celebre Sancti ejuſdem Doctoris Collegium adjecit; de quo ſuo loco tractabimus. Cum verò in antedictæ templi conceſſionis diplomate diceretur, *nullum in ipſis extare in Vrbe Cœnobium*, rogavit Zanettus Vrinenſis tunc Ordinis Procurator, ut nova conceſſione Procuratori pro tempore confirmaretur Eccleſia præfata S. Salvatoris, ne per hæc ablata videretur; quod & fecit Pius Pontifex, datis litteris, *Licèt ea &c. 4. Idus Iulij* 1463. quam citat Alva in ſuo Indiculo Bull. ex Regeſto Vaticano.

Vvad. t. 6. 1463. n. 111.

Toſſign. in hiſt. fol. 244.

## CAPVT VI.

*Patrum Conventualium ultimi ſucceſſus in Hiſpania.*

71. Diximus in ſuperioribus præſertim lib. VI. ad reformandas Religiones, Minoriticam præſertim in Hiſpaniis; quæ bellorum de cauſa non leviter à primæva diſciplina deflexerant, immiſſos fuiſſe à variis Pontificibus eodem ex Ordine Comiſſarios Apoſtolicos; quorum tamen gravi diligentia cum res ad optatam perfectionis metam maximo Regum dolore deduci non potuiſſet; Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici anno circiter 1493. à ferventiſſimo Fratris Ximenij (qui tunc adhuc Minorita erat Reginæ à ſanctioribus ſecretis) zelo commoti ſanctiſſimum negotium complere voluerunt, quod Ximenius ipſe ad Archiepiſcopatum Toletanum, & Cardinalatum evectus ſummo conatu promovit Apoſtolicis litteris ſæpè munitus, quarum duas ex copia impreſſa citat Alva in Indiculo ſui Bullarij; prima eſt *Vt ea quæ nobis &c. Dat. Romæ 7. Kal. Ian.* 1495. *vel* 1496. ſecunda eſt. *Aliàs ex certis &c. Iunij* 1496. factum ſic deſcribit Vvadingus. [Cœperat enim ille ſummo ſtudio cum Regina agere, ut quod jam olim à prædeceſſoribus Regibus tentatū erat, atque minima ex parte conconfectum, per delectos quoſdam cenſores perficiendum curaret, qui corrigendis, atque in veterem diſciplinam revocandis omnibus omnium Ordinum per totam regiam ditionem, tum virorum, tum fœminarum Monaſtriis animum intenderent. Obſolevisse omnem ubique priſci monachiſmi ſinceritatem ingemiſcebat: maximè verò apud ſui Inſtituti viros, quibus ut naſcentibus arctior quædam, & ſanctior diſciplina fuerat, ita collapſis, & demergentibus altior caſus, atque turpior contigerat ruina. Nam præter vitæ licentiam, quæ ſanè labes communis per id tempus Religioſis Collegiis propemodùm eſſe videbatur, pleraque illorum ſodalitia adverſus tàm commendatam illam à Divo Frāciſco paupertatem, prædia ubique tum ruſtica, tum urbana, vectigaliaque, & cenſus

Vvad. t. 7. fol. 360. an. 1495. n. 34.

cenſus obtinebant. Hujus inſtituti qui erāt Conventuales Fratres, & *Clauſtrales* paſſim dicebantur, pluraque omnia magnifica, frequentatiſſimaque Monaſteria Hiſpaniæ incolebant, illi verò, qui propter accuratiorem Ordinis ſui obſervantiam *Fratres Obſervantes* appellabantur, pauca quædam, eaque exigua Cœnobia obtinebant. In horum itaque poteſtatem Conventualium Domos Ximenius, qua potuit arte, prece, vel pretio traducebat.

72. Ei negotio, quoniam cum opulentis, & potentib⁹ adverſariis contendendū erat, cum ſe imparem eſſe videret, Reginæ favore decrevit uti, atque longiùs ſolito apud illam morari: quæ ea de cauſa Ximenio longè benevolentior, & æquior erat, & ipſe competitoribus terribilior. Conſilium quidem pietatis plenum, graviſſimarum tamen cauſa fuit diſſentionum, atque turbarum. Nam & ſtatim in Archiepiſcopum Toletanum aſſumptus, nondum ea de cauſa Provinciali præfecturâ abdicatâ, cum adhuc acriùs poteſtate auctus inſtaret de Clauſtralibus illis reformandis, exortus eſt quidam Laurentius Vacca, Sancti Spiritus Monaſterij Segobienſis Commendatarius, qui prætextu Pontificiæ conceſſionis, ſibi facultatem eſſe aſſeverabat, quoſcumque vellet Conventuales in S. Spiritus libertatem aſſerendi: hoc
Ibid.n.35. eſt arctam Minoritanorum diſciplinam in ſuam quandam laxiorem commutandi. Is ſanctiſſimos Ximenij conatus diplomatibus Pontificiis eludebat. Nemo erat licentiæ paulò amantior, qui non apud illum rationem inveniret; qua ſemel ſuſceptam Religionem abijceret, ſeque ab excommunicationis vinculo exſolveret. Itaque fiebat, ut quantùm vigilātiſſimus cenſor ad priſcam ſanctimoniam ſodales ſuos diligenti ſtudio revocare niteretur, tantùm ille commentitiis privilegiis ad petulantiam, & immodeſtiam deflecteret. Qua de cauſa ab optimis, & religioſiſſimis Principibus Ximenius impetravit, ut is ſalva Summi Pontificis authoritate, qua præter fas, & jus abutebatur, per regios lictores in vincula conjiceretur: ibique tantiſper pœnas læſæ religionis daret, donec ſuſceptum negotium Ximenius conficeret, remq; omnem à Reipublicæ Chriſtianæ utilitate, ſuiq; Ord. integritate cōponeret.

73. Illius operâ, necnon Catholicorum Regum favore amotis Conventualibus, multa eorum Cœnobia Obſervantibus committebantur, unde tumultuan- Ibid.1496.
tibus, & obſtrepentibus Conventualibus, n.9.
non pauci inſigni nobilitate, atque authoritate viri favebant tum aliis quidem de cauſis, tum hac potiſſimùm, quòd antiqua majorum ſuorum ſepulchra, ſacellaque ſumptuoſo opere exædificata, atque annuis cenſibus aucta, ſacrorum ibidem perpetuò celebrandorum causâ, in horum Cœnobiis erant; quæ facilè peritura exiſtimabant, ſi Fratres Obſervantes, quibus cenſuum hujuſmodi, immobiliumque bonorum poſſeſſio interdicta eſt, Conventualium loco ſubſtituerentur. Neceſſe enim eſſe videbant, ut bona ipſa, atque cenſus aliò dilaberentur: illa enim partim fœminarum Cœnobiis, partim Fratrum Obſerv. litterariis Collegiis inſtituendis applicanda eſſe vulgo ferebatur. Verùm hiſce difficultatibus in Hiſpania, regia authoritate per Ximenium occurrebatur.

74. Romæ autem ubi præcipuus cauſæ univerſæ cardo vertebatur, longè majora impedimenta, atque incommoda Ibid.n.10.
pervincenda erant; Illic enim obiciebantur pacta, & conventiones inter utriuſque vitæ homines inita, à Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. cōfirmata, quibus cavebatur, ne Obſervantes Conventualium Domos ullo prætextu, aut quovis quæſito colore invaderent, aut oblatas abſque Sedis Apoſtolicæ permiſſu reciperent. Adverſus illam conventionem in hac Monaſteriorum reformatione fuerunt nonnullæ Conventualium domus Ximenij opera dum Reginæ à Confeſſionibus eſſet, ab Obſervantibus receptæ, & regulari Obſervantiæ, veteribus earum colonis conſentientibus vindicatæ, qui precib⁹, & præmio illecti domos ſuas Obſervantibus reliquerant: idque nihil ſuperiorum Pontificum prohibitione obſtante, Alexandri VI. Pontificis maximi authoritate probatum fuerat, & Obſervantibus, ut domos, & Monaſteria Conventualium de habitantium Fratrum conſenſu recipere, ac liberè retinere poſſent permiſſū. Qua ratione fiebat, ut ex Conventualium Cœnobiis nonnulla ad Obſervantium Ordinem transferrentur.

75. Ne paulatim aliæ etiam domus ad Obſer-

Ibid.n. 11. Obſervantes tranſirent, Miniſter Generalis Franciſcus Samſon,qui Conventualis erat , ab Alexandro Pontifice ſumma contentione impetravit, ut in ea Monaſteriorum correctione à Regibus Catholicis, & Ximenio inſtituta minimè liceret , eam curam gerentibus, ſine certis quibuſdam adjunctis ſocijs ex Conventualibus ab ipſo Miniſtro deſignandis officio perfungi. Hos igitur Româ miſſos,cum à Regiis correctoribus, ſeu reformatoribus contemptui haberi , nec ullam ipſis in eo miniſterio authoritatem deferri intellexiſſet, Pontificem Maximum miris modis ad iracundiam provocat, tanquam illius authoritati potiſſimùm illuderetur, corrogatoque Cardinalium quorumdam favore ; qui Conventualium partibus ſtudebant ,edictum à Pontifice Maximo de ampliſſimi etiam Senatus ſententia promulgatur,quo univerſo cenſurę hujus,atque emendationis Monaſticæ negotio ſuperſederi jubebatur , datis de ea re ad Catholicos Reges, quorum authoritate res gerebatur, his brevibus litteris , quas Regina ad ſe allatas ſtatim ad Ximenium mitti curavit.

## ALEXANDER PAPA VI.

*Chariſſimis in Chriſto filiis noſtris Ferdinando Regi,& Elizabetha Reginæ Hiſpaniarum Catholicis.*

76. CHariſſimi in Chriſto filij noſtri , ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Vt imponatur finis diſſentionibus , & querelis , quæ continuò afferuntur à Fratribus præſertim Ordinis Minorum S. Franciſci propter commiſſam in iſtis Regnis, & dominiis veſtris Reformationem ; pro qua à Generalj aliqui ſui Ordinis iſtuc tranſmiſſi , ut ſimul cum Prælatis per Nos ad id deputatis, huic negotio intenderent,officio ſuo minimè fungi permittuntur, & variis injuriis ( ut aſſerunt ) ſe affectos conqueruntur : decretum fuit in Conſiſtorio de Venerab.FF.noſtrorum S.R.E. Cardinalium unanimi conſilio , ut tàm ipſis tranſmiſſis, quàm per Nos deputatis huic Reformationi Commiſſariis inhiberetur , ut in hujuſmodi Reformatione , & ejus executione non procederent , ſed ſuperſederent , donec veritate per Nos intellecta provideretur, & aliud mandaremus. Quemadmodum Majeſtates veſtrę ex litteris Venerabilis Fratris noſtri Georgij Epiſcopi Portuenſis,Cardinalis Vlixbonenſis ejuſdem Ordinis Vice-Protectoris , & dilecti filij Garſiæ Laſſi Oratoris noſtri , ad quas nos remittimus,pleniùs intelligent. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die nona Novembris 1496. Pontif. noſtri anno 6. Ibid.n. 12.

77. Hoc nuncio Ximenius majorem in modum commotus eſt : facilè enim vir prudens animadvertebat , hoc Pontificis interdicto , quamquàm in ſpeciem temporario , illud potiſſimum agi ; ut cauſa tota in præſens ſopita, perpetua deinde diſſimulatione extingueretur: hac enim via ſolet plerumque perplexis negotiis exitus inveniri. Sed ut erat ingenio acri, & animo magno, maximis ſemper difficultatibus ſe ſe opponebat.Quare ex obice ardentior factus , Reginam Ibid.n.13. adit,eamque à tàm moleſto negotio propemodùm abhorrentem confirmat ; ſolitæque ſuæ conſtantiæ , atque animi præſtantis , ut ſit memor , admonet : & ſummo ſtudio orat, atque obteſtatur, ne cauſam tàm piam deſerat. Moleſtiſſimam haud dubiè rem eſſe, odij , tædij , laboriſque pleniſſimam , ſed tanto perſeverantiùs in eam incumbendum ; fieri enim non poſſe , quin tandem Chriſtus Opt.Max tàm ſancta conſilia eſſet numine ſuo fortunaturus.

78. His verbis Regina animum collegit, & Ximenio quidquid gratiâ, & favore ſuo apud Pontificem Maximum effici poſſet benignè promittit, dummodo negotij pondus ipſe ſubeat , donec ad op- Ibid.n. 14. tatum exitum perducatur. Hoc cumulatiſſimè Ximenio de ſe pollicente, denuò rem urgendam cenſet : & ſimul quid ſibi præſenti occaſione conſtituendum videretur , quid Romæ, quid alibi providendum exponit. Ximenij igitur operâ , labore,& induſtriâ effectum eſt , ut Summus Pontifex interdicto illo ſublato , totam eam cenſuram , & reformationem non modò exequendam decerneret , ſed Ximenio ipſi , unà cum Catanenſi Pontificio Internuncio, ac Giennenſi Epiſcopis ſtatim comitteret exercendam; ſed tàm arcto quidem mandato, quòd adverſariorum improbitati datum fuiſſe videbatur , ut non liceret ulli ex tribus Pon-

tificium Vicarium pro ſe conſtituere, ſed per ſe ipſos mandatum exequi teneren tur.

79. Hoc decretum cum prorſus inane eſſe animadverteret, ( nec enim fieri poterat, ut ipſe, ejuſve Collegæ tot Provincias obirent, & tot adirent Monaſteria ) non conquievit, donec Vicarios pro arbitrio ſubſtituendi facultatem impetraverit. Ita negotium procedere de integro cœpit, & divina tandem ope compoſitis, aut ſublatis maximis, quæ in dies exoriebantur, difficultatibus, tranſa-
Ibid.n.15. ctum omninò eſt, atque confectum: Monaſteria omnia (paucis quibuſdam exceptis) ad vetuſtum integrum religionis, & Obſervantiæ ſtatum reducta ſunt, tanta quidem Ximenij laude, ut inter egregia ejus, præclaraque facinora unum hoc cenſendum ſanè ſit maximum, & clariſſimum, vel ob rei difficultatem, vel publicam utilitatem, tanto ex hac Religionis reformatione fructu percepto. Si quis monaſticam diſciplinam illius ſæculi in memoriam revocare volet, ut aliarum hoc tempore nationum Monaſteria cum Hiſpanis conferat, facilè intelliget, quantum rei monaſticæ ſplendoris attulerit.] Hæc Vvadingus.

80. Quod itaque ab antiquo Hiſpaniarum Reges adeò concupierant de Regularium utriuſq; ſexus ſanctiori reformatione, ut per iſtos ædificati ſæculares faciliùs in viam mandatorum Dei dirigi valerent; Catholicis Regibus Ferdinando, & Iſabellæ ſub Fratris Franciſci Ximenij conſilio, & directione reſervatum erat. In Ordine Minorum gravior fuit hęc reformatio, quippequi ſuperatis difficultatibus ante dictis, Conventualium Cœnobia majori ex parte Obſervantibus tradita, omni perpetuorum legatorum, poſſeſſionum, cenſuum, aliorumque redituum jure penitus expoliata, primævo, atque litteralis Franciſcanæ Regulæ rigori, univerſali prudentiorum virorum applauſu fuerunt reſtituta; nec tamen omnia potuerunt illa ratione reformari, eo quòd, vel pauci ad occupatorum Conventuum proportionem Conventuales Obſervantibus nomen dediſſe reperiantur, & Obſervantia tunc temporis non adeò per illas Provincias dilatata, ne Conventus dimitteret inanes, & vacuos, multis in locis, quæ tantæ conſiderationis non erant, Conventuales ipſos in pace tollerare cogeretur.

81. Conventuum ſic Reformatorum bona temporalia, quæ Regulæ puritati adverſabantur, per Syndicum Apoſtolicum, necnon per ipſos Dominos Reformatores divendita, ex parte pro reparandis, & componendis ipſis Conventibus, qui utraque ſupellectile ut plurimùm denudati, vel ruinæ jam proximi erant, fuerunt applicata; partim Monialibus pauperibus fuerunt adjudicata, ad hoc, ut à quotidianæ mendicantionis obligatione liberatæ, , faciliùs, & fortiùs ad clauſurę rigorem poſſent obligari; quod fuerat unum ex potiſſimis Ximenij hac in Reformatione intentis: alia etiam Collegiis publicis, Cathedralibus Eccleſiis, aliiſque locis piis indigentibus applicata; alia tandem cum ſuis officiorum, vel Miſſarum oneribus à benefactoribus, ſeu univerſitatibus, conſtat fuiſſe recuperata: Quæ omnia in bullis Leonis X. *Iuſtum, & rationabile &c. die 17. Martij* 1514 *& Nuper pro parte &c. die. 11. Iulij* 1517. quas integrè ſupra in lib. 6. deſcripſimus, evidentiſſimè leguntur; per quas pijſſimus Pontifex Obſervantium quieti, & conſcientiarum ſtimulis conſulturus, Reformationem præfatam, cum jam approbaſſet, defectus omnes juris, & facti, ſi qui interveniſſent, aut exceſſus, ſupplendo &c. cenſuras omnes abolendo, ſi quas reformationis executores incurriſſent; omnia de novo revalidando, tum Obſervantes Conventuum novos habitatores, tum Moniales, ad quas bona illa fuerant ex parte devoluta, ab antiquis Miſſarum oneribus abſolvit.

82. Clemens VII. pijſſimum opus in univerſa Hiſpania propagaturus, Miniſtro Obſervantium Provinciæ Burgenſis præcepit, ut Clauſtralium Cœnobia in Regno Navarræ conſtituta, & Moniales eiſdem ſubjectas ad regularis Obſervantiæ leges omnino reformare deberet, dato ſequenti diplomate.

CLEMENS PAPA VII.

*Dilecto Filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ Provinciæ Burgenſis ſecundùm morem ejuſdem Ordinis.*

Cum ſicut accepimus, licèt fæl. rec. Adriano Papæ VI. prædeceſſori no- Vvad. t. 8. in Reg. an. 1514. f. 178

ſtro, pro parte dilecti filij nobilis viri Franciſci Stuniga Comitis de Miranda tum in Regno Navarræ pro chariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Romanorum, & Hiſpaniarum Rege Catholico in Imperatorem electo Locumtenentis, ſeu ejus Vice-Regis, & dilectorum filiorum univerſorum Regnicolarum ejuſdem Regni Navarræ, cum gravi querela expoſito, quòd nonnulli Religioſi, tam Mendicantium, quàm S. Benedicti Ciſtercienſis, & aliorum Ordinum non Mendicantium in dicto Regno commorantes, pudicitiæ, & honeſtatis laxatis habenis, cum diverſis perſonis etiam ſęcularibus, & Religioſis converſari, eiſque commiſceri, ac colloquia prava, & inhoneſta cum eis habere non erubeſcant, in animarum ſuarum periculum, divinæ Majeſtatis offenſam, religionis oprobrium, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum, ac quòd niſi de celeri ſuccurreretur remedio, veriſimiliter timendum erat, ne graviora inde forſan orirentur ſcandala, præfatus prædeceſſor Miniſtris Provincialibus Provinciæ Caſtellæ Carmelitarum, & Eremitarum S. Auguſtini, ac Minorum Ordinum Reformatorum, & aliis certis Religioſis perſonis, ac eorum cuilibet ſuis litteris in forma Brevis dederit in mandatis, ut ad dictum Regnum Navarræ perſonaliter accedentes, quilibet eorum omnia, & ſingula ſui Ordinis reſpectivè, tam conſtructa, quàm conſtruenda, ac conſtrui cępta, ac forſan reformata Monaſteria, ac domus, & eorum Monachos, & Fratres, ac alias perſonas Religioſas dictorum Ordinum, tam in Capite, quàm in membris reformare, & quos culpabiles reperirent, juxta qualitatem criminũ, & exceſſuum punire, & caſtigare; & ſi dilectorum qualitas id exigeret, ab eiſdem Monaſteriis, & domibus expellere, & alios religioſos vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ introducere deberent, & poſtquàm Monaſteria, & Domos hujuſmodi, illarumque perſonas reformaſſent, ac ad Obſerv. regularis normam reduxiſſent, Monaſteria, & Domos reformatæ hujuſmodi ſub inſtitutione Generalium, & Provincialium, ſeu Superiorum Regni Caſtellæ unirent, & incorporarẽt: ac nihilominùs eiſdem Provincialibus, & aliis Superioribus prędictis Regni Caſtellæ mandavit, ut reformata Monaſteria, & Domus hujuſmodi ſub ea viſitatione, correctione, ac obedientia ſuſciperent, & contra rebelles, ac contradictores, alioſve quoſcumque impedientes, ad cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris opportuna remedia, invocato etiam ad id, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, privilegiis, & indultis Apoſtolicis, eiſque Ordinibus etiam per piæ mem. Iulium II. Leonem X. & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis, approbatis, & innovatis nequaquam obſtantibus, procederent, aliàſque, & alia voluit, & mandavit, prout in eiſdem litteris dicitur pleniùs contineri. Et licèt Reformatio hujuſmodi ad ſanctum, & catholicum finem tenderet, nihilominus nonnulli Religioſi dictorum Ordinum non Reformatorum, & aliæ perſonæ iàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares prædicti Regni Navarræ, ac forſan aliarum partium, aſſerentes ſe religioſè vivere, & reformari nolle, ſeu non debere, reformationi hujuſmodi ſe opponentes, illam pro poſſe impedire præſumpſerunt, ac præſumunt; adeò ut Monaſteria, & domos hujuſmodi abſque reformatione debita hactenus permanſerint, & permaneant: ac propterea præfatus Carolus Rex in Imperatorem electus, ſummoperè cupiat ad Dei laudem, & Religionis augmentum, ac conſervationem, de Tudella, & de Stella, ac de Pillora, & Olitæ, ac in quo dumtaxat duo, vel tres Fratres exiſtunt, S. Ioannis del Ramo, dicti Regni Naverræ, nec non Provinciæ Burgenſis hujuſmodi S. Franciſci de Medina de Pomar, & S. Franciſci de Frias Provinciæ Burgenſis Conventus, ſeu domus Ordinis Fratrum Min. nuncupatorum, & de Tudella, ac de Stella, & de Pampilona Monaſteria Monialium Ordinis S. Claręſ, & unam domum Sororũ in Villa S. Crucis de Campezo Tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci, ſub cura dictorum Fratrum Conventualium degentium in dicto Regno Navarræ conſiſtentium, illarumque Fratres, Sorores, & Moniales, & Tertiarias reformari, & ad Obſervantiam reduci, ut eorum exemplari vita animæ Chriſti fidelium Deo lucrifiant, idem Carolus Rex in Imperatorem electus; Nobis ſupplicari fecit, ut ejus tam pio, & honeſto deſiderio opportunè providere de benignitate Apoſtolica digna

dignaremur. Nos, qui Regum, & Principum pias petitiones ad exauditionis gratiam libenter admittimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per hæc ſcripta mandamus, quatenus tu, ſeu Commiſſarius tuus ad dictum Regnum Navarræ perſonalitèr accedens, & ſolum Deum, & animarum ſalutem præ oculis habens, prædictas domos Fratrum Conventualium, & Monaſteria Monialium S. Claræ, & domum de Tampezo Sororum ſub cura dictorum Fratrum Conventualium degentium, hactenùs non reformata, in Capitibus, & in membris, ac in ſpiritualibus, & temporalibus viſitare, corrigere, & reformare, & ad Regularem Obſervantiam, ita quòd de cætero perpetuis futuris temporibus in eis obſervantia regularis vigeat, ac laudabiles ritus, & mores circa eorum regimen, ac curam Fratrum, Monialium, & Sororum, necnon deputationes Guardianorum, Prælatorum, & Præſidentium, ac quorumcumque officiariorum penitùs obſerventur, quæ vigent, & quæ obſervantur in aliis domibus, Manaſteriis; & religioſis locis ejuſdem Ordinis Minorum Regularis Obſervantiæ, reducere; necnon domos, & Monaſteria tàm virorum, quàm mulierum reformāda hujuſmodi, poſtquàm, ut præfertur, reformata fuerint, à Provincia Aragoniæ, ſub qua forſan nunc exiſtunt, ſeparare, & diſmembrare, ac dictæ Provinciæ Burgenſi perpetuò aggregare, unire, & incorporare, & ſub cura, & correctione, viſitatione, obedientia, & reverentia tui, & pro tempore exiſtentis Miniſtri Provincialis Provinciæ Burgēſis, ac tuorum Superiorum Ordinis Minorū Regularis Obſervantiæ hujuſmodi ſubjicere, ſuſcipere, & perpetuò retinere; necnon domorum, & Monaſteriorum ſic reformatorū Guardianos, ſeu Præſidentes quocumque nomine nuncupentur, ac FF. Religioſos, & alias religioſas perſonas ad Capitulū, Cōventus, & Congregationes Prov. in dicta Provincia Burgenſi per te, & pro tempore exiſtentem Miniſtrum Provincialem ipſius Provinciæ, ſeu alium Superiorem juxta illius ritus, & conſuetudines Provinciæ, & Ordinis huiuſmodi celebrandas, perſonaliter accedere, & ibidem intereſſe compellere, ipſarumq; Domorum Conventualium, ac Reformatorum bona immobilia, donec quid de illis diſponi voluerimus, tibi per noſtras litteras ſignificaverimus, conſervari procures. Contradictores, & rebelles, ac alios quoſcumque impedientes, per cenſuras Eccleſiaſticas, illos iteratis vicibus aggravando, ac per alia juris opportuna remedia, etiam interdictum Eccleſiaſticum apponendo, & ſi opus fuerit, auxilium brachij ſæcularis invocando, quavis appellatione, & exceptione remota, compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac Clementis V. quæ incipit, *Exivi de Paradiſo*, ac Leonis X. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorū noſtrorum, ac aliis ſuper concordia, & unione Fratrum de Obſervantia, & Conventualium facta in aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon domorum, & Monaſteriorum, & Ordinis Minorum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica &c. etiam quòd Fratres Conventuales dicti Ordinis Min. inviti reformari, & domos dicti Ordinis ſub Obedientia unius Provincialis alicujus Provinciæ conſiſtentes ab ejuſdem correctione, & viſitatione ſeparari, & obedientiæ, ac viſitationi alterius Provincialis ſubjici, & aggregari non poſſint, forſan diſponentibus. Quibus omnibus &c. Quòdque tu, fili, de perſonis, quibus ſimiles cauſæ per Sedem Apoſtolicam committi, & quæ illas judicialiter tractare conſueverunt, non ſis &c. cōtrariis quibuſcumque &c. volumus autem &c. datum Romæ &c. die 22. Iunij 1524. Pontificatus noſtri anno primo.

83. Deinde B. Pius V. ad Catholicorum Regum inſtantiam negotium ex integro abſoluturus, Conventuales ex integro ad Regularis Obſervantiæ leges reformari præcepit, ſimul & Moniales ipſis antea ſubjectas, editis, quas appono, litteris Apoſtolicis; quibus non tantùm Minoritas, ſed & cæterorum Ordinum profeſſores adſtringit.

PIUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

MAximè cuperemus, eos qui religioſam vitam profeſſi, divino ſe cultui dedicarunt, ita vivere, ut eorum Religio immaculatum decorem ſuum

obtineret, & ex illorum vitæ, ac morum honeſtate, boniſque operibus cæleſtis glorificaretur Pater; ſed quia multi à Fundatorum Ordinis ſui deviant inſtitutis, nimis ſe, & Ordinem moribus ſuis non parum dedecorantes; cogit nos Zelus Domus domini eorum irreligioſæ vitæ, atque licentiæ (quandoquidem ipſi modum ejus nullum faciunt) finem imponere. Non ſine magna ſanè animi moleſtia Nobis innotuit, Fratres Ord. ſancti Franciſci Conventuales in diverſis Hiſpaniæ partibus, & Provinciis conſtitutos, profeſſionis, & ſalutis ſuæ immemores, & privilegiis ab Apoſtolicæ Sedis benignitate impetratis abutentes vitam ab inſtitutis Fundatoris, & Patris ſui Seraphici admodùm diſcrepantem, ac remotam ducere, & pravis ſuis exemplis, quam plurimos Chriſti fideles puſillos non mediocriter offendere. Cum igitur tam grave, tamque inveteratum ſcandalum divini honoris, & ſalutis animarum causâ pro cõmiſſio Nobis officio, tollere ſtatuerimus, piis ad hoc etiam adjectis precibus chariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, Religioſiſſimi Principis, non immeritò videlicet timentis, ne qui pro populo apud Deum interceſſores eſſe debent, nimiâ ſuâ vivendi licentiâ illius iram acriùs provocent. Vniverſis, & ſingulis Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Hiſpaniam conſtitutis in virtute S. Obedientiæ præſentium tenore committimus, atque mandamus, ut quiſquis eorum in Civitate, vel Diœceſi ſua habet domum, vel domos Fratrum Minorum Conventualium, is Dei tantùm Omnipotentis honorem ante oculos propoſitum habens, aſſumptis ſecum de Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia Miniſtro Provinciali ejus Provinciæ, in qua illi Fratres conſiſtunt, & aliquo præterea ejuſdem Ordinis Obſervantium, quem ipſe Miniſter Provincialis idoneum duxerit, accedat ad domum, ſeu domos ſingulas, ſi plures ſint dictorum Fratrum Conventualium, eiſque in Conventibus, ex authoritate Sedis Apoſtolicæ, cujus vices in hoc negotio ei tenore præſentium delegamus, aboleat penitùs, & in perpetuum tollat, atque extinguat formam vivendi Conventualem, eoſque Fratres ad eandem vivendi formam, eademque inſtituta redigat, quæ Fratres Minores de Obſervantia, ſeu Familia vocati obſervant: & eorum Eccleſias, ac domos Ordini Fratrum Minorum de Obſervantia aſſignet perpetuò habendas: atque in eas domos alios Fratres de Conventibus Fratrum ejuſdem Ordinis de Obſervantia, quos, & quot ſibi viſum fuerit, de illorum duorum Fratrum ſibi aſſiſtentium conſilio, transferat, & ex ipſis Guardianum, atque alios Officiales ad eum Conventum regendum, & gubernandum idoneos, authoritate noſtra deputet, atque conſtituat. Ipſos verò Fratres Conventuales aliorum Fratrum Minorum de Obſervantia conſortio aggregatos, atque unitos ex domibus, in quibus antea vitam Conventualem egerant, translatos, per Conventus Fratrum Minorum de Obſervantia diſtribuat, ut poſthac ejuſdem ipſi quoque Obſervantium Ordinis, & appellentur, & ſint ſub ejuſdem Miniſtri generalis obedientia, atque regimine. Quæ autem de Fratribus Conventualibus Ordinis S. Franciſci ad vitæ regularis obſervantiam reducendis mandavimus, eadem propter eaſdem cauſas, & ad eadem tollenda offendicula, & ſcandala, & Fratribus in Hiſpania conſiſtentibus, aliorum quoque Ordinum quoruncumque Conventualibus ad vitæ regularis obſervantiam reducendis, eadem authoritate eiſdem Venerabilibus Fratribus mandamus, vel ut Canonicorum Regularium S. Benedicti Ciſter. Prædicatorum, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, & aliorum quorumvis Ordinum, ex quibus tamen (præter Fratres Conventuales) ſint quoque aliqui ejuſdem Ordinis in Hiſpania, vel extra Hiſpaniam Obſervantes. Ad eam enim formam omnes ejuſdem Ordinis regularia inſtituta, & Sac. Concilij Tridentini decreta redigi, & alios Conventus transferri, eodemque modo, ut de domibus, & Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium diximus, ipſorumque quoque domos, & Eccleſias Fratribus, unà cum bonis omnibus ejuſdem Ordinis aſſignari volumus. De Fratribus verò illorum Ordinum, quorum nulli uſquam Conventus ſunt, qui vitam regularem obſervent, ſed omnes tantùm Conventuales ſunt, quemadmodum ipſi quoque formandi, & ad quam vivendi in communi formam ſint reducendi, aliis

Bull. Rodrig. fol. 405.

aliis litteris ſtatuemus. Si qui autem de Fratribus Conventualibus ad regularis vitæ obſervantiam reduci ſe pertinaciter recuſaverint, eos in carceribus, donec ad cor redeant, ſub fida cuſtodia retineri mandamus. Ne autem ipſorum Fratrum Conventualium exceſſus, & delicta remaneant impunita, in eos procedendi, & pro culparum, atque exceſſuum magnitudine animadvertendi; Et ſi quorum delicta adeò gravia fuerint, ut ſi Laici eſſent, ultimo fuerint ſupplicio puniendi, ad triremes eos damnandi, ſi modò ætas, & vires illi labori aptæ ſint, ſin minus in perpetuum carcerem ad agendum pœnitentiam religandi: Exceſſus verò minùs graves, nec pœnam capitis meritos, ſecundùm canonicas ſanctiones, ſeu Archiepiſcopi, Epiſcopive, ad quem id ſpectabit, & Provincialis, atque illi adjuncti Fratris arbitrio puniendi; Bona præterea quæcumq; mobilia, & immobilia, tam quæ domus eorũ in cõmuni poſſident, quàm FF. Conventualium antea propria, ex conſuetudine, vel forſan ex aliquo obreptitio, ſeù ſubreptitio privilegio, & diſpenſatione Apoſtolica, eis obtinere conceſſa, ſive permiſſa, vel ex ipſorum induſtria acquiſita, vel ex parentum ſucceſſione, aut ab aliis relicta, legata, donatave ab eis, tam quo ad uſum, & poſſeſſionem, quàm quò ad proprietatem attinet, in perpetuum abdicandi de Conventibus etiam Fratrum regularis Obſervantiæ uno, vel pluribus, alios in hujuſmodi Conventus de ipſorum Fratrum aſſiſtentium conſilio, transferendis; Omnia denique, quæ vel ad abolendam vitam Conventualem, & vitæ regularis obſervantiam loco ejus introducendam, vel ad inquirendam criminũ veritatem fuerint neceſſaria quoquomodo, aut opportuna, agendi, faciendi, & exequendi, ipſis venerabilibus Fratribus, unà cum dictis Provinciali, & ejus Sociis, ſicut dictum eſt, plenam, & liberam authoritate Apoſtolica damus, atque concedimus poteſtatem. Quòd ſi qui verò ipſorum Fratrum Conventualium, vel aliorum Ordinum prædictorum, ad alium Ordinem regularis Obſervantiæ transferri maluerint, id eis permitti volumus, dummodò ad regulam tranſeant arctiorem. De bonis autem ipſorum Fratrum Conventualium mobilibus, & immobilibus, & de omnibus Conventuum redditibus, ipſos Venerabiles Fratres noſtros, ad quos pertinebit, ita de Conſilio Provincialis, & ſocij ejus ſibi aſſiſtentium, diſponere volumus; ut Fratribus regularis Obſervantiæ illuc introducendis, de ſupellectili, & aliis rebus victui eorum, aut divino cultui, & reparationi Eccleſiarum, ac domorum neceſſariis, per ipſos provideatur. Quæ verò ultra hujuſmodi ſumptus ſuperfuerint, ea ſingulis in locis apud idoneas perſonas deponi volumus, & ſequeſtrari fideliter conſervanda, ac poſtea Sedem Apoſtolicam conſuli, in quos uſus ea converti debeant. Contradictores, & omnes qui ipſis Fratribus Conventualibus ad impediendam reductionem hujuſmodi, conſilium, auxilium, vel favorem præſtare auſi fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris, ac facti remedia opportuna, (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quibuſcumque Apoſtolicis, & inter cæteras fæl. rec. Sixti IV. & Leonis X. prædeceſſorùm noſtrorum, etiam Maremagnum appellatis, ac in Generalibus, Provincialibus, Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. Decembris 1566. Pont. noſtri anno primo.

## PIUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

84. CVm graviſſimis de cauſis, Paſtoralis officij curâ animum noſtrũ ſtimulante, ac piè Nos etiam hortante in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico, Fratres Ordinis Minorum, & aliorum Ordinum Conventuales in Hiſpania conſiſtentes, ad vitæ regularis obſervantiam, ſecundùm cujuſque Ordinis inſtituta reducendos eſſe ſtatuerimus per Ordinarios locorum de conſilio Provincialis cujuſcumque Provinciæ, & alterius Fratris, ab ipſo Provinciali aſſumendi, ſicut in litteris noſtris ſuper ea reductione confectis pleniùs continetur; volentes bono quoque regimini Monialium in Hiſpania conſiſtentium, quæ per Fratres Minores Conventuales gubernari antea ſolebant Ibid. fol. 406.

 bant

bant, providere, & quæ in quoque earum Conventu corrigenda,& reformanda ſunt, corrigi, ac reformari, (præter illa,quæ ſuper clauſura, & reformatione generali cunctarum Monialium per litteras noſtras ſub plumbo antea editas, ſalubriter conſtituimus.) Venerab. Fratribus Hiſpaniæ Archiepiſcopis,& Epiſcopis, in quorum Civitatibus,& Diœceſibus Conventus ſunt Monialium, quæ per FF.Ord.Min.Conventualium antea regi conſueverunt, tenore præſentium mandamus,atque in virtute S. Obedientiæ committimus, ut aſſumpto quiſque eorum Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum de Obſervantia, ſive de Familia, & alterò Fratre, quem Miniſter elegerit, ad earum Domum, ſeu domos perſonaliter accedens, & Deum tantùm præ oculis habens, authoritate Sedis Apoſtolicæ eas viſitet, & de conſilio Fratrum ſibi aſſiſtentium, tam in Capite, quàm in membris reformet, atque ad regularis vitæ obſervantiam juxta Fratrum Ordinis S. Franciſci de Obſervantia inſtituta reducat, eaſque in perpetuum curæ,regiminique committat Provincialium Fratrum Minorum de Obſervantia. Idem verò de Monialibus Conventualium aliorum Ordinum quorumcumque in Hiſpania itidem conſiſtentibus, & per Fratres Conventuales antea regiſolitis quò ad reformationem, & curam, ac regimen earum pertinet, ab Ordinariis locorum fieri ſtatuimus, atque mandamus; ipſis Ordinariis omnia, quæ ad talem viſitationem, reformationem, & reductionem faciendum neceſſaria, aut quomodolibet opportuna erunt, agendi, faciendi,& exequendi, plenam tribuentes, & liberam authoritate Apoſtolica, tenore præſentium poteſtatem. Contradictores, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ. &c. die 12. Decembris 1566. Pontif. noſtri anno. primo.

85. Quæ citiùs ad Tertiarios etiam, Conventualibus ſubjectos extendit, & pro omnibus meliùs declaravit, & ampliavit, expedito diplomate; *Superioribus Menſibus &c.* 16 *Aprilis* 1567. decrevit exinde, ut domus illæ ſic Reformatæ de ſuis redditibus, cæteriſque bonis reparari, &,quatenus opus ſit, reædificari. & utraque ſuppellectili neceſſaria muniri deberent; quæ autem ſupereſſent, Franciſcanis Monialibus applicanda eſſe præcepit; Expedito brevi; *Decet Romanum Pontificem &c.* IV. Idus Auguſti 1570. ſpecialiter pro Provincia Cathaloniæ,& demum ſupplicante Philippo II. Rege Catholico pro univerſis Hiſpaniis, ut in ſequentibus litteris apparet.

Arch. Aracœl. Reg. 1. Vltram. fol. 199.

PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

86. DE ſtatu Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumlibet curæ noſtræ divina diſpoſitione commiſſorum paternâ diligentiâ cogitantes, ad ea, per quæ illorum, & perſonarum fæminei ſexus in illis Altiſſimo famulantium, & ad honeſtam vitam reductarum ſtatui, paupertati, & opportunæ ſubventioni valeat ſalubriter provideri, præſertim dum Catholicorum Regum vota id expoſcunt, libenter intendimus animum, his noſtri paſtoralis officij partes favorabiliter impartimur. Sanè exponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus,quòd cum in Regnis,Principatibus, Comitatibus, & aliis Dominiis Hiſpaniarum eſſent quàmplurima Monaſteria Patrum Conventualium nuncupatorum Ordinis S. Franciſci, & Tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci, qui aliàs vigore quarumdam litterarum noſtrarum ſuper eo emanatarum ad Regulam obſervantiæ Minorum de Obſervantia dicti Ordinis S. Franciſci reducta fuerunt, & in quibus antea Fratres Ordinis hujuſmodi Conventualem vitam degentes inhabitabant,& nunc de præſenti Fratres dictæ Provinciæ laudabiliter reſident; adſintque in dictis Monaſteriis nonnulla illorum mobilia, & forſitan immobilia bona, & fructus, redditus, & proventus, aliaque jura, & emolumenta, quæ cum Fratres dictæ Obſervantiæ propter illorum Regulam, & ſtatuta tam conjunctim, & communiter, quàm diviſim, & particulariter poſſidere, & percipere non poſſint, in alios pios uſus converti neceſſe eſt, & ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſi dictorum Monaſteriorum bona, fructus, redditus,

Reg. Vltr. t.1.fol.208. pag. 2.

ditus, & proventus ab Ordine Conventualium S. Franciſci, & à Monaſteriis prædictis perpetuò iſmembrarentur, & ſepararentur, ac ab icarentur, & illa ſic diſmembrata, ſeparata, ac abdicata Monaſteriis Monialium dicti S. Franciſci, & S. Claræ Ordinum in Regnis, Principatibus, Comitatibus, & dominiis prædictis conſiſtentibus perpetuò applicarentur, & approprïarentur, ex hoc profectò dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis, Prioriſſis, & Conventibus, ſingulíſque Monialibus, quarum nonnullæ, quæ propter illarum paupertatem ſine clauſura inhoneſtè vivebant, miſerante Domino poſt Concilij Trid. & dictarum litterarum publicationem ad Dominum Deum, & ad Salvatorem noſtrum Ieſum Chriſtum illarum Sponſum converſæ, nunc honeſtè, ac religiosè ſub clauſura vivunt; & deinceps in Caſtimonia, & ſanctæ vitæ candore adjuvante Domino vivere ſperant, ſingulareque calcar ad Altiſſimo alacriùs famulandum adderetur, bonaque, & fructus, redditus ex proventibus hujuſmodi in ſanctos, pioſque uſus converterentur; quarè prædictus Philippus Rex, qui ſingularem gerit ad dicta Monaſteria Monialium devotionis affectum, pia, & ſancta devotione ductus humiliter Nobis ſupplicari fecit, quatenus bona, fructus, redditus, & proventus, jura, obuen. & emolumenta quæcumque prædicta à dictis Monaſteriis Fratrum S. Franciſci, & Tertij Ordinis perpetuò diſmembrare, ſeparare, & abdicare, ac illa Monaſteriis Monialium hujuſmodi per dilectum filium noſtrum Didacum Cardinalem de Spinoſa nuncupatū, in dictis Regnis, & dominiis hæreticæ pravitatis Inquiſitorem, & Cōſilij Regij Regnorū Caſtellę pręſidētē ſpecificandis, & exprimendis, ac aliàs illarum ſtatui præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur qui Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Monialium prædictarum converſionem benedicimus, & plurimùm in Domino collaudamus, earumque incrementum, & ſubventionem ſincero exoptamus affectu, Abbatiſſas, Prioriſſas, & Conventus, earumque ſingulas Moniales à quibuſvis excommunicationis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, bona, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta prædicta, quorum prædicti Fratres de Obſervantia capaces non ſunt, ab Ordine Conventualium S. Franciſci, & ab omnibus, & ſingulis Monaſteriis Fratrum prædictorum, & Tertij Ordinis hujuſmodi, à quibus illorum bona per Nos diſmembrata, vel ſeparata, & abdicata, & alio, ſeu aliis Monaſteriis Monialium dicti Ordinis applicata, & appropriata non fuerunt, applicari, & appropriari mandatum non fuit, authoritate Apoſtholica tenore præſentium perpetuò diſmembramus, ſeparamus, illaque ſic ſeparata, & diſmembrata illis tantùm Monaſteriis Monialium hujuſmodi, quæ prædictus Didacus Cardinlis nominaverit, & ſpecificaverit, & non aliis Monaſteriis; ita ut liceat pro tēpore exiſtentibus Abbatiſſis, Prioriſſis, & Conventibus per ſe, vel alium, ſeu alios realem corporalem, & actualem poſſeſſionem quorumcumque bonorum, fructuum, redditiuum, & provētuum, juriumque, obventionum, & emolumentorum prædictorum propria authoritate liberè appræhendere, illaque perpetuò retinere, percipere, exigere, & levare, arrendare, diſlocare, ac in earum, & Monaſteriorum Monialium, quibus bona, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi applicata, & appropriata fuerint, uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, ac cujuſvis alterius licentiâ minimè requiſitâ, authoritate, & tenore prædictis ad Dei laudē, & gloriam perpetuò applicamus, & appropriamus, ac ex nunc, pro ut ex tunc poſtquàm per dictum Didacum Card. nominata, ſpecificata, & expreſſa fuerint, liberaliter donamus, cōcedimus, prædictoq; Didaco Cardinali Monaſteria Monialium hujuſmodi nominandi, ſpecificandi, & exprimendi plenam, & liberam licentiam, facultatem, & authoritatem indulgemus, & concedimus, necnon diſmembrationem, ſeparationem, abdicationem, applicationem, appropriationem, donationem, conceſſionem, & alia omnia prædicta; præſenteſque litteras de ſubreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis, aliove vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari ſub prætextu, quòd ad præmiſſa vocādis dictis Fratribus, & aliis, qui vocari deberent, facta non ſunt, vel aliâ quavis causâ, & occaſione ad Fratrum dictorum Monaſteriorum, vel aliorum quorumcumque

cumque inſtantiam retractari, & revocari non poſſe, nec Philippum Regem, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, Conventus, & ſingulas Moniales prædictas ad ſupradietorum juſtificationẽ teneri, & obligatos eſſe,& ita ,& non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, & cauſarum Palatij Apoſtoliei Auditores,& S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi authoritate, & facultate judicari,& definiri debere, ac quidqnid ſuper his &c. & nihilominus eidem Didaco Cardinali,ac Venerab. Fratribus noſtris Archiepiſcopo Tarraconenſi per ſe, vel alium ſivè alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & quoties pro parte Philippi Regis,& Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & Conventuum, ac ſingularium Monialium prædictarum requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra Abbatiſſas Prioriſſas, & Conventus, ſingulaſque Moniales hujuſmodi diſmembratione, ſeparatione, abdicatione, applicatione, appropriatione, donatione, conceſſione, & indulto, aliiſque præmiſſis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere,nõ permittẽtes, illas deſuper per prædictos Fratres, & quoſcumque alios quomodolibet moleſtari, perturbari, & inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimis habendis ſuper his ſervatis proceſſibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declarando, eaſque etiam iterat:s vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Volumus autem, & mandamus, quatenus ſi Fratribus de Obſervantia, in prædictis Monaſteriis olim Fratrum Conventualium introductis de paramentis Sacriſtiæ, & aliis rebus divino cultui neceſſariis, vel ſupellectilibus, aut reparatione Eccleſiarum, & Monaſteriorum Fratrum hujuſmodi neceſſariis proviſum non fuerit, quòd per dictnm Didacum Cardinalem ex bonis, fructibus, redditibus, & proventibus prædictis pro una vice tantùm provideatur, & etiam Fratribus ſenibus, infirmis,& valetudinariis Conventualibus hujuſmodi, qui ab ipſis Fratribus de Obſervantia recepti non fuerint, ex eiſdem bonis, fructibus, & redditibus, prò congrua eorum ſuſtentatione per ipſum Didacum Cardinalem commodè, & opportunè ſubveniatur. Volumus etiam &c. Datum Romæ &c. die prima Octobris 1571. Pont anno 6.

87. Spinoſa Cardinali ad immortales abeunte, Gregorius XIII. qui B. Pio in Cathedra ſucceſſerat, idipſum ſanctæ Reformationis negotium, modumque in ipſa ut ſupra præſeriptum Gaſpari Cardinali Quirogæ voluit eſſe commendatũ; quo etiam vitâ functo ante rei complementum, Clemens VIII. qui reformationi totâ ſtudebat diligentiâ, Archiepiſcopum Toletanum voluit prænominatis eſſe ſubſtitutum, cum ampliſſima facultate, regidaque obligatione, ut ex ipſius hîc appoſito diplomate conſtabit, quod (poſtulantibns Obſervantibns illis, qui Conventualinm Cœnobia, ſed ſuperfluis illis nondum expoliata jam incolebant) ad ipſum Archiepiſcopum Toletanum expedivit.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Venerabilis Fr. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

88. DVdum fœl. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter Ordinem Fratrum Minorum Conventualium in Hiſpaniarum Regnis, & Provinciis in perpetuum extinxit, ac eos ad Regularem Obſervantiam reduxit; ac bona tàm mobilia, quàm immobilia, necnon fructus, redditus, proventus, aliaque jura, & emolumenta Domorum eorumdem Conventualium, & etiam Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci dictorum Regnorum, & Provinciarum, quę propter Obſervantiæ Regulam ab illis poſſideri non poſſent, ab eiſdem domibus perpetuò diſmembravit, & ſeparavit, eademq; Monaſteriis Monialium ejuſdem, & S. Claræ Ordinum in ipſis Regnis, & Provinciis exiſtentibus, quæ bo. me. Didacus Presbyter Cardinalis Spinoſa nuncupatus nominaret,& ſpecificaret. Reg. Ult. t.2.fol.66.

ficaret, perpetuò applicavit, & appropriavit prout in litteris ejuſdē Pij prædeceſſ. deſuper expeditis pleniùs continetur; Et deinde quia dictus Didacus Cardinalis morte prævenrus nonnulla Monialium Ordinum prædictorum Monaſteria nominanda, ſpecificanda, & exprimanda reliquit. Gregorius Papa XIII. etiam prædeceſſor noſter bonæ ſimiliter mem. Gaſpatem Preſbyterum Cardinalem Quirogam nuncupatum in locum dicti Didaci Cardinalis, ad hoc, ut ea Monaſteria, quæ ſupereſſent, nominare, & ſpecificare, ac cætera omnia, quæ dictus Didacus Cardinalis vigore dictarum litterarum facere poterat, & ſi non diſceſſiſſet, nominare, & ſpecificare, ac facere potuiſſet, illis tamē Eccleſiis, Domib⁹, locis, proprietaribus, bonis, rebus, & actionibus quibuſcumque eorumdem Fratrum Conventualium, de quibus aliter, & quomodocumque ab ipſis Pio, & Gregorio prædeceſſoribus eò uſque diſpoſitum eſſet, penitùs exceptis, & excluſis ſubrogavit, illique ad hæc liberam facultatem, & authoritatem conceſſit, prout in aliis dicti Gregorij prædeceſſoris etiam continetur. Cum autem, ſicut accepimus, defuncto etiam prædicto Gaſpare Cardinale nonnulla adhuc Monaſteria ſpecificanda, & multa ex bonis, redditibus, proventibus, Iuribus, & actionibus prædictis, applicanda remanſerint; Nos, ut dicti Pij prædeceſſoris intentio ſuum conſequatur effectum, opportunè providere volentes, ac ſingularum litterarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus pro parte dilecti filij Procuratoris generalis ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; Te modernum, ac pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Toletanum in locum Didaci, & Gaſparis Cardinalium prædictorum, ad ea omnia, & ſingula exequenda, quæ dicti Didacus, & Gaſpar Cardinales vigore litterarum ſupradictarum exequi, facere, & ordinare poterant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſubſtituimus, & ſubrogamus, Tibique eandem ad prędicta exequenda, facienda, & ordinanda facultatē, & authoritatē eiſdē Didaco, & Gaſparo Cardinalibus attributam, authoritate, & tenore præſentium concedimus, & impartimur; Non obſtantibus &c. Datum Tuſculi &c. die 6. Octobris 1603. Pontificatus noſtri anno 12.

89. In Luſitaniam tametſi penetrare non potuerit authoritas Ximenij, atque executio, Regibus tamen Conventualium Reformationem non inferiori zelo deſiderantibus, & Obſervantium ſanctam exemplaritatem præferentibus; cum ſtatim à bulla *Vnionis* duæ fuiſſent ibidem Provinciæ, Obſervantium una, altera Conventualium; ſubitò ex Regum voluntate reformatus fuit per Obſervantes Magnus Vlyſſiponenſis S. Franciſci Conventus; Vnde Conventuales tranſlatâ in Vrbem Portuenſem ſui Provincialis Sede primaria, coacti ſunt Provinciam ſuam de novo nuncupare *Portuenſem*, brevi tamen ſpatio duraturam. Chron. Prov. Potug. & lib. 4. c. 5.

90. Cum enim B. Pius V. datis Apoſtolicis litteris præcepiſſet, ut in Luſitania etiam, ſicut in reliqua Hiſpania ad Regularis Obſervantiæ rigores Conventuales omnes cum Monialibus ſuis, & & Terriariis ſibi ſubjectis reformari deberent; hique reſpondentes oppoſuiſſent, ſe jam ab antiquo cum Obſervantibus circa Conventuum Reformationem conveniſſe, ideóque ſtandum eſſe concordatis: Pontifex ipſe repetitis ad Henricum Cardinalem Infantem ſub Sebaſtiano Rege litteris. *Licèt aliàs &c. die 4. Iulij* 1568. eidem tamquam Apoſtolico Delegato demandavit, ut cum Diæceſanis reſpectivè Epiſcopis, necnon cum aliquibus de Obſervantia Patribus per ſuos Prælatos deputandis, tum Fratrum, tum Clariſſarum, tum de Tertio Ordine Monialium ad Conventualitatis privilegium viventium Cœnobia; non obſtante pacto quocumque, vel convenrione cum Obſervantibus præcedente, vel Sixti IV. Leoniſque X. conſtitutionibus, pleno rigore reformaretı quod ea fœlicitate peractum eſt, ut anno 1578. ſub Chriſtophoro Portuenſi ultimo ipſorum Miniſtro, Portuenſis hæc Conventualium Provincia fuerit penitùs extincta: Ipſi Conventuales per Portugallicæ, & Algarbicæ Provinciarum Conventus unà cum Obſervantibus, ſinè ulla diſtinctione commixti, duriſſimam mutationē à commodiori ſub privilegiis vita, ad arctiorem, licèt non ſine dolore, tollerare cogebantur: Cum verò

ulteriùs per Henrici Cardinalis zelum, Regularium modo non plenè regulatum, omnibus officiis, activaque, ac paſſiva voce privati (tamen juxta Lugdunenſis Capituli ſub Licheto Generali decreta) fuiſſent, diſſentiones, atque quotidianæ querelæ graves adeò in Cœnobiis multiplicabantur in dies; ut novem Conventus in Portuenſi diſtrictu iterum eis aſſignari neceſſe fuerit; unde iterum Portuenſis Conventualium Cuſtodia revixerit, Gonzaga verò Generalis poſt annum 1580. illò veniens, præhabito cum Philippo Rege conſilio, Conventus iſtos novæ Cuſtodiæ, atque Fratres in ſupradictis Provinciis voluit iterum eſſe repartitos; eo tamen appoſito, ut in qualibet illarum Provinciarum, unùm de ſuis antiquis Conventualibus Diffinitorem, aliquoſque Guardianos benemeritos, quamdiù ſupereſſent, habere deberent; qua dulciori, & tutiori methodo ſenſim, & ſine clamoribus fuerunt extincti.

In vita Fr. Franciſci Gonzagæ Min. Gen. dedicata Vrb. VIII.

## CAPVT VII.

### *Patrum Conventualium ſucceſſus in Gallia.*

91. Hiſpanicos licèt rigores non ſenſerit in Galliis ſacer Ordo Minorum Conventualium, moleſtias tamen, eaſque graviſſimas per omnia evitare non potuit. Populi enim, atque Principes ſancta Obſervantium exemplaritate allecti, laxato vivendi Conventualium modo non leviter offenſi, Franciſcanam Religionem in antiquo ſuo ſplendore efficaciùs deſiderantes, illorum Cœnobia paſſim ad Obſervantes transferenda volebant; unde jurgia, & contentiones inter utraque partem ſuboriri erat neceſſe. Ægidius Delphinus Generalis ſicut in Hiſpania Reformationis rigorem amovere deſiderans, Ximenium præfatum illius primarium promotorem apud Reginam in multis deferre, ut minùs gratum redderet, minoriſque authoritatis, toto conatu procuravit, ſed fruſtra; ita in Galliis titulo univerſi Ordinis reformandi, Obſervantes reverà præficiendo gubernio, utramque partem unire tentavit; ſed inaniter. Audiamus Vvadingum.

Vvad. t. 7. anno 1495. n. 54. t. 8. 1503.

92. [Magno itaque augebatur incremento ſodalatium Obſervantium, ſed æquo Conventualium decremento, quorum Domicilia ad illos transferebantur. Etenim in Germania & Belgio Maximilianus Imperator, in Hiſpania Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici, promotore Franciſco Ximenio Toletano Antiſtite; In Gallia Carolus VIII. inventore, & executore Ludovico de Amboyſia cognomento *Bono* Epiſcopo Albienſi, perpetuis conatibus reformandæ Religioni, & reſtituendæ regulari diſciplinæ inhiabant: ubi traditæ à S. Franciſco formulæ Obſervantiam profiteri, & ſub Vicariis Provinciarum conſervare placebat, in ſuis domibus permanere licebat Conventualibus; ubi verò diſplicebat, aliò erat tranſmigrandum. Querimoniæ quidem graviſſimę ad Pontificem contra Cõventuales paſſim mittebantur, partim fortè confictæ, ut ſuis ſedibus pellerentur; partim veræ; ſed non tàm enormes culpæ, quàm ferebantur. Id ſanè commune vitium per univerſas fermè regnabat domos violatæ paupertatis, mollioris veſtis, laxioris victus, liberioris converſationis. Hinc frequentes Principum animadverſiones, deinde duriores increpationes, demum turbulentæ pulſiones. Has illi injurias Obſervantibus referebant acceptas, quos populorum dicebant incentores, ut ſpecioſiùs domos occuparent. Vt certò res conſtarent, ad Provinciarum Rectores, & Eccleſiarum Antiſtites Pontifex mittebat examinandi facultatem: atque hi Conventualibus parum propitij in partes tranſibant Obſervantium.

Ibid. t. 8. anno 1498. n. 7.

93. Plurimos etiam Galliarum Prælatos, præ cæteris Ludovicum Albienſem Epiſcopus ſenſerunt ſibi graviſſimos Reformatores, quia à ſuis Conventibus, vel ex integro ad Regulæ puritatem reformandis, vel ad Obſervantiam transferendis, nullo pacto poterant contineri; unde querimoniæ ſemper augerentur.]

Ibid. 1499. n. 18.

94. Poſt Bullam *Vnionis*, in Lugdunenſi Capitulo an. 1518. ſub Licheto Generali, Provinciæ, Franciæ, Saxoniæ, Turoniæ, atq; S. Bonaventuræ ultrò ad Obſervantiam accedentes, ad omnimodam Ordinis unionem cum cæteris Obſervantibus fuerunt incorporatę, abſque ulla relaxantium privilegiorum conſervatione, contra

Vvad. t. 8. ann. 1518. n. 12.

tra quam à nonnullis injuſtè prætenſam graviter in hæc verba conqueritur Vvadingus. [ Spontè accedentes Provinciæ Galliæ ad obedientiam Generalis Miniſtri Obſervantum hac ratione ſunt admiſſæ, abſque ullis pactis, aut præmiſſis conditionibus, ſive permiſſionibus retinendorum privilegiorum circa annuos proventus poſſidendos, aut circa alias relaxationes Regulæ, utì aliqui ſuis erroribus perniciosè blandientes, & noxiam vivendi libertatem ſpeciosè palliantes hîc in Curia Cardinalibus, & Prælatis, quibus dubium hoc examinandum commiſſum eſt, perſuadere ſtuduerunt, & ſcriptis publicarunt. Neque enim Miniſter Generalis, aut Ordinis Comitia ad cōſortium Regularis Obſervantiæ, vel ſub obedientia Superiorum perfectam, & purā Regulę ſequelam profitentium, aggregare potuerunt eos, qui manifeſtè contrairent, & privilegia relaxativa ſibi vellent ex pacto reſervata. Referam itaque ex ipſis actis Capituli, quæ in tribus regiſtris Ordinis abſque ulla differentia ſunt exarata. Primum regiſtrum eſt Miniſtrorum Generalium, bipartitum in Vltramontanum, & Ciſmontanum egregiè ſcriptum, & benè compactum in chartis membraneis: ſecundum Procuratoris: tertium Commiſſarij Curiæ reſpectivè ad Familiarum viciſſitudines, itaut unaquæque ſuos habeat codices, & Actorum, depoſita magnis voluminibus compræhenſa. In his itaque Regeſtis hoc modo, hiſque ipſis verbis regeſta narratur.] de hinc per ipſiſſima regiſtrorum verba Provinciarum illarum aſſignationem proſequitur, dicens; Quòd Conventus antiqui Fratrum de *Familia* in Francia, Provinciam haberent ſub titulo Provinciæ Franciæ Pariſienſis, cæteri de novo advenientes, & qui antea *Reformati* dicebantur, Provinciam habere ſub titulo Provinciæ Franciæ: ſimiliter in Saxonia Provinciam S. Crucis in Saxonia haberent, qui antiquitus erant de *Familia*, cæteri Provinciam ſuam *S. Ioannis Baptiſtæ* in Saxonia nuncuparent; In Turonia etiam; Provincia Turoniæ diceretur, quæ nuper adventantium eſſet, FF. verò de *Familia* antiqui Provinciam ſub titulo Turoniæ Pictavienſis incolerent. De privilegis verò nec verbum quidem ullibi apparet; quod inde magis ponderavit Vvadingus, quòd Leodienſis Cuſtodiæ Cœnobia; ( quæ ad Provinciam Franciæ tunc attinebant ) acceptare noluerunt in eodem Capitulo Patres, eo quòd relaxativis privilegiis renuntiare noluerint.

Ibid.n.9.

95. Privilegia quidem Regulæ puritatem non violentia eiſdem fuiſſe tunc cōcordata non negaverim; Cum ex Ordinis regiſtris appareat, neque gradus Doctorales, & antiquam in ſerie Provinciarum præcedentiam retinere, unumque de ſuis ſemper Diffinitorem generalem habere deberent; contra Regulæ verò puritatem, quomodo cordato viro apparere poteſt, Religionem ampliſſimam, quæ nec dum elapſo anno Conventuales viderat à gradu ſupereminentiæ cecidiſſe, hoc ſolùm titulo, quòd privilegia retinere voluerint; ipſa verò contraria de cauſa cæteris ſibi incorporatis reformationisbus, ad regiminis verticem fuerat evecta, tàm citò voluiſſe à ſua perfectione dilabi, ut tres Provincias non reformatas ſibi uniret? quod autem acriùs ponderandum eſt; irritas feciſſet omnium Comitiorum electiones, dum ad eas contra bullę *Vnionis* præcipuum fundamentum Vocales non verè Reformatos, ideſt cum privilegiis adhuc viventes admiſiſſet.

96. Cum verò Conventus aliqui de Franciæ Provincia Cuſtodiæ Leodienſis exemplo ſeſe à Reformatione ſubtrahere vellent, Leo Pontifex à Cardinali Chriſtophoro generali totius Ordinis olim Miniſtro interpellatus, graviſſimo edito diplomate *Accepimus nuper &c. Datum Romæ* die ultima Octobris 1519. quod integrè ab Vvadingo deſcribitur, Miniſtro Provinciali Franciæ graviter injunxit, ut Conventus illos, qui olim Reformationi nomen dediſſent, per cenſuras, & pœnas authoritate Apoſtolica omninò ad ſui obedientiam compelleret. Ibid.1519. n.10.

97. Nec difformiter circa Conventus aliquot Provinciæ Aquitaniæ Obſervantibus aggregandos, aliquas reperio ſubortas fuiſſe difficultates, quas anno 1519. die 13. Auguſti dato edicto Franciſcus I. Galliarum Rex voluit eſſe ſopitas, de transferendis generaliter Conventualium Domibus ad Obſervantes graviſſimè præcipiens; ut apud Vvadingum teſtatur Hugo Cavellus. Ibid.n.11.

98. Quo etiam ſupplicante Leo Ponti- Ibid.1521. n.11.

ſex anno 1521. per bullam datam 10. Maij conſtituit Fratres Ioannem Morlinum, & Alexandrum Roſſeti, Obſervantes, Commiſſarios Apoſtolicos ad reducendos omnes Conventuales ad modum vivendi Obſervantum, & ſub eorumdem obedientiam in omnibus Provinciis Galliarum: quod pro ſua devotione in Ordinem S. Franciſci ſummè deſideravit pius Rex, ſatagens, ut ſicuti eſt unus Ordinis inſtitutor, ita unus eſſet ejus vivendi modus, & in unum corpus pacificè, & conformiter omnes Franciſcani coirent. Qui piiſſimæ Regis intentioni ſatisfacturi, ut Aquitaniæ, atque S. Ludovici Provinciarum Conventus ad Regularis Obſervantiæ normam plenè reformarent, non ſegniter adlaborantes, plurimos in utraque ad Regulæ puritatem revocarunt; ſed non ſine magna Patrum Conventualium oppoſitione, gravibuſque litibus, quas omnes anno 1525. Clemens VII. Pontifex ad preces Aloyſæ Duciſſæ Angoliſmenſis, quæ Regnum Franciæ pro Franciſco Rege in bellis externis occupato regebat, & Margaritæ Alenconij Duciſſæ ejuſdem Regis ſororis germanæ ad ſe advocando, Conventus omnes per ſupradictos reformatores ad Obſervantiam reductos Obſervantibus adjudicavit; ut ſequitur. Ibid. 1525. n. 29.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis filiis Miniſtris Provincialibus Ord. Min. Regularis Obſervantiæ Provinciarum Aquitaniæ, & S. Ludovici.*

99. EXponi Nobis feciſtis, quòd poſtquam aliàs dilecti filij Ioannes Morlin, & Alexander Roſeti, Fratres veſtri Ord. vigore quarumdam litterarum in forma Brevis à fæl. rec. Leone Papa X. Prædeceſſore noſtro, ad ſupplicationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Franciſci Francorum Regis Chriſtianiſſimi emanatarum, & eis directarum nonnullas domos Ord. Fratrum Minorum Conventualium dictarum Provinciarum ſub dilecti filij generalis Miniſtri Ord. veſtri, & veſtris obedientiâ, curâ, viſitatione, & correctione reduxerant, & ſubjecerant, & cæteris domibus veſtris univerant, & incorporaverant, & in domibus unitis, & incorporatis hujuſmodi vivendi normam juxta regularia inſtituta inſtituerant, & per Fratres in hujuſmodi tunc degentes, & dictam reformationem voluntariè recipientes perpetuò obſervari mandaverant: alios verò Fratres Conventuales earumdum Domorum reformari recuſantes ab eiſdem domibus amoverant, & in eorum locum Fratres Ordinis veſtri introduxerant: Dicti Fratres Conventuales reformari recuſantes, quaſdam alias litteras in ſimili forma à piæ mem. Adriano Papa VI. etiam prædeceſſore noſtro extorſerant, per quas idem Adrianus prædeceſſor, pro eo quòd ipſi Fratres Conventuales aſſerebãt, licèt falsò, quòd Ioannes, & Alexander præfati, certis aliis litteris præfati Leonis prædeceſſoris ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibiti, ne prætextu primodictarum litterarum de domibus Fratrum Conventualium in Provinciis prædictis conſiſtentibus ſe intromittere præſumerent, certos Conventus ipſorum Fratrum Conventualium in Provinciis prædictis conſiſtentes, contra tenorem litterarum inhibitoriarum Leonis prædeceſſoris hujuſmodi ex manu armata per portarum fractionem, ſub prætextu reformandi intraverant, & occupaverant, ac tunc occupabant; & Fratres Conventuales inibi exiſtentes, inhoneſtè per vim, & non abſque manuum violentarum in eos, uſque ad ſanguinis effuſionem temeraria injectione ab eiſdem Domibus ejecerant, ac diverſa bona mobilia, & immobilia dictorum Conventuum ſurripuerant, ac tunc occupabant: Archiepiſcopo Burdegalenſi dicitur dediſſe in mandatis, ut Domus, & Conventus occupatos, ac bona ſubrepta hujuſmodi dictis Fratribus Conventualibus reſtitui faceret: & cum ipſe tunc Archiepiſcopus ad executionem litterarum Adriani hujuſmodi, ac declarationem cenſurarum, & pœnarum in illis contentarum contra vos de facto proceſſiſſet, fuit pro parte veſtra ad Sedem Apoſtolicam appellatum, causâque appellationis hujuſmodi Venerabilibus Fratribus noſtris Senonenſi, ac Toloſanenſi Archiepiſcopis commiſsâ, tunc Abbas Monaſterij S. Gallacij Albien. Diæceſis, cui præfatus Archiepiſcopus Senonenſis commiſerat vices ſuas, in causa hujuſmodi vitæ procedens, proceſſum dicti Archiepiſcopi Burdegalenſis, & cenſuras per Vvad. t. 8. in Reg. 1524. bull. 14 Clem. VII.

eum latas per ſuam ſententiam diffinitivam revocavit, ac ad domum Lectorenſem dicti Ordinis Fratrum Conventualium ſe conferens, illam reformavit, illamque vobis pro Fratribus de Obſervantia conceſſit, voſque in illius poſſeſſionem induxit. A qua quidem ſententia pro parte ipſorum Fratrum Conventualium ad Sedem Apoſtolicam appellatum fuiſſe dicitur, & cauſam appellationis hujuſmodi dilectis filiis Priori ſanctæ Fidis de Marlanis, & Laſcoren. ac Oloren. Officialibus commiſſam fuiſſe, cum mandato, & commiſſione, quòd ſi Fratres veſtri Ordinis domos Fratrum Conventualium hujuſmodi favore, & auxilio Dominorum temporalium, & ut præmittitur, manu armata, & per portarum effractionem intraſſent, & eaſdem Domos Fratrum Conventualium inhabitarent, omnes cenſuras, & pœnas in bulla Concordiæ in Capitulo generaliſſimo omnium Fratrum B. Franciſci olim in domo de Aracœli de Vrbe veſtri Ordinis, inter Fratres Regularis Obſervantiæ, & dictos Conventuales edita contentas, uſque ad appoſitionem interdicti incluſivè declararent. Cum autem ſicut Nobis dilectæ in Chriſto filiæ nobiles mulieres Aloiſia Comitiſſa Engoliſmen. pro præfato Franciſco Rege in Regno Franciæ Regens, & Margarita Duciſſa Alenconij, ejuſdem Regis Soror germana, Nobis nuper etiam exponi fecerunt, ex dictis litibus, & controverſiis in dicto Regno, in quo dictæ domus conſiſtunt, gravia ſcandala exoriri formidentur, & Fratres veſtri Ordinis ob eorum exemplarem vitam eiſdem Aloſiæ Comitiſſę, & Margaritæ Duciſſæ, ac Populo ejuſdem Regni grati exiſtant; pro parte tã Aloyſiæ Comitiſſæ, & Margaritæ Duciſſæ prædictarum, quàm veſtrâ, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſcandala tollere, & ſaluti animarum populi Chriſtiani providere, quantùm cum Domino poſſumus, ex debito paſtoralis officij ubique tenemur: attendentes quòd juxta canonicas ſanctiones, propter ſcandalum evitandum, rigor juſtitiæ omittendus eſt, quodque dictæ Domus, nec veſtræ, nec dictorum Fratrum Conventualium propriæ exiſtunt; ſed merè diſpoſitioni noſtræ, & dictæ Sedis ſubſunt; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ad evitandum ſcandala, quæ ex hujuſmodi litibus formidantur, omnes, & ſingulas cauſas prædictas, earum ſtatus, & merita, ac ſingularum litterarum, & commiſſionum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ad Nos harum ſerie advocamus, ac lites hujuſmodi penitus extinguimus, voſque, ac ſingulos Fratres à quibuſvis excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac omnes, & ſingulas dictarum Provinciarum vigore dictarum litterarum Leonis, & Adriani Prædeceſſorum, ut præfertur, reformatas, quas Fratres veſtri de præſenti inhabitant, vobis pro veſtris perpetuis uſu, & habitatione, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & aſſignamus, domoſque ipſas reformatas, ut præfertur, & in quarum poſſeſſione ad præſens exiſtitis, authoritate, & tenore præmiſſis vobis de novo conferimus, illaſque tanquam reformatas vobis de novo perpetuò concedimus. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Senonen. & Lectoren. ac Condomien. & Petragoricen. ac Magalonen. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios authoritate noſtra faciant præſentes, & in eis contenta quæcumque effectum ſortiri, & vos, & Fratres veſtros, ac quos ipſe litteræ quomodolibet concernunt, pacificè frui, & gaudere faciant, nec permittant, vos contra præſentium tenorem, quoquomodo inſultari, moleſtari, impediri, aut inquietari, ſivè perturbari; Contradictores quoſlibet &c. invocato &c. Non obſtantibus &c. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Novembris 1525. Pont. noſtri anno ſecundo.

100. Quod ipſum repetitis litteris, *Illius cujus in pace &c.* Dat. Romæ 3. Non. Novembr. 1525. clariùs explicavit, & confirmavit. Ibid. bull. 15.

101. Anno 1532. cum Paulus Piſotti

Min. Generalis, dum Gallias viſitando, à Galliæ, atque Naverræ Regibus ſæpè rogatus integram Aquitaniæ Provinciam ad ſui obedientiam, & rigoroſas Obſervantiæ leges, gravi, maturaque conſultatioe ad normam Leoninæ conſtitutionis excepiſſet; evitare tamen nequivit, quin multis ad Clem. Pontificem querelis, tamquam illius concordiæ violator graviſſimè delatus increpatoriis litteris fuerit à Papa correptus, ut ſequitur.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilecto Filio Paulo de Parma Ord. Minorum de Obſervantia Miniſtro Generali.*

102. Dilecte fili &c. Ex multis FF. Min. Conventualium frequenter audimus, Fratres tui Ord. de Obſervantia nuncupatos contra cōcordiam inter eos, & Conventuales prædictos authoritate Apoſtolica initā, litteraſq; fœl. rec. Leonis Papæ X. Prædeceſſoris noſtri deſuper confectas, multa Monaſteria Monialium, multaſq; domos FF. ipſorum Conventualium in diverſis Regnis, & locis, præcipuèque in Regno, & ditionibus Regis Chriſtianiſſimi, favore ſecularium accipere, cenſuras Eccleſiaſticas in litteris dicti prædeceſſoris contentas damnabiliter incurrendo. Quod quidem à propoſito Religionis, noſtra voluntate, & juris dictamine, alienum eſt; cum deceat vos, & ita Nos velimus, veſtrum utrumque Ordinem, ſemotis Diſcordiarum cauſis, in pacis amænitate Deo ſervire. Quamobrem te hortamur, tibique in virtute S. Obedientiæ præcipimus, ut operam in hoc præbeas effectualem, & efficacem, ut concordia, & litteræ prædeceſſoris hujuſmodi ubique à tuis Fratribûs obſerventur, aliter cogeremur per debita remedia, & proviſiones neceſſarias procedere, pro concordia, & voluntate prædeceſſoris hujuſmodi ad executionem, & obſervantiam effectualiter perducendis. Dat. Romæ apud S. Petrum &c. die 7. Novemb. 1632. Pont. noſtri anno 9.

Vvad. t. 8. ann. 1532. n. 19.

103. Piſottus tamen debita humilitate ſeſe juſtificans; querelas omnes multis ex titulis contra ipſos querelantes retorſit. Anno ſequenti cum Fr. Petrus de Verduzzano ex commiſſione Apoſtolica ad reformādos per Galliam Conventus intraſſet, cum Piſotto Generali prædicto, ſub certis conditionitus, & pactis, & cum Fr. Iacobo Anconitano pro Conventualibus in Galliis Vicario Apoſtolico concordiam inivit, ne in poſterùm ad ſæcularia parlamenta partis utriuſque querelas deferri contingeret. Aquitanicę verò Provinciæ in Obſerv. Regularem incorporatio per Leonardum Publicium pro exauthorato Piſotto totins Ord. Vicarium Generalem ratificata, deinde anno 1535 in Nicienſibus Comitiis ſub Vincentio Lunello Miniſtro Generali, & ultimò per Paulum III. Pontificem confirmata fuit, expedito Brevi, *Exponi nobis &c. 4. ſeptemb.* 1538. Quod in ipſa Aquitaniæ Provincia dabimus per extenſum; & interim in Vvadingo poteſt videri: unde mirari ſatis non poſſum, quomodo pro tuendis privilegiis contra Regulam relaxativis hæc bulla producatur; cum nec in actis capitularibus; nec in bullæ contextu, præter privilegia Franciæ, Turoniæ, & S. Bonaventuræ Provincijs concordata (de quibus ſupra diximus) de diſpenſatione ſuper Regulam, nec verbum quidem habeatur: Quod multo magis inde confirmatur; quòd in Capitulo Nicienſi decretum fuiſſe legimus, ut in magno Conventu Pariſienſi ſcholares de Conventualibus nullo pacto tollerarentur.

Ibid. 1533. n. 1.

Ibid. 1538.

104. Pro Conventualibus etiam in Belgio reformandis jam Viſitatores deputaverat Alexander. VI. dato Diplomate, *Pro parte &c. die 7. Iulij* 1495. prout ex quadam copia in Aluæ Bullarij citatur indiculo; atque ut ibidem extinguerentur, allegatur inibi Bullæ Pij V. *In Eminenti &c. die 2. Novemb.* 1566 ex Archivio Colonienſi: Quarum tenores litterarum hic referre non poſſumus, eo quòd Bullarium ipſum ex præmatura Collectoris morte nondum fuerit typis impreſſum; quomodo autem Provinciæ illæ fuerint in Obſervantia regulari conſtitutæ propriis in locis enarrandum reſervatur.

105. In hodiernum uſque diem Provinciæ n. 3. Cuſtodiæ. n. 12. Conventus plurimi in Galliis per PP. Conventuales grandi decore conſervantur.

106. In Provincia Daniæ anno 1519. recepta in Conventibus nonnullis Obſervantia

ſervantia Regulari, cœperunt etiam elangueſcere PP. Conventuales, addito præſertim Pontificio Diplomate, quo Regularis Obſervantia fuit ibidem confirmata, quamvis citiùs ex hæreticorum rabie tum Conventuales, tum Obſervantes domicilium omne ibidem amiſerint. Bullæ tenorem exhibeo.

## LEO PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

107. ACcepimus ſiquidem, quòd poſtquam olim in Capitulo generaliſſimo univerſorum Fratrum Minorum, tam Regularis Obſervantiæ, quàm Conventualium de mandato noſtro in domo B Mariæ de Ara-cœli de Vrbe dicti Ordinis celebrato, pro fœlici ſtatu, & directione Ordinis, & Fratrum prædictorum ſtatutum, & ordinatum fuerat, quòd ex tunc in antea in dicto Ordine omnes Fratres Reformati tam de Familia, quàm ſub Miniſtris Reformatis degentes, ac omnes alij quocumque nomine nuncuparentur, quòd ſublata nominis diverſitate Fratres Minores S. Franciſci Regularis Obſervantiæ appellari; necnon unus Fr. Reformatus dicti Ordinis Miniſter Generalis, cui univerſi FF. tàm Cõventuales, quàm Regularis Obeſervan, obedire tenerẽtur; ac in ſingulis Provinciis Provinciales FF. de Obſervantia, qui priùs Vicarij dicebantur, Miniſtri Provinciales ſuarũ Provinciarum reſpectivè, quibus omnes tàm illi, qui olim de Familia fuerant, quàm etiam, qui ſe pro Reformatis gerebant, Fratres ſubijci tenerentur, eſſe deberent, prout in noſtris ſuper ſtatuto, & ordinatione prædictis confectis litteris latiùs explicatur; dilecti Filij Guardiani, & Fratres domorum Vrburgen. & Lunden. Civitatum, & Aleburgen. Kalnıburgen. Kolingen. Iſtaden. Zeleburgen. Scoroçen. & Vecebicen. Viburgen. Roſchilden. Ripen. Lunden. & Lincopen. Diœceſis Provinciæ Daciæ, ac Abbatiſſa, & Moniales Monaſterij Monialium Ordinis S. Claræ Civitatis Roſchilden. ſub ſecunda Regula S. Claræ degentes, ſpontè litteris noſtris prædictis, ut obedientiæ Filij parendo, tunc, & pro tempore exiſtenti Miniſtro Provinciali dictæ Provinciæ Daciæ Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ hujuſmodi, illiuſque Fratribus juxta facultatem per dictas noſtras litteras eis conceſſam, ritè adhæſerunt, eique obedientiam præſtiterunt, ſub Regulari obedientia, & obſervantia ejuſdem Miniſtri Provincialis, & pro tempore; promittentes reſidere, & perpetuò manere.

Uvad. t. 8. ann. 1519. n. 9.

Nos Fratrum prædictorum tranquillo, & quieto ſtatui, illiuſque paupertati providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine adhæſionem, ſubmiſſionem, & promiſſionem prædictas, ac omnia, & ſingula in inſtrumẽtis deſuper confectis contenta approbamus, eiſque robur perpetuæ confirmationis adijcimus, omneſque, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſiqui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus, ac adhæſionem, ſubmiſſionem, & promiſſionem prædictas perpetuis futuris temporibus, ſub excommunicationis ſententiæ pœna ipſo facto, abſque ulteriori declaratione incurrenda, à qua præterquam à Romano Pontifice abſolvi non poſſint, obſervari debere decernimus. Inhibentes inſuper ſub dicta excommunicationis ſententia omnibus, & ſingulis Generali, Provincialibus, Magiſtris, Guardianis, & Fratribus Conventualibus dicti Ordinis, ne ſuper adhæſione, ſubmiſſione, & promiſſione prædictis, & aliis in litteris, & inſtrumentis prædictis contentis, quomodolibet ſe intromittant, aut directè, vel indirectè adhærentes præfatos deſuper quovis modo moleſtare præſumant, & per eos facta, & per Nos approbata hujuſmodi, ullo unquam tempore, etiam prætextu quarumcumque revocationum deſuper habitarum, & privilegiorum, indultorum, ac litterarum Apoſtolicarum à Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, nunc, & pro tempore obtentorum, nullatenus contravenire poſſint. Et nihilominus univerſis &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis &c. frui, & gaudere &c. non permittentes &c. Contradictores &c. Dat. Romæ &c. die 11. Martij 1519. Pontific: noſtri anno 6.

108. Quomodo cæteris in partibus levioris momenti reformantionem acceperint: quot ad hæc uſque tempora Provincias, Conventus, & Religioſos habeant; quomodo grandi cum ſplendore doctrinæ, necnon exemplaris vitæ famâ

Deo

Deo, & Eccleſiæ jugiter inſerviant, de primariis tandem ipſorum honoribus, ad hujus libri calcem ex profeſſo, licèt in compendio diſſeremus.

## CAPUT VIII.

### *De Congregatione Fratrum Minorum Conventualium Reformatorum.*

109. Sicut in ſuperioribus abundè tractavimus de Corporis univerſi Patrum Conventualium ſanctâ Reformatione, abſque ulla diviſione, tum ex Romanorum Pontificum, tum ex Religionis ejuſdem zelo introducta; ſic inpræſentiarùm de ſpeciali aliquorum Congregatione, qui ſeparatis in Domibus, ac ſub Cardinalis Protectoris, & Generalis ipſorum Conventualium obedientia, ſingularem reformationem intentarunt, diſſeremus ex profeſſo. Non ita ſenſiſſe videtur P. Angelus Auda de Lantuſca, dum in ſuo tom. 5. Bullarij Romani in Rubrica ad bullam 65. Vrbani VIII. *Romanus Pontifex &c.* adnotavit; hanc Conventualium Reformatorum Congregationem, quam in Bulla prœcitata Vrbanus extinxit, fuiſſe olim à B. Pio V. inſtitutam; cum evidentiſſimè B. Pius in recitatis ſuis litteris non de hac ſpeciali Congregatione, ſed de integra totius Conventualium Communitatis Reformatione loquatur.

Iam ergo Leo X. in celebri Bulla Concordiæ *Omnipotens Deus &c.* Patribus Conventualibus expreſsè conceſſerat, ut data occaſione aliquam Reformationem poſſent intra ſe ipſos erigere, dummodo illi ſui reformati exteriori aliquo diſtinvo ab Obſervantibus in habitu diſtinguerentur; Cum verò quando, & quomodo Reformatorum hujuſmodi Congregatio inter eos fuerit inſtituta, neminem adhuc reperire licuerit, qui deſcribat ex profeſſo; Ex variis Romanorum Pontificum litteris, necnon ex Petro de Panormo Provinciæ Panormitanæ de Strictiori Obſervantia Chronologo, qui ſolus hac in obſcuritate facem prætulit, facti ſeriem integra veritate dilucidare curabimus.

110. Sixtus V. in bulla pro ipſorum Apoſtolica confirmatione, quam mox dabimus per extenſum, dicit expreſsè, quòd jam à pluribus annis extiterint; Domos, ſeu Conventus in Etruria, in Marchia Anconitana, necnon in utraque Sicilia, ſub Cardinalis Protectoris, & Generalis Conventualium obedientia poſſederint: Gregorius XIII. in Brevi Apoſtolico *Piis Christi-fidelium &c. nonis Decemb.* 1573. prout ex Vatic. citatur ab Alva in indiculo Bullarij, eiſdem indulſit, ut Conventum S. Luciæ de Monte ad hæc tempora conſervatum Neapoli poſſent extruere. His, aliiſque multis adductus, quæ pro aſſignanda ipſorum à Capuccinis in habitu diſtinctione fuerunt à Pontificibus, (ut dicemus libro ſequenti) conſtituta, præfati Petri de Panormo narrationem de ipſorum inſtitutione, ut ad calcem primi tomi notavimus, abſque ulla hæſitatione recipimus.

111. Scribit ergo ille in ſuæ de Obſervantia Reformatæ Provinciæ Panormitanæ Chronicis, quòd cum Eremitarum Congregatio ſub litterali, & pura S. Franciſci Regula à Hieronymo Lanza inſtituta, & à Iulio III. approbata, fuiſſet tandem à Pio IV. anno 1562. extincta, ejus alumnis à propris vitæ rigoribus abſolutis, & ad alias de approbatis Religiones tranſire juſſis; nonnulli ex ipſis olim ex Ordine Minorum Conventualium digreſſi, nempe Antonius de Calaſcibeta, Bonaventura de Partanna, Martinus de Tauromina, Andræas de Novella, & alij ſeparatam ſuorum Convẽtualium Reformationem ordinare cœperunt, quam Deo proſperante, atque paulatim cõcurrentibus ejuſdem ſpiritus viris, magno profectu per Italiam propagarunt. Deo, & Eccleſiæ maxima vitæ exẽplaritate deſerviẽtes, loca quàmplurima tum in utraque Sicilia, tum in Lombardia, & ditione Pontificia populis non ingrati conſtruxere de novo. Prælatis Conventualibus non detrectantes obedientiam, domorum ſuarum Superiores proprios habebant, donec ex aliquali habitus ſui cum Capuccinico uniformitate inquietari cœperunt, exinde ab Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, quaſi novæ, nec approbatæ Religionis Profeſſores graviùs exagitati: tandem propriæ quieti ut conſulerent, à Sixto V. Apoſtolicam inſtituti ſui confirmationẽ, atque

Chron. Prov. Ref. Panormit. lib. 3. c. 4.

atque clariorem vitæ methodum impetrarunt; iis omnibus ad Congregationem ſuam habilitatis, qui jam in ipſa reperirentur, etiamſi Eremitæ, vel in alia Religione fuiſſent antea profeſſi; quos, & ab antiquo Quadrageſimalis vitæ voto iterum abſolvit.

112. Quòd autem juxta Sixti V. conſtitutum proprios habuerint in utraque Provincia Cuſtodes, à Miniſtris tamen ſuorum Conventualium dependentes, colligo evidenter ex quodam vivæ vocis oraculo Pauli V. ſub die 12. Octobris 1609. per Marcellum Cardinalem Lantes Ordinis Minorum Conventualium Protectorem publicato, & per Impreſſorem...... tunc Typis evulgato, per quod ipſis Conventualibus Reformatis, poſt Novitiatuum ſuſpẽſionem à Clem. VIII. factam, indulgetur, ut in Provincia Siciliæ 14. Novitios Clericos, & totidem Laicos idoneos, duodecim verò eodem modo in Provincia Neapolitana poſſint recipere per ipſorum Cuſtodem reſpectivè approbandos, ſub conditionibus ibidem deſignatis, quarum illa prima notatur, ut à Conventualium ſuorum Miniſtro Generali, vel ab Ordinis Procuratore Generali, vel à ſuo reſpectivè Miniſtro Provinciali, ſub quo ſunt, debeant priùs obtinuiſſe licentiam; ex tenore Sixtini diplomatis hæc omnia meliùs elucèſcent.

## SIXTUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 2 bull. 68. Sixti V.

113. Apoſtolici muneris ſolicitudo divina diſpenſatione Nobis licèt immerentibus delegata indeſinenter requirit, ut circa ſtatum Religioſarum perſonarum quarumlibet, illarum præſertim, quæ ex ſingulari devotionis fervore ſub ſtrictiori Religionis jugo, gratum Deo famulatum præſtare affectant, & continuò inſiſtunt, aſſidua mentis cogitatione invigilantes, ad ea, per quæ Regularis vitæ inſtitutum in meliùs dirigatur, ipſæque perſonæ Religiosè in hujuſmodi earum laudabili inſtituto; ſemoto quocumque perturbationis, & moleſtiæ obſtaculo, quietè, ac in tranquillitatis amænitate perſeverare valeant, propenſiùs intendamus, ac in his officij noſtri partes libenter interpa-



mus, prout undique debitè penſatis circonſtantiis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

114. Sanè exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fr. Minorum Conventualium Reform. S. Franciſci petitio continebat, quòd annis jam pluribus retroactis nonnulli Ordinem Fr. Min. S. Franciſciſci jam tunc expreſsè profeſſi, Strictioris Religionis jugum ſubire, ac ejuſdem S. Franciſci Regulam, inſtitutumque pium, ac ſanctum exactiùs ſequi, atque imitari, & ſub illis magis gratum Deo famulatum exhibere præoptantes, cœperunt ſe ipſos, juxta eamdem Regulam paulatim reformare, nonnullaſque Domos, Conventus, & Loca in Provincia Marchiæ Anconitanæ, in Etruria, ac in Neapolitan. & Siciliæ Regnis, in quibus ipſam Regulam ſervare, & ſecundùm illam vivere poſſent, acquiſiverunt, & acceptarunt. Licèt autem in Domibus, & locis hujuſmodi ſub obedientia Protectoris, & Superiorum Ord. FF. Min. Conv. hujuſmodi vivant, nec ideo ab aliquo potuiſſent, nec poſſint, vel debuiſſent, aut debeant ſuper ſic reformato vivendi modo per quemquam moleſtari, vel impediri; nihilominus in quibuſdam locis, & potiſſimùm in prædicto Siciliæ Regno, aliqui locorum Ordinarij ſub prætextu, quòd hæc FF. Reformatorum Congregatio nova, ac nequaquam ab Apoſtolica Sede approbata exiſteret; permiſerunt quidem ipſos Fratres Reformatos Eccleſias, & loca fabricari facere, & acquirere, ſed poſtea eos illis de facto ſpoliarunt; alij verò in aliis locis eoſdem ſuper habitu ipſorum, ac ſuper aliis moleſtarunt, & inquietarunt. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicti Fratres Reformati providè, & ne ipſos, eorumque Congregationem ſuper præmiſſis cõtingat ulteriùs inquietari, utque præſens Reformatio magis ſtabilita, non ſolùm manuteneatur, ſed incrementum accipiat, ſpeciali noſtro, & Sedis prædictæ privilegio, ut infra, dilectis Filiis Protectore, & Magiſtro Generali dicti Ordinis in hoc etiam conſenſientibus, præfulciri deſiderent, ac pro parte eorumdem Fratrum Reformatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenùs in præmiſſis opportunè providere, ac eos in hujuſmodi pio, & laudabili propoſito

confovere de benignitate apoſtolica dignaremur.

115. Nos igitur, qui perſonas devotas, præſertim verò eas, quæ relicto mundo. Chriſtum ſequutæ ſunt, ſpecialibus libenter proſequimur favoribus, eoſdem Fratres Reformatos, ac illorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Reformationem prædictam ubicumque locorum cœptam, & introductam, ac in dies introducendam, ac pro ea, & illius fœlici, & proſpera directione facta, ſtatuta, & ordinationes cum inde ſecutis quibuſcumque, ſicuti piè, ac ſanctè ſancita, & ordinata ſunt, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illaque omnia per quoſcumque locorum Ordinarios, & alios, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari debere decernimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum, etiam ſubſtantialiũ defectus, ſi qui forsã quomodolibet intervenerint in eiſdem, aut eorum aliquo de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis ſupplemus.

116. Et Nihilominus eiſdem Fratribus Reformatis, quòd nunc, ac deinceps in perpetuum, ipſi, ac eorum Congregatio tam in prædictis, quàm quibuſvis aliis Regnis, & Mundi partibus, Fratres Minores Conventuales Reformati nuncupari, & pro talibus haberi, & reputari, necnon ſe ipſos ita ubilibet, & in quibuſvis actibus publicis, & privatis vocare, & inſcribere, & ſecundùm veram B Franciſci Regulam, Apoſtolico more in communi, ſub dilectorum Filiorum nunc. & pro tempore exiſtentium dicti Ordinis FF. Min. Conventualium Protectorum, & Magiſtrorum, ac Procuratorum Generalium, & Miniſtrorum Provincialium obedientia vivere, exceptis dumtaxat Domibus, & Conventibus Vrbis, & Civitatis Neapolitan. quæ ſub obedientia Miniſtri, & in ejus abſentia Procuratoris Generalis Ordinis, ut par eſt, degere, & ſubeſſe tantùm intelligantur.

117. Cuſtodeſque Provinciæ in eis reſidere debeant, etiamſi aliqui Eremiticam, aliqui ſub obedientia FF. Min. de Obſervantia nuncupatorum, alij verò tanquam Tertiarij, aut aliàs aliam vitam duxerint, ſeque voto vitæ Quadrageſimalis obligaverint, ac etiamſi poſtea aboliti fuerint, à quibus omnibus votis, & profeſſionibus, quatenùs opus ſit, eos, & eorum ſingulos plenariè abſolvimus, & liberamus, ac habilitamus, plenarièque abſolutos, & habilitatos eſſe decernimus.

118. Ac quòd quicumque ipſorum Fratrum Reform. vocati in quamcumque Provinciam, Capitulo, ſeu Congregationi Provinciali dicti Ordinis FF. Conventualium interſint, in quo particularis fiat Congregatio diverſorum Vocalium Reformatorum, & in ea Præſidens ipſius Capituli exiſtat, ac præſideat, ibidemque Cuſtodem Reformatum inter ipſos eligat.

119. Cujus officium per annum tantùm duret, quique viſitandi, corrigendi, incarcerandi, puniendi, privandi, collocandi, & deponendi, ſive diſlocandi, necnon reformandi, ac primas cauſas cognoſcendi, ſicut cognoſcit Provincialis, dummodo ab ipſo Provinciali non præveniatur, & ab ipſo, ejuſque decretis, ac ſententiis ad ipſum Provincialem Conventualium relinquatur recurſus, & appellatio, qui, vel quæ nunquam impediri queat, quoties opportunum fuerit, ſed tantum in eos poſſit Provincialis prędictus, quantum in Conventuales, de jure, more, laudabilique conſuetudine poteſt, & debet.

120. Et inſuper eorumdem Fratrum Reformatorum quilibet, necnon quæcumque Domus, Eccleſiæ, & loca ipſorum omnibus, & ſingulis privilegiis immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, conceſſionibus, facultatibus, indultis, indulgentiis, ſtationibus, cæteriſque gratiis, tam temperalibus, quam ſpiritualibus, quibus Domus, & Eccleſiæ dictorum Fratrum Conventualium, eorumque Guardiani, & Fratres, de jure, uſu, & conſuetudine, vel privilegio, aut aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt

quo

quomodolibet in futurum, pariformiter, & ſine differentia, dummodo contra puritatem Regulæ ejuſdem B. Franciſci non ſint, nec ei in aliquo derogent, ſed conſervationem, & augmentum dictæ reformationis concernant, uti, frui, potiri, & gaudere poſſint in quolibet actu.

121. Concedimus itidem, ut in quolibet eorum Conventu, ſeu Domo habeant Syndicũ, juxta Ordinationem fœl. rec. Nicol. Papæ III. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc factam, cui per Provincialem, Cuſtodem, ac Guardianum loci cum aliis Fratribus, negotia ſæcularia, Domus, ſeu Cõventus, ac computa rationum revidenda, expẽſæ faciendæ, proviſiones neceſſariæ pro alimentis, & veſtimentis, & conſtructiones, reparationes Conventuum cõmittantur; habitũ etiam quantumvis rudem vilium pannorum, ſive novum, ſive veterem, ac de Saccis etiam repetiatum, & reſarcitum (non enim habitus exquiſitus in qualitate, vel quantitate decet Fratrem Reformatum) coloris terrei, ſeu cineritij, ac caputium, ſeu ſcapularium in capite rotundum, & à tunica diviſum portare, ac ubilibet deferre, nudiſque pedibus, aut ſuppoſitis ſoleis, ſivè (ut vocant ſandaliis) incedere liberè, & licetè valeant, ac etiam debeant.

122. Nec non quòd ab Ordinariis locorum quorumcumque Regnorum, & Mundi partium, in quibus pro tempore Domus, ſeu Conventus, & loca habuerint, ac introducti fuerint, aut etiam à quibuſcumque aliis perſonis, Superioribus, & Prælatis cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & conditionis exiſtentibus, in hoc tàm ſuper jam fabricatis, ac receptis, quàm deinceps quandocumque, & ubicumq; (de Ordinariorum locorum licentia) fabricandis, recipiendis, & acceptandis, per eos, ac eis oblatis, & donatis Domibus, Conventib⁹, Eccleſiis, ac locis, illorumq; uſu, habitatione, ac retẽtione liberis, quietis, & pacificis (dũmodo tamen de licentia expreſſa Miniſtri Generalis pro tempore exiſtentis dictorum Fratrum Conventualium, ac Capitulo Provinciali, ſic determinante) Domos, & loca hujuſmodi receperint, & acceptaverint, habituſque delatione, & aliis præmiſſis, quovis modo, aut quæſito colore, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, ullatenus unquam moleſtari, perturbari, vel inquietari valeant.

123. Neque item ipſi Fratres Reformati, aliquos alios Fratres alterius cujuſcumque Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ac Capuccinorum, aut aliorum Ordinum, juxta litteras fœl. rec. Pij Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri in forma Brevis ſub die 1. Decemb. 1569. Pontificatus ſui anno 4. emanatas, ſed tantùm Conventuales, & cum expreſſa ad hoc habita Miniſtri Generalis ipſorum Conventualium licentia, recipere, minuſvè ſic inter Reformatos ex Conventualib⁹ recepti, profeſſionẽ alio tempore, vel anticipato, vel nõ cõpleto anno, vel ante annũ ſextumdecimum, vel datis, vel intimatis terminis profeſſionis faciendæ, & hoc etiam in publica Eccleſia, Capitulo, vel Refectorio, prout ipſi Conventuales emittunt, ac non niſi juxta veram, & puram Regulam B. Franciſci prædictam emittere, neque poſtquam ad Reformatos ex Conventualibus ſic trãſiverint, ad dictos Cõventuales inde reverti; quin etiam prædicti Fratres Reformati ex Sæcularibus nullos, niſi qui bonæ vitæ, & famæ, priuſquam in ipſa Congregatione Reformatorum recipiantur, probati fuerint, ac habitâ prius à Provinciali dictorum Fratrum Conventualium licentiâ, quam nec Guardiani, Cuſtodes, vel Commiſſarij quicumque dare poſſint, in Fratres Reformatos recipere queant.

124. Demum quòd ipſi Fratres Reformati, & eorum Congregatio dictis Fratribus Conventualibus, ac cum illis ita uniti ſint, & eſſe cenſeantur, ut nullo umquam tempore liceat illis alios Protectores, Generales, vel Provinciales, quàm dictorum Conventualium habere, nec in proceſſionibus, & aliis actibus, aliam, quàm Conventualium Crucem ſequi, vel deferre, niſi fertè ipſi Fratres Reformati in aliquo loco fuerint, in quo non adſunt Conventuales, quo caſu ijdem Reformati per ſe ipſos ire poſſint, ac incedere, nec ſub excommunicationis pœna ſe ſe à Conventualibus umquam ſeparare, aut ſegregare ullo modo, ullove tempore valeant.

125 Præſentes quoque, & de ſuper conficiendę litteræ toti, & ſoli Congre-

gationi Reformatorũ ſub obedientia Cõventualiũ,in omnibus Provinciis viventiũ ſuffragentur,ac conceſſæ intelligantur; illæque per quoſcumq; uniformiter, etiamſi aliqui hactenùs in quacumque Provincia privilegium aliquod, aut facultatem particularem à Nobis, & aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quomodolibet impetrarint, obſervari debeant, anthoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuò concedimus, & indulgemus.

126. Ac etiam ſtatuimus, & ordinamus, eaſdem præſentes litteras nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus umquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere,ſuoſque effectus ſortiri debere, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus,derogationibus,aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſcumque litteras, vel conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros prædictos, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de prædictæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, necnon ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis pro tempore factis, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, necnon quoties illas revocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeù eis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub data priori reſtitutas, & plenariè reintegratas,& de novo conceſſas eſſe,& cenſeri.

127. Sicque etiam per quoſcumque Iudices, Commiſſarios, & Delegatos, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Anditores, & S. R. E. Cardinales, necnon quoſvis alios Eccleſiarum Prælatos, ac Iudices, tàm Eccleſiaſticos, quàm ſæculares, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi &c. attentari contigerit, irrirum, & inane decernimus, & declaramus. Non obſtantibus &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Marcum anno Incarnat. Domini 1587. Idibus Octob. Pontif. noſtri anno 3.

128. Ampliſſima itaque confirmatione Apoſtolica, habituſque formâ, ſimul & vivendi Methodo muniti, atque ſub PP. Conventualium ſupremo regimine conſtituti, gratum Domino famulatum, debitamque populis exemplaritatem exhibere ſatagebant. Cum verò interea temporis Fr. Ioan. Baptiſta Piſaurienſis, licèt Italus, inter Diſcalceatos Hiſpaniarum Ordinis S. Franciſci profeſſus jam maximo cum fructu Philippinas Inſulas, Synarum, & adjacentia Regna in extremis illis Terræ partibus peragraſſet, credens majorem ex Italia operariorum numerum forè colligendum, qui novam illam Chriſti vineam excolerent, ſuam Diſcalceatorum vivendi Methodum voluit in Italiam introducere,ſed ſine prudentia zelum præferens,Conventus plures erexit ( ut ait Pontifex Sixtus V. in bulla mox citanda ) ſine Sedis Apoſtolicę licentia, Religioſos alibi profeſſos, tum Mendicantes, tum non Mendicantes, Capuccinos etiam, & ſæculares plurimos ad ſuorum Diſcalceatorum habitum, & profeſſionem admiſit, Sixtus V. de hiſcè pleniùs informatus, expedito Brevi, *Cũ ſicut ad aures &c. Dat. Romæ* 20. *Decemb.* 1589. quodlib. ſeptimo per extẽſum deſcripſimus; illorum omnium receptionem,& profeſſionem caſſavit, & annullavit, Diſcalceatis ab Italia interdixit, eo quòd ( ait Pontifex ) Conventuales Reformati, necnon Strictioris Obſervantiæ in puritate, ſimplicitate Regulæ Seraphicæ Domino famulantes ibidem effloreſcerent: Conventus illorum, & loca quæcumque ſuppreſſit;eoſque Conventualibus hiſce Reformatis, Apoſtolica antboritate concedens incorporavit; undè magna receperunt incrementa: Piſaurienſem, ac ſocios ab Hiſpania profectos ab omni pœna ſpirituali, & temporali, quam per hæc incurriſſe potuerint, hujus bullæ vigore gratis abſolutos, cæteroſque Regulares, qui Piſaurienſi nomen dediſſent, vel ad ſuos reverti, vel eoſdem inter Conventuales Reformatos ſervatis de jure ſervandis novam profeſſionem emittere præcepit, ſimiliter, & ſæculares à Piſaurienſi ad habitum, & profeſſionem admiſſos, vel ad Conventuales iſtos, vel ad aliam arctiorem ex approbatis Religionibus,Novitiatu,novaque profeſſione præmiſſis, juſſit convolare. Vndè corrigendus Artuſrus, qui ad diem 7. Novemb. Conventuales Reformatos in Italia

lia fuiſſe primò per Piſaurienſem inſtitutos affirmat; cum ad ipſos poſt hujuſmodi rerum eventus ipſe tranſmigaverit.

129. Dum itaque magna vitæ exemplaritate, atque populorum ædificatione Domino famulantes, fœlicior in Italia proſperantur, plurimos, eaſque graves à PP. Capuccinis controverſias ſuſtinere coguntur, non paucis Summorum Pōtificum litteris adacti, ut ſoleas deponerent, habitumq; ita per omnia componerent, ut Capuccinico nulla ex parte ſimilis appareret; ne ſub Capuccinorum nomine (ut opponebant iſti) eleemoſinas emendicarent aliquando: Bullas ipſas partim ex Bullario Romano, partim ex Boverio, vel dabimus per extenſum, vel debirè citabimus in lib. ſequenti: Cum ſuis etiam Conventualibus non Reformatis, vel ex horum ad illos libero digreſſu, vel ex cauſa gubernij, vel aliis de cauſis lites ſuſtinere coacti; tandem ſub Vrbano VIII. Pontifice Patre Caſcia Conventualium Vicario Generali in primis agente; aliorumque valida protectione munito, fuerunt extincti: Deputato enim ſuper eos Viſitatore Apoſtolico P. Ferdinando Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, nimia Fratrum Laicorum quantitate abundare reperti, Fratribuſque ad regimen, & gubernium idoneis ut plurimùm carere reperti (ſub Generali etenim, & Provincialibus Conventualibus regebantur primùm publicato Decreto *Sanctiſſimus in Chriſto Pater &c. habita notitia &c. Dat. Romæ 5. Octob.* 1624. quod in Aracœlitano Curiæ Ciſmontanæ Archivio in Regeſt. P. Moncalvi habetur per extenſum; aboliti fuerunt, & juſſi ad Obſervantes ſive de Regulari, ſive de Srrictiori Obſervantia, vel ad Capuccinos convolare; deinde dato ſequenti diplomate majori explicatione negotium omne abſolutum eſſe credebatur; quod ideo per extenſum adducere ſufficiet.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. Reg. P. Moncalvi fol. 196. pag. 2.

### VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Reg 3. Vltram. fol. 118.

130. Romanus Pontifex, quem Salvator, & Dominus noſter ovium Eccleſiæ ſuæ Patrem, & Paſtorem conſtituit, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & deſtruat, utiliaque, & ſalubria plantet, & ædificet, ea interdum, quæ certis etiam rationabilibus ex cauſis à Sede Apoſtolica ſancita ſunt ipsâ ſubinde rerum experiētiâ ſuadente, & ex majoribus cauſis, quibus præſertim fœlici Religioſorum ſtatui cum Dominici cultus incremenro conſulitur, revocat, & innovat, in hiſque ſollicitudinis, & providentiæ ſtudium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè penſatis conſpicitur in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem fœl. rec. Sixto Papæ V. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum Filiorum Fr. Min. Conventualium Reformatorum S. Franciſci expoſito, quòd ipſi ſtrictiorem vitam agere, & ſe reformare cœperant aliquoſque Conventus acquiſiverant, & in ipſis ſub obedientia Protectoris, & Superiorum Ordinis hujuſmodi vivebant. Idem Sixtus prædeceſſor noſter, ne ipſos Fratres Reformatos, eorumque Congregationem ſuper Reformatione hujuſmodi inquietari contingeret, ſupplicationibus eorumdem Fratrum Reformatorum nomine ſibi humiliter porrectis inclinatus, reformationem prædictam ubicumque locorum cœptam, & introductam; & ex tunc in dies introducendam, ac pro ea, & pro fœlici illius directione facta ſtatuta, & ordinationes cum inde ſequutis quibuſcumque Apoſtolica authoritate perpetuò approbavit, & confirmavit; nonnullaque alia fecit, ſtatuit, & ordinavit ſub certis modo, & formâ, tunc expreſſis, prout in dicti Sixti prædeceſſoris ſub plumbo deſuper Dat. Romæ apud S. Marcum anno Incar. Domini 1586. Idibus Octob. Pontif. ſui anno 3. ſeu alio veriori tempore expeditis litteris, quarum tenores perinde, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem, ſicut accepimus, ex Congregatione Fr. Conventualium Reform. hujuſmodi non ij in Eccleſia Dei ſpirituale fructus, qui ſperabantur, proderint, ſed quòd plures differentiæ inter eoſdem Fratres Reformatos, ac Fratres Conventuales non Reformaros dicti Ordinis ortæ ſint, & vigeant ad præſens: Nos præmiſſis, quantùm in Domino poſſumus, obviare, aliàſque deſuper opportunè providere volentes, motu proprio, & ex certa

ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex premiſſis, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, Congregationem Fr. Conventualium Reformatorum hujuſmodi, omniaque, & quæcumque illius officia, & miniſteria, necnon Domos, & loca Regularia quæcumque, & in quibuſcumque Provinciis exiſtentia, & ad eos ſpectantia, & ſtatuta, conſuetudines, & decreta, & juramenta confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate roborata, ac pariter privilegia, & indulta generalia, & ſpecialia, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis haberi volumus, quibuſcumque illa ſint concepta formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita, tenore præſentium perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, ac quæcumque Congregationes ſic ſuppreſsæ, officia, adminiſtrationes, & dignitates tollimus, & abrogamus, ab eiſque Domos, Conventus, & loca, ac bona immobilia, mobilia, & ſemoventia, ubique populorum conſtituta, ſacram quoque, & communem ſupellectilem, bona, res, actiones, & eorum proprietatem Ordini Minor. Conventualium S. Franciſci nuncupatorum authoritate, & tenore præſentium concedimus, & aſſignamus.

131. Inſuper volumus, ut Fratres Reformati prædicti ad Fratres dicti Ordinis S. Franciſci Capuccinos, ſeù de Obſervantia nuncupatos, tam de Familia, quàm Reformatos infra duos menſes à die publicationis præſentium, ſi eis videbitur, ac benevolos invenerint receptatores, tranſeant, & quilibet eorum tranſeat; ibique per Superiores domorum ejuſmodi, quos ipſi elegerint, recipiant, ac ad eorum habitum, & profeſſionem regulares abſque alio Novitiatu admittantur. Tranſire autem nolentes, dilecto Filio Miniſtro Generali dicti Ordinis Fr. Conventualium per Conventus ſui Ordinis, retenta tamen Reformatione, arbitrio ſuo juxta providam per eum deſuper faciendam aſſignationem, diſtribuendi facultatem concedimus: ſub hac tamen ſuppreſſione, & extinctione, aliiſq; præmiſſis Domum Regularem Neapolitanã ſuppreſſæ Congregationis hujuſmodi pro nunc comprehendi nolumus; ſed qui in ea ad præſens ſunt Fratres de Familia, inibi remaneant ſub obedientia dicti Miniſtri Generalis; ita tamen quòd de cætero illius Superiores nullum ad habitum regularem, neque etiam in locum eorum, quos decedere contigerit, minuſvè alios ſuppreſsæ Congregationis hujuſmodi Fratres admittere poſſint, ſub pœnis quoad receptos, vel admiſſos Apoſtaſiæ; quò verò ad recipientes, & admittentes privationis officiorum, necnon vocis activæ, & paſſivæ eo ipſo incurrendis.

132. Inſuper Domum S. Antonij de Padua nuncupatorum de Vrbe in Capite domorum exiſtentem, ac ejus Eccleſiam, hortos, viridaria, aquarum derivationes, aliaſque Officinas, necnon reliqua bona immobilia, tamen illi adjacentia, quæ ipſi Fratres per præſentes ſuppreſſi inibi poſſident, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicamus, & incorporamus, ac noſtræ, & ſucceſſorum noſtrorum diſpoſitioni reſervamus: Decernentes, præſenres litteras, etſi dicti Fratres Conventuales hujuſmodi per præſẽtes ſuppreſſi ad hoc vocati, & auditi, ac cauſæ, propter quas præſentes emanant, verificatæ non fuerint, ſeù aliis quibuſvis de cauſis quantumvis urgentibus, de ſubreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, retardargui, invalidari, aut ex quovis quæſito prætextu, vel colore ad juris terminos reduci, ſeù in jus, vel in controverſiam revocari, aut quoquam impetrato, ſeù etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſo nullatenus poſſe, ſed eaſdem præſentes litteras ſemper, & in perpetuum validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, necnon Cameræ Apoſtolicæ, ac dicto Ordini Fratrum Minorum Conventualium reſpectivè pleniſſimè ſuffragari; ab omnibus verò, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari, debere; ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis &c. Volumus autem præſentium tranſcriptis, & impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & dicti Miniſtri Generalis, aut alicujus Provincialis dicti Ordinis FF Cõventua

ventualium ſigillo munitis eadem prorſus fides &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annullo Piſcatoris die 6. Febr. 1626. Pontif. noſtri anno 3.

133. Romana itaque S. Antonij in capite domorum de Vrbe, illorum Cœnobio Cameræ Apoſtolicæ ſic applicato, ſed quantociùs per Pontificem ipſum Capuccinis attributo, cæteriſque per Italiam ad Conventuales devolutis, in Regno tamen Neapolitano non ſolùm ad S. Luciæ de Monte in bulla expreſſè reſervatum, ſed & Licienſem, Grumenſem, Tripaldenſem, & Caldarolæ Conventus potuerunt ipſi Reformati ſibi conſervare, in quibus ad regularia ſua inſtituta conviventes, ab Innoc. X. pro Viſitatore ſibi deſignando proviſionem Apoſtolicam impetrarunt, expeditis litteris *Exponi nobis &c.* dat. Romæ 27. Ianuar. 1645. quas ex Archivio Sanctorum Apoſtolorum de Vrbe citat Alva in ſuo Bullarij Indiculo.

134. Deinde cum aſſentientibus quodammodo PP. Conventualium Superioribus ſtatuta nonnulla pro ſua reformatione tuenda, necnon pro tranſitu Reformatorum ad non Reformatos, & è contra decreviſſent, per Alex. VII. approbata, iterum à Clemente IX. per litteras Apoſtolicas confirmari obtinuerunt, prout ſequitur.

## CLEMENS PAPA IX.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 5. bull. 8. Clem. IX. DEbitum Paſtoralis Officij, quo Eccleſiæ Catholicæ adſtringimur, Nos admonet, ut paternam virorum Religioſorum curam gerentes, ea, quæ pro fœlici reformationis inter eos inſtitutæ progreſſu providè facta eſſe noſcuntur, ut firma, atque illibata permaneant, Apoſtolici præſidij robore muniamus.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filij FF. Reformati Ord. Minor. S. Franciſci Conventualium nuncupatorum, quòd aliàs, circa tranſitum FF. Conventualium Ordinis hujuſmodi ad reformationem facta fuerunt nonnulla capitula tenoris, qui ſequitur, videlicet. Primo che tutti quelli &c. *dehinc enumeratis Italico ſermone ſtatutis ſic addit in* §. 3.

Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, fœl. rec. Alexander Papa VII. Prædeceſſor noſter ſupraſcripta capitula ad ſe relata per decretum die 21. ſeptemb. 1657. emanatum approbaverit, & ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter obſervari præceperit; dicti verò exponentes eadem capitula, quo firmiùs ſubſiſtant, & ſerventur exactiùs, etiam Apoſtolicæ noſtræ confirmationis munimine roborari ſummoperè deſiderent.

Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, audita relatione ſtatus hujus reformationis, ejuſque Conventuum neceſſitate proſpecta, omnia, & ſingula capitula præinſerta, emanatumque ſuper eorum approbatione dicti Alexandri Prædeceſſoris decretum hujuſmodi authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes litteras, ac capitula præinſerta, & decretum hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane &c. Non obſtantibus &c. Volumus autem &c. dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris 16. ſeptemb. 1677. Pontif. noſtri anno primo.

135. His omnibus non obſtantibus, cum Patres Conventuales eorum in præfatis Conventibus manutentioni non acquieſcerent; per ſac. Congreg. decretum ſub die 15. Novemb. 1668. Reformatis præfatis pro finali eorum extinctione indictum eſt, approbante, & confirmante Clem. IX. Pontifice per ſuas Apoſtolicas litteras, ut ad ſuos non Reformatos Conventuales, vel ad quamcumque aliam Religionem parem, vel Strictiorem à Sede Apoſtolica approbatam, ſi benevolos invene

invenerint receptatores, trāſire liceret; & alia in litteris ſequentibus ordinata; unde Clemens ipſe expedito, quod appono, diplomate, Conventus illos quatuor ipſis Conventualibus per locorum Ordinarios conſignari præcepit.

## CLEMENS PAPA IX.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. t.5.bull.32 Clem. IX. 136. EX injuncto Nobis cœlitus Apoſtolicæ ſervitutis officio Religioſorum virorum ſtatui, quantùm cum Domino poſſumus, ſalubriter providere cupientes, ac dilectum filium Antonium Latinum ab Ameria Commiſſarium, ac Vicarium Generalem Ordinis Fr. Minor. S.Franciſci Conventualium nuncupatorum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes.

Supplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de conſilio venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis ſuper ſtatu Regularium deputatæ, qui litteras fœl. rec. Vrbani Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri die 6. Febr. 1626. ſuper extinctione, ac ſuppreſſione Congregationis Fr. Conventualium Reformatorum ejuſdem S.Franciſci emanatas, necnon alias die 16. Septembris 1667. ſuper tranſitu Fr. Minorum Conventualium dicti Ordinis ad prædictos Fratres Reformatos Conventuum, qui in eis poſt ſuppreſſionem remanſerant. Et alteras noſtras in ſimili forma Brevis noviſſimè expeditas, quibus confirmando Decretum à Congregatione prædictorum Cardinalium editum die 15. Novembris 1668. tribuitur facultas antedictis Fratribus Reformatis degentibus in Conventibus Licienſi, & Oppidorum Grumi, Ripaldæ, & Cardarolæ, qui ſoli nunc ſupereſſe noſcuntur, transeundi ad dictos Fratres Minores Conventuales S. Franciſci, aut ad quamcumque aliam Religionem parem, vel Strictiorem à Sede Apoſtolica approbatam, in qua benevolos invenerint receptatores.

Eiſque inhibetur, ne de cætero quempiam ex Conventualibus antedictis, vel ex alia Religione, aut ex ſæculo ad habitum, vel profeſſionem admittant, ſub pœnis nullitatis actus, & excommunicationis latæ ſententiæ, non obſtantibus anteriorib⁹ noſtris litteris prædictis, aliaque videnda, & conſideranda viderunt, & conſiderarunt.

Authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, memoratos Conventus Licienſem, Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ cum omnibus eorum bonis, juribus, & pertinentiis, ſacraque, & prophana ſupellectili, ad prædictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci ſpectare, & pertinere; ejuſque Ordinis Superiores per Ordinarios locorum in poſſeſſionem Conventuum, ac bonorum hujuſmodi eſſe immittendos: Fratribus autem Reformatis legitimè in eodem Ordine profeſſis, degentibus in dictis quatuor Conventibus per eoſdem Ordinarios injungi volumus, ut intra terminum duorum menſium tranſeant ad dictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium, vel ad aliam Religionem parem, vel Strictiorem à Sede Apoſtolica approbatam, in qua, ut ſupra, invenerint benevolos receptatores.

Quodſi neutrum præſtiterint, elapſo termino, per Ordinarios antedictos juris remediis compellantur à memoratis Conventibus diſcedere, & dimiſſo habitu Reformatorum ad Religionem dictorum Fratrum Conventualium tranſire, ejuſque habitum aſſumere, ut in eo, quoad vixerint, permaneant, nec indè abſcedant ſub pœna Apoſtaſiæ.

Decernentes eaſdem præſentes litteras &c. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 9. Martij 1669. Pontif. noſtri anno 2.

137. Cum verò Clemens ipſe eodem anno per Apoſtolicas ſuas litteras, *Ex injuncti &c. pridie nonas decembr.* Conventum illorum in Vrb. VIII. Bulla ſupra deſcripta reſervatum ſub tit. S. Luciæ De mōte Neapoli FF. S Frāciſci Diſcalceatis conceſſiſſet; eligentes Conventuales Reformati Diſcalceatis hujuſmodi nomen dare potiùs, quàm ſuis Conventualibus; operante potiſſimùm Neapolitano Pro-Rege, tandem evicerunt, ut etiam quatuor jam memorati Conventus ſui, qui nondum in ſuorum Conventualium poſſeſſionem devenerāt, Diſcalceatis hujuſmodi novam in Cuſtodiam (deinde

in

in Provinciam) Sancti Franciſci Diſcalceatorum ſub tit. Sancti Petri de Alcantara erigendi à Clemen. X. realiter, & cum effectu reclamantibus in vanum Conventualibus, traderentur; expedito diplomate, *Apoſtolicæ ſervitutu &c.* prid. Kal. Octobr. 1670. Vltimis itaq; Conventualibus hiſce Reformatis cum ſuis etiam Conventibus ad Diſcalceatos Convolantibus, univerſam ipſorum Congregationem vidimus ex toto fuiſſe ſuppreſſam; quæ omnia in ipſa Provincia S. Petri diffuſiùs exſcribetur.

138. Floruerunt prè reliqnis inter eos B. P. Ioannes Baptiſta de Piſauro Italus, de cujus grandi pietate, atque pro Fidelium converſione zelo, deque ipſius in Philippinis tunc noviter inventis, in China, & in Malacca ſanctiſſimis pro Fidei dilatatione laboribus, ſuo loco tractabimus; qui, ut ſupra notavimus, à Diſcalceatis ad Reformatos hoſce digreſſus, Neapoli ad S. Luciæ de Monte piiſſimè obdormivit in Domino, de quo Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 7. Novemb. cum aliis multis glorioſè proloquitur. Similiter Bonaventura de Palazzolo, vir magnę contemplationis, & probati ſpiritus, qui Congregatione ſua per Vrbanum extincta ad Fratres Strictioris Obſervantiæ convolando, in Valle Lucernæ, in Albania, & Servia Miſſiones Apoſtolicas inſigni zelo fundavit, innumeriſque pro Chriſto laboribus, & ærumnis toleratis, Vrbano VIII. Innoc. X. & Alex. VII. Romanis Pontificibus acceptiſſimus, Taurini in Conventu S. Mariæ Angelorum piiſſimè obdormivit in Domino, de quo in lib. præcedenti de Strictiori Obſervantia diximus, & in 3. par. ſtylo pleniore dicemus.

In primitijs Prov. Ref. Pedemontan. P. de Salto.

## CAPVT IX.

### *Patrum Conventualium primarij honores.*

139. PAtrum Conventualium, prout ab Eugenio IV. primùm fuerunt ab Obſervantibus aliqualiter diſtincti, deinde per Leonem X. omninò ſeparati, glorioſi ſemper inſignium operum fructus, tum raro Doctrinæ ſplendore, tum Sanctorum laborum opportuna, importuna occupatione, quibus ad Dei gloriam, animarumque ſalutem inceſſanter operantur in Eccleſiâ Dei, præ omnium oculis altè coruſcant, necnon in Apoſtolicis litteris cum laude decantantur.

140. Ea tamen inter reliquas ipſorum glorias non videtur ſecundo loco recenſenda, quòd Seraphici Patriarchæ noſtri Franciſci Sacratiſſimum Corpus, inſigne toto Orbe miraculum in Apoſtolica ejuſdem Sancti Aſſiſienſi Baſilica, tanta religioſi ſpendoris majeſtate veneratur; atque S. Antonij omnium fidelium potentiſſimi Patroni rara ſingularitate honoratas in Vrbe Paduana Reliquias, aliorumqne plurium ex Ordine Seraphico Sanctorum, qui in primis Ordinis Minoritici ſæculis floruerunt, Sacras exuvias tanto decore poſſidere, tantaque veneratione cuſtodire meruerunt. Cum enim poſt prima indiviſæ Religionis aurea ſæcula ob irrepentes laxioris vitæ libertates, qui à Regulæ puritate recedere volebant, ab illis, ut periculum relaxationis effugerent, recedere cogerentur, qui novitates libertatis affectabant; hi longè majori numero antiqua Cœnobia ſibi retinuerunt, in quibus antiquorum Patrum Sacra pignora ſervabantur, illis ad Eremitoria, & loca paupertima ſecedentibus. Etſi verò poſtmodùm Leo X. Regulæ ad omnimodam puritatem Obſervatores in unum ſub Obſervantiæ Regularis titulo collectos, Miniſteriatu Generali, ſigilloque Ordinis, & cæteris præeminentiis donatos ad Regulæ præſcriptum extulerit, de Conventuum tamen reſtitutione nihil voluit eſſe innovatum; ita ut omnes illi Conventualibus remanſerint, quos ex antedicta jam causâ tunc poſſidere reperirentur, inter quæ quamplurima fuerunt, in qnibus ſacroſancta primitivæ Religionis pignora conſervantur.

141. Nec tamen poſt introductam à Martino V. & Eugenio IV. Conventualitatem, & à Leone X. conſtabilitam; ſub privilegiis cōfirmati propriis Servorum Dei ſpendoribus caruiſſe dicuntur, Fr. Eliam de Bourdoville Epiſcopum Petragoricenſem, dehinc Archiepiſcopum Turonenſem, Ludovico XI. Regi Chriſtianiſſimo à ſecretioribus, & ſanctioribus Conſiliis chariſſimum, titul. S. Luciæ in ſilice Cardinalem omni virtutum, ſan

Vvad. t. 7.

ſanctitatis, & miraculorum gloriâ clariſſimum habuerunt ſub Sixto I V. Pontifice anno 1484. pro quo in Apotheoſim referendo confecti fuerunt proceſſus authoritate ordinaria; de quo in 3 parte fuſiùs agendum.

142. FF. Iacobus Anconitanus Conventualium Ex-Miniſter Generalis à Paulo III. factus Epiſcopus ...... ubi oratione, meditatione, cæteriſque omninò virtutibus, charitate præſertim in pauperes longè conſpicuus anno 1559. piiſſimè obdormivit in Domino.

143. Iacobus Politius de Calatagyrone Siculus, in S. Tridentina Synodo Theologus, anno 1549. electus Siculæ Provinciæ Miniſter; officio ſanctè completo, Anachoreticæ vitæ rigoribus addictus, tum doctrinæ, tum pietatis famâ glorioſè reſplenduit.

144. Auguſtinus de Miglionico de Reformatis Conventualibus, ſicut & Ioannes Baptiſta Piſaurienſis, in Conventu S. Luciæ de Monte Neapoli cum pietatis opinione deceſſerunt.

145. Hieronymus Pallanterius Epiſcopus Bituntinus obiit anno 1619. adeo ſignis, & miraculis clarus, ut proceſſus pro ejus Beatificatione fuerint authoritate Apoſtolica formati.

146. Philippus Geſualdus Caſtrovillacenſis Calaber Ex-Miniſter Generalis Epiſcopus Charitati in Calabria ſemper Religionis rigioribus addictus, litteras cum pietate grandi fructu conjungens, ut ejus inſignia ſcripta teſtantur, die, & hora ſui obitus prædictis, pietate in Deum, & pauperes 13. ſeptemb. 1618. ſancto fine qnievit.

147. Bonaventura Ponſerius à Carpanzano Calaber Miniſter Bohemiæ, integroque novennio Procurator Generalis ſui Ordinis anno 1617. electus, ſemper coram Deo ambulare viſus, vivens, & mortuus ſignis refulſit.

148. Iacobus Montanarius à Balneo Caballi circa annum 1620. ſuorum Miniſter Generalis raro zelo, & doctrinæ, pietatiſque ſpendore conſpicuus obiit in Domino.

149. Alexander Mutius de Foſſano Novitiorum Magiſter inſignis, zelo animarum ardens, dono curationum, & famâ ſanctitatis celebris anno circiter 1670. piè obiit Foſſani in Pedemontio.

150. Thomas Calaritanus maximis virtutibus, & cœleſtibus viſitationibus illuſtris inſignem ſuorum meritorum gloriam moriendo reliquit.

151. Franciſcus Geſſius à Burgheto Regni Neapolitani, qua prædixerat die, & hora 1673. cum magna Populi veneratione obdormivit in Domino.

152. Ludovicus Gulinet Leodienſis anno 1681. Anagniæ cum ſanctitatis opinione deceſſit, omni virtute decoratus; pecuniarum nec contactum, nec valorem noſſe ullo tempore conſenſit.

153. P. Fr. Ioſeph à Lopertino Sacerdos, cujus ſpiritus fuit per omnia probatus, pro cujus Beatificatione fabricantur proceſſus, obiit Auximi die 18 Septembr. 1663. corpus ejus volente Cardinali Bichio Epiſcopo fuit in arca particulari recluſum.

154. In eminentioribus Sedis Apoſtolicæ negotiis tanta fidelitate, tanta prudentia, tanta fœlicitate laborarunt, ut primarias ejuſdem Legationes obtinere, meritorumque ſingularium intuitu, zeli etiam, & doctrinæ, pietatiſque titulo ad regendas Cathedrales, necnon Metropolitanas Eccleſias ingenti nnmero promoveri meruerint. Novem de ſuis ab Eugenij IV. tempore in ſacro Patrum Purpuratorum Collegio altiùs eminere conſpexerunt, quibus noviſſimè decimum velnti perfectionem, atque coronidem addidit Innocentius XI. videlicet Em. D. Fr. Laurentium Brancatum de Lauræa ingeniorum noſtri ſæculi Phænicem, qui poſt omnia ferè ſuæ Religionis munia laudatiſſimè completa S. Theologiæ Lector in Romana Sapientia, ſanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Conſultor, ſimul & in ſacris Cardinalium Congregationibus Indicis librorum, Indulgentiarum, ſuper ſtatu Regularium etiam cum voto in Congregatione Conſiſtoriali Conſultor, ſynodalis Examinator in Vrbe, Examinator itidem Epiſcoporum, in S. Congregatione de Propaganda Fide ſtudiorum Præfectus, denique Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos primarius, præter innumeras, & maximas Religionis ſuæ curas, hæc extra Religionem primaria decem officia immenſa cum laude ſuſtinuit; novemque juſtis de Re Eccleſiaſtica tomis gloriam ingenij ſui cum omnium utilitate immortalitati conſecravit; tandem ex meritorum intuitu ſacro Cardinalium Collegio

Collegio anno 1681.fœliciter adſcriptus; De his omnibus, ut & de ſequentibus latiùs in 3. par. ſub propriis titulis dicemus. Duos etiam de ſuis videlicet celebratiſſimos illos Sixtum IV. & Sixtum V. in Apoſtolica Petri Cathedra Chriſtiani Orbis exultatione viderunt adoratos.

155. Sacro-ſanctum Inquiſitionis Officium, quod ampliſſima authoritate per inſigniores Mundi Provincias Religio Minorum adhuc indiviſa exercere conſueverat, etiam poſt Ordinis diviſionem plurimis in locis laudabili integritate, totaque Majeſtate conſervarunt: In Etruria tres habēt Inquiſitores Generales; nempè Florentinum, Senenſem, atq; Piſanum, primus Florentiam, Lucamque complectitur, Vrbes item, & Oppida, ſub antiquis hiſce Rebuſ publicis olim quomodocumque contenta. Senenſis non difformiter ad antiquum Senenſium Dominium authoritatis ſuæ terminos extēdit; ut & Piſanus ad ſimile antiquum Piſanorum imperium: Sedet inſuper Liburni Vicariùs S. Officij ab ipſa Romana, & univerſali Sancta Inquiſitione deputatus à præfatis independens, aliqualiter tamen cum Piſano communicans.

156. In ditione Veneta cum ſeptē Inquiſitorib⁹ de ſuis à S. Sede deputatis integritatem ſanctæ Fidei ſtudent illibatam defendere.

157. Paduæ ſedet primus, Tarviſij ſecundus, tertius Beluni, Coneliani quartus pro Cenetano, ſeu Cogienſium diſtrictu; quintus Vtini pro Aquilegienſi, atque Forojuliēſi diſtrictu, Iuſtinopoli ſextus, qui & Iuliæ piæ, ſeu Polæ, cæteriſque per Iſtriam Vrbibus, & Populis præſidet; ſeptimus Adriæ ſuper tractum Rhodiginum conſtitutus.

158. Miſſionarios etiam num in Valachia, in Moldavia, & Tranſilvania manutenere, & in Hungariam, atque Romaniam magno fructu ſub ſui de Hūgaria Provincialis Præfectura, tranſmittere non ceſſant. Quin etiam in tractu Conſtantinopolitano ſanctè laborantes ſuum Miniſtrum Provincialem Peræ reſidentem in Præfectum Apoſtolicum recognoſcūt; Quem & pro Latinis eiſdem in partibus degentibus fuiſſe aliquando Vicarium Patriarchalem legimus.

159. Cum verò pro commodiori rerum expeditione, quæ ab Ordine, ſeu caractere Epiſcopali dependent Sacræ Congregationi viſum fuerit expediens, Prælatum aliquem in Vicarium Patriarchalem illuc deſtinari; quem ſæpiùs ex Obſervantibus aſſumptum fuiſſe comprobatur, tandem etiam ex patribus Conventualibus jam tres Patriarchales Vicarios fuiſſe non latet; nempe P. Bonaventuram Theulis Velletrenſem inſignem Thologum ab operibus Typis impreſſis cognitum, olim inter ſuos, Ordinis Aſſiſtentem, & Socium, in Epiſcopum........ conſecratum: Deinde Andræam Rodolphi à Fractis Vrbini, qui jam 18. annis in Oriente, atque inter Græcos vixerat, & contra eorum errores ſcripſerat, ad Calaminenſem Epiſcopatū promotus, huic Vicariatui fuit deputatus. Poſt quos locum obtinet Pater........ Gaſparini de Caſtignano Spicenſis Epiſcopus, qui olim in Oriente Miniſtet Provincialis, demum in Gallia Commiſſarius Generalis extiterat.

Arch. Ars. cœl. Cur. Ciſm. reg. P. Nicol. de Peruſio fol. 302.

Ipſorum Generalis in Curia Procurator etiam in Capella Pontificia, non Obſtante Obſervantis aſſiſtentia, locum obtinuit, & coram Sanctiſſimo Dominica ſecunda Adventus orat ex Officio.

160. Vnum de ſuis in S. Romanæ, & Vniverſalis Inquiſitionis Congregatione jam ab antiquo habere ſolent Conſultorem.

161. Hæc omnia, ut majori profectu, & tutiori efficacia valeant exercere, ſingulari prorſus applicatione in privatis Conventibus, necnon in publicis Vniverſitatibus ſacris inhærere ſtudiis comprobantur; (ad quod ſpecialiùs per Summos Pontifices ad annuos proventus legimus ipſos fuiſſe diſpenſatos) tum Seraphici, tum Subtilis Doctorum celebratiſſimas doctrinas inſigni gloria promovere non ceſſant; In Vniverſitatibus Bononiæ, Paduæ, Ticini, Romæ, Peruſij, Maceratæ, Taurini, Ferrariæ, & Vrbini publicam Scotiſticæ doctrinæ Cathedram; inſignia itidem tum in Vrbe, tum Bononiæ, tum Aſſiſij, & Paduæ, & Neapoli, necnon Melitæ, ultimò tandem per ſpeciale Vrbani VIII. diploma in Civitate Pragenſi Collegia magno ſplendore conſervant: In ampliſſimo Sapientiæ de Vrbe Collegio ſecundam Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lecturam, ſimiliter, & Theologiæ poſitivæ (non tamen jure perpe

perpetuò) poſſident.

162. Statum ſuæ Religionis P. Franchinus Procurator Generalis in Curia ſic primo in opuſculo recenſet anno 1682. ut Provincias 36. Conventus circiter mille, Religioſos in eis ferè 15. mille, hoc modo. Provincia S. Franciſci Conventus 42. Romana 60. Veneta 37. Bononienſis 50. Neapolitana 76. Sicula 83. Marchia 79. Apulia 51. Mediolanenſis 32. Thuſcia 39. Ianuenſis 43. Aprutina 41. Calabria 33. Provincia S. Angeli 25. Dalmatia 21. Burgundia 17. Provincia S. Ludovici 24. Colonienſis 22. Argentinenſis 21. Romania 3. Auſtria 17. Bohemia 17. Hungaria Conv. 4. cum multis tamen Domibus Parochialibus, in quibus actu deſerviunt. Polonia 32. Ruſſia 40. Occitania ſub titulo S. Rochi 17. Styria 11. Sardinia 9. Leodienſis 3. Orientalis 2. Tranſilvania 1. Anglicam, Hibernicam, Saxonicam, Danicam, & Terræ ſanctæ olim celeberrimas, nunc merè titulares eſſe conteſtatur: In Hiſpaniis, & Belgio, nec titulum retinuerunt; ad Orbem novum non penetrarunt; In Italia, & Germania Deo benedicente proſperantur.



LIBER

# LIBER X.

*De Patribus Capuccinis Ordinis Minorum.*

1. INſcrutabilia verè judicia Dei non eſt qui confiteri ſimul, & admirari non cogatur, ſi Religioſiſſimam Patrum Capuccinorum in Ordine SeraphicoReformationem ſuis ſub initiis, & quãtitate, & qualitate adeò perexiguam, tot adverſitatibus, & oppoſitionibus (ut notavit Boverius in apparatu ad ſuos Annales, & poſt eum Vvadingus) agitatam conſideret, ut vix non fuerit ſæpiùs ad non eſſe reducta Iam tamen per omnia Catholica Europæ Regna (ſi pauca excipias) Conventibus atque Provinciis magno numero dilatata; immò per Orientem, & Meridiem, & uſque in Braſiliam inductis ampliſſimis Miſſionibus, ſanctitatis, & doctrinæ ſplendore, maxima cum Populi Chriſtiani ædificatione adeò ſingulariter effulget, ut inter primaria Corporis Franciſcani membra recenſeri mereatur. De ipſa utique in communi (ſicuti de cæteris Deo dante peregimus) quantùm totâ diligentiâ invenire licuit, at veluti ſummariè ipſorum Annales in Boverio ſupponendo, ad S. P. Franciſci gloriam tractaturus, ſingulari prorſus applicatione non laborare non potero. Etenim cum P. Zacharias Boverius de ipſorum origine, atque progreſſibus duos Annalium Tomos exſcripſerit, qui deinde per decretum Sacræ Indicis Congregationis decreto ad correctionem uſque fuere ſuſpenſi; anno tandem 1652. ſub innumeris correctionibus fuerunt ab eadem S. Congregatione reſtituti. cum tamen correctiones ipſæ non fuerint hucuſque ſuis locis adaptatæ; difficilimum eſt licita ab illicitis ſecernere; ideoque applicatione maxima laborandum.

Bover. t. 1. Annal. Capuc. Vvad. t. 8. 1525.

## CAPUT I.

*Prima Patrum Capuccinorum Reformationis occaſio.*

2. DEclinante paulatim à primævo arctiſſimæ vitæ rigore, atque à perfectionis apice Obſervantia Regulari; in Hiſpaniis primùm, deinde in Italia diximus abundanter ſuperiùs in libro VII. ſubintroductam fuiſſe Strictiorem Obſervantiam; Cum verò hæc ultima primitùs à Licheto Generali anno 1519. Vvad. ibd. fundamenta qualiacumque recepiſſet; & deindè non ſuſtentata defeciſſet, dilationis impatientes, qui zelum majorem præſeferre videbantur, Quiñonij novi Generalis adventum in Italiam ſuſpirabant, cujus ſub patrocinio reſtitueretur in integrum. Hos inter Matthæus de Baſſio ex Obſervantium Marchiana Provincia longiorem dilationem non ſuſtinens, ſacræ Capuccinorum Congregationi occaſionem dediſſe ab omnibus comprobatur. Rem deſcribit Vvadingus, ut ſequitur.

3. [ Matthæus è Baſſio Comitum Carpeniæ vico in Vmbria, & confinibus Montis Feltrij ſuſcepto habitu in Conventu Montis Florentini Provinciæ Marchiæ ad inſtituti Regulas vitam religiosè compoſuit. Fervent ſpiritu, magnoque zelo paupertatis exæſtuans dum aliquandò videret caputium S. Franciſci acuminantum, aliud ſimile ſibi formavit anno 1525. ſimplicique habitu, & nudis pedibus cœpit incedere. Paſſus tamen aliquas perſecutiones propter caputij novitatem, ad Clementem Pontificem in Vrbem venit, facultatem petiturus, ut ſibi liceret illam habitus formam, ſimilem ei, quam S. Franciſ-

Vvad. t. 8. 1525. n. 16 ex Bover. Annal. Capucci. t. 1.

cus induerat, geſtare. Annuit Pont. ipſi ſoli, & ſocio facta hac poteſtate. Ita rem breviter narrat Marcus Olyſſiponenſis; ſed multas præceſſiſſe viſiones, & monitiones divinas, atque ſubſequuta miracula liberi acceſſus ad Pontificem, Angelico miniſterio, ac ſanationis repentinæ ab ardentiſſima febre narrat Abrahamus Pozovius, totiuſque narrationis fidem regerit in Olyſſiponenſem, hoc ſolo authore citato. Diffuſiùs, multiſque pagellis uno, atque altero anno 1524. ſcilicet, & 1525. hiſtoriam proſequitur R. P. Zacharias Boverius in Annalibus Capuccinorum. At quidem tametſi vetus Olyſſiponenſis nihil habeat hujuſmodi, licet tamen Scriptores hos excuſare; inciderunt enim in fictum quemdam Olyſſiponenſem, apud quem hæc omnia leguntur. Sciendum itaque eſt, authorem hunc tertiam partem ſuorum Chronicorum linguâ patriâ Luſitanâ ſcripſiſſe anno 1568. quæ lingua Caſtellana prodiit Salmanticæ anno 1570. Italica Venetiis anno 1591. in hoc idioma traducta per Horatium Diolam Bononienſem, & per ejus Fratrem germanum Alexium dedicata Gregorio XIV. Summo Pontifici: in quibus editionibus nihil, quod ad Baſſium attinet, habetur præter illa paucula à nobis relata. Apparuit tamen quarta, neſcio cujus ſtudio, fœcundior editio in eadem Vrbe Veneta apud Eraſmum Viottum an. 1598. ubi plurima addita ſunt & mutata, & magno authario per multa capita à 16. uſque ad 29. diffunduntur geſta Matthæi; ortus progreſſus, & incrementum PP. Capuccinorum. Author hujus numeroſæ mutationis nullibi ſe prodit, neque unde prodierit tam ſpecioſum additamentum, potuit hactenùs ad plenum inveſtigari.

Ibid. n. 17. 4. Sed neque cum ipſa hac ficta hiſtoria concordat ubique Boverius. Baſſium ait anno 1524. hoc veſtis genus aſſumpſiſſe, & ad Pontificem ineunte anno 1525. in Menſe Ianuarij cum eadem veniſſe. Codex ille addititius refert, illo menſe adhuc apud Obſervantes in ſolito habitu hærentem, à Conventu Verucæ prope Montem Falconem ad funebria officia proficiſcentem, ſubditit ios pannos Chriſto ſub mendici forma latenti porrexiſſe, & non niſi multa præmiſſa oratione, cœleſtique voce monitum poſtea caputium illud quadratum habitui aſſuiſſe. Bis ad Franciſcum Fanenſem, ſivè à Cartoceto in eremo S. Iacobi latentem abiiſſe, antequam à Miniſtro Picæno carceri manciparetur, affirmat Boverius, ſemel ad eum acceſſiſſe, narrat Marcus confictus, idque poſtquam à vinculis evaſit. Qualiter autem ab iis evaſerit, non eodem modo uterque recenſet. Novam illam habitus formam Matthæo dumtaxat, & ſocio à Pontifice permiſſam, habet Marcus; ad quoſcumque volentes Pontificis indultum extendit Boverius. Alia his ſimilia utramque hiſtoriam conferenti occurrent, etſi in illa Boverij pro his ipſis paſſim in copioſiſſimo Indice præliminari citentur chronica Ordinis Minorum illius poſtremæ ſcilicet editionis; neque enim in prioribus quidquam horum licebit aſpicere: fortaſſis aliter iſta habentur apud illos quatuor Scriptores, quos incorrupta fide ait Boveriùs, primùm collegiſſe, & narraſſe res omnes iſtius religioſiſſimi inſtituti: Nomina horum authorum, volumina, quæ ſcripſerunt, ( ſed nuſquam hactenus prodierunt ) tempus, quo vixerunt, refert ille in prædicti Indicis proemio. ] hæc Vvadingus.

5. Revera quidem ſatis mirari non poſſunt cum Vvadingo viri Cordati, quòd Boverius, ut Matthæi, & Ludovici nocturnam fugam ab apoſtoſiæ nota contra ſacros canones excuſet, injuriis tam eſſentialibus Obſervantiam onerare non erubeſcat ex una parte, ita ut impoſſibilis eſſet in ea ſtatus ſalutis; ex alia verò mordicùs defendat, quàmplurimos in ea ſanctitatis gloriâ tunc præfulſiſſe, qui ad Capuccinos convolarunt; fugam iſtam Ibid. 1525. novique caputij aſſumptionem tot cœleſtibus viſionibus, & præceptis ( quæ ipſe ſine alio fundamento, vel prævio authore deſcribit ) fuiſſe dicit innixam, Spondanus anno. 1525. n. 17. & tamen leviter adeò (ut notavit Spondanus apud Vvadingum relatus) à Matthæo, Ludovico, & Raphaele primis hujus novitatis ex revelatione, ut diximus, aſſertoribus fuiſſe dimiſſam, ipſe recenſet. Matthæum Caputij Quadrati (quod Boverius contra regulas Mathematicæ in unum cum acuminato confundit) inventorem, Ludovicum, & Raphaelem, obtentâ bullâ Papali ſuæ novæ Reformationis ponit authores, & deindè Reformationem illam nullum habuiſſe

authorem, vel fundatorem, novum Melchiſedech ſine Patre & ſine Matre fuiſſe contendit: Matthæum dicit, Angelo Dei jubente, & per miraculum ſanante, Apoſtolicas litteras ſuper ſuum ab Obſervantia digreſſum neglexiſſe, & deinde hortante Ludovico quamvis Angelici præcepti memorem in Brevis Apoſtolici procurationem expreſsè conſenſiſſe: Ludovicum ipſum de Foro-ſempronio ſæpius à rara pietate, ab inſigni prudentia, à zelo ſingulari pro ſtatuenda Reformatione commendat, dum ab Obſervantibus egrederetur, dum Bullam pro erigenda Reformatione impetraret, dum renunciante Matthæo in Vicarium Generalem eſt electus; ſubitò autem ipſum de nimia ambitione, de ſpiritu militari, aliiſque de multis, (quæ ego præ reverentia taceo) dum jam tandiù inter Capuccinos extitiſſet, graviſſimè accuſat: oracula illa cœleſtia, divinæ revelationes, præterquam quòd illos ipſos, quibus facta ſunt, in eo ſtatu continere non potuerunt, ex ipſa Boverij libertate, atque arte dicendi nimium ſunt cordato Lectori ſuſpecta, ut ait Haroldus ex Vvadingo Ordinis ſui initia ab anno 1524. deducere conatur, & recenſet, tamen ad annum 1528. deſcriptâ ſuæ fundationis Apoſtolicâ bullâ; ſubjungit (*hoc anno, & menſe Originem habuit Congregatio Capuccinorum*) ut reverâ habuit. De ſigillo antiquo Ordinis, quod tunc ſubitò à quodam Carbonario inventum accepit, qui legunt, & antiquorum amittentium incuriam, & opportunam novæ Congregationi reſtitutionem, ut quodammodò primatum in Seraphica Religione tali invento ſibi vendicare contendat, numquam ſatis admirantur, quod ideò per correctionem ſacræ Congregationis fuit abolitum. Hæc, & alia plurima, quæ contentiones exoſus ultrò dimitto, in Boverij primo tomo eſt videre per extenſum, quæ hîc conciſo compendio non prænotare non potui, ut ad veriorem hiſtoriæ narrationem valeam procedere.

Harold. in epit. ad an. 1525. ex Vvad. ibid.

6. Vt ergò regrediamur ad inſtitutum, omni jam neceſſaria digreſſione præmiſſa, Ludovicus à Foro-ſempronio annum agens ætatis circa trigeſimum, paulò ante in Provincia Marchię inter Obſervantes de milite factus Minorita, & dehinc Sacerdos, vir ardẽtis ingenij, ſagax, audax (Boverij verba profero) ad dura quæque perferenda idoneus, ut de Matthæi mutatione audivit, ſtatim cum Raphaele ſuo uterino fratre, ac ejuſdem inſtituti laico conſilium de ſequendo Matthæo inivit, eodemque modo efformatis ſibi habitibus, cum à Superioribus (ait Boverius) licentiam exeundi obtinere non potuiſſent, inſalutato hoſpite ad Matthæi exemplum nocturnâ fugâ ad ipſum confugerunt ejuſdem ſub diſciplina victuri. Cum autem à Matthæo audiſſent, non ſibi licere ipſos in ſuam ſocietatem, atque habitus ſimilitudinem admittere, cujus pro ſe ſolo licentiam à Pontifice impetraverat; Catherinam Cybo Camerini Duciſſam, & Clementis VII. in Petri Cathedra tunc regnantis Neptem adeuntes, deſiderium ſanctæ Reformationis exponentes, litteras ejuſdem commendatitias ad Cardinales aliquos, & ad ipſum Pontificem obtinuerunt, quarum favore Vrbem ingreſſi, litteras Apoſtolicas à Laurentio Cardinali Puccio majori Pœnitentiario receperunt, ut Mathæo, Ludovico, & Raphaeli liceret ſub habitu illo, & ſub Ordinarij obedientia, cujus in Diœceſi illos eſſe contingeret, eremiticam vitam in aliquo ſolitario loco ducendo, Regulam S. Franciſci cum omnibus privilegiis Ordini Minorum competentibus obſervare: Cardinalis præfati litteras, quoniam latinas habere non potui; atque cum aliis per omnia coincidunt, quas ab eodem Puccio Cardinali nonnulli alij Matthæi ſectatores impetrarunt mox deſcribendas, hîc apponere non debui.

Bover. t. 1. annal. in appar. et ann. 1525.

7. Ad hujuſmodi novitatis famam, tametſi nulla hucuſque mentio de nova Cõgregatione, nulla de recipiendis conſodalibus facultas appareat, non defuere viri zelotes, præſertim in Picæno, quos de inchoatę jam per Lichetũ in Obſervantia Recollectionis extinctione dolentes, ejus reſtitutionem intenſiùs deſiderantes; (niſi etiam regularem correctionem effugerent) Matthæum, & Ludovicum ſequi cupientes, licentiam non diſſimilem, crederem ex dicendis, impetraſſe. Boverius primum Matthæi Socium, & ſecundum Capuccinum enumerat Franciſcum à Cartoceto in eremo tunc agentem (ſed quem Religioſum fuiſſe non conſtat) caputium dicit à Matthæo

Vvad. & Bover. locis cit.

thæo non habuiſſe, ſed ex divina inſpiratione induiſſe, & ante Congregationis per Apoſtolicum diploma erectionem à mortalibus abiiſſe; Angelicum à Fratta Peruſij quintum nominat Capuccinum Boverius, qui Matthæi exemplo habitum, & Caputium aſſumens, crucemque manibus geſtans; per Provincias falſa ſanctitate diſcurrens, & pœnitentiam prædicans plures ſibi ſocios adjunxit, præſertim Paulum à Clodia, deinde ad propria reverſos. Hi quinque viri, aliique poſtmodùm nonnulli excuſſo obedientiæ jugo extra Ordinem digreſſi, obtenta hinc Apoſtolica facultate ad Matthæi exemplum vivebant in eremis; conceſſionis tenorem exibeo, quoniam ferè cum ſupracitato coincidit.

Vvad.t.8. 1528.n.18. 8 [*Laurentius miſeratione divina Epiſcopus Praneſtinenſis, Dilectis in Chriſto Matthæo de ſancto Leone, Petro de Pagnano, Bernardino de Offida, Antonio de Pennebilis, ac Paulo de Colleamato Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia Profeſſoribus ſalutem in Domino.* Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quòd vos cum animi veſtri quiete, & bonâ conſcientiâ in Ordine prædicto ulteriùs remanere non valentes, ob melioris vitæ frugem cupitis vitam ducere eremiticam: ſuper quo ſupplicare feciſtis humiliter, vobis per Sedam Apoſtolicam de opportuno remedio juris provideri. Nos igitur authoritate Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato, ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, vobis, & cuilibet veſtrum, ut Superioris veſtri licentiâ ſuper hoc per vos, vel alium, ſeu alios petitâ, licèt non obtentâ, extra loca dicti Ordinis, vel vitam eremiticam, vel ſolitariam in aliquo pio loco à cœtu hominum remoto, ubi benevolos inveneritis receptores, ſub habitu à B. Franciſco Ordinis prædicti Fratribus deſignato, & ſub obedientia, & juriſdictione Magiſtri Generalis FratrumConventualium ejuſdem Ordinis, vivendo ſimul, vel ſeparatim, vitam ducere, accipere eleemoſynas, & alia pia, & charitativa ſubſidia vobis à Chriſti fidelibus eroganda recipere, illaque, & illas in uſus veſtros licitos, & neceſſarios convertere; & nihilominus omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis Ordini Minorum prædicto quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, tenore præſentium indulgemus, & licentiam, & liberam concedimus facultatem. Quocirca Venerabilibus in Chriſto Patribus Dei gratiâ Camerinenſi, & Vrbinatenſi, vel eorum, & cujuſlibet ipſorum, & aliorum quorumcumq; Ordinariorum locorum, in quorum Diœceſibus vos pro tempore reſidere contigerit, Vicariis, & eorum cuilibet authoritate, & mandato prædictis committimus, & mandamus, quatenus vobis, & cuilibet veſtrum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant vos per quoſcumque Ordinis Superiores, Prælatos, & Fratres, aut Iudices, ac perſonas alias, tàm Eccleſiaſticas, quàm ſeculares quavis authoritate, etiam Apoſtolica fungentes, in perſonis, rebuſque veſtris, aliiſque quovis quæſito colore, vel ingenio moleſtari, perturbari, ſeu aliàs quomolibet inquietari; contradictores quoſlidet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris opportuna remedia, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brabrachij ſæcularis compeſcendo. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ tertio idus Septembris Pontif. D. Clem. VIII. anno quinto.

9. Alias itidem hujuſmodi conceſſiones pro variis ſupplicantibus, tùm ex allegandis revocationibus, tum ex Boverio conſtat fuiſſe expeditas: unde contra odioſas, & Ordini præjudiciales novitates ſancto zelo Quiñonius in primis Generalis, deinde Piſottus Commiſſarius Generalis Ciſ-montanus, & officiales Curiæ ad Pontificem ſupplicantes, ne obedientiæ jugum à Fratribus debitum peſſumdari contingeret, tum præfatarum conceſſionum revocationem in ſpeciali, tum in Generali contra quoſcumque extra Ordinem quomodocumque divagantes Apoſtolicas litteras mox deſcribendas impetrarunt.

10. Anno 1527. primùm hujuſmodi revocationis diploma datum fuiſſe notat Chronologia Seraphica loco citato: congruenter ad Quiñonij Generalis efficaciſſimas inſtancias, & plurimam, qua apud Pontificem pollebat, æſtimationem; nec enim in Hiſpaniam pro Sedis Apoſtolicæ

ſtolicæ maximis negotiis amandatus, ſciſſutas hujuſmodi cum tanto diſcrimine conſenſiſſet in Italia; inſuper ipſum Matthæi, atque Ludovici regreſſum ad ſuos, idipſum conteſtari non ambigitur. Notatum autem lego in Vvadingo, Ludovicum, & Raphaelem, cum à Ioanne Fanenſi Marchiæ Miniſtro dicerent, ſe nihil ſperare poſſe quietis; ex Camerinenſium Ducum favore, necnon de Cardinalis de Valle Protectoris aſſenſu, ad obedientiam confugiſſe Patrum Conventualium; quibus exinde annuentibus Breve Apoſtolicum ſuæ Capuccinorum inſtitutionis procurare, & obtinere potuerunt. Interim præcitatum Breve, quo Cardinalis Puccij Pœnitentiarij revocata fuerat conceſſio, quoniã in Cronologia ex integro non adducitur, omitto; & alium, cum quo omnino coincidit, anno 1530. expeditum ſufficiet adducere.

Vvad.t.8. 1528.n.14.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis Filiis Miniſtro Generali, & Procuratori Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia.*

Uvad.t.8. 1530.n.16. II. CVm ſicut accepimus aliàs, poſtquam Venerabili Fratri Laurentio Epiſcopo Prænestinenſi majori Pœnetentiario noſtro pro parte dilectorum filiorum Ludovici, & Raphaelis de Foſſambruno, ac Bernardini Georgij de Rhegio Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia ſuggeſto, quod ipſe, & dilecti filij Vincentius de Dipujano, ac Antonius de Gratimalis, necnon Sanctus de Sancto Martino, ac nonnulli alij Fratres dicti Ordinis, ob melioris vitæ frugem, ac ut à quibuſdam pertubationibus, & inquietationibus, quæ inter FF. dicti Ordinis. Provinciarum Calabriæ, & Marchiæ Anconitanæ, quarum reſpectivè exiſtebãt, tunc vigebant, remoti, quietiùs Altiſſimo famulari, ac ſacrarum litterarum ſtudio efficacius intendere valerent, deſiderabant unà cum aliis ejuſdem Ordinis Fratribus uſque ad certum numerum, qui eorum propoſiti forent, in aliquo eremitorio, ſeu loco à cœtu hominum remoto, vitam eremiticam ducendo, ſtare, ac permanere, præfatus Laurentius Epiſcopus, & Pœnitentiarius eiſdem Ludovico, & Raphaeli, ac Bernardino, necnon Antonio, & Sancto, ac nonnullis aliis, ut ipſi, & alij dicti Ordinis Fratres pro tempore eligendi, & loco deficientium pro tempore ſubrogandi, dummodo omnes inſimul dictum certum numerum non excederent, extra domos ejuſdem Ordinis in aliquo Eremitorio, ſeu loco à cœtu hominum remoto, per eos eligendo, & mutando, habitu tamen regulari retento, & aliàs juxta Regulam dicti Ordinis honeſtè vivendo, ſub obedientia loci Ordinarij, in cujus Diœceſi eos pro tempore fore contingeret, vitam Eremiticam ducendo unà cum libris, & veſtibus, quæ ad uſum eorum habebant, ſimul ſtare, & permanere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, gratiis, conceſſionibus & indultis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus alij dicti Ordinis Fratres in illius domibus commorantes utebantur, potiebantur, & gaudebãt, ac uti potiri, & gaudere poterãt, necnõ Miſſas, & alia divina officia celebrare, & cõfeſſiones audire, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, verbum Dei Chriſti populo prædicare, lectioni, & ſtudio ſacrarum litterarum, ac aliis litterariis, & ſpiritualibus exercitiis incumbere, ac quoties ipſos, vel eorum aliquem prædicationis cauſâ, vel alicujus neceſſitatis per domos dicti Ordinis tranſire contingeret, in illis prout alij dicti Ordinis Fratres hoſpitari, & cum eis videretur, ad eumdem Ordinem redite, & tunc in proprio gradu recipi; quòdque inter eos Præſidens pro tempore eligendus, in alios eadem poteſtate, & facultate, qua Miniſtri Provinciales ejuſdem Ordinis in illius Fratres utebantur, & in ſpiritualibus uti, ac ipſorum pro ſe, vel aliis defunctis, ſeu deficientibus, litteris deſuper confectis, & in eis contentis clauſulis, gaudere valerent per diverſas ſuas ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ noſtræ expeditas litteras indulſerat; ipſe Ludovicus, & Raphael, necnon Bernadinus, & Vincentius, ac Antonius, necnon Sanctus, ac nonnulli alij propriæ profeſſionis immemores, domos ejuſdem Ordinis exiverunt, & alios illorum Fratres ab eis exeuntes ad ſe advocare, necnon plurima à viris Religioſis aliena cõmittere nõ erubeſcũt, in animarum periculum, ac dicti Ordinis dedecus, pernicioſum quoque exemplum, &

ſcandalum plurimorum. Nos quorum intereſt, & ad quos ſpectat, temerariorum auſus reprimere, præmiſſis tanquam ab ipſa religione alienis, & ab ea deviantibus, pro viribus occurrere cupientes, necnon litteras prædictas, tamquam ſcandaloſas, authoritate Apoſtolica tenore præſentium revocantes, caſſantes, & annullantes, ac Ludovicum, & Raphaelem, necnon Bernardinum, & Vincentium, ac Antonium, necnon Sanctum præfatos, & quoſvis alios Fratres litteris ipſis, & in eis contentis nullatenus uti poſſe, nec eas eis in aliquo ſuffragari poſſe, aut debere, decernentes, vobis, & cuilibet veſtrum, earumdem tenore præſentium mandamus, quatenùs Ludovicum, & Raphaelem, ac Bernardinum, necnon Vincentium, & Antonium, ac Sanctum præfatos, & quoſvis alios Fratres, quos dictarum litterarum prætextu à ſuis domibus exiviſſe repereitis, ad Ordinem, & domos hujuſmodi revocetis, eoſque in illis morari, & juxta laudabilia dicti Ordinis inſtituta permanere: nec permittatis eos, nec alios quoſcumque veſtræ curæ commiſſos in eadem Religione, aut extra eam aliquam Congregationem, ſeù novum vivendi modum innovare, ſeù quoquo modo inducere, vel ſervare, authoritate noſtra Apoſtolica compellatis, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis; Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ Idibus Maij anno. 1530.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis filijs Generali, & Univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Min. de Obſervantia nuncupatorum, cæteriſque ejuſdem Ord. Prælatis.*

Ibd. in Reges. 1524. bull. 10. Leon. X. 12. DUdum per fæl. rec. Leonem X. Prædeceſſorem noſtrum acceptо, quòd licèt tàm ſecundùm canonicas ſanctiones, quàm etiam veſtri Ordinis regularia inſtituta, dicti Ordinis Fratres quacumque cauſa, etiam ſtudij ſui, ſeù alia occaſione, recedere abſque licentia Superiorum ſuorum, vel poſt ejuſdem licentię revocationem, extra domos dicti Ordinis morari non poſſint: nihilominus nonnulli ex dicti Ordinis Fratribus ægritudines, ac corporum, & animarum paſſiones ſimulantes, alij ſubveniendi parentum inopiæ colore quæſito, alij verò ad ſtudiorum Univerſitates abſque licentia hujuſmodi, ſeù eâdem licentiâ revocatâ accedere, & inibi morari, atque, quod deterius eſt, privilegiis Univerſitatibus hujuſmodi, illarumque ſcholaribus conceſſis, ut liberiùs in ſua damnata præſumptione permanere poſſent, ſe tueri: Alij verò propriæ ſalutis obliti, Apoſtolicas, in quibus ſe profeſſionem, aut nunquam, aut infra pubertatis annos, ſeù per vim, & metum feciſſe aſſerunt, litteras impetrare; aut habitu abjecto per habitacula ſæcularium perſonarum, ac loca inhoneſta diſcurrendo, cum laicis converſari non verebantur: Alij verò ſub prætextu habilitatis, ſeù diſpenſationis ad obtinendum Eccleſiaſticum, ſivè Eccleſiaſtica beneficium, ſeù beneficia, per Clericos ſæculares obtineri ſolitum, vel ſolita, per litteras Apoſtolicas ſibi conceſſæ: Nonnulli quippe alicujus ex S. R. Eccleſiæ Cardinalibus tunc præſentibus, vel pro tempore exiſtentibus, familiaritatis litteras exhibendo; obedientiæ regularis laxatis habenis extra Ordinem, & obedientiam ſuorum Prælatorum in parentum, vel conſanguineorum, ſivè amicorum domibus morari, & permanere, ac beneficiis Eccleſiaſticis deſervire, & per ſæculum vagari præſumebant: quod ſine animarum ſuarum pernicie, Religionis vituperio, Dei contemptu, & populorum ſcandalo fieri nullo modo poteſt: Præfatus prædeceſſor veſtris in ea parte ſupplicationibus inclinatus, quòd ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus Fratres prædicti ægritudinis, aut ſubveniendi parentum inopiæ, ſivè alia quavis occaſione, vel cauſa, reſpectu etiam ſtudij, aut diſpenſationis ad obtinendum beneficium hujuſmodi, Apoſtolica, ſeù quavis alia auctoritate ſibi conceſſæ; niſi beneficium ipſum foret canonicè, & actu aſſecutum: ſive familiaritatis alicujus ex dictis Cardinalibus, pręterquam ſi actu continui commenſales ejuſdem prædeceſſoris fuiſſent, extra dictum Ordinem præterquam, vel abſque licentia, & mandato ejuſdem Superioris reſpectivè illa

durante etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ, & prætextu quarumcumque facultatum, indultorum, & aliquarum litterarum Apoſtolicarum, quibuſvis Vniverſitatibus conceſſarum, ſine conſenſu veſtro commorari non poſſent: Quòdque unuſquiſque veſtrum in ſua Provincia, dum, & quoties opus foret, Fratres extra Ordinem prædictum, quavis occaſione alia tunc commorantes, ad Ordinem hujuſmodi redeundum cogere, & compellere poſſitis, authoritate Apoſtolica perpetuò ſtatuit, & ordinavit. Ac idem prædeceſſor in aliis, ſe profeſſionem nunquam, aut infrà pubertatis annos, vel per vim, aut metum emiſiſſe aſſerentibus, rei tam impiæ occurrere cupiens, cum commiſſiones illæ falsò impetratæ eſſent, ac etiamſi benè, rectèque impetratæ eſſent, in foro conſcientiæ dumtaxat, non in foro contentioſo, nec contra Religionis jura, conſuetudinem, aut voluntatem valerent, declaravit, vobis in virtute ſanctę obedientiæ mandans, ut Fratres Ordinis veſtri, cujuſcumque conditionis eſſent, qui ab obedientia exiviſſent, aut habitum reliquiſſent, eatenus, aut in poſterum exituri, relicturive eſſent, quacumque authoritate id facerent, niſi ad arctiorem vitam, ubi actu obſervanter viverent, tranſirent, vigore prædictarum, & aliarum litterarum Apoſtolicarum, ſuper quibuſvis ſupplicationibus, aut mandatis expeditarum, ad Ordinem, atque ad Ordinis loca revocaretis, bullas eis auferretis, habitum ſacrilegè relictum reſumere, in fame pœnitere, divino cultui, & propriæ ſaluti vacare cogeretis, accito etiam, ſi opus eſſet, auxilio brachij ſæcularis; Decernens motu proprio, & ex certa ſcientia, ut Fratres, qui ab Ordine recederent, quocumque modo exirent, aut habitum relinquerent, relicturive eſſent, niſi poſt mandatum veſtrum infra dies octo immediatè proximos ad obedientiam redirent, habitumque reaſſumerent, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrerent, à qua abſolvi niſi per Summum Pontificem, aut morte interveniente, non poſſent: ac voluit, & decrevit, pœnam eamdem ſubire omnes eos, qui iis auxilium, conſilium, vel favorem præſtarent. Ceterùm eadem authoritate, motu, & ſcientia ſimilibus ſtatuit, & ordinavit, quòd in quibuſcumque litteris ad ipſorum Fratrum inſtantiam, ſivè ſub annullo Piſcatoris, aut ſub plumbo, vel pœnitentiaria, ſuper pręmiſſorum aliquo, & in obedientiæ regularis derogatione, etiam ſuper quibuſvis ſupplicationibus ab eodem Leone, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam mandato ſpecialiter, & abſolutè ſignatis, impetratis eatenus, & in poſterum impetrãdis, ſemper, & indeficienter ſubintelligeretur clauſula hujuſmodi, *& de licentia Superioris, & ea durante*: decernens litteras Apoſtolicas hujuſmodi clauſula carentes nullas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, in illiſque indifferenter dictam clauſulam, etiamſi non foret appoſita, ſemper tacitè intelligi debere, ejuſdem prædeceſſoris intentionis fuiſſe: Inhibens diſtrictiùs locorum Ordinariis ſub interdicto ingreſſus Eccleſię, & ſuſpenſione à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, Vniverſitatum Rectoribus, ac illarum Conſervatoribus, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, & aliis quibuſcumque ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & privationis earumdem Parochialium Eccleſiarum, ac omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia impoſterum obtinenda pœnis, eo ipſo, quo contra facerent, incurrendis, ut vos quominus Fratres dicti veſtri Ordinis ſub indultorum, exemptionum, gratiarum, ac litterarum Apoſtolicarum prædictarum ſpecie extra domos, & obedientiam veſtram vagantes capere, & appræhendere etiam violenter, illoſque ad domos, & loca, unde receſſerant, reducere, & carceribus mancipare valeretis, nullo modo per ſe, vel alium, ſeu alios directè, vel indirectè impedire præſumerent, prout in litteris ejuſdem prædeceſſoris deſuper confectis pleniùs continetur. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras, ſtatutum, ordinationem, mandatum, voluntatem, & decretum hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori innovare, & approbare, aliàſque, in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras prædeceſſoris, ac ſtatutum, ordina

ordinationem, mandatum, voluntatem, & decretum prædeceſſoris,ac omnia, & ſingula alia in eiſdem litteris contenta, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innovamus, illaque inviolabiter obſervari mandamus. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archieſpiſcopo Colocen. & Epiſcopo Varadien. vel eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus per præſentes litteras committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe, vel alium,ſeu alios, vobis in præmiſſis omnibus,& ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra illa omnia,& ſingula firmiter obſervari, non permittentes, vos, vel veſtrum aliquem contra præſentium, & Leonis prædeceſſoris litterarum hujuſmodi tenorem quomolibet indebitè moleſtari. Contradictores per cenſuras, &c. compeſcendo: Invocato, &c. Non obſtantibus præmiſſis, &c. Datum Romæ &c. die 12 Martij 1525. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## CAPVT II.

### *Patrum Capuccinorum vera origo, & ſtabilimentum.*

13. PVblicata itaque Pontificia revocatione, Matthæus de Baſcio, tunc præſens in Vrbe, deinde Ludovicus, Raphael, & cæteri ad ſuorum obedientiam Superiorum in Obſervantia Regulari redierunt. Ludovicus autem,& Raphael in egrediendi voluntate obſirmati, ſuam inter Obſervantes inquietudinem allegantes, à Miniſtro Provinciali, operante præſertim, & volente Cardinali de Valle Ordinis Protectore, facultatem impetrarunt, ut ad Conventuales tranſmigrare ſibi liceret; quod Boverius ſine fundamento contra bullæ tenorem negare contendit. Facile fuit Foroſempronienſibus jam inter Cõventuales conſtitutis, Catherinæ Camerini Duciſſæ implorato favore,adjuvantibus etiam Conventualibus, apud Pontificem pro ſua ab Obſervantibus ſeparatione agere in Curia; unde & bullam pro erigenda nova Congregatione, & adventantibus in ipſa recipiendis ſub titulo Eremitarum,ſed ſub Regula S.Franciſci, & cum Camaldulenſium Eremitarum privilegiis, ſpecificè autem pro barbæ manutentione impetrarunt.

Uvad.t.8. 1528.n.14.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis Filiis Ludovico, & Raphaeli de Foroſempronio Ordinis Fratrum Min.profeſſoribus ſalutem &c.*

14. REligionis zelus, vitæ, ac morum honeſtas,aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendamini teſtimonio, Nos inducunt, ut votis veſtris, præſertim quæ animarum ſalutem, & Religionis propagationem reſpiciunt, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sanè pro parte veſtra Nobis nuper exhibita petitio cotinebat, quòd vos olim fervore ſerviendi Altiſſimo ducti, Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum ingreſſi, in ea profeſſione emiſſa per certum tempus permanſiſtis,& deinde de licentia veſtri tunc Superioris, juxta formam litterarum Apoſtolicarum ſuper unione, & concordia inter prædictos, & Conventuales nuncupatos, Fratres dicti Ordinis edita confectarum, ad ipſorum Fratrum Conventualium conſortium vos tranſtuliſtis, & à tunc Magiſtro Provinciali Provinciæ Marchiæ dictorum Fratrum Conventualium benignè recepti, ac aliorum Fratrum Conventualium ejuſdem Provinciæ numero, & conſortio aggregati fuiſtis. Et Deinde vobis deſiderantibus pro animarum veſtrarum ſalute, ac Dei gloriâ eremiticam vitam ducere,& quantùm humana patitur fragilitas, Regulam B. Franciſci obſervare, dictus Miniſter Provincialis licentiam ad Romanam curiam accedendi, & à Nobis, ac Sede Apoſtolica quæcumque ad animarum veſtrarum ſalutem, ac Dei gloriam opportuna vobis viderentur, petendi,& impetrandi conceſſit. Ac etiam dilectus filius noſter Andræas tit.S.Priſcæ Presbyter Cardinalis, dicti Ordinis Protector, vobis ut ſimilem impetrationem facere poſſetis indulſit,ita tamen, quòd unus ex conſortio veſtro omnium veſtrum nomine, Magiſtro Provinciali, ſeu Capitulo Provinciæ dictorum Fratrum Ibid.

Fratrum Conventualium, in qua habitaretis, ſingulis annis ſe preſentare in ſignum ſubjectionis, teneretur & ipſe Magiſter (ſi ſibi videretur) ſemel in anno, & non ultra vos viſitare, & ſi invenerit, vos prædictam Regulam non obſervare, ad eam pleniùs obſervandam vos admonere, ac debitis modis compellere poſſet: Præter hæc autem, nec vos de loco ad locum transferre, nec aliquid aliud vobis injungere, aut à vobis exigere valeret, ſed potiùs vos tueri, & defendere teneretur, ut in pace poſſetis Altiſſimo in divinis famulari, prout in litteris patentibus eorumdem Cardinalis Protectoris, & Magiſtri Provincialis deſuper confectis, pleniùs dicitur contineri. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut vobis vitam eremeticam ducendi facultatem concedere, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſalutem cupimus animarum, veſtrum quemlibet à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, ac litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium vobis, ut ſecundùm Regulam prædictam vitam Eremiticam ducere, & habitũ cum caputio quadrato geſtare, necnon omnes, tàm Clericos ſæculares, & Presbyteros, quàm laicos ad veſtrum conſortium recipere, ac tàm illi, quàm vos barbam deferre, & ad eremitoria, ſeu loca quæcumque cum conſenſu Dominorum eorumdem locorum vos conferre, & in eis habitare, vitamque auſteram, & eremiticam inibi agere, & in quibuſcumque locis mendicare: necnon omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, & gratiis Ordini Fratrum Minorum hujuſmodi, ac Eremo Camaldulenſi B. Romualdi, illiuſque Eremitis in genere, vel in ſpecie hactenus conceſſis, & in poſterùm concedendis, & quibus ipſi quomodolibet utuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, vos quoque æquè principaliter ſicut ipſi, uti, poteri, & gaudere liberè, & licitè valeatis, plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Archieſpiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, aliiſque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, necnon Canonicis Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Eccleſiarum, ipſorumque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum Vicariis in ſpiritualibus generalibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eorum quilibet per ſe, vel alios, ſeu alium vobis, & veſtrum cuilibet in præmiſſis omnibus, & ſingulis &c. pacificè frui, & gaudere; nec permittat veſtrum quemlibet, contra tenorem præſentium modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari. Cõtradictores quoſlibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quibus ſibi placuerit, cenſuras, & pœnas, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Viterbij anno Incarnationis Domini. 1528. quinto Nonas Iulij Pontificatus noſtri anno quinto.

15. Hanc fuiſſe omnino primam Capuccinorum originem, ubi de formanda nova Congregatione, de barbæ, Caputijque quadrati (de acuminato, ſeu pyramidali nullibi mentio) geſtatione conceditur, non eſt qui in dubium adducat, & Boverius ipſe confitetur: quamvis enim in apparatu ad annales, & ad annum 1524. eo anno natam dicat ſuam Congregationem; ejuſque durationem ab eodem ſemper in annalibus dimetiatur; immemor tamen ſui, ad annum 1528. n. 22. ſic habet [Ad Ludovicum redeo, qui optatâ tandem bullâ potitus, qua illi & quadratum (piramidale non nominat) Caputium, & antiquum S. Franciſci habitum deferre, & Reformationis Familiam propagare, & loca ædificare, & Congregationem (nota) inſtituere, Apoſtolica authoritate datum fuit; ex qua denique Capuccinorum Religio hoc anno 1528. hac die, quæ tertia Iulij fuit, Deo aſpirante, ſua fœliciſſima tulit auſpicia] Matthæus etiam Ferrarius Capuccinus in ſuo de Miſſionibus libro ab anno 1528. poſt Boverium, Capuccinorum annos enumerat.

16. Plurima hic advertanda notat Bo-

verius ex hujus bullæ ponderatione; quæ nos apud ipſum conſideranda dimittimus; hoc ipſum autem adverte, bullam non ad Capuccinorum Reformationem, utpotè cujus nondum extabant veſtigia, ſed ad Ludovicum, & Raphaelem fuiſſe directam, ut Congregationem poſſent inſtituere: Primæ verò, quæ pro Capuccinorum Reformatione prodierint litteræ Apoſtolicæ, ejuſque originem, ſtatum, & confirmationem important, ſunt quæ ſequutur à Paulo III. anno 1536. expeditæ.

## PAVLVS PAPA III.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 8. 1536. n. 11. fol. 605. 17. EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Vicarius modernus, & Fratres Ordinis Minor. Capuccinorum nuncupatorum, quòd poſtquam fœlicis rec: Clementi Papæ VII. Prædeceſſori noſtro pro parte nonnullorum tunc expreſſorum Fratrum Ordinis Min. expoſitum fuerat, quòd olim fervore ſerviendi Altiſſimo ducti, Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum ingreſſi, in ea profeſſionem emiſſi per certum tempus permanſerunt, & deinde de licentia ſuorum tunc Superiorum juxta formam litterarum Apoſtolicarum ſuper unione, & concordia inter prædictos Fratres, & Conventuales nuncupatos Fratres dicti Ord. edita, confectarum, ad ipſorum Fratrum conſortium ſe tranſtulerunt, & à tunc Magiſtro Provinciali Provinciæ Marchiæ dictorum Fratrum Conventualium ejuſdem Provinciæ numero, & conſortio aggregati fuerunt. Et inde deſiderantibus illis pro animarum ſalute, ad Dei gloriam eremiticam vitam ducere, & quantùm humana pariter fragilitas, regulam B. Franciſci obſervare, dictus Magiſter Provincialis licentiam ad Romanam Curiam accedendi, & à Clemente VII. Prædeceſſore noſtro, ac Sede Apoſtolica, quæcumque ad animarum ſuarum ſalutem, ac Dei gloriam opportuna illis viderentur, petendi, & impetrandi conceſſit. Ac etiam dilectus filius Andreas Tit. S. Priſcæ, Præſbyter Cardinalis dicti Ord. Protector, illis ut ſimilem impetrationem facere poſſent indulſit, ita tamen, quòd unus ex illorum conſortio omnium nomine Magiſtro Provinciali, ſeu Capitulo Provinciæ dictorum Fratrum Conventualium, in qua habitarent, ſingulis annis ſe præſentare in ſignum ſubjectionis teneretur; & ipſe Magiſter (ſi ſibi videretur) ſemel in anno, & non ultra illos viſitare, & ſi inveniret eos Regulam prædictam non obſervare, ad eam pleniùs obſervandam illos admonere, ac debitis modis compellere poſſet. Præter hæc autem, nec illos de loco ad locum transferre, nec aliquid aliud illis injungere, aut ab illis exigeret valeret; ſed potiùs illos tueri, & defendere teneretur, ut in pace poſſent Altiſſimo in divinis famulari, prout in litteris patentibus eorumdem Cardinalis Protectoris, & Magiſtri Provincialis deſuper confectis pleniùs dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſito ſubjungebat, litterarum prædictarum vigore nonnulli Clerici ſæculares, & Regulares, ac laici ab ipſis Fratribus, ut præfertur nominatis, vel uno ex eis, ac ab aliis de ipſorum commiſſione recepti, Congregationem Fratrum Ordinis Minorum Capuccinor. nuncupatorum conſtituerint, ipſique Fratres cupiant litteras prædictas quoad infraſcripta confirmari, & extendi, & propterea Nobis humiliter ſupplicari fecerint, ut hujuſmodi eorum votis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos attendentes uberes fructus, quos Ordo ipſe Minorum in agro militantis Eccleſiæ hactenus produxit, & in poſterùm productùrum ſpe firma ſperamus, ac dignum cenſentes, ut circa ea, quæ ipſius Ord. incrementum concernunt, benignos favores impendentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras Clementis Prædeceſſoris hujuſmodi, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, per præſentes approbantes, & confirmantes, illas dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Vicario Generali Congregationis Capuccinorum hujuſmodi, ac ipſins Congregationis Fratribus, perinde ac ſi illæ eiſdem Congregationi, & Fratribus directę fuiſſent, quoad omnia, & ſingula in ipſis litteris contenta ſuffragari debere decernimus. Et nihilominns authoritate, & ſcientia ſimilibus per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus,

mus, quòd deinceps Vicarius generalis ipſorum Fratrum Capuccinorum circa finem triennij, ex quo ad officium Vicariatus hujuſmodi electus fuerit, vel etiam priùs, aut poſteriùs, juxta præfatæ Regulæ tenorem, ac ipſorum Fratrum laudabiles conſtitutiones, Vicarios, Diſcretos, & Cuſtodes vocem Congregationis habentes, quarumlibet Provinciarum,& Cuſtodiarum ſibi ſubjectarum, in locum per ipſum Vicarium generalem deputandum, ad Capit. convocare poſſit: quorum ſi qui legitimo impedimento detenti, ipſi Capit. intereſſe non potuerint, per nuncios abeis deputatos, vel ſuppletis votis eorum, juxta ipſorum conſuetudinem, præſentia ſuppleatur. Qui ſic congregati, omnia, & ſingula, quæ alij dicti Ord. Fratres in eorum gener. Cap. de jure, vel conſuetudine, & ex privilegiis poſſunt, faciendi, ordinandi, & diſponendi, & potiſſimè eligendi unum Religioſum ejuſdem Ord.& Congregationis in eorũ ſimilem Vicar. gen. facultatem habeant: Et ipſius Vicarij electionem, ſi à majori parte eligentium celebretur, quamprimùm commodè fieri poterit, generali Magiſtro dictorum Fratrum Conventualium nuncupatorum, ſicut hactenùs ſervatum fuit, donec aliud deſuper ordinatum à Sede Apoſtolica fuerit, præſentent, ſeù præſentari faciant. Ipſeque Generalis Magiſter intra triduum à præſentatione ſibi facta, electum Vicarium confirmare teneatur, concedendo ei, & committendo plenariè vices ſuas; Tribuendo videlicet liberam poteſtatem, & authoritatem, ac omnimodam facultatem ſuam ſuper omnes, & ſingulos Fratres ejuſdem Ordinis Capuccinos nuncupatos, etiamſi alio quovis nomine nuncupentur, tam in capitibus, quàm in membris, publicè, ac privatim viſitandi Congregationes in provinciis, ac Cuſtodiis omnibus eis ſubjectis, ſive pro electione Vicariorum, Diſcretorum, Cuſtodum, & Guardianorum, ſive pro aliis utilibus negotiis faciendi, ſeu fieri faciendi, nova loca, Conventus, ſeù eremitoria recipiendi, Fratres ſubditos corrigendi, & puniendi, excommunicandi, & abſolvendi, incarcerandi, & à carceribus liberandi, contradictores, ac rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris, ac dicti Ordinis remedia, etiam per invocationem brachij ſæcularis, vel eccleſiaſtici (ſi opus fuerit) compeſcendi, ac generaliter ſpecialiterque omnia, & ſingula circa Fratres, Conventus, domos, loca, & eremitoria hujuſmodi faciendi, exercendi, & diſponendi, ordinandi, adminiſtrandi, ac ſtatuendi, quæ Generalis Miniſter dicti Ordinis circa Fratres, Conventus, domos, loca, & eremitoria Fratrum Conventualium nuncupatorum facere poſſet, ſi perſonaliter adeſſet, vel intereſſet. Ac eaſdem authoritatem, poteſtatem, gratiam, & facultates per ipſum Magiſtrum Generalem eidem Vicario generali conceſſas, vel earum partem, aliis Fratribus, quos ad hæc judicaverit idoneos, committendi, concedendi, necnon per ipſos prædicti Vicarij Commiſſarios committi, & concedi faciendi. Et triduo elapſo, & electo non confirmato, idem electus pro confirmato Sedis Apoſtolicæ authoritate, cum plenaria poteſtate hujuſmodi uſque ad ſucceſſoris electionem habeatur, & infra hoc tempus officio ſuo ſinè ſcitu omnium Vicariorum, & Diſcretorum Provincialium, aut majoris partis eorumdem renunciare nequeat. Poſſit tamen convocare omnes Vicarios,& Diſcretos ſibi ſubjectos infra tempus officij ſui in loco per ipſum deputando, quoties ſibi opus viſum fuerit. Si verò Generalis Vicarius infra officij ſui tempus ex hac luce migraverit, ſeù aliàs ab officio amotus fuerit, Vicarius in cujus Provincia mori contigerit, nunciet, quàm citiùs poterit omnibus Definitoribus Capituli generalis immediatè præcedentis, & omnibus Vicariis Provincialibus, ac de conſilio, atque conſenſu duorum Vicariorum proximorum determinet locum, & tempus, niſi fuiſſent per gen. Capitulum, vel per prædictum Vicarium ante obitum ipſius, ac amotionem deputata. Et convocet, qui fuerint evocandi, pro ſucceſſoris Vicarij electione celebranda: quo vocationis tempore, authoritate Sedis prædictæ exerceat officium Vicariatus hujuſmodi primus Definitorum prædictorum, vel ipſo deficiente ſecundus, & ſic de aliis ſucceſſivè, cum plenaria poteſtate præmiſſa. Et hoc idem cenſeatur de Vicariis Provincialibus, cum eos mori, vel amoveri contigerit, ac Provincias regi, ac gubernari

bernari per primum, ac alios Diffinitores ſucceſſivè Capituli Provincialis immediatè præcedentis, prout ſupra de Vicario gen. ſtatutum extitit, ſalua ſemper, & reſervata prædicti Vicarij gen ut præmittitur, poteſtate. Generalis verò tàm Magiſter prædictus, quàm MiniſterOrd. Minorum hujuſmodi, aut quiſpiam Miniſtrorum, ſeu Magiſtrorum Provincialium, ſeu aliorum Fratrum dicti Ordinis, tàm Conventualium, quàm de Familia, ſive de Obſervantia nuncupatorum, donec aliter per Sedem Apoſtolic. ordinatum fuerit, prædicto Vicario generali, ſeu cæteris Vicariis, vel cuipiam Fratri ejuſdem Congregationis nuncupatis moleſtiam, ſeu impedimentum aliquod inferre non audeat, nec præſumat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, privationis officij, omnium actuumq; legitimorum. Niſi quòd præfatus Magiſter generalis, donec aliter per dictam Sedem ordinatum fuerit, per ſe dumtaxat perſonaliter viſitare, & corrigere poſſit, & valeat, prædictum Vicarium Generalem, ſeu Fratres, domum locum., & eremitorium eorumdem Fratrum Capuccinorum nuncupatorum piè, benignè, & charitativè, ad meliorem frugem revocando. Et ſi quempiam (quod abſit) repererit criminoſum, ipſum Vicarium de conſilio, & aſſenſu majoris partis Vicariorum præmiſſorum, cæteros verò de conſilio, & aſſenſu majoris, & ſanioris partis Fratrum domus eremitorij, loci, vel Conventus viſitatorum, io eodem loco, & non extra corrigere valeat, & punire, pœnitentiare, ac emendare, ſecundùm quòd delicti qualitas exegerit faciendum. De regimine verò, ac cura prædictorum Fratrum nuocupatorum, ſe aliter non intromittat. Diſtrictiùs inhibentes quibuſcumque perſoois, cujuſcumque conditioois exiſtant, ſub excommunicatioois latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per eos deferri ſolitum, niſi ſub dicti Vicarij generalis pro tempore exiſtentis obedientia, & cura permaneant, geſtare quoque modo præſumant. Inſuper veſtigiis piæ mem. Pij Papæ II. etiam Prædeceſſoris noſtri in hac parte inhærendo, qui aliàs ex certis cauſis authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia in favorem Familiæ de Obſervantia interpretatus eſt, ac declaravit, quòd cum Apoſtolica Sedes Generalem totius Ordinis Minorum Miniſtrum Generalem, & Provinciales Vicarios Miniſtrorum loco, certis, piis, ac ſanctis reſpectibus eſſe voluiſſet, ac decreviſſet; Vicarij ipſi, qui illis præeſſent, & quibus ipſi ex debito eorum profeſſionis obediebant, eſſe veri, & indubitati ipſorum Miniſtri, cum tales Beatus Franciſcus dicti Ordinis Inſtitutor eos eſſe intellexiſſet, quoaduſque præfata Sedes, in cujus arbitrio conſiſtebat, aliud alio reſpectu ordinare ſtatuiſſet, eſſent, ac perpetuò forent, differentes à prædictis Miniſtris ſolo nomine, eoſque, qni dictis Vicariis obedirent ſecundùm dictę Sedis determinationem; eorum Regulæ, præcipuè in ea parte, ubi ait: *Præcipio firmiter Fratribus univerſis, ut obediant ſuis Miniſtris*, plenè, & integrè ſatisfacere; authoritate, ac ſciẽtia prędictis declaramus, ac decernimus, quòd donec aliter ſuper præmiſſis per præfatam Sedem ordinatũ fuerit, Fratres Capuccini prædicti eorum Vicariis, prout de Vicariis Familiæ per prædictum Pium prædeceſſorem, ut præfertur, ſtatutum fuerat, obediendo, plenè, & iotegrè præfatæ Regulæ ſatisfaciant. Quocirca univerſis, ac ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, ac aliis perſoois in digoitate Eccleſiaſtica conſtitutis; per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, ac in eis cootenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Vicariorum, & Fratrum Capuccinorum prædictorum, ſive alicujus eorum fuerint deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciaot authoritate ooſtra præſentes litteras, ac in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac ſingulos, quos præſentes concernunt, illis pacificè gaudere. Non permittentes, eos deſuper per quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, inquietari, ſeu perturbari. Contradictores quoſlibet, ac rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, ac alia opportuna juris remedia, appelatione poſtpoſita, compeſceodo, ac cenſuras, & pœnas ipſas iteratis vicibus aggravando, invocato

etiam

etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. 1536. Octavo Kal. Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

18. Singulariter autem advertendum cenſeo, quòd tametſi in præfatis Clementis, & Pauli Pontificum litteris dicantur Patres Capuccini ad Franciſcanæ Regulæ rigorem vivere velle, quantùm humana fragilitas patiatur, nullibi tamen ad illius rigoroſam Obſervantiam juxta puriores Nicolai III. *Exiit*, & Clementis V. *Exivi* expoſitiones decretales obligantur; in quo propterea Strictioris Obſervantiæ rigores citra dubium excedere videntur, qui ad iſtas ex ſua prima inſtitutione per repetitas Clementis VII. & VIII. & Gregorij XIII. & XV. litteras ſimpliciter obligantur.

## CAPUT III.

*Patrum Capuccinorum varij ſucceſſus, & progreſſus.*

19. Vvad.t.8. 1529.n.27. PVblicatâ conceſſionis Apoſtolicæ famâ aliis ejuſdē Provinciæ Marchianæ inditum eſt deſiderium Ludovico, & Raphaeli ſe aggregandi. Primi ſe aſſociarunt Matthæus Baſſius conſocius, & Paulus Clodienſis, qui Matthæo ſe adjunxerat: & domicilium paupereulum ſibi pararunt propè ædiculam S. Chriſtophori extra Vrbem Camerini. At creſcente numero tum ex Obſervantium cœtu, tum ex ſæculo advenientium adaucti, inde tranſmigrarunt ad Cœnobium Colmenzoni juxta S. Marcelli Oppidulum, quod ſpectabat ad Fratres S. Hieronymi, & ab illis prædicta Duciſſa impetravit in uſum hujus novæ Congregationis: ex Obſervantia acceſſerunt præ reliquis quinque, Matthæus Leopolitanus, Petrus, aliàs de Pagnano Appinianenſis, Antonius à Penna Billiorum, Paulus à Colleamato, & Bernardinus Offidanus laicus. Hi verò vel non contenti authoritate, quam habebant Foroſemproncnſes alios ſibi aggregandi, vel ejus penitùs ignari impetrarunt à Laurentio Epiſcopo Prœneſtino majori Penitentiario, ut poſſent ſimilem vitam eremiticam ducere, & alios ad ſuum cætum admittere, abſque ulla quadrati caputij, aut barbæ protenſæ mentione, cujus tenorem jam ſupra deſcripſimus in ſimili.

20. Anno 1529. menſe Aprilis primum ſuum Capitulum, ſeu Congregationem pauculorum in Cœnobiolo Alvacinæ, agri Fabrianenſis caſtelli (tertiam hanc domum, & quartam Foroſempronij anno 1529. humili poſuerunt ſtructura) celebrarunt, & Matthæum à Baſſio primum hujus vitæ anteſignanum, etſi valde reluctantem, delegerunt Vicarium Generalem, legeſque tulerunt ſtrictiori Regulæ obſervantiæ accommodas ex pleriſque antiquis, & peculiarium Provinciarum conſtitutionibus excerptas, additis quibuſdam vitæ eremiticæ opportunis; nimirum de locis ædificandis extra Vrbes, & Oppida; de non habendis in quolibet Conventu ultra ſeptem, vel octo Fratres; in majoribus verò ne excedat numerum duodecimum; de non admittendis ſtudiis litterariis, neque navaculis pro tonſura; neque Calicibus pro Miſſæ ſacrificio ultra duos, eoſque ex ſtanno conflatos, & aliis hujuſmodi; quæ tamen jam deſueverunt, vel rerum experientiâ, & temporum circonſtantiæ docuerunt immutanda. Matthæus, ut erat vir bonus, & religioſæ quietis amator, poſtquam duorum menſium ſpatio Fratrum viſitationem expedierat, Diffinitoribus, aliiſque Patribus ad Foroſempronij domum convocatis ſe officio, quod illibenter ſuſceperat, lubens abdicavit. Subſtitutus protinus fuit Ludovicus Foroſempronienſis primus Definitor, Commiſſarij nomine, prout antiqua Religionis lex, & conſuetudo ferebat, & paulò poſt Romam profectus cum litteris commendatitiis Catharinæ Camerinenſis Duciſſę ad Pontificem, & Victoriam Columnam Aterni, ſeu Piſcariæ Marchioniſſam, Domunculam impetravit S. Mariæ Miraculorum intra Vrbis muros, prope portam Flaminiam ad ripam Tyberinam. Vvad.t.8. 1529.n.3.4.

21. Interea (ut ſuperiùs ex parte notavimus) Bernardinus Georgius Calaber Rheginus, qui cum Ludovico concive anno 1526. facultatem à Pontifice impetraverat, ut pro arctiori diſciplina in aliquas ſolitarias Domos cum voluntariis adventantibus ſe ſe recipere poſſent, cum ex ſuorum oppoſitione impetratis gaudere

gaudere impedirentur, in Vrbem pro nova proviſione regreſſus, vbi de nova
Ibid. n. 31. Capuccinorum reformatione audivit, Foroſempronienſem in Vrbe tunc agentem conveniens, compoſitionem inivit cum ipſo (cujus inſtrumentem per publicum Notarium exſcriptum refert ex integro Boverius, ut ſe, ſuoſque Calabros illius aſſociaret Congregationi. (Nec difformiter ex impeditis Strictioris Obſervantiæ progreſſibus uſque ad Clementis VIII. Pontificatum multiplicatos fuiſſe legimus Capuccinos:) Inde Regia etiam protectione Neapoli munitus, ad Ludovicum veniens in Calabriam, novi caputij, novęque Clementis bullæ illi tradit exemplar, & initæ cum Vicario Generali compoſitionis. At Ludovicus, etſi reformationis percupidus nonnihil cunctandum cenſet, ut quis rerum exitus circa hanc novam Congregationem à Patribus Reg. Obſervantiæ variis modis agitatam futurum eſſet cominus aſpiceret.

Ibid. n. 33. 22. Vehementer quidem dolebant Superiores Obſervantum, apertum hoc latiſſimum oſtium ſuis ſubditis obedientiam excutiendi, & aliò tranſmigrandi; nihilque intentatum reliquerunt, ut recluderent. Itaque Piſottus Miniſter Generalis, antea per triennium functus officio Commiſſarij generalis Familiæ Ciſmontanæ, cui notæ erant frequentes Fratrum Provinciæ Picænæ amarulentiæ, & Ioannis Provincialis Miniſtri querimoniæ, videns quotidie ſuos ſubditos dilabi ad hujuſmodi vitæ eremiticæ profeſſores, audienſque multa, quæ acerbiùs plerique ex Fratribus opponebant, vel incautiùs illis imponebant, concitato animo, ſeù effervеſcenti zelo, quâ potuit efficaciâ expoſuit quæ in rem ſuam erant, Pontifici, flagitavitque remedium: à quo tandem ſub hujus anni finem iſtud emanavit diploma.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Dilecto filio Generali Miniſtro Ord. Fratrum Min. de Obſervantia nuncupatorum.*

Ibid. n. 34. 23. Dilecte fili, &c. Cum ſicut nuper non ſine mentis noſtræ perturbatione Nobis innotuit; nonnulli Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſores, fallacijs hoſtis antiqui ſeducti, & pœnitentia inchoati benefacti jam fatigati, ac ſuæ profeſſionis, & ſalutis immemores favoribus propinquorum, & amicorum in Romana Curia reſidentium, exemptiones ab ordinariis Superioribus ipſius Ordinis ſibi obtinere procurant, & ut liberiùs abſque correctore vivere valeãt, ſe ipſos Ordinariis Diœceſanis, ſive Magiſtro, & Superiori Fratrum Conventualium immediatè ſubjiciunt; & licèt ſe ab Ordine exemerint, tamen in habitu de dicto Ordine reputari, ac illius privilegiis, & immunitatibus ſe protegi, & defenſari volunt; ac cum illis Dei, & Religionis honore poſtergatis, almam Vrbem noſtram, & extra eam ſolì peragrare, & diſcurrere, ac tabernas, & alia loca viris religioſis minùs congruentia requirere, & inhabitare non erubeſcunt, in grande dedecus, & opprobrium Religionis, & Ordinis Sacerdotalis, ac eorum, qui à votis ſolemniter emiſſis, nulla cogente neceſſitate, reſiliunt, animarum pacem, & periculum, necnon obſervantiæ hujuſmodi, ac religioſæ honeſtatis, Fratrumque regulariter in ſuis Conventibus ſub Obſervantia regulari viventium præjudicium. Et cum tales fugitivi quibuſdam falſis, & ſubreptitiis impetrationibus à Nobis, ſive à Pœnitentiaria noſtra extortis protecti, ordinariâ religionis diſciplinâ prohiberi nequeãt, maximè cum dictæ Curiæ Officiales quamvis de contrario informati, hujuſmodi impetratas conceſſiones defendere, & impetratoribus favere, quantùm in ipſis eſt, nitantur; ut nulli Iudices Ordinarij dictæ Curiæ, ſeù exequutores illius juſtitiæ, cum ad illos pro auxilio opportuno reclamatur, quamvis coram illis litteræ fœl. rec. Sixti IV. Innocentij VIII. Alexandri VI. Iulij II. Leonis X. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum in forma Brevis editæ, & contra ſimiles inſolentias miltipliciter impetratæ producantur, aſſerentes, ſe cum Cardinalibus, & Prælatis, ac aliis Officialibus Curiæ hujuſmodi contendere nolle, Fratribus dicti Ordinis in juris ſubſidium, & ad compeſcendas talium inſolentias fugitivorum, & Ordinis ſalutarem diſciplinam declinantium aſſiſtere nolint; plurimi ex defectu caſtigationis

bis talium exemplo allecti, hanc viam ſic apertam intrepidè ingredi præſumunt. Sicque Religio in ſanctitate inſtituta diſſipatur, & ruit non ſine populorum ſcandalo, & univerſalis Eccleſiæ præjudicio: Nos hujuſmodi abuſus, errores, & exceſſus ſubmovere, ac ſuper his, ne deteriora parturiant, con-congruentibus remediis obviare volentes, omnia, & ſingula Apoſtolica ſcripta, ac litteras ſub plumbo, necnon in forma Brevis ſub annullo Piſcatoris quibuſvis Ordinis, & Obſervantiæ prædictorum profeſſoribus, ſuper exemptione ab ordinariis Superioribus ipſius Ordinis, & aliis præmiſſis quomodolibet, necnon pro inchoanda nova ſecta, ſeù novo modo vivendi ſub alterius, quàm ſub hujus, & pro tempore exiſtentis dicti Ordinis Generalis Miniſtri obedientia, aut pro erigendis novis Congregationibus, ſeù domibus præter, & contra voluntatem tuam, aut tui Vice Miniſtri, & Commiſſarij quomodolibet conceſſa, & conceſſas; quorum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis; authoritate Apoſt. tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtere, ac tanquam per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem extorta, pro non conceſſis, ac ſi nunquam conceſſa fuiſſent, haberi, nec in aliquo ſuffragari debere decernimus; Diſtrictiùs inhibentes in virtute S. Obedientiæ tibi, & pro tempore exiſtenti Miniſtro generali præfato, ne novas ſectas in dicto Ordine introduci, nec illius Fratres alio novo nomine, quàm quod B. Franciſcus ab Apoſt. Sede ſibi dari, & concedi obtinuit, nominari permittas. Nec non quibuſcumque ſollicitatoribus, & aliis Curiam prædictam ſequentibus, etiàm eiſdem Fratribus fugitivis, quavis conſanguinitate, affinitate, amicitia conjunctis, necnon ejuſdem Curiæ Officialibus, ne ſub prætextu temporalis lucri ſimiles litteras talibus Fratribus abſque prædictorum Superiorum licentia in ſcriptis authenticis producenda tradant, concedant, vel expediant. Necnon quibuſvis Eccleſiarum parochialium Rectoribus, aut Curatis, ac aliis quacumque dignitate Eccleſiaſtica, ſive officio in dicta Curia præfulgeant, ne quemquam talium ad exercitium curæ animarum Parochianorum ſuorum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſolis Curatis ſpectantium, abſque eo quòd illis de licentia prædicta legitimè conſtiterit; admittere, nec eoſdem Fratres exemptos de cætero in diſtrictu parochianorum ſuorum ſuperpelliceum ſuper habitu ipſorum geſtare permittant, ipſiſque Fratribus, ne de cætero extra eorum Conventus habitum eorum ſuperpellicco velare præſumant, niſi albâ, ſi eos fidelium devotione requiſitos extra ſuas Eccleſias celebrare, ſeù in proceſſionibus in comitiva ſuorum Fratrum intereſſe contingat: ac decernentes irritum, & inane quicquid ſecus contingerit attentari. Necnon mandantes pro tempore exiſtenti almæ Vrbis noſtræ in ſpiritualibus Vicario, & quibuſvis aliis Curiæ prædictæ ordinariis judicibus, ut quoties pro parte tua, vel Procuratorum, aut Commiſſarioriorum dicti Ordinis deſuper requiſiti fuerint, nemini deferentes, ſeù indulgentes, nec ad aliqua reſcripta, ſeù Brevia Apoſtolica reſpectum habentes, faciant præſentes litteras, & in eis contenta firmiter obſervari: contradictores quoſlibet, & relles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, de quibus tibi, aut Procuratoribus, & Commiſſariis prędictis videbitur, appellatione poſt-poſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Non obſt. &c. Datum Bononiæ die 14. Decembris 1529. Pont. noſtri anno ſeptimo.

24. Cum verò nec per illud, quod expeditum jam diximus ſub anno 1527. neque per multiplicata deinceps hujuſmodi prohibitionis diplomata, quæ tam hîc, quàm ſuperiùs deſcripſimus, ob impeditum ſpiritualis vitæ zelotibus ad domos Recollectas ſeceſſum, tranſitus iſte ad Capuccinos intercludi poſſet; Clemens ipſe de novo per Piſottum Generalem interpellatus datis litteris, *Aliàs poſtquam &c. Dat. Romæ die 2. Decembris* 1531. quas in Vvadingo eſt videre; de præfatis renovans mentionem expreſſam graviſſimè præcepit, ut quicumque ab Obſervantia ad Capuccinos poſt præfatas ſuas inhibitiones tranſvolaſſent, ad Obſervantes nulla admiſſa excuſatione, reverti tenerentur; aliaque contra tranſitum hujuſmodi ordinavit. Quæ verò

Vvad. t. 8. 1531. n. 4.

verò pro Reformatis in Brixienſi Provincia extinguendis decreviſſe Piſottum legitur in Vvadingo, non ut ipſe intelligit, de Capuccinis, (qui nondum inibi erant) ſed contra Strictioris Obſervantiæ profeſſores potiùs fuiſſe lib. 7. docuimus.

Ibid 1530. n.14.& 15. Bover.eod. anno. 25. Intereà cum bonum Capuccinorum nomen diffunderetur, & Religioſa converſatio placeret, factum eſt, ut ſub Illuſtrium Virorum protectionibus Sedes multiplicaverint in Marchiana, & Romana Provinciis; Neapoli etiam habitaculum acceperint à Vincentio Cardinali Caraffa illius Vrbis Archiepiſcopo ad S. Euphebij ædiculam, & Romæ ad S. Euphemiæ ad collis Exquilini radices faveute Cardinali de Valle Ordinis Protectore Sedem mutaverint.

Bover.t.1. ad ann. 1530. & ſeqq. 26. Quæ autem de ſuorum in Calabria, & Sicilia progreſſibus ab anno 1531. deſcribit Boverius in ſuis annalibus, bellè, atque magna dicendi arte fuerunt conſcripta, quæ verò mendicata ſæpiùs occaſione nimiùm ſcribit in Obſervantium calumniam, nec cordato lectori ſapere, nec ſubſiſtere poſſunt, ideóque à S.Indicis Congregatione correcta: Interim Ludovicus ipſorum, vel Commiſſarius, vel Vicarius Generalis narrando Pontifici, quàm graviter à Piſotto Generali haberentur, & pro libero Obſervantium ad Capuccinos tranſitu ſupplicando, impetravit, ut Cardinalibus de Monte, atque Andrææ de Valle Ordinis Protectori cauſa committeretur; qui cauſam maturiùs diſcuſſuri, edito interim decreto, quod in Boverio ad annum 1532. legitur per extenſum, Generali mandarunt, ut à moleſtandis Capuccinis deſiſteret; iſtis verò, ne Obſervantes interim in ſuum conſortium reciperent. Confitetur tamen Boverius hiſce ſub initiis, cum ſua Religio veluti tenellum virgultum ſine aqua, nec conſilium, nec doctrinâ, nec ſanctitatem haberet, quibus ſe tueretur, ultra ducentos ex Obſervatia (quam penitùs inobſervantem paſſim deſcribit) virtute claros, ſanctitate celebres, prudentiâ ornatos ad Capuccinos convolaſſe, qui eam ſuſtentarunt; plures ex ipſis per nomina recenſet; præcipuum verò Bernardinum Aſtenſem, qui vivendi, & regendi methodum præſcripſit, Congregationemque ſolidavit; & in horribili illo ſui Ochini caſu ipſam ab ultima ruina vindicavit.

27. Cum verò ex hujuſmodi Obſervantium ad Capuccinos digreſſu graves, & continuæ ad Pontificem querelæ deportarentur; & pars utraque adſcitis Magnatum favoribus Pontificem ſibi favorabilẽ procurare toto conatu contẽderet; varia, & plurima tum à Clem. VII. tum à Paulo III. illius ſucceſſore conſtat hac una in cauſa fuiſſe conceſſa; Clementis, ultra recenſita ultimum hîc appono; aliud itidem Pauli III. atque tertium Cardinalium in cauſa deputatorum.

## CLEMENS PAPA VII.

*Dilectis Filiis Ludovico de Foſſambruno Ordinis Fr. Minorum profeſſori, Fratri Capuciato nuncupato, & ejus ſociis, ac eorum cuilibet.*

28. Dilecti filij, &c. Cum ſicut accepimus, vos prætendentes velle Regulam B. Patris veſtri Franciſci ad unguem juxta ejus litteralem ſenſum, & non declarationes ſuper illam per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros hactenùs editas obſervare, à propriis domibus Ordinis veſtri Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ nuncupatorum recedentes, & ad diverſas alias domos, & loca etiam ipſius Ordinis vos transferentes, ac inibi vos Fratres Capuciatos nuncupantes, maximam in dicto Ordine perturbationem ſuſcitare, & cæteris ipſius Ordinis profeſſoribus, an per eos Regulæ prædictę ad plenum ſatisfiat, hæſitandi materiam præbere viſi fueritis in gravem animi ipſorum profeſſorum trepidationem. Nos volentes perturbationi, & ſcandalo prædictis, quantùm cum Deo poſſumus, obviare: Motu proprio, & ex certa ſcientia, vobis, & veſtrum ſingulis in virtute S.Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quas vos, & veſtrum ſingulos, ſi præſentibus noſtris contraveneritis, incurrere volumus ipſo facto, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs de cætero aliquem ex ipſius Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ nuncupatorum profeſſoribus, etiamſi ad Uvad.t.8. 1534.n.75.

Fratres

Fratres ipſius Ordinis Conventuales nuncupatos, antea tranſiverit, & ab eis receptus fuerit, ſeu habitum ipſius Ordinis priùs dimiſerit, & in habitu ſæculari exiſtat, in ſocium, vel Fratrem veſtrum, aut novas domos, vel loca ad habitandum recipere abſque Sedis prædictæ licentia ſpeciali, plenam, & expreſſam de præſentibus mentionem faciente, nullatenus præſumatis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. die 9. Aprilis 1534. Pontif noſtri anno undecimo.

## PAVLVS PAPA III.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid.n.76. 29. Accepimus, quòd ex eo, quòd nonnulli Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum profeſſores, ob frugem (ut aſſerunt) melioris vitæ, aut ex aliis cauſis eorum animum moventibus, habitum per Fratres dicti Ordinis geſtari ſolitum dimittere, & ſe de domibus, & locis ejuſdem Ordinis ad domos, & loca Fratrum Ordinis ſancti Francisci Capuciatorum nuncupatorum ſe transferre nituntur, Religio ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia plurimùm perturbatur, & ſcandalizatur. Quare Nos non valentes ad præſens ob varia, & diverſa negotia, quibus in noſtri Pontificatus initio, in quo ſumus, occupamur, huic rei (ut vellemus) vacare; & cum dicti Ordinis de Obſervantia generale Capitulum, à quo maturiùs informari ſperamus, in proximo Pentecoſtes feſto celebrãdum ſit; de conſilio nonnullorum S.R.E. Cardinalium, motu proprio, & ex certa ſcientia, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus dicti Ord. Min. de Obſervantia profeſſor ad domos, & loca dictorum Fratrum Capuciatorum, quovis pretextu ſine noſtra ſpeciali licentia ſe transferre poſſit, & valeat, & contraveniens excommunicationis pœnam ipſo facto incurrat. Inhibentes ſub eadem pœna excommunicationis universis, & ſingulis Fratribus Capuciatorum prædictis, ne aliquos dicti Ordinis de Obſervantia profeſſores, aut cujuſcumque alterius Religionis, vel Ordinis, aut domos, vel loca recipiant, donec, ut prædiximus, à Capitulo generali prædicto pleniùs informati, huic negotio opportunum cum Domino apponamus remedium. Interim verò, ſi qui Fratres ex Capuciatis ad Ordinem de Obſervantia, unde digreſſi ſunt, reverti voluerint, à generali Ordinis Vicario charitativè recipi poſſint, & valeant. Mandantes dilectis filiis Gubernatori Vrbis, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. generali Auditori, ac dicti Vrbis Vicario, & eorum cuilibet, quatenus ſtatutum, & ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari faciant: Non permittentes aliquid per quoſcumque dignitate, præeminentiâ, & authoritate fungentes, contra præſentium tenorem quomodolibet attentari; contradictores quoſlibet, & rebelles, contra quos etiam manu Regia procedi poſſe volumus, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. die 18. Decembris anno 1534. Pontificatus noſtri anno primo.

30. Sententia interlocutoria trium Cardinalium à Pontifice pro dirimendis hujuſmodi controverſiis deputatorum; hæc fuit [ Laurentius Epiſcopus Præneſtinus, & Franciſcus tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem totius Ordinis Minorum Protector, ac Antonius tit. Sanctorum quatuor Coronatorum Preſbyteri miſeratione divina Sacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſuper differentiis inter Fratres de Obſervantia, & Capuccinos nuncupatos, Ordinis Minorum componendis à S. D. N. Paulo Papa III. in ejus Conſiſtorio ſecreto deputati, Religioſis viris Generali, & aliis Miniſtris, ac Guardianis domorum Ordinis Minorum de Obſervantia, & Congregationis Capuccinorum nuncupatæ dicti Ordinis Minorum, & ſingulis ejuſdem Ordinis tàm de Obſervantia, quàm de Cappuccinis Fratribus, ſalutem; & ſinceram in Domino charitatem. Cupientes contentionibus veſtris, & ne interim ſcandala exinde oriantur, ſalubriter providere, de mandato præfati D.N. Papæ ſuper hoc vivæ vocis Oraculo nobis facto, universis, & ſingulis veſtrûm in virtute S. obedientiæ, & ſub excommunicationis, quàm contrafa- Vvad. 1535.n 36.

cientes incurrere volumus ipſo facto, & à qua non niſi per Nos, aut Sedem Apoſtolicam, etiam vigore quorumcumque indultorum Apoſtolicorum abſolvi poſſitis, præterquam in mortis articulo conſtituti, & carcerum pœnis, tenore præſentium diſtrictè inhibemus, ne de cætero vos Capuccini de Obſervantia Fratres aliquos ad vos ſe transferentes, ſeù aliàs venientes recipere; Aut vos de Obſervantia ad eoſdem Capuccinos tranſire, aut eorum habitum aſſumere, ſeù geſtare præſumatis quoquomodo, quouſque præfatus D. N. Papa ſuper eiſdem contentionibus de opportuno remedio providerit. Non obſtantibus quibuſcumque litteris Apoſtlicis, etiam in forma Brevis, aut motu proprio, vel vivæ vocis Oraculo, aut aliàs vobis, & cuilibet veſtrum in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis. Et ſi quis veſtrum (quod abſit) contrafecerit, noveritis commiſſum hujuſmodi, ultra præmiſſa, ſeveriſſima animadverſione fore puniendum. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Epiſcopi, aut Prælati in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis, eadem fides adhibeatur tam in judicio, quàm extra, quæ adhiberetur præſentibus originalibus litteris, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. In quorum fidem præſentes ſigillorum noſtrorum per Notarium impreſſione munitas, ac manibus noſtris ſubſcriptas fieri juſſimus. Datum, & act. Romæ in Palatio Apoſtolico XXIII. menſis Decembris ſub anno à Nativitate Domini 1535. Pontificatus præfati S. D. N. anno ſecundo.

*L. Epiſcopus Praneſtinus Card. Campegius. Franciſcus Card. S. Crucis Protector. Antonius Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum Major Pœnitentiarius.*

31. Graviſſima multa hic congeruntur à Boverio in ſuorum Capuccinorum annalibus; edictum nempe fuiſſe à Clemente Pontifice in die S. Marci Evangeliſtę, ut quotquot Capuccini erant in Vrbe, ad unius candelæ ardentis tempus ab ea confeſtim abſcederent: & quomodo à decreto de abolendis Capuccinis fuerit Pontifex ipſe miraculosa tempeſtate mutatus; quòdque Cingulani Conventus in Picæno incolæ omnes, neque petitâ, neq; obtentâ ſuorum Superiotiorum licentiâ, ex improviſo ſeſe dederint Capuccinis; & alia omnino plurima, præſertim verò de multiplici ſuorum Capuccinorum contra Obſervantes diſputatione, tùm Romæ per Foroſempronienſem coram MiniſtroGenerali totius ordinis, tùm in Calabria per Ludovicum Rheggienſem Capuccinum contra Obſervantium Commiſſarium coram Nucetiæ Duce; quæ bellè quidem compoſita, ſed arte tanta contexta, quòd dubiam fidem omninò protendant, & cordato Lectori ſatisfacere non valeant; eo vel maximè, quòd nulli antiquo innitantur authori, ſed fides univerſa ſit penes Boverium. De Conventu Cinguli in Picæno notat hic author ſpecialiter ad annum 1533. incolas omnes ad Capuccinos convolaſſe non ſine uno, & altero ſtupendo miraculo: Cui Vvadingus ex Ordinis Regeſto tota claritate reſpondens, oſtendit eſſe impoſſibilia, quæ à Boverio recitantur.

Ibid. 1533. n. 37. & 1534.

32. Verùm crebreſcentibus quotidiè utrinſque partis in Curia clamoribus; cum de ſex Cardinalibus ad judicandum delegatis, quinque ad utriuſque ſodalitij unionem à Miniſto Generali ſub æquis conditionibus propoſitam inclinarent: prævaluit ſextus S. Severinus Cardinalis, ne fieret; quin & ad majorem ſtatus Capuccinorum confirmationem, ampliſſimam bullam impetravit, *Exponi nobis &c* quam ſuperiùs ex integro deſcripſimus. Iterumque, & ſæpiùs Idem Paulus III. ejuſque ſucceſſores prò dirimendis hujuſmodi controverſiis laborarunt; ſed pluribus editis ad hoc litteris Apoſtolicis pacem Religioni tantoperè deſideratam nunquàm ſtabilire potuerunt; donec Sixti V. ſummâ prudentiâ, & invariabili decreto tranſitus omnis Obſervantium ad Capuccinos, & è contra fuerit graviſſimè interdictus; Pontificum bullas omninò plurimas, partim in Vvadindo, abundantiùs in Boverio, necnon in Archivio Aracœlitano Curiæ Vltramontanæ primo Regiſtro videndas omitto: factum verò ſub Sixto V. ſic litteraliter in præcitato Regiſtro legitur. Ibid. 1536. n. 10.

33. Cum in Provincia Cathaloniæ, atque etiam in aliquibus Prov. Galliæ FF. Cappuccini liberè reciperent Fratres Arch. Araecœl. Cul. Vltr. Reg. 1. f. 259.

tres Minores Regularis obſervantię ad ſe tranſeuntes nulla habita ratione ad determinationes factas annis elapſis à Paulo III. & Iulio III. Summis Pontificibus ſupplicatū fuit Sanctiſſimo Domino Sixto V. ut de remedio opportuno providere dignaretur, qui cum totum negotium commiſiſſet cuidam Congregationi Cardinalium examinandum, Præſes Congregationis, qui erat Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Antonius Caraffa, admodum Reverendo Patri Fratri Franciſco à Toloſa Miniſtro Generali tres ſequentes quæſtiones, ut eis ſatisfaceret, propoſuit.

*Prima eſt.*

Vtrùm Ordo Capuccinorum ſit idem cum Ordine Fratrum Min. regularis Obſervantiæ?

*Secunda eſt.*

Vtrum Inſtitutum Capuccinorum ſit arctius, ac ſtrictus Inſtituto Fratrum Min. Regularis Obſervantiæ?

*Tertia eſt* ex cap. X. Regulæ Beati Patris noſtri Franciſci.

*Vbicunque ſunt Fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare, ad ſuos Miniſtros debeant, & poſſint recurrere.*

His quæſtionibus admod. Reverendus P. Frater Franciſcus à Toloſa in hunc, qui ſequitur, modum ſatisfecit.

*Illuſtriſſime, ac Reverendiſſ. Domine.*

34. Animo quidem potiùs obtemperandi præcepto I. D. V. quàm in certamen egrediendi cum Reverendiſſ. Patribus Capuccinis (quorum inſtitutum religioſum, ac refertum omni diſciplina regulari meritò debet laudari) me ſubjicio, ac accingo ad ſatisfaciendum ſcripto (prout mandatum eſt mihi) quæſtionibus ab I. D. V. propoſitis. Novi enim quàm durè ferantur apud Monachos diſcuſſiones quæſtionum, quæ ſubolent magis, vel minùs rigidam, atque ſtrictam vitam, nec facilè quis poterit in definiendis hujuſmodi cauſis effugere ſuſpicionem, vel proverbium, quòd quiſque ſuas lavat lactucas. Conteſtor verò Deum ſcrutatorem cordium, non mihi ſubeſſe animum laceſcendi aliquâ injuriâ Reverendos Patres Capuccinos in meis reſponſionibus (quorum religioſam vitam ſemper commendavi) ſed ſatisfaciendi magis votis I. D. V. ac videndi plus correctam, ac reformatam libertatem tàm liberam, quam Fratres de Obſervantia ſibi uſurpant, transferendo ſe ad Patres Capuccinos citrà aliquam ſuorum Superiorum licentiam, & quòd etiam Patres Capuccini liberiori animo, quàm opus ſit, in ſuam ſuſcipiant ſocietatem Fratres noſtros Apoſtatas: Vnde quamplurima incommoda, & ſcandala ſubſequuntur tàm Fratribus de Obſervantia, quàm etiam præfatis Fratribus Capuccinis. Quare non poſſum non inſtanter, & humiliter rogare I. D. V. ut conſideratis cunctis, quæ hic differentur, de opportuno remedio ad ſecuritatem noſtrarum conſcientiarum, pacem, ac quietem communem utriuſque inſtituti provideant circa hujuſmodi tranſitum, antequam cuncta in deteriorem cedant ſtatum. Vt igitur ad reſponſionem quæſtionum accedamus, tres propoſuit mihi I. D. V. quæſtiones, quarum.

*Prima eſt.*

Vtrum Ordo Capuccinorum ſit idem cum Ord. Fratrum Min. Regularis Obſervantiæ?

35. Huic quæſtioni brevitati ſtudens reſpondeo, quòd anno Domini 1525. Frater Matthæus Baſcius Regularis Obſervantiæ alumnus ſtrictæ vitæ inhians, dedit initium inſtituto Fratrum Capuccinorum: ac anno Domini 1528. authoritate Apoſt. fel. rec. Clementis VII. Pontificatus ſui anno V. illorum inſtitutum ſtabilitum eſt, & anno ſequēti 1529. eorum Vicarius generalis electus eſt, atque ab illo tempore præfati Fratres diviſi, ac diſtincti ſunt ab inſtituto Fratrum Regularis Obſervantiæ ſub ſuo Prælato Vicario generali extra obedientiam Miniſtri generalis totius Ordinis, & ſimiliter ſub alio Protectore, Correctore, Gubernatore: vivuntque ſub diverſa forma habitus, reguntur etiam ſuis peculiaribus ſtatutis tam variis à noſtris, quòd facilè poteſt dici, quòd ſit diſtinctus Ordo, quatenus Fratribus de Obſervantia, etiam Recollectis, ſive Diſcalceatis, qui ad ipſos accedunt, annum aſſignant probationis, ac ſi eſſent ſæculares: ac tùm demùm expleto anno probationis, ad profeſſionem admittunt. Ex hoc poteſt dici, quòd ex nobis exierunt, permanent autem à nobis diſtincti, ac diviſi in ſua ſanctitate, ac puritate vitæ regularis. Eſt quidem idem Ordo ſecundùm Regulam, diverſus verò ratione

tione ſui inſtituti diſtincti ; cum non ſubſit unico Miniſtro Generali totius Ordinis, cui ex Regula tenentur omnes Fratres obedire ex capite 8. Regulæ, & ſub uno Protectore ex cap. 12.

*Secunda Quæſtio.*

Vtrum Inſtitutum Capuccinorum ſit arctius, ac ſtrictius inſtituto Fratrum Minor. Regularis Obſervantiæ?

36. Dico, quòd ſecundùm latitudinem noſtræ Regulæ, ac Summorum Pontificum expoſitionem, Ordo Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ conſtat Fratribus Obſervantibus, Recollectis, ac Diſcalceatis, qui omnes ſecundùm Regulam noſtram unicum habent Miniſtrum Generalem totius Ordinis, eum videlicèt, qui ſolus dicitur Miniſter generalis totius Ordinis Fratrum Minorum ex declaratione fœl.rec. Leonis X. quatenus ipſe ſolus tanquam Succeſſor legitimus B.Patris noſtri Franciſci tenet ſigillum totius Ordinis, & omnes Fratres, qui ſub ejus obedientia militant, dicuntur Fratres Minores Regularis Obſervantiæ.Quoniam autem B. P. N. Franciſcus reliquit in ſuo Ordine, & ſub ſigillo ſemen ſuæ puritatis, ac diſciplinæ regularis, & filios Abrahæ ſectatores veſtigiorum P. Noſtri, viros omni virtute, & religione cumulatos, qui antiquæ vitæ nitorem, ac rigorem ſtrictæ vitæ conſervarent. Antequam Patrum Capuccinorum inſtitutum religioſum inchoaſſet, anno 1502. Pater Martialis Boulier Vltramontanus Vicarius generalis in Congregatione celebrata generali in Provincia Caſtellæ ex communi conſenſu omnium Patrum humiliores domos, & ab hominum frequentia magis ſemotas, & ad arctiorem vitam ducendam magis accommodatas deſtinavit in ſingulis Hiſpaniarum Provinciis, atque Cuſtodiis, in quibus Fratres, qui arctioris vitæ deſiderio tenebantur, commorari poſſent, eaſque nuncupavit *domos recollectas*. Anno verò 1517. Provinciæ Diſcalceatorum duæ, nempè Provincia Angelorum, & Provincia Portugalliæ cum magna rigiditate, & auſteritate vitæ inſtitutæ ſunt. Anno item 1519. Provincia S. Gabrielis Diſcalceatorum erecta eſt;& anno 1560. Provincia de Rabida Diſcalceatorum, & an.1561. Provincia S. Ioſeph Diſcalc. anno item 1568. Provincia S. Antonij Diſcalceatorum, & noviſſimè anno 1577. Provincia S. Ioannis Baptiſtæ conſurrexit; ſic nempè quòd in Regnis Hiſpaniarum ſeptem ſunt Provinciæ Diſcalceatorum ſub obedientia, ac Miniſterio Miniſtri generalis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ. Nulla verò eſt Provincia, quamvis exigua, quæ ad minus duos, vel tres Conventus Recollectorum non habeat, plures ſunt, quæ 5. 6. 7. & 8. habent Conventus pro neceſſitate, & deſiderio Fratrum inhiantium ad arctiorem vitam Et in hac religioſiſſima Familia Ciſmontana facilè eſt videre ex ſtatutis editis à Reverendiſſimo P. noſtro Fratre Franciſco Gonzaga Miniſtro Generali totius Ordinis, ac ſummæ Obſervantiæ ſectatore pro Fratribus Recollectis,quàm ſeveram, & ſtrictam in ſuis Conventibus agant vitam. At quoniam non decrevi diſcutere quæſtionem ex ſua natura injurioſam, ne videar potiùs noſtras agere partes, quàm alienas, ſatis mihi videbitur feciſſe deſcribendo formam, & inſtitutum vivendi Fratrum Recollectorum, ac Diſcalceatorum viventium ſub obedientia Miniſtri generalis Regularis Obſervantiæ: *Statuta hic allegat in ipſo regiſtro deſcripta, quæ ego non appono, alibi à nobis recenſenda.*

*Tertia Quæſtio.*

Ex cap. X. Regulæ B. Franciſci.

*Vbicunque ſunt Fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſervare, ad ſuos Miniſtros debeant, & poſſint recurrere.*

37. Ad hujus loci exactam expoſitionem, quam I. D. V. petit, in medium proferam ſententiam Seraphici Doctoris B.Bonoventuræ, qui propter hoc, quòd mira ſanctitate, ac erudutione noſtrum Ordinem illuſtravit, præcipuè etiam appoſuit operam, nt relinqueret nobis digeſtã mentem regulæ B.P.N. Franciſci:quando igitur in ipſa, quã edidit Regulæ noſtræ,expoſitione ventũ eſt ad hunc locum dicit ſic, *Vbicumque ſunt Fratres, qui ſcirent per experientiam, & cognoſcerent per judicium rectum, non poſſe in his, quæ ſpiritualia ſunt cum tranquilli-* tate

*tate cordis, ut in conſortio mulierum, vel propter corporis neceſſaria, ſi haberi non poſſint alicubi ſalva Ordinis puritate, vel propter ſimilia, quòd tunc temporis debeant recurrere ad ſuos Miniſtros; debent quippe Miniſtri eſſe refugium afflictorum, gerentes vices Domini dicentis, venite ad omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: recurrere igitur poſſunt eo tempore ad ſuos Miniſtro per ſe, vel per nuncium, formâ tamen ſtatutorum Ordinis obſervatâ in eundo, quia iſtud debitum non eſt exemptum ab obedientia ſtatutorum*; Hæc Seraphicus Doctor. Ex his verbis licet colligere, quod non ſemper, nec quando volunt Fratres pro ſuo arbitro habere poſſunt recurſum ad ſuos Miniſtros; oportet enim ipſos primò ſcire per experimentum, ſe non poſſe in tali loco Regulam ſpiritualiter obſervare, non enim ſufficit ad hoc credulitas, vel opinio. Alterum eſt, quòd cognoſcant illam impotentiam ſervandi ſpiritualiter Regulam per rectum, judicium, non autem per turbatum aliquibus occaſionibus humanis, nec per judicium phantaſticum. Vltimò requiritur, quòd Fratres volentes habere recurſum ad ſuos Miniſtros obſervent ſtatuta Ordinis, non eſt enim æquum, ut Fratres proprio moveantur arbitrio ad hujuſmodi recurſum, ſed ſecundùm diſpoſitionem ſtatutorum Ordinis. Eſt autem diſpoſitum in Ordine, ac lege ſancitum, quòd Fratres Regularis Obſervantiæ ſine licentia Guardiani, ſub pœna apoſtoſiæ non egrediantur à ſeptis Monaſterij, etiam prætextu præſentandi ſe Miniſtro Provinciali: Quòdſi quæratur quidnam ſi agendum, ſi Guardianus nollet concedere licentiam. Reſpondetur ex mente Seraphici Doctoris, quòd habeat recurſum ad Miniſtrum per nuncium, quòd ſi non potuerit habere commoditatem nuntiorum, tunc petita licentia pluries à Guardiano, & aſſignata coram eo ita legitima cauſa, ut judicio aliorum Diſcretorum ſit rationabilis, accedere poteſt ad Miniſtrum, petita, & non obtenta licentia, *arg. in cap. licet*, cum multis ſimilibus de regular. Si tamen à Guardiano, & aliis Fratribus Diſcretis videretur, quòd talis Frater non habet legitimam, & rationabilem cauſam, præfatus Frater magis credere tenetur ſententiæ cõmuni Patrum, quàm proprio capitiſacit, cap. 1. & cap. ne invit. de conſtitution. Vnde manifeſtè liquet, quòd non licèt hujuſmodi Fratribus ſubditis ſemper, & pro ſuis votis, & arbitrio habere recurſum ad ſuum proprium Miniſtrum abſque examine, & approbatione ſuæ cauſæ, & ſine licentia ſui Guardiani; Multò igitur minùs poterunt recurrere præfati Fratres Regularis Obſervantiæ ex propria ſententia, & ſine licentia ſuorum Superiorum ad Miniſtros extraneos, cujuſmodi ſunt Patres Capuccini.

Vndè ex hoc etiam loco Regulæ noſtræ interdicitur, & prohibetur Patribus Capuccinis libera licentia, & facultas, quam aſſumunt in ſuſcipiendo Fratres ſubditos extraneos, quorum ipſi non ſunt Miniſtri.

Hæc ſunt Illuſtriſſime D. quæ mihi ſe ſe obtulerunt dicenda in reſponſione prædictarum quæſtionum, quæ omnia ſubijcio, & ſubmitto diſcutienda, examinanda, atque corrigenda ab I. D. V. pro cujus vita incolumi, & fœlici fundimus preces tamquam ſubditi devincti.

38. His reſponſionibus auditis Illuſtriſſimi Cardinales, quibus negotium commiſſum fuerat, decreverunt, ut breve in ſequenti pagina exharatum expediretur, ſicque facta relatione ad Pontificem expeditum fuit.

## SIXTUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

PRo ea, quam præcipuam gerimus erga S. Franciſcum devotione, illius Familiam univerſam paterno amore complectentes, ea ſtudemus de medio tollere, quæ diſſidij inter ipſos Religioſos ejùs Regulam ſectantes occaſionem præbent, aut iis, qui levitate animi, minùs conſtantes perſiſtunt in obedientia, cui ſe ipſos dicaverunt, ab ea ſe ſubtrahendi viam aperiunt. Sanè jam pridem fœl. rec. Paulus Papa III. & Iulius etiam III. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri juſtis de cauſis adducti prohibuerunt, ne ullo modo Fratres de Obſervantia ſine ſuorum Generalium, vel Provincialium licentia in ſcriptis habita, ad Congregationem Capuccinorum ſe transferre, ſive ab ipſis Capuccinis recipi, aut in illorum domibus retineri poſſent, vel deberent, certis etiam gravioribus pœ- Ibid. f. 265.

nis adjectis, prout in illorum litteris pleniùs continetur. Quare Nos quoque eorumdem prædeceſſorum exempla ſecuti, toto negotio cum quibuſdam ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus communicato, ac diligenter conſiderato, litterarum hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, de eorumdem Cardinalium conſilio, etiam de novo authoritate Apoſtolica, per præſentes diſtrictiùs interdicimus, tam ipſis Capuccinis, ne quemquam eorumdem Fratrum de Obſervantia, poſt emiſſam profeſſionem regularem juxta inſtituta ejuſdem Ordinis de Obſervantia, ad eos quovis prætextu, & quacumque de causâ tranſeuntem, ſine noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia ſpeciali, per litteras Apoſtolicas expreſſam, & in ſpecie, non autem per clauſulas generales idem importantes præſentis prohibitionis mentionem, & derogationem continentes, aut eorumdem Generalis, vel Provincialium Miniſtrorum Fratrum de Obſervantia licentiâ in ſcriptis, ut præfertur obtentâ, admittere, recipere, & retinere: quàm Fratribus de Obſervantia prædictis, ne quiſquam eorum ad Congregationem Capuccinorum ſine hujuſmodi licentia ſe transferre in futurum præſumant. In ſingulos vero Capuccinorum Superiores, Provinciales Miniſtros, domorum Guardianos, Vicarios ſeù Præſides, necnon ipſos Fratres de Obſervantia, qui in præmiſſis quoquomodo contravenerint, excommunicationis ſententiam ferimus, eoſque omnibus, & quibuſcumque dignitatibus, adminiſtrationibus, & Officiis, per eos pro tempore obtentis, authoritate præſentium privamus, & ad futura, ac quoſcumque actus legitimos exercendos inhabiles eſſe volumus eo ipſo: Decernentes, receptiones, admiſſiones, & retentiones quaſcumque de illis ex quavis causâ, ſine dicta licentia faciendas, nulla omninò firmitate ſubſiſtere, neminemque penitus ulli voto, aut promiſſioni, etiam juramento aliave ſolemnitate roboratis obligare poſſe; præſenteſque litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, ſeù impugnari, aut ſub prætextu, quòd contra alias Apoſtolicas, ac Canonicas ſanctiones jam pridem uſu receptas (quòd ſcilicet unicuique regulari ad actiorem regulam, & religionem tranſeundi, petitâ dumtaxat, ac etiam non obtentâ Superiorum licentia tranſitus liberè, & licitè permittant) aut aliàs quovis prætextu, ſeù quæſito colore in jus, & controverſiam revocari, aut invalidari, ac ad terminos juris reduci non poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſicque in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios ordinarios, & delegatos, ac S. R. E. Cardinales, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & deffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes univerſis, & ſingulis locorum Ordinariis, ut quando, ubi, & quoties opus fuerit, ac pro parte alicujus ex Fratribus de Obſervantia hujuſmodi fuerint requiſiti, præſentes litteras ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant, quẽquam ex prædictis, ſi qui forſan in poſterum ſe de facto transferre præſumpſerint, contra earumdem præſentium continentiam, & tenorem in aliqua domo, ſeù loco ipſorum Capuccinorum admitti, recipi, & retineri. Contradictores quoſlibet, & rebelles, eiſque auxilium, conſilium, vel favorem directè, vel indirectè quomodolibet præſtantes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententiis, & cenſuris ipſis, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, ac Ordinis, & Congregationis Capuccinorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon facultatibus, diſpenſationibus, & indultis ipſi Congregationi Capuccinorum, eorumque Superioribus, & perſonis, aut Domibus quibuſcumque recipiendi, vel reti

retinendi Fratres de Obſervantia, etiam ſuorum Superiorum licentiâ petitâ dumtaxat, & non obtentâ; aut non petita tranſeuntes, tam expreſsè, & principaliter, quàm per communicationem ad inſtar aliorum Ordinum, & Congregationum, quorum gratiarum, & indultorum ipſi Fratres Capuccini participes effecti ſunt, etiamſi pariformiter, & æquè principaliter ipſa communicatiò, & extenſio facta fuerit per quoſcumque Romanos Pontifices prędeceſſores, aut ſucceſſores noſtros, etiam motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de eorumdem Cardinalium conſilio pro tempore conceſſis, approbatis, & innovatis: Quæ omnia, ac deſuper confectas litteras, proceſſuſque habitos per eaſdem quatenùs prǽmiſſis in aliquo adverſantur, abrogamus, caſſamus, & annullamus; Aut ſi ipſis Capuccinis eorumq; Prælatis, & Superioribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd litteris revocatoriis ſub quacumque formula editis, nullatenus, vel niſi modis, & formis in hujuſmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas incurrere, aut aliàs interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, etiam quibuſlibet aliis privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus conceſſis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Quæ omnia volumus nemini contra prædicta in aliquo ſuffragrari, cęteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, & alicujus Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignatis eadem fides ubique in judicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annullo Piſcatoris die 28. Ianuarij 1586. Pont. noſtri anno primo.

39. Porrò ut omnia, quantùm ad hiſtoriæ claritatem ſufficiat, ex integro deſcribantur: Matthæus de Baſcio quadrati, vel acuminati Caputij primus aſſertor, ut audivit de Clementis VII. revocatione, ad Obſervantes ſine ulla difficultate regreſſus; publicata deinceps, quam Ludovicum, & Raphaelem pro erigenda ſua Congregatione bullam impetraſſe diximus, illicò cum Paulo Clodienſi jam ſuo Diſcipulo, ſeſe omnium primus, eiſdem aſſociavit; & in primo ipſorum Capitulo, quamvis Ludovicus fuiſſet reverà bullæ procurator, Congregationis novæ primus inſtitutor, Apoſtolicis litteris ad ipſum directis Baſcius ipſe omnium votis in primum Capuccinorum Vicarium Generalem fuit electus: verum religioſæ quietis amator; ut diximus, poſtquam duorum menſium ſpatio Fratrum viſitationem expediſſet; Definitoribus, aliiſque Patribus ad Foroſempronienſem domum convocatis, ſeſe officio, quod illibenter ſuſceperat, lubens abdicavit: demùm cum aliquot annis inter Capuccinos liberæ prædicationi vacaſſet, tandem anno 1537. ad Obſervantes rediit, ſivè pertæſus tàm diuturnæ colluctationis, & odioſæ controverſiæ, ſive (quod ait Boverius) quia Bullam Pontificiam editam intellexit, qua ſub gravi cenſura quadrati Caputij uſus interdicebatur omnibus, qui ſub obedientia Vicarij generalis in Conventibus non habitarent; ſivè utì habet Marcus Oliſſiponenſis, & vita ejus M. S. quia Capuccini hominem liberæ, & quotidianæ prædicationi aſſuetum, undique diſcurrentem detracto caputio extra ſuum conſortium fecerint. Venetiis tandem non ſinè ſāctitatis opinione; atque prædicationis officio conſpicuus; à populo veneratus piè obdormivit in Domino; & in Eccleſia Obſervantium *de Vinea* in hodiernum uſque diem conquieſcit.

Vvad. Ibid. 1528. n. 17.

Ibid. n. 31.

Ibid. 1536. n. 19.

Bover. an. 1529.

Vvad. a. 8. 1537. n. 19.

40. Ludovicus de Foroſempronio, qui cum Raphaele Laico Fratre ſuo adeò conſtanter pro ſua Reformatione laboraverat, & Diploma Pontificium pro ejuſdem erectione obtinuerat, Matthæo de Baſcio Vicariatum renuntianti ſubſtitus in Commiſſarium, Romam anno 1529. profectus inſtitutum ſuum invicta fortitudine propugnare, atque dilatare

Ibid. 1529. n. 32.

contendit: ſed Generale Capitulum à ſuis tùm ob Regulæ præceptum, tùm ob tractanda negotia ſummè concupitum, jam ſeptimo anno Vicarius Generalis celebrare renuebat, timebat enim, ne alium, ſe neglecto, Superiorem adoptarent. Cùm verò Fratres id ei perſuadere non poſſent, neque Victoria Columna inſtituto addictiſſima, & potentiſſima olim Ludovici patrona ab eo impetrare; tandem actum eſt, ut id ei Pontifex præceperit, cujus mandato cum ille refragari non poſſet, Romę circa Novembris initum anno 1535. celebravit Comitia. In his electus eſt Vicarius generalis Bernardinus Aſtenſis, vir doctus, & prudens, qui anno 1534. utì diximus ab Obſervantibus ad Capuccinos transmigraverat. Indignè, & impatienter hoc tulit Foroſempronianus, apud omnes tum Religioſos, tum ſeculares vehementer conqueſtus de conſodalium ingratitudine, qui tot beneficia à ſe recepta, vel hac exigua mercede continuati Officij compenſare noluerint. Multas huſmodi querelas ubiqne ſpargens, tandem à ſuorum Fratrum cœtu cum paucilis receſſit ad S. Thom. templum quoddam, ubi ſeorſum à reliquorum ſocietate, & Vicarij generalis obedientia vitam ducebat. Sed operâ Cardinalis Tranenſis, obtenta alterius Capituli celebratione, cum aſſeclis rediit paulatim ad Monaſterium: cum verò iteratis ann. 1536. Comitiis, iterum Aſtenſem nuper ab Obſervantibus digreſſum in ſuum Vicarium reelegiſſent; adeò exclamavit, & querimonias excitavit Ludovicus (plurima, & gravia omitto, quæ contra eum conglomerantur à Boverio) ut nec Cardinalis Tranenſis, qui Capitulo præſederat, nec novi Vicarij Generalis, nec cæterorum Conſodalium preces vehementiſſimam illius paſſionem lenire potuerint. Egit itaque Cardinalis ut Bernardini Aſtenſis electio, & Ludovici à Fratribus decreta expulſio Pontificis litteris, quas Boverius excripſit, confirmarentur; unde & anno 1537. illud veſtis genus dereliquit, odio proſecutus inſtitutum tamquam ingratiſſimum, quòd ſibi, qui plus omnibus laboravit, illique ſtabiliendo tantoperè inſudavit, primàs negaverit in poſtremis comitiis generalibus, bis in Vicarium Generalem communibus ſuffragiis alio cooptato à ſe

Ibid. 1536. n. 10.

Ibid. 1537. n. 19.

nuperrimè in ſocietatem admiſſo: quo pacto Capuccinorum primi aſſertores ſuum inſtitutum dereliquerunt: conſiderans hæc Appamiarum Epiſcopus, ſic ex Boverio concludit; *uterque poſtea caputium illud quadratum majori levitate deſeruit, quàm maturitate ſuſceperat; Ludovicus quidem odio in ſodalitium, Matthæus amore liberioris prædicationis.*

Spondan. 1525. n. 27.

41. His autem non obſtantibus, ſub Aſtenſis prudenti guberpio fœliciter propugnati, tota firmitate ſtabiliti, & per Italiam ampla fœlicitate dilatati Fructus ſanctitatis ubique germinare cœperunt.

42. Magnis quotidie proſperabatur incrementis hæc piiſſima Congregatio, quę ab omnimodo è ſæcularium tumultibus ſeceſſu, à prægrandi vitæ aſperitate, à maximo pœnitentiæ rigore, à ſancta exemplaritate ſingulariter commendata non poterat non fieri, ut utiliſſima, ita & acceptiſſima. Nec tamen hoſtis humani generis ſancto pepercit inſtituto. Lubens omitto, quæ gravia nimis contra ſuum Foroſempronienſem, atque de imminenti, immò fulminata per Pontificem anno 1534. ſuorum Capuccinorum ejectione congregat Boverius; quoniam nullo ante Boverium authoritate firmita, imò à S. Indicis Congregatione correcta in plurimis ad fidelium ædificationē non conducunt. Vnicam ſed graviſſimam ex ipſo Boverio tentationem in Divinæ Providentiæ teſtimonium adductam, quæ novit de bonis mala trahere. Piiſſimus Deus, qui Sanctiſſimum Iob ſathanæ ad tentandum permiſit, ſed non dimiſit, ita & Religioſiſſimum hoc inſtitutum gravi concuſſione perturbari toleravit, ad hoc ut ejus manifeſta præſervatio humanæ ſapientiæ abſcribi non poſſet. Anno igitur 1538. congregatis Florentiæ ſuis Comitiis generalibus Fr. Bernardinum Ochinum de Senis elegerunt in Vicarium Generalem, quem Boverius tùm laudat, tum vituperat accerrimè; iterumque annò 1541. confirmarunt in officio. Hic ergo Neapoli hæreticis erroribus imbutus, quos anno ſequenti Venetiis pro ſuggeſtu prædicare non erubuit, & in ſuorum Conſodalium firmatâ expreſsè ſcholâ edocere; dum in Vrbem evocaretur à Pontifice, ad Gebennenſes hæreticos anno 1542. apoſtata confugit;

Bover. 1534. 1535. Ib. 1538.

Idem. 1542.

Ibid. n. 46.

qua ex Vrbe apologiam ſacrilegiis, & blaſphemiis plenam ſcripſit ad Pontificem, quibus omnibus per Paulum III. Pontificem cognitis; actum eſſe videbatur de Capuccinis; adeo ut Pontifex ipſe prope Interamnem Conventum Capuccinorum aſpiciens dixerit (teſte Boverio) quam citiùs nec Capuccinos, nec Capuccinorum Cœnobia in Orbe futura: cætera hujus graviſſimæ tentationis geſta, & ſucceſſus, quæ ad ædificationem non pertinent, in Boverio longiſſima deſcriptione videnda dimitto. Hac plaga crudeli (Deo ad fructum majorem permittente) nova hæc Capuccinorum Reformatio à ſpiritu maligno afflicta, ſed citiùs Cardinalis Carpenſis totius Ordinis Minorum Protectoris, aliorumq; Magnatum interceſſione Chriſti Vicario reconciliata, atque poſt biennium per graviſſimum examen Evangelicæ prædicationi reſtituta, quando paucis infectis jam per fugam ab illa digreſſis, fuit in doctrina ſana fidelis, conſtanſque reperta, quaſi palma per cuſſa uberior, longè, latèque dilatata fructus ſanctitatis, animarum converſionem, cæteraque virtutum deſiderabilia in fulcimentum Eccleſiæ abundanter produxiſſe, & ingenti ſæculi ædificatione producere comprobatur.

---

## CAPVT IV.

### *Patrum Capuccinorum fœlix propagatio.*

43. IAm Romæ, necnon in Romana Provincia, in Picœna, Neapoli, in Calabria, & in Sicilia multiplicare potuerant Capuccini ſua domicilia; quippequi ex ſancta ipſorum converſatione ædificati ſæculares, atque Magnates nonnulli, eos apud ſe habere deſiderabant; per Bernardinum Aſtenſem veteres Regiminis Regulas edocti, & in firma ſtabilitate conſtituti, adventantes Obſervantes, qui ad Strictioris Obſervantiæ deſiderata Cœnobia tranſire non poterant, non obſtantibus edictis Pontificiis (ſuppoſito ſecundùm Boverium favorabili Pontificis vivæ vocis oraculo) admittere non ceſſabant, unde non perſeverare non poterant lites, & contentiones inter utriuſque ſodalitatis Obſervantum, & Capuccinorum profeſſores, propter mutuos tranſitus abſque ſufficienti Superiorum facultate: ſtatuit itaque Pontifex, ne deinceps ex alterutra parte tranſmigrarent, donec ſuper hoc negotio in Capitulo generali, Apoſtolico juſſu in Vrbe celebrando, conſultaretur. Et quia Capuccini intentabant ſuum inſtitutum in partibus Vltra-montanis propagare, decrevit, ne ad illas ſe transferrent, aut habitacula in illis conſtruerent. Vtriuſque juſſionis do inſtrumenta.

Bover. 1536.

Vvad.t. 8. 1537.n.16.

## PAVLVS PAPA III.

### *Ad perpetuam rei memoriam.*

44. REgimini univerſalis Eccleſiæ, &c. Cum itaque ſicut accepimus, inter Dilectos Filios Fratres Ord. Minorum de Obſervantia nuncupatorum, & Fratres ejuſdem Congregationis Capuccinorum nuncupatos, graves contentiones, & lites, quibus eorum ſtatus plurimùm deturbatur, exortæ ſint, quæ ſi diutiùs durarent, in eorum perniciem, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum vergere poſſent: Nos, qui Ordinem ipſum propter uberes fructus, quos in agro dominico hactenus attulit, & in dies afferre non ceſſat, inter cæteros Ordines, quos cœleſtis Agricola ſumma benignitate plantavit, paterna charitate proſequimur. Cupientes hujuſmodi contentiones, & lites noſtræ proviſionis auſpiciis terminari, maturâ, ac digeſtâ ſub his cum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, quibus cauſam hujuſmodi examinandam commiſimus, deliberatione præhabita; Motu proprio, & ex certa ſcientia, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero, donec per Nos in dicti Ordinis generali Capitulo in hac alma Vrbe, noſtro ſpeciali mandato celebrando, aliud determinatum fuerit, dicti Fratres de Obſervantia nuncupati, nullum ex dictorum Capuccinorum profeſſoribus ad ſe venientem, quovis prætextu, abſque Prælatorum ſuorum ſpeciali licentia in ſcriptis habita, recipere, ſeu in eorum domibus retinere poſſint; nec ipſi de Obſervantia nuncupati abſque hujuſmodi Generalium, ſeu Provin- Ibid.n. 17.

cialium Prælatorum ſuorum licentia ſpeciali,etiam in ſcriptis habita, ad eoſdem Capuccinos tranſire, aut eorum habitum aſſumere,ſeu geſtare valeant. Si qui verò ex ipſis Fratribus de Obſervantia nuncupatis arctiorem voluerint vitam ducere, ad loca ad hunc effectum deſignata, de Prælatorum ſuorum licentia ſe transferre debeant,ibidem ſub eorum obedientia, ſervatâ formâ habitus, & Caputij,quam eatenus geſſerint, ne novam Religionem inchoare videantur,in ſuæ profeſſionis puriori obſervantia Domino vacaturi. Vbi vero dicta loca ad hujuſmodi effectum adhuc deſignata non fuerint, volumus, quòd in eorum Provincialibus Capitulis proximè celebrandis, juxta capacitatem,& numerum dictorum Fratrum hujuſmodi vitam ſectari volentium, per Generales Miniſtros, & Commiſſarios dicti Ordinis, ſeu per Miniſtros Provinciales reſpectivè in ſuis Provinciis, juxta ipſorum Generalis Capituli proximè celebrati determinationem, omninò deſignari, & cum effectu deputari debeant: quodſi ſecus factum fuerit, Nos tunc Fratres hujuſmodi ſub arctioris pœnitentiæ jugo Altiſſimo famulari cupientes, in eorum ſalubri propoſito paterno affectu confovere volentes,eis ſuper his, quantùm cum Deo poterimus, opportunè providere curabimus;Fratres verò Capuccini nuncupati,nullo modo dictos Fratres de Obſervantia nuncupatos abſque ſuorum Generalium, ſeu Provincialium Prælatorum licentia in ſcriptis habita,recipere, aut in eorum domibus retinere, ſeu ad eoſdem Fratres de Obſervantia ſe transferre, vel contra præſentium tenorem quicquam attentare præſumant. Mandantes omnibus, & ſingulis dicti Ordinis, tàm de Obſervantia, quàm Capuccinis nuncupatis, in virtute S. Obedientiæ,& ſub excommunicationis, ac privationis officiorum,quæ obtinent, & inhabilitatis ad quoſcumque actus legitimos exercendos pœnis, ipſo facto incurrendis, ut præmiſſa omnia, & ſingula firmiter, & inviolabiliter ſervent. Et ut eiſdem Fratribus, tàm de Obſervantia, quàm Capuccinis nuncupatis delinquendi,& vagandi tollatur occaſio, volumus, quòd ſi quis eorum, qui de Obſervantia nuncupantur, ex eiſdem Capuccinis quempiam, & è converſo, ſi qui ex Capuccinis, quempiam de Obſervantia nuncupatorum profeſſorem,ad ſe venientem contra præſentinm tenorem recipere, & penes ſe retinere præſumpſerint,arbitrio ſuorum Superiorum puniantur. Recepti verò à Prælatis ſuis ubicumque reperti, & juxta dicti Ordinis ſtatuta corrigi, & puniri poſſint, & valeant. Quocirca dilectis filiis Gubernatori Almæ Vrbis, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, dictæque Vrbis in Spiritualibus Vicario Generali,& dilectis filiis eorum in Spiritualibus Vicariis Generalibus ſimiliter mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum ſtatutum, & ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari faciant,non permittentes,aliquid per quoſcumque quacumque dignitate, præeminentia, & auctoritate fungentes, contra præſentium tenorem quomodolibet attentari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato, etiam, ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus,&c. datum Romæ,&c. die 4. Ianuarij 1537. Pontificatus noſtri anno tertio.

## PAVLVS PAPA III.

*Dilectis filiis Vicario Generali, & Fratribus Ordinis Min. Congregationis Capuccinorum nuncupata.*

45. DVdum ſiquidem per Nos accepto, quòd inter vos, & inter dilectos filios Fratres Ordinis Min. de Obſervantia nuncupatorum graves contentiones, & lites exortæ erant. Nos ne, ſi lites, & contentiones hujuſmodi diutiùs durarent, ſcandala inde provenirent, opportunè providere volentes, de conſilio nonnullorum S. R. E. Card. ſtatuimus, & ordinavimus, quòd nullus ejuſdem Ord. Fratrum Min. de Obſer. nuncupatorum profeſſor ad domos, & loca dictorum Fratrũ Congregationis Capuccin. nuncupatorum, & è converſo nullus dictorum Capuccin. ad domos, & loca eorumdem Fratrum de Obſervantia nuncupatorum, abſque Prælatorum ſuorum ſpeciali licentia in ſcriptis habita, donec per Nos in generali Capitulo dicti Ordinis in hac alma Vrbe noſtra celebrando Ibid. n.18.

lebrando aliud determinatum foret, quovis prætextu ſe transferre poſſet, prout in noſtris in forma Brevis deſuper confectis litteris plenius continetur; Intendentes interim, res omnes in eodem ſtatu, in quo exiſtebant, permanere. Cum autem ad noſtram notitiam advenerit, nonnullos ex veſtræ Congregationis profeſſoribus ad partes Vltramontanas, ad quas hactenùs nullomodo veſtræ Congregationis profeſſores penetrarunt, ſe transferre, locaque de novo inibi acceptare intendere. Nos, quorum mentis fuit, ut præfertur, uſque ad proviſionem per Nos in Capitulo prædicto faciendam, omnia in eodem ſtatu quoque manere, intendimus in dicto Capitulo omnibus his Ordinem, & formam dare: motu proprio, & ex certa ſcientia vobis, & ſingulis Congregationis veſtræ hujuſmodi in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna per præſentes authoritate Apoſtolica præcipimus, & mandamus, ne donec per Nos in dicto Capitulo generali aliud ſuper hoc determinatum fuerit, ad partes Vltramontanas hujuſmodi vos transferre, aut loca inibi de novo acceptare præſumatis. Mandantes univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, cæteriſque Eccleſiarum Rectoribus, quatenus ipſi, vel eorum alter ſtatutum, & Ordinationem prædictam, inviolabiliter obſervari faciant. Non permittentes aliquid per quoſcumq; quacunq; dignitate, preeminentia, & authoritate fungentes, contra præſentium tenorem quomodolibet attentari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. die 3. Ianuarij 1537. Pontif. noſtri anno 3.

Arch. Aracœl. Reg. Ultr. t. 1. f. 147. & Reg. Ciſmon. t. 1. fol. 160.

46. Prohibitionem iſtam de Vltramontes non tranſeundo à Iulio III. Pontifice confirmatam fuiſſe legimus ampliori diplomate; *Boni Paſtoris, &c. die 7. Novembris* 1550. nec de facto extra Italiam penetrare potuerunt, donec Gregorius XIII. expeditis litteris, *Ex noſtri Paſtoralis, &c. pridie nonas Maij* 1573. prout ex ipſorum Archivio citantur in indiculo bullarij Alvæ eiſdem conceſſit, ut ubique terrarum ſervatis ſervandis, Conventus poſſent erigere. An verò effectum ſuum ſortitæ fuerint hæ litteræ, mihi non conſtat; cum multò poſt à Paulo V. ut ſpecialiter in Hiſpania Conventus extruere ſibi liceret, licentiam impetraverint, dato brevi, quod appono.

## PAVLVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

47. AD Vberes, & ſuaves fructus, quos dilecti Filij Congregationis Capuccinorum Ordinis S. Franciſci Fratres in Eccleſia militanti, cujus regimini divina diſponente clementia præſidemus, in dies afferunt, mentis noſtræ aciem convertentes, ac uberiores ex ipſa Congregatione fructus in dies proventuros eſſe ſperantes, ad ea meritò libenter intendimus, quæ ipſius Congregationis Capuccinorum augmento conducere poſſunt, quæ verò illi in hoc impedimentum aliquod afferre dignoſcuntur, è medio tollere procuramus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

Bull. Rom. t. 3. bull. 27 Pauli V. fol. 211.

§. 1. Idcirco ſupplicationibus pro parte Procuratoris generalis prædicti Ordinis, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpoſitorum, ejuſdem Ordinis Fratrum Capuccinorum Superioribus: ut ubique locorum in Regnis Hiſpaniarum nova Monaſteria, ſeu domos, ſervatâ tamen formâ in iis recipiendis Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini, accipere liberè, & licitè valeant; Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, licentiam, & facultatem concedimus, & indulgemus.

§. 2. Non obſtantibus fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. *Quoniam ad inſtituta &c. ſub Datum Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Iulij 1603. Pontif. ſui anno 12.* Volumus autem &c. Datum Romæ, &c. die 5. Septembris 1606. anno ſecundo.

48. Quam conceſſionem, ut in Belgio quoque pro ipſis valeret, Paulus ipſe Pontifex, editis litteris, *Ad uberes, & ſuaves, &c. die 24. ſeptembris* 1618. ampliavit.

Bover. t. 2. in fine.

pliavit. Legi tamen ad calcem t. 2. Annalium Boverij, quòd à Philippo II. Rege Catholico impetraverint, ut non obſtante Caroli V. Cæſaris Patris ſui prohibitione, poſſent in Belgio Cœnobium erigere, dato decreto anno 1595. & paulò poſt à Clemente VIII. ut aliud in Vrbe Conſtantiæ ſibi exhibitum recipere valerent.

Arch.Matrit.in Reg. Ord. 49. Itaque Foroſempronienſis continuâ diligentiâ in Picœna, & in Romana Provinciis conſtituti, per Ludovicum, & Georgium Rhegginos in Calabria, in in Sicilia, & Neapoli multiplicati; per Aſtenſem, & Ochinum Bernardinos, & alios per univerſam ferè Italiam multiplicati, adeò fœliciter cum non mediocri populorum applauſu, grandique animarum fructu, etiam Vltramontes excreverunt, ut in ultimis Romanis Comitiis Ex tab. cap. Gen. 1671. generalibus Provincias 49. Cuſtodias 4. Conventus 1547. enumeraverint; jamq; per univerſam ferè Europam, (Poloniæ, & Luſitaniæ Regnis exceptis) vitæ exemplaritate, ſanctaque prædicatione glorioſè adlaborent. Quin etiam in Orientales, & Occidentales Indias inſtitutum ſuum dilatare procurarunt, ut in gentilium promovenda ſalute poſſent efficaciùs Deo deſervire, quamvis in Orientalibus ex Luſitanicæ Coronæ, in Occidentalibus ex Catholicorum Regum Arch.matrit.in Reg.Ord. oppoſitione Conventus figere non licuerit, Veruntamen in Congo (ut ſuo loco dicemus) in Braſilia, in Barbaria, & in Oriente (Paleſtinæ locis exceptis) & inter hæreticos Miſſiones Apoſtolicas fundaverunt, & multiplici fructu inceſſanter adminiſtrant.

50. Indè verò non mediocriter dilatatos eſſe comperimus, quando Conventualibus Reformatis extinctis, operante præſertim Cardinale S. Onuphrj ex-Capuccino, decrevit Vrbanus Pontifex, Arch.Aracœl.Cur. Ciſin. ut majori ex parte illorum cœnobia Capuccinis tradcrentur; quæ inter illud Reg. Nicol.de Perus.f.300. erat præcipuum, quod in Vrbe *in Capite domorum*, ut vocant, ſub invocatione S. Antonij erat erectum; atque per ipſum Vrbanum Capuccinis traditum, immò & per appoſitionem primi lapidis in ejuſdē ampliatione, & publicata pro adſtantibus Fidelibus indulgentia Plenaria fuit ab ipſo Pontifice honoratum, & ſub titulo Immaculatæ Conceptionis noviter erectum.

51. Cum verò circa annum 1663. aliqua ex occaſione malè intellecta non Arch.matrit.in Reg. Ord.n. 24. Romæ tantùm, ſed etiam per univerſam ferè Italiam publica voce diceretur, Patres Capuccinos ex Alexandri VII. Pontificis decreto fore quantociùs extirpandos; undè operante diabolo ſcandala quamplura, & murmurationes graviſſimas oriri neceſſe erat in populo; Generalis eorum Procurator ad Cardinalem Farneſium ipſorum tunc temporis Protectorem dato ſupplici libello recurrens ſupplicavit, ut de rei veritate, deque Pontificis mente publicum ferre teſtimonium dignaretur: Cardinalis autem affixo poſt ſupplicationem reſcripto atteſtatus eſt, talem nec fuiſſe, nec eſſe Pontificis mentem, quin & opportuno tempore, quanti faciat Capuccinos, verbo, & facto ſit declaraturus. Libellum hujuſmodi, Romæ typis impreſſum per Provincias deportatum ad rei veritatem videre potuerunt univerſi.

## CAPVT V.

### *De Regimine, & ſtatu præſenti Capuccinorum.*

52. QVamvis à Clemente VII. per Super hoc lib.c.2. Bullam *Religionis zelus &c. anno* 1528. quam ſupra deſcripſimus, erectionis ſuæ fundamenta Capuccini recognoſcant; religionis tamen formam, & methodum ex illa non habuiſſe conſtat; quòd ſolùm Eremiticam, & Franciſcanam vitam in unum adunatas concedat Ludovico, & Raphaeli, ad quos bulla illa dirigitur, aliiſque, qui ſe his aggregare voluerint, & Conventualium Superioribus eoſdem ſubjiciat; ſed formam Congregationis in rigore non aſſignat. Paulus III. in bulla *Exponi nobis &c. anno* 1536. (quam etiam dedimus ex integro) præfatas Clementis litteras renovando, eas Religioni communicavit in communi; formamque Congregationis officialium, & electionum inſtituit; undè ſi rigoroſè loqui volumus, ex hac ipſa Pauli bulla deducitur; Congregationem Capuccinorum per antedictas Clementis litterras formaliter non fuiſſe conſtitutam, ſed tantùm, ut inſtitueretur impetratum.

53. Vt ergo ab obedientiæ forma exordiamur,

diamur, quæ in omni Religione fundamentum eſſe debet; Vicarium Generalem habuerunt in præcitatis litteris, qui omnimoda poteſtate ſuper ſuorum Congregationem fungeretur; reſervatâ tamen ad Generalem Patrum Conventualium Magiſtrum dependentiâ; à quo quantociùs electionis ſuæ confirmationem petere teneretur; qui & univerſam Capuccinorum Reformationem in capite, & in membris viſitare, corrigere, atque punire valeret, ſub formis tamen in præallegata Pauli III. conſtitutione præſcriptis. Sub hac obligatione dependentiæ ad Conventualem, quæ donec aliter à Sede Apoſtolica ordinaretur, fuerat præſcripta, ad annum uſque 1619. perſeverarunt, validiſſimè ſemper à Conventualibus defenſi. Deinde Paulus V. Pontifex à Capuccinis ſupplicatus ipſos ab hujuſmodi ſubjectione, aut dependentia voluit eſſe abſolutos; ut in ſequenti diplomate.

### PAVLVS PAPA V.

***Ad futuram rei memoriam.***

Ann. Bover. t. 1. fol. 978. 54. Aliàs fœl. rec. Paulus Papa III. Prædeceſſor noſter ſupplicationibus dilectorum Fratrum Ordinis S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum, ſibi humiliter porrectis, tunc inclinatus, authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia ſua, per ſuas ſub plumbo expeditas litteras ſtatuit, & ordinavit, quòd ex tunc deincepsijdem Fratres electionem Vicarij Generalis dicti Ordinis, ſi à majori parte eligentium celebraretur, quamprimùm commodè fieri poſſet, Miniſtro Generali Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum, ſicut eatenus ſervatum fuerat, donec aliud deſuper ordinatum à Sede Apoſtolica fuiſſet, præſentarent, ſeu præſentari facerent, ipſeque Miniſter Generalis intra triduum à præſentatione ſibi facta, ipſum electum Vicarium confirmare teneretur; & triduo elepſo, & electo non confirmato, idem electus pro confirmato, Sedis Apoſtolicæ authoritate haberetur ſub certis modo, & forma tunc expreſſis, prout in dictis Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi litteris, quarum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nos ad uberes, & ſuaves fructus, quos, ſicut accepimus, ijdem Fratres Capuccini in agro Dominico in dies (benedicente Domino) afferunt, noſtræ conſiderationis derigentes intuitum, illoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti,, aliiſque Eccleſiaſticis ſentẽtiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum dumtaxat præſentium conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; quòd de cætero futuris perpetuis temporibus Fratres Capuccini prædicti electionem eorum Vicarij Generalis prædicto Miniſtro Generali præſentare, & ab illo confirmationem electionis hujuſmodi petere minimè teneantur, nec ad id à quoquam quavis authoritate cogi, vel compelli poſſint, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, eoſdemque Fratres Capuccinos ab onere præſentãdi electionem hujuſmodi, & illius confirmationem petendi, authoritate, & tenore prædictis omninò abſolvimus, & totaliter eximimus, & liberamus, illoſque ab onere hujuſmodi omninò abſolutos, ac totaliter exemptos, & liberatos fore, & eſſe, præſenteſque litteras ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, dictiſque Fratribus Capuccinis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, nec eos deſuper à quoquam quavis authoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſe, vel debere; ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ, &c. die 28. Ianuarij 1619. Pontificatus noſtri anno 14.

55. Generalem habuerunt Superiorem ab initio in bullis præcitatis, ſed ſub Vicarij titulo; quo pacto etiam in allegata,

gata, *Exponi nobis &c.* & in confirmatione Bernardini Aſtenſis Vicarij Generalis, *Cum ſicut nobis &c. 29. Aprilis*, & in alia *Superioribus diebus &c. die 10. Octobris* eodem annò, quæ ex ipſorum Archivio citantur in Alvæ bullarij indiculo; & in cæteris Apoſtolicis litteris etiam io antedicta Pauli V. *Aliàs fœl. &c.* 1619. ſemper Vicarij Generalis nomine deſignatur; quòd autem Miniſtri Generalis titulum ex Apoſtolico indulto impetrare voluerint; mihi hucuſque conſtare non potuit; niſi fortè in alio ejuſdem Pauli V. Brevi, *In ſupremo &c. die 29 Octobris eodem anno*; ut ſupra ex eorum Archiviis citato, per quod decernitur, ut Generalis Capuccinorum ad ſexennium, & non ultra durare in Officio permittatur, etiam de tituli hujus mutatione concedatur, quod hucuſque non producitur.

56. Qualem vivendi methodum ſub Franciſcana Regula obſervent, ex præfatis ſuæ inſtitutionis Pontificiis litteris liquidò apparet; ubi quamvis eremiticam vitam ducere, barbam deferre, & Camaldulēſium Eremitarum privilegiis gaudere permittantur; ad Regulæ tamen Franciſcanæ rigorem, *quantum humana fragilitas patiatur*, vivere velle profitentur ibidem; & in hodiernum uſque diem maximo rigore, grandique ſæcularium ædificatione obſervant: in foro tamen conſcientiæ ad arctiores, & puriores Nicolai III. *Exijt*; & Clementis V. *exivi* decretales, quæ Regulam Minorum ſeveriùs ad Legiſlatoris mētem exponunt, ex nulla Pontificum conſtitutione obligantur; unde abſtrahendo à propriis conſtitutionibus, ad quaſcumque aliorum Pontificum declarationes eis recurrere licet. Soli etenim Strictioris Obſervantiæ Profeſſores ad præfatas Nicolai, & Clementis Decretales nulla facta reſervatione, ab inſtitutione ſua per Clem. VII. & VIII. Gregorij XIII. & XV. nec non Vrbani VIII. bullas Pontificias abſolutè obligantur.

Bull. Rom. t. 1. bull. 21. Clem. VII. & bull. 11 Pauli III. 57. Quamvis autem ex illa eremiticæ vitæ, barbæque cōceſſione tunc communiter Eremitæ dicerentur; unde, & in titulo primæ ſuæ inſtitutionis ſæpiùs nominatæ bullæ ſic dicitur; *Approbatio Congregationis Fratrum Eremitarum Capuccinorum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci &c.* in rubrica ibidem, ſic notatur; *iſti Eremitæ nomen Capuccinorum poſtea ſortiti ſunt &c.* & in bullæ undecimæ Pauli III. rubrica ſic dicitur, *Approbatio ſecunda Congregationis Capuccinorum Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci &c.... Hi Fratres Capuccini hactenus Eremitæ nuncupabantur, &c.* hac autem rubrica non obſtante, cum ex ipſa bulla ſuæ inſtitutionis ab Obſervantibus digreſſi probentur, noviſſimè Obſervantium filiales, non Conventualium declarati ſunt; ut lib 6. diximus: Conſiderans tamen Paulus V. quòd Regulam S. Franciſci ad rigorem obſervant, & quòd ipſorum conſtitutiones præfatæ Clementinę declarationi *Exivi* ſunt conformes, declaravit ipſos, quamvis tempore S. Franciſci inſtituti non fuerint, eſſe nihilominus veros Fratres Minores, prout ſequitur.

## PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

58. ECcleſiæ militantis regimini, Authore Domino, nullo ſuffragio meritorum præſidentes, ex injuncto Nobis officij debito providere tenemur, ut qui ſub B. Franciſci vexillis, qui inter ſtrenuos Chriſti Duces gloriæ ſplendore coruſcat, in hujus vitæ militia ſub Strictioris B. Franciſci Regula diſciplinæ Altiſſimo obſequium præſtant, & per corporis caſtigationem, per divitiarum contemptum, ſuique ipſius abnegationem, jejuniis, orationibus, ſacris prædicationibus; aliiſque religioſis operationibus vacantes verbo, & exemplo veros ſeſe B. Franciſci imitatores, & germina oſtendunt, taleſque ab omnibus abſque ulla controverſia habeantur. Cum itaque, ſicut accepimus à nonnullis, revocetur in dubium, an Fratres ejuſdem Ordinis S. Franciſci Capuccini nuncupati, ſint verè Fratres Minores, & etiam quoniam Regulam S. Franciſci profitentur, filij S. Franciſci, cum tempore S. Franciſci inſtituti non fuerint; paritérque an eorum Conſtitutiones aliquid habeant, quod Regulæ S. Franciſci repugnet: Nos dubia hujuſmodi Apoſtolicæ declarationis oraculo decidere cupientes, cum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſilio, matura delibera- Bover. t. 2. Annal. f. 975.

libera

liberatione habita, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, authoritate Apoſtolica declaramus, Fratres Capuccinos eſſe verè Fratres Minores, ac etiam (quamvis tempore S. Franciſci minimè inſtituti fuerint) cum tamen ejus Regulam profiteantur, atque eorum inſtituta congruant tam Regulæ ſtatutis, quàm ejuſdem Regulæ declarationibus, quæ habentur in conſtitutione fœl. rec. Clementis Papæ V. Prædeceſſoris noſtri in generali Concilio Viennenſi edita, quæ incipit: *Exivi de Paradiſo*, filios S. Franciſci; eorum præterea Conſtitutiones nihil continere, quod non ſit Regulæ S. Franciſci prædictæ conſentaneum; ſicque ab omnibus, & ſingulis, cenſeri, ac reputari, & judicari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis athoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca omnibus, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Dilectis filiis noſtris Apoſtolicę Sedis Nunciis per præſentes mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeù alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties, pro parte Fratrum Capuccinorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eos præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoqnam quavis authoritate quomodolibet moleſtari: Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, &c. die 15. Octobris 1608. Pont. noſtri anno quarto.

59. Quæ omnia ab Vrbano VIII. qui Fratrem Antonium Barberinum Cardinalem S. Onuphrij nuncupatum ex Capuccino Fratrem germanum habebat, ampliata fuernnt, ut ſequitur.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

60. Salvatoris, & Domini noſtri, qui Charitas eſt, & Deus pacis, vices (licèt immeriti) gerentes in terris, inter graviſſimas, multipliceſque Apoſtolicæ ſervitutis curas, in eam peculiari ſollicitudine jugiter incumbimus, ut Chriſtifideles, qui in ſortem Domini vocati ejus obſequiis diù, noctuque mancipati ſunt, ſublatis quibuſlibet dubiis, & controverſiis Altiſſimo reddant abundanter fructus ſuos; nec ab aliis, quorum eſt evangelizare pacem, & bona veritatem verò impugnando, pacem cũ ſcandalo puſillorum ſcindere non vereantur, à ſua ſancta vocatione diſtrahantur. Bull. Rom. t. 4. f. 127. Urb. VIII. bull. 68.

§. 1. Aliàs ſiquidem à fœl. rec. Paulo Papa V. prædeceſſore noſtro accepto, à nonnullis in dubium revocari, an Fratres Ordinis ejuſdem S. Franciſci, Capuccini nuncupati, eſſent verè Fratres Minores, & etiam quoniam Regulam S. Franciſci profitentur, filij S. Franciſci, cùm tempore S. Franciſci inſtituti non fuerint, pariterque an eorum Conſtitutiones aliqnid haberent, quod Regulæ S. Franciſci repugnaret.

§. 2. Idem Paulus prædeceſſor ſua perpetuò valitura conſtitutione declaravit, Fratres Capuccinos eſſe verè Minores, ac etiam quamvis tempore S. Franciſci minimè inſtituti fuerint, cum tamen ejus Regulam profiteantur, atque eorum inſtituta congruant tàm Regulæ ſtatutis, quàm ejuſdem Regulæ declarationibus, quæ habentur in conſtitutione fœl. rec. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri; in generali Concilio Viennen. ædita, quæ incipit: *Exivi de Paradiſo* filios S. Franciſci, eorum præterea Conſtitutiones nihil continere, quod non ſit Regulæ S. Franciſci præfatæ conſentaneum, irritanti etiam de decreto deſuper appoſito, & aliàs prout in dicti Pauli Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis ſub die 15. Oct. 1608. expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficiẽter expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur.

§. 3. Cum autem, ſicut dilectus filius

Franciſcus Genuenſis, eorumdem Fratrum Capuccinorum Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, prætextu illorum verborum, videlicèt: *Quamquam tempore B. Franciſci inſtituti non fuerint*, à nonnullis in dubium revocetur, an iidem Fratres Capuccini ex vera, & nunquam intermiſſa linea S. Franciſci originem trahant.

§ 4. Nos æquum, & rationi conſonum fore cenſentes, ut qui verbo, & exemplo veros ſe B. Franciſci imitatores oſtendunt, tales ab omnibus abſque ulla controverſia habeãtur, attentiúſque conſiderantes, eorumdem Fratrum Capuccinorum originem, ſeu principium illorum eſſe realiter, & cum effectu computandum à tempore primęvæ, & originalis inſtitutionis Regulæ ſeraphicæ, cujus Obſervantiam ipſi Fratres Capuccini ſemper ſine aliqua interruptione continuarũt: eorumdem Fratrum Capuccinorum queti, quantùm Nobis ex Alto conceditur, conſulere, eoſdemque Fratres Capuccinos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, &c. ſupplicationibus dict: Franciſci Procuratoris Generalis totius Ordinis eorumdem Fratrum Capuccinorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, re priùs per Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales negotiis Regularium præpoſitos maturè diſcuſſa, de eorumdem Cardinalium conſilio hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, Fratres Capuccinos præfatos fuiſſe, & eſſe ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos Fratres Ordinis S. Franciſci, & illius Regulæ obſervatores, ſubque ipſius B. Franciſci Regula militaſſe, & ad præſens quoque militare. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ: &c. die 28. Iunij 1627. Pontificatus noſtri anno 4.

61. Nec tamen defuerunt, qui contra informationes ad litterarum hujuſmodi expeditionem Pontifici exhibitas rationibus in contrarium editis conquererentur; in dubium quippe vocari non poteſt; quòd quatenùs Seraphicam Fratrum Minorum Regulam ſanctè obſervant, à tempore S. P. Franciſci fuerint inſtituti; licèt ſub hac præciſa Capuccinorum norma aliter dicatur: Hæc ego, ſaluo meliori judicio, ita componenda crediderim, ne Pontifices in iſtis, tametſi nec ad fidem, nec ad mores ſpectantibus, ſibi invicem contradixiſſe dicantur; ita ut Paulus V. dixerit, Capuccinos ſub præciſis ſuarum particularium conſtitutionum, ideſt, ut ſcholaſticè loquar, quatenùs ſeparatam Capuccinorum Congregationem efformant, à tempore S. Franciſci non fuiſſe inſtitutos; ſed ex tunc verè numerandam ipſorum ſeriem, quatenùs ad Seraphicæ Regulæ puritatem vivere gloriantur; & hoc voluit Vrbanus: de aſſociandis etenim fidelium exequiis, de cantu Gregoriano in divinis laudibus obſervato; de ſæcularium audiendis Sacramentalibus confeſſionibus, ut ſupra lib. 4. dictum eſt, habemus in Ordinis Chronicis, & annalibus authentica exempla, conſtitutiones inſuper in primis Capitulis Generalibus editas; quæ omnia aliaque hujuſmodi Capuccinis non competere patet evidenter; ut enim de ſolis ſæcularium confeſſionibus dicamus; ex illa ſolitaria vita, quam primitùs ex inſtitutione propria in eremis ducere gloriabantur; & deinde pluribus annis extra Vrbium muros maximo ſuo bono conſervare voluerunt, ab illis excipiendis per Apoſtolicas litteras eximi procurarunt, ut ſequitur.

## GREGORIVS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

62. DEcet Seraphicam Religionem S. Franciſci Ordinis Fratrum Minorum liberum Domino famulatum exhibere, & ſæcularium, quantùm fieri poteſt, converſatione ſejungi, ut ab humili humanæ actionis quaſi ſolo ad arcem contemplationis remotis impedimentis aſcendat, ubi in ſpiritu, & veritate faciliùs Dominum adoret. Oratio enim per ſolitudinem quietiùs concipitur, & per meditationem altiùs extollitur, & ita, quod fides credit, ſpes, & charitas tutiùs orat: ſpiritualis verò anima duabus quaſi alis in Cœlum elata, ita etiam Deo arctiùs conjungitur, & cœleſtis beatudinis ſpecimen in hac carne quodammodo deguſtat. Nos igitur, ne optimam partem, quam dilecti filij Fratres Congregationis Capuccinorum Ordinis Minorum nuncupatorum elegerunt

Bull. Rom. t. 2. f. 707. bull. 14. Greg. XIV

gerunt, importuna ſæcularium rerum adminiſtratio impediat, aut mundanarũ occupationum cura diſtrahat, providere pro noſtra Paſtorali ſollicitudine ſatagentes, ac dicti Ordinis etiam conſtitionum confirmationem, motu proprio, & certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, nullum poſthac Ordinis præfati Religioſum poſſe, vel debere in laicorum utriuſque ſexus, & Clericorum ſæcularium quacumque dignitate, & præeminentia, atque authoritate, & facultate ſuffulti ſint, confeſſionibus occupari, vel confeſſiones eorum audire, etiamſi ad id faciendum à Superioribus Ordinis, aut Protectore, aut etiam à Nobis, & ab ipſa Apoſtolica Sede quomodolibet, & ſub quacumque verborum forma licentias hactenùs obtinuerint, quas authoritate præſentium revocamus, caſſamus, & annullamus. Decernentes nihilominus irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, &c. die prima Iunij 1591. Pontif. noſtri anno primo.

63. Sic etenim longè faciliùs in aſſumpto vitæ vigore, necnon in grandi apud populos æſtimatione perſeverare licuit, dum mundi ſtrepitus, & ſæcularium converſationem devitando, (nimia quippe familiaritas parit contemptum) etiam relaxationis occaſiones effugerunt, quas ubi pœnitentes ſæculares admiſerint, evitare non poterunt. Quamvis autem Clementis VIII. nova conſtitutione diſpenſati fuerint, ut in Capitulis aliquos probos ex ſuis ad hoc ſanctiſſimum charitatis officium proximis exhibendum, deputare liceret; ſeniorum tamen conſtanti renitentiâ, magna cum difficultate ad illud adduci poſſunt, quamvis & noviſſimè majori diſpenſatione muniti. Clementis diploma juvat hîc apponere.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Rom. t. 3. f. 129. bull. 82. Clem. VIII 64. ALiàs fœl. rec. Gregorius Papa XIV. prædeceſſor noſter ex cauſis tunc expreſſis motu ejus proprio, ſua perpetuò valitura conſtitutione ſtatuit, & ordinavit, quòd nullus Congregationis Capuccinorum ordinis Fratrum Minorum nuncupat. S. Franciſci in laicorum utriuſque ſexus, & Clericorum ſæcularium quacumque dignitate præeminentia, authoritate, & facultate ſuffulti eſſent, confeſſionibus occupari, vel confeſſiones eorum audire, etiamſi ad id faciendum à Superioribus Ordinis, aut Protectore, aut etiam ab Apoſtolica Sede quomodolibet, & ſub quacumque verborum forma licentias eatenus obtinuiſſent, prout in ejuſdem Gregorij prædeceſſoris litteris in forma brevis ſub die prima Iunij 1591 expeditis pleniùs continetur.

§. 1. Cum autem diverſi utriuſque ſexus Chriſtifideles pro eorum erga dictum Ordinem, ſeu Congregationẽ Capuccinorum devotione, cupiant Religioſis ejuſdem Congregationis confiteri poſſe.

§. 2. Nos illorum pio deſiderio benignè annuentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfatas Gregorij prædeceſſoris litteras, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, ita moderamur, ut Generalis ejuſdem Congregationis Capuccinorum, & Diffinitores in Capitulo Generali congregati, & in eodem Capitulo tantùm, quibuſvis ejuſdem Congregationis Religioſis ad confeſſiones audiendas approbatis, prout ipſis Generali, & Diffinitoribus videbitur, licentiam audiendi ſæcularium utriuſque ſexus confeſſiones uſque ad novi Capituli Generalis celebrationem, & non ultra, & ſic de Capitulo Generali in Capitulum Generale concedere repectivè poſſint, & valeant, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem concedimũs, & impartimur.

§. 3. Et quaſcumq; licentias audiendi ſæcularium hujuſmodi confeſſiones quibuſvis ejuſdem Congregationis Fratribus ab illius Protectore, aut quocumque alio, etiam de expreſſo noſtro mandato in perpetuum conceſſas harum ſerie revocamus, & annullamus. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. &c. die 3. februarij, 1602. Pontificatus noſtri anno undecimo.

65. Pro conſtitutionibus ſuis in viridi Obſervantia conſervandis confirmationē Apoſtolicam impetrarunt à Gregorio XIII. edito Brevi, *Regularium perſonarum &c. die* 4. *Octobris* 1581. dehinc à Gregorio XV. renovatam.

66. De privilegiis ſuæ Congregationi immediatè conceſſis, ſicut & de participatione privilelegiorum omnium Ordini Minorum quomodocumque conceſſorum, non eſt cur hic ſpecialiter agamus; cum hæc ad tertiam hujus operis partem reſerventur; Ut autem univerſis, & ſingulis Eremitarum Camaldulenſium indultis, & gratiis gaudere permitterentur; dum præſertim adhùc majori ex parte viverent in Eremis, Breve Apoſtolicum Pij IV. *Apoſtolicæ Sedis*, *&c. die* 18. *Iuny* 1559. ex ipſorum Archivio citatur in Indiculo Bullarij Aluæ, ultra ſæpiùs repetitam Clem. VII. conſtitutionem, *Religionis zelus &c.*

67. Pro habitu ſuo à cæteris Mendicantibus diſcriminando ſæpius Pontifices interpellarunt; ex quorum plurimis duo ſola, in quibus cætera ut plurimùm continentur, diplomata hic apponenda judicavi.

## GREGORIUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bover. loco cit.

REgularium perſonarum præſertim exemplarem vitam in humilitatis, & paupertatis ſpiritu ducentium quieti, ac indemnitati pro commiſſo Nobis Paſtoralis officij debito conſulere cupientes, ad ea removenda, quæ ipſis præjudicium adferre, & ſcandali materiam præſtare dignoſcuntur, curam noſtram libenter intendimus. Accepimus ſiquidem, quòd licèt aliàs fœl. rec. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter per ſuas litteras inter alia diſtrictiùs inhibuerit quibuſvis perſonis, cujuſcumque conditionis exiſterēt, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum Capuccinorum nuncupatorum geſtari ſolitum, niſi ſub pro tempore exiſtentis Vicarij Generalis ejuſdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, geſtare quoquomodo præſumerent, & piæ mem. Pius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter litteras Pauli prædeceſſoris hujuſmodi, ita quòd nullus cujuſque conditionis exiſteret, non ſolum habitum præfatum juxta litterarum Pauli prædeceſſoris hujuſmodi tenorem, verum etiam nec ita conſimilem, quòd propter eum poſſit credi Frater eorum congregationis, niſi ſub præfati Vicarij gen. pro tempore exiſtentis obedientia, & cura permaneret, ſub ſimili pœna excommunicationis latæ ſententiæ quoquomodo geſtare præſumeret per alias ſuas litteras confirmaverit, & approbaverit, ac etiam ad id extenderit; nihilominus multi Fratres Tertiarij nuncupati Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci nuncupatorum in Regno Siciliæ degentes, habitum ejuſdem panni, & coloris, quo ipſi Fratres Capuccini utuntur geſtare, (& ſalvo quod Caputium rotundum more Fratrum Conventualium hujuſmodi deferunt) in reliquis ita conſimiles eiſdem Frtribus Capuccinis incedere præſumunt, ut paſſim à Populo pro Capuccinis habeantur, & reputentur, ac illis tamquam talibus eleemoſynas, & oblationes elargiantur, non ſine eorumdem Capuccinorum, qui ea ratione eleemoſynis hujuſmodi ab aliis ſuo nomine interceptis fruſtrati remanent, præjudicio, & incommodo, ſed etiam gravi dictæ plebis offenſione, & ſcandalo, dùm quos diſciplinæ regulari ipſorum Fratrum Capuccinorum mancipatos eredit, eis pecuniarum uſum, ac rerum commercium permitti intuetur. Quocirca Nos rationi conſonum eſſe rati, ut qui in obedientia vitæ Regularis uniformes non ſunt, iidem etiam habitus delatione dinſtinguantur, in præmiſſis, ad evitandas confuſiones, & contentiones, quæ niſi habitus utrinque diſtinguatur, oriri poſſent, providere volentes, & ſingulas litteras prædeceſſorum hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habentes, & harum ſerie approbantes, & confirmantes, atque etiam innovantes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus hujuſmodi Fratres Tertiarij nuncupati dicti Ordinis Fratrum Conventualium in Regno Siciliæ exiſtentes, & ſub obedientia, & cura dicti Vicarij Gene

Generalis Capuccinorum pro tempore exiſtentis non permanentes, ad inſtar aliorum Fratrum ejuſdem Ordinis Minorum Conventualium ibidem degentium non ſolum Caputium rotundum, ut præfertur, ſed etiam habitum ejuſdem coloris, cujus eſt habitus dictorum Fratrum Conventualium, videlicet Berretini nuncupati, ut propterea à Capuccinis Fratribus facilè diſcernantur, deferre debeant, & teneantur; alioquin, ſi ſecus fecerint, poſt ſex menſes ab intimatione præſentium pœnas conſtitutionum Pauli, & Pij præfatorum incurrant eo ipſo. Decernentes præſentes litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu, etiam ex eo quòd intereſſe habentes vocati non fuerint, ſeu quocumque alio prætextu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in jus, vel controverſiam revocari, ſed adverſus eas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullo unquam tempore poſſe; ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus univerſis, & ſingulis dicti Regni locorũ Ordinariis, in quorum Diœceſibus Fratres Tertiarij Ordinis Minorum Conventualium hujuſmodi pro tempore degunt, per præſentes committimus, & mandamus, ut per ſe, vel alium ſeù alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capuccinorum prædictorum, vel aliorum, quorum intererit, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, faciant authoritate noſtra litteras, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, ſublato quocumque exemptionis privilegio, inviolabiliter obſervari, contradictores quoſlibet, & rebelles per prędictas, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ipſas ſententias, cenſuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus &c. Dat. Tuſculi &c. die 4. Octobris 1581. Pontificatus noſtri anno decimo.

## GREGORIVS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

68. Beati Franciſci Confeſſoris ſodalitas ab uno Fundatore inſtituta, & ad eundem Dei finem ordinata, veriuſque Seraphicę Religionis nomine nuncupata in plures ſodalitates, & membra Apoſtolicâ permiſſione dividitur, & quaſi circumamicta varietate, prout pietas diverſimodè ſuadet, corde uno, & animâ unâ Deum colit, & inſtar agri Dominici varios, atque uberes Fructus quotidie profert, & diſtinctiores, & abundantiores, ut confidimus, in dies proferre non ceſſat. Bull. Rom. t. 1. f. 535. bull. 11. Greg. XIV.

§. 1. Sanè cum ad aures noſtras pervenerit, aliàs fœl. rec. Paulum Papam III. prædeceſſorem noſtrum inter alia per ſuas in forma Brevis litteras, quibuſvis perſonis, cujuſcumque conditionis exiſterēt, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum geſtari ſolitum, niſi in eadem Congregatione eſſent, & ſub moderni, & pro tempore exiſtentis Generalis ejuſdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, geſtare quoquomodo præſumerent, diſtrictiùs inhibuiſſe.

§. 2. Et pię mem. Pium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, litteras ejuſdem Pauli prædeceſſoris confirmando, inſuper non ſolùm ne habitum prædictum, juxta litterarum ipſius Pauli prædeceſſoris hujuſmodi tenorem, verum etiam nec ita conſimilem, quòd propter eum poſſent credi Fratres Congregationis Capuccinorum, geſtare deberent, ſub eadem excommunicationis pœna eo ipſo incurrenda prohibuiſſet.

§. 3. Et ſimiliter fœl. rec. Gregorium Papam XIII. etiam prædeceſſorem noſtrum litteras prędeceſſorum hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habendo, & innovando, motu proprio

proprio, & ex certa ejus ſcientia eoſdem Fratres, qui Tertiarij ex Ordine Cõventualium dicuntur, non ſolùm Caputium rotundum, ſed etiam habitum coloris Berretini, ſeu ſubcinericij ad inſtar Fratrum eorumdem Conventualium, deferre deberent, ità ut à Fratribus Capuccinis facilè diſcernerentur, ſub eiſdem Pauli III. & Pauli IV. poſt ſex menſes ipſo facto incurrendis ſtatuiſſe, & ordinaſſe.

§. 4. Verùm quia ijdem Fratres, qui Reformati Conventualium dicuntur, ita conſimiles eiſdem Fratribus Capuccinis incedere præſumunt, ut paſſim à populo pro Capuccinis habeantur, ac illis tanquam Capuccinis eleemoſynæ, & oblationes conferantur, non ſine gravi plebis offenſione, & ſcandalo, dum reputantur Capuccini eſſe. Idcirco rationabile exiſtimantes, ut qui ex inſtituto Regulæ, atque in vitæ regularis Obſervantia uniformes non ſunt, etiam habitus diſtinctione dignoſcantur, utque prædeceſſorum hujuſmodi litterarum contemptus, & contumacia ſeverioris diſciplinæ cenſuram inveniat, ad evitandas etiam confuſiones & contentiones, quæ exinde oriri poſſent, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſingulas prædeceſſorum hujuſmodi litteras, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habentes, & harum ſerie approbantes, & confirmantes, atque etiam innovantes, motu etiam ſimili, & ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, hujuſmodi Fratres Reformati, non ſolùm in Vrbe, ſed etiam ubique locorum per univerſum Orbem exiſtentes, ut verè, & realiter à Capuccinis diſtinguantur, & dignoſcantur præter Caputium penitus rotundum, & colorem Berretinum, vel ſubcinericium, ut præmiſſum eſt, etiam Mantellum longius ad Conventualium longitudinem deferre, & Mozzetam latam, & longam non ſub Mantello, ſed ſupra geſtare teneantur.

§. 5. Inſuper Strictiori Capuccinorum prædictorum vitæ conſulentes, ne ab eiſdem Reformatis ipſi Capuccini admitti, vel recipi poſſint, ſub eadem excommucationis ſententia ipſo facto, tàm ab ipſis Capuccinis receptis, quàm Reformatis recipientibus incurrenda interdicimus, & prohibemus. Et nihilominùs actum ipſum receptionis, & tranſitus tanquam indebitè factum ex nunc, prout ex tunc irritum, & penitùs nullum eſſe decernimus, & declaramus.

§. 6. Et quoniam ſimiliter accepimus, nonnullos alios, qui ſub Eremitarum vocabulo noſtro nominantur, vagos, aut profugos, ac Acephalos ſub nullius obedientia degentes, nec Epiſcoporum juriſdictioni ſe ſubijcientes; ſine aliqua licentia, vel locis aſſignatione, non ſine gravi fidelium ſcandalo huc, illucque vagari, eorumdem Fratrum Capuccinorum habitum; vel adeò conſimilem geſtantes, ut facilè pro Capuccinis reputentur, motu pari, eoſdem Eremitas ſine litteris dimiſſoriis alicujus Superioris Ordinis approbati, de cujus gremio ſint, vel Epiſcopi Loci illius ubi degunt, vagari, aut ex propriis locis diſcedere non poſſe, & in primis ab habitu Capuccinorum ejuſdem ſaltem, vel aliis notioribus differentiis diſtingui, & dignoſci debere omninò præcipimus, & jubemus.

§. 7. Mandantes propterea univerſis, & ſingulis Fratribus Reformatis Conventualibus prædictis eorumque Superioribus, ac ipſis Eremitis Acephalis, & ſine obedientia itinerantibus, præter pœnas per prædeceſſores prædictos inflictas, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque gravioribus pœnis arbitrio noſtro imponendis, ut præmiſſa omnia, & ſingula omni excuſatione, & tergiverſatione poſtpoſita, infra ſex menſium ſpatium à data præſentium computandum, ſtatim adimpleant, & exequantur. Quod ſi facere diſtulerint, vel neglixerint, eos per Almæ Vrbis Vicariũ noſtrum hîc in Vrbe, ejuſq; diſtrictu, ac per locorum Ordinarios, ubi Fratres prædicti reperiantur, per carcerationem, aliaque opportuna juris, & facti remedia, prout contumacia cujuſque exegerit, cogi, & compelli poſſe, ac debere volumus, & jubemus, Et nihilominus irritum, & inane decernimus, quicquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis auhoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obſtantibus &c. Datum Romæ, &c. die 6. Iulij Pontificatus noſtri anno primo.

69. Hæc omnia etiam à Gregorij XV. in

in conſtitutione ſua 15. *Ex injuncto &c.* legimus ampliſſimè confirmata fuiſſe: Motivum verò tot agitationum hoc fuiſſe, comprobatur: Matthæus de Baſcio ab Obſervantibus diffugiens caputium quadratum ſibi efformaverat, quod veriſſimum ſancti Franciſci caputium tum ipſe, tum Foroſemptonienſes,qui & illud induerunt, Cametini Ducibus, & generaliter ſæcularibus prædicabant extitiſſe. Quadratum hoc in prima ſui inſtitutione per bullam Clementis Pontificis impetrarunt, quod tamen in pyramidale converſum (Boverius matthematicæ terminos præteriens quadratum, & pyramidale idem eſſe paſſim affirmat) tùm verbo, tùm ſcripto pro reſtituto S. Franciſci habitu primævo deprædicant; habitum etiam ad Crura decurtatum, & tota reſtrictione coarctatum, ut ab Obſervantibus diſtinguerentur apertiùs, induere voluerunt, barbâque tandem ſuperadditâ nihil extrinſecum voluerunt habere cum cæteris commune. Hanc itaque veſtiendi formam ſibi appropriari, cæteriſque interdici à pluribus impetrarunt Romanis Pontificibus: Noviſſimè ſub Vrbano VIII. atque protegente ſuo S. Onuphrij Cardinale Pontificis Fratre Germano; pro ſoleis, pro Mozzetæ latitudine, pro Mantelli longitudine, pro caputij decurtatione, aliiſque hujuſmodi pro minutiis, variis cum Regularibus litigarunt; quod multis fuit cauſa oblocutionum. Laudo quidem, & commendo, quod à principio Ordinum Mendicantium fuiſſe legimus diligenter obſervatum, Regulares ſicuti per varias profeſſiones diſtinguuntur ita,& habitus formalitate in extrinſeco diſcerni; ne ſcandalum ab uno de una Religione perpetratū, aliis fieri contingat in nocumentum; neve uni ſub aliorum nomine poſſint emendicare;aliiſque de cauſis. Quòd autem Capuccini per habitum Franciſcanum à non Franciſcanis; atque per acuminati, pyramidaliſque caputij, ſimul & protenſæ barbæ geſtationem ab Obſervantibus, & Reformatis non diſtinguantur ad ſufficientiam, capere nunquam potuerunt viri cordati: Equidem ſuper hujuſmodi controverſiis deputati, poſt publicatam Gregorij XV. quam præcitavimus conſtitutionem, *Ex injuncto &c.* pro diſtinguendo Capuccinorum habitu, tres S. Theo-

Ex Arch. S.Franc.de Vrbe Quint.a.n. 8.

logiæ Magiſtri ex almo Prædicatorum Ordine, nempè Nicolaus Riccardi Magiſter, & Regens, Gregorius Donatus; & Franciſcus Capiferreus; ſimul etiam de S. Societate Ieſu doctiſſimi illi Ioannes de Lugo, Ioannes Lorinus, Terentius Alciatus, & Thomas Biſdominus, poſt ſingulas minutiarum prætentiones ſedulo examinatas, tandem Menſe Decembri anno 1622. per propriam ſinguli deciſionem concordarunt, longum illud, & pyramidale caputium,barbamque protenſam pro ampliſſimo aſſignando diſtinctivo; cætera omnia malè haberunt, ut modeſtè loquar, quaſi verò ad ſtatuendam in ſingulis minutiis diſtinctionem, Regularibus cæteris indicenda ſit habitus, aut calceamenti mutatio, aut cæteri Mendicantes ſanctitatis operibus longè conſpicui, atque Sanctorum meritis abundantiores, niſi uſurpato Capuccinorum habitu, vel titulo, eleemoſynas à benefactoribus ſe habere deſperent.

70. Graviori atque diuturniori contentione contra Recollectos Galliàrum egiſſe leguntur; cum enim ab Vrbano VIII. litteras, *In ſupremo &c.* impetraſſent; Recollecti verò variis ex titulis in illa bulla ſe ſe non eſſe comprehenſos prætenderent; causâ in Vrbe diutiùs,& graviùs agitatâ, poſt Vrbani Pontificis, ejuſque Fratris Capuccini obitum, noluerunt Recollecti caputium ſuum quadratum, & cum patenti Mozzeta ritè formatum, quamvis extrinſecùs in acuminatum terminare videatur, ullo modò reformare: quocirca graviſſimas poſt lites, etiam odioſas, quas in Aracœli Archivio tom. 5. Vltramontano ad longum eſt videre, tandem per Cardinales Carraffam, alioſque à Pontifice deputatos; coram Obſervantium Commiſſario Generali Curiæ Antonio de Ribera, & Capuccinorum Procuratore Generali actum eſt de ineunda aliqua concordiæ via; Reſpondente verò Capuccino,ſe ad omnia paratum eſſe,dūmodo Recollecti quadratum ſuum Caputium deponerent;oppoſuit Obſervantium Commiſſarius, nihil ultra devicta lite poſſe illum expetere;Recollectos etiam majori promptitudine quadratum fore depoſituros, ſi Capuccini pyramidali depoſito,quadratum ipſis à Clemente VII. præfinitum; nullaque legitima authoritate mutatum reaſſumerent; oſtenſoque Cardinalibus,

Arch. Aracœl. Curiæ Vltram. Reg. 5. fol.289.

& coram extenſo Recollectorum Capucio, voluit, ut viderent, quantùm à Capuccino dinſtingueretur; unde controverſia illa tot antea rumoribus agitata in nihilum evanuit. Hæc pro mera hiſtoriæ neceſſitate adnotaſſe ſufficiat; quoniam ab odioſis contentionibus (in quibus totus eſt Boverius) ultrò abhorreo.

71. In Officij divini nocturna pariter, & diurna recitatione tota gravitate, grandi modeſtia, magnaque adſtantium ædificatione, ſed ſine cantu Gregoriano, à ſuis initiis jugiter adlaborant; cadavera fidelium defunctorum, etiamſi aliquando ſuis in Eccleſiis ſepeliri contingat, nunquam aſſociantur; ut quietiùs intra clauſtra valeant contemplationi vacare.

72. In publicis proceſſionibus, vel ſub Patrum Conventualium, vel ſub Cleri ſæcularis Cruce incedere conſueverant, donec Paulus V. ad tollendas ipſorum cum Conventualibus exinde controverſias, eis ut propriam poſſent erigere Crucem, dato diplomate indulſit, ut ſequitur.

## PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull Rom. t. 3. bull. 107. Pauli V. f. 359. PAſtoralis officij, quo Divina diſpenſatione nullo noſtro merito fūgimur, ratio poſtulat, ut Religioſorum maximè Strictioris Obſervantiæ, paci, & quieti, quantùm Nobis ex alto conceditur, opportunè conſulamus.

§. 1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnullæ rixæ, & diſſenſiones inter Fratres dicti Ordinis, & dilectos etiam filios Fratres Ordinis Fratrum Minorum Conventualium ſancti Franciſci, dum primò dicti Fratres in proceſſionibus publicis ſub eorumdem Fratrum Minorum Conventualium Cruce incedunt, interdùm oriantur.

§. 2. Nos omnem rixarum, & diſſentionum prædictarum materiam ſubmovere volentes, dictoſque Fratres Minores Capuccinos nuncupatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, &c. ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; De Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Card. negotijs Regularium præpoſitorum conſilio, eiſdem Fratribus Minoribus Capuccinis nuncupatis, quòd ubique locorum in publicis Proceſſionibus hujuſmodi, Crucem propriam ad formam conſtitutionis fœl. rec. Gregorij Papæ XIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit; *Expoſcit Paſtoralis officij &c.* deferre poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus, &c. Datum Tuſculi, &c. die 12. Octobr. 1617. Pont. noſtri anno 13.

73. Cum verò ex hac obtenta licentia majores, & continuas cum Regul. omnibus contentiones in S. Congregatione ſuboriri contingeret, poſt plurima ad pacem componendam decreta S. Congregatio ſub die 10. Iulij 1621. declaravit, conceſſionem illam pro locis illis intelligendam, ubi ſub Cruce Conventualium incedebant (quod fortè aliàs non permiſiſſet) cæterùm in aliis locis eundem locum retinere deberent, quem antiquitùs habebant. Tandem etiam contra Obſervantes ipſos præcedentiam graviſſima, & repetita lite evincere tentarunt, à qua tamen gravi ſententia eeciderunt ut ſupra lib. VI. per extenſum fuit adnotatum. Auda in Theat. Regul. V. Præced.

74. Denique in vitæ eſſentialibus Regulam S. P. Franciſci ſine ullo relaxativo privilegio, ſuorum virtute ſtatutorum, non ex bullæ alicujus obligatione ſanctiſſimè obſervantes, maxima ſæcularium ædificatione in humilitatis, & paupertatis gloria Domino famulantes, ſanctiſque concionibus animas ad pœnitentiam excitantes, magno ubique fructu, maximo populorum applauſu, grandique Eccleſiæ Catholicæ bono in vinea Domini laborare non ceſſant.

CAPVT

## CAPUT VI.

### *De Capuccinorum tranſitu ad alias Religiones, & è contra.*

75. ABſoluto jam de ſingulis Corporis Seraphici Membris tractatu, deque mutuo ad invicem ipſorum tranſitu, cum in ſuperioribus dictum ſit de cæteris; ſupereſt, ut de Capuccinis etiam hac in parte aliqua notemus ad ſufficientiam. Suppoſito etenim, quòd ad perfectiorem Religionem; niſi de manifeſta levitate, vel de fuga ad evitandas pœnas evidenter appareat, faciliorem non repugnet concedi digreſſum; difficiliorem verò, ac ſola ex diſpenſatione Apoſtolica ad laxiorem; eo quòd & imperfectionem præferat expreſſam, & diſpenſatione Apoſtolica indigeat ſuper obligationem, quam per vota ſolemnia ſuſceperat in arctiori; difficile non fuit Conventualibus liberum ad Obſervantiam habere digreſſum, etiam per bullam Concordiæ *Omnipotens Deus, &c.* à Leone decimo confirmatum. Majoris tamen cautelæ gratiâ, decretum fuiſſe legimus in Capitulo Burdegalenſi ann. 1520. ut Conventuales ad Obſervantiam venientes per annum probari deberent, ſicque probati per Capitulum incorporarentur; poſt incorporationem verò voce activa per annum, & paſſiva per bienniũ carerent, niſi cum aliquibus gravi de cauſa diſpenſari contingeret. Iam verò ex eo quòd Patres Conventuales in ſolẽni ſua profeſſione non ſimpliciter Regulam Fratrum Minorum voveant, ſed cum additamento *ad privilegia Apoſtolica modificatam*; neceſſariò cautum eſt, ut prævio rigoroſo, & integro novitiatu ad novæ Profeſſionis vota recipiantur. His obiter de Conventualibus adnotatis, ad Capuccinos venio.

76. Quantæ fuerint in prima ipſorum inſtitutione cõtroverſiæ pro mutuo Obſervantium ad Capuccinos, & è contra digreſſu; jam libro V. & etiam in iſto diximus abundanter. Tum Clemens VII. tùm Paulus III. tum Iulius III. pro componendis hujuſmodi querimoniis laſſati, tamen optatam requiem ſtabilire non potuerunt; donec per Gregor. XIII. ſtabilitâ Strictiori Obſervantiâ, ſub Sixto V. licuit (ut ſupra fusè declaratum eſt) mutuum hujuſmodi tranſitum abſcindere. In præſentiarùm ita ſe res habent, ut Obſervantibus etiam Reformatis ad Capuccinos, vel Capuccinis ad iſtos ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulto tranſmigrare non liceat. Capuccini verò, ſi ad Reformatos recipi (nec ſine difficultate) contingat, ad integros novitiatus rigores omninò obligati cenſeantur. Statuta Ref. c. 1.

77. Sicut autem ad hujuſmodi tranſitum poteſt aliquando dari cauſa legitima, ita communiter levitati adſcribendus eſſe judicatur, cum præſertim pares inter Religiones diſcurratur. Duorum teſtium omni exceptione majorum juvat adducere irrefragabile teſtimonium. Beatus Petrus Nicolaus Factor in Valentina Obſervantiũ Provincia Recollectus, ubi de diſſipata ſuæ Reformationis nova Provincia actum eſſe conſpexit, ad Capuccinos tunc in citeriori Hiſpania novos, magnâque famâ celebres, quietis, perfectioniſque majoris ſpe allectus convolavit; verùm ſpe fruſtratus, & ad ſuos regreſſus, necnon ſæpiſſimè de utriuſque partis differentia interrogatus, ubique Deum eſſe, ubique Seraphicam obſervari Regulam, ubique ſanctos vivere, reſpondit. In vita Petri Nicol. Fact. p. 4. Chron.

78. Cùm autem ſuper eodem quæſito veniſſet ad eum F. Lucas de Solas è Provincia S. Gabrielis Diſcalceatus, tranſitum ad Capuccinos jam gerens in corde ſecretum; Factor virum aliàs incognitum proprio nomine ſalutavit, ſecretumque cordis arcanum integrè propalans, hæc addidit [ tranſibis ad Capuccinos, ſed non majorem ibi, quàm in tua Provincia perfectionem comperiens citiùs regredieris ad tuos.] Stupens Lucas nominis, & ſecreti revelationem, acquievit aliquando S. Patris monito: ſed tandem antiqui propoſiti tenax, ad Capuccinos tranſiens, & ab ijs citò regrediens, Factoris prophetiam integrè complevit. Scripſerat & ad Factorem adhuc inter Capuccinos agentem ſuper eodem tranſitu Ioannes Matritenſis ex Provincia S. Ioannis Baptiſtæ Diſcalceatorum; cui jam ad ſuos regreſſus in hæc verba reſpondit. [ Ieſus Maria: dilectiſſime in Ieſu Crucifixo Pater, Pax, & amor, & charitas Spiritus ſancti in anima tua ſit: Litteras tuas jam ad meos reverſus hîc in Chron. Barezzij p. 4. l. c. 43.

in Conventu de Ieſu Barchinonenſi recipio, reſpondeo, me non ampliùs inter Capuccinos immorari,& quid agendum ſuadeam,penitùs ignoro, niſi ut deſiderium tuum diligentiùs examines: quidquid ad perfectionem deſiderari poteſt in hac vita, habes, & tenes inter Diſcalceatos. Ora quesò pro hoc abominabili Fratre Petro Nicolao Factore.]

Hæc B. Nicolaus Factor, de cujus Canonizatione jam ſeriò tractatur in Curia.

Chron. M. S. Ref. Mediol. P. Franc. de Trivillo. 79. Nec difformiter B. Franciſcus Torniélli Novarienſis agitatam videns, & ferè deſolatam ſuam in Mediolanenſi Provincia Reformationem, quietem, perfectionemque majorem ſibi compromittens inter Capuccinos, ad eos convolavit; citiùs autem ſpe ſua fruſtratus, licèt honotibus primariis ad commorandum efficaciùs invitatus, ad ſuos tamen Reformatos redire voluit: dũ in ſuis initiis illi perfectione primaria eminerent: quin & in ſolemnitate Corporis Chriſti in ſolemniſſima ſupplicatione publicam pro antedicto tranſitu pœnitentiam ſibi à Superiore Reformato impoſitam lætanter obire, non recuſavit. Sic Petrus de Variſio, & Angelus de Mediolano, ſic Angelus de Vigevano, & Benedictus de Marera in eadem Mediolanenſi Reformatione, ſingulari vitæ probitate, rigidioriſque pœnitentiæ zelo conſpicui, ad ſuos à Capuccinis redire voluerunt.

Arch. Matrit. Reg. Ord. n. 23. fol. 205. 80. E contra verò cũ Fr. Leander à Murcia Capuccinus Regius Concionator, S. Inqniſitionis Qualificator,& olim in ſua Provincia Miniſter Provinc. ſuæ ſaluti (ut narravit) proſpecturus, licentiam primò à Sede Apoſtolica, aſſentientibus etiam ſuis ſucceſſivè Generalibus tranſeundi ad Obſervantes impetraſſet, & tandem ab Ildephonſo Salizanes tunc totius Ordinis Minorum Generali fuiſſet anno 1667. in Matritenſi S. Franciſci cœnobio benignè ſuſceptus; Cappuccini intentata lite coram Borromæo, tunc in Hiſpaniis Nuntio Apoſtolico, favoribuſque, ac interceſſionibus ſingulariter adjuti Leandrum ipſum ad ſuos, ut reducerent evincerunt.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſmon. Reg. P. Radael. p. 1. n. 126. 81. Hoc etiam ad poſterorum exemplum præterire non debui, quòd cum in Provincia S. Bernardini de Obſervantia quidam Fr. Hyacintus Clericus profeſſus, prætextu cujuſdam facultatis ſubreptitiæ à S. Congregatione impetratæ, fuiſſet à ſuis conſanguineis abſque Provincialis, vel Generalis licentia de Conventu S. Bernardini Aquilæ ad Cœleſtinos tranſlatus, eorumque habitu indutus. S Congregatio ſuper his interpellata editis decretis die 8. Aprilis 1639. & die 3. Iunij anni ejuſdem, & aliis, ut præfatum Hyacintum Obſervantibus omninò reſtituerent, ſub graviſſimis pœnis, & cenſuris Patribus Cœleſtinis indixit; tametſi tandem plurimorum potentium interceſſionibus devicti Obſervantes, eo vel maximè quòd Clericum illum Ordini non fore proficuum cognoviſſent, liti ultrò ceſſerint; Verumtamen S. Congregatio, donec expreſſum Procuratoris Generalis Obſervantium conſenſum receperit, adduci precibus non potuit, ut decretum ſuum ſuſpendi conſentiret.

82. Cum verò Patrum Minimorum S. Franciſci de Paula Religio ex quarti voti titulo de perpetua quadrageſima in qualitate ciborum aliqua ex parte ſuper Minoriticam videri poſſit auſtorior; repetitis bullis interdixerunt Pontifices mutuum hinc inde tranſitum, conſiderãtes, quadrageſimalis cibi rigorem cum aliis longè graviſſimis in Franciſcana compenſari; quod ultimò ſupplicantibus Capuccinis ad horum ſpecialiter favorem B. Pius V. confirmatum eſſe voluit, ne etiam de ſuorum Superiorum licentia inconſulta Sede Apoſtolica, poſſent Fratres Minimi ad Capuccinos, nec hi ad illos tranſmigrare, expedito diplomate.

## PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

83. SEdis Apoſtolicæ ſolertia, dum ad ſalutare quorumdam remedium extructa in eodem detrimentum vergere conſpicit, ne quod illis profuturum maturitate ſumma prodiiſſe comperitur, noxium incauto miniſterio efficiatur, celeris proviſionis opem afferre conſuevit, pro ut in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè accepimus, quòd cum aliquando contingat, aliquos Fratres Religioſos, tàm Ordinis S. Franciſci Capuccinorum, quàm S. Franciſci de Paula, Minimorum nuncupatorum, Bover. f. 949. t. 2.

rùm, de uno loco ad alium,& forſan abſque ſuorum Superiorum licentia transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eoſdem Fratres ſæpiùs oriri ſolent. Nos cupientes perturbationibus, & malis exemplis hujuſmodi,quantùm cum Deo poſſumus, obviare, motu proprio, non ad alicujus inſtantiam,ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra,quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, nullus ex Fratribus Capuccinis ad dictum Ordinem S. Franciſci de Paula; nec è converſo, quòd nullus Frater ejuſdem S. Franciſci de Paula ad Ordinem Capuccinorum hujuſmodi ullo unquam tempore, ex quacumque juſtiſſima cauſa, etiam de licentia ſuorum Superiorum, ſe transferre poſſit, Apoſtolica authoritate tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes,ſtatutum, & ordinationem hujuſmodi per Fratres prædictos ſub indignationis noſtræ pœna inviolabiliter obſervari debere; ac ex nunc irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis anthoritate tam ordinaria, quàm delegata ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, &c. die 6. Octobris 1567. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Arch. Aracœl. Reg. 7. Ultram. fol. 22.

84. De Tranſitu ad Chartuſianos nihil eſt ſingulare dicendum; cum decreto S. Congregationis 7. Auguſti 1654. per Alexandri VII. litteras Apoſtolicas confirmato, *Emanavit &c.* die 12. Iulij 1655. innovatum ſit, ne Fratres Minores ad Chartuſianos, niſi petitâ ſuorum Superiorum licentiâ,& de petitione conſtet, tranſire permittantur.

De lite, quam pro dando habitu ſæcularibus de Tertio Ordine ſuſcitaverant; in lib. XII. ſufficienter agemùs.

## CAPVT VII.

### *Patrum Capuccinorum primarij Promotores.*

Bover. t. 1. Annal. in appar. n. 46. & in annal. ſæpiſſimè.

85. DE Congregatione particulari P. P. Capuccinorum, non quatenus ſub ſancto Patre Franciſco militant, ſed in quantùm in hoc ſingulari cœtu ſeparati à cæteris Franciſcanis ſanctè convivunt, duas ad invicem oppoſitas ſententias invenio: Boverius ipſorum Annaliſta in apparatu à n. 46. ut Congregationem ſuam, ut ſibi videtur, pro poſſe magnificet, eam dicit *ad inſtar Eccleſiæ Catholicæ; & primævæ Franciſcanæ Religionis, fuiſſe ſinè doctrina, ſinè ſanctitate, ſinè miraculis, & veluti novum Melchiſedech ſine Patre, & ſine Matre in mundo productam*; quæ omnia à n. 46. ad n. 60. latè, & bellè proſequitur; quomodo autem ſinè fidei Catholicæ, Sacræque hiſtoriæ præjudicio hæc intelligenda veniant, omninò non video. Matthæum de Baſcio à Fundatoris gloria excludit, quoniam licèt novam caputij formam primus adinvenerit, (quam dicit jam diù fuiſſe in Ordine deperditam) de reformanda tamen Religione nec verbum quidem dixerit, aut cogitaverit; ſed liberiori tantùm prædicationi totus addictus novum vivendi, & veſtiendi modum aſſumpſerit; unde, vel Authoris vel Fundatoris Capuccinorum glorioſus titulus ei nullo modo competere dignoſcatur. Ludovicum, & Raphaelem uterinos Fratres, potiori jure ab eadem gloria excludit, dicens illos Caputij formam à Matthæo didiciſſe; & quamvis pro inſtituenda Reformatiome ſeriò cogitaverint & gravia quæque pertulerint, immò, & pro ipſius inſtitutione litteras Apoſtolicas impetraverint, adventantes canonicè ad Ordinem receperint, congregationem erexerint, capitulum coegerint; *quia tamen* (Boverij verba reſcribo) *virtute*, prudentia, & ſanctitate nudi, quò tenderent, aut quid agerent, *proſus ignorabant*.

86. *Tandem Ludovicus inanis gloriæ flatu diſperſus habitum deſeruit, atque ob animi tumorem à Religione pulſus eſt; unde tanti nominis gloriam poſteriori maculâ labefactavit eo vel maximè, quòd ad Patrum Capitularium, & Cardinalis Præſidentis repetitas inſtantias prorſus inflexibilis ab Ordine meruerit expelli publico Capituli Decreto, quod Paulus III. confirmavit expedito diplomata, Diebus præteritis, &c. die* 10. *Octobris* 1536. confitetur tamen, Ludovicum tot, tantiſque pro ſua Congregatione laboribus perfunctum Propagatoris nomen facilè conſecuturum fuiſſe, niſi habitum tam indignè deſeruiſſet; concludit tandem, Matthæum, & Ludovicum Capuccinorum Reformationi tenebras potiùs effudiſſe, quàm lumen: qui- Bovet. t. 1. Ann. in Reg. bull.

bus omnibus ſuppoſitis, illam dicit opus Dei fuiſſe prorſus admirabile; & revera in illius initio, & progreſſu, in oppoſitionibus, & defenſionibus, atque in graviſſima illa tentatione per diabolum medio Occhino contra illam ſuſcitata, Providentia divina non vulgariter enituit; de cæteris aliorum judicium expecto.

87. Ex altera parte Theodorus Beza impius hæreſiarcha, more ſuo, ut negotium faceſſat Eccleſiæ Catholicæ, dum Sacram Capuccinorum Religionem turpiſſimè inſimulans, cæteras etiam infames eſſe declaret, illius Fundatorem fuiſſe dicit Bernardinum Occhinum à ſua Religione, necnon à fide Catholica impiiſſimum Apoſtatam; quod falſiſſimum eſſe, tum Boverius, non citato authore Beza, graviſſimè confutat, tum apud Catholicos Hiſtoricos eſt in confeſſo, cum vix tertius fuerit Parrum Capuccinorum Vicarius Generalis. Ibid. 1543. n. 32.

88. Equidem, ut plena ſinceritate diſcurram; Seraphicum Patriarcham S. Franciſcum totius Ordinis Minorum, ideóque, & Capuccinorum unicum Fundatorem inficiari non auſim; quatenus verò particularem Reformationem, ſeu Congregationem inſtituunt, cum Apoſtolicas pro illius erectione litteras ad Foroſempronienſem fuiſſe directas, cæteraque pro litterarum executione, atque novæ Congregationis firmitate per Ludovicum fuiſſe completa, dicat Boverius; qui ſuum initium die 13. Iulij, anno 1528. non immeritò aſſignat, quando Ludovicus præfatas litteras impetravit; quas & Camerini cum clangore tubarum publicatas eſſe, obtinuit; cur non dicamus, Ludovicum fuiſſe hujuſce Congregationis Fundatorem, aut primarium Promotorem? cui ſi ſocium velimus adjungere, cur non Matthæum primum quadrati Caputij aſſertorem? eſto uterque per regreſſum à Capuccinis tantam gloriam maculaverit, titulum tamen non amiſiſſe crediderim. Ibid. 1528. n. 21. Ibid. 1537. n. 16.

89. Congregationis jam erectæ compromotores præcipuos ſine controverſia dabimus cum Boverio Ludovicum, & Georgium Calabros, qui ab Obſervantia digreſſi, pro novo inſtituto contra validiſſimas oppoſitiones ſuſtinendo, atque per utramque Siciliam propagando, invictâ coſtantiâ ad mortem uſque decertarunt. Præ cæteris autem in operis tàm pij glorioſa promotione Bernardinus Aſtenſis efficaciùs, atque utiliùs laboraſſe, omnium conſenſu commendatur; qui ad Strictiorem in Obſervantia vitam anhelans, cum Recollectionis progreſſus, pro qua aliis zelotibus unitus Clementis VII. conſtitutionem impetraverat, nimiùm retardari videret, ad Capuccinos digreſſus, quaſi ſubitò Vicarius Generalis ab ipſis electus, ſe ſe pro illius muro in graviſſimo Occhini præcipitio conſtantiſſimè oppoſuit, tempeſtateque ſedata, ſuæ Congregationis ſtabilimentum evicit, vitæque Religioſæ ſpecimen, & normam illi tradidiſſe, teſte Boverio, prædicatur; immò ad annum 1554. n. 8. dicens, *Capuccinorum Religionem quaſi virgultum tenellum terræ ſine aqua undique ventis agitatum, cum non prudentiam, non conſilium, non doctrinam haberet, quibus ſe defenderet; divina ex Providentia tot Viros inſignes, doctrina celebres, & ſanctitate illuſtres, præ cæteris autem Bernardinum Aſtenſem ad ſui defenſionem de Obſervantibus acceperit:* Cumque ſuæ Congregationis Patrem nuncupaſſet, eidem elogium illud ex Eccleſiaſtico cap. 5. applicare voluit pro coronide: *Princeps Fratrum, firmamentum gentis, ſtabilimentum populi, qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam à perditione.* Similiter de Franciſco Titelmano Belgico, de Ioanne Fanenſi, aliiſque de Obſervantia plurimis fateri non erubeſcit. Vvad. 1532. Bover. Ibid. 1554.

## CAPVT VIII.

### *Capuccinorum primarij Honores.*

90. Iam apud univerſas Orbis Chriſtiani nationes communi gentium conſenſu eſt in propatulo, quantùm ſacra Patrum Capuccinorum Reformatio ſit in pretio: Altiſſimum ſæculi contemptum, paupertatis in veſtitu, & in ædificiis rigidiſſimam cuſtodiam, vitæ pœnitentiam, ſanctiſſimos labores, orationis aſſiduitatem, & exemplarem ſæculi ædificationem in eis altè venerantur. Venerationis hujus irrefrabile præbent teſtimonium tot viri prima nobilitate conſpicui, qui, ut Deo citra ſæculi tumultus omnino deſerviant, Capuccinorum vitam

tam elegerunt, & eligunt in dies: ampliſſima deinde Conventuum, & Provinciarum in omni ferè angulo terræ, in Italia præſertim, & in Gallia multiplicatio; cujus unicum, ſed integrum conſpectum habere poſſumus ex ultimi Capituli Generalis tabula impreſſa, in qua Provinciæ numero 49. Cuſtodiæ 3. Conventus 1553. Prædicatores 6696. Fratres omninò 24732. exceptis Miſſionibus enumerantur; quas ſuo loco recenſebimus.

Quin, & inter infideles extenderunt domicilia; licèt enim ad Orbem novum, ad Indias orientales, & ad orientis terminos in Chinam, Philippinas, & Iapponiã; & adjacentia Regna, jam à cæteris Franciſcanis, aliiſque Religionibus occupata, intrare non potuerint, In Braſilia tamen per FF. ſuos Gallicæ nationis, in Congum per Italos ſtatuerunt Apoſtolicas Miſſiones: Inſuper in Barbaria, in Græcia, in Syria, & in Egipto, in Gallia, & Germania Miſſiones ipſas, & aliis in partibus multiplicarunt; in quibus magna fidelium conſolatione, & utilitate, & non ſine aliquali infidelium converſione continuata, ſanctiſſimè Chriſto famulantur.

91. Studiorum etiam fructus in ipſis poſſumus (licèt hic obiter) conſiderare, dum abundanter adeò per anni circulũ Prædicatores ſuos ad prædicãdam populis pœnitentiam per Vrbes, & Vicos maximo fructu deſtinare non ceſſantè quibus ſingulari honore plures jam vidimus in ipſo Sacro Palatio Apoſtolicos Prædicatores, qui corã Sanctiſſimo, & Eminẽtiſſimis Card. tota ſinceritate, & zelo, Dei ſervitium, zelumque pro animarum ſalute declamare comprobantur. Teſtes inſuper ſunt laborum, & fructuum, quos in ſacris ſtudiis reportãt plurimi ex ſuis, quos in Syllabo Scriptorum referemus, qui ad poſterorum utilitatem laborare voluerunt.

92. Hinc non immeritò Sedes Apoſtolica, quæ pro totius Chriſtianæ Reipublicæ promovenda ſalute, & ſincerandis ad conſcientiarum quietem negotiis, viros primarios Sacrâ purpurâ donatos aſſumit in Iudices ſupremos, jam duos è Capuccinorum cœtu in Sacrum Cardinalium numerum cooptavit.

93. Illud autem ſingulariter advertendum (quod ſemper in Ordine Minorum tùm in indiviſa Ordinis Communitate, tùm in Regulari, tùm in Strictiori Obſervantia maximo animarum fructu fuiſſe in uſu, ſuo loco videbimus) quòd ſtatim à ſuæ inſtitutionis initio, dum Camerini lues ſæviſſima graſſaretur, invictâ animi conſtantiâ Patres Capuccini mortem non timentes, infectis ſervire tota promptitudine voluerunt; quod & in cæteris occaſionibus maximo charitatis exemplo ſæpiùs exercere non recuſarunt.

94. His omnibus ex titulis facti populis, & Principibus amabiles, ab Henr. III. Galliarum Rege per litteras patentes datas Pariſijs menſe Iulio anno ſalutis 1575. & tertio Regni ſui per univerſum ſuum Imperium confirmari, Regiaque ſub protectione recipi meruerunt. Quin & aliquorum Monaſteriorum, quæ ad primæ Clariſſarum Regulæ rigorem vivere elegerunt, regimen ſubeundum à Sede Apoſtolica legimus fuiſſe deſtinatos; unde Monialium Capuccinarum nomen emanavit; quod primum de Neapolitano legimus ſub Paulo III. Pontifice; & ſub Clemente VIII. de Pariſienſi per litteras Apoſtolicas, *Debitum Paſtoralis &c.* die 3. Martij 1603. Ab eodem itidem Clemente, dum in auxilium Rodulphi Cæſaris contra Othomanum tyrannum Hungariam inundantem arma auxiliaria ſub Franciſco Aldobrandino Nepote ſuo tranſmitteret, aliquos ex Capuccinis, necnon ex Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis, in militum ſpirituale ſolatium, comperimus fuiſſe deſtinatos, ut ex ejus bulla apparet; *Cum dilecti filij &c.* die 25. Martij. 1601.

Bover. in ann. t. 1. in Reg. bull. Ibid. t. 2.

95. Verumtamen quoniam non his in meritis, & laboribus, quæ etiam pravè labefactari poſſunt, debet eſſe gloriatio noſtra, ſed in hoc uno, quòd nomina noſtra ſcripta ſint in cœlis, illa non eſt Patrum Capuccinorum mediocris gloriatio, quòd jam unum à ſuis B. Fœlicem à Cantalicio probatis in Sacra Congregatione proceſſibus habeant per Vrbanum VIII. in Beatorum numero deſcriptum, & aliorum quinque Servorum Dei cauſas in S.R Congregatione tota ſollicitudine promovere non ceſſant, quorum interceſſione, & aliorum, quos ſucceſſivè obtinere confidunt, ſemper eorum cœtus, & multitudine, & merito ſanctitatis augeatur.

# LIBER XI.

*De ſecundo Ordine per S. Patriarcham Franciſcum inſtituto, ſcilicet de Clariſſis Sanctimonialibus.*

1. AD Eccleſiæ Lateranenſis reparationem ad implenda Hyeruſalem cœleſtis habitacula deſtinatus Patriarcha Pauperum Franciſ. Sexui etiam imbelli, quem mobilitate magis animi, quàm pravitate peccantem Dominus noſter etiam curaturus advenerat, qui & ad Eccleſiæ Catholicæ unitatem pertinere non dubitatur; tutiorem ſalutis viam, & ſemitam perfectionis aperire debebat. In Clara Aſſiſiate nobiliſſima Virgine præclarum opus aggreſſus, innumeras per Obem univerſum Virgines, datâ vivendi Regulâ traxit ad virginalia Chriſti connubia. Quamvis autem aliæ præter Clariſſas Virginum cohortes, nempe quæ de Conceptione, & quæ de Annuntiatione B. Virginis dicuntur, jam ſub glorioſo Franciſci Patriarchæ vexillo ſe militare glorientur; cùm tamen omnes cum Clariſſis, licèt in aliquibus vitæ Regulis non penitùs uniformes, in unam veluti methodum, in unum corpus coaleſcant; idcircò de his omnibus inſimul ( Tertiariis ſolis ad ſequentem librum dimiſſis ) tamquam de unico corpore mihi diſcurrendum eſſe, putavi.

## CAPUT I.

*Sanctus Franciſcus Claram ad Ordinem Seraphicum recipit, & Clariſſarum Religionem inſtituit.*

Vvad. t. 1. ann. 1212. n. 11. 2. ADmirabile hujus Virginei Cœtus exordium, & pauperum Dominarum Primiceriæ hiſtoriam Anonymus Author, ſecundo ab hujus B. Virginis obitu anno, juſſu Alexandri IV. Pontif. qui eam canonizavit, caſto ſtylo narravit, ex quo Surius, & Sedulius, & alij, præſertim verò Vvadingus paucis intermiſſis, quæ ex legendis, atque ex Chronicis antiquis, necnon ex canonizationis proceſſu ſe deprompſiſſe confitetur, excripſit. Integram vitæ Virginis Claræ ſeriem cum cæteris de Seraphico Ordine Sanctorum hiſtoriis dabimus in tertia hujus hiſtoriæ parte; hic ea ſolùm, quæ ad ipſius Ordinis inſtitutum attinere noſcuntur, ex Anonymo illo, & ex Vvandingo breviter, & quantùm fieri poterit litteraliter enarrabimus. Sic ergo ille incipit.

3. [ Quaſi veterani Mundi ſenecta urgente, fidei caligabat viſus, morum nutabat greſſus, merceſcebat virilium operam fortitudo; quinimmò fœces temporum fœces comitabantur etiam vitiorum; cum amator hominum Deus, ex ſuæ pietatis arcano Sacrorum Ordinum ſuſcitans novitatem, providit per eos, & fidei fulcimentum, & reformandis moribus diſciplinam. Dixerim certè modernos Patres cum veris ſequacibus, Luminaria Orbis, viæ Ductores, vitæ Magiſtros, in quibus meridianus fulgor mundo ad veſperam conſurrexit, ut lumen videat, qui in tenebris ambulat. Nec decuit infirmioris ſexus adjutorium ſibi deeſſe, quem libidinis gurgite interceptum, non minùs ad peccandum trahebat vo'uptas, & magis fragilitas impellebat. Suſcitavit præterea pius Deus Virginem venerabilem Claram, atque in ea clariſſimam fœminis lucernam accendit; quam & Tu, Papa Beatiſſime, ſuper candelabrum ponens, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt, virtute cogente ſignorum, Sanctor. Cathalogo adcripſiſti. Horum Ordinum te Patrem colimus, te nutritium ſcimus, te protectorem amplectimur, te Dominum veneramur: quem ſic permaximæ navis regimen univerſale ſollicitat, ut

parvæ

parvæ quoque Naviculæ curam ſingularem, & ſolicitam non excludas.

4. Admirabilis fœmina Clara vocabulo, & virtute, de Civitate Aſſiſij, claro ſatis genere traxit originem: B. Franciſco primò fuit concivis in terris, conregnans poſtmodùm in excelſis. Pater ejus Miles, & tota utroque parente progenies militaris. Domus abundans, & copioſæ, juxta morem Patriæ, facultates. Mater ejus nomine Hortulana, fructiferam in horto Eccleſiæ plantulam paritura; fructibus bonis, & ipſa non mediocriter abundabat: Nam quamvis maritali jugo ſubdita; quamvis curis familiaribus alligata; vacabat tamen pro poſſe divinis obſequiis, inſiſtebat operibus pietatis. Vltra mare ſiquidem cum peregrinantibus devota tranſivit, & loca illa perluſtrans, quæ Deus Homo ſacris veſtigiis conſecraverat; tandem cum gaudio remeavit. Item ad S. Michaëlem Archangelum cauſâ orationis acceſſit, & Apoſtolorum Limina devotiùs viſitavit.

Ex Luc. 6. 44. Quid plura? ex fructu arbor cognoſcitur, & fructus ex arbore commendatur. Præceſſit in radice divini copia muneris, ut in ramuſculo ſequeretur abundantia ſanctitatis. Prægnans denique mulier, & partui jam vicina, cum ante Crucem in Eccleſia Crucifixum attentè oraret, ut eam de partus periculo ſalubriter expediret, vocem audivit dicentem ſibi: *Ne paveas mulier, quia quoddam lumen ſalva parturies, quod ipſum mundum clariùs illuſtrabit*. Quo edocta oraculo, natam infantulam Sac. Baptiſmate renaſcentem Claram vocari juſſit, ſperans promiſſi luminis claritatem pro divinæ beneplacito voluntatis, aliqualiter fore complendam.]

Ibid. n. 14. 5. Sanctæ Claræ genealogiam à multis omiſſam, ab aliquibus paulùlum immutatam, ſic à melioribus monumentis deſcribit Vvadingus [Paulus ex nobiliſſima olim illius Vrbis Familia, quæ Schiphorum (ſeu de Fuimi, ut habet R. P. Bartholom. Cimarella fortaſſis ex parte materna) dicebatur, Proauus fuit S. Claræ; hic genuit Berardutium Schifi, ſive, ut habet Rodulph. Berardum: Huic tres filii Favaronus (Rodulpho Favorinus) Paulus, Monaldus, qui præclari fuere milites, & terrenarum rerum facultate locupletes. Favaronus ex Hortulana nobili, & ſancta heroina ſuſcepit filias Claram, Agnetem, & Beatricem ſanctam progeniem, quæ genitrici factæ ſunt amplioris magiſtræ virtutis, quas etiam ad clauſtra ſequuta, miraculis poſt obitum viri reſplenduit; Beatricis non meminit Rodulphus, atamen dum alibi Claræ recenſet diſcipulas, Sororem eſſe teſtatur. Paulus procreavit Berardutium juniorem, & Angelam, quæ Claræ conſãguineæ adhæſit. Berardutius filium habuit unicũ B. Rufinũ Schifi Franciſci ſectatorem. Monaldus vero tres generavit liberos, Boſonem, Iolum, & Finum: Boſonis filius fuit B. Silveſter Schifi, Franciſci poſtea ſectator. Vltra hunc gradum non inveni, qui ampliùs deduceret hujus S. Fœminæ progeniem, licèt prædictus Cimarella aſſerat, B. Bernardinum Feltrenſem Tomitanum Aſſiſij prædicantem circa annum 1487. quoſdam adhuc S. Claræ ſtirpis offendiſſe, & reverentet ſalutaſſe.

6. Nec prætereunda abſque conſideratione præclara Virginis nomenclatura, de qua ità Rodulphus: Si nomina imponi debent à proprietatibus rerum, cum ipſa ſint rerum notæ, & ſigna indicativa, quamvis nominum impoſitio plerumque ad placitum ſit; utplurimùm tamen ſunt nomina rei conſecutiva, ſicuti in B. Clara Aſſiſiate cernimus, de qua canit Eccleſia *Clara re, Clara nomine*. Nihil enim opus eſt verbis, cum ea res, cujus cauſa verba quæſita ſunt, intelligatur; quæ tamquam flos vernans, & candidus à B. Franciſco inſtituta, ejus diſciplinam, & genus vitæ æmulata eſt: Quod multò ante fuerat prænunciatum, dum adhuc eſſet, ut jam dictum eſt, in utero materno. Ibid. n. 15.

5. Edita mox in lucem partuula Clara, tempeſtivè ſatis in umbra ſæculi cœpit clarere lumine, atque intra teneros annos morum ſplendore, probabitate, docili corde, primùm ex matris ore fidei rudimenta ſuſcepit, & ſpiritu interiùs conflante pariter, & formante vas reverà pariſſimum; vas innotuit eſſe gratiarum. Extendebat libenter ad pauperes manum ſuã, & de abundantia domus ſuæ ſupplebat inopias plurimorum: Et ut ſuum ſacrificiũ gratius eſſet Deo, proprio corpuſculo delicata ſubtrahebat cibaria, clamque per internuncios mittens, reficiebat viſcera pupillorum. Sic ab infantia ſecum miſeratione creſcente, mentem Ibid. 16.

compaſſivam gerebat miſerorum miſerias miſerantem.

8. Sanctæ orationis ſtudium habebat amicum, ubi ſæpiùs odore bono reſper-
Ibid. n. 17. ſa paulatim vitam cœlitem actitabar. Er quia calculos non habebat, quorum evolutione diceret orationes dominicas, cōgerie lapillorum ſuas oratiunculas Domino adnumerabat. Non ſecus, ac priſcus ille Monachus Paulus in *Pherme*, qui mons in *Seeti* eſt, qui ut habent Nicephor. Calixt. & Palladius in orationibus quotidie ſine intermiſſione ſe exercens, eas veluti quoddam tributum, ad trecentas numero Deo offerebat; Ne autem ab eo numero aberraret, lapillos in in ſinum deponebat, & ad precationes ſingulas ſingulos ejiciebat calculos, quibus ad eum modum conſumptis precationes totidem abſolutas ei eſſe conſtabat. Vbi autem Virgo Clara frequenti oratione amoris ſtimulos primos ſentire cœpit, mundani floris picturam inſtabilem judicat contemnendam, & Spiritus Sancti unctione prædocta, vilibus rebus pretium didicit imponere vilitatis: ſub veſtibus namque pretioſis, ac mollibus ciliciolum gerebat abſconditum, mundo exterius florens, Chriſtum interiùs induens. Denique ſuis eam nobiliter maritare volentibus, nullatenùs acquievit; ſed diſſimulato in poſterùm mortali conjugio, virginitatem ſuam Domino commendabat. Talia fuerunt in domo materna ſuæ delibamenta virtutis, tales primitiæ ſpiritus, talia præludia ſanctitatis. Tantis itaque redundantem unguentis, velut cellam aromatum licèt clauſam, ipſa ſua fragrantia manifeſtat. Ore quidem vicinorum laudari neſcia cœpit, & ſecretos actus veridica fama prodente, rumor bonitatis ejus vulgabarur in populo.

Ibid. n. 19. 9. Audiens autem tunc celebre nomen Franciſci, qui veluti novus homo obliteratam in mundo viam perfectionis novis virtutibus renovabat: Mox alloqui eum deſiderat, & videre, ſuadente hoc ipſo Pàtre ſpirituum, cujus jam uterque, licèt differenter, acceperat primitiva; nec minùs ille tàm gratioſæ puellæ celebri fama perflatus, videre hanc, & alloque cupit: ſi quo modo, qui totus inhiabat ad prædam, regnumque mundi debellaturus advenerat, nobilem iſtam prædam ſæculo nequam poſſit eripere, ſuoque Domino vindicare. Viſitat ille iſtam, & ſæpiùs iſta illum, viſitationum ſuarum tempora moderantes, quibus divinum illud ſtudium, nec percipi ab homine poſſit, nec rùmore publico detrectari: Nam unica tanrùm comitante familiari ſocia (quam Dominam Bonam Guelfucij dictam obſervat Marianus) paternos lares Puella egrediens, clandeſtinos ad Virum Dei frequentabat acceſſus: Cujus ſibi verba flammantia, cujuſque ultra hominem verba, & opera videbantur. Hortabatur eam Pater Franciſcus continuè ad mundi contemptum, ſpem ſæculi aridam, ſpem deceptivam vivo ſermone demonſtrabat. Stillabat auribus ejus dulcia connubia Chriſti, ſuadens virginalis pudicitiæ Margaritā beato illi Sponſo, quem amor humanavit, forè ſervandum. Quid immoror multis? Inſtante Patre ſanctiſſimo, & more fideliſſimi Paranymphi ſolerter agente, non trahit in longum Virgo conſenſum.

10. Aperitur ei protinùs æternorum intuitus gaudiorum, quorum conſpectu mundus ipſe viveſceret, quorum deſiderio à ſemetipſa liqueſceret, quorum amore ad ſupernas nuptias anhelaret. Cœleſti namque igne ſuccenſa, terrenæ gloriam vanitatis ſic ex alto contempſit, ut nil jam de mundi applanſu ejus affectibus inhæreret. Carnis quoque illecebras perhorreſcens, jam thorum in delicto ſe neſcituram proponit, ſoli Deo de corpore ſuo templum facere cupiens, & magni Regis connnbia virtute promereri contendens, ex tunc Franciſci conſilio ſe tota committit, ipſum poſt Deum ſtatuens ſuæ directionis aurigam. Pendet exinde anima ejus ad ſacra illius monita, & de bono Ieſu, calido excipit pectore quidquid promit ille ſermone. Moleſtè jam fert ſæcularis ornatus decorem, & quaſi ſtercus arbitrabatur omnia, quę foris applaudunt, ut Chriſtum lucrifacere poſſet.

11. Protinùs ne ſpeculum illibatæ mentis mundamus pulvis ulteriùs inquinet, Ibid. n. 20. aut contagio ſæcularis vitæ azymam fermentet ætatem; properat pius Pater Claram educere de ſæculo tenebroſo. Inſtabar Palmatum dies ſolemnis, cum ad Virum Dei Puella fervido corde ſe confert; ſciſcitans de ſua converſione, quando, & qualiter ſit agendum: Iubet Pater Franciſcus, ut in feſto compta, & ornata

ornata procedat ad palmam cum frequẽtia populorum, ac nocte ſequenti exiens extra caſtra, mundanum gaudium convertat in luctumDominicæPaſſionis. Die itaque Dominico veniente, in turba Dominarum ſplendore feſtiuo puella præradians, cum reliquis intrat Eccleſiam, vbi illud digno præſagio contigit, ut exteris ad ramos concurrentibus, dum Clara præ verecundia ſuo in loco maneret immota, Pontifex per gradus deſcendens uſque ad eam accederet, & palmam ſuis in manibus poneret.

Ibid. n. 21. 12. Nocte ſequenti ad S. Patris mandatum ſe præparans, optatam fugam cum honeſta ſocietate aggreditur; eumque oſtio conſueto exire non licuit, aliud oſtium, quod lignorum, & lapidum pondera obſtruebant, miranda ſibi fortitudine propriis manibus reſeravit. Igitur anno ætatis ſuæ 18. (ut obſervat Marianus, & facto computo annorum, quibus vixit, rectè deducit Sedulius) domo, civitate, & conſanguineis derelictis, nocte illa Dominicæ Palmarum, quæ in 19. incidit Martij, ut idem vult Marianus, ad S. Mariam de Portiuncula feſtinavit; ubi Fratres qui in aula Dei ſacras excubias obſervabant, Virginem Claram cum luminaribus receperunt. Mox ibi rejectis ſordibus Babylonis, mundo libellum repudij tradidit: ibi manu Fratrum crines deponens, ornatus varios dereliquit. Nec decuit alibi florigeræ virginitatis Ordinem ad veſperam temporum excitari, quàm in ejus aula, quæ prima omnium, atque digniſſima ſola extitit Mater, & Virgo. Hic locus ille eſt, in quo nova militia pauperum, duce Franciſco fœlicia ſumebat primordia; ut liquido videretur utramque Religionem Mater miſericordiæ in ſuo diverſorio parturire. Cùm autem coram Altari B. Mariæ ſanctæ pœnitentiæ ſuſcepit inſignia, & quaſi ante thorum hujus Virginis humilis ancilla Chriſto nupſiſſet, ſtatim eam ad Eccleſiam S. Pauli Monacharum Nigrarum S. Franciſcus deduxit (donec aliud provideret Altiſſimus) in eodem loco manſuram.

Ibid. n. 22. 13. Ad conſanguineos autem rumore volante, dilacerato corde factum, & propoſitum Virginis damnant, & conglobati in unum currunt ad locum, tentant quod obtinere non poſſunt. Violentiæ impetum, venena conſiliorum, blanditias adhibent promiſſionum, ſuadentes ab hujuſmodi vilitate diſcedere, quia nec generi congruat, nec exemplum habeat in contrata: At illa pannos appræhendens Altaris, caput denudat attonſum, firmans ſe nullatenus à Chriſti ſervitio ulteriùs avellendam. Creſcit animus bello creſcente ſuorum, viresque miniſtrat amor injuriis laceſſitus: Sic per plures dies, cum in via Domini obicem pateretur, & ſui ſe opponerent, ejus propoſito ſanctitatis non collapſus eſt animus, non fervor remiſſus; ſed inter verba, & odia ad ſpem animum tandiù reformat, donec propinqui retuſa fronte quieſcunt.

14. Paucis interjectis diebus ad Eccleſiam S. Angeli de Panſo Ordinis S. Benedicti juxta Civitatem Aſſiſij tranſivit eam comitantibus ipſo viro Dei Franciſco, & duobus ejus diſcipulis Bernardo, & Philippo. Hîc in tenera adhuc converſione, quanta, & quàm mirifica fuerit ipſius orationis virtus, apparuit, qua Sororem ſuam Agnetem ad Deum convertit, converſamque defendit. Dolebat domi relictam, ſæculique periculis expoſitam Sororem hanc ætate teneram, carne, ac puritate germanam; cujus converſionem deſiderans, inter precum primitias, quas Deo plenis affectibus offerebat; hoc poſtulabat obnixiùs, ut ſicut cum ſorore habuerat in ſæculo cohærentiam animorum, ita jam in Dei ſervitio fieret inter eas unitas voluntatum. Orat igitur inſtanter Patrem miſericordiæ, ut relictæ in domo ſorori Agneti mundus deſipiat, dulceſcat Deus; eamque ſic à propoſito carnalium nuptiarum, ad ſui amoris copulam transferat; quatenus unà ſecum in Virginitate perpetua Sponſo gloriæ nubat. Mirandus enim utrique inſederat mutuus amor, qui novam divulſionem, licèt affectu diſſimili, utrique fecerat doloroſam. Favet celeriter Divina Majeſtas egregiæ oratrici; primum illud donum, quod præcipuè poſtulat, quodque magis Deum exhibere delectat, feſtinantiùs elargitur: Nam poſt ſexdecim dies à converſione Claræ, Agnes divino afflata Spiritu, properat ad ſororem, eique ſuæ voluntatis arcanum reſerat dicens, ſe velle penitùs Domino deſervire, quam illa gaudenter amplectens; Gratias *inquit* ago Deo dulciſſima ſoror, quod me de

Ibid. n. 25.

de te ſolicitam exaudivit.

Ibid.n. 24. 15. Miram hanc converſionem ſatis eſt miranda defenſio ſubſequuta. Cum enim fœlices Sorores apud Eccleſiam S. Angeli de Panſo Chriſti veſtigiis inhererent; atque illa, quæ plus de Domino ſentiebat, ſuam erudiret novitiam, & germanam; repentè contra puellas nova conſanguineorum prælia ſuſcitantur: Audientes enim, Agnetem ad Claram tranſiſſe, currunt ad locum ſequenti die duodecim viri furore ſuccenſi, & conceptam malitiam diſſimulantes exteriùs, pacificum intendunt ingreſſum; Mox ad Agnetem converſi (nam de Clara jam anteà deſperaverant) quid tù *inquiunt* ad locum iſtum veniſti? Feſtina quantociùs domum redire nobiſcum: Qua reſpondente, nolle ſe à ſorore ſua Clara diſcedere; irruit in eam Miles unus animo efferato, & pugnis, calcibuſque non parcens, eam per capillos abſtrahere conabatur, cæteris impellentibus, & ſuis brachiis levantibus eam. At proba Iuvencula dùm quaſi à Leonibus capta, de manu Domini raperetur, exclamat dicens: *Adjuva me ſoror chariſſima, nec me Chriſto Domino tolli permittas.* Cum ergo violenti prædones adoleſcentulam renitentem, per devexum montis abſtraherent, veſtes abrumperent, vias crinium laceratione complerent; Clara cum lachrymis in oratione procumbens, petit ſorori mentis conſtantiam tribui, petit vires hominum divinâ potentiâ ſuperari. Confeſtim verò tanto pondere corpus illius in terra jacentis figi videtur, ut illam plures homines, ſuis conatibus adnitentes, nequaquam valeant ultra quemdam rivulum aſportare. Accurrentes etiã aliqui de agris, & vineis, auxilium illis præſtare contendunt; ſed corpus illius de terra levare nullatenus poſſunt: Dumque in ſuo conatu deficiunt, verbo luſorio miraculum extollunt dicentes: *Tota nocte plumbum comedit, & ideò ſi ponderat, non eſt mirum* Nam & Dominus Monaldus patruus ejus, cum in tanta rabie conſtitutus, vellet eam lethaliter pugno percutere, manum, quam levavit, ſubitò dirus dolor invaſit, eumque uſque ad plura tempora doloris anguſtia cruciavit. Ecce autem poſt longum agonem Clara pergens ad locum, rogat propinquos à tali conflictu diſcedere, & Agnetem ſeminecem jacentem ſuæ ſollicitudini commendare. Quibus infecto nogotio, cum amaro animo recedentibus, Agnes jucunda ſurrexit, & jam Cruce Chriſti gaudens, pro quo hac prima pugna certaverat, ſe divinis ſervitiis perpetuò mancipavit. Siquidem & B. Franciſcus manu ſua ipſam totondit, & unà cum ſorore in via Domini erudivit.

16. Dum autem S. Virginis Claræ præclaram jam adeptæ diſcipulam non plenè mens inter illas ſanctimoniales conquieſceret, tandem ad Eccleſiam S. Damiani, ex B. Franciſci conſilio, ſimul cum ſorore migravit: Ibi mentis anchoram quaſi in certo figens, non jam pro loci mutatione ulteriùs fluctuat, non pro arctitudine dubitat, nec pro ſolitudine reformidat. Hæc eſt illa Eccleſia, in cujus reparatione Franciſcus miro deſudaverat ſtudio; cujuſque Sacerdoti pecuniam obtulerat pro opere reparando: Hæc eſt, in qua dum Franciſcus oraret, vox ad eum de ligno Crucis delapſa inſonuit: *Franciſce vade, repara domum meam, quæ ut cernis, tota deſtruitur.* In hujus domunculæ ergaſtulo cœleſtis amore Sponſi Virgo ſe Clara concluſit; in hac ſe à mundi tempeſtate celans, corpus quoad viveret, carceravit. In hujus caverna maceriæ columba deargentata nidificans; Virginum Chriſti Collegium genuit, Monaſterium ſanctum inſtituit, pauperum Dominarum Ordinem inchoavit. Hîc in via pœnitentiæ glebas membrorum terit, hîc ſemina perfectæ juſtitiæ ſeminat, hîc inceſſu proprio ſignat veſtigia ſequuturis. In hoc arcto recluſorio per quadraginta duos annos diſciplinæ flagellis frangit ſui corporis alabaſtrum, ut domus Eccleſiæ repleatur fragrantia unguentorum. Ibid. n. 25.

17. Non priùs introducta Clara in cubiculum Regis æterni, & in cellarium Sponſi cœleſtis, quàm ordinaverit in ea charitatem, & aliæ adoleſcentulæ lætatæ ſint, & exultaverint memores factæ, & participes uberum tantæ in Virginem diffuſæ charitatis. Spargitur enim paulò poſt opinio ſanctitatis ejus per proximas regiones, ut in odorem unguentorum ejus undiquè mulieres currant. Feſtinant Virgines, ejus exemplo Chriſto ſervare quod ſunt: Maritatæ caſtiùs agere ſatagunt, Nobiles, & illuſtres amplis contemptis palatiis arcta, Ibid.n. 26.

ſibi

ſibi Monaſteria conſtruunt, atque pro Chriſto in cinere, & cilicio vivere, magnam gloriam ducunt. Concitatur nihilominùs ad coinquinata certamina juvenum impetus, & ad carnis aſpernanda ludibria, per infirmioris ſexus exempla fortia provocantur. Plures denique matrimonio juncti, mutuo conſenſu continentium ſe lege vincientes, viri ad Ordines, uxores ad Monaſteria tranſeunt. Mater filiam, filia matrem invitat ad Chriſtum; ſoror ſorores allicit, & amita neptes: Omnes æmulo fervore Chriſto ſervire deſiderant, omnes hujus vitæ angelicæ, quæ per Claram inclaruit, fieri participes optant: Innumeræ virgines Claræ rumoribus excitatæ, dum ad Clauſtralem vitam tranſire non prævalent, in parentis domibus ſinè Regula regulariter vivere ſtudent. Tanta hæc ſalutis germina virgo Clara ſuis parturiebat exemplis, ut in ea videretur impleri propheticum illud: *Multi filij deſertæ magis, quàm ejus, quæ habet virum.*] Hæc litteraliter ex Vvadingo.

## CAPVT II.

### *Variæ Regulæ Monialium Clariſſarum.*

18. Vixerunt annis ferè ſeptem in Sacro S. Damiani tuguriolo Clara, & ejus amantiſſimæ in Chriſto Filiæ angelicam potiùs, quàm terrenam vivendi methodum tenentes. Regulā in ſcriptis à S. Patriarcha, qnam inceſſantibus lachrymis methodicam ſupplicabant, numquā obtinere potuerant; quòd ipſe etiam ab Hugolino Cardinali Ordinis Protectore ſæpiſſimè rogatus reſponderit, Monialium curam, præterquam Claræ, & aliarum cum ipſa in S. Damiani templo recluſarum, nollet omninò ſuſcipere. Verbo tenùs, ſcriptiſque notulis ſanctiſſima ſpiritualis vitæ documenta tradens in dies, altiſſimum Ieſu Crucifixi librum antè omnia præ oculis ſemper habendum eſſe conteſtans, firmiſſimam propriæ voluntatis abnegationem, altiſſimam ſine reſervatione ulla paupertatem, præcipua mortificationis exercitia, ferventiſſimæ orationis aſſiduitatem, ſinceram in Chriſto charitatem, cæterarumque virtutum agmen, ſed earum in primis præcipuum fundamentum Sanctam humilitatem, atque obedientiam, continuis exhortationibus commendans, ipſas completiſſima perfectione præparabat, ut nitidiſſimum Virginitatis lilium cœleſtibus virtutum floribus circumvallatum Chriſto Sponſo conſervarent illæſum.

19. Verumtamen ad ampliſſimum Crucis librum Clara duce, atque magiſtra, Uvad. t. 1. ann. 1219. n. 45. quantumvis inceſſanter edoctæ optimæ diſcipulæ, firmam nihilominus, & ſtabilem vitæ methodum, quam publicè profiterentur, quamque multiplicatis jam undequaque ſuarum conſodalium Monoſterijs communicare poſſent, non immeritò ſibi poſtulabant exſcribi. Hugolinus ergo Cardinalis Protector juſtiſſimæ pauperum Dominarum recluſarum (ſic enim ad cæterarum Monialinm differentiam communi vocabulo nuncupabantur) petitioni annuendum cenſens, eo vel maximè, quòd ex decreto Lateranenſis Concilij tunc abſoluti, Religiones omnes prohiberentur, quæ ſub aliqua approbata Regula non militarent; ex altera verò parte, cum Franciſcum ad ægyptiacam profectionem jam paratum, adducere nunquam potuiſſet, ut propriam ſuis in Chriſto filiabus Regulam excriberet, quam Sedi Apoſtolicæ confirmandam præſentaret; collata re cum Pontifice, proprias conſtitutiones anno 1219. & Regulam S. Benedicti, ad implendum præfati Concilij decretum, ipſis præſcripſit, & demùm ad S. Petri Catheram ſub nomine Gregorij IX. evectus confirmavit, ut ex Innocentij IV. & Alexandri IV. litteris Apoſtolicis infra recitandis apparet. Hinc Nicolaus III. in Epiſtola, qnam anno primo ſui Pontificatus ad Aſſiſienſes Clariſſas dedit, earum inſtitutionem ad hunc annnm 1219. poſt Lateranenſe Concilium computare videtur ob exhibitionem Regulæ; nnde annos ſeptem ab ipſarum prima per S. Franciſcum inſtitutione, atque recluſione præteriret. Regulam ergo hanc primam ab Hugolino Cardinali traditam, & demum ab Innoc. IV. Apoſtolico Diplomate confirmatam primo loco hîc exhibeo.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſervus ſervorum Dei.

*Dilectis in Chriſto Filiis univerſis, Abbatiſſis, & Monialibus incluſis, Ordinis Sancti Damiani.*

20. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium deſideriis favorem benevolum impertiri. Eapropter dilectæ in Domino filiæ, veſtris piis precibus inclinati, Ordinis veſtri Regulam, & formam vivendi, à fœl. rec. Greg. Papa prædeceſſore noſtro, tunc Oſtienſi Epiſcopo, vobis authoritate Apoſtolica traditam, annotam præſentibus, vobis eadem authoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, quæ talis eſt.

21. Cum omnis vera Religio, & vitæ inſtitutio approbata certis conſtet regulis, & menſuris, certis etiam conſtet legibus diſciplinæ; quiſquis religioſam ducere vitam cupit, niſi certam, atque rectam converſationis ſuæ regulam, diſciplinamque vivendi obſervare ſtuduerit diligenter, eo ipſo à rectitudine deviat, quo rectitudinis lineas non obſervat, & ibi deficiendi incurrit periculum, ubi per diſcretionis virtutem certum, ac ſtabile proficiendi collocare neglexerit fundamentum. Quapropter Dilectæ in Domino filiæ, quia divinâ vobis gratiâ inſpirante per arduam viam, & arctam, quæ ad vitam ducit incedere, & vitam pauperem ducere, pro æternis lucrandis divitiis elegiſtis. Religionis ipſius Obſervantiam, atque formam vobis duximus breviter deſcribendam, ut ſciat unaquæque veſtrum, quid agere, quidvè etiam debeat evitare; ne fortè de ignorantia aliqua ſe excuſans; prohibita, & inconceſſa perículosè præſumat, vel ſubrepente deſidia deteſtabili, ac tepore, juſſa periculoſiùs negligat, & contemnat. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus formam ipſam, quam vobis dirigimus, plenè in ſequentibus annotatam humiliter, & devotè recipere, & inviolabiliter de cætero ſtudeatis vos, & poſt vos omnes futuræ perpetuis temporibus obſervare. Verùm, ut ad exemplum, & imitationem eorum, qui ſine querela Domino ſervierunt, & ſanctæ converſationis initiũ fœlicis perſeverantiæ exitu fœliciſſimo conſummarunt, vitæ veſtræ Religio in Chriſto conſtructa pariter, & ſundata, in templum Sanctum in Domino creſcere, & ad ſupernæ vocationis prḙmium, Sanctorum ſequendo veſtigia poſſit recto curſu fœliciter pervenire, Regulam Beatiſſimi Benedicti, in qua virtutũ, perfectio, & sũma diſcretio noſcitur inſtituta quæ & à SS. Patribus à principio devotè ſuſcepta eſt, & ab Eccleſia Rom. venerabiliter approbata, vobis tradimus obſervandam in omnibus, quibus eidem vivendi formulæ vobis à Nobis traditæ, ſecundùm quam ſpecialiter vivere decreviſtis, contraria minimè comprobatur.

22. Omnes itaque, quæ ſæculi vanitate relicta pariter, & contempta, Religionem veſtram aſſumere voluerint, & tenere, hanc eas legem vitæ, & diſciplinæ ferventer oportet, & convenit obſervare. Omni namque tempore vitæ ſuæ clauſæ manere debent, & poſtquam clauſtrum hujus Religionis intraverint aliquæ regularem habitum aſſumentes, nulla eis concedatur licentia, vel facultas indè ulterius exeundi, niſi fortè causâ plantandi, vel ædificandi eandem Religionem ad aliquem locum, aliquæ tranſmittantur. Morientes verò, tàm Dominæ, quàm etiam ſervientes, quæ profeſſæ fuerint, intra clauſtrum, prout convenit, tumulentur.

23. Omnibus autem hanc Religionem aſſumere volentibus, & quæ fuerint admittendæ priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, dura eis, & aſpera prædicentur, per quæ itur ad Deum, & quæ ſecundùm hanc Religionem neceſſe habuerint firmiter obſervare, ne de ignorantia poſtea ſe excuſent.

24. Non recipiatur aliqua, quæ vel longiori ætate, vel infirmitatḙ aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujus vitæ obſervantiam minus ſufficiens, & idonea comprobetur. Per tales enim ſtatus, & vigor Religionis ſæpiùs diſſolvitur, & turbatur: Vndè in perſonis recipiendis diligenti ſtudio, & cautelâ hujuſmodi debet occaſio devitari, etiamſi cum aliqua aliquando cauſa rationabili exigente, alicubi fortè fuerit diſpenſandum. Omnes verò ex more intra Clauſtrum receptæ, ſi ætatis convenibilis fuerint, citiùs deponant habitum ſæcularem, & infra

ſtatutos dies profeſſionem faciant in manu Abbatiſſæ: Quod etiam de ſervientibus firmiter obſervetur.

25. De divino verò officio, tàm in die, quàm in nocte Domino perſolvendo hoc obſervetur, ut eæ, quæ pſalmos, & horas legere noverint, officium faciant regulare. Quodſi etiam canere ſciunt, liceat eis horis competentibus canendo officium dicere, & univerſorum Dominum collaudare, cum ſumma tamen gravitate, & modeſtia, cum humilitate, & multa devotione, ut ad ſalutem ædificari valeant audientes: Quæ autem pſalmos neſciunt, orationem Dominicam in ſuis horis ſecundùm morem Summo devotè ſtudeant perſolvere Creatori. Quodſi juvenculæ aliquæ, vel etiam grandiores capaces ingenij, & humiles fuerint, ſi Abbatiſſæ viſum fuerit, faciat eas litteras edoceri, magiſtram eis deputans idoneam, & diſcretam.

26. Silentium verò continuum ſic continuè ab omnibus teneatur, ut nec ſibi invicem, nec alicui alij ſine licentia eis loqui liceat, exceptis iis, quibus magiſterium aliquod, vel opus injunctum fuerit, quod non poſſit congruè cum ſilentio exerceri: His quidem liceat ſimul loqui de iis, quæ ad officium, vel ad opus ſuum pertineant, ubi, quando, & qualiter viſum fuerit Abbatiſſæ. Sanè quando aliqua perſona religioſa, vel ſæcularis, vel cujuſlibet dignitatis loqui petierit alicui Dominarum, nuncietur primitùs Abbatiſſæ, & ſi ipſa conceſſerit, accedens ad loquutorium, duas alias ad minus habeat ſemper ſecum, quibus juſſerit Abbatiſſa, quòd ea, quæ ſibi dicta fuerint, vel ipſa aliis dixerit, audiant univerſa. Hoc nāque firmiter obſervetur ab omnibus ſanis, pariter & infirmis, ut nec inter ſe, nec cum aliquibus aliis minus quàm tres ſimul loquantur, præter illas, ſicut ſupradictum eſt, quæ diverſis officiis, & operibus deputantur, & præter hoc, quando ſcilicet, vel de confeſſione Sacerdoti, vel cum Viſitatore de communi ſtatu, & Regularis Obſervantia diſciplinæ ſecretò fuerit aliqua locutura. Quod tamen, & ipſum nunquam fiat, niſi ad minus duabus non longè ſedentibus, quæ confitentes, vel loquentes benè videant, & ab ipſis pariter videantur. Hanc autem loquendi legem & ipſa Abbatiſſa diligenter cuſtodiat, ut omnis omninò materia detractionis omnibus auferatur, excepto quòd cum Sororibus ſuis de iis quæ ad rem pertinent, horis competentibus loqui poteſt publicè, & privatim, ſicut viſum fuerit expedire.

27. Jejunandi autem hæc obſervantia teneatur, ut omni tempore jejunetur quotidiè, quartâ quidem, & ſextâ feriâ extra quadrageſimam à pulmento, & vino pariter abſtinentes, niſi præcipuum feſtum alicujus Sancti in eis occurrerit celebrandum: In quibus diebus quartâ ſcilicet, & ſextâ feriâ, ſi poma, aut fructus, vel herbæ crudæ adfuerint, reficiendis Sororibus apponantur: In Quadrageſima verò majori quatuor diebus; in quadrageſſima verò S. Martini tribus diebus in hebdomada in pane, & aqua jejunent, & omnibus vigiliis ſolemnibus, ſi de earum fuerit voluntate: hanc autem jejunij, & abſtinentiæ legem adoleſcentulæ, vel anus, & omninò corpore imbecilles, ac debiles obſervare minimè permittantur, ſed ſecundùm earum imbecillitatem, tam in cibariis, quàm jejuniis cum eis miſericorditer diſpenſetur.

28. De infirmis verò cura, & diligentia maxima habeatur, & ſecundùm quod poſſibile fuerit, & decuerit, tam in cibariis, quæ earum requirit infirmitas, quàm in aliis, etiam neceſſariis in fervore charitatis benignè, ac ſollicitè eis per omnia ſerviatur: Quæ infirmæ propriū habeāt locum, ſi uſquam fieri poteſt, ubi à ſanis maneant ſeparatæ; ne illarum ordinem, & quietem cōfundere valeant, vel turbare: Illæ verò, quæ non multùm gravi infirmitate laborant, in ſaccis cum palea jaceant, & habeant ad caput capitale cum pluma: Quæ autem graviter infirmantur in culcitris jaceant, ſi congruè potuerint inveniri; ſed & omnes infirmæ pedulos habeant laneos, & ſi poteſt fieri, ſoleatos, quos cum neceſſe eis fuerit, in pedibus habeant, atque portent.

29. De indumentis autem hoc obſervetur, ut unaquæque duas tunicas habeat, & mantellum præter cilicium, vel ſtamineam, ſi habuerint, ſive ſaccum habeant; Scapularia de levi, & religioſo panno, vel ſtaminea, ſi voluerint, amplitudinis, & longitudinis congruentis, ſicut uniuſcujuſque qualitas exigit, vel menſura, quibus induantur cum laborant,

rant, vel tale aliquid agunt, quòd pallia congruè geſtare non poſſunt. Si tamen illa ſimul habere voluerint cum matellis, vel etiam jacere cum ipſis, minimè prohibentur; poſſunt & ſine ipſis eſſe aliquando, ſi viſum fuerit Abbatiſſæ, quòd propter calorem nimium, vel aliquid aliud eis grave multum fuerit ad portandum. Quodſi præceptum hoc, de ſcapularibus ſcilicet deferendis, tam grave fortaſsè viſum fuerit aliquibus, vel moleſtum, quatenùs ad illud ſuſcipiendum, nec inclinari valeant, nec induci, patienter cum eis ſuper hoc diſpenſetur; quę verò ſuſcipiũt, multũ honeſtiùs agũt, & multò plus Nobis placent, & Deo multò magis ex hoc illas credimus cõplacere.

30. Super tabulas ligneas jaceant, ſtoreâ, vel panno laneo ſuperſtrato, cum aliquantulo fœni, vel paleæ, ſi voluerint, & viſum fuerit Abbatiſſæ, vel hujuſmodi aliquo alio, quod earum Religionem deceat, & pro loco potuerit inveniri, habẽtes ad caput cervicalia plena palea, ſive fœno. Habeant etiam coopertoria lanea, ſivè cultras, ſi laneas habere nequieverint cõgruenter; Capillos ſuos tondeant in rotundum, nec aliqua de cætero tonſuretur, niſi evidẽti infirmitate corporis exigẽte.

31. De ingreſſu perſonarum in Monaſterium firmiter, & diſtrictè præcipimus, ut nulla unquam Abbatiſſa, vel ejus ſorores aliquam perſonam religioſã, ſeu ſæcularem, aut cujuſlibet dignitatis in monaſteria intrare permittant, nec omninò alicui liceat, niſi cui, & quibus conceſſum à Summo Pontifice fuerit, vel à Nobis, ſeu poſt Nos, ab illo, cui ſicut & Nobis ſollicitudinem, & curam ſpecialem gerendam de vobis ſpicialiter D. Papa duxerit injungendam: Nam hoc à vobis ſollicitè procuretur, ut cum Cardinalis, vel Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ, qui vobis ſpecialiter fuerit deputatus, ex hac vita migraverit; alium ſemper â D. Papa de ipſis ſuis Fratribus poſtulẽtis, ad quem cum habueritis neceſſe, per Viſitatorem, vel Nuncium proprium ſpecialiter recurrere debeatis. Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege illi, quos pro aliquo opère neceſſario exercẽdo neceſſitas exegerit introire. Sed & ſi quis de Cardinalib⁹ ad aliquod Monaſteriũ hujus Religionis aliquando venerit, & in illud voluerit ingredi, cum reverẽtia quidem, & devotione ſuſcipiatur, ſed rogetur, ut cum uno, vel duobus honeſtioribus quidem ſociis debeat introire: alius autem Prælatus, cui aliquando fortè intrare licuerit, uno tantùm religioſo, atque honeſto ſocio ſit contentus. Quodſi fortè pro benedictione Abbatiſſæ, vel pro aliqua Sorore conſecranda in monialem, vel alio etiam modo conceſſum alicui Epiſcopo fuerit, Miſſam interiùs aliquando celebrare, quàm paucioribus, & honeſtioribus potuerit contentus ſit ſociis, & Miniſtris, & hoc quoqne ipſum rariùs alicui concedatur: Nulla tamen omnino loquatur cum aliquo, niſi prætacto modo, ſive infirma fuerit, ſive ſana. Illud ſanè præcipuè caveatur, ut ij, quibus aliquando fuerit concedendum in Monaſterium ingredi, tales ſint, de quorum verbis, & moribus necnon vita, & habitu ædificari valeant intuentes, ut materia juſti ſcandali exindè nequeat generari.

32. Vbi proprius fuerit Capellanus, habitu, & vita religioſus ſit, ac bonæ famæ, nec multum juvenis, ſed idoneæ ſit ætatis, qui Capellanus cum aliqua ſororum gravi corporis infirmitate detenta viſa fuerit ad extrema tendere, & neceſſe habuerit confiteri, vel Dominici Corporis accipere Sacramenta, albâ, ſtolâ, & manipulo ingrediatur indutus, & audita confeſſione, vel Dominici Corporis tradito Sacramento, ſic indutus, ut ingreſſus eſt, exeat, nec moram ibi faciat longiorem: ſic ſe etiam habeat in animæ commendatione. Porrò ad exequias circa ſepulturam agendas, non ingrediatur clauſtrum, ſed exteriùs in Capella, quæ ad illud officium pertinent, exequatur; tamen ſi Abbatiſſæ viſum fuerit, quòd ad exequias debeat introire, modo ſupradicto indutus intret, & ſepultâ mortuâ exeat ſinè mora: ſi autem neceſſe fuerit, ut ad faciendam, vel aperiedam ſepulturam, ſen certè poſtmodùm coaptandam ingrediatur, ſit ei, vel alicui alii ad hoc idoneo, & honeſto licitũ introire. De reliquo verò Monaſterium ingredi non præſumat, ſed cum aliqua ſibi de confeſſione loqui voluerit, per locutorium eam audiat, & per illud eidem ipſe loquatur.

33. Per cratem autem ferream, per quam communionem accipiunt, vel officium audiunt, nemo loquatur, niſi fortè aliquando cauſa rationabili, vel neceſſaria exigente, alicui fuerit concedendum, quod

quod tamen rariſſimè fiat; quibus cratibus ferreis apponatur pannus interiùs, ita ut nulla inde valeat exteriùs in capella aliquid intueri. Habeant & oſtia lignea cum ſeris ferreis, & clave, ut maneant ſemper clauſæ, & non aperiantur, niſi pro cauſis ſuperiùs memoratis, & ad audiendum aliquando verbum Dei, proponendum ſibi in capella per idoneam perſonam fide, fama, & ſcientia approbandam: Quæ verò proprium non habuerint Capellanum, à quolibet bonæ famæ, & honeſtæ vitæ Presbytero Miſſam audire poſſunt; pœnitentiam autem, atque Dominici Corporis Sacramenta tantùm à viro diſcreto habitu, & vita religioſo, & ætate idoneo ſuſcipere ſtudeant, & procurent, niſi fortè in periculoſo neceſſitatis articulo fuerit aliqua conſtituta.

34. De Viſitatore hujus Religionis illud eſt ſolicitè providendum, ut quicumque, vel Generalis, vel etiam alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus fuerit Viſitator, talis debeat conſtitui, de cujus religioſa vita, & moribus, atque fide notitia plena, & ſecuritas habeatur; qui cum ad miniſterium aliquod veniens fuerit introgreſſus, ſic ſe per omnia exhibeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, & ad Dei amorem, & inter ſe mutuam charitatem ſemper inflammet, pariter & accendat. Sanè de earum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis ab omnibus generaliter, & ſpecialiter à ſingulis inquirat ſtudioſiùs veritatem, & ubi aliquid reformandum, vel corrigendum invenerit, zelo charitatis, & amore juſtitiæ cum diſcretione corrigat, & reformet, tàm in capite, quàm in membris, ſicut meliùs viderit expedire; modum autem loquendi cuſtodiat ſupraſcriptum, ut videlicet aut cum omnibus, aut cum pluribus ſimul loquatur, vel ſecretè cum una, aliis tamen ad minus duabus in aſpectu ejus non longè ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conſervetur: Quodſi aliquid tale ſibi occurrerit, quod congruè per ſe nequeat emendare, ad Superiorem referat, ut ejus conſilio, & præcepto, ſicut expedit, corrigatur. Caveat autem Abbatiſſa, ne à ſe, vel ab aliis dominabus ſtatus ſui Monaſterij in obſervantia Religionis, & unitate mutuæ charitatis Viſitatori aliquatenus abſcondatur, quia malum eſſet indicium, & offenſa graviter punienda: immò volumus, & mandamus, ut ei, quæ ſecundùm ſuæ vitæ formam ſtatuenda, vel emendanda fuerint, publicè, & privatim, ſicut meliùs fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant, & proponant: quæ autem aliter fecerint, à Viſitatore tàm Abbatiſſa, quàm aliæ dignè, prout convenit, puniantur. Similiter & Capellanus, ſi in aliquo reprehenſibilis fuerit, in quo convenienter non poſſit, nec debeat ſupportari, monitione præmiſſa à Viſitatore modeſtè, ac rationabiliter, ſicut decuerit, corrigatur; Si verò noluerit, vel contempſerit emendari, pro Capellano minimè habeatur.

35. Ad oſtium ſanè Monaſterij cuſtodiendum aliqua talis ex ſororibus deputetur, quæ omninò Deum timeat, ac matura moribus ſit diligens, & diſcreta, ſitque convenientis ætatis, quæ ipſius oſtij clavem ſic diligenter cuſtodiat, & conſervet, ut nunquam ſine ea, vel ipſâ neſciâ oſtium aliquando valeat aperiri. Sit & alia æquè idonea ei ſocia deputata, quæ ejus vicem in omnibus exequatur, cum ipſa aliqua rationabili cauſa, vel occupatione neceſſaria occupata fuerit, & detenta. Caveant autem, & procurent ſtudioſiſſimè, ne unquam oſtium ſtet apertum, niſi tantùm, quantùm minus fieri poterit congruenter. Sit autem oſtium ſeris ferreis cum valvis, & vectibus optimè communitum, & omninò ſine cuſtodia minimè dimittatur, nec etiam ad momentum, niſi clave ſit firmiter obſeratum, nec omni pulſanti aperiatur ſtatim, niſi priùs indubitanter cognoverit, quòd talis ſit, cui ſine dubitatione aliqua ſecundùm mandatum, quod in eadem forma de ingreſſuris ſuperiùs continetur, debeat aperiri. Quòdſi aliquando intra Monaſterium opus aliquod fiat, Abbatiſſa ſolicitè curet, ut tunc, dum opus ſcilicet exercetur, aliqua alia perſona conveniens ad cuſtodiendum oſtium ſtatuatur, quæ ſic perſonis ad opus deputatis aperiat, quòd alias penitus intrare non permittat: Nam Dominæ ipſæ & tunc, & ſemper quantumcumque rationabliter prævalent, ſtudioſiſſimè caveant, ne à ſæcularibus, vel perſonis extraneis videantur.

36. Hanc igitur vivendi formam breviter ſupraſcriptam uniformiter ubique ab

ab omnibus volumus, & mandamus diligentiùs obſervari, quatenus per locorum diſtantiam ſeparatas vitæ identitas, & conformitas morum Charitatis vinculo uniat,& conjungat. Quodſi Rom. Eccleſiæ diſcretio providendi pro loci qualitate, vel perſonarum cura aliqua in aliquo neceſſario duxerit diſpenſandum, aliæ, quæ ſimili diſpenſatione non indigent, ſuum firmiter propoſitum cuſtodiant, & obſervent. Nulli ergo &c. Dat. Lugduni Ibid. Novembris Pontif. noſtri anno tertio.

37. Acceptaverant,quam dedit Hugolinus Claræ amantiſſimæ filiæ, excepto Aſſiſienſi Monaſterio, ut infra dicetur, Regularis vitæ methodum, & ſub Benedictina Regula ſpeciales conſtitutiones: verùm quòd illam à Seraphico Patre accipere non poſſent, nullus erat lachrymarum finis. Tandem anno 1224. è Grecio ſub menſe februarij redierat Franciſcus Aſſiſium, ubi quotidiè rogabatur à Virginibus Damianitis, ut adinſtar Fratrum Minorum firmam vivendi normam acciperent, eiſque præter illa, quæ verbo tradidit, alia adderet ſcripto, Regulamque præſcriberet, per quam abſente, vel è vivis diſcedente tanto Magiſtro, quæ præſentes erant,& quæ ſequerentur, poſſent gubernari: Ille re priùs collata cum Cardinali Hugolino (qui virginum fervorem majores ſubminiſtraſſe ad ardua conatus perſpexit, nec eas contentas eſſe Regulâ Benedictinâ, neque propria Hugolini inſtiſtitutione, quam libentiùs aliæ præter illas Aſſiſiates virgines admittebant) propriam eis condidit Regulam. Vterque tàm Cardinalis, quàm Franciſcus incumbebat operi, & leges obſervandas ſimul ferebant, aptantes minoriticas fœmineę fragilitati. Licèt has ipſa Clara optarit, & petierit, tamen Cardinalis dum eas ſimul cum S. Franciſco ſcriberet, non poterat ſe cohibere à lachrymis, conſiderans virginum fervorem muliebri infirmitati ſuperiorem. Dum hærebat in verbo aliquo, vel periodo Franciſcus, Hugolinus ſuam operam interponebat, & circa quædam mitiganda, vel cautiùs præcipienda, ſuum dabat conſilium, qui etiam ex inſtitutione, quam ſuperiùs diximus aliis monialibus præſcripſiſſe, quędam huic Regulæ inſeruit. Pietatem,& lachrymas Cardinalis, dum hanc Regulam conſcriberet, referunt Philippus à Peruſio in illa, quam ſuperiùs excripſimus, epiſtola ad Gondiſalvum Miniſtrum, & Marianus, & Bernardus de Beſſa. Regulam ipſam lectori hîc ſubminiſtramus.

Vuad. t. 1. 1224. n. 1.

Cap. I. *Regula, & Vita Sororum Pauperum. In Nomine Domini, Amen.*

38. Incipit Regula, & forma vitæ Ordinis Sororum pauperum, quæ quidem eſt ſanctum Evangelium D. N. I. C. obſervare, vivendo in obedientia, ſinè proprio, & in caſtitate. Clara indigna ancilla Chriſti promittit obedientiam, & reverentiam D. P. P. Honorio, ac ſucceſſoribus ejus canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ. Et ſicut in principio converſionis ſuæ unà cùm ſororibus ſuis promiſit obedientiam F. Franciſco, ita eandem promittit inviolabiliter obſervare ſucceſſoribus ſuis. Et aliæ ſorores teneantur ſemper ſucceſſoribus F. Franciſci, & ſorori Claræ, & aliis Abbatiſſis canonicè electis eis ſuccedentibus obedire.

Cap. II. *Qualiter recipi debeant*

39. Si qua divina inſpiratione venerit ad ſorores, volens vitam iſtam accipere, Abatiſſa ſororum omnium conſenſum requirere teneatur,& ſi major pars conſenſerit, habitâ licentiâ D. Cardinalis Protectoris poſſit eam recipere. Et ſi recipiendam viderint, diligenter examinent eam, vel examinari faciant de fide catholica,& Eccleſiaſticis Sacramentis. Et ſi hæc omnia credat; & velit ea fideliter confiteri, & uſque in finem firmiter obſervare, & virum non habeat, vel ſi habet, etiam Religionem intraverit authoritate Diœces. Epiſcopi, voto continentiæ jam emiſſo, ætate etiam longæva, vel infirmitate aliqua, ſeù fatuitate ab hujuſmodi Obſervantia non impediente, diligenter exponat ei tenorem hujuſmodi vitæ. Et ſi idonea fuerit, dicatur ei verbum S. Evangelij, quòd vadat, & vendat omnia ſua, & ea ſtudeat pauperibus erogare. Quod ſi facere non potuerit, ſufficit ei bona voluntas. Et caveant Abbatiſſa, & ejus ſorores, ne ſolicitæ ſint de rebus ſuis temporalibus, ut liberè faciat de rebus ſuis quidquid Dominus inſpiraverit ei. Si tamen conſilium requiratur, mittant



cam

eam ad aliquos Diſcretos; & Deum timentes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Poſtea capillis tonſis in rotundum, & depoſito habitu ſæculari concedant ei tres tunicas, & Mantellum. Deinceps extra Monaſterium, ſinè utili, manifeſta, & probabili cauſa, eidem exire non liceat. Finito verò anno probationis, recipiatur ad obedientiam, promittens vitam, & formam hujus paupertatis in perpetuum obſervare. Nulla infra tempus probationis veletur: Mantella etiam poſſint ſorores habere pro alleviatione, & honeſtate ſervitij, & laboris. Abbatiſſa verò de veſtimentis diſcretè eis provideat ſecundùm qualitatem perſonarum, & loca, & tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderit expedire. Iuvenculæ in Monaſterium receptæ infra tempus ætatis legitimæ tondeantur in rotundum, & depoſito habitu ſæculari induantur panno religioſo, ſicut viſum fuerit Abbatiſſæ. Cum verò ad ætatem legitimam pervenerint, indutæ juxta formam aliarum faciant profeſſionem; & tam ipſis, quàm aliis novitiis Abbatiſſa ſolicitè Magiſtram provideat de diſcretioribus totius Monaſterij, quæ in ſancta converſatione, & honeſtis moribus juxta formam profeſſionis Sororum, eas diligenter informet. In examinatione, & receptione ſororum ſervientium extra Monaſterium ſervetur forma prædicta, quæ poſſunt portare calceamenta. Nulla cum ſororibus reſidentiam faciat in Monaſterio, niſi recepta fuerit ſecundùm formam hujus profeſſionis. Et amore Sanctiſſimi Pueri Ieſu pauperculis pannis involuti, in præſepio reclinati, & Sanctiſſimæ Matris ejus, moneo, deprecor, & exhortor Sorores meas, ut veſtimentis vilibus ſemper induantur.

### Cap. III. *De Divino officio, & jejunio & quoties communicent.*

40. Sorores litteratæ faciant divinum Officium ſecundùm conſuetudinem Fratrum Minorum, ex quo potuerint habere breviaria, legendo ſine cantu, & quæ occaſione rationabili non poſſint aliquando legendo dicere horas ſuas, liceat eis, ſicut aliæ ſorores recitant, dicere Pater noſter. Quæ verò litteras neſciunt, dicant viginti quatuor Pater noſter pro matutino, pro laudibus quinque; pro prima, tertia, ſexta, nona, pro qualibet iſtarum ſeptem; pro veſperis autem duodecim; pro completorio ſeptem. Pro defunctis dicant etiam in veſperis ſeptem Pater noſter, & Requiem æternam, pro Matutino duodecim, ſorores litteratæ teneantur dicere Officium defunctorum. Quando verò aliqua ex ſororibus migraverit, dicant quinquaginta Pater noſter. Omni tempore ſorores jejunent. In Nativitate Domini, quacumque die venerit, bis refici poſſint. Cum adoleſcentibus, debilibus, & ſervientibus extra Monaſterium, ſicut videbitur Abbatiſſæ, poſſit miſericorditer diſpenſare. Tempore verò manifeſtæ neceſſitatis non teneantur ſorores jejunio corporali. Duodecim vicibus ad minus de Abbatiſſæ licentia confiteantur in anno, & cavere debent, ne alia verba tunc inſerant, niſi quæ ad confeſſionem, & ſalutem pertinent animarum. Sex vicibus communicent, videlicet in Nativitate Domini, in Pentecoſte, in Aſſumptione B. Virginis, & in feſto Omnium Sanctorum. Pro communicandis infirmis ſororibus, Capellanis intus liceat introire.

### Cap. IV. *De Electione Abbatiſſæ.*

41. In electione Abbatiſſæ teneantur formam canonicam obſervare. Procurent ipſæ habere Generalem Miniſtrum, vel Provincialem Ordinis Fratrum Minorum, qui verbo Dei eas informet ad omnimodam concordiam, communem utilitatem in electione facienda, & nulla eligatur, niſi profeſſa, & ſi non profeſſa eligeretur, vel aliter daretur, ei non obediant, niſi primò profiteatur formam hujus paupertatis. Qua decedente, electio alterius fiat Abbatiſſæ. Et ſi aliquo tempore appareret univerſitati Sororum, prædictam non eſſe ſufficientem ad ſervitium, & communem utilitatem ipſarum, teneantur prædictæ Sorores juxta formam prædictam, quàm citiùs poterunt aliam ſibi Abbatiſſam, & Matrem eligere. Electa verò cogitet, quale onus in ſe ſuſceperit, & cui redditura eſt rationem de grege ſibi commiſſo. Studeat etiam aliis magis præeſſe virtutibus, & ſanctis moribus, quàm ex Officio, ut ejus exemplo provocatæ Sorores potiùs ex amore obediant, quàm timore. De privatis amoribus caveat, ne dum in

in parte plus diligit, in toto ſcandalum generet. Conſoletur afflictas; ſit etiam ultimum refugium tribulatis, ne, ſi apud eam defuerint remedia ſanitatum, deſperationis morbus prævaleat infirmis. Communitatem ſervet in omnibus, præcipuè autem in Eccleſia, Dormitorio, Refectorio, Infirmaria, & veſtimentis. Quod ſimili modo ſervare ejus Vicaria teneatur. Semel in hebdomada ad minus Abbatiſſa Sorores ſuas teneatur ad Capitulum convocare; ubi tàm ipſa, quàm Sorores de omnibus, & publicis offenſis, & negligentiis debeant humiliter confiteri. Et quæ tractanda ſunt pro utilitate, & honeſtate Monaſterij, ibidem conferat cum omnibus Sororibus; ſępè enim Dominus, quod melius eſt minori revelat. Nullum debitum grave fiat, niſi de communi conſenſu Sororum, & manifeſta neceſſitate, & hoc per Procuratorem. Caveat autem Abbatiſſa cum Sororibus ſuis, ne depoſitum aliquod recipiat in Monaſterio, ſępè enim de his turbationes, & ſcandala oriuntur. Ad conſervandam autem unitatem mutuæ dilectionis, & pacis, de communi conſenſu omnium Sororum omnes Officiales Monaſterij eligantur. Et eodem modo octo ad minus Sorores de diſcretioribus eligantur, quarum in his, quæ forma vitæ Sororum requirit, Abbatiſſa ſemper uti conſilio teneatur. Poſſint etiam Sorores, & debeant, ſi eis utile, & expediens videatur, officiales, & Diſcretas aliquando removere, & alias loco ipſarum eligere.

Cap. V. *De ſilentio, & modo loquendi ad locutorium, & ad Cratem.*

42. Ab hora completorij uſque ad tertiam Sorores ſilentium teneant, exceptis ſervientibus extra Monaſterium. Sileant etiam continuè in Eccleſia, Dormitorio, & in Refectorio tantùm dum comedunt, præterquam in infirmaria, in qua pro recreatione, & ſervitio infirmarum loqui diſcretè ſemper Sororibus liceat. Poſſint etiam ſemper, & ubique breviter ſubmiſſa voce, quod neceſſe fuerit inſinuare. Non liceat Sororibus loqui ad locutorium, vel ad cratem ſine licentia Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ. Et licentiatæ ad locutorium loqui non audeant, niſi præſentibus ad minus tribus, per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam aſſignatis, de illis Diſcretis, quæ ſunt electæ ab omnibus Sororibus pro conſilio Abbatiſſæ. Hanc formam loquendi teneantur pro poſſe, Abbatiſſa, & ejus Vacaria obſervare; & hoc de crate rariſſimè; ad portam verò nullatenus fiat. Ad Cratem verò pannus interior apponatur, qui non removeatur, niſi cum proponitur verbum Dei, vel aliqua alicui loqueretur. Habeant etiam oſtium ligneum diverſis, vel duabus ſeris ferreis valvis, & vectibus optimè cõjunctum, ut nocte maximè duabus clavibus obſeretur, quarum unam habeat Abbatiſſa, aliam verò Sacriſta. Et maneat ſemper obſeratum, niſi cum auditur divinum officium, & pro cauſis ſuperiùs rememoratis. Nulla ante ſolis ortum, vel poſt ſolis occaſum loqui ad Cratem ullatenus debeat. Ad locutorium verò ſemper pannus, qui non removeatur, interiùs maneat. In Quadrageſſima S. Martini, & Quadrageſſima majori, nulla loquatur ad locutorium, niſi Sacerdoti cauſâ confeſſionis, vel alterius manifeſtæ neceſſitatis, quod reſervetur prudentiæ Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ.

Cap. VI. *Qualiter Sorores non recipiant poſſeſſionem aliquam, vel proprietatem per ſe, vel per interpoſitam perſonam.*

43. Abbatiſſa cum omnibus Sororibus ſolicitæ ſint ſanctam paupertatem, quam Domino Deo promiſerunt, cuſtodire, & eandem teneantur Abbatiſſæ futuræ, & Sorores omnes uſque in finem inviolabiliter obſervare, videlicet in non recipiendo, ſeu habendo poſſeſſionem, vel proprietatem per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ſeu etiam aliquid, quod rationabiliter proprietas dici poteſt, niſi quantum terræ pro honeſtate, & renovatione Monaſterij neceſſitas requirit. Et illa terra non laboretur, niſi pro horto ad neceſſitatem ipſarum.

Cap. VII. *De modo laborandi.*

44. Sorores, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, poſt horam tertiam, laborent de laboritio, quod pertinet ad honeſtatem, & communem utilitatem, fideliter, & devotè; ita quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temparalia deſervire. Et id quod manibus ſuis operantur,

rantur, aſſignare in Capitulo Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ coram omnibus teneantur. Idem fiat de eleemoſyna aliqua miſſa pro Sororum neceſſitatibus ab aliquibus, ut in communi pro eiſdem recommendatio fiat, & hæc omnia pro communi utilitate diſtribuantur per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam de conſilio Diſcretarum.

Cap. VIII. *Qualiter Sorores nihil ſibi approprient, & de infirmis Sororibus.*

45. Sorores nihil approprient ſibi, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tamquam peregrinæ, & advenæ in hoc ſæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, mittant pro eleemoſyna confidenter, nec oportet eas verecundari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hęc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimas Sorores meas hæredes, & Reginas regni Cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimavit. Hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viventium. Cui dilectiſſimæ Sorores totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine D. N. I. Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. Non liceat alicui Sorori litteras mittere, vel aliquid recipere, aut extra Monaſterium dare ſinè licentia Abbatiſſæ. Nec quidquam liceat habere, quod Abbatiſſa non dederit, aut permiſerit. Et ſi à parentibus ſuis, vel ab aliis aliquid mitteretur, Abbatiſſa faciat illi dari; ipſa autem, ſi indigeat, uti poſſit; ſin autem Sorori indigenti charitativè communicet. Si verò aliqua pecunia tranſmiſſa fuerit, Abbatiſſa de conſilio Diſcretarum in illis, quorum indigeat, illi faciat provideri.

46. De infirmis Sororibus, tàm in in conſiliis, quàm in cibariis, & aliis neceſſariis, quæ earum requirit infirmitas, teneatur firmiter Abbatiſſa ſolicitè per ſe, vel per alias requirere, & juxta poſſibilitatem loci charitativè, & miſericorditer providere: Quia omnes tenentur providere, & ſervire Sororibus ſuis infirmis, ſicut vellent ſibi deſerviri, ſi ab aliqua infirmitate tenerentur. Et ſecurè manifeſtet una alteri neceſſitatem ſuam; Quia ſi vera mater diligit, & nutrit filium ſuum carnalem, quantò diligentiùs debet quælibet Soror diligere & nutrire Sororem ſuam ſpiritualem? Quæ infirmæ ſunt in ſaccis, & paleis jaceant, & habeant ad caput capitalia cum pluma. Et quæ indigent pediolis laneis, & culcitris, uti poſſint. Infirmæ verò prædictæ, cum ab introeuntibus Monaſterium viſitantur, poſſint ſingulæ aliqua bona verba ſibi loquentibus breviter reſpondere. Aliæ verò Sorores licentiatæ Monaſterium intrantibus loqui non valeant, niſi præſentibus, & audientibus duabus Diſcretis Sororibus per Abbatiſſam, & ejus Vicariam aſſignatis. Hanc formam loquendi teneantur per ſe Abbatiſſa, & ejus Vicaria obſervare.

Cap. IX. *De pœnitentia Sororibus imponenda.*

47. Si qua Sororum contra formam profeſſionis noſtræ mortaliter inimico inſtigante peccaverit, per Abbatiſſam, vel alias Sorores bis, aut ter admonita, ſi non ſe emendaverit, quot diebus contumax fuerit, in terra panem, & aquam coram Sororibus omnibus in Refectorio comedat, & graviori pœnæ ſubjaceat, ſi viſum fuerit Abbatiſſæ. Interim, dum contumax fuerit, oretur, ut Dominus ad pœnitentiam cor illius illuminet. Abbatiſſa verò, & ejus Sorores cavere debent, ne iraſcantur propter peccatum alicujus; quia ira, & conturbatio in ſe, & in aliis impediunt charitatem. Si contigerit, quod abſit, inter Sororem, & Sororem verbo, vel ſigno occaſionem turbationis, vel ſcandali aliquando ſuboriri; quæ turbationis cauſam dederit, ſtatim antequam offerat munus orationis ſuæ coram Deo, non ſolùm humiliter proſternat ſe ad pedes alterius veniam petens, verum etiam ſuppliciter roget, ut pro ſe intercedat ad Dominum, quòd ſibi indulgeat. Illa verò memor illius verbi Domini, Niſi ex corde dimiſeritis, nec Pater cœleſtis dimittet vobis, liberaliter Sorori ſuæ omnem injuriam ſibi illatam dimittat. Sorores ſervientes extra Monaſterium longam moram non faciant, niſi cauſa manifeſtæ neceſſitatis requirat. Et honeſtè debeant ambulare, & parum loqui, ut ædificari valeant ſemper intuentes. Et firmiter caveant, ne habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia aliquorum, nec fiant commatres virorum, ac mulierum, ne hac occaſione murmuratio, vel turbatio

Ex Matth. 5. 24.

Ex Matth. 6. 15.

batio oriatur. Nec præſumant rumores de ſæculo referre in Monaſterio: & firmiter de his, quæ intus dicuntur, vel aguntur, extra Monaſterium aliquid non referre, quod poſſit aliquod ſcandalum generare; & ſi aliqua ſimpliciter in his duobus offenderit, ſit in providentia Abbatiſſæ misericorditer ſibi pœnitentiam injungere. Si autem ex conſuetudine vitioſa haberetur, juxta qualitatem culpæ Abbatiſſa de conſilio Diſcretarum illi pœnitentiam injungat.

Cap. X. *De viſitatione Sororum ab Abbatiſſa.*

48. Abbatiſſa moneat, & viſitet Sorores ſuas, & humiliter, & charitativè corrigat eas, non præcipiẽs eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & hujus profeſſionis formam. Sorores verò ſubjectæ recordentur, quòd propter Deum abnegaverunt proprias voluntates: unde firmiter ſuis Abbatiſſis obedire teneantur in omnibus, quæ obſervare promiſerunt, & non ſunt animæ contraria, & ſuæ profeſſioni. Abbatiſſæ verò tantam familiaritatem habeant circa ipſas, ut dicere poſſint eis, & facere ſicut Dominæ ancillis ſuis: Nam ita debet eſſe, quòd Abbatiſſa ſit omnium Sororum ancilla. Moneo verò, & exhortor in D. I. Chriſto, ut caveant Sorores ab omni ſuperbia, vanagloria, invidia, avaritia, cura, & ſolicitudine hujus ſæculi, detractione, & murmuratione, diſſentione, & diviſione. Sint verò ſolicitæ ſemper ad invicem ſervare mutuæ dilectionis unitatem, quæ eſt vinculum perfectionis. Et neſcientes litteras non curent litteras diſcere, ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini, & ſanctam ejus operationem, orare ſemper ad Deum puro corde, & habere humilitem, & patientiam in tribulatione, & infirmitate, & diligere eos qui nos repræhendunt, & arguunt, quia dicit Dominus: Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui autem perſeveravit uſque in finem, hic ſalnus erit.

Ad Coloſ. 3.14. Math. 5. 10. Ibid. 10. 22.

Cap. XI. *De Oſtiaria.*

49. Oſtiaria ſit matura moribus, & diſcreta, ſitque convenientis ætatis, quæ ibidem in cella aperta ſine Oſtio in die reſideat. Sit ei & aliqua ſocia idonea aſſignata, quæ cum neceſſe fuerit, vicem ejus in omnibus exequatur. Sit autem Oſtium duabus ſeris, & diverſis ferreis valvis, & vectibus optimè conjunctum, & in nocte maximè duabus clavibus obſeretur, quarum unam habeat portaria, aliamque Abbatiſſa. In die ſinè cuſtodia minimè dimittatur, & una clave firmiter obſeretur. Caveant autem ſtudioſiſſimè, & procurent, ne umquam Oſtium ſit apertum, ubi minùs fieri poterit congruenter. Nec omninò aperiatur alicui intrare volenti, niſi conceſſum fuerit à Summo Pontifice, vel à D. Cardinali. Nec ante ſolis ortum Monaſterium ingredi liceat, nec poſt ſolis occaſum Sorores intùs aliquem remanere permittant, niſi exigente manifeſta, rationabili, & inevitabili cauſa. Si pro benedictione Abbatiſſæ, vel pro aliqua in Monialem conſecranda, vel alio etiã modo conceſſum fuerit Epiſcopo alicui miſſam interiùs celebrare, quàm paucioribus, & honeſtioribus poterit, ſit cõtentus ſociis, & Miniſtris. Cum autem intra Monaſterium ad opus faciendum neceſſe fuerit aliquos introire, ſtatuat tunc Abbatiſſa ſolicitè perſonam convenientem ad portam, quatenùs illis, & non aliis ad opus deputatis aperiat. Caveant ſtudioſè omnes Sorores, ne tunc ab ingredientibus videantur.

Cap. XII. *De Viſitatore.*

50. Viſitator Sororum ſemper ſit dę Ordine Fratrum Minorum ſecundùm voluntatem, & mandatum D. Cardinalis; & ſit talis, de cujus honeſtate, & moribus plena notitia habeatur; cujus officium erit tàm in Capite, quàm in membris corrigere exceſſus commiſſos contra formam profeſſionis. Qui ſtans in publico loco, ut videri ab aliis poſſit, cum pluribus, & ſingulis loqui valeat, quæ ad officium viſitationis pertinent, ſecundùm quòd meliùs viderint expedire. Cappellanum etiam cum uno ſocio Clerico bonæ famæ, diſcretionis providæ, duos Fratres laicos ſanctę converſationis, & honeſtatis amatores in ſubſidium paupertatis, ſicut hactenus ab Ordine Minorum miſericorditer habuerunt, ab eodem Ordine poſtulent. Nec liceat Cappellano ſine ſocio Monaſterium ingredi, & intrantes in loco ſint publico, ut ſe poſſint alterutrum, & ab aliis intueri.

51. Pro

51. Pro confeſſione infirmarum, quæ ad locutorium ire non poſſunt, pro communicandis eiſdem, pro extrema unctione, & pro animæ recommendatione liceat eiſdem introire: Pro exequiis verò, & miſſarum ſolemniis defunctarum, vel ad fodiendam, vel aperiendam ſepulturam, ſeu etiam coaptandam, poſſint ſufficientes idoneæ perſonæ ex Abbatiſſæ providentia introire. Ad hæc Sorores teneantur ſemper habere illum de S. R. E. Cardinalibus pro Gubernatore Protectore, & Correctore, qui fuerit à D. Papa Fratribus Minoribus deputatus, ut ſemper ſubditæ, & ſubjectæ pedibus ejuſdem S. Eccleſiæ ſtabiles in fide catholica, paupertatem, & humilitatem D. N. I. C. & ejus Sanctiſſimæ Matris in perpetuum obſervemus.

52. Inexplicabili ſpiritus lætitiâ Seraphicam Evangelicæ paupertatis Regulam, quam ſuper aurum, & topazion ſemper concupiverat, à Seraphico Patre recepit Clara Virgo paupertatis amãtiſſima, eamq; in ſuo S. Damiani Collegio, atq; in aliis, quæ ad ipſam obligare ſe voluerunt, indiſpenſabili rigore obſervari præcepit. Cenſus ideò, poſſeſſiones, & annuos proventus à Greg. IX. ſumma liberalitate oblatos recuſavit, atque paupertatis Evangelicæ privilegiũ ab Innoc. donec impetraverit, continuis lachrymis expoſtulavit. Nec tamẽ omni ex parte contenta, Apoſtolico Diplomate Regulam ipſam confirmari tota anxietate cupiebat. Dum ergo anno 1252. Pontifex è Lugduno reverſus, Peruſij moram traheret, audivit Raynaldus Cardinalis Oſtienſis increviſſe jam ab anno ſacræ Virginis Claræ infirmitatem; quare Aſſiſium properavit, ut inviſeret Spõſam Chriſti, cujus erat officio Pater, curâ nutritius, affectu puriſſimo ſemper devotus amicus. Miniſtravit languenti SS. Chriſti Corpus, & reliquas Sorores pavit ſalutaris exhortatione ſermonis. Commendavit illa Protectori optimo univerſam ſui inſtituti Familiam, rogavitq; ut traditam ſibi Regulam à S. Franciſco, quę terrenas quaſque interdicebat poſſeſſiones, antequam ipſa moreretur, faceret per Pontificem, & Cardinales confirmari. Pollicitus eſt Cardinalis omnem ſe interpoſiturum operam apud Pontificem, & poſtridie Peruſium reverſus, quod verbo promiſerat, opere complevit; unde authoritate Apoſtolica ſibi per Innoc. Pontificem attributa, diploma confirmationis expedivit, quod appono.

Vvad. t. 2. ann. 1252. n. 18.

*Raynaldus miſeratione Divina Oſtien. & Velletren. Epiſcopus: Chariſſimæ ſibi in Chriſto Matri, & filiæ D. Claræ Abbatiſſæ S. Damiani Aſſiſiatis, ejuſque Sororibus, tàm præſentibus, quàm futuris ſalutem, & benedictionem paternam.*

53. Quia vos, dilectæ in Chriſto Filiæ, mũdi pompas, & delicias cõtempſiſtis, & ipſius, Chriſti, ejuſque SS. Matris ſequentes veſtigia, elegiſtis habitare incluſæ corpore, & paupertate ſumma deſervire, ut mente libera poſſitis Domino famulari. Nos veſtrum ſanctum propoſitum in Domino commendantes, votis veſtris, & ſanctis deſideriis libenter volumus affectu paterno favorem benevolum impartiri. Eapropter veſtris piis precibus inclinati, formam vivendi, ac modum ſanctæ unitatis, ac altiſſimæ paupertatis, quam vobis B. P. Franciſcus verbo, & ſcripto tradidit obſervandam, præſentibus, authoritate D. Papæ, & mea, vobis, & omnibus in veſtro Monaſterio ſuccedentibus in perpetuum confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. [ *Deinde univerſam inſerit Regulam, quam nos dedimus ſupra, aliquibus additis circa cultum, & venerationem S. Franciſci, & ſumendam S. Euchariſtiam in ejus feſto, aliiſque his perſimilibus. & poſtea ſubjungit,* Dat. Peruſij XVI. Kalen. Octob. Pontif. verò D. Innocentij IV. anno 10. Neſcio, unde errorem Marc. Vliſſiponenſis traxerit, ut Hugolino Cardinali Oſtien. tribuerit, quòd ejus Nepos Raynaldus in hac re fecit; niſi fortaſſe deceptus ex ſuppreſſo, ut fieri ſolet, in Diplomate Cardinalis nomine, atque titulo Epiſcopatus Oſtien. & Protectoris, quorum utroque gaviſus eſt Hugolinus, hunc intelligendum putarit.

Ibid.

Chr. Ord. Min. Marc. Uliſſipon. p. 1. lib. 8. c. 19.

## CAPUT III.

*Teſtamentum B. V. Claræ, & Confirmatio Apoſtolica Regulæ Clariſſis per S. Franciſcum traditæ.*

54. INnocentius Pontifex non Minorem, quàm par erat, concipiens opinionem

Vvad. t. 2. 1253. n. 5.

nionem de B. V. Clara, precibus Cardinalis Oſtien. Protectoris excitatus, Peruſio venit Aſſiſium ad mortem uſque languentem viſitaturus, ut aliàs præfata Claræ viſio ſuum ſortiretur effectum. Præmonſtratum etenim fuerat, longo jam tabeſcentem languore non morituram, quouſque Dominus cum ſuis diſcipulis adveniret; At ſummus Pontifex ultra hominem, citraque Deum exiſtens perſonam Domini repræſentat, cui in templo militantis Eccleſiæ familiariùs adhærent velut diſcipuli Domini Cardinales. Propoſitum fuit Sanctiſſimo P. ſummum Claræ deſiderium de ſtabilienda in religioſioribus Monaſteriis Regula Strictiori à S. Franciſco præſcripta, & tollendis aliis laxioribus à Gregor. & Innocentio ipſo ſuperadditis; quare conceſſit eidem, ut nullo modo Generalis Miniſter, vel alius quiſpiam cogere poſſet Sanctimoniales ad obſervantiam alterius à prima illa Franciſci inſtitutione; commiſitque Domino Protectori Raynaldo, ut ipſam inviolabiliter obſervari faceret iis in locis, inquibus antea obſervabatur. Incipiunt conceſſionis litteræ: *Recto aſſumpto tramite &c. Dat.* 15. *Aprilis.*

Ibid. n. 4. 55. Deinde paucis diebus ante obitum ipſius B. Virginis Regulam ipſam ſuo Diplomate confirmavit, uti mox dicemus: Denique diebus plurimis dum laboraret in extremis, Cardinalium, & Prælatorum viſitatione frequenti honorata, cumque per decem, & ſeptem dies cibum nullum potuiſſet aſſumere, tanta eſt à Domino fortitudine roborata, ut ad ſe venientes in Chriſti ſervitio confortaret. Nam cum vir benignus F. Raynaldus in tantarum infirmitatum longo martyrio ad patientiam hortaretur, liberrima ei voce reſpondit; Poſtquam D. mei I.C. gratiam per illum ſervum ſuum Franciſcum agnovi, nulla pœna moleſta, nulla pœnitentia gravis, nulla mihi, Fr. Chariſſime, infirmitas dura fuit. Eundem autem imitata magiſtrum, ultimas ſuæ voluntatis tabulas reliquit, & paupertatis hæreditatem eodem modo, quo Franciſcus ſuis legaverat, univerſis ſectatricibus piis, & candidis his verbis, ex memoriali antiquo M. S. excerptis, devotè reliquit.

*In nomine Domini Amen.*

Ibid. n. 5. 56. Inter alia beneficia quæ à largitore noſtro Patre miſericordiarum recepimus, & quotidie recipimus, & exinde ipſi glorioſo gratiarum actiones referre magis debemus; Magna eſt vocatio noſtra, quæ quantò perfectior, & major eſt, tantò magis illi plurimùm debemus: unde Apoſtolus: *Agnoſce vocationem tuam.* Factus eſt nobis Filius Dei via, quam verbo, & exemplo oſtendit, & docuit nos B. P. Franciſcus verus amator, & imitator ipſius. Igitur conſiderare debemus, ſorores dilectæ, immenſa beneficia Dei nobis collata, ſed inter cætera, quæ per Seruum ſuum dilectum P. noſtrum B. Franciſcum in nobis dignatus eſt operari; non ſolùm poſt converſionem noſtram, ſed etiam dum eſſemus in ſæculi vanitate. Nam cum ipſe Sanctus adhuc non habens Fratres, nec ſocios, ſtatim quaſi poſt converſionem ſuam, cum Eccleſiam S. Damiani ædificaret, ubi conſolatione divina totaliter viſitatus, compulſus eſt ſæculum ex toto relinquere, præ magna lætitia, & illuſtratione Spiritus ſancti de nobis prophetavit, quod Dominus poſt adimplevit. Aſcendens enim tunc temporis ſuper murum dictæ Eccleſiæ, quibuſdam pauperibus ibi juxta morantibus alta voce, lingua franchigena loquebatur: *Venite, & adjuvate me in opere Monaſterij S. Damiani, quoniam adhuc erunt Dominæ ibi, quarum famoſa, & ſancta converſatione glorificabitur Pater noſter cæleſtis in univerſa Eccleſia ſua ſancta.* In hoc ergo conſiderare poſſumus copioſam benignitatem Dei in nobis; qui propter abundantem miſericordiam, & charitatem ſuam de noſtra vocatione, & electione per Sanctum ſuum dignatus eſt iſta loqui. Et non ſolùm de nobis iſta Beatiſſ. P. noſter prophetizavit, ſed etiam de aliis, quæ venturæ erant in vocatione ſancta, in qua Dominus nos vocavit. Quanta ergo ſollicitudine, quantoque ſtudio mentis, & corporis mandata Dei, & Patris noſtri ſervare debemus, ut cooperante Domino talentum multiplicatum ei reddamus? Ipſe enim Dominus non ſolùm poſuit nos ut formam aliis in exemplum, & ſpeculum, ſed etiam ſororibus noſtris, quas ad vocationem noſtram Dominus advocavit, ut & ipſæ ſint converſantibus in mundo ſpeculum, & exemplum. Cum igitur Nos Dominus ad tàm magna vocaverit ut in nobis ſe valeant ſpeculari,

1. ad Cor. c. 1. v. 26.

culari, quæ aliis ſunt in exemplum, & ſpeculum, tenemur multum benedicere Dominum, & laudare, & ad benefaciendũ ampliùs in Domino corfortari. Quapropter ſi ſecundùm formam prædictam vixerimus, exemplum nobile aliis relinquemus, & æternæ beatitudinis bravium labore breviſſimo acquiremus.

57. Poſtquam Altiſſimus Pater cœleſtis per miſericordiam ſuam, & gratiam cor meum dignatus eſt illuſtrare, ut exemplo, & doctrinâ Beatiſſ. P. N. Franciſci, pœnitentiam facerem, paulò poſt converſionem ipſius unà cum paucis Sororibus, quas Dominus paulò poſt meam converſionem dederat mihi, obedientiam ſibi voluntariè promiſi, ſicut Dominus lumen gratiæ ſuæ nobis contulerat per ejus vitam laudabilem, & doctrinam. Attendens autem B. Franciſcus, quòd eſſemus debiles, & fragiles ſecundùm corpus, nullam tamen neceſſitatem, paupertatem, laborem, tribulationem, vel vilitatem, & contemptum ſæculi renuimus; Immò pro magnis deliciis reputabamus exempla ſanctorum, & Fratrum ſuorum, ſicut ipſe, & Fratres ſui examinaverunt frequenter, gaviſus eſt multùm in Domino, & ad pietatem erga nos motus, obligavit ſe, vel per ſe, vel per Religionem ſuam habere ſemper de nobis, tamquam de Fratribus ſuis curam diligentem, & ſolicitudinem ſpecialem: Et ſic de voluntate Domini, & B. P. N. Franciſci, ivimus ad Eccleſiam S. Damiani moraturæ. Vbi Dominus in brevi tempore per miſericordiam ſuam, & gratiam nos multiplicavit, ut impleretur, quod Dominus prædixerat per Sanctum ſuum; Nam ſteteramus in alio loco, licèt parum. Poſtea ſcripſit nobis formam vivendi, & maximè ut in ſancta paupertate ſemper perſeveraremus. Nec contentus fuit in vita ſua nos hortari multis ſermonibus, & exemplis ad amorem, & obſervantiam ſanctiſſimæ paupertatis; ſed & plura ſcripta nobis tradidit, ne poſt mortem ſuam ullatenus declinaremus ab ipſa, ſicut & Dei Filius, dum vixit in mundo, ab ipſa ſancta paupertate numquam voluit declinare. Et Beatiſſ. P. N. Franciſcus ejus veſtigia imitatus, ſanctam paupertatem ſuam, quam elegit per ſe, & per ſuos Fratres, exemplo ſuo, & doctrinâ, dum vixit, ab illa nullatenùs declinavit.

58. Conſiderans igitur ego Clara, Chriſti, & Sororum pauperum Monaſterij S. Damiani ancilla, licèt indigna, & plantuncula S. Patris cum aliis meis Sororibus altiſſimam profeſſionem noſtram, & tanti Patris mandatum, fragilitatem quoque aliarum, quam timebamus in nobis poſt obitum S. P. N. Franciſci, qui erat columna noſtra, unica conſolatio poſt Deum, & firmamentum: Iteſum atque iterum voluntariè nos obligavimus Dominæ noſtræ ſanctiſſimæ paupertati, ne poſt mortem meam Sorores, quæ ſunt, & venturæ ſunt ab ipſa valeant ullatenus declinare; & ſicut ego ſtudioſa, & ſolicita ſemper fui, ſanctam paupertatem, quam Domino, & P. N. S. Franciſco promiſimus obſervare, & ab aliis facere obſervari; Immò etiam ad majorem cautelam ſolicita fui à Domino Papa Innocentio, ſub cujus tempore cœpimus, & ab aliis ſucceſſoribus ſuis noſtram profeſſionem ſanctiſſimæ paupertatis, quam & P. Noſtro promiſimus, eorum privilegiis facere corroborari, ne aliquo tempore ab ipſa ullatenùs declinaremus.

59. Quapropter flexis genibus, & utroque homine inclinato S. M. Eccleſiæ Rom. Summo Pontifici, & præcipuè D. Cardinali, qui Religioni Fratrum Minorum, & nobis fuerit deputatus, recommendo omnes Sorores meas, quę ſunt, & venturæ ſunt, ut amore illius Domini, qui pauper poſitus in præſepio, pauper vixit in ſæculo, & nudus remanſit in patibulo; ſemper gregi ſuo puſillo, quem Dominus Pater genuit in Eccleſia ſua ſancta, verbo, & exemplo B P. Franciſci, inſequendo paupertatem, & humilitatem dilecti Filij ſui, & glorioſæ V. Matris ſuæ, ſanctam paupertatem, quam Deo, & B. P. N. Franciſco promiſimus, faciat obſervari, & in ipſa dignetur fovere ipſas ſemper, & conſervare. Et ſicut Dominus dedit nobis B. P. N. Franciſcum in Fundatorem, plantatorem, & adjutorem noſtrum in ſervitio Chriſti, & in iis, quæ Deo, & ipſi Patri noſtro promiſimus, qui etiam, dum vixit, ſollicitus fuit verbo, & opere ſemper excolere, & fovere nos; plantulam ſuam ſic recommendo; & relinquo Sorores meas, quæ ſunt, & venturæ ſunt ſucceſſori B. P. N. Franciſci, & toti Religioni, ut ſint nobis in adjutorium proficien

proficiendi ſemper in melius, ad ſerviendum Deo, & ad obſervandum præcipuè meliùs Sanctiſſimam paupertatem. Si verò contingeret aliquo tempore, dictas Sorores dictum locum relinquere, & ad alium ſe transferre, prædictam formam paupertatis, quæ Deo, & Beatiſſ. P. N. Franciſco promiſimus, poſt mortem meam ubicumque fuerint, ſervare nihilominus teneantur. Sit tamen ſolicita ſemper, & providens, tàm illa, quæ erit in officio, quàm aliæ Sorores, ne circa ſupradictum locum de terra acquirant, vel recipiant, niſi quantùm extrema neceſſitas pro horto ad excolenda olera popoſcerit.

60. Si autem aliquo tempore pro honeſtate, & remotione Monaſterij extra ſeptum horti oporteret plus habere de terra, non permittant plus acquiri, niſi quantùm extrema neceſſitas poſcit: Et illa terra penitùs non laboretur, nec ſeminetur, ſed ſemper ſolida, & inculta permaneat. Moneo, & hortor in D. I. C. omnes Sorores meas, quæ ſunt, & venturæ ſunt, ut ſemper ſtudeant imitari viam ſanctæ ſimplicitatis, humilitatis, & paupertatis, ac etiam honeſtatem ſanctæ converſationis, ſicut ab initio noſtræ Converſionis ad Chriſtum edoctæ fuimus à B. P. N. Franciſco. Ex quibus non noſtris meritis, ſed ſolâ miſericordiâ, & gratiâ largitoris ipſe Pater miſericordiarum, tàm his, quę longè ſunt, quàm his, quæ propè, bonæ famæ ſemper ſint in odorem. Et ex charitate Chriſti invicem diligentes, amorem, quem intùs habetis, foris per opera demonſtretis: ut ex hoc exemplo provocatæ Sorores, ſemper creſcant in amore Dei, & in mutua charitate.

61. Rogo etiam illam, quæ erit in officio Sororum, ut magis ſtudeat præeſſe aliis virtutibus, & ſanctis moribus, quàm officio; Quatenus ejus exemplo provocatæ Sorores, non tantùm ex officio ei obediant; ſed potiùs ex amore. Sit etiam provida, & diſcreta circa Sorores ſuas, ſicut bona Mater erga filias ſuas; & præcipuè de iis, quæ Dominus dabit, eis ſecundùm neceſſitatem uniuſcujuſque ſtudeat providere. Sit etiam, tam benigna, & communis, ut ſecurè poſſint ei manifeſtare neceſſitates ſuas, & recurrere ad eam omni hora confidenter, ſicut eis videbitur expedire, tam pro ſe, quam pro Sororibus ſuis. Sorores verò, quæ ſunt ſubditæ recordentur, quòd propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Vnde volo, quòd obediant ſuæ Matri, ſicut promiſerunt Domino ſua ſpontanea voluntate: ut mater earum videns charitatem, humilitatem, & unitatem, quas invicem habent, omne onus, quod ex officio tollerat, leviùs portet, & quod moleſtum eſt, & amarum, propter ſanctam earum cõverſationem ei in dulcedinem convertatur. Et quoniam arcta eſt via, & ſemita, & anguſta eſt porta, per quam itur, & intratur ad vitam, & pauci ſunt, qui ambulant, & intrant per eam. Et ſi aliqui ſunt, qui ad tempus ambulant per eam, pauciſſimi ſunt, qui perſeverant in ea. Beati verò, quibus datum eſt ambulare per eam, & perſeverare uſque in finem. Caveamus ergo, quòd ſi per viam Domini intravimus, quòd culpâ noſtrâ, negligentia, & ignorantia aliquo tempore ab ipſa nullatenùs declinemus, ne tanto Domino, & ſuæ Matri Virgini, & P. N. B. Franciſco, & Eccleſiæ triumphanti, & etiam militanti injuriam deferamus: Scriptum eſt enim: *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem D. N. I. C. ſuffragantibus meritis glorioſæ Virginis S. M. Matris ejus, & B. P. N. Franciſci, & omnium Sanctorum, ut ipſe Dominus, qui dedit bonum principium, det incrementum, det etiam ſemper finalem perſeverantiam. Amen. Hoc ſcriptum ut meliùs debeat obſervari, relinquo vobis chariſſimis, & dilectiſſimis Sororibus meis præſentibus, & futuris in ſignum benedictionis Domini, & Beatiſſ. P. N. Franc. & benedictionis meæ. M. & ancillę veſtrę.] Pſ. 118. 21.

62. Nunquam intermiſiſſe, ſtudium paupertatis, quod à principio induit converſionis, probat hoc pium teſtamentum, atque ultra confirmat ardens, & vehemens deſiderium confirmandæ authoritate Pontificia Strictioris ſibi traditæ à Franciſco Regulæ; quæ licèt Diplomate probaretur Cardin. Protectoris Raynaldi, veluti ſuperiùs diximus, idque commiſſione ſibi facta à Pontifice; non tamen quieſcebat Spiritus ejus, neque læta, aut ſecura ex hoc mundo abibat, niſi priùs ſtabilitam relinqueret diſcipulis ſuis fide Pontificia. Miſſo itaque Nuncio, & ſupplici libello rogavit Vvad. ibid. n. 6.

hoc

hoc diſceſſuræ dari ſolatij; quod ultrò Pontifex conceſſit, tùm ob æquam petitionem, tum ob Virginis reverentiam. Inſertis itaq; prioribus Card. Oſtien. litteris, atque ipsâ Regulâ ſuis tabulis fidem addidit, & firmitatem quinto idus Augusti, tribus dumtaxat diebus, antequam illa clauderet extremum. Confirmationem ipſam hîc ſubjicimus.

INNOCENTIUS &c.

63. SOlet annuere Sedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus favorē benevolum impartiri. Ex parte ſiquidem veſtra Nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut & vitæ formulam, juxta quam communiter in ſpirituum unitate, ac voto altiſſimæ paupertatis vivere deberetis, vobis à B. Franciſco traditam, & à vobis ſpontè ſuſceptam Ven. Frater noſter Oſtien. & Velletren. Epiſcopus duxerit approbandam, ſecundùm quod in ipſius Epiſcopi litteris confectis exindè pleniùs continetur, Nos curaremus Apoſtolico munimine roborari. Devotionis igitur veſtrę precibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo ſuper hoc factum eſt, & ratum habentes, & gratum, illud authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipſarum de verbo, ad verbum pręſentibus inſeri faciendo, quæ talis eſt. *Deinde addit confirmationem Raynaldi, atque ipſam Regulam per omnia ſimilem Minoritica, tot etiam capitibus diſtinctam; quam nos dedimus ſupra, & ſtatim ſubjungit.* Nulli ergo &c. ſi quis &c. Datum Aſſiſij 5. Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno. 10.

Nihil charius, nullumque acceptabilius donum jam morituræ mittere poterat Pontifex hoc confirmationis Diplomate; quo tradito, & curæ commendato Sororum, ſe totam collegit ad tranquillum ex hoc mundo diſceſſum.

CAPUT IV.

*De Clariſſis Secundæ Regulæ, quæ Urbaniſtæ dicuntur.*

Uvad. t. 2. ann. 1251. n. 7. 64. CLara virgo clariſſima Pauperum Patriarchæ in Chriſto primogenita, inter cæteras virtutes mirè paupertatem coluit; primo etenim in ſuæ converſionis initio paternæ hæreditatis partem ſibi debitam legitimè diſtractam, ſibique de pretio nihil reſervans totam pauperibus voluit erogari. Hinc ſæculo foris relicto, mente intus ditata, poſt Chriſtum ſine ſaculo exonerata percurrens, tantum cum ſanctæ paupertate fœdus iniit, amoremque contraxit, ut nihil præter Dominum Ieſum vellet habere, nihil filias ſuas poſſidere permitteret, nil præter neceſſarium victum, & veſtitum à Sororibus recipi, vel in poſterùm reſervari. Nequaquam cœleſtis deſiderij pretioſiſſimam Margaritam, Ex Matth. 13. v. 46.
quam venditis omnibus comparaverat, arbitrabatur cum temporalium mordaci ſolicitudine poſſidendam. Inculcat ſuis frequenti ſermone Soribus, tunc acceptabile Deo illud fore collegium, cum paupertate fuerit opulentum: Et tunc perpetuò ſtabile permanſurum, ſi altiſſimæ paupertatis fuerit ſemper turre munitum. Hortatur eas in paupertatis nidulo Chriſto pauperi conformari, quem pau- Uvad. cit.
percula Mater in arcto præſepio paruulum reclinavit; hoc enim peculiari recordatorio, quaſi monili aureo ſuum fibulabat pectus; ne terrenorum pulvis ad interiora tranſiret. Volens denique Religionem ſuam intitulari titulo paupertatis, à bonæ mem. Innoc. III. paupertatis privilegium poſtulavit. Qui vir magnificus tanto virginis fervore congratulans, ſingulare dixit eſſe propoſitum, quòd numquam tale privilegium à Sede Apoſtolica fuerit poſtulatum: Et ut inſolitæ petitioni favor inſolitus arrideret, Pontifex ipſe cum hilaritate magna petiti privilegij primam novellam ſua manu conſcripſit.

65. Gregor. IX. anno 1228. protracto familiari colloquio cum primiceria Clara tandem ſubjunxit, eam propter pericula tēporum, & eventus ſæculorum, debere poſſeſſiones admittere, quas ſpopondit ſe plenè, & abundanter elargiturum. Fortiſſimo, & conſtanti illa reſtitit animo; majorem omni poſſeſſione dicens, eſſe paupertatem, neq; ullum hoc theſauro eſſe ſecuriorem. Suſpicatus pius Pontifex, propterea tenaciter inhæſiſſe paupertati, quòd ei ſervādæ perpetuo ſe obſtrinxerit voto, addidit: ſi votū formidas, chariſſima filia, Nos te à voto abſol-

vimus: Sancte Pater, inquit illa, nequaquam à Chriſti ſequela in perpetuum, ſed à peccatis meis abſolvi deſidero: Hoc ipſum ſub extremo vitæ termino mordicùs aſſerendo, à Raynaldo Cardinli Oſtien. Ordinis Protectore, & dehinc ab ipſo Chriſti Vicario Innoc. IV. devotionis titulo viſitata, hoc unum ab utroque efficaciſſimis precibus, & lachrymis extorſit potiùs, quàm impetravit, ut paupertatis privilegium ab Innoc. III. jampridem ſibi conceſſum, atque in Regula per dilectiſſimum Patrem ſuum S. Franciſcum compoſita ſtabilitum, Apoſtolico Diplomate adeò ſpecialiter confirmaretur, ut nec per Provinciales, aut Generales, aut per alios quoſcumque Chariſſimæ ſuæ in Chriſto filiæ à paupertatis Evangelicæ, & Regulæ Franciſcanæ rigore ad diſpenſationem, vel minimam cogi poſſent invitæ.

66. Non permanſurum tamen immobile in filiabus ſuis paupertatis hujus Seraphicæ nobiliſſimum privilegium, prophetico ſpiritu virgo Clara cognovit, & ſpiritu indoluit. Extabat equidem in longâ S. Patris renitentiâ Rugula, ſeu potiùs ordinationes illæ, quas de Honor. Pontificis aſſenſu Hugolinus Cardin. Oſtien. Ordinis Protector, ſimul cum S. Benedicti Regula tradiderat; at paupertatis apicem ſemper à S. Franciſco inculcatum violare in ſuo S. Damiani templo numquam conſenſerat. Vbi verò Regulam tot ſuſpiriis, precibus, & lachrymis ſupplicatam à Seraph. Patriarcha obtinere promeruit, hunc veluti unicum animæ ſuæ theſaurum ſibi, ſuiſque in Chriſto filiabus ſuper omnia cuſtodiendum eſſe propoſuit, & ante mortem ab Innoc. IV. confirmari tandem impetravit: Vndè primæ Clariſſarum Regulæ nomen evenit.

67. Verumtamen creſcente in immenſum Sororum multitudine, quibus ex honeſtis titulo, atque peculiari clauſuræ voto oſtiatim emendicare non liceret; neque Fratres Minores propria mendicatione (quod illæ expetebant) ad illarum ſubſtentationem ſe ſe obligare conſentirent; Greg. IX. (qui dum Cardinalis eſſet Ordinis Protector, primas conſtitutiones ediderat) & Innoc. IV. Gregorij ſucceſſor ex allegatis jam cauſis, & ab Ordinis Prælatis ſæpiùs rogati, ut Monialium neceſſitati, atque non æquali in omnibus fervori indulgere vellent, conceſſerant variis per Obem Monaſteriis, ut ſi vellent, bona in communi, annoſque proventus poſſidere valerent. Graviſſimè ad hæc audita indoluit Clara Primiceria, eoque magis, ubi dilectiſſimas filias ſuas magis in ſancto paupertatis propoſito conſtantes, in Galliis, aliiſque in locis ad diſpenſativa privilegia aliquando cogi vel invitas intellexit; unde præallegatum à Pontif. decretum ſummis lachrymis impetravit, ut ad paupertatis relaxandum rigorem non cogerentur invitæ.

68. Vigebat ergo, & ſupereminebat arctiſſima pauperum Dominarum Regula per S. Franciſcum in ſummo vitæ rigore deſcripta, & à S. Virgine Clara, necnon à rigidioribus ipſius diſcipulis mordicus aſſerta; quamvis in Monaſteriis non pauci ex Apoſtolica diſpenſatione bona poſſiderentur in communi; multòque magis cum illam anno 1253. Apoſtolico Diplomate confirmatam ubique terrarum contigit publicari. Verumtamen cum non omnia ad ejus rigorem ſe ſe obligari Monaſteria conſentirent; immò & ex varia nominis uſurpatione cõfuſionem ingerere viderentur; ſiquidem tum Damianitæ, tum Dominæ pauperes, tum Minoriſſæ, tum Pauperes recluſæ, tum Clariſſæ variis in locis appellabantur ipſæ S. Claræ diſcipulæ: Vrbanus IV. tàm denominationnm, quàm Regularum antedictas varietates omninò abrogandas eſſe decrevit, & edito Diplomate præcepit, ut ſub uno Clariſſarum nomine, & ſub una, quam ipſe, mitigato primæ per S. Franciſcũ compoſitæ rigore, aſſignavit, omnes omninò vivere deberent; quãvis deindè plurimorum Monaſteriorum querimoniis excitatus indulſerit, ut quæ vellent ad Franciſcanæ Regulæ rigorem permanere, in illo vivere permitterentur; undè factum eſt, ut cæteris ad varia jam Monaſteria trãſmiſſis abrogatis, duæ tantùm in Ord. Clariſſarum Regulæ ſervarentur; quarũ quæ à S. Franciſco compoſita, *Prima* nomen retinere meruit, *Secunda* datus eſt titulus huic, quam in litteris Ioann. Cardinalis Vrſuni Ordinis Protectoris inſertam jam apponimus: Hinc ergo factum eſt, ut quæ S. Claræ diſcipulæ rejecto quocumq; diſpenſativo privilegio ad Regulæ

Uvad. t. 2. ann. 1264. n. 7.

gulæ Franciſcanæ rigorem, ſub omnimoda paupertate vivere gloriantur, *Clariſſæ de prima Regula* nuncupentur; quæ verò relaxativis privilegiis utentes bona poſſident in communi, & præfixam ab Vrban. IV. vitæ methodum obſervant, *Clariſſæ de ſecunda Regula, ſeu Vrbaniſtæ* communiter appellentur.

*SECVNDA REGVLA CLARISSARVM.*

*Ioannes miſeratione Divina S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis Dilectis in Chriſto Filiabus univerſis Abbatiſſis, & Sororibus incluſis Ordinis S. Claræ ſalutem in Domino.*

Ibid.Reg. 1264. Bull.10. 69. ATtendentes de facili provenire non poſſe, quòd Regula vobis nuper à SS. Patre, ac Domino Summo Pontifice tradita ſub ejuſdem Domini Bulla in ſingulis Provinciis, vel Monaſteriis veſtri Ordinis habeatur: eandem Regulam, quæ ſub Papali bulla in filo ſerico pendenti, bullata de mandato noſtro diverſis ſervatur in locis, tranſcribi, prout inferiùs continetur, de verbo ad verbum, nihil mutato, diminuto, ſeu addito (quibuſdam rubricis infra notatis dumtaxat exceptis) fecimus diligenter, & tranſumptum ipſum ab originali, cum debita ſolicitudine plenè correctum vobis ſub noſtri ſigilli munimine duximus tranſmittendum; ut ad inſtar ejus Regulam ipſam conſcribi pro ſingulis veſtris Monaſteriis faciatis. Cujus tenor talis eſt.

VRBANVS EPISCOPVS
Servus ſervorum Dei.

*Dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis, & Sororibus incluſis Ordinis S. Claræ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

70. BEata Clara virtute clarens, & nomine, gratiæ divinæ inſpiratione præventa, & almi Chriſti Confeſſoris B. Franciſci exēplis laudabilibus informata, ac ſalutaribus inſtituta doctrinis, ut ſe mundam Domino conſervaret, mundi hujus contemptis opibus, operibuſque vitatis, religioſè vivere ſapienter elegit, & habitu Sac. Religionis aſſumpto arctam viam mandatorum Domini, quæ gradientes in ipſa ducit ad vitam, dilatato corde cucurrit. Hanc petram Chriſtus lapidem eſſe voluit in veſtri Ordinis ſtructura primarium. In ipſa evidenter oſtendit, quòd in hujus ſtructura ſibi complacuit. Eam ſiquidem ſanctitatis evexit in titulum: ut quæ munditiâ vitæ claruit, celebritate clareret, ac eumdem veſtrum Ordinem, qui ſanctum, & laudabile ſumpſit in ejus perſona principium, ipſius quaſi inſtituentis, ſic ſapienter approbatæ Patronæ merita venerabile, venerandumque probarent. In hoc autem Ordine vos, & alias ipſum profitentes ſub nominum varietate interdum Sorores, qnandoque Dominas, plerumque Moniales, nonnumquam Pauperes incluſas Ordinis S. Damiani contigit hactenùs nominari: vobiſque ſub horum, & aliorum diverſitate nominum diverſa privilegia, indulgentiæ, & litteræ à Sede Apoſtolica ſunt conceſſa, & tam à fœl. rec. Greg. Papa prædeceſſore noſtro, tunc Oſtien. Epiſcopo, & veſtri Ordinis curam gerente, quàm aliis variæ datæ ſunt Regulæ, & formæ vivendi, quarum obſervantiis, ſe veſtrum aliquæ ſolemniter obligavere. Propter quod, dilectæ in Domino filiæ, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, ut eundem veſtrum Ordinem curaremus certi nominis titulo inſigniri, voſque ab hujuſmodi obſervantiarum diverſitatibus, & votis ſuper eis emiſſis miſericorditer abſolventes, certam vobis vivendi formam, ad tollendum omnem de veſtris conſcientiis ſcrupulum largiremur.

71. Nos itaque decens arbitrantes, & congruum, ut idem Ordo veſter, qui, ut præmittitur, in B. Clara fœlicia ſuæ inſtitutionis ſumpſit auſpicia, cujuſque, ut firmiter credimus, apud Deum meritis, & interceſſione protegitur, & apud homines laudibus attollitur, & favoribus ampliatur, ejus inſigniretur & nomine, ipſum de FF. noſtrorum conſilio de cæterò decrevimus Ord. S. Claræ uniformiter nominandum, ſtatuentes, quòd immunitates, libertates, privilegia, indulgentiæ, ac litteræ quæcumque vobis, ſeu eidem Ordini à præfata Sede, ſub quacumque nominatione conceſſa id robur obtineat firmitatis, & ita per omnia ipſis uti poſſitis, ac ſi de principio ſub hujus nominis titulo, ac

HHhh 3 ſub

ſub hac nominatione fuiſſent. Vt autem benè, & jucondè habitetis in unum, nec ſub prædictarum differentia obſervantiarum à modo vivendi videamini differentes, ſed ambuletis in Domo Domini cum conſenſu: Nos igitur inſpectis omnibus Regulis prædictis, & formis, ac ſpecialiter illam, quam præfatus prodeceſſor tunc Oſtien. Epiſcopus vobis dediſſe cognoſcitur, diligentiùs attendentes, Regulam, ſivè formam vivendi præſentibus adnotatam vobis, & iis, quæ vobis ſucceſſerint, de eorumdem Fratrum conſilio præſentium tenore concedimus, & etiam confirmamus in ſingulis Monaſteriis veſtri Ordinis, perpetuis temporibus obſervandam, illas ex vobis, quæ ipſam Regulam, ſivè formam per Nos vobis conceſſam, & confirmatam profeſſæ fuerint, ab omnibus aliis Regulis, formis, & vobis præmiſmiſſis, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes. Quæ Regula talis eſt.

*In nomine Domini. Incipit Regula Sororum Sanctæ Claræ.*

*Caput. I*

72. Omnes, quæ ſæculi vanitate relicta Religionem veſtram aſſumere voluerint, & tenere, hanc eas legem vitę, & diſciplinæ oportet, & convenit obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, ſub clauſura.

*Caput. II.*

73. Omni namque tempore vitæ ſuæ hanc vitam profitentes, clauſæ manere firmiter teneantur, infra murorum ambitum ad intrinſecam clauſuram Monaſterij deputatum, niſi forſan (quod abſit) ſuperveniret inevitabilis, & periculoſa neceſſitas, ſicut exuſtionis ignis, vel incurſus hoſtilis, ſeù alicujus hujuſmodi, quæ dilationem nullo caperet modo ad egrediendi licentiam poſtulandam. In quibus caſibus transferant ſe Sorores ad locum alium competentem, in quo quantùm commodè fieri poterit, clauſæ morentur, quouſque eis de Monaſterio ſit proviſum. Et præter hujuſmodi neceſſitatis evidentiam, nulla eis conceditur licentiá, vel facultas extra prædictam clauſuram ulteriùs exeundi, niſi fortè de mandato, aut authoritate Cardinalis R. E. cui à Sede Apoſtolica generaliter fuerit iſte Ordo commiſſus, ad aliquem locum aliquæ mitterentur causâ plantandi, vel ædificandi eandem Religionem, vel reformandi aliquod Monaſterium ejuſdem Ordinis, ſeù cauſâ regiminis, aut correctionis, aut alicujus valdè evidentis, & gravis diſpendij evitandi, vel niſi de ejuſdem Cardinalis mandato, aut authoritate, Monaſterio primo rationabili cauſa relicto, totus Conventus ad Monaſterium aliud ſe tranferret. Poſſint autem in ſingulis Monaſteriis recipi aliquæ, licèt paucæ, ſub ſervitialium nomine, vel Sororum, ad hujuſmodi obſervantiam profeſſionis adſtringendæ, præterquam ad articulum de clauſura, quæ de mandato, vel licentia Abbatiſſæ, interdùm poterunt egredi ad negotia Monaſterij procuranda. Monentes verò, tàm Sorores, quàm ſervitiales hujuſmodi infra clauſtrum, prout convenit, tumulentur.

*Caput III.*

74. Omnibus hanc Religionem aſſumere volentibus, quæ fuerint admittendæ, priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, dura eis, & aſpera proponantur, per quæ itur ad Deum, & quę ſecundùm hanc Religionem neceſſe habuerint firmiter obſervare, ne de ignorantia poſtea ſe excuſent. Non recipiatur aliqua, quæ vel longiori ætate, vel infirmitate aliqua, vel fatua ſimplicitate ad hujuſmodi vitæ obſervantiam inſufficiens, & non idonea cenſeatur, niſi fortè cum aliqua interdum cauſa rationabili exigente, de mandato vel authoritate dicti Cardinalis aliud fuerit diſpenſandum. Per tales enim ſtatus, & vigor Religionis ſæpiùs diſſolvitur, & turbatur: Vndè in perſonis recipiendis diligenti ſtudio, & cautelâ debet hujuſmodi occaſio devitari. Abbatiſſa nullam propria authoritate recipiat ſinè conſenſu omnium Sororum ſuarum, vel ad minus duarum partium earumdem. Omnes verò ex more intra clauſtrum receptæ tonſis crinibus, citiùs deponant habitum ſæcularem; quibus deputetur Magiſtra, quæ eas informet Regularibus diſciplinis: Ad tractatus quoque Capituli infra annum nullatenus admittantur. Completo verò unius anni ſpatio, ſi ætatis legitimæ fuerint, profeſſionem in manibus Abbatiſſæ coram

Con

Conventu faciant in hunc modum. Ego ſoror N. promitto Deo, & B. Mariæ ſemper Virgini, & B. Franciſco, & B. Claræ, & omnibus Sanctis, & tibi D. Abbatiſſæ vivere ſub Regula à D. Papa Vrbano IV. Ordini noſtro conceſſa, toto tempore vitæ meæ in obedientia, ſinè proprio, & in caſtitate, & etiam ſecundùm quod per eandem Regulam ordinatur, ſub clauſura. Idem ſimiliter profitendi modus in ſervitialibus, vel Sororibus, quæ de licentia Abbatiſſæ egredi poſſunt exteriùs, præter articulum de clauſura, per omnia obſervetur.

*Caput IV.*

77. Omnes Sorores communiter capillos ſuos uſque ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Et unaquæque ſoror præter cilicium, ſi voluerit, vel ſtaminetum, duas tunicas, vel etiam plures ſecundùm quod viſum fuerit Abbatiſſæ, habere valeat, ac mantellum poſt collum hinc inde connexum; & hæc indumenta ſint de panno religioſo, & vili tàm pretio, quàm colore juxta diverſarum conſuetudinem regionum, nimia brevitate, vel longitudine non notanda, ut & in operiendis pedibus debita ſervetur honeſtas, & vitioſæ longitudinis ſuperfluitas penitùs evitetur. Tunica quoque ſuperior ſit tàm in manicis, quàm in buſto, latitudinis, & amplitudinis congruentis, ut habitus exterioris honeſtas intrinſecam atteſtetur. Habeant & ſcapularia ſinè caputio de vili, & religioſo panno, vel ſtaminea, amplitudinis, & longitudinis condecentis, ſicut uniuſcujuſque qualitas exigit, vel menſura, quibus induantur quando laborant, vel tale aliquid agunt, cum mantellos congruè geſtare non poſſunt. Poſſint etiam ſine ipſis eſſe aliquando, ſi viſum fuerit Abbatiſſæ, cum fortè per calorem nimium, vel aliquid aliud eis gravia fuerint multùm ad portandum. Coram extraneis tamen hujuſmodi utantur ſcapularibus cum mantellis. Tunicæ quoque ſuperiores, ſcapularia, & mantelli coloris omninò albi, vel nigri aliquatenus non ferantur. Pro cingulo autem cordam, poſtquam profeſſæ fuerint, habeant minimè curioſam. Vittis, aut velis de panno communi omninò albis, non tamen pretioſis, aut curioſis, capita ſua cooperiant uniformiter, & honeſtè, ita quòd frons, genæ, & collum, & gula ſint (ut earum honeſtati, & Religioni convenit) cooperta, nec aliter coram extraneis perſonis audeant apparere. Habeant & velum nigrum, nec pretioſum, nec curioſum, extenſum ſuper capita, ita amplum, & longum, quòd ex utraque parte deſcēdat uſque ad ſcapulas, & retro parùm ultrà tunicæ Caputium protendatur. Sorores verò novitiæ album velum ejuſdem menſuræ, & qualitatis debeant deportare. Servitiales autē Sorores pannū album non pretioſum, aut curioſum ad modum veli ſuper capita ſua deferant tantæ longitudinis, & amplitudinis, quòd ſcapulas, & pectus, præcipuè cum exeūt, valeant operire.

*Caput V.*

76. Omnes Sorores ſanæ, tàm Abbatiſſa, quàm aliæ veſtitæ & cinctæ jaceant in communi dormitorio, & quælibet per ſe lectum habeat ab invicem ſeparatum. Lectus tamen Abbatiſſæ in tali loco dormitorij diſponatur, quòd indè cæteros dormitorij lectos ſinè obſtaculo, ſi commodè fieri poterit, valeat intueri. A feſto Reſurrectionis Dominicæ uſque ad feſtum Nativitatis B. Virginis Sorores dormiant poſt prandium uſque ad Nonam, quæ voluerint. Quæ verò noluerint, oratione, ſeù meditatione divina, ſeù aliis piis quietis laboribus occupentur. Liceat autem unicuique habere ſacconem de fœno, vel de palea, & cervical de palea, aut lana, ſi culcitras religioſas cum lana habere nequiverint congruenter. Lampas inſuper de nocte accenſa ſemper in medio dormitorij habeatur.

*Caput VI.*

77. De divino officio tàm in die, quàm in nocte Domino perſolvendo taliter obſervetur, quòd hæ, quæ legere, & canere noverint, ſecundùm conſuetudinem Ordinis Fratrum Minorum cum gravitate tamen, & modeſtia divinum officium debeant celebrare. Illitteratæ verò dicant viginti quatuor Pater noſter pro matutino, pro laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet iſtarum horarum ſeptem, pro Veſperis autem duodecim, pro Completorio ſeptem. Qui modus in officio B. Virginis per omnia obſervetur. Pro defunctis dicant in veſperis ſeptem Pater noſter cum requiem æternam, pro matutino duodecim, tempore quo Sorores litteratæ

litteratæ faciunt officium mortuorum. Quæ verò occaſione rationabili non poſſent aliquãdo legendo dicere horas ſuas, liceat eis ſicut illiteratis dicere Pater noſter.

*Caput VII.*

78. Vbi proprius fuerit Capellanus pro Miſſarum ſolemniis, & divinis officiis celebrandis, habitu, & vitâ religioſus ſit, ac bonæ famæ, nec juvenis, ſed maturæ, & idoneæ ſit ætatis. Vbi autem non fuerit proprius Capellanus, à quolibet bonæ famæ, & honeſtæ vitæ Presbytero Sorores Miſſam audire poſſunt. Pœnitentiam verò, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica à Fratribus Ordinis Minorũ dumtaxat recipiant; vel ab eis recipiant, qui de mandato, ſeù authoritate Cardinalis, cui generaliter fuerit iſte Ordo commiſſus, ea exhibendi poteſtatem habuerint; niſi fortè in neceſſitatis articulo fuerit aliqua conſtituta, & copiam habere Fratrum nequiverit prædictorum. Cum aliqua Sacerdoti de confeſſione loqui voluerit, per locutorium ſola ſoli confeſſionem faciat ſacerdoti; & per illud eidem de his, quæ ad confeſſionem pertinent tunc loquatur. Confeſſionem autem Regulæ omnes faciant ad minus ſingulis menſibus, & ſic, confeſſione præmiſſa, in ſequentibus ſolemnitatibus, videlicèt in Nativitate Domini, Purificatione B. Mariæ, in initio Quadrageſimę, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, in feſtis S. S. Petri, & Pauli, B. Claræ, S. Franciſci, & Omnium Sanctorum recipiant Dominici Corporis Sacramentum. Si tamen aliqua Soror tanta fuerit corporis imbecillitate detenta, quòd ad locutorium commodè venire non poſſit, & neceſſitatem habuerit confiteri, vel Dominici Corporis, ſeù alia recipere Sacramenta; exhibiturus hujuſmodi, albâ, & ſtolâ, & manipulo, cum duobus idoneis, & Religioſis ſociis, vel uno ad minus albâ, vel ſaltem ſuperpelliceo veſtitus, ingrediantur, & moreantur induti, & audita confeſſione, vel alio tradito Sacramento, ſicut ingreſſi fuerint, ſic egrediantur induti, nec moram ibi faciant longiorem. Caveant etiam, ut quamdiù intra Monaſterium fuerint, nullatenus ab invicem ſeparentur, quin ſemper mutuò poſſint liberè ſe videre. Sic quoque ſe habeant in animæ commendatione. Porrò ad exequias circa ſepulturam agendas, Sacerdos non ingrediatur clauſtrum, ſed exteriùs in Capella, quod ad Officium pertinet, exequatur. Tamen ſi Abbatiſſæ, & Conventui viſum fuerit, quòd ad exequias debeat introire, modo ſupradicto cũ ſociis intret indutus, & ſepultâ mortuâ cum eis exeat ſinè mora. Si autem neceſsè fuerit, ut ingrediantur aliqui ad fodiendam, vel ad operiendam ſepulturam, ſeù poſtmodùm coaptandam, & Abbatiſſæ, & Conventui viſum fuerir hoc expediens, propter imbecillitatem ſororum, ſit Sacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, & honeſto, cum uno ſocio, vel duobus, licitum introire.

*Caput VIII.*

79. Si aliquæ juveniles, vel grandiores capaces ingenij fuerint, eas inſtrui faciat, ſi ſibi videbitur, Abbatiſſa, Magiſtram eis deputans idoneam, & diſcretam, per quam, tàm in cantu, quàm in divinis officiis inſtruantur. Sorores verò, & ſervitiales horis, & locis inſtitutis prout ordinatum fuerit, utilibus, & honeſtis laboribus occupentur, ſub illa providentia, quòd excluſo otio animæ inimico, ſanctæ orationis, & devotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſervire. Verùm quia multitudini ſub hujus Religionis obſervantia congruè omnia debent eſſe communia, nec cuiquam liceat aliquid eſſe ſuum; caveant ſolicitè, ne occaſione laborum hujuſmodi, ſeù mercedis receptæ pro ipſis, cupiditatis, vel proprietatis cujuſpiam, ſeù notabilis ſpecialitatis ſubrepat morbus.

*Caput IX.*

80. Silentium continuum ſic continuè ab omnibus teneatur, ut nec ſibi invicem, nec alicui alij ſinè licentia eis loqui liceat, exceptis iis, quibus magiſterium aliquod, vel opus injunctum fuerit, quod non poſſit cum ſilentio exerceri: iis quidem ſimul loqui liceat de iis, quæ ad officium, vel opus ſuum pertinent, ubi, & quandò, & qualiter viſum fuerit Abbatiſſę. Sorores tamen debiles, & infirmę ac ſervientes eiſdem pro recreatione, ac ipſarum ſervitio, in infirmaria loqui poſſint. In duplicibus quoque feſtis, ac Apoſtolorum ſolemnitatibus, & aliis quibuſdam diebus, quibus viſum fuerit Abbatiſſæ, in certo loco ad hoc ſignato; ab hora Nona uſque ad Veſperam, vel

vel alia aliqua hora competenti loqui poſſint de Domino I. C. ac de ſolemnitate, ac piis Sanctorum exemplis, & de aliis licitis, & honeſtis. Ab horaque completorij, uſque ad Tertiam, exceptis ſervitialibus extra monaſterium, Abbatiſſa abſque cauſa rationabili loquendi licentiam non concedat. In aliis verò temporibus, atque locis ſic attendat ſolicitè Abbatiſſa de cauſa, ubi, & quando, & qualiter Sorores licentiet ad loquendum, quòd regularis obſervantia, quæ non mediocriter à ſilentio, quod eſt cultus juſtitiæ, dignoſcitur, nullatenus relaxetur.

*Caput X.*

81. Omnes autem ſtudeant uti ſignis religioſis pariter, & honeſtis, ſanè quando aliqua perſona religioſa, ſeu ſæcularis, vel cujuſlibet dignitatis alicui de Sororibus loqui petierit, nuncietur primitùs Abbatiſſæ, & ſi ipſa conceſſerit, accedens ad locutorium, duas alias ad minus habeat ſecum ſemper, quibus juſſerit Abbatiſſa, quæ loquentem videant, & audire valeant, quæ dicuntur. Ad Cratem verò loqui aliquatenus non præſumant, niſi præſentibus duabus adminus per Abbatiſſam ad hoc ſpecialiter deputatis. Caveant tamen ſibi Sorores, quæ cum aliquo loqui habeant, ne per verba inutilia inaniter ſe diffundant, nec etiam trahant in locutionibus moram lõgam. Hoc autẽ ab omnib⁹ firmiter obſervetur, ut quando de confeſſione ſacerdoti interius infirma fuerit aliqua locutura, ad minus non loquatur, niſi cum duabus non longè ſedentibus, quæ confitentẽ, & confeſſorem videre poſſint, & ab eiſdem pariter videri. Hanc autem loquendi legem, & ipſa Abbatiſſa diligenter cuſtodiat, ut omninò materia detractionis omnibus auferatur, excepto quòd cum Sororibus ſuis horis, & locis competentibus loqui poſſit, ſicut & ei ſecundùm Deum viſum fuit expedire.

*Caput XI.*

82. Sorores autem omnes ſervitiales, infirmis exceptis, à feſto Nativitatis tis glorioſæ V. M. uſque ad feſtum Reſurrectionis Dominicæ, niſi diebus Dominicis, & die Nativitatis Domini, continuum ſervent jejunium. A Reſurrectione verò Dominica, uſque ad feſtum Nativitatis B. Virginis teneantur ſextâ feriâ jejunare. Omni quoq; tẽpore, prçter infirmas infirmitatis ſuç tempore, ab eſu carnium abſtineant. Cum debilibus autem diſpenſare valeat Abbatiſſa, prout earum debilitati viderit expedire. Ovis verò, & caſeo, & lacticiniis licitè poſſint uti, præterquam ab Adventu uſque ad Nativitatem Domini, & à Dominica Quinquageſimæ uſque ad Paſcha, necnon, & ſextâ feriâ, & jejuniis ab Eccleſia generaliter inſtitutis. Cum ſervitialibus tamen Sororibus circa prædictum jejunium, præterquàm in Adventu, & ſexta feria, poſſit Abbatiſſa miſericorditer diſpenſare. Diſpenſare etiam poſſit circa prædictum jejunium cum adoleſcentibus, ac debilibus, & ſenili ætate confectis, prout earum debilitati, ac imbecillitati viderit expedire. Sanæ quoque Sorores jejunare non teneantur minutionis ſuæ tempore, quod in triduo terminetur extra majorem quadrageſimã, & ſextam feriam, Adventũ Domini, & jejunia ab Eccleſia generaliter inſtituta. Caveat autem Abbatiſſa, ne ultra quàm ter in anno minutionem permittat communiter celebrari niſi certa neceſſitas plus requirat, nec à perſona extranea maximè minutionem recipiat, ubi commodè poterit evitare.

*Caput XII.*

83. De infirmis verò cura, & diligentia maxima habeatur, & ſecundùm quod poſſibile fuerit, & decuerit, tàm in cibariis, quæ earum requirit infirmitas, quàm in aliis neceſſariis, in fervore charitis benignè, ac ſolicitè eis per omnia ſerviatur. Quæ infirmæ proprium habeant lectum, ſi unquam fieri poteſt, ubi à ſanis maneant ſeparatæ, ne illarum Ordinem confundere valeant, vel turbare.

*Caput XIII.*

84. In quolibet Monaſterio unum tantùm oſtium habeant ad intrandum clauſtrum, & exeundum cum opportunum fuerit, juxta legem de ingreſſu, & egreſſu poſitã in hac forma. In quo oſtio nullum ſit oſtiolum, vel feneſtra, & iſtud oſtium ſit in ſublimi quantò magis fieri poterit congruenter; ita quòd ad ipſum per ſcalã levatoriã exterius aſcendatur, quæ ſcala per catenam ferream ex parte locorum ſtudioſè ligata à Completorio dicto, uſque ad Primam ſequentis diei continuè ſit ſuſpenſa, & tempore diurnæ dormitionis, & viſitationis, niſi aliud interdùm evidens requirat neceſſi-

tas, vel utilitas manifeſta. Ad prædictum autem oſtium cuſtodiendum aliqua talis ex Sororibus deputetur, quæ Deum timeat, ſit matura moribus, ſit diligens, ac diſcreta, ſitque convenientis ætatis, quæ unam ipſius oſtij clavem ſic diligenter cuſtodiat, ut nũquam eâ, vel ejus ſocia ignorante Oſtium aliquando valeat aperiri: Reliquam verò clavem diverſam ab illa cuſtodiat Abbatiſſa. Sit & alia æquè idonea ei ſocia deputata, quæ ejus vicem in omnibus exequatur, cum ipſa aliqua rationabili cauſa, vel occupatione neceſſaria occupata fuerit, vel detenta. Caveant autem ſtudioſiſſimè, & procurent, ne unquam oſtium ſtet apertum, niſi quantùm minus fieri poterit congruenter. Sit autem oſtium ſeris ferreis, & vectibus optimè communitum, & ſine cuſtodia apertum, vel clauſum minimè dimittatur, neque etiam ad momentum, niſi una clave in die, & in nocte duabus ſit firmiter obſeratum. Nec omni pulſanti aperiatur ſtatim, niſi indubitanter cognoverit, quòd talis ſit, quòd ſine dubitatione aliqua ſecundùm mandatum, quod de ingreſſuris in hac Regula continetur, debeat aperiri. Et nulli liceat ibi loqui, niſi ſoli Oſtiariæ de his, quæ ad officium pertinebunt. Quòdſi aliquando intra Monaſterium opus aliquod fuerit faciendum, ad quod agendum ſæculares aliquos, vel quaſcumque perſonas alias oporteat introire, provideat Abbatiſſa ſolicitè, ut tunc, dum opus ſcilicet exercetur, alia perſona conveniens ad cuſtodiendum oſtium ſtetuatur, quæ ſic perſonis ad opus deputatis aperiat, quòd aliàs intrare penitùs non permittat, nam Sorores ipſæ, & ſemper quantumcumque rationabiliter prævalent ſtudioſiſſimè caveant, ne à ſæcularibus, vel extraneis perſonis videantur.

### *Caput XIV.*

85. Cæterùm cum præfatum oſtium aliis aperiri nolimus, niſi pro illis tantùm quæ per rotam, vel aliundè decenter nequeant expediri; mandamus, quòd in ſingulis Monaſteriis in exteriori muro clauſuræ intrinſecè, in loco ſiquidem competenti manifeſto à parte exteriori, & omninò patenti, rota una fortis fieri debeat latitudinis, & altitudinis, congruentis, ita quòd per eam nulla perſona ingredi valeat, vel exire, per quam neceſſaria tàm interiùs, quàm exteriùs miniſtrentur, & taliter diſponatur, quòd per eam nec intus, nec extra valeat aliquis intueri. Ex utraque etiam parte oſtiolum fiat validum, quod de nocte, & in æſtate tempore dormitionis, ſeris ferreis, & clavibus clauſum, & firmatum debeat permanere. Ad cujus cuſtodiam pro expediendis neceſſariis per eandem unam Sororem diſcretam tàm moribus, quàm ætate, quæ Monaſterij diligat honeſtatem, conſtituat Abbatiſſa, cui ſoli tantùm, vel deputatæ ſibi ſociæ, cum congruè non poterit intereſſe, loqui ibidem, & reſpondere liceat ſuper iis, quæ ad ſuum officium pertinebunt. Ibi autem nulli loqui liceat, niſi eſſet locutorium occupatum, vel ex alia rationabili cauſa, & neceſſaria aliquando, ſemper tamen de licentia Abbatiſſæ, quod tamen rariſſimè fiat, ſecundùm loquendi modum ſuperius prætaxatum.

### *Caput XV.*

86 Propter neceſſitates quoque aliquando imminentes, quæ non poſſunt per ſupradictum oſtium, vel rotam commodè expediri, permittimus, quòd aliud Oſtium in loco decenti Monaſterio fieri poſſit, per quod certis temporibus intromittantur, & emittantur, quæ fuerint opportuna. Quod quidem oſtium continuè ſit clavi, & ſeris ferreis, & repagulis communitum, ſitque muro à parte exteriori muratum, ita quòd non poſſit aliquatenùs aperiri, vel perſona aliqua indè loqui. Poſſit tamen neceſſitatum dictarum tempore ipſius oſtij murus dirui, oſtium aperiri, nec tunc apertum, niſi quantum minus fieri poterit, ſub tamen fida cuſtodia, dimittatur. Expeditis itaque neceſſitatibus ipſis ſecundùm prædictum modum remunitum clavi, ſeris, & repagulis extrinſecùs remuretur.

### *Caput XVI.*

87. Locutorium autem commune in capella, vel potius in clauſtro, ubi commodiùs, & honeſtiùs fieri poterit, diſponatur, ne ſi fortè fieret in Capella, pacem orantium inquietet. Ipſum locutorium ſit congruæ quantitatis, de lamina ferrea ſubtiliter perforata, & taliter clavis ferreis coaptata, quod numquam valeat aperiri. Sit qnoque ipſa lamina clavis ferreis in longum protenſis exteriùs

riùs fortiter communita, cui pannus niger laneus interiùs taliter apponatur, quòd nec ſorores videre extra valeant, nec videri. Ad iſtud autem locutorium à Completorio, quod dici debet tempore competenti, uſque ad Primam diei ſequentis, ſeù tempore comeſtionis, vel dormitionis in æſtate, aut quando officium celebratur (niſi pro cauſa adeò rationabili, & neceſſaria, quæ commodè differri non poſſit) nulli licitum erit loqui. Quandocunque verò in conceſſis temporibus aliqua, vel aliquæ habuerint ibi loqui, cum modeſtia, & maturitate loquentes, breviter ſe expediant, prout decet. Ubi verò propter ſororum multitudinem videbitur opportunum, aliud ſimile locutorium eſſe poſſit.

*Caput XVII.*

88. Volumus etiam, ut in muro, qui ſorores dividit à Capella, congruentis formæ cratis ferrea collocetur, quæ ſit ex crebris, & ſpiſſis contortis lineis ferreis, diligenti, & forti opere fabricata, & clavis ferreis in longum protenſis exteriùs fortiter communita, vel ex lamina ferrea parvis, & minutis foraminibus perforata, cum protenſis clavis ferreis, ut dictum eſt, in cujus medium fiat unum oſtiolum de lamina ferrea per quod communionis tempore poſſit intromitti calix, & ſacerdos mittens manum poſſit Dominiei Corporis tradere Sacramentum; quod quidem clavi ferrea ſit ſemper firmatum; nec aperiatur, niſi quando proponi Sororibus contigerit verbum Dei, vel Sacramentum Dominici Corporis exhibetur, aut cum quis aliquam ex Sororibus ſuam propinquam conſanguineam videre petierit, vel alia cauſa neceſſaria id expoſcat, quod rariſſimè fiat, & ſemper de licentia Abbatiſſæ. Quæ tamen in nullo caſu (primis duobus dumtaxat exceptis) licentiam largiatur, niſi priùs ſingulis vicibus de hoc conſilium petierit à Conventu. Cui crati pannus lineus niger interiùs taliter apponatur, ut nulla valeat indè aliquid intueri. Habeantur etiam oſtia lignea ex parte Sororum cum ſeris ferreis, atque clave, ut maneant ſemper clauſa, pariter & firmata; & non aperiantur niſi, cum divinum officium celebratur, & niſi quando ex dictis cauſis præfato modo dictum oſtiolum contigerit aperiri; & nemo alius per dictam Cratem loquatur, niſi aliquando rationabili cauſà, vel neceſſaria exigente, alicui de Abbatiſſæ licentia rarò fuerit concedendum. Et tunc prædicta oſtia lignea poterunt aperiri, & quandocunque aliquam perſonam extraneam ad eas ingredi, vel aliàs per crates eis loqui contigerit, tegant faciem cum modeſtia, & inclinent, prout religioſæ convenit honeſtati.

*Caput XVIII.*

89. De ingreſſu perſonarum in Monaſterium firmiter, ac diſtrictè præcipimus, ut nulla umquam Abbatiſſa, vel ejus ſorores aliquam perſonam religioſã, ſeù ſæcularem, aut cujuſlibet dignitatis in Monaſterij clauſuram intrinſecam intrare permittant, nec omnino liceat alicui, niſi quibus conceſſum à Sede Apoſtolica fuerit, vel à Cardinali, cui fuerit Sororum Ordo commiſſus. Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege Medicus cauſâ multùm gravis infirmitatis, & Minutor cum neceſſitas exegerit, qui non abſque duobus ſociis de Familia Monaſterij introducantur, nec ab invicem infra Monaſterium ſeparentur, necnon, & illi, quos occaſione incendij, vel ruinæ, ſeù alterius periculi, vel diſpendij, ſeù pro tuendis à violentia quorumlibet Monaſterio, vel perſonis, aut pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra Monaſterium fieri non poteſt, neceſſitas exegerit introire. Qui omnes expedito ſuo minſterio, vel imminenti neceſſitati ſatisfacto per ipſos, exeant ſinè mora. Nulli autem perſonæ extraneæ intra Monaſterij clauſuram liceat comedere, vel dormire; ſed & ſi quis de Cardinalibus ad aliquod Monaſterium hujuſmodi Religionis aliquando venerit, & intra clauſtrum voluerit ingredi, cum reverentia quidem, & devotione ſuſcipiatur, ſed rogetur, ut cùm paucis ſociis, & honeſtis debeat introire. Liceat quoque Generali Miniſtro Ord. Fratrum Minorum, quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere Sororibus Domini verbum, cum quatuor, vel quinque Fratribus ipſius Ordinis intra clauſuram ingredi Monaſterij, ſi quando ei videbitur expedire. Alius autem Prælatus, cui aliquandò fortè de licentia Sedis Apoſtolicæ, vel dicti Cardinalis intrare licuerit, duobus, vel tribus tantum religioſis, & honeſtis ſociis ſit con

contentus. Quòdſi fortè pro benedictione, vel conſecratione Sororum, vel alio modò conceſſum fuerit Epiſcopo alicui Miſſam interiùs celebrare aliquando, quàm paucioribus, & honeſtioribus poterit, ſociis ſit contentus, & miniſtris: & hoc quoquè ipſum alicui rariùs concedatur. Nulla tamen omninò loquatur cum aliqua perſona de ingreſſis, niſi modo prædicto, ſivè infirma fuerit, ſive ſana. Illud ſanè præcipuè caveatur, ut ij, quibus aliquando conceſſum fuerit ſolummodò, vel datâ licentiâ in Monaſterium ingredi, non aliter admittantur, niſi Abbatiſſæ, & Sororibus viſum fuerit expedire, cum ex hujuſmodi conceſſionibus, vel licentiis Abbatiſſa, vel Sorores eos admittere non cogantur, & ut ſint tales, de quorum verbis, & moribus, necnon vitâ, & habitu ædificari valeant intuentes, & materia juſti ſcandali exindè nequeat generari. Super conceſſione verò, vel licentia ingreſſus hujuſmodi, ad omne ambigunm removendum, Apoſtolici apices, vel Cardinalis patentes litteræ oſtendantur.

*Caput XIX.*

90. De ſervitialibus, & Sororibus, quæ ſemper manere clauſæ, ſicut aliæ non tenentur, diſtrictiùs volumus obſervari, ut ſine licentia, nulla clauſtrum egrediatur. Et quæ emittuntur, honeſtæ, ſint, & convenientis ætatis, ac religioſi, & maturi aſpectus, & calceamentis honeſtis, tàm ipſæ, quàm Sorores illæ, quas aliquandò emittere contigerit pro caſibus ſupradictis, calceatæ incedant. Cæteris verò intus manentibus liceat iſtud idem. Egredientibus verò aſſignetur certus terminus redeundi, nec alicui ipſarum concedatur extra Monaſterium ſine licentia ſpeciali comedere, bibere, vel dormire, nec ab invicem ſeparari, vel alicui in ſecreto loqui, ſeù Capellani Monaſterij; vel converſorum domicilium introire; & ſi aliqua contrarium fecerit, graviter puniatur; & ſolicitè caveant, ne ad loca ſuſpecta divertant, vel cum perſonis malæ famæ familiaritatem habeant, nec in ſuo reditu ſæcularia, vel inutilia Sororibus referant, per quæ diſſolvi valeant, vel turbari. Et quamdiù extra fuerint, taliter ſtudeant ſe habere, quòd de converſatione honeſta ipſarum ædificari valeant intuentes, & quicquid eis datum, vel promiſſum fuerit, reſignent, vel renuntient Abbatiſſæ, vel alij, cui in hoc commiſerit vices ſuas.

*Caput XX.*

91. Capellanus, ſi voluerit ſe Monaſterio obligare, & aliqui, qui Monaſterij converſi eſſe voluerint, & Abbatiſſæ & Conventui viſum fuerit eos recipere, anno probationis elapſo, promittant obedientiam Abbatiſſæ, voventes loci ſtabilitatem, & perpetuò vivere ſine proprio, & in caſtitate. Tunicas de religioſo panno, & vili, tam pretio, quàm colore, juxta eorum indigentiam habere valeant ſine caputio; quarum manicæ breves ſint, & ſtrictæ tantummodò circa manus: longitudo autem tunicarum ſit talis, quòd à cavilla pedum diſtet ſpatio quatuor digitorum. Capellanus tamen habere poterit longiorem. Pro cingulo verò corrigiam honeſtam habeat cum cultello. Caparronem etiam cum caputio ſuper tunicas portent, cujus longitudo genu aliquatulùm tranſeat, & latitudo uſque ad caputium protendatur: Minoris tamen latitudinis caparronem, ſi habere voluerit, poterit Capellanus; qui etiam cappâ honeſtâ, vel mantello poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexo, uti poterit. Superiores autem tunicæ, & longum caputium, necnon, & Capellani cappa, & mantellus non ſint de albo, vel penitùs nigro panno. Veſtiti etiam jaceant, & camiſijs lineis non utantur. Calceamenta alta, & ampla, & ante fixa cum caligis habeant, & fæmoralia portent. Capillos ſuos uſque ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Officium divinum faciant ut Sorores, excepto quòd converſi ad officium B. Virginis, & mortuorum minimè teneantur. Iejunium ſervare debeant ut Sorores; liceat tamen Abbatiſſæ ſuper jejunio Regulæ, cum eis æſtus, vel itineris, aut laboris alterius, ſeù alia quavis rationabili, & honeſta causâ, miſericorditer diſpenſare. Informationi verò, & correctioni Viſitatoris Capellanus, & converſi per omnia ſint ſubjecti; cui in iis, quæ ad viſitationis officium pertinent, teneantur firmiter obedire.

*Caput XXI.*

92. Ad hæc liceat vobis in communi redditus, & poſſeſſiones recipere, & habere, ac ea liberè retinere; pro quibus poſſeſſio

poſſeſſionibus, & redditibus Monaſterij modo debito pertractandis, Procurator unus prudens pariter, & fidelis in ſingulis Monaſteriis veſtri Ordinis habeatur, qui per Abbatiſſam & Conventum conſtitui, & amoveri debeat, ſicut videbitur expedire. Hic verò taliter inſtitutus de omnibus ſibi commiſſis, receptis pariter, & expenſis Abbatiſſæ, & tribus Sororibus ad hoc per Conventũ ſpecialiter aſſignatis, & Viſitatori, cum voluerit, rationem reddere teneatur, & nihil omnino de rebus Monaſterij vendere, commutare, obligare, vel alienare quoquomodo valeat, niſi de licentia Abbatiſſæ pariter, & Conventus. Et quidquid contra hoc attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane. Poſſit tamen de mobilib⁹ parum valentibus aliqua parva, ex cauſa licita de Abbatiſſæ licentia interdùm aliis elargiri. Poſſit etiam per Viſitatorem, cum expedire videbitur, amoveri.

*Caput XXII.*

93. Electio Abbatiſſæ liberè pertineat ad Conventum, confirmatio verò fiat per Cardinalem, cui fuerit iſte Ordo commiſſus, vel authoritate ipſius. Studeant autem Sorores tálem eligere, quæ virtutibus polleat, & ſanctis moribus aliis præſit potiùs, quàm officio, & quæ communitatem ſervet in omnibus, ut ejus exemplo provocatę Sorores, ex amore magis ei obediant, quàm timore. Quæque ſingularibus amoribus careat, ne dum in parte plus diligit, in toto ſcandalum generet. Conſoletur afflictas, ſit refugium tribulatis, ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum, deſperationis morbus prævaleat in infirmis. Quę humiliter, & charitativè viſitet, & corrigat Sorores ſuas, non præcipiendo eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam, & veſtræ profeſſionis formam; non ſit præceps in præcipiendo, ne ex indiſcretione pręcepti ponat peccati laqueum animabus. Cui poſtquam confirmationem receperit, quandiù in officio permanſerit, Sorores univerſæ, necnõ & familia Monaſterij exterior pareant, & obediant diligenter. Semel in hebdomada ad minus Abbatiſſa Sorores ſuas pro ipſarum monitione, ordinatione, & reformatione teneatur in Capitulum convocare, ubi ſecundùm expreſſionem publicarum, & communium negligentiarum, atque culparum pœnæ miſericorditer imponantur. Cõferat etiam cum omnibus Sororibus ſuis, de iis, quæ occurunt pro ſui Monaſterij utilitate, ac honeſtate tractanda. Sæpè enim Dominus, quod melius eſt, juniori revelat. Nullum onerosum, vel grave debitum contrahat, niſi per Procuratorem de communi conſenſu Sororum, cum meniſeſta neceſſitas hoc requirat. Reddat etiam de receptis, & expenſis, ſemel ad minus ſingulis tribus menſibus coram Conventu, vel ſaltem quatuor Sororibus ab eodem ad hoc ſpecialiter deputatis, debitam rationem. Officiales Monaſterii inſtituat de conſilio, & aſſenſu Conventus, vel majoris partis ipſius. Sigillum verò Conventus cuſtodiri faciat, & ſervari ſecundùm ordinationem Conventus; & omnem litteram dirigendam ex parte ejuſdem Conventus, priùs coram Conventu in Capitulo lectam, & approbatam à majori parte Sororum, ibidem coram omnibus faciat ſigillari. Nulla etiam Soror aliquas litteras dirigat, ſeu recipiat, niſi primò eas Abatiſſa legat, vel ab alia ad hæc conſtituta legatur. Studeat inſuper Abbatiſſa Sorores reconciliare, ſi aliquas adinvicem ex aliqua cauſa, vel occaſione contigerit conturbari. Soror verò illa, quæ verbo, vel ſigno occaſionem turbationis, vel ſcandali alteri dederit, ſtatim antequam offerat munus orationis ſuæ Deo, veniam petens à Sorore, quam offendit, coram ea ſe humiliter proſternat, rogans, ut intercedat pro ſe ad Dominum, quatenus ſibi culpam indulgeat, quam commiſit: illa verò verbi Domini memor: *Niſi dimiſeritis ex cordibus veſtris, nec Pater veſter cæleſtis dimittet vobis*; liberaliter injuriam remittat Sorori veniam poſtulanti. Monemus Sorores omnes, hortamur in Domino I. C. ut caveant ab omni ſuperbia, vanagloria, invidia, avaritia, cura, & ſolicitudine hujus ſæculi, detractione, & murmuratione, diſſenſione, diviſione, ac omni vitio, pro quo poſſit diſciplicere in oculis veri Sponſi; ſed magis ſolicitæ coram Deo ſervare exteriorem, & interiorem in omnibus puritatem, ac ſemper invicem habere mutuæ dilectionis unitatem, quæ eſt vinculum perfectionis, ut in ea radicatæ, & fundatæ poſſint ad Agni D. N. I. C. nuptias cum prudentibus Virginibus introire.

*Caput. XXIII.*

94. Ad hæc, ut diſcurſibus diſpendioſis materia ſubtrahatur, in virtute obedientiæ, ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto tranſgredientes, vel non parentes incurrant, diſtrictè præcipimus, ut (exceptis dumtaxat ſervitialibus Monaſteriorum illorum locorum, in quibus Rom. fuerit Curia conſtituta, quandiù ibi reſidentiam fecerit) nulla Abbatiſſa, Soror, vel ſervitialis, pro ulla neceſſitatis cauſa ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter veniat, vel accedat, niſi ſuper hoc per Apoſtolicos apices, vel dicti Cardinalis patentes litteras, alicui ſpecialis licentia concedatur.

*Caput. XXIV.*

95. Monaſteria hujus Religionis per Viſitatores (qui authoritatem, formam, & modum à Cardinali, cui fuerit à Sede Apoſtolica veſter Ordo commiſſus recipiant) ſemel ad minus annis ſingulis viſitentur. Sanè circa viſitationes hujuſmodi illud eſt ſolicitè providendum, ut quicumque vel generalis, vel etiam alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus Viſitator fuerit, talis debeat conſtitui, de cujus religioſa vita, & moribus, notitia plena, & ſecuritas habeatur. Qui cùm ad Monaſterium aliquod veniens fuerit introgreſſus, ſic ſe per omnia exhibeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, & ad Dei amorem, & intra ſe mutuam charitatem ſemper inflammet pariter, & accendat. Et quando monaſterij clauſuram ad viſitandum intraverit, duos religioſos, & idoneos ſocios ſecum ducat, qui videlicet ſocij ſimul maneant, & dum fuerint intra clauſtrum ab invicem nullatenùs ſeparentur. Viſitator autem Regulâ priùs lectâ, & expoſitâ, ab Abbatiſſa ſigillum recipiat, quod ipſa ſibi aſſignare, & abſolutionem, & conceſſionem ab Abbatiſſæ Miniſterio petere abſolutè, ac liberè teneatur. Quæ, ſi communem vitam non poterit ducere, vel noluerit, per eundem Viſitorem à ſuo regimine abſolvatur, niſi ſua mora in officio Monaſterio diſpendioſa non eſſet, ſed neceſſaria, vel evidenter utilis appareret. Abſolvatur etiam per eumdem, ſi aliàs non idonea, vel inſufficiens ad Monaſterij regimen videatur, & hoc fiat ſecundùm formam, & modum, quem à Cardinali ſupradicto receperit Viſitator, qui tàm de ipſius Abbatiſſæ, quàm Sororum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis ab omnibus generaliter, & ſpecialiter à ſingulis inquirat ſtudioſiùs veritatem. Et ubi aliquid reformandum, vel corrigendum invenerit, zelo charitatis, & amore juſtitiæ cum diſcretione corrigat, & reformet, tàm in capite, quàm in membris, ſicut meliùs viderit expedire. Exceſſus autem, qui fuerit ſufficienter correctus à Viſitatore, nullatenus iterùm corrigatur. Quòdſi aliquid tale ſibi occurrerit, quod per ſe nequeat emendare, ad Superiorem referat, ut corrigatur, ſicut expedit, ejus conſilio, ac præcepto. Caveat autem Abbatiſſa, ne à ſe, vel ab aliis Sororibus, ſtatus ſui Monaſterij Viſitatori aliquatenùs abſcondatur, quia malum eſſet indicium, & offenſa graviter punienda; immò volumus, & mandamus, ut ea, quę ſecundùm ſuæ vitæ formam, & regularem obſervantiam inſtituenda, vel emendanda fuerint, publicè, ac privatim ſicut melùs viderit faciendum, Viſitatori ſuggerant, & proponant, cui teneantur in omnibus, quæ ad officium ſuæ viſitationis pertinent, firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerint, à Viſitatore tàm Abbatiſſa, quàm aliæ debitè, prout convenit, puniantur. Omnes autem tàm Abbatiſſa, quàm Sorores conſiderent, & caveant diligenter, ut nihil aliud, quàm amor divinus, & ſuarum Sororum correctio, ac Monaſterij reformatio eas moveat ad loquendum. Modum autem loquendi Viſitator cuſtodiat ſupradictum, ut videlicet aut cũ omnibus, aut cum pluribus ſimul loquatur, vel ſecretè cum una, aliis tamen ad minus duabus in aſpectu ejus non longè ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conſervetur, niſi ad locutorium cum una, aut pluribus loqui voluerit de iis, quæ ad ſuum officium pertinere noſcantur. Idem etiam Viſitator tàm Capellanum, quàm converſos, & cæteros de Familia extrinſeca Monaſterij viſitet, & in eis corrigat, & reformet, quæ correctionis, & reformationis officio noverit indigere, pœnas tàm amotionis perpetuæ à Monaſterio, licentiando profeſſos ad alia Monaſteria, vel Ordines ſicut viderit expedire, quàm alias prout culpæ gravitas, & qualitas exegerit, imponendo. Vt autem non graventur Monaſteria in expenſis, & viſitator omnem notam cujuſpiam ſuſpicio-

cionis evitet, volumus omninò, quòd Viſitator de viſitationis officio, quàm citiùs commodè poterit,ſe ſtudeat expedire,quantò rariùs abſque ſui officij diſpendio poterit Monaſterij clauſuram intrinſecùs ingreſſurus.

*Caput XXV.*

96. Verùm ne ab obſervantia præſentis Regulæ, ſive formulæ ſuprâſcriptæ (quam uniformiter ubique ab omnibus volumus, & mandamus diligentiùs obſervari) pro defectu certi regiminis in poſterùm recedere vos contingat, aut ſub diverſorum magiſterio vivendi modos incurre differentes, Dilecto Fratri noſtro S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali, Gubernatori, Protectori, & Correctori Ordinis Fratrum Minorum, curam, & regimen veſtri Ordinis, necnon & perſonarum in eis degentium, ſcilicet Capellanorum, & converſorum, & familiarium, plenè duximus committenda, ſtatuentes, ut ſub ejus, & aliorum Cardinalium, qui fuerint pro tempore gubernationi, protectioni,atque correctioni eorumdem Fratrum Ordinis à Sede Apoſtolica deputati, obedientia, & cura, & regimine debeatis de cætero permanere, quibus teneamini firmiter obedire. Et ipſi animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes,& curam eiſdem Monaſteriis, & perſonis degentibus in eis, Capellanis, converſis, & familiæ, tam per ſe, quàm per viros idoneos, quoties expedire viderint, viſitationis officium impendere ſtudeant, corrigendo, & reformando ibidem, tam in Capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis Officio noverint indigere. Inſtituant nihilominùs, & deſtituant, ordinent, ſtatuant, & diſponant, prout ſecundùm Deum viderint expedire.

*Caput XXVI.*

97. Vt autem vos in hac Regula, ſivè formula tamquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, nec per oblivionem aliquid negligatis, ſemel vobis in qualibet quindena legatur, & ubi vos inveneritis ea, quæ ſcripta ſunt, facere, agite gratias Deo bonorum omnium largitori; Vbi autem ſibi quæcumque viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, & caveat de futuro, orans, ut ei debitum dimittatur, & in tentationem deinceps non inducatur. Nulli ergo &c. Dat. apud Vrbem Veterem 15. Kal. Novembris Pontif. noſtri anno tertio.

Similem huic ferè per omnia ediderat Innocentius IV. de qua infra c. 9.

## CAPVT V.

*Clariſſarum mirabiles progreſſus.*

98. VNguentum effuſum celeberrimum Claræ nomen, & ſanctitas, adoleſcentulas in odorem virginitatis attraxit. Italia excedens ſanctæ novitatis fama, additumque ſpecialiter de ſumma paupertate, necnon de perpetua clauſura votum, Europæ totius ampliſſimos fines implevit;ut ex Vvadingo ſupra deſcripſimus.

99. [Anno 1213. ultra Sororem Agnetem alias cœpit habere diſcipulas: voluit enim Dominus, ne cœleſtis hujus benedictionis vena,quæ in valle Spoletana ſcaturiit, breves intra terminos concluderetur, ſed amplùm derivaretur in amnem, ut fluminis impetus totam Eccleſiæ lætificaret Civitatem, Nam virtutum Claræ fama diffundi cœpit, & poſt eam adoleſcentulæ cucurrerunt in odorem unguentorum ſuorum. Bino hoc carmine id exprimere voluit vitæ ejus Author apud Surium.

*Clauſa manens Clara toto clareſcere mundo* Anonym. c. 7.
*Incipit, & laudum titulis præclara refulget.*

100. Inter primas à Sorore diſcipulas illuxit Soror Pacifica Guelfutij S. Virginis conſanguinea,& in ſæculo vicina, ex domo contigua ſummè familiaris. Mediæ erat ætatis mulier, quandò ad Claræ exemplum ſe clauſuræ commiſit, nam & Hortulanam Claræ Matrem robuſtè, & ſupra adoleſcentulæ vires comitata eſt ad Civitatem S. Ieruſalem, & aliàs ad Delubrum S. Michaelis in monte Gargano, & demùm ad viſitanda limina Apoſtolorum. Sanctè vixit in ſæculo, & ſanctiùs in Religione. Senſit inter cæteras Sorores virtutem ſuæ Magiſtræ, dum variis, & inſtantibus febribus cruciata, repentè integra donatur ſanitate ex deducto per eamdem ſuper ſe Crucis ſigno. Tantæ pervaſit ſanctitatis, & apud Claram opinionis, ut idonea videretur, quæ Hiſpellum, quinto

ab

ab Aſſiſio lapide, mitteretur, ut Mona. *Vallis gloriæ* dictum, cujus Moniales non adeò arctè, nec perfectè ſecundùm Claræ Magiſterium vivebant, reformaret; quod & oportuit Claram magiſterio Franc & miniſterio FF. in aliis pleriſque Monaſteriis præſtare. Cum verò aquæ penuria laboraret hoc Hiſpelli Cœnobium, coadunatis Sororibus, & præmiſſa oratione Soror Pacifica miraculosè aquam impetravit. Nam intrà Monaſterij ſepta apparens ſpecioſiſſima Cerva, ungulis veluti terram effodiens, eduxit coram oratricibus copioſam venam aquarum ex arido, & ſitienti loco, quæ in hunc uſque diem ſcaturire non deſinit, & eam devotè potantibus infirmis miraculosè tribuit ſæpiùs ſalutem. Poſt unum, aut alterum annum reverſa eſt hæc Dei Famula ad S. Damianum, ubi in Claræ conſortio ſanctè, religiosèque vivens obdormivit in Domino nonagenaria, tumulata in Eccleſia S. Georgij, ad quam ſimul cum Monialibus S. Damiani poſt Claræ mortem tranſlata fuerat.

Ibid. n.65. 101. Hanc ſequta eſt Claræ neptis Soror Amata D. Martini de Corano Filia, B. Albinæ germana Soror, plurima virtute inſignis. Eam Parentes viro parabant, & vanè in hunc finem ornabant. Laſcivienti, ut ſolet, ætati placuit veſtium luxus, & ornatus nimius, arriſitque inſana procorum ſalutatio. Doluit Clara de conſanguineæ periculo, à quo ut liberaretur, & Deum potiùs ſtuderet amare, quàm homines, enixè rogavit. Voti compos facta eſt, nam cum quodam die veniret, ut Claram viſitaret, adeò ejus verbis, & ſancta commota eſt exhortatione, ut ſtatim ſæculo libellum remiſerit repudij, nec à conſanguinea ampliùs potuerit divelli. Eam nimio pœnitentiæ rigore infirmam hydropiſi, & continua tuſſi per annum integrum, & menſem laborantem S. Clara crucis ſigno, manuumque impoſitione repente ſanavit. Chara valde fuit S. Magiſtræ, ejuſque operâ ſæpiùs uſa eſt in ſuis languoribus, atque in poſtremo ei oſtendit Chriſtum ſibi adſtantem, cui Dominus dignatus eſt ſemel ſe exhibere ſpectandum. Notæ virtutis, & ſanctitatis poſt Claram obiit. Corpus ejus conditum eſt in Eccleſia S. Georgij (hodie S. Claræ) cum prædicta Sorore Balbina.

Ibid. n.66. 102. Soror Chriſtiana filia D. Bernardi de Suppo Aſſiſiate, ſocia, & familiaris fuit B. Claræ in ſæculo, in iiſdemque ſæpiùs ſecretorum colloquiorum S. Claræ cum B. Franciſco hæc conſcia erat, & Dei ſponſam occultè ad Franciſcum euntem comitabatur. Eam ſequuta eſt ad Sponſi thalamum, & ſacrum aſylum, in quo quadraginta tribus annis commorata, dies ſuos ſanctè finivit plena bonis operibus in Monaſterio S. Damiani.

103. Soror Agnes Filia D. Opportuli Bernardi Aſſiſiatis, qui ad annum 1238. œconomus fuit Monaſterij S. Damiani, ut ex originali ſcriptura ejuſdem Cœnobij ad illum annum oſtendit Vvadingus, inter primas Claræ conſocias numeratur, quæ tenerula ætate Monaſterium ingreſſa, mundum ignorans ob columbinam ſimplicitatem chara fuit Præfectæ. Voluit experiri cilicij Claræ aſperitatem, quam tantam eſſe comperit, ut licèt aliàs pœnitens, & in ſe ſevera, non potuerit per diem integrum illud perferre, ut in proceſſu pro canonizzanda S. Clara inter cætera ejus pœnitentiæ opera depoſuit: Vidit aliquando puerulum Ieſum Claræ colludentem, & blandientem in Choro, dum concionantem Minorem quemdam audiret; qui an Chriſtus eſſet, dum dubitaret, facta eſt ei interior vox: *In medio eorum ſum*, & perſuaſio efficax, ut crederet Chriſtum cum ſuis dilectis, & in medio congregatarum ſua verba debitè audientium adeſſe. Aliàs etiam conſpexit lucem magnam ſuper Claram deſcendentem, ſimulque revelationem accepit, tunc Spiritum Sanctum ſpeciali quodam influxu in eam deſcendiſſe. Appoſita eſt ad ſuas conſocias in æde S. Georgij. Ibid. n.67.

104 Soror Franciſca (adſcito ob S. Franciſci affectum nomine) D. Capitanei de Colle medio filia, hoc tempore ingreſſa tantæ evaſit virtutis, ut in die Apoſtolorum Philippi, & Iacobi meruerit videre Chriſtum Infantulum in Claræ gremio, & S. S. Euchariſtiæ Sacramenti ſpecies in puerum ſpecioſum converſas, ſex annis graviſſimo dolore capitis laborans, Claræ precibus meruit ſanari. Iacet apud S. Damianum. Ibidem ſepultæ etiam Soror Angelica, hujus temporis Monialis Claræ familiaris, virtutis ſpectatæ; & Soror Benevenuta D. Diambræ Aſſiſiatis Filia, viginti ſex annis cum Clara converſata, Ibid. n.68.

per

per quam liberata fuit à quinque fiſtulis, quibus per annos duodecim cruciabatur. Meruit in tranſitu S. Claræ V. Sanctiſſimam Mariam cum turba Virginum lecto circumſtantium videre.

Ibid.n.69. 105. Eodem tempore in menſe Septembri advenit alia de Peruſio nomine Benevenuta, quæ ob magnam ſanctitatis opinionem ſparſam de utraque Sorore *Clara*, & *Agnete* (quas in ſæculo, veniens bis cum parentibus Aſſiſium, cognoverat, & valde dilexerat ex familiari, & mutuo inter parentes commercio) deliberavit eas imitari: In continua regulari Obſervantia perſeveravit, proptereaque à Clara valde dilecta. Recepit etiam vocis, quam amiſſerat, beneficium Claræ interceſſione: poſtquam obiit non ſine ſanctitatis nomine, ejus oſſa tranſlata ad S. Georgij Cœnobium. Harum, aliarumque hujus temporis Claræ diſcipularum, neque notitiam, neque miraculorum, aut rerum inſignium memoriam aliam reperire potuimus, quàm quæ habetur in proceſſu Canonizzationis ejuſdem S. Claræ, ex quo hæc pauca, ut licuit, ſunt exarata. De aliis Clariſſis aliàs erit ſermo locupletior. Hæc etiam ex Vvadingo.

106. Pervolante ad propinquas, atque
Ibid. ann. 1219.n.43. remotas Provincias S. Claræ primiceriæ famâ, atque de ipſius, & diſcipularum ejus altiſſimo mundi contemptu, excreſcebat adventantium novitiarum numerus, adeò ut anno 1219. ab hujus Religionis inſtitutione ſeptimo, monaſteria pro pauperibus Dominabus paſſim multiplicari jam cœperint, quæ etiam Minoriſſæ ab Ordine Minorum, à quo dependebant, jam tunc in vulgo dicebantur; quibus ideò ad profeſſionis uniformitatem Cardinalis Hugolinus Ordinis Protector particulares conſtitutiones edixit, dum S. Franciſcus propriam eis Regulam tradere detrectaret, ut diximus.

Ibid.1221. n.20. 107. Quamvis autem Seraphicus vir à Monialium colloquiis, & familiaritate Minoribus ſuis quàm juſtiſſimè timens, illarum curam, atque gubernium per eoſdē Minoritas adminiſtrari nō pateretur; de ſuarum tamen in Chriſto filiarum ſalute non poterat non eſſe ſolicitus, & ad ſanctiorem ipſarum educationem applicatus. Quocirca anno 1221. ab Etruria rediens Aſſiſium, ſtatim cogitavit, conſulto Cardinale Protectore, de mittenda Magiſtra, & Abbatiſſa ad novitias Sorores exorientis Monaſterij Monticelli Florentiæ. Decrevit tandem mittendam Agnetem Claræ Sororem; quæ ad præceptum obedientiæ abiens hilariter, in abſentia Claræ Sororis magnum ſenſit dolorem. Quem ut explicaret, & leniret, hanc edidit ad Claram, & cæteras Sorores Aſſiſiates Epiſtolam:



[*Venerabili ſuæ Matri, & Dominæ in Chriſto eximiè peramandæ D. Claræ, & ejuſdem univerſo Conventui Agnes humilis Chriſti ancilla, & minima, ſe ipſam cum omni ſubjectione, & devotione ad pedes, quàm quòd dulciùs, & pretioſiùs in ſummo Altiſſimo Rege poteſt.*

108. QVoniam omnium fortuna taliter eſt creata, quòd nun- Vvad.ann. 1221.n.20.
quam in eodem ſtatu permanere poteſt; ideo quando aliquis arbitratur ſe eſſe in proſperis, tunc mergitur in adverſis. Vndè ſciatis Mater, quòd maxima tribulatio, & immenſa triſtitia carnis ſpiritui meo ineſt, & ſupra modum gravor, & crucior, & ferè loqui non valeo, eo quòd à vobis, & ab aliis Sororibus meis ſeparata ſum corpore, cum quibus in hoc ſęculo mori credebam, & vivere. Hæc tribulatio habet initium, ſed ignorat finem, hæc numquam ſcit deficere, ſed ſemper accipit incrementum. Hæc nuper mihi orta eſt, ſed minimè ad occaſum tendit: Hæc ſemper mihi proxima eſt, & me numquam deſiderat elongari. Credebam, quòd una eſſet mors, & vita in terris, quibus eſt una converſatio, & vita in cœlis, & una reconderet ſepultura, quibus una, & æqualis eſt natura; ſed, ut video, decepta ſum, derelicta ſum, tribulata ex omni parte ſum. O Sorores meæ optimæ condolete mihi quæſò, mecumque plangite, & rogate, ne vos talia patiamini; videte, quia non eſt dolor ſicut dolor meus. Hic dolor ſemper me cruciat, hic languor ſemper me torquet, hic ardor ſemper me urit, propter quæ anguſtiæ mihi ſunt undique, & quid eligam, ignoro. Adjuvate me, rogo, piis orationib⁹ veſtris, ut hæc tribulatio mihi tollerabilis fiat, & levis. Dulciſſima Mater, & Domina quid faciā? quid dicam? quia vos, & Sorores meas amodò revidere corporaliter non ſpero. O ſi poſſem meę mé-

tis conceptum exprimere, ſicut vellem. O ſi dolorem longum, quem expecto, qui ante me eſt ſemper, præſenti pagina vobis aperire poſſem! Ardet mens mea interiùs, ex infinitis tribulationum ignibus cruciatur: gemit cor intùs, & oculi non deficiunt rivos effundere lacrymarum; mœrore tota repleta, ſine ſpiritu tota jam penitùs contabeſco. Conſolationem non invenio, quamvis quæram; concipio dolorem ſuper dolorem, cum corde meditor, quòd Sorores meas numquam videre expecto; Vnde ſub tali ſupplicio tota deficio. In hac parte non eſt, qui conſoletur me ex omnibus charis meis. Ex alia parte conſolor valdè, & vos poteſtis mihi congratulari, inveni enim concordiam magnam (non ſchiſmata) ultra quàm credi poſſit; & omnes me cum jucūditate magna, & gaudio ſuſceperunt, & devotiſſimè cum reverentia mihi obedientiam promiſerunt. Ipſæ omnes recommendant ſe Deo, & vobis, ac Conventui veſtro, & ego me, & ipſas in omnibus, & per omnia recommendo vobis, & ſolicitam curam rogo de me, & ipſis, quaſi de veſtris Sororibus, & filiabus habere velitis, ſcientes me, & ipſas cunctis temporibus vitæ noſtræ inviolāta obſervare velle veſtra monita, & præcepta. Inter hæc ſciatis, quòd D. Papa ſatisfecit mihi, ut dixi, & volui in omnibus, & per omnia, ſecundùm intentionem veſtram, & meam de cauſa, quam ſcitis, de facto videlicet proprio. Precor, ut rogetis Fratrem Eliam, quòd debeat me ſæpiùs viſitare, & in Domino conſolari. Valete in Domino ex Florentia. ] Hucuſque omnia litteraliter ex Vvadingo.

109. Venetias deindè Agnetem ipſam anno 1234. ad fundandum conſororibus ſuis Monaſterium amandātam fuiſſe, notant Vvadingus, & Gonzaga, quod licet ex combuſto hujus Monaſterij (quod jam S. Claræ nuncupabatur) ſcripturarum Archivio conſtare certiùs non poſſe dicant, aſſertum tamèn ampliori ſecu-
Ibid. 1238. n. 20. ritate confirmat ad ann. 1238. ubi Agnetem ipſam S. Claræ germanam Sororem dicit, primam fuiſſe in Mantuano Monaſterio Abbatiſſam, quòd illo anno conſtructum fuiſſe commemorat, & Venetiis Mantuam advenisse fundatricem affirmat. Certo certius eſt, quamplurimas in ipſa hujus ſacræ Religionis infantia Claræ diſcipulas ad fundanda, vel inſtituenda per omnes Italiæ angulos Monaſteria fuiſſ. deſtin. tas, & Cœnobia ipſa creviſſe in immenſum, ut ex innumeris Greg. IX. Innoc. IV. aliorumque Pontificum litteris Apoſtolicis liquidò apparet; quæ omnia propriis in locis ubi de Provinciis agemus, fuſiùs recenſenda, non eſt cur hîc fruſtraneo labore pertractemus.

110. Celeritate non minori extra Italiam rumor pervenit Clariſſarum, quæ dicere verè poterant: *Christi bonus odor ſumus in omni loco.* Vbique terrarum po- Ibid. 1229. n. 32.
ſuerunt magno ſanctitatis incremento ſemina virginitatis. Anno 1229. Miſſæ in Hiſpaniam quædam B. Claræ ſociæ, quæ inſtitutum docerent; illæ, ſi conſtanti famæ credendum ſit, exorſæ ſunt ex conquiſitis undique eleemoſynis hoc anno Monaſterium Virginum ad ter mille paſſus extra Civitatem Zamorrenſem in Hiſpania, ad interlabentem Durium fluvium, nobilem, & vetuſtam; in quo cum ſupervenientibus Virginibus per quadraginta annos commoratæ ſunt. Titulum dederunt S. Franciſci ſabuloſo in loco, qui earum habitationi minùs favit, propter quod compulſæ ſunt ab illo recedere. Cōmodius, & multò auguſtius conſtructum ædificium in Vrbis ſuburbiis ex publico, privatoque piorum hominum ærariis, S. Claræ dicatum, cujus ibi pignora, linteamina videlicet corporalia ab ipſa facta, & coclearium, quo utebatur. Hujus Monaſterij aliàs ampliorem dabimus notitiam ex bullis Pontificiis.

111. Per alias itidem S. Primiceriæ diſcipulas mirabili incremento dilatatus eſt tunc temporis per Hiſpanias Ordo Clariſſarum, ut apparet per Diplomata Pontificia. Præ omnibus celebre habuit initium anno 1233. die 10. Ianuarij Monaſterium S. Claræ Barcinonenſe ante Divæ mortem S. Antonij dictum, ob dedicatam à diuturno tempore vetuſtam Eccleſiam S. Antonio Abbati; nam cum ex S. Damiani ſeminario miſiſſet Clara binas diſcipulas conſanguineas, Agnetem Perandæ ſuam neptem, & Claram alteram ad primiceriæ exemplar ita nuncupatam, prædictæ item Agnetis neptem, ut virginum religioſa collegia in Hiſpania ædificarent; illæ ſive naufragio, ſive quopiam alio infortunio, aut

provi

provido Dei miraculo, in humili ſcapha abſque remis, & velo, per maris Mediterranei fluctus appulerunt Barcinonem. Hæſit in littore cimbula è regione Eccleſiæ prædictæ S. Antonij, juxta quam poſteà accepturę erant domicilium, è qua dùm modeſtę adoleſcentulæ decori aſpectus, & religioſi candoris in terram aſcenderent, ad ſpectaculi prodigium accurrit plebis multitudo, de patria, vitę inſtituto, adventus cauſa, ut moris eſt, ſolerter inquirens. Vniverſâ perceptâ hiſtoriâ, cum reverentiâ, & comitatu multo eas deducunt obuij Prẹſbyteri ad Berengarium Vrbis Epiſcopum, qui ſumma admiratione rei ſeriem audivit, & pio affectu opem omnem promiſit. Hinc ad Minores (quorum tum ibidem ab aliquot annis extructum domicilium) digredientes, eorum conſilio cœperunt de fabricanda ſibi domo cogitare. Ipſam illam Eccleſiam S. Antonij, quam omnium primam ſalutarunt, benignè eis conceſſit Epiſcopus, cujus ſuaſu, & eleemoſynis, piorumque ſubſidio contiguam conſtruxerunt domunculam. Hanc ſexto poſt anno multiplicatis Sororibus, rebuſque ad exitum deductis, propter virtutum merita, & pietatis exempla cum conſenſu Pontificis, necnon ſui Capituli prædictus Berengarius ab omni jure epiſcopali liberè exemit, quod & ejus ſucceſſor F. Petrus ſimiliter fecit anno 1245. quorum litteras dat illis annis inſertas Pontificiis in Regeſt. Vvad. ad calcem voluminis.

112. Indè ad reliquas Hiſpaniæ partes, deindè in Luſitaniam ſtatim ab obitu, & Canonizatione S. Claræ illas transmeaſſe notant Chronica Provinciæ Portugaliæ, ubi & Alexandri IV. litteras Apoſtolicas, pro regiis Santareni, & inter utrumque flumen Monaſteriis adducunt, quas ſuo loco proferre curabimus.

113. In Germaniam itidem, & Bohemiam, atque Poloniam citiùs fuiſſe deportatum Sacrum hoc Clariſſarum inſtitutum, liquidò demonſtrant Annales Ordinis, ſed potiſſimùm Apoſtolica diplomata anno 1234. Agnes Princeps Bohæma Primiſlai Othogari primi, & Conſtantiæ Regum filia, quam Mater in ſomnis intellexerat ſanctam futuram ex habitu oſtenſo S. Claræ, ex miſterioſo modo in ipſis cunis complicandi bráchiola, & pedes in formam Crucis, conſtantiſſimè repudiatis Frederici II. Cæſaris, & Henrici III. Regis Angliæ nuptiis, auditâ famâ Claræ Aſſiſiatis, accerſitis Fratribus Minoribus, quibus ab aliquot annis jam Primiſlaus Pragæ domicilium extruxerat, ſuſcepit ejuſdem inſtitutum ſimul cum aliis nobiliſſimis fœminis, benedictione priùs obtenta pontificia. Multum reluctaſſe Patrem, ſcribit Marianus, ne in ſe commoveret Friderici repudiati furorem, ſed illa in incœpto fervore animoſiùs perſeverans hæſitabundum Patrē in ſuas partes traxit dicens: Non eſſe ſibi timendum ob rejectum propter Chriſtum Imperatorem terrenum, neque quicquam hinc ei mali provenire poſſe, ubi Chriſtus in ſponſalitiis arrham ſecuritatis, & pacis erat præſtiturus.

Ibid. ann. 1234. n. 4.

114. Anno 1237. à S. Clara miſſæ ad preces ejuſdem Regiæ Virginis Agnetis Sorores aliquot in Bohæmiam, & alię in Alemaniam, quæ per Tridentum, ubi Monaſterium pro eis erectum eſt, venerunt Vlmam, ubi aliquæ ex ipſis remanentes cœperunt ædificare pauperculum quoddam Monaſterium, ſivè habitaculum in quodam loco dicto *uff. dem. grieſſ* ubi modò eſt hoſpitale S. Elizabethæ ſatis opulentum. Prima Abbatiſſa vocabatur Heduvigis. Erat tunc temporis quidam maturus, & devotus F. Ordinis Minorum Albertus nomine, cujus ducatu, & directione Sorores illæ in omni ſanctitate viventes valdè profecerunt, ædificantes habitaculum in dicto loco, ubi tunc erat quædam Curia nomine *Munchhoff. uff. dem. grieſſ.* quam quidam nobilis Vdalricus de Fryberg. liberè dictis Sororibus obtulit. Cum autem ſorores illæ devotè ibidem aliquot annos habitaſſent, ob nimiam inquietudinem, & importunitatem locum mutare decreverunt extra oppidum Vlmam. Quod audiens quædam devota Matrona Comitiſſa de Dillingen ex conſenſu, & favore Comitum de Dillingen, aream in Sefflingen dictis Sororibus obtulit, & dotavit, Monaſteriumque ibidem fundavit pro ſeptuaginta duabus ſororibus Ord. S. Claræ, ipſa S. Clara adhuc vivente; undè & Monaſterinm illud Sufflingen, *Ortus B. M. Virginis* nominatum, in ſuperiori Alemania primum fuit, in

Vvad. t. 1. ann. 1237. n. 14.



 quo

quo ſorores illæ devotè, ſanctè intraverunt primùm anno 1258. in die Purificationis B. Virginis; cui Alexand. Papa IV. eadem privilegia communicavit, quæ Sorores S. Claræ in S. Damiano habuerunt, ut litteræ ejuſdem atteſtantur. Quædam etiam Sorores devotæ ex ordinatione S. Claræ, dum adhuc in humanis ageret, ex Colonia, ibidem Ordine ſuo plantato, ad Vlmam redierunt, ferentes ſecum tria capita S.S. Virginum ex ſocietate S. Vrſulæ, quæ hodie in Sufflingen manent. Sicque Monaſterium illud in Superiori Alemania, quaſi Mater aliorum Monaſteriorũ Ord. S. Claræ fuit. Vtpote Anger in Monaco, S. Cæciliæ in Pfullingen, & S. Mariæ Magdalenæ in Nyruberg, S. Agnetis in Herbypoli, & aliorum quamplurimorum, quæ à dicto Monaſterio Sufflingen, Ortum, & progreſſum ſumpſerunt. Reformatus eſt hic Conventus anno 1484. Abhinc in Poloniam ipſarum aliquas citiùs evocatas eſſe B.B. Salomea, & Cunogunda Reginæ Clariſſarum ſub eo tempore ſolemnia vota profeſſæ marr feſtè demonſtrant, ut ſuis in locis fuſiùs referemus. Hæc etiam per integrum ex Vvadingo.

115. In Gallias, (ne in recenſendis etiam in communi prolixior fiam, quæ ſingillatim exaranda occurrerent) in ipſis initiis pervolaſſe celeberrimũ Claræ nomen, atque ſanctiſſimum inſtitutum, dubitare non poſſumus, eoquòd B. Iſabella S. Ludovici Regis uterina Soror ann. 1254. repudiato conſtantiſſimè Conradi Federici Cæſaris Filii imperiali connubio, S. Claræ Religionem amplexa ædificato ad Sequanam regio *Longi-campi* Monaſterio, ibidem ſolemnibus votis emiſſis, ſub Fratrum Minorum cura, quos Pontifex ſpecialiter conceſſit, ſanctiſſimè vitam finivit, & miraculis coruſcavit. Quæ omnia clariùs apparebunt, ubi per Provincias ſingulas de Monaſteriis agemus.

Vvad. t. 2. ann. 1254. n. 33.

116. Diffuſus itaque ſanctitatis odor mundi totius replevit ambitum, ad quem primariæ nobilitatis Reginæ, & Principiſſæ, ſancta æmulatione concurrentes univerſa Europæ Regna Clariſſarum Monaſteriis impleverunt: Hujuſmodi, ut diximus, recenſere licèt in Polonia Salomeam jam inter Beatas relatam, Cunegundam, Yolentam, Heguididem, & Veronicam; Eufroſinam in Germania, ſanctitate magis quàm regio ſanguine Claras: Iſabellam Sororem, & Blancam S. Ludovici Galliarum Regis Filiam; Ioannam ex Philippo Navarræ Regæ, Leonoram ex Rege Siciliæ Carolo, Blancam ex Philippo Francorum Rege progenitas; Sanciam ex Aragoniæ regio ſanguine Siciliæ Reginam, Ludovicam ex regio Sabaudiæ ſtipite, aliaſque permultas, quas in propriis locis ex Caſtellæ, & Luſitaniæ, cæteriſque Regnis longa ſerie recenſebimus; quæ omnes, ut Claram ſequerentur, cum Clara regnaturæ in perpetuum, è regio throno ad voluntarium clauſtri carcerem, à regia purpura ad Franciſcanum cilicium digredientes, Regum, Principumque connubia deſpicientes, Regi Regum Ieſu Chriſto deſponſari glorioſè meruerunt.

117. Quin & ad Orbem novum, ut mulieres, & Virgines illas, quæ ut in pluribus vix humanæ vitæ leges didicerant, tùm civilem, tùm religioſam vivendi methodum edocerent, non ſine ingenti fructu amandatæ primò Textuci, & Guaxocingi Vrbibus jam in ipſis initiis fuerunt conſtitutæ, ut per illas poſſent educari filiæ, tum Hiſpanorum, tum Gentilium converſorum. Anno autem 1529. dum Corteſius Carolum V. Cæſarem ſpecialiùs de Fratrum Minorum glorioſis in Indorum converſione laboribus, & profectibus coram informaſſet, in celebri Epiſcoporum, atque Magnatum Conventu, ubi de ſpirituali novi Orbis profectu diſputabatur, juſſum eſt, ut in Civitate Mexicana ad ſimilitudinem Textuci Monaſterium conſtrueretur Clariſſarum; unde Salmanticeã miſſæ ſunt ſelectæ Clariſſæ, & Tertiariæ, ſivè quas appellabant *Beatas*, ut illæ Moniales, hæ puellas erudirent. Vxor Corteſii Ioanna de Zunica omnes Mexicum in ſuo comitatu perduxit, quo anno 1530. fœliciter pervenerunt, brevique temporis intervallo multiplicata ſunt per Americam Monaſteria, atque Collegia; undè & ad ultimos orbis terræ terminos in Philippinis, & in China fuerunt maximo cum animarum fructu conſtituta.

Vvad. t. 8. ann. 1529. n. 2.

Ibid. 1530. n. 2.

CAPVT

## CAPUT VI.

*S. Clara, & Clariſſæ numquam fuerunt Benedictinæ.*

Fr.Eman. de ſpe,in Chron. Prov.Portugall.l.ſ. c.4.ſ.

118. P. Leo à S. Thoma ex inſigni S. Patriarchæ Benedicti Familia, Luſitanus in ſua hiſtoria Benedictina, apud Emanuelem de ſpe de Ord. Minorum Regularis Obſervãtiæ in ſuæ Luſitanicæ Provinciæ Chronico relatus, S. Claram de Aſſiſio, atque Clariſſas Sanctimoniales quaſcumque, præſertim verò B. Agnetem Bohæmorum Regis filiam ſub habitu, Regula, & obedientia Ord. Benedictini vixiſſe, ex aliquibus nec ſolidè, nec juſtè ponderatis apparentiis commemoravit. Petrus Antonius Tornamira itidem Benedictinus in italico libro, cui titulus (S. Benedictus Abbas Patriarcha) Leonem ſecutus, longéque ſupergreſſus, editiſque liberculis faciliùs in populum diſpergendis, probare contendit, S. Patriarcham Franciſcum inter Benedictinos integro ſemeſtri novitium à Benedictina educatione, & Regula in ſui Min. Ordinis inſtitutione eſſentialiter dependere. Claram inſuper S. Franciſci in Chriſto primogenitam, Claræque filias, & diſcipulas univerſas à novitiatu, & à ſolemni Regulæ profeſſione Benedictinas toto rigore fuiſſe. De S. Franciſco ſuperiùs in quarto lib. jam ſatis, ſuperque me reſpondiſſe ſupponens, hîc de S. Clara, atque de Clariſſis pro veritate reſpondere debeo, & quidem dem coactus, non ut contentionibus indulgeam, à quibus ſupra modum abhorreo, ſed ut eliminatis dicteriis omnibus, atque calumniis, quæ ad rem non faciunt, immò charitatem imminuunt, ex Apoſtolicis potiſſimùm regiſtris, quę omnem humanam fidem exuperant, veritas ipſa obiter, & quantùm ſufficit, illæſa charitate innoteſcat.

Tornam. in S.Ben. Abb Patriarch.l.a. c.4 § 11.& c.ſ.§.1.

Conſtan. Gaet.ubi ſup. Creſcent. Iacobilli & alii ap. Tornamir. loc.cit.

119. Gloriantur, ut ab evidenti veritate incipiam, Franciſcani S. Antonium, qui de Padua dicitur, ex Sacratiſſ. S Auguſtini Familia jam humanâ, & divinâ ſapientiâ ditatum inter Minoritas transmigraſſe; quod & ad pompam in Minoritano ipſius ſolemni officio primis in Veſperis decantant: *Auguſtini primitùs Regula ſubjectus, ſub Franciſco penitùs mundo fit abjectus.* Gloria, non pudor eſt ſanctis, ſanctos habuiſſe magiſtros: Quod autem à veritate diſcordat, cur debeamus monumentis inſerere? Nec inſignis, ultra invidiã, omni titulo S. Benedicti Religio emendicatis indiget honoribus, quæ Sanctorũ, & Doctorũ ſplendidiſſimis radiis longè, latéque corruſcat. Quomodo enim Benedictini Scriptores maximã hanc, de qua agimus, ſuæ Religionis gloriam per quinque jam ferè ſæcula in monumentis ſuis non nominatam neglexiſſe? aut quomodo Rom. Pontifices, qui Clariſſas Minoritis ſubjectas eſſe paſſim deprædicant, Clariſſarum Monaſteria, nulla facta tranſlationis mentione, atque nullo reclamante, à Benedictinis ad Minores tranſtuliſſe dicemus?

120. Verùm ut ordinatè reſpondeam, pluribus à Capitibus hi Neoterici Scriptores Clariſſas arguunt de Ord. S. Benedicti fuiſſe; Primò ex ſui Benedictini Breviarij lectionibus de S Clara Secundò ex diuturno Clariſſarum ad S. Damiani incolatũ, unde & Damianitarum nomine fuerunt nuncupatæ, quem S. Petrum Damianum Benedictinæ Congregationis de fonte Avellano fuiſſe contendunt: Tertiò ex variis Summorum Pontificum litteris Apoſtolicis, in quibus S. Benedicti Regula Clariſſis ut norma præſcribitur: Quartò ex primo Clariſſarum Viſitatore Ciſterſienſi. Quintò ex variis Auctoribus, præſertim verò ex Conſtantino Gaetano Benedictino in lib. *de Religioſa educatione S. Ignatij inter PP. Benedictinos*: Sextò ex eo, quòd in hodiernum uſq; diem Clariſſæ ipſæ ſcapulare ſuper habitum, & titulum Abbatiſſæ in ſua Præfecta à Benedictinis retinere voluerint. Septimò denique ex eo, quòd Fr. Philippus Longus Minorita poſt Ambroſium Ciſterſienſem ipſarum Viſitator eaſdem poſt S. Claræ obitum ſenſim adduxit, ut Benedictinarum nomine, habitu, & regula abdicatis, tandem Minoritis nomen dedere conſenſerint.

121. His omnibus, ut illæſo charitatis vinculo, ex probatiſſimis Auctoribus, omnique exceptione majoribus, præſertim verò ex Vaticani regiſtris, atque ex ipſius Tornamiræ citationibus reſpondeam S. Claram ante omnia fuiſſe ſolius Seraphici Franciſci diſcipulam, & in Chriſto primogenitam, nullo modo à Bene-

nedictinis dependentem, necnon in ipſa S. Clara omnium Clariſſarum, ſeu pauperum Dominarum, quæ & Damianitæ paſſim dicebantur, primiceria, Matre, atque Magiſtra, Clariſſarum earumdem Ordinem fuiſſe à Seraph. Patriarcha Franciſco fundatum, ſine ulla exceptione demonſtrabo; deindè ad ſingula Neotericorum capita pacificè, ſed evidentiſſimè reſpondebo.

122. Clara itaque Aſſiſias, ut in cap. primo hujus lib. fuſiùs explicatum eſt, juxta conſilium de mundo contemnendo, novoque vitæ genere inſtituendo à S. Franciſco receptum, anno 1212. die 19. Martij in ſero Dominicæ Palmarum ad S. Mariæ de Portiuncula confugiens, à Fratribus Minoribus, qui ſub cœleſti vitæ methodo, admirandis potiùs, quàm imitandis pœnitentiæ rigoribus inibi Deo vacabant, cum luminaribus excepta, per ejuſdem Seraph. Patriarchæ manus coram Deiparæ Virginis altari, crine tonſo, Ieſu Chriſto, ejuſque Virgini Matri fuit in perpetuum conſecrata: ſtatim verò ad Eccleſiam S. Pauli Monialium nigrarum à S. Franciſco, ejuſque ſociis pro interim deducta, donec Altiſſimus aliud provideret habitaculum: paucis interjectis diebus ad Eccleſiam S. Angeli de Panſo Monialium de Ordine S. Benedicti, Franciſco, & duobus ejus ſociis comitantibus, pertranſivit. Cum autem Virginis Claræ (Vvadingi verba refero) præclaram jam adeptæ diſcipulam, Agnetem nempè Sororem ſuam, non planè mens inter illas ſanctimoniales conquieſceret, tandem ad S. Damiani Eccleſiam nuper à Franciſco de imminenti prę vetuſtate ruina vindicatam, de ipſius S. Patris conſilio ſimul cum Agnete Sorore commigravit. In hujus domunculæ ergaſtulo per S. Franciſcum, jam ad intentum diſpoſito adducta, receptis à S. Magiſtro novæ vitæ præceptis, corpus quoad vixit carceravit; hìc Virginum Chriſti Collegium inſtituit, Monaſterium ſanctum erexit, pauperum Dominarum Ordinem inchoavit: Hic ſub unius S. Franciſci ſancta inſtitutione, atque perfecta obedientia, quam eidem (nulli verò Benedictinorum) per ſolemne profeſſionis votum promiſit, & ad mortem uſque conſervavit illæſam ſub habitu cinericio, & fune præcincta, etiam in prænallegatis duobus Monaſteriis, ubi pro interim pauciſſimis diebus, atq; per modum depoſiti permanſerat, donec mortalem curſum abſolverit, ſanctiſſimè perſeveravit.

Uvad.t.1. ann.1212 n.21. alij apud ipſũ

In bull. Canoniz. S. Claræ.

In Regul. Clariſſ.

In Teſtam. S. Claræ.

123. Hæc omnia litteraliter, ſed longè fuſiùs apud Vvadingum ex hiſtoria, quam de ipſius S. Claræ vita Alex. IV. ſtatim ac ipſam Sáctorum cathalogo adſcripſit, publicari mandavit, plena fidelitate continentur: Hæc in Breviario Romano uniformiter recitantur ab Eccleſia [Clara nobilis Virgo Aſſiſij nata, S. Franciſcum civem ſuum imitata, facultatibus ſuis in pauperes erogatis, quemadmodum iſte Fratrum, ſic illa ſacrarum Sororum collegium inſtituit, cum quibus in Eccleſia S. Damiani vixit admirabili ſanctitate;] hæc eadem omninò litteraliter in Breviario Benedictino leguntur, prout à Tornamira citantur; ſed in illo verbo (S. Damiani) vim facere conatur: hæc prorſus uniformiter in antiquis, in modernis Scriptoribus, tum Franciſcanis, tum exteris perleguntur; & apud ſeptuaginta Auctores ab Arturo citatos, qui de S. Claræ converſione, vita, Ordinis fundatione, & ſanctitate ſcripſerunt, quos causâ brevitatis omitto, nec unum eſt invenire, qui Claræ, atque Clariſſarum Ordinis inſtitutionem, & fundamentum ab uno Seraphico Franciſco deneget eſſe recognoſcendum. Vnum ſit pro mille Martyrologium Roman. in quo conformiter ad Breviarium ad diem 12. Auguſti ſic legitur. [Aſſiſij in Vmbria S. Claræ Virginis primæ plantæ pauperum fœminarum Ordinis Minorum, quam vitâ, & miraculis celebrem Alex. IV. in numerum Sanctarum retulit] Hæc immemorabili traditione, atque communi Eccleſiæ ſenſu invariata conſervantur: Hæc in bullis omninò plurimis Pontificum una voce decantantur, Ordinem nempè Clariſſarum, ſive pauperum recluſarum, ſive Ordinis S. Damiani, ſive pauperum Dominarum dicere velis, à S. Virgine Clara abſolutè incboatum à S. Franciſco omnimoda recognoſcere debere inſtitutionis ſuę primordia; hęc omnia minutim, atque clariſſimè definiuntur ab Vrb. IV. in bulla Regulę Clariſſarum jam ſuperiùs relata.

Ibid. n. 11. In brev. Rom. ad diem 12. Aug. lect. 5 S. Claræ

Tornam. ubi ſup.

Artur. in Martyr. Franciſc. die 12. Auguſt.

124. Alex. IV. bulla, quam de Claræ canonizatione publicavit. *Clara claris præclara meritis &c. Datum Anagniæ* 14. *Kal.*

Vvad. t. 2. ann. 1255. n. 6.

*Kal. Novemb. Pontif. ſui ann.* 1 ſalutis verò noſtræ 1255. ſic habet [ B. Franciſcus audito ejus famæ præconio, cœpit confeſtim hortari eam, ut ad Chriſti perfectam induceret ſervitutem, quæ ſacris illius monitis mox adhærens, & mundum cum terrenis omnibus abdicare, ac ſoli Domino in paupertate voluntaria famulari deſiderans, hoc ſuum fervens deſiderium, quàm citò potuit, adimplevit: quia tandem cuncta ſua bona, ut unà ſecum quicquid etiam habebat, Chriſti obſequio deputaret, in eleemoſynas, & pauperũ ſubſidia diſtribuit, & convertit. Cumque de ſæculi ſtrepitu fugens, ad quandam campeſtrem declinaſſet Eccleſiam, & ab ipſo B. Franciſco ſacrâ ibi receptâ tonſurâ proceſſiſſet in aliam; conſanguineis ejus ipſam exinde reducere molientibus, illa protinùs amplectens Altare, pannoſque apprehendens ipſius, crinium ſui capitis inciſurâ detectâ eiſdem conſanguineis in hoc fortiter reſtitit, & conſtanter; quia cum jam eſſet mente integra juncta Deo, pati non poterat ab ejus ſervitio ſe divelli. Denique cum ad Eccleſiam S. Damiani extra Civitatem Aſſiſiarem, unde traxit originem, per eumdem B. Franciſcum adducta fuiſſet: ibi ei Dominus ad amorem, & cultum aſſiduum ſui nominis plures ſocias aggregavit. Ab hac ſiquidem inſignis, & ſacer Ordo S. Damiani per orbem jàm longè diffuſus, ſalutare ſumpſit exordium. Hæc adhortante ipſo B. Franciſco huic novæ, ſanctæque obſervantiæ ſequendum dedit initium: Hæc hujus magnæ Religionis fuit primarium, & ſtabile fundamentum: Hæc hujus alti operis lapis extitit primitivus: Hęc genere nobilis, ſed cõverſatione nobilior, virginitatem, quam priùs etiam cuſtodierat, ſub hac ſanctimonię Regula pręcipuè conſervavit: Hanc poſtmodum Religionem mater ejus Hortulana nomine, piis intenta operibus, ipſius natæ ſequendo veſtigia devotè ſuſcepit, in qua demùm hæc optima Hortulana, quæ in horto Dominico protulit talem plantam, conclusit fœliciter dies ſuos. Poſt aliquot verò annos ipſa B. Clara Monaſterij, & Sororum regimen, nimis ejuſdẽ S. Franc. devicta importunitate, recepit: Hæc fuit pauperum Primiceria, Duciſſa humilium, Magiſtra continentium, & pœnitentium Abbatiſſa. Hujus vita erat aliis eruditio, & doctrina; in hoc libro vitæ cæteræ vivendi regulam didicerunt.] Ecce ex Apoſtolica definitione S. Clara Virgo Aſſiſias, S. Franciſci diſcipula, ab eodem ad Chriſtum adducta, & Chriſto conſecrata, ab eodem conſiliis evangelicis, erudita, non alterius Religionis alumna, ſed novæ, Fundatrix, Mater, & Primiceria declaratur.

125. Dum Minoritæ ſub S. Bonaventura Generali ann. 1261. ex Generalis Capituli decreto ſtatuiſſent ſe ſe à Clariſſarum gubernio totaliter ſubtrahere; Illæ verò Fratrum Minorum obſequia, curam, ac ſolicitudinem paternam ſibi ex debito, atque ſtatuto jure negari non poſſe contenderent, eo quòd ita conventum eſſe dicebant inter S. Franciſcum, & S. Claram Primiceriam; cujus Monaſterij curam in ſe, ſuoſque Fratres Vir ſanctus aſſumpſerat, graviſſimam exinde litem in Curia ſubortam eſſe non latet. Quæ per Urbanum IV. Pontif. tandem pacificè ſedata fuit, expedito Brevi: *Inter perſonas &c. Dat. apud Montem flaſconem 14. Kal. Septembr. anno &c.* quam infra in proprio loco fuſiùs explicabimus, tum ex Clariſſarum poſtulatione, tùm ex Minorum repugnantiâ tum ex Pontificis deciſione liquet evidenter, Clariſſas non à Benedictinis, ſed à Minoribus originem ſuam recognoſcere. Ibid. 1263. n. 16.

126. Innocentius IV. anno 1254. à Toloſanis Monialibus Ord. S. Damiani rogatus, ut habitus formam indubiam ad S. Claræ Virginis exemplum præfinire dignaretur; habitum, & chordam, & cætera à tempore S. Claræ adhibita declarans ſic ait. [ *San. mem. Clara Abbatiſſa Monaſterij S. Damiani de Aſſiſio Mater ipſius Ordinis ejuſque Sorores à tempore, quo B. Franciſcus illum inſtituit &c.*] quid clariùs hac in re deſiderare poſſumus? Bullæ per extenſum exhibeo tenorem.

## INNOC. PAPA IV.

*Abbatiſſæ, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterij S. Mariæ Toloſan. Ord. S. Damiani.*

CVm à nobis petitur &c. *uſque effectum.* Cum itaque, ut veſtra Nobis exhibita petitio continebat, conſueveritis ſecundùm obſervantiam veſtri Ord. tunicam Vvad. t. 2. in Reg. 1254. bull. 38. Innoc. IV.

tunicam, Mantellum, & chordam, & velum deferre; & ſan. mem. Clara Abbatiſſa Monaſterij S.Damiani de Aſſiſio Mater ipſius Ordinis, ejuſque Sorores à tempore, quo B. Franciſcus illum inſtituit, uſque nunc uſæ fuerint chorda pro cingulo, velo quoque, tunica, & Mantello, quamquam in formula vitæ ipſarum, quam fæl. rec. Greg. Papa prædeceſſor noſter, tunc in minori conſtitutus officio, eiſdem obſervandam tradiderat, de chorda, vel cingulo minimè fecerit mentionem. Nos quieti veſtræ ſuper hoc providere volentes, veſtris devotis precibus inclinati, vobis ut præmiſſis, chorda, velo, tunica, & mantello, ſicut conſueviſtis hactenùs, liberè uti valeatis, authoritate præſentium indulgemus; diſtrictiùs inhibentes, ne ſuper hotum, vel alicujus eorum uſu quiſquam vos impedire de cæterò, vel moleſtare præſumat. Nulli ergo &c. Dat. Anagniæ 6. Idus Iulij anno 12. Vbi inquam dubitandi locus eſſe poteſt contra Pontificis aſſertum?

127. Nicolaus III. ab univerſo Clariſſarum Ord. rogatus, ut eas de ſpeciali gratia à Lateranen. Concilij decreto dignaretur eximere (cum enim Religiones omnes illius virtute abrogati deberent, quæ poſt Concilium ipſum ſine ſpeciali licentia ad titulum mendicationis fuiſſent inſtitutæ, timebant nec ſinè cauſa Moniales, ſe ſe ob aliquorum æmulationem fore delendas, quòd poſt Concil. Regulam ſuæ inſtitutionis accepiſſent.) Pontifex dato Brevi, quod inferiùs apponam, Clariſſarum Ordinem in Lateranen. Concilij decreto non comprehendi declaravit, quamvis poſt Concilium inſtitutus fuiſſet, quod tamen non de prima Ord. inſtitutione, quam triennio ante Concil. ſcilicet anno 1212. receperat, ſed de Regulæ editione poſt Concil. emanata, eſſe intelligendum, optime notavit Vvadingus: Si vero de antiqua S. Benedicti Religione, vel Petri Damiani Regula fuiſſet Ordo Clariſſarum, nova Pōtificis gratia ad evitandum Concilij decretum non indiguiſſet, ut apparet.

Vvad. t. 2. in Reg. Bull 8 Nicol. III. inſtr f. 1141.

128. Deniquè cum ex plurimis Pontificum litteris, quæ ad Clariſſas directæ hujuſmodi in titulo expreſſionem *Ord S. Damiani* nulla tergiverſatione celabilem continent, immò & non paucæ S. Benedicti Regulam aſſignant, potiſſimum ſuæ aſſertionis argumentum Neoterici iſti aſſumere contendant; Alex. IV. Apoſtolicum Diploma juvat adducere, in quo Moniales ipſas Ord. S. Damiani, de quibus, ut præfertur, toties in litteris Apoſtolicis mentio reperitur, fuiſſe primò, & ſingulariter à S. Franciſco inſtitutas, & quòd Sororum Minorum titulum uſurpare, S. Patriarcha Franciſco in primis obſiſtente, non poſſent expreſſiſſimè declarat: Doluerat enim Seraph. Pater, quòd per Fratres ſuos jam Minoriſſarum titulo fuiſſent inſignitæ; unde hoc amoto, Moniales S. Damiani à primo Aſſiſienſi ipſarum Cœnobio paſſim nuncupatæ leguntur, quem B. Petrum Damianum fuiſſe, adverſarij malè contendunt, ut indè Clariſſas ſub Regula, & Religione S. Benedicti valeant ex conſequenti conſtituere; ad quod ſtatim reſpondere curabimus: interim Diploma do per extenſum, quod occaſione quarumdam mulierum non bonæ famæ, quæ tum de Ordin. S. Damiani declarari, tùm titulo Sororum Minorum inſigniri prætendebant, fuit expeditum.

### ALEXAND PAPA IV.

*Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Vaſconiam, & Aquitaniam conſtitutis,*

129. Cvm harum rector ſatanas tenebrarum, ſe frequenter in lucis Angelum transfigurans ſequaces innumeros per erroris devia poſt ſe trahat, Eccleſiæ gubernaculum tenentibus expedire plurimùm arbitramur, ut diſcretione provida, quæ velut diluculi palpebræ debeat aſſiduè præcedere greſſus ſuos, ſingulorum ſpiritus noverint comprobare, ne ipſis dormientibus ſub ovina pelle lupi lateant in ovili, & in agro Eccleſiæ lolium germinet pro frumento. Sanè, ſicut nuper à viris fide dignis accepimus, quædam mulierculæ interius oneratæ peccatis, foris tamen ſanctitatis, cujus virtutem prorſus abnegant, ſpeciem prætendentes, diſruptis vinculis obedientiæ ſalutaris, in vitæ latitudine, quæ ducit ad mortem, abſque jugo diſciplinæ damnabiliter evagantur, circumeundo varias regiones, nec iis contentæ ad damnationis ſuæ cumulum, quò liben

libentiùs ſuam valeant malitiam in oculis hominum palliare, ſub nomine S. Damiani, cujus dignæ memoriæ S. Confeſſor Chriſti Franciſcus *primus Cultor* extitit, & *Plantator*, ſe velle Monaſteria ejuſdem Ord. conſtruere profitentes, ſuper ipſorum fundatione litteras à Nobis impetrant tacita veritate; Undè frequenter accidit, ut per tales nomen *Sororum Minorum*, quod nec ipſis etiam Sororibus Ord. S. Damiani ex Regula, ſeù juris formula competit, ſibi fallaciter uſurpantes, infamiæ oubilo dilectorum filiorum Fratrum Minorum Ordinis puritas offuſcatur. Cum igitur talium non indigeat Deus mendacio, nec de ſuo dolo, & fraude commodum debeant reportare; ne memoratum Ordinem, quem ſincere diligimus, & gaudemus utiliter promoveri, ſuæ contingat de cætero pro talibus incurrere detrimentum; Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſub nomine S. Damiani occaſione quarumcumque litterarum à Sede Apoſtolica directarum, ſeù dirigendarum, quæ de præſentibus expreſſe non fecerint mentionem, in veſtris Civitatibus, ſive Diœceſibus Monaſterium, vel habitaculum inchoari, ſeù inchoatum conſtrui nullatenus permittatis, niſi de dilecti Filij Miniſtri Provincialis Fratrum Min. in Vaſconia, & Aquitania fieret conſilio, & aſſenſu; quòdſi contra mandatum noſtrum quidquam contigerit attentari, eaſdem curetis ab hujuſmodi authoritate noſtra, ſublato cujuſlibet appellationis obſtaculo coerceri. Dat. Later. 6. Idus Ianuar. Pontif. noſtri anno 3.

130. Urbanus etiam Papa IV. rogante Joanne Cardinali Urſino Ord. Protectore, dolens, quòd Clariſſæ diverſis ſub Regulis, ut ſupra dictum eſt, vivertes diverſis etiam nominibus, nuncuparentur, edita bullâ *Beata Clara virtute Clarens &c.* quam ſupra deſcripſimus, eas omnes ubique terrarum ſolo Clariſſarum titulo nuncupari, & ſub una S. Franciſci Regula, quam à ſe ipſo modificatam ibidem inſeruit, vivere præcepit. De titulo autem, vel Regula, vel Religione S. Benedicti, nulla mentio in eodem Diplomate reperitur, quin Ord. ipſum S. Franciſco Magiſtro in Clara fuiſſe inchoatum aſſeveranter oſtendit. (Ibid. in Regeſt. bull. X. Urb. IV.)

131. Seraphici ejuſdem Patriarchæ S. Franciſci irrefragabile teſtmonium poſſem adducere ad intentum; cum enim anno 1219. poſt celebrata Aſſiſij Comitia Syriacam profectionem aggrederetur, ab Hugolino Cardinali amantiſſimo Ordinis Protectore inſtantiſſimè rogatus, ut pro Clariſſis ſanctimonialibus, quæ jam per Orbem multiplicari cœperant, Regulam pro ſolemni profeſſione vellet excribere, Vir Sanctus altè ſuſpirans reſpondiſſe legitur [ Præter unum illud, in quo Claram reclusit, nullum aliud ſe extruxiſſe, aut extrui procuraſſe, atque ſe hujus ſolius curam aſſumpſiſſe, tam quoad diſciplinam regularem &c. neque quicquam ſibi tantumdem diſplicere, quàm ut Fratres in aliis partibus ſuum eis nomen commuoicaverint, & Minoriſſas vocari decreverint.] (Wad. t. 1. ann. 1219. n. 43.)

132. Clara ipſa non minus de hujuſdi declaratione ſolicita neceſſariis jam præceptis à Seraphico Patriarcha, quoad sanctè vivendi modum ſufficienter inſtructa, quòd ſolemnis profeſſionis formulam ab Hugolino Cardinali cum illa particula, *& Regulam S. Benedicti vobis tradimus*, aliæ Sorores coactæ fuiſſent recipere; à ſuſpiriis, & lachrymis ceſſare noluit, donec propriam (ſuper relatam) ab ipſo Franciſco obtinere mereretur: in qua S. Franciſco, & ſucceſſoribus ejus, non verò Benedictinis obedientiam ſolemni voto promiſit, & Cardinalem ſuæ novæ Religionis Protectorem eundem habere præſcribitur, quem Fatres Minores pro ſe ipſis habere contigerit, ſuumque de Ordine Minorum Viſitatorem. Dùm verò ſeraphicæ hujus Regulæ Apoſtolicam confirmationem tùm ab Honorio, tùm à Greg. tùm ab Innoc. ſucceſſivè Rom. Pontificibus ob ſummos vitæ rigores, atque potiſſimùm ob evangelicæ paupertatis inſuperabile culmen, differri conſpiceret, ſuaſque ideò in Chriſto Filias præfatam Hugolini methodum, etiam ab Innocentio confirmatam obſervare debere, lachrymis iterum immerſa, jamque in ultimo vitæ ſuę termino conſtituta, à Raynaldo Card. Oſtienſe Ord. Protectore, atque ab eodem Innoc. Pontifice peramanter viſitata, hoc unum ſummis precibus expoſtulavit, ut Franciſcana Regula per Apoſtolicum Diploma comprobata firmitatem acciperet; proteſtata, quòd aliter ad Chriſtum quieta proficiſci non poſ- (Ibid. anno. 1224.) (Ibid. t. 1. ann. 1253. n. 1.)

ſet; nec à ſupplicando deſtitit, donec impetraverit; Denique in Teſtamento ſuo hoc unnm præ cæteris voluit ſæpiùs inculcare filiabus *ſicut Dominus dedit nobis Beatiſſimum P. N. Franciſcum in fundatorem*; quem Patris nomine ſæpiſſimè repetit; *quæ Deo, & P. N. Franciſco promiſimus, ſervare teneãtur*: ut in ejus teſtamento per extẽſum eſt videre ſup. cap. 3.

133. Quomodo ergò contra plurium ſæculorum invariatam traditionem, contra communem ſenſum Eccleſiæ, contra torrentem Scriptorum, contra ejuſdem S. Franciſci, & S. Claræ aperta teſtimonia, denique contra clariſſimum litterarum Apoſtolicarum tenorem, ex ambiguis, & malè intellectis argumentis novæ aſſertionis apparentia fundamenta ſuſcitare contendimus? Plurimis aliis, quæ ad intentum poterant coacervari pacis, & brevitatis ergo interim dimiſſis, hæc pauca ſufficere crediderim pro veritate conteſtanda; quæ ſole meridiano clariùs elucèſcit.

134. Iam ſupereſt, ut ad ſingula Neotericorum argumenta, majori qua fieri poteſt claritate, ſed ſemper imperturbata pace reſpondeam; quorum Achilles cum in eo potiſſimùm poſitus eſſe videatur, quòd Clara, Clariſſæque omnes ſaltem adusque Vrban. IV. tempora S. Benedicti Regulam obſervaverint, quæ in Pontificum litteris ad varia per Orbem Monaſteria tranſmiſſis præſcripta legitur, quamque ideo Innocen. IV. licèt ab Agnete Bohemorum Regis filia inſtantiſſimè rogatus, abradere recuſavit; ut clariùs appareat quantum ponderis habeat, quot, & quales à ſuæ inſtitutionis initio Regulas habuerint Clariſſæ, primò conſiderandum occurrit. Primam à S. Franciſco editam ſic oſtendo. (Tornam. loc. cit.)

135. Nec inficior, nec confiteri erubeſco S. P. Franciſcum à Monialium regimine ſuſcipiendo ſemper alienum, methodicam pro illarum ſolemni profeſſione Regulam, quamvis inſtantiſſimè rogatũ, numquã per plures annos voluiſſe tranſcribere. Cum verò Claram, Clareque ſocias, & diſcipulas in Aſſiſienſi S. Damiani Cœnobio ipſe concluſerit, earumque ſpiritualem curam ſe ſe aſſumpſiſſe, numquam denegaverit; nec ſomniari quidem poſſumus, quòd vitæ præcepta pro ſpirituali educatione ipſis conſcripta non dederit. Scripſit ergo eis breviorem Regulam, qualem eas in ipſo cõverſionis initio decebat. Cũ verò hęc formula nec methodicè ordinata, nec Apoſtolico diplomate confirmata ad ſolemnem regularis vitæ profeſſionem, maximè poſt prę citatum Concilij Lateranenſis decretum valere non poſſet, rogatus ſępiùs Vir ſanctus, ut tum pro iſtis, tum pro cæteris, quæ ad virginis Claræ famam, & exemplnm longè, lateque per orbem multiplicabantur, quibuſque erudiendis B. Agnetem Claræ germanam Sororem, aliaſque de S. Damiani Monaſterio amandari videbat, Regulam componeret, nec Regulam, nec Magiſtrum, nec Viſitatorẽ de ſuis umquã ipſis aſſignare conſenſit; quin & graviùs indoluit, dum eaſdem jam pluribus in locis Minoriſſas appellitari, & per Fratres Minores gubernari cognovit. Verumtamen breviora illa vitæ præcepta S. Claræ ab initio tradita, & paſſim ad Moniales tranſmiſſa, à plurimis ex integro, quamvis non ad regularis profeſſionis titulum ſervabantur; undè poſſeſſiones omnes, & proprietatem in communi conſtantiſſimè ad exemplum Primiceriæ reſpuere cernebantur. Quinimmò, & Agnes Bohæma à nonnullis S. Claræ diſcipulis edocta, hanc vitæ mothodum, proventibus abdicatis, ſibi à Greg. IX pro unica Regula confirmari procuravit, quamvis non impetraverit, ut in bulla mox recitanda clariùs apparebit. (Uvad. t. 1. ann. 1219. n. 43.) (Ex bull. Greg. IX. infra cit.)

136. Hugolinus ergo Cardinalis tunc Ordinis Protector Franciſcum videns ad hæc immobilem ex una parte, ex altera excreſcentium quotidie Clariſſarum numerum, & ſanctitatem, ut ſub una regularis vitæ mothodo ubique regerentur, per quam ſolemnis ipſarum profeſſio juxta cit. Concilium redderetur authentica, habito verbo cum Honor. Pontifice, conſtitutiones proprias ad univerſa dirigendas Monaſteria conſcripſit, inqueis ad intentum Concilij particulam illam prudenti conſilio inſertam eſſe voluit. *Regulam S. Benedicti vobis tradimus obſervandam in omnibus, in quibus eidem vivendi formulæ vobis à Nobis traditæ, ſecundùm quam vivere decreviſtis, contraria minimè comprobatur.* Ex ipſo itaque conſtitutionis ſenſu patet evidenter; non principaliter ad Regulam S. Benedicti, ſed ad novam vitæ formulam ibi deſcriptam obligatas fuiſſe Clariſſas: Regulam (Ibid.)

verò

verò S. Benedicti ſecundariò fuiſſe adjectam, quatenùs in Ordine ad profeſſionis regularis ſolemnitatem, ex approbatione Sedis Apoſtolicæ tria Religionis ſolemnia vota continet eſſentialiter, quod unum prætenditur in concilij decreto. Noto inſuper in omnibus ferè articulis, & punctis, ſi vota eſſentialia excipias, Hugolini conſtitutiones à Regula S. Benedicti differre, ut de perpetua clauſura, de jejuniis, de lecto, de veſtitu, & de reliquis attentè conſideratis apparet, necnon de omnimoda in particulari, & in communi paupertate, quam nec in Benedictina Regula, nec in Hugolini conſtitutionibus legimus appoſitam, & tamen Clara S. Franciſci præceptis tenaciſſimè inhærens, firmiter adeò in ſuo Aſſiſienſi Monaſterio, & in pluribus aliis, quamvis per Pontifices ad poſſidendum in communi efficaciter invitatis, obſervari voluit, ut Hugolini adhuc Cardinalis, & demùm ſub Gregorij nomine ad Pontificatum evecti ſæpiùs exhibitas poſſeſſiones conſtantiſſimè rejecerit, & argumenta in contrarium adducta ex ſola indefectibili in Deum fiducia diſſolverit: [quin, & ſuſpiſcatus pius Pontifex (Verba ſunt Vvading.) propterea tenaciter inhæſiſſe paupertati, quòd ei ſervandæ perpetuo ſe obſtrinxerit voto; addidit; ſi votum formidas chariſſima filia, Nos te à voto abſolvimus: Sancte Pater, inquit illa, nequaquã à Chriſti ſequela in perpetuum, ſed à peccatis meis abſolvi deſidero] quod votum in Regula breviori jam per S. Franciſcum illi tradita (ut notat Vvad.) fuit litteraliter expreſſum. Hanc unicam pro ſumma gratia jam morti propinqua à Raynaldo Card. Oſtien. Ordin. Protectore, & ab Innoc. Pontifice ſibi, & Ordini ſuo confirmari inceſſanter poſtulavit, donec impetraverit. Hanc Chriſti, & Franciſci P. ſui hæreditatem ſingulariſſimam in ſuo teſtamento chariſſimis filiabus inviolabili ſucceſſione legavit dicens: [Paupertatis formam, quam Deo, & Beatiſſ. P. N. Franciſco promiſimus, poſt mortem meam ubique fuerint, ſervare nihilominus teneantur]

137. Servabatur ergo à S. Clara, & à Clariſſis ut plurimùm S. Franciſci Regula, licèt nõ methodica, etiam poſt Hugolini Conſtitutiones; videndum igitur quo titulo particula illa *Regulam S. Benedicti &c.* fuerit ibidem appoſita, quod ut certiùs, & citra controverſiam habeamus, ex ipſis litteris Apoſtolicis enucleare debemus. Angebatur Agnes Bohæma, dum Claræ Primiceriæ in omnibus æmulando paupertatem, & humilitatem, obtentis etiam aliquabus ejuſdem Claræ diſcipulis ad Franciſcanæ Regulæ rigorem, ſe ſe adamuſſim conformare percuperet; ſed cum immiſſam per Pontificem reſpuere non auderet, tertiam ex ambabus quodammodo compactam authoritate Apoſtolica ſibi confirmari ſupplicavit; at obtinere non potuit, ut ex bulla conſtabit, quam appono; ubi & de prima Clariſſarum Regula per S. Franciſcum tradita teſtimonium apponitur.

GREGORIUS PAPA IX.

*Agneti Ancillæ Chriſti, & glorioſæ Virginis in mulieribus Benedictæ.*

138. Angelis gaudium, & converſis ad Dominum ſuper eo devotionis augmentum adveniſſe credimus, quòd regalem apparatum abjiciens aſſumpſiſti paupertatis habitum, ut veſtigia Regis æterni ſequentibus promiſſa percipere valeas præmia ſupernorum. Verùm ut in hac parte authore Domino dirigi tua poſſit intentio, & copulari, eſt tibi ſolicitè vigilandum, ut quantumcunq; cor tuum, inſpirante Domino, ad virtutum obſervantiam inflammetur, ad cultum obedientiæ prompta ſemper, & facilis pro illius gloria, qui uſque ad mortem Crucis eſt Patri factus obediens, habearis. Cum igitur Nos, licèt immeriti, Vniverſitatis fidelium Pater ſimus à Domino conſtituti, hoc gerentes corde præcipuum, quòd propitiante Deo per noſtræ ſervitutis officium, ſalus provenire valeat animarum, monita noſtra debes & devota mente ſuſcipere, & efficacis diligentiæ ſtudiis adimplere, præſertim ſuper iis, in quibus hoc ſolum agitur, quod gratum Conditori omnium habeatur. Sanè, filia benedictionis, & gratiæ, cum Nobis adhuc in minori conſtitutis officio, dil. in Chriſto filia Clara Abbatiſſa Monaſterij S. Damiani de Aſſiſio, & quædam aliæ devotæ Dominæ Mulieres, poſtpoſita vanitate ſæculi elegiſſent eidem ſub Religionis obſervantia famulari, ipſis B. Franciſcus, quibus tamquam modo

Ibid. t. 1. ann. 1238. n. 12.

modo genitis,non cibum ſolidum,ſed qui videbat competere, potum lactis ,*formulam vitæ tradidit*. Quam pridem Nobis, in quadam ſchedula per dilectum filium Priorē Hoſpitalis S.Franc Pragen.virum utique diſcretum, & providum deſtinaſti, humili ſupplicatione depoſcens, ut præſentatam Nobis per eumdem tuo ſub ſigillo formam confectam ex prædicta formula, & quibuſdam capitulis, quæ in Ordinis B. Damiani Regula continentur, confirmare authoritate Apoſtolica dignaremur. Nos quidem ad rationis cōſilium recurrentes, ex diverſis cauſis expedire non vidimus, quòd id ad complemēti gratiā duceremus: Primò quia prędictā Regulam ſtudio compoſitam vigilanti,& acceptatā à prædicto ſancto,necnon per fœl. rec. Honor. Papam prædeceſſorem noſtrum poſtmodum confirmatam dictæ Claræ, & Sorores, conceſſo, ipſis ab eodem, intercedentibus Nobis, exemptionis privilegio, ſolemniter ſunt profeſſæ: Secundò quia ipſæ, formulâ prædictâ poſtpoſitâ, eamdem Regulam à profeſſionis tampore uſque nunc laudabiliter obſervarunt: Tertiò quia cum ſit ita ſtatutum, ut ubique ab omnibus eamdem profitentibus uniformiter obſervetur, ex præſumptione contrarij grave poſſet, & importabile ſcandalum exoriri; præſertim quia cæteræ Sorores præfati Ord. dum integritatem Regulæ ſic violatam attendent, turbatis mentibus in ipſius obſervantia, quod avertat Dominus, titubarent. Rogamus itaque devotionem tuam, & obedientiam in D.I. Chriſto, in remiſſionem tuorum peccatorum injungentes, quatenus præmiſſa ſolerti meditatione conſiderans, & prudenter advertens, quòd quicquid tibi ſuggeratur ab aliquo fortè zelum, ſed non ſecundùm ſcientiam habente, id in tuis affectibus debeat haberi potiſſimum, quod Deo placitum, & acceptum Nobis, ſalutare tibi, & proximis eſſe valeat annuente clementia Redemptoris, prædictam Regulam, omni occaſione poſtpoſita, diligenter obſerves, & à tuis Sororibus obſervari procures, ineffabili ſpe tibi propoſita, quòd per hoc animæ tuæ de miſericordia divina proveniat, ut mereatur gemmis adornari, quibus cœleſtis aulæ ſolium noſcitur inſigniri: Nec ſuper hoc tibi obſiſtat trepidatio ex eo conſurgens, quòd tamquam eorum ignara, quæ de conceſſione Regulæ memoratæ prædicimus, te ad ſupradictæ Regulæ obſervantiam obligaſti, nàm nullo modo teneris ad illam, cum per Sedem Apoſtolicam approbata non fuerit, & à ſupradicta Clara, ejuſque Sororibus, ac aliis non ſervetur. Quid ulteriùs? quia non videtur votum infringere, qui commutat ipſum in meliùs, ac Sorores tuas ab obſervantia prædictæ formulæ, de indultæ Nobis à Domino poteſtatis plenitudine abſolventes, volumus, & mandamus, quatenus eamdem Regulam tibi ſub bulla noſtra tranſmiſſam reverentia filiali ſuſcipias, in Monaſterio tuo perpetuis futuris temporibus eum illis articulis obſervandam, ſuper quibus ea charitate devicti, quæ Cœli Regem ad compatiendum languoribus humanæ fragilitatis induxit, duximus diſpenſandum, prout in litteris Apoſtolicis directis tibi per memoratum Priorem ſuper petitionibus ex parte tuę ſinceritatis oblatis, quantum in Domino cum ſalute animæ tuæ potuit favorabiliter expeditum perſpicies contineri: firmā de Nobis habitura fiduciam, quòd ſi à te aliquando, vel Sororibus jam dicti Monaſterij de ipſius Regulæ in aliquibus temperando rigore, aut ſuper aliis requiſiti fuerimus, ſuper hoc tuis, & ipſarum votis ſecundùm Deum paternis affectibus annuemus, Dat. Laterani 5. Idus Maij anno 12.

139. Patet igitur ex Rom. Pontif. oraculo, quòd illæ à Clariſſis ſervarentur conſtitutiones, quas ipſe adhuc Cardinalis præſcripſerat, quamvis & præcepta à S. Franc. tradita ab eiſdem cuſtodiata dixerimus; de Regulæ autem Benedictinæ obſervantia nec verbum quidem apponitur. Cum tamen Agnes ipſa, necnon pleraque alia Clariſſarum Monaſteria, ad quæ præfatæ Hugolini Conſtitutiones, tùm ab ipſo Gregorio, tum ab Innoc. paſſim tranſmittebantur, & nihilominus S. Franciſci Regulam, ſaltem quæ methodicè dehinc tradita eſt, acceperant, duabus Regulis ex erronea conſcientia ſeſe obligari formidarent, eo vel maximè, quòd S. Benedicti Regula (ultra Franciſcanam) in citatis conſtitutionibus obſervanda præſcriberetur; Hinc B. Agnes ſæpiùs nominata ex timoratæ conſcientiæ ſollicitudine ſcrupuloſa agitari cœpit. Duo potiſſimùm tenuere perplexam

plexam; alterum erat præceptum Obedientiæ in ipſo ejus principio expreſſum, quod ad ſingula ipſius formulæ ordinata, & ſtatuta videbatur ſub mortalis noxæ piaculo obligare; alterum quòd ipſi formulæ litteris Apoſtolicis inſerta
Ibid. 1243. n. 35. hæc verba inveniantur adnexa: *Regulam B. Benedicti vobis tradimus obſervandam &c.* Ac proinde Moniales viderentur ad ejus Regulæ teneri obſervantiam, durumque eſſe ad duas, ac diſcrepantes vivendi normas adſtringi; ſtimulum adauxit, quòd re ipſa Regulam S. Benedicti non obſervarint. Rogavit ergo, ut duæ illæ clauſulæ expungerentur; Huic proinde anxietati tollendæ ſequentes litteras dedit Pontifex.

## INNOCENTIUS PAPA IV.

*Reverendiſſ. in Chriſto filiæ Agneti ſorori Monaſterij S. Franciſci Pragen. Ordin. S. Damiani.*

Ibidem. 140. IN divini timoris nominis, & amore ſollicita, ſemper tremula redderis, ne à te, vel Monaſterij tui ſororibus aliquid contingat fieri, quod divinę diſpliceat voluntati. Hinc eſt, quòd cum univerſis Ordin. tui ſororibus, ſicut accepimus, in virtute Obedientiæ à Sede Apoſtolica ſit injunctum, ut traditam eis Regularis vitæ formulam inviolabiliter obſervare ſtudeant, & ipſa in Monaſterio tuo laudabiliter obſervetur; tu ſuper eo, quòd in proœmio ipſius formulæ Apoſtolicis litteris inſertæ dicitur: *Regulam S. Benedicti vobis tradimus obſervandam &c.* una cum Sororibus tuis in timore poneris, & anxietate gravaris, præſertim cum mortale credas committi peccatum, ſi contra præceptum hujuſmodi aliquando veniatur; & impertinens, ac impoſſibile reputetur, quòd in Ordine tuo duæ Regulæ debeant obſervari. Quare ſupplicatione humili petiviſti, ut duo verba præmiſſa, quæ de virtute Obedientiæ, & Regula B. Benedicti dicuntur, amoveri de ipſa formula, & quædam de novo, ac illa etiam faceremus in ipſa conſcribi, quæ dicto Monaſterio à piæ mem. Greg. P. Prædeceſſore noſtro ſpecialiter ſunt indulta. Nos quidem ad rationis conſilium recurrentes, ex diverſis cauſis non vidimus, quòd id facere deberemus. Primò quia prædictam formulam ſtudio compoſitam vigilanti, & per Sedem Apoſtolicam confirmatam, dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, & Sorores Monaſterij S. Damiani de Aſſiſio, ac omnes aliæ tui Ordin. ſolemniter ſunt profeſſę. Secundò quia ipſæ illam à profeſſionis ſuæ tempore uſque nunc laudabiliter ſervaverint. Tertiò cùm ſit in ipſa ſtatutum, ut ubique ab omnibus eãdem profitentibus, uniformiter obſervetur, ex pręſumptione contrarij grave poſſet, ac importabile ſcandalum exoriri, pręſertim quia cæteræ Sorores præfati Ordinis, dum Regulæ ſeriem ſic violatam, vel alteratam attenderent, turbatis mentibus in ipſius Obſervantia, (quod avertat Dominus) titubarent. Tuæ itaque devotionis plenitudinem affectione paterna rogamus, in remiſſionem tibi peccatorum injungentes, quatenus de Salvatoris noſtri dulcedine, ac benignitate confidens, cui nihil gratius mente humili, nihil acceptius voluntate poteſt offerri, pręfatam formulam pro libro vitæ habeas, & ipſam reverenter, ac diligenter obſerves, eamque à tuis Sororibus obſervari procures; cum illius tamen temperamento rigoris, de quo idem prędeceſſor noſter, & Nos ſuper quibuſdam ipſius formulæ articulis ex Apoſtolicæ providimus plenitudine poteſtatis: Nec te, ac Sorores eaſdem illud exterreat, quod de virtute Obedientię, ac obſervanda B. Benedicti Regula in eadem formula continetur, cum pro eo quòd Sororum univerſitas ſuos ab illicitis reſtringat affectus, & religioſę vitæ ſtudio fortiùs aſtringatur, præceptum obedientiæ in illa poſitum fuerit, & adjectum de B. Benedicti Regula, ut per ipſam, quaſi præcipuam de Regulis approbatis, veſtra Religio authentica redderetur; (nulla tamen propter hoc neceſſitate inducta, ut ipſam teneamini obſervare;) ſicut ex eo clarè probatur, quod memoratus prædeceſſor noſter præſente, & audiente Ven. F. N. Oſtien. Epiſcopo declaravit, quòd Regula ipſa Sorores ſui Ordinis non ligat ad aliud, niſi ad Obedientiam, abdicationem proprij, ac perpetuam caſtitatem, quę ſub alia cujuſlibet Religionis exiſtunt, & in quibus conſiſtit meritum conſequendi perpetuæ fœlicitatis effectum. Tu itaque columba pacifica, tu filia virtuoſa quieſcas, & da finem mentis tuæ fluctibus, ne ut ſimilia

lia poſtulandi de cætero reſumas affe-ctum: cum tibi, ac eiſdem Sororibus ad merendum præmia perennis vitæ ſufficiat, quòd ſolam ſæpè dictam formulam cum Apoſtolicæ diſpenſationis remediis ad Dei gloriam mundis cordibus obſervetis; proviſuræ vobis per humilis confeſſionis auxilium, ſi quando aliud ex fragilitatis humanæ defectu ab aliqua veſtrum agitur, quàm in eadem formula, vel factis circa vos Apoſtolicæ Sedis proviſionibus habeatur. Dat. Laterani Idibus Novemb anno 1.

Ibidem. 141. Illud advertendum circa illam clauſulam, qua Pontif. aſſerit, Claram, & Moniales S. Damiani profeſſam eſſe formulam à Greg. traditam, & obſervaſſe uſque in hunc annum, id omninò verum eſſe, ſed ultra hanc obſervavit eam, quam S. Franciſcus præſcripſit, quę datam à Greg. normam haud quaquam enervat, ſed perficit, utque poſteriùs, & de ipſius conſenſu, eoque (dum Cardinalem ageret) aſſiſtente ſcripta fuerit; undè cum mox in Cathedra Petri conſtitutus S. Claræ offerret poſſeſſiones tantæ compatiens paupertati, illa magno, ac conſtanti animo eas refutavit, in arctiſſima ſemper vivens paupertate, ut in præfata ſua formula S.P. Franciſcus præſcripſerat: unde in officio ejus canitur, *Oblata per Gregorium refutat poſſidere &c.* quod & hiſce verbis Alex. IV. in Bulla Canonizationis teſtatur. Amatrix verò pręcipua, & colona ſedula paupertatis ſic illā ſuo affixit animo, ſic eam in ſuis deſideriis alligavit, quòd ſemper in ipſius dilectione firmior, & ardentior in amplexu adſtricta, & delectabili ejus copula pro nulla umquam neceſſitate diſceſſit; nec aliquibus potuit induci ſuaſibus ad conſentiendum, quòd ſuum Monaſterium proprias poſſeſſiones haberet; quamquam fœl. rec. Gregor. Papa predeceſſor noſter, de multa indigentia ipſius Monaſterij piè cogitans, libenter illi voluerit pro Sororum ejus ſubſtentatione poſſeſſiones ſufficientes, & congruas deputare. ] ſed de hoc in anterioribus dictum. Alia verò dictæ epiſtolæ clauſula reſolvit plurimas ambiguitates, quæ emergere poſſunt ex epiſtolis Gregorij, quatenus Ord. S. Damiani dicitur ſub Regula S. Benedicti inſtitutus, id nempe de titulo, & invocatione intelligendum venit, non de obſervantia Regulæ, aut illius ſtatus rigoroſa profeſſione, ſicut Religiones militares, v. g. S. Stephani, ſub Regula S. Benedicti militant, licèt nullum ejus particulare ſtatutum obſervet. *Præceptum obedientiæ* (inquit in illa) *potiſſimum poſitum fuit, & adjectum de B Benedicti Regula, ut per ipſam quaſi præcipuam de Regulis approbatis veſtra Religio authentica redderetur, nulla tamen propterea neceſſitate vobis inducta, ut ipſam teneamini obſervare &c.* De hac Regula, quā Card. Hugolinus tradidit, aliiſque variis infra erit ſermo. Ibid. 12. n. 37.

142. Ecce ex ipſius Gregorij legiſlatoris declaratione, ex Innoc. IV. Apoſtolica deciſione, atque ex Raynaldi Card. Oſtien. tunc Ordin. Protectoris, & deinde Rom. Pont. atteſtatione, ultra omnem dubietatem referatum, Clariſſæ Moniales ad Benedictinæ Regulæ Obſervantiam nullo tempore fuerint obligatæ; ſed ad hoc unum particulam illam, *Regulam S. Benedicti*, fuiſſe ibidem appoſitam, ut quoniam nulla adhuc erant ſub Regula Apoſtolicæ Sedis diplomate confirmata, ſub Benedictinæ titulo, veluti inter approbatas primariæ, ipſarum Religio fieret authentica; ac juxta Lateranenſis Concilij Decretum extinctioni non ſubjacerent. Ibidem.

143. Quamvis enim S. Franciſcus tandem Hugolini precibus, & Claræ lachrymis devictus, Regulam methodicè pro Clariſſis ad formam Minoriticæ deſcribere conſenſerit, quæ ſi Apoſtolico diplomate fuiſſet roborata, ad ſolemnis profeſſionis votum potuiſſet valere pro Clariſſis; cum tamen & Honor. & Gregor. & Innocentius ex nimio ipſius rigore deterriti, dum muliebris ſexus fragilitatem attenderent, illam confirmare detrectarent, factum eſt, ut Monaſteria pro Clariſſis erecta ſub illis Pontificibus ad titulum Benedictinæ Regulæ ſub conſtitutionibus Hugolini erigerentur, donec Innoc. anno 1253. S. Claræ lachrymis devictus Franciſcanam Apoſtolico diplomate confirmare dignatus eſt, quo ex tempore, & multò magis dum Vrban. IV. ipſam aliquantulum à rigore moderatam de novo approbavit, ceſſarunt ex integrò Clariſſæ Regulam S. Benedicti recipere ſcriptam, quod & Tornamira ipſe confitetur, licèt ceſſationis cauſam non aſſignet. Hoc ipſum denique Tornamir. loc. cit.

Vvad.t. 2. ann. 1278. n. 40. & in Regeſt. bull. 8. Nicol. III. nique clariùs ex Nicol. III. Apoſtolico Brevi deſcribendo conſtabit, in quo Clariſſarum inſtitutum de novo approbare voluit, & à Concilij Lateranenſis edicto abſolvere, quòd etiam poſt approbatam, ut diximus, ab Innoc. IV. Regulam S. Franciſci, Moniales illæ, quę huic litteraliter adhærebant, poſſeſſiones habere prohiberentur, quotidiana quæſtuatione contra decretum Concilij victuræ; unde adhuc apparet evidentiùs, qua de cauſa Pontifices ſupra recenſiti adeò inſtanter poſſeſſiones, & annuos redditus Clariſſis exhiberent, atque Monaſteriis de novo fundatis Regulam S. Benedicti modo ſupra narrato præſcriberent. Ecce diplomatis tenorem.

NICOLAVS PAPA III.

*Abbatiſſæ, & Conventui Monialium pauperum incluſarum Monaſterij S. Claræ Aſſiſinaten.*

Ibid. in Regeſt. Bull. 8 Nicol. III. 144. MVndi ſpernentes illecebras, & ſęculi blandimenta noxia fugientes, divinis obſequiis vos ſub paupertatis altitudine ſalubri conſilio dedicaſtis, partem optimam eligentes, quæ à vobis Deo auxiliante perſiſtentibus in aſſumpto propoſito minimè auferetur. Ex quo provenit, ut circa veſtrum, & veſtri ſtatum Monaſterij conſervandum benigniùs cogitemus, petitionibus veſtris, prout ſecundùm Deum poſſumus, favorabiliter annuendo. Sanè Nobis expoſuit veſtræ devotionis humilitas, quòd cum Conſtitutio Concil. Lateranen. per quam cunctæ Religiones, & Ordines mendicantes poſt Generale Concil. adinventi, qui nullam confirmationem Sedis meruerunt Apoſtolicę, revocantur, confirmatos per Sedem eamdem, poſt idem tamen Generale Concil. inſtitutos, quibus ad ſuſtentationem congruam, redditus, & poſſeſſiones habere, profeſſio, ſive Regula, vel conſtitutiones quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum incerta mendicitas victum tribuere ſolet, ſuccidere decrevit; certo modo ſolicitudo vobis ingeritur, ne cum nullas habeatis poſſeſſiones, aut redditus, ſed per quęſtum hujuſmodi victus vobis provenire noſcatur; & Ordo, quem profitemini, quamquam per dictam Sedem confirmatus, poſt prædictum tamen gener. Concil. fuerit inſtitutus, circa ſtatum veſtrum, & ipſius Monaſterii, vobis per conſtitutionem eandem aliquod præjudicium ſit paratum: quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, ut provideri ſuper hoc de benignitate Apoſtolica mandaremus.

145. Nos itaque ſolicitè attendentes animarum profectus, qui jugiter ex veſtra Regula provenit, quæ à vobis dicitur laudabiliter obſervari, ac per hoc dignè vos intendentes in hac parte proſequi favore gratiæ ſpecialis, veſtris ſupplicationibus annuentes, præſentium authoritate decernimus, quòd nullum vobis, & eidem Monaſterio per Conſtitutionem ipſam præjudicium generetur; ſed vos, & Monaſteriũ ipſum per omnia in ſtatu, & firmitate, in quibus eratis ante conſtitutionem eandem abſque immunitate, ac præjudicio aliquibus maneatis. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum 12. Kal. Iunij anno. 1.

146. Tertiam ergo pro Clariſſis Regulam S. Franciſcus Card. Hugolini precibus continuis, & S. Claræ ardentiſſimis lachrymis devictus ad formam Minoriticæ, ſervata proportione, anno 1224. methodicè conſcripſit, Cardinale præfato tanti rigoris examen non ſinè lachrymarum imbribus conſcribente; quę tamen ideò, præſertim verò ex altiſſimæ paupertatis apice, ut diximus, non niſi anno 1253. fuit per Innoc. IV. Apoſtolico diplomate confirmata; ſancto quippe Legiſlatore poſt biennium in Cœlos abeunte, Gregorius Honorij ſucceſſor, qui ipſam conſcripſerat, & Innocentius poſt Gregorium illam fœmineæ imbecillitati imponere formidabant; & Vrban. IV. ut ab omnibus longè faciliùs acceptari poſſet, eam in facto paupertatis pręſertim moderari voluit: quamvis demum, profitentium libertate dimiſſa, ut ſuo loco dicemus, in hodiernum uſque diem plurimis in Monaſteriis ubique terrarum, etiam in ultimis terræ terminis ſinè ulla diſpenſatione relaxativa litteraliter, & ſanctiſſimè cuſtodiatur. Vvad. t. 1. ann. 1224.

147. Quartam edidit Innoc. IV. Pontifex in bulla: *Cum omnis vera Religio &c.* Dat. Lugduni 8. Idus Auguſti anno ſui Pontif. quinto, & noſtræ ſalutis 1247. quam ideò cum cæteris ſupra per extenſum non deſcripſimus, quòd cum ſecunda jam prædicta per Hugolinum Cardinalem

nalem tradita, & cum Vrbaniſtica infra nominanda ferè per omnia litteraliter concordet. Cauſa verò hujus quartę compoſitionis hęc fuit. Anhelabant cum Primiceria ſua Clariſſæ omnes generaliter longè, latequè per Orbem multiplicatæ ad Regulam ſibi à Seraphico Patriarcha conſcriptam, angebantur verò, quòd in Hugolinis ſæpè repetitis conſtitutionibus, etiam S. Benedicti Regula ſibi obſervanda præſcriberetur; nec ex recitata ad Agnetem Bohæmicam Innocētij ejuſdem reſponſione poterant à ſcrupulis abſolvi. Pontifex itaque juſtis ipſarum poſtulationibus acquieſcens quartū hanc edidit; ubi abrogato illo primo titulo, & invocatione S. Benedicti, ſub invocatione, & Regula S. Franciſci propoſuit, ſed paupertate in communi diſpenſata (ex cauſis jam prææallegatis) ipſam tantùm in particulari obſervandam injunxit; modum etiam jejunandi aliquantulum variavit: Generali, & Provincialibus Minorum tàm in capite, quàm in membris eas ſubjecit, hiſque plenum earum regimen impoſuit; cum aliàs ad Cardinalem Ordin. Protectorem ex Apoſtolica diſpoſitione ſpectaret, ut ex integro in ipſa bulla videre eſt apud Vvad. hujuſmodi ſuæ intentionis objectum paulò poſt à publicatione Regulæ Pontifex ipſe publicari voluit, dato ſequenti diplomate.

Vvad.t.1. ann. 1247. n.23.

Ibid. in Regeſt. bull.ſ2. Innoc.IV.

## INNOCENTIVS PAPA IV.

*Vniverſis Abbatiſſis, & Monialibus incluſis Ordinis S. Damiani.*

Ibid.ann. 1247.n.23.

148. QVoties à Nobis petitur, quod fluctuantibus animis tranquillitatem parit, honeſtati conſulit, & ſaluti, & ad id promptis anhelemus affectibus, & quòd debitis incrementis hęc proficiant, vigilanti animo procuramus. Cum igitur nuper Regulam veſtram, & vivendi formam, ob cujus difficultatem nimiam conſcientiæ veſtræ ambiguitatis ſcrupulo premebantur, & intollerabile perſonis diſpendium imminebat; conſiderato præcipuè, quòd multæ jam, & diverſæ diſpenſationum formæ factæ fuerint circa ipſam, propter quod non una, ſed multiplex videbatur profeſſio, duximus corrigendam; vobis certam Regulam, ac vivēdi formam de novo correctā, quam univerſitati veſtræ ſub bulla noſtra dirigimus tàm vos, quàm illæ, quæ vobis ſucceſſerint diligenter perpetuis temporibus obſervetis, ad aliud quàm in ipſa correcta ſit Regula, & vivendi forma, decernentes vos de cætero non teneri nullis præcepto, vel voto, ſeu litteris obſtantibus ſuper hoc à Sede Apoſtolica impetratis. Nulli ergo &c. Dat. Lugdun. 10. Kal. Septemb. anno 5.

149. Denique Vrban. IV graviùs à Ioanne Cardin. Vrſino Ordin. Protectore informatus, quòd cum inquietudine non parva Moniales hujuſmodi, aliæ ſub Hugolini, aliæ ſub S. Franciſci, aliæ ſub Innoc. IV. Regula viventes, diverſis nominibus, aliæ Damianitæ, aliæ Minoriſſæ, aliæ pauperes Dominæ, aliæ pauperes Incluſæ, aliæ Clariſſæ nuncuparentur; ad hoc ut omnes ſub unius nominis appellatione, ſub eadem vitæ methodo regerentur; quintam ſub titulo, & invocatione S. Franciſci Regulam publicavit, in qua paupertatis rigore mitigato, in jejuniis etiam aliquaotulum indulgens præcipit, ut omnes Clariſſæ impoſterum appellari, & ad hujus vitæ formam ſe ſe debeant conformare, quæ cęteris, unà Franciſcanâ exceptâ, prævaluit; unde jam Vrbaniſtæ dicuntur, quæ hujuſmodi privilegiis utuntur; tametſi & illis poſtea indultum ſit, ut in Franciſcano rigore perſiſterent, quæ ipſum liberè obſervandum elegiſſent.

150. Prima ergo Regula, ſed rudiori methodo per S. Franciſcum expreſſa; quamvis in Claræ, & filiarum ejus cordibus impreſſa permanſerit, nunquam tamen ad regularis profeſſionis ſolemnitatem fuit adhibita. Secunda per Hugolinum Cardin. exſcripta, in qua particula illa, *De Regula S. Benedicti* legitur appoſita ab Honorio III. deinde ab ipſo Hugulino ſub nomine Gregorij ad Petri cathedram evecto, & tandem ab Innoce. IV. confirmata, ad ſingula ferè Clariſſarum Cœnobia per Pontifices uſque ad annum 1247. tranſmiſſa unà ferè cum S. Franciſci pręceptis generaliter obſervabatur. Tertia methodicè per S. Franciſcum appoſita Clariſſis in rigore vivere volentibus ab anno 1224. fuit in uſu, & poſt Innocentij confirmationem anno 1253. multò magis per Orbem diffuſa, jam ubique terrarum ſancta æmulatione cuſtoditur. Quarta per Innocen-

tium

tium anno 1247. publicata ad annum 1264 pro illis invaluit, quibus vel ex Regum imperio Monaſteria fundantium, vel ex propria imbecillitate rigor extremæ paupertis non arrideret: Cui tandem ſucceſſit Vrbaniſtica, quæ ſola jam cum rigoroſa illa per S. Franciſcum inſtituta per Orbem invaluiſſe videtur; Regulam verò S. Benedicti nullibi eſt invenire, fuiſſe à Clariſſis obſervatam; Quinimmò ad Clariſſarum multiplices querimonias ex illius particulæ appoſitione, reſponderunt Pontifices, (ut fuſiùs explicatum eſt) eam ad ſui obſervantiam nullatenus obligare, ſed ad titulum, modo jam declarato, fuiſſe appoſitam.

151. Patet ergo ex bullis Apoſtolicis, Clariſſarum Ordinem à primæ ſuæ inſtitutionis initio in ipſa S. Clara per pauperum Patriarcham S. Franciſcum ſanctiſſimè fundatum, nullum alium, excepto Franciſco, Inſtitutorem, & Fundatorem agnoſcere; nec Regulam S. Benedicti ullo unquam tempore obſervaſſe; undè hujuſmodi ex capite Benedictinarum titulo poſſunt nullo modo nuncupari. Supereſt itaque, ut ad ſingulas Neotericorum contrarias propoſitiones debito ordine, debita modeſtia, & compendiosè reſpondeam.

Tornam. in lib. Chiarezza riſchiarata fol. 146.

152. Prima, & cæterarum ampliſſima propoſitio eſt in libro ſub nomine Tornamiræ titulo reſponſionis ad Paulum de Terminis (de quo inferiùs) fol. 146. dicit apertè, quòd S. Clara, Clariſſæque omnes, quotquot in cœlis jam regnant, & Franciſcano ſub vexillo deſcribuntur, Benedictino potiùs, & juſtiùs adſcribendæ ſint, cum ſine dubio tàm habitu, quàm profeſſione fuerint Benedictinæ: Hoc idem, quod antea in ſuo Patriarchatu S. Benedicti affirmaverat; hîc in principio lib. fol. 6. apertè retractat, ut dicemus; & tamen per ſingulas paginas, quas in cathalogo ad lib. calcem eſt videre, replicare & ampliare contendit, conſentientibus Creſcentio, & Iacobilli, qui omnes ab uno Conſtantino Gaetano Benedictinæ Familiæ profeſſore in ſuo opuſculo, *De religioſa educatione S. Ignatij inter PP. Benedictinos*, novitatem hujuſmodi ſine ullo delectu concorditer ebiberunt.

153. Pro univerſali omnium reſponſionum fundamẽto præmittere debui, quòd præcitatus lib. Gaetani, *De religioſa inſtitutione S. Ignatij inter PP. Benedictinos* in S. Indicis Congregatione fuit prohibitus, ex quo cæteri novitates iſtas hauſerunt; ſimiliter & libri cit. Tornamiræ ad idem in S Congregatione jam examinatus, fuit modo non difformi prohibitus ſub Innoc. XI. Pontifice.

154. Claram ergo de Aſſiſio pauperum Dominarum primiceriam, S. P. Franciſci in Chriſto primogenitam ullo umquam tempore, vel ſub ullo reſpectu fuiſſe Benedictinam nullibi legitur, vel innuitur apud antiquos: Quod S. Frãciſcum primum omninò etiam in ſæculo agens ſpiritualis vitæ, ducem, atque Magiſtrum habuerit; quòd ab eodem fuerit ad fugam ſæculi, ad Religionis vota ſolemnia pertracta, Chriſto conſecrata, habitu regulari donata, regularibuſque diſciplinis educata, jam ex Ordinis noſtri Chronicis, ex Vvad. ex Piſano, ex plurimis ſupra citatis Greg. IX. Innoc. IV. Alexandri IV. & aliorum Pontificum litteris, ſed præſertim in bulla de ipſius canonizatione, & in ipſius vitæ hiſtoria ſtatim poſt canonizationem, jubente Alexandro Pontif. conſcripta, ſimiliter ex Martyrologio Rom. & Frãciſcano, ex Breviariis Rom. & Benedictino, ſed potiſſimùm in Frãciſcano ex Antiphonis, Hymnis, Reſpõſoriis, & lectionibus in ejuſdẽ officio; tãdem ut teſtimonia cetera diffuſiſſimè in Paulo de Terminis legenda omittam, ex communi Eccleſiæ ſenſu, populorumque conſenſu, atque ex conſtanti, & invariata ultra quatuor ſæcula traditione evidenter adeo comprobari mihi videtur, ut quo titulo ſuſpicari poſſit in contrarium ſine nota, omninò non videam.

155. Habitu non Benedictino, ſed Minoritico in primo ad Religionem ingreſſu fuit à pauperum Patriarcha induta, & fune præcincta, ut ubique recenſitis jam in locis apparet; quin & in Regulis per S. Franciſcum, per Innoc. atque per Vrban. pro Clariſſarum Ordine conſcriptis, panni vilitas, tàm in pretio, quàm in colore præſcribitur, nigro, vel albo prohibitis, ut lanarum ſimplicitatem juxta regionum conſuetudinem induere teneantur, quod alienum eſſe à Benedictinis non dubitatur. Scapulare ſi geſtant, Abbatiſſæ titulo ſi decorantur; non ideo Benedictinæ dicentur, quaſi

cæteris extra Benedictinas, hæc omnia eſſentialiter interdicantur. Etiam eſſentialia Religionis vota ſunt omnibus Religionibus communia, ergo omnes uno nomine ſunt appellandæ? ergo omnes Benedictinæ, quia & in S. Benedicti Regula continentur? Quid autem ſi Benedictinos dicamus, ſub Baſilij, & Antonij, aliorumque Orientalium Regula, & habitu militare ex eadem conſequentia, cum in illis hæc omnia cum Abbatis titulo præextitiſſe non dubitemus?

Apud. Tornam. in reſpon. ubi ſup. exteriorem S. Claræ tunicam Franciſcanam fuiſſe confitetur Creſcentius, ſed interiorẽ non induit, quandiù in Monaſterio vixit, tunica una, cum fune, & Mãtello contenta, ergo in habitu fuit per omnia Franciſcana. Scapulare Clariſſis ad decoris augmentum additum legimus in Hugolini conſtitutionibus; verumtamen quòd ipſum pluribus non acceptũ eſſe non ignoraret, ipſum ſub obligatione noluit imponere: quòd autem acceptaverint, non ideo Benedictinæ dicentur, non enim extra Benedictinas eſt interdictum: Abbatiſſæ titulum habuit ab ipſis initiis S. Clara, ut in bulla canonizationis apparet; quem cum regimine volens dimittere, à S. Franciſco fuit prohibita; ſed non ideò Benedictina, cum ante Benedicti tempora titulus hujuſmodi præceſſerit. Si enim *Abbas*, quaſi *Pater amans*, communi acceptione interpretatur, cur omnibus Cœnobitarum Superioribus competere denegetur? quamvis pauperum Patriarcha in ſuo Min. Ordine Guardianos, & Miniſtros voluerit ipſos ex humilitate nuncupari.

156. Quæ hucúſque de habitu, de ſcapulari, atque de Abbatiſſæ titulo dicta ſunt, de S. Clara, & de Clariſſis omnibus æquè intelligenda ſunt; ubi verò de Regula, & de conſtitutionibus agatur, aliter de S. Clara, ejuſque Aſſiſienſi S. Damiani Monaſterio, aliter de cæteris Clariſſarum Monaſteriis eſt diſcurrendum. Igitur S. Clara in ipſo ſuæ converſionis exordio ſanctiſſimis à Patriarcha Franciſco religioſæ vitæ præceptis, ut ſupra dictum eſt, inſtructa, ad eandem ab anno 1212. quo Religionis habitum induit, ad annum 1224. quo methodicam ab ipſo Franciſco Regulam accepit, invictâ conſtantiâ vixit, & ad mortem uſque ſanctiſſimè ſub Franciſcana unica Regula perſeveravit. Hoc in ipſius hiſtoriæ vita, in bulla canonizationis, in omnibus jam præcitatis Pontificum litteris (quas diù repetere non vacat,) & in monaſtico ipſius officio paſſim evidenter apparet, necnon in Vvadingo, cæteriſque, qui de S. Clara tractarunt, Authoribus; Vnde quamvis Hugolini conſtitutiones ſub Regula S. Benedicti fuerint ad diverſa Clariſſarum Monaſteria, tum ab ipſo Hugolino ad Pontificatum evecto ſub Gregorij IX. nomine, tum ab Innoc. & ab Alexandro Gregorij ſucceſſorib⁹ fuerint immiſſa, numquam tamen ad S. Claram, aut ad ipſius Aſſiſienſe Monaſterium legitur in litteris Apoſtolicis, quòd fuerint tranſmiſſæ, aut aſſignatæ. Quinimo ſtrictiſſimum Evangelicę paupertatis votum adeò tenaciter conſervavit illæſum, ut ipſius abſolutionem ſimul cum annuis proventibus à Gregorio ipſo, & Innocentio oblatam, conſtantiſſima humilitate recuſaverit, in Franciſci Regula ad mortem permanſura, ut ex Vvad. immò ex ipſius Claræ teſtamento evidentiùs apparet, atque ex aliis ſupra citatis. Conducit autem ſingulariter ad rem noſtram, quòd Regula, quam tot lachrymis, & ſuſpiriis tandem à S. Franciſco impetravit, ſciente, & conſentiente Honorio Pontifice, & Hugolino Cardin. ſcribente fuit compoſita; unde in ejuſdem cap. 1. dicitur; quod *Clara obedientiam, & reverentiam promiſit Domino Papa Honorio, & ſucceſſoribus ejus &c.* Vnde Honorio eam non reprobante fuiſſet otioſa; quòd autem immediatè poſt obitum Honorij anno 1227. fuerit à Gregorio IX. Tornam. in reſpon.
ore tenùs confirmata, confitetur apud fol. 90.
Tornamiram ſuus ipſe Iacobillus, & atteſtatur altè Gonzaga in prima parte Chronicorum, & Marcus Epiſcopus Gonzag.
Portuenſis in prima parte Chronicorum f. 3. Chron.
de Ordine Minorum, quamvis, ut ſæpè diximus, propter ſummum ejus rigorem, nec Honorius, nec Gregorius, Chron. Ord. Min.
nec Innocentius Brevi Apoſtolico ipſam p. 1. vol. 2.
confirmare voluerint, offerendo in Evãgelica paupertate diſpenſationẽ, quin & c. 19.
Innocentius ut Claræ votis ſatiſfaceret, Regulam ipſam S. Franciſci anno 1247. ſed in paupertatis rigore modificatam confirmaverat; donec tandem Claræ ipſius devictus inſtantiis ipſam in omnimodo ſuo rigore cõfirmare dignatus eſt.

157. Etenim

Vvad.t. 1. ann 1219/ ubi ſub. 157. Etenim Card. Hugolinus dum anno 1219. S. Franciſcum in Syriam properantem inſtantiſſimè rogaſſet, ut pro Clara, atque pro ipſius in Chriſto filialiabus, & diſcipulis methodicam vitæ religioſæ Regulam à Pontificè confirmandamexcriberet, flectere non potuiſſet ad intentum, re cum Honorio Pont. communicata, in ſe ipſo cæterarum curam aſſumens, conſtitutiones ſæpiùs repetitas cum Regula S. Benedicti eiſdem ſimul cum Viſitatore deputavit. De Clara vero ejuſque S. Damiani Aſſiſienſi Monaſterio nullibi legitur, quòd verbum quidem habuerit, ſed S. Patriarchæ Franciſci gubernio, & ſolicitudini ex integro dimiſit. Vnde dicimus non immeritò, approbante Honor. Pont. fuiſſe tandem ipſi à S. Franciſco Regulam integram, ſcribente Hugolino Card. compoſitam: Claram itaque fuiſſe ullo umquam tempore (nec etiam in primis Monaſteriis, nbi per dies aliquos per modum depoſiti convixit) Benedictinam vel ex Regula, vel ex profeſſione, vel ex conſtitutionibus, vel ex habitu novum eſt omninò contra præcitatas Pontificum bullas, contra Eccleſiæ authoritatem, contra S. Franciſci, & S. Claræ, cæterorumq; quæ ſupra congeſſimus, irrefragabilia teſtimonia.

Tornamit. in reſp. fol. 202. 158. Equidem ſi de habitu loquamur, Tornamira ipſe in ſua ad Paulum de Terminis reſponſione confitetur, quòd jam veritate meliùs percepta, quæcumque dixerit in contrarium, retractando negare non poſſit, S. Claram in habitu Minoritico à primo ſuæ converſionis initio ad mortem uſque invariabiliter permanſiſſe: De vita autem ſub unica S. Franciſci diſciplina ſinè ulla mutatione tranſacta, in monaſtico ipſius officio, in bullis Apoſtolicis, cæteriſque omnibus prærallegatis conſtat evidentiùs. Quid enim ſi Seraphicus Doctor S. Bonaventura in officio S. Antonij de Padua, ipſum priùs ſub Auguſtini Regula militaſſe, & indè ad Franciſcanam convolaſſe deſcribit, cur & Claram ſub Benedicti Regula proponere erubuiſſet, ſi ſalva veritate potuiſſet?

159. Vnicum, quod in bac materia difficultatem poſſit inducere, ex quadam Gregorij IX. ad Agnetem epiſtola occurrit, ex qua videtur aliquibus, S. Claram, ejuſque in Aſſiſienſi Cœnobio conſorores ſub Hugolini Conſtitutionibus, & S. Benedicti Regula militaſſe, prout Pontifex ipſe Agneti Bohæmæ in prædictis litteris: *Angelis gaudium &c* quas ſupra deſcripſimus, primo intuitu videtur atteſtari. Sciendum ergo, quòd Agnes Bohæma, quæ jam ad S. Claræ formam ſæculo valedicens, Chriſto ſervire in ſumma paupertate, & humilitate prælegerat, ut à S. Clara quaſdam ſuæ vitæ conſcias impetravit, & per eaſdem præcepta illa, quæ rudi priùs methodo, deinde ſub forma eſſentiali S. Franciſcus Claræ, Clariſſiſque conſcripſerat, ad illa totaliter, rejectis poſſeſſionibus, ſe ſe adaptare decrevit. Cùm verò Greg. Pontifex, qui Sãctimonialibus eiſdem ab extrema illa paupertate (ut Claræ ipſi conteſtatus erat) maximopere timebat, ad omnia ferè Monaſteria, & conſequenter ad Agnetem ipsã conſtitutiones ſuas ſub Regula S. Benedicti tranſmiſiſſet; Agnes ut Regulam S. Franciſci mordicus ſuſtineret, & Gregorij conſtitutiones reſpuere non auderet, tertiam quamdam formulam ex rudiori illa prima S. Franciſci inſtitutione, atque ex ſecunda ejuſdem S. Patris Regula contexuit, quam à Gregorio ſibi confirmari poſtulaverat, quod Pontifex, ut patet in hac ipſius epiſtola, denegavit, & ſuas conſtitutiones obſervandas injunxit; quæ omnia ex ſecunda petitione ipſiùs Agnetis evidentiùs apparent, quam Innocentio poſt Gregorium Pontifici porrexit dolens, quòd ad duas Regulas obligari videretur.

160. Quod ergo hic dicit Gregorius, S. Claram, ejuſqoe diſcipulas ſub illa Regula militaſſe, de Regula Benedictina non loquitur, aliter ſibimet, & Innoc. & Alex. & Vrbano ſucceſſoribus ſnis, cæteriſque ſupra recitatis teſtimoniis eſſet contrarius, qui una voce Clarã ſub S Franciſci unius diſciplina millitaſſe contendunt: Nec de inſtitutione illa, quam ipſe adhuc Cardinalis cæteris ab Aſſiſienſi Monaſteriis præſcripſerat, loqui credendus eſt, cum ipſe in Cardinalatu de conſenſu Honorij Põtificis cum S. Franciſco convenerit, ut S. Claræ, totiuſque Aſſiſienſis Monaſterij curam ſuſtineret; ipſe, verò cæterorum regimen aſſumeret, eiſque Regulam conſcriberet: Vnde & dicit, formulam illam ab Agnete compactam ex primis S. Fran-

ciſci præceptis, atque ex quibuſdam Capitulis Regulæ Ord. S. Damiani fuiſſe deſcriptam; inſtitutio autem illa Gregoriana capitulis non dinſtinguitur, ſed integra ſerie continuatur. Quinimmò S. Franciſci Regulam pro Clariſſis, Hugolino Card. ſcribente, & Pontifice ſciente compoſitam, ab Honorio ipſo, ut ſupra diximus, fuiſſe confirmatam habemus, quamvis de confirmatione ipſa nullibi appareat, quòd oraculi illius ſcriptura nulla fuerit exarata, ex cauſa ſæpiùs repetita. Quicquid autem ſit de minutiis hujuſmodi, quæ in pura ſpeculatione fundantur; indubium habemus ex Vvadingo, ex Marco Olyſſiponenſi, ex Gonzaga, ex officio Eccleſiaſtico, ex Rom. & Franciſcano Martyrologiis, ex Authoribus innumeris, necnon ex plurim s Pontificum litteris, S. Claram nullum præter S. Franciſcum habuiſſe ducem vitæ religioſæ; nullam præter Franciſcanam Regulam fuiſſe profeſſam, nullamque contra Seraphicum paupertatis apicem in ſuo Aſſiſienſi Monaſterio diſpenſationem acceptare voluiſſe: Unde Benedictinam ipſam fuiſſe vel ad momentum, nec ab habitu, nec à Regula, nec à profeſſione poſſumus argumentari.

Uvad. ubi ſub.

161. Si verò de S. Claræ filiabus per varia in Orbe Chriſtiano Monaſteria multiplicatis agere debemus, aliter nobis differendum occurrit; cum etenim uno Aſſiſienſi excepto, reliquorum Monaſteriorum regimen Seraphicus Patriarcha conſtantiſſimè recuſaſſet, ipſorum curam annuente Pontifice in ſe aſſumpſiſſe Hugolinum Cardinalem ex Vvadingo, aliiſque communiter Scriptoribus jam ſuperiùs confeſſi ſumus; quibus & proprias conſtitutiones, additâ S. Benedicti Regulâ, conſcripſit.

162. Verumtamen (ut ab habitu incipiamus) qualis fuerit etiam poſt editas hujuſmodi conſtitutiones ipſarum habitus ubique locorum, præterquam quòd in Regulis per Hugolinum, per S. Franciſcum, per Innoc. & per Urb. IV. conſcriptis, Franciſcanus omninò, non Benedictinus præſcribatur (nec enim ſcapulare majoris honeſtatis ergo ſuperadditum, quia etiam à Benedictinis deferatur, Benedictinas efficit quotquot illo utuntur, aliàs Religiones omnes unicam eſſe inter ſe confiteri cogemur, quia omnes in aliquo adinvicem conveniāt,) præter hæc inquam, qualis reverâ fuerit ab ipſis initiis Clariſſarum habitus ex Innocentij IV. quas appoſui litteris *Cum à nobis petitur &c.* citra controverſiam apparet.

163. Ad Reg. autem deſcendendo, quam cætera ab Aſſiſienſi Monaſteria à principio profitebantur, non ibo inficias, ab Hugolino tunc Cardinale, dehinc ab eodem jàm Pontifice Greg. IX. & ab Innocentio, Hugolini Conſtitutiones ſimul cum addito *S. Benedicti Regula* ad plurima Monaſteria fuiſſe tranſmiſſas, donec præſertim Innocentius S. Claræ inſtantiſſimis precibus ex parte indulgens, Regulam S. Franciſci, ſed in facto paupertatis modificatam pro omnibus confirmare complacuit. Quòd autem Card. Hugolini præfatæ conſtitutiones non ab omnibus Clariſſarum Monaſteriis, maximè poſt conſcriptam à ſuo Patriarcha Regulam propriam, fuerint receptæ, inde ſinè ulla dubietate colligimus, quòd etiam poſt obitum Gregorij, cum Innocentius Regulam S. Franciſci, ſed cum modificatione paupertatis confirmaſſet, graviſſimè indoluerunt cum piiſſima Matre Clariſſæ perplurimæ omnimodum paupertatis rigorem conſtantiſſimo corde zelantes; indeque doloris cauſa creſcebat, quòd non ſolum diſpenſationis amicis concederetur privilegiũ, ſed & quæ magis averſabantur, ad ipſum acceptandum cogi viderentur; Unde de his certior factus Innocentius, ut legitur in prima parte Chronicorum, ad Generalem, Provincialeſque Miniſtros graviſſimè ſcripſit, & ad quoſcumque attinere poſſet, ne ulla prorſus Clariſſarum Monaſteria cogerent invita, ad acceptanda, quæ ipſe conceſſerat privilegia, ſed in litterali S. Franciſci Regulę obſervantia dimitterent; necnon Raynaldo Card. Oſtien. Ordin. Protectori (qui deinde fuit Papa Alex. IV.) ut ſuper hujuſmodi Monialium libertate ſingulari vigilantia intenderet, ordinavit. Cùm etiam Urban. IV. præcitata Regulæ Seraphicę mitigatio, quam ſupra deſcripſimus, mandaſſet, ut ſtabiliendæ ubique uniformitatis causâ, ab omnibus Clariſſarum Monaſteriis indifferenter obſervari deberet; auditis poſtmodum illarum lachrymis, & ſupplicationibus, quæ Franciſcanæ vitæ rigorem æmularī non ceſſabant; conceſſit iterum, ut quæ in

Part. p. Chron. volu. 1. c. 19.

in ipſo liberè permanere deſiderarent, ad acceptanda privilegia nullatenus cõpellerentur: Quantò magis in ipſo naſcentis Religionis initio vivente Clara primiceria, vitæque ipſius rigore, & ſanctitate longè, latèque perſonante, dubitare non debemus, plurima per Orbem Monaſteria Franciſcanæ vitæ rigorem mordicùs æmulando ab Hugolini conſtitutionibus abſtinuiſſe?

Tornam. ubi ſup. 164. Eſto tamen fuerint conſtitutiones hujuſmodi ubique terrarum à Damianitis receptę; ut exindè Damianitas, quę ipſas receperant, Benedictinas fuiſſe convincant hi Neoterici, conſtitutiones Petri Damiani, ſeu Congregationis Fontis Avellanæ, ſeu Camaldulenſes, ſive S. Romualdi, & ſimpliciter de Regula S. Benedicti illas extitiſſe, accerrimè contendunt. His de novitatibus, atque minutiis, nimiùm tamen odioſis, ut ... tiùs me me expediam, unicò verbo reſpondeo; ſi conſtitutiones hujuſmodi de S. Benedicti Regula quomodocunque proveniant, quomodo ibidem cum Reg. S. Benedicti inſuper traditur obſervanda, clauſula illa exceptiva ſuperadditur *In omnibus, quæ hujuſmodi noſtris inſtitutionibus contrariari non comprobantur?* Legantur ergo, ut nugas evitemus, legantur illæ ipſæ, legantur, & quas allegant Camaldulenſium, aliorumque conſtituta, apparebit citra controverſiam, quantùm ab invicem diſtinguantur, quàm in nullo conveniant, ſi vota eſſentialia, & aliqua Evang. conſilia excipias, quæ ſunt in ſingulis Regulis communia. Quòdſi exindè Benedictinas dicere contendas, quia in hiſce communibus cum Benedictinis conveniant; ad evitandam dependentiam hujuſmodi deberent Religiones cæteræ etiam vota eſſentialia dimittere, quin & Benedictini ipſi, ne cum antiquioribus Monacis convenire dicantur. Vnde mirum ſanè videri debet, quòd cum in omnibus litteris Apoſtolicis, quæ fuerunt omninò plurimæ, Moniales illæ de Ordine S. Damiani, vel pauperum incluſarum, & hujuſmodi nuncupentur, nuſquam de Ordine S. Benedicti dicantur. Quinimmò Damianitas inter, & Benedictinas latiſſimè diſtinguere voluerunt Pontifices, dum Benedictinas Moniales, earumque Monaſteria Damianitis unire, & incorporare voluerunt. Vnam, aut alteram ex hujuſmodi litteris Apoſtolicis majoris expreſſionis ergo juvat hic apponere, cæteras in Regiſtris Vaticani, & in Annalibus Vvad. legendas omitto.

## ALEXANDER PAPA IV.

*Abbatiſſæ, & Conventui pauperum Incluſarum Monaſterij S. Mariæ de Miſericordia Imolen. Ordinis S. Damiani.*

165. EA, quæ authoritate litterarum Apoſtolicæ Sedis fiunt, rata decet, & illibata perſiſtere, & ut debitam firmitatem obtineant illis nimirùm libenter adjicimus perpetuum authoritatis noſtræ munimen. Sanè ſicut Nobis exponere tranſmiſſa petitione curaſtis; Ven. Frater Epiſcopus Imolen. authoritate litterarum Sedis ejuſdem veſtrum, & S. Stephani, ac S. Mariæ in Zagonia extra Portam Alorii, in quo tunc Moniales S. Benedicti Ordin. morabantur Monaſteria juxta formam ſibi traditam proinde connivit, ac ſtatuit, ut eadem Monaſteria exiſtant de cætero unum corpus, & ſub uno Capite, ac Regula prædicti Ordinis S. Damiani vivant perſonæ inibi Domino ſervientes. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod per Epiſcopum ipſum in hac parte providè factum eſt ratum, & gratum habentes, id authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Dat. Neapoli 2. Idus Ianuar. ann. 1. Vvad. t. 2. in Regeſt. 1255. bull. 3. Alex. IV.

## ALEXANDER PAPA IV.

*Epiſcopo Albigenſi.*

166. INtellecto, quòd Monaſteriũ Monialium S. Ioan. de Logano Ord. S. Benedicti tuæ Diœc. tibi pleno jure ſubjectum, in quo quædam Moniales diſſolutæ morantur, & quod conſueverat non modica bonorum ubertate florere, adeò in ſpiritualibus, & temporalibus ſine ſpe reſurgendi collapſum, quòd non poteſt aliquatenus in ſuo Ordine reformari. Nos ad dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, & Conventũ Monialium S. Catharinæ de Loculi Ianuen. Ordinis S. Damiani, propter ipſarum penuriam gerentes compaſſionis affectum, præcipuè quòd earum Religio clara, & approbata Ibid. bull. 81. Alex. IV

bata ſuis fructibus intimis Eccleſiaſticæ maternitatis amplexib⁹ eſt fovenda; necnon volẽtes ex hoc ipſas proſequi ſpeciali gratia, & favore, Fraternitatem tuam, quam ad hoc eſſe promptam credimus, rogamus attentè, per Apoſtolica ſcripta tibi diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenùs præfatum Monaſterium de Logano cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, & pertinentiis, ac aliis ſuis appendiciis poſitis juxta illud, & ornamentis ipſius, authoritate noſtra eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui devotè ſub Ordinis ſui obſervantia Domino famulantibus ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram in perpetuos uſus aſſignans, eas vel Procuratorem earum in prætactorum poſſeſſionem corporalem inducere, ac inductas defendere per te, vel per alium procures, amotis inde Monialibus, quæ ſunt ibi, & per alia Ordinis ſui Monaſteria, aut in earumdem S. Catharinæ Monaſteria collocatis. Contradictores &c. Non obſtante Apoſtolicæ Sedis indulgentia quibuſcumque conceſſa, per quam hujuſmodi effectus impediri valeat, vel differri, & de qua plenam, & expreſſam oporteat in litteris noſtris fieri mentionem. Datum Viterbij 2. Idus Auguſti anno 3.

Quas deindè, datis aliis litteris. *Juſtis petentium &c. Datum Anagniæ 6. Idus Februarij anno 6.* longè ampliùs confirmavit.

167. Cum autem in eiſdem Hugolini conſtitutionibus ſæpiùs ad Monaſteria trãſmiſſis ſuperaddita fuerit illa particula *Regulam S. Benedicti vobis tradimus obſervandam* jam ex ipſius Greg. & Alexandri teſtimonio, ex bulla Innoc. IV. ſatis ſuperque in ſuperioribus explicavimus, quòd ſcilicet ad ſui obſervantiam nullatenùs obligaret, ſed merè fòrmaliter appoſita, ut per eam Religio ipſarum redderetur authentica, cum Regula per S Frãciſcum tradita juxta Lateranenſis Concilij decretum nondum fuiſſet Apoſtolico Diplomate corroborata; unde de hiſce iterum hic diſputare non vacat. Alioquin cur non PP. Benedictinos, ſed ſemper Minoritas religioſis ubique Damianitarum Monaſteriis legimus per Gregorium, Inocen. cæteroſque Pontif. fuiſſe præpoſitos? Cur ſemper Minorum gubernio ſubjectas? quo igitur fundamento nova nuncupatione benedictinis inſerantur, omnino non video.

168. Quoniàm verò novitatem hujuſce denominationis inde etiam comprobare nituntur, quòd primum Ordinis ſui Viſitatorem ex Ciſterſienſibus Benedictinum habuerint; & quòd Damianitæ, ſeu de Ordine S. Damiani à prima Eccleſia ſeu S. Damiano dicata nuncupatæ ſint, quem Petrum Damiani fuiſſe contendunt, qui Congregationem Fontis Avellanæ ſub Regula, & Ordine S. Benedicti inſtituit, ſive reformavit; & idcirco ſub ejuſdem conſtitutionibus, & S. Claræ reformatione vixerint; donec per Fr. Philippum Minoritam Ciſterſienſi in Viſitatorem ſuffectum, atque per alios Franciſcanos ipſis Damianitis ſimpliciter in Capellanos deputatos rejecta Benedictina inſtitutione Franciſcanæ nomen dederint. Non mirari ſanè non poſſum, quomodo ſinè ullo vel ſaltem apparenti fundamento contra innumeras litteras Apoſtolicas, contra plurimos Pontifices Rom. impingere non vereantur. De hujuſmodi Damianitarum à Benedictinis ad Franciſcanos trãſlatione, nulla prorſus in Regiſtris Pontificiis vel mentio reperitur; quomodo ergo piiſſimi Pontifices nullâ aſſignatâ causâ, nulla publicata lege cum tanta Benedictinæ Religionis injuria celeberrimum Damianitarum Ordinem toto Orbe diffuſum tam ſecretè ad Franciſcanos tranſtulerunt? Quomodo Benedictini Patres graviſſimam injuriam nullo diplomate firmatam adeò quietè (ut modeſtiùs loquar) ſinè ulla reclamatione pertulerunt? Contrarium autem legimus ſub Alexandro IV. Vrban. IV. Bonif. VIII. aliiſque Pontificibus, qui dum aliqua Benedictinarum Monaſteria ad Clariſſas transferre, & Franciſcanis ſubjicere voluerunt, ſemper expedito diplomate, cauſam mutationis aſſignarunt, & mutationem ipſam Apoſtolica firmitate roborarunt; ut jam ex parte deſcripſimus, & ſuis in locis per Provincias diffuſiùs recenſebimus. Hæc ſingulariter advertere debuerant Neoterici.

169. Conſtat equidem, quod jam ſæpè repetivimus, dum pauperum Patriarcha ad Card. Hugolini preces inflexibilis Clariſſarum regimen (Aſſiſienſibus exceptis) in ſe, & in ſuis Fratribus aſſumere renuiſſet, Fr. Abroſium virum prudentem Ord. Ciſterſienſis (non verò Camal

Camaldulenſis, aut Fontis Avellanæ) annuente Honor. Pontif. fuiſſe pro omnibus Clariſſarum Monaſteriis (Aſſiſienſi ſemper excepto) in viſitatorem ab Hugolino, Card. non tamen Benedictinæ Religionis, ſed per Sedis Apoſtolicæ authoritatem deputatum.

Vvad. t. 1. anno. 1219. n. 47. 170. Verumtamen paucis poſt annis, defuncto Ambroſio, Fr. Philippus Longus Minorita unus ex primis S. Franciſci ſociis, ita volente Card. Hugolino; authoritate Apoſtolica fuit in Viſitatoris officium ſubſtitutus, quamvis ægrè dolente S. Franciſco, poteſtatem inſuper accepit, ut poſſet in Monaſteriis Fratres ſubſtituere: movit eum ad hæc pietas (ait Vvad.) & zelus bonus de profectu ſacrarum Virginum, quibus deerant magiſtri, & duces novæ, & arctiſſimæ vitæ non adeò tunc hominibus familiaris. Ex quibus evidentiſſimè colligimus, non ad Regulam, vel conſtitutiones S. Benedicti, ſed ad Minoriticum rigorem vixiſſe jam Sanctimoniales S. Claræ diſcipulas, quæ Damianitæ nuncupabantur: Mortuo etiã Philippo, alij ſucceſſerunt in officio Minoritæ, quod & in ipſa S. Franciſci Regula c. 12. expreſsè denotatur. *Viſitator ſororum ſemper ſit de Ordine Fr. Minorum juxta voluntatem D Carnalis &c.* & Minoritas ſemper fuiſſe continuatos, ſupremumque ipſarum Monialium regimen fuiſſe Minoritis demãdatum, ex innumeris ſæpè Pontificium litteris, quas hic adducere non vacat, ſed ex parte infra recitabimus, evidentiſſimè apparet. Capellanos verò non ex Minoritico Ordine, ſed aliundè adductos fuiſſe, & qualiter à Fratribus Minoribus intrinſecè, & extrinſecè dinſtinguendi forent, in litteris Innocentij IV. & in Regula per ipſum edita, clariſſimè demonſtratur: Vnde ſatis mirari non poſſum, tale dictum videlicet Damianitas Sanctimoniales per Capellanos Franciſcanos à Benedictina ad Franciſcanę vitæ methodum paulatim fuiſſe tranſlatas, in mẽtem hominis docti potuiſſe devenire. Litteras Pontificis, quas primò ſuper his dedit ad Generalem, & Provinciales Miniſtros, dabo in cap. de Monialium ſubjectione: alias hîc exhibeo.

## INNOCENTIUS PAPA IV.

*Vniverſis Abbatiſſis, & Monialibus Ordinis S. Damiani.*

171. CVm omnis vera Religio, & vitæ inſtitutio approbata &c. Et ne pro eo, quòd in veſtris Monaſteriis Fratres dicti Ordin. reſidere non tenentur continuè, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere ad confeſſiones veſtras in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta præfata, necnon divina Officia celebranda, deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Nec aliquod Monaſterium veſtri Ord. de cætero ab aliquibus inchoetur ſine Capituli Generalis Ordin. memorati licentia, & aſſenſu. Capellanus, & converſi ſecundùm diſpoſitionem Viſitatoris promittant obedientiam Abbatiſſæ, voventes loci ſtabilitatem, & perpetuò vivere ſine proprio, & in caſtitate: liceat tamen Viſitatori tam Capellanũ, & ſervientes Sorores, quàm converſos pro evidenti neceſſitate, aut manifeſta utilitate de uno Monaſt. ad aliud tranſmutare. Iejuniũ ſervare debeant ut Sorores: liceat tamen Abbatiſſæ ſuper hoc cum eis æſtus, vel itineris, vel laboris alterius, ſeu aliqua quavis rationabili cauſa miſericorditer diſpenſare. Tunicas de vili panno juxta eorum indigentiam habere valeant ſinè Caputio, quarum manicę ſint breves, & ſtrictæ tantummodo circa manus: longitudo autem tunicarum ſit talis, quòd à Cavilla pedum diſtent ſpatio quatuor digitorum. Pro cingulo verò corrigiam honeſtam habeant cum cultello, caparronem etiam ſuper tunicas portent, cujus longitudo genu aliquãtulum tranſeat, & amplitudo uſque ad cubitos protendatur: Minoris tamen latitudinis caparronem, ſi voluerit, habere poterit Capellanus, qui cappa etiam honeſta uti poterit, cum fuerit opportunum. Calceamenta cum caligis & brachis, ampla, & alta habeant, & ante fiſſa; & idem officium faciant Converſi, quod ſuperiùs de Sororibus neſcientibus litteras eſt expreſſum, excepto quòd ad Officium B. Virginis minimè teneantur. Informationi etiam, & correctioni Viſitatoris converſi, & Capellanus per omnia ſint ſubjecti, cui teneantur firmiter

Vvad. t. 1. in Regeſt. bull. 52. Innoc. IV.

ter obedire. Nulli ergo &c. Dat. Lugduni 8. Idus Auguſti anno. 5.

Uvad. t. 2. in Reg. Vrb. 4. bull. 9. 172. Si hujuſmodi, & alias Pontificum litteras, ſpecialiter Vrban. IV. nonam apud Vvad. quæ incip. *Inter perſonas &c.* vel obiter legere voluiſſent, ſinè dubio errore tàm grandi non deviaſſent à veritate manifeſta, nec dixiſſent, Damianitas Moniales paulatim per Capellanos Franciſcanos ſuos à Benedictinis ad Minoriſſas fuiſſe ſeductas; dum difficultates, & oppoſitiones legiſſent à Generali Fratrum Minorum Capitulo productas, ne Sororibus eiſdem aſſiſtere cogerentur, dum à Pontifice impetrarunt, ut Protectorem à Minoritico diſtinctum haberent contra ipſarum Regulæ tenorem, quamvis per allegatam ultimò bullam, & per alias Pontifex ipſe rem totam voluerit in pace componere; & reſtituto Monialibus ipſo Cardinali Fratrum Minorum Protectore ordinaverit, ut obſequia jam ab antiquo Monialibus præſtari ſolita præſtarent; ſed ſine ullo debitæ obligationis titulo, ut in Vvad. Ibid. ann. 1263. & 1264. ex pluribus Cœnobiorum atteſtationibus apparet; Capellanos autem non Minoritas, ſed à Minoritis deputatos habuiſſe comprobantur.

173. Quod demùm allegatur, S. Claræ Tornamir. loc. cit. diſcipulas unà cum ipſa Primiceria Damianitas ab Eccleſia S. Petri Damiani olim Benedictina, & ab ejuſdem S. Petri habitu, & conſtitutionibus, quibus regebantur, fuiſſe nuncupatas, non diſformiter chimericam fuiſſe comperio. Sorores, ſivè Moniales de Ord. S. Damiani ſivè pauperes Dominas, ſivè Recluſas, & aliquandò etiam Minoriſſas innumeris in litteris Pontificũ appellari lego; nullibi de Ord. S. Petri Damiani; quod à Conſtantino Gaetano, à Tornamira, & aſſeclis ſuis gratis additum fuiſſe conſtat. De conſtitutionibus per Claram, & Clariſſas jam ab initio obſervatis, ſatis ſuperque liquet ex antedictis: Nec video, quomodo contra bullam ipſius Claræ Canonizationis, contra ejuſdem teſtamentum, contra ipſius eccleſiaſticum officium, contra Pontificum litteras, contra denique antiquos omnes authores valeant ſuſpicari, quòd vel de Congregatione S. Petri Damiani, vel Fontis Avellanæ fuerint aliquando; immò contra hujuſmodi per extremum evangelicæ paupertatis apicem, per inviolabilis clauſuræ rigorem, & per alia plurima nimis altè diſtinguantur. Quod Eccleſiæ S. Damiani ad Petri Damiani Monachos pertinuerit aliquando, novum itidem miror adinuentum; illam primò à Seraphico Patriarcha vindicatam fuiſſe à ruina lego: habitabat ibi ruinam minitante in templo Sacerdos ſæcularis, qui S. Franciſcum excepit, ergo non incolebatur à Benedictinis. Benedictinis ſtetiſſe, nullibi lego; ſacratiſſimam Portiunculæ de Aſſiſio Eccleſiam Ord. Min. Baſilicam Matrem, tametſi S. Franciſci opera etiam ab extremis ruinis reparatam, à Monacis S. Benedicti ſumma liberalitate ipſum impetraſſe; ſimiliter, & S. Franciſci de Vrbe, & S. Coſmæ de Vrbe, illam pro Minoribus, hanc pro Monialibus fuiſſe nobis eadem Monachorum pietate conceſſas, noſtræ deprædicant hiſtoriæ; de Eccleſia S. Damiani Aſſiſiate nec verbum quidem. Ab hac ipſa S. Damiani Eccleſia, veluti à ſui Ord. prima Damianitas nuncupatas fuiſſe S. Claræ diſcipulas, ſicut & Camaldulenſes, & Charthuſianos Monachos à primo ſuorum Fundatorum domicilio, ultrò confiteor eo vel maximè, quòd jam uſurpatum Minoriſſarum titulum S. Franciſcus ipſas habere noluerit; nec Regium Pariſienſe Monaſterium, quod *humilitatis* dicebatur, non niſi Chriſtianiſſimo Rege graviùs ſupplicante, etiam diù poſt S. Viri obitum titulum hujuſmodi Minoriſſarum ab Vrb. IV. potuit impetrare. Quòd autẽ Eccleſia illa S. Petro Damiani fuerit dedicata, unde Moniales S. Petri Damiani jam de novo vocantur, nec video, nec approbo, nec ullus antiquorum ſomniavit, nec ratio conſentit: nec enim Petrus Damianus hic, de quo contendere volunt, unico nomine proprio dicebatur, ſed Petrus tantùm; à nomine verò Fratris ſui, qui Damianus erat, à Petro maximè dilectus, ab omnibus plurimi æſtimatus, agnomen aſſumere voluit, unde *Petrus Damiani*, non *Petrus Damianus* audiebat; Eccleſiam ergo non S. Damiano, ſed S. Petro Damiani dicatam dicere debuiſſent, quod nullibi legitur. Sic enim ait Auguſt. Fortunius ejuſdem Ordinis alumnus; *Erat Petro alius Frater Damianus nomine; ab ejus nomine ſic uſurpavit, ut ſe Petrum Damiani ſemper ſubſcriberet.* Deinde veneror Aug. Fort. in hiſt. Camald. vol. 5. Petri

ApudPan-deTerm.in M.S.Riſ-ch. 7. Petri Damiani, ut par eſt, eximiam doctrinam, altamque veræ pietatis famam, quem Abbas Caietanus jam ſæpè citatus dicit, miraculis coruſcaſſe, & apud Ravennates, & Faventinos honorari pro Sancto; quibus tamen exceptis, confitetur ſe aliunde non potuiſſe habere pro ipſo irrefragabile teſtimonium. Confiteri tamen non audeo, tàm lõgè ab allegatis Vrbibus dedicatã fuiſſe vetuſtiſſimã Eccleſiam viro, qui à nullo Pontifice legitur eſſe relatus inter Sanctos, nec inter ipſos recenſetur à Martyrologio Rom. nec à Ferrario, nec à Baronio nec in Bibliotheca vet. Patrum, nec à Theophilo Raynaudo Soſpitellenſi in ſua Chronologia univerſali, nec ab ullo alio; immò nec ab antiquis ſui ipſius Ordinis Scriptoribus, Trithemio, & Ioanne Lauden. titulo Beati decoratur; qui ultimus eum Dominum Petrum Damiani appellare conſuevit. Sed ſuper omnia evincit, quòd hæc ipſa Eccleſia præ vetuſtate in ruinam abibat, quando S. Franciſcus Chriſti Domini voce commonitus ipſam reparavit, & Parochialis olim fuiſſe à plurimis perhibetur; Vnde Petro Damiani, qui vix ſæculo uno à mortalibus abiverat, nullatenus potuit fuiſſe dedicata. Veriùs ergo, & ſinceriùs S. Damiano Martyri, & S. Coſmæ Fratris germani dedicata fuiſſe, non ſolùm communiter perhibetur, ſed & per ſolemniſſimum ipſius S. Damiani Martyris feſtum ad diem 27. Septembris, concurrente nniverſo Clero, & populo, cum officio ſub ritu primæ Claſſis, & annua ejuſdem S. Martyris commemoratione, evidenter comprobatur, quod & per authenticam ſcripturam ab Aſſiſienſis Vrbis integro Magiſtratu ann. 1674. die 6. Maij legimus fuiſſe conteſtatum: ut videre eſt per extenſum in hujus controverſiæ dilucidatione apud Fr. Paulum de Terminis fol. 15.

Tornam. in reſponſ. fol.74.

174. Commendo itaque antiquos Benedictinæ Familiæ Scriptores, qui Sanctiſſimam Religionem ſuam omni titulo pluſquam inſigniter glorioſam, ſpecialiùs autem Sanctorum ſplendorib⁹, longè latéque radiantem emendicatis, & non veris gloriis amplificare noluerunt: admiror autẽ Neotericos, qui contra innumera Sedis Apoſtolicæ teſtimonia, cõtra univerſaliſſimum Eccleſiæ, populorumq; jam per plura ſæcula conſenſum, contra evidentiſſimã in ſuperioribus demonſtratam veritatem S. Claram pauperum Patriarchæ in Chriſto primogenitam, Ordinemque ab ipſa fundatum Benedicto Patriarchę paulatim adeptam, & ideo reſtituendam venditare contendãt. Ipſorum dicta, & teſtimonia non juvat fuſiùs examinare, in reſponſionibus P. Pauli de Terminis è Reformata Vallis Mazzariæ Provincia ex integro videnda, qui Martinum Polacum in hiſtoria Alex. Papæ IV. citatum adnotavit, cui de Ordine S. Damiani dicenti, additum eſt *S. Petri Damiani*, quod pluries in aliis factum eſſe comperimus; D. Benedictum Eftenum Benedictinum allegant, qui dixerit, S. Claram, ejuſque diſcipulas ſub habitu, & Regula S. Benedicti militaſſe, cum de S. Clara, & habitu S. Benedicti verbum non appoſuerit, dicendo tantùm S. Claræ Moniales ſub Regula S. Benedicti aliquando fuiſſe: Ex bullis Potificum, ubi dicitur *de Ordine S. Damiani*; ſuperaddunt de ſuo, *qui fuit S. Petrus Damiani, & Congregationis Fontis Avellanæ.* Henricum Heronem, & Alphonſum Ciacconium in tom. 1. fol. 793. pro ſe citat Tornamira, quòd dixerint à S. Petro Cœleſtino Pontifice inſtitutum fuiſſe Ordin. S. Damiani; quod & ad hominem arguendo, & S. Pontificem Benedictinis concedendo, conſtat eſſe falſum; cum Ordo qui S. Damini ab ipſo Tornamir. in allegatis bullis prætenditur per annos 70. ante S. Petrum Cœleſtinum præceſſiſſe legatur, ſub cujus Pontificatu jam Clariſſarum Ordo nuncupabatur. Zuritam pro ſe allegat, qui dixit oppoſitum, nempe Emereſcendam de Cellis erexiſſe Conventum Sororibus de Regula tunc S. Damiani, quas inde dixerũt Minoriſſas; at S. Petrũ Damiani; & Ordinem S. Damiani, quod dixiſſe prætenditur, nuſquam nominavit: quod etiam ex litteris Greg. IX. adipsã Ermeſſeindim de Fillis (Zurita Ermeſcendam de Cellis vocat) apparet, quibus præfatum ut erigere poſſit Monaſterium concedit; quod ſuo loco dabimns per extenſum. Hieronymus Campanile, quem pariformiter pro ſe allegat Tornamira nec verbum habet pro Tornamira, dicens hoc idem, quod Ordo Clariſſarum bipartitus reperiatur, in eas videlicet, quæ Clariſſarum Regulæ rigorem litteraliter obſervant, & in eas,

Paul. de Term. in clarif. ſ. Claræ.

Uvad. t. 1. ann. 1234. n. 7.

quæ ad Vrbani IV. vivunt diſpenſationes. Petrus Ricordatus, quem in ſua hiſtoria monaſtica eodem modo allegat, ſolum n loco à Tornamira citato diſputativè inquirit, utrum Ordo ille à Petro Damiani, vel à S. Petro Cœleſtino fuerit inſtitutus? Tota itaque noviſſimę hujus adinventionis ſumma in Conſtantino Gaetano omnium in hoc anteſignano, & in Iacobilli, & Creſcentio, atque in Tornamira fundatur, qui ultimis hiſce temporibus contra evidentiſſimam veritatem, Eccleſiæ, populorumque conſenſum ſine ulla ratione ſcribentes, quod faciant authoritatis pondus, judicent alij. Hæc ultima, quæ compendioſiùs ex Pauli de Terminis reſponſionibus collecta, in ipſo authore cum aliis plurimis hujuſmodi fuſiùs legenda remitto; cætera quæ ponderoſiùs examinavi, in Vvad. & aliis ibi citatatis eſt videre: Hæc non vanæ contentionis libido, ſed Superiorum imperium debitæ defenſionis titulo præter intentionem, forſan & ab hiſtorico ſcopo longiùs extorſit. De ſcriptoribus iſtis quid actum ſit, ſuperiùs adnotavi.

## CAPVT VII.

*Clariſſarum Monialium omnium dependentia ab Ordine Seraphico.*

175. Clariſſas ſanctimoniales, quæ olim tum pauperes Dominæ, tum Damianitæ, tum Minoriſſæ, tum Pauperes incluſæ etiam in litteris Apoſtolicis nuncupatæ, Vrb. IV. Pontificis edicto, in ſuperioribus recitato, jam Clariſſæ, ſive de prima, ſive de ſecunda Regula Communiter appellantur, Seraphici pauperum Patriarchæ veriſſimam eſſe ſobolem, nobiliſſimamque in hæreditate Franciſcana portionem, fuiſſe ſemper indubium Scriptores omnes unanimi calamo conteſtantur. Quin & illæ, quæ particulari diſpoſitione extra Ordinis curam ab Ordinariis gubernantur, de Seraphico tamen Patre, atque de indiſpenſabili ad Seraph. Ordinem cohærentia in immenſum gloriantur. Circa verò illarum regimen, graviſſimas legimus fuiſſe ſemper in Ordine contentiones.

176. Sanctus Franciſcus illarum Pater, & Fundator, omnium primus ab illorum regimine ſingulariter averſus, Fratrum relaxationes potiùs, quàm reformationes, liteſque continuas, & controverſias cum locorum Ordinariis exinde ſecuturas jam tum ſpiritu prophetico præcognoſcens, ut Regulam pro ipſis exſcriberet, ut diximus, nullorum precibus poterat adduci. De ſolo S. Damiani Cœnobio Aſſiſienſi, in quo dilectiſſimam ſuam in Chriſto primogenitam Claram incluſerat, utpotè à ſe fundato ſollicitus; cætera ad ſe nullatenus pertinere conclamabat. Hugolino Cardin. primo Ordin. Protectori ad Clariſſarum curam ſæpiùs adhortanti; magno ſpiritus fervore in hæc verba reſpondit: *Timeo, ne cum Deus nobis abſtulerit uxores, diabolus nobis procuraverit Sorores.* Graviùs indoluit, dum eaſdem ita mirabiliter per Orbem multiplicatas Minoriſſarum nomen aſſumere, intellexit: Graviſſimè verò dum Fratrem Philippum Longum audivit, ab Hugolino Cardin. Protectore de Honorij III. Pont. mandato inſtitutum fuiſſe ſuper univerſa Clariſſarum Monaſteria Viſitatorem. Tandem verò tum dilectiſſimæ Claræ continuis lachrymis, tum Cardin. Hugolini inceſſantibus precibus victus, ſe ſe continere non potuit, quin Regulā eiſdē quantum ſervata proportione, ſexuſque imbecillitate licuit, Minorum Regulæ conformem Hugolino conſcribente dictaret.

177. Poſt glorioſum S. Viri tranſitum, cum ad earumdem curam, & gubernium Fratres Minores, tum à Greg. IX. tum ab Innocen. IV. & à Cardinali Oſtienſi Ordin. Protectore per varia decreta compellerentur, ad Epiſcoporum præſertim, & Monaſteriorum non exemptorū efficaciſſimas petitiones; ad Innoc. IV. pro Ordinis quiete Fratres ipſi ſupplicantes impetrarunt, ne abſque Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinis Protectoris Oſtien. Epiſcopi ſpeciali licentia de Monaſteriis noviter exemptis, vel in poſterum eximendis ſe ſe intromittere tenerentur.

### INNOCENTIVS PAPA IV.

*Generali Miniſtro, & Vniverſis Fratribus Ordinis Minorum.*

178. Petitio veſtra nobis exhibita continebat, quòd Moniales quamplurium Monaſteriorum, quæ Ordinis S. Damiani fore ſe aſſerunt, Diœceſana Uvad.t.2. ann.1253. n.37.

na lege Diœceſanis Epiſcopis ſubjectorum, noſtras, & Venerabilis Fratris noſtri Oſtien. & Velletren. Epiſcopi, cui cura ipſius S. Damiani Ordinis à Sede Apoſtolica eſt commiſſa, ad Nos litteras impetrarunt, ut Monaſteriorum ipſorum ſolicitudinem gerentes,& veram eis correctionis,& viſitationis officium impendatis, & miniſtretis eccleſiaſtica Sacramenta. Quia verò quædam ex Monialibus ipſis interdùm diſcurrunt per patriam, cum deberent potiùs vivere ſub clauſura, ijdem Diœceſani, ad quos cura Monaſteriorum ipſorum noſcitur pertinere, non ſolùm contra Moniales ipſas, verùm etiam contra vos, quibus invitis earum cura interdùm committitur, ſæpiùs concitantur, ſuper quo petiiſtis à Nobis, per ipſius Sedis providentiam ſubveniri. Cum autem noſtræ intentionis, vel ipſius Epiſcopi non exiſtat, vos gravare ſuper hoc, ſeù Diœceſanis ipſis aliquod præjudicium generare; vobis univerſis,& ſingulis authoritate præſentium indulgemus, ut ad gerendam curam aliquorum Monaſteriorum prædicti Ord.S. Damiani, vel eis hujuſmodi Officium impendendum, ſeù miniſtrandum ſacramenta prædicta, niſi ad Romanam Eccleſiam nullo pertineant mediante, minimè teneamini, prætextu aliquarum litterarum à Nobis, vel eodem Epiſcopo ad vos obtentatum, vel obtinendarum in poſterum, abſque ſpeciali mandato noſtro, vel ſuo faciente de exemptione ipſorum Monaſteriorum, plenam, & expreſſam de verbo ad verbũ de indulto hujuſmodi mentionem. Inſuper vobis concedimus, ut vos intromittere non teneamini de Monaſteriis ipſis S. Damiani Ordinis de novo exemptis, aut de cætero eximendis, abſque ſpeciali mandato noſtro, vel Epiſcopi memorati. Nulli ergo &c. Dat. Aſſiſii 8. Idus Iulij anno 10.

Ibid. in Reg.1255. bull. 28.

179. Quod idem ab Alex. IV. legimus fuiſſe per omnia ſub eodem verborum tenore confirmatum, expedito diplomate, *Petitio veſtra &c.* Dat. Anagniç 15. Kal. Septembris 1255. anno primo ſui Pontificatus.

180. Quod & Innocentius ipſe jam ampliori dilatatione confirmaverat, indulgens ut nullus de Ord. Minor. etiam per litteras Apoſtolicas, niſi de hoc privilegio facientes expreſſam mentionem, ad gubernium Monialium compelli poſſit invitus, ſub modis, & formis in diplomate appoſitis, quod exhibeo.

INNOCENTIVS EPISCOPVS,
Servus ſervorum Dei.

*Dilectis Filiis Generali Miniſtro,& Fratribus Ord.Fratrum Min ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

PAci, & tranquillitati veſtræ paterna volentes impoſterùm ſolicitudine providere; authoritate vobis præſentium indulgemus, ut in Monaſteriis Monialium incluſarum Ordinis S. Damiani, in quibus tempore fœl. rec. Greg. Papæ prædeceſſ. noſtri aliqui Fratres veſtri Ordin. deputati non fuerint, morari minimè teneamini, nec ad id per litteras Apoſtolicas impetratas, ſeu etiam impetrandas arctari poſſitis, niſi litteræ ipſæ plenam fecerint de hac indulgentia mẽtionem. Pruviſio ut in Monaſteriis, in quibus tunc temporis Fratres deputati fuerunt, ponantur ſecundùm diſcretionem Miniſtrorum Provincialium idonei,& maturi, qui Monaſteriorum ipſorum Monialibus, in ſpiritualibus dumtaxat deſerviant, juriſdictioni, & correctioni Miniſtrorum ſuorum, ſicut & cæteri nihilominus pariturì. Nulli ergo &c. Dat. Lugduni 16. Kal.Aug.Pont. noſtri anno 3.

Vvad. t. 1. Reg.1245. bull. 19.

181. In Alemania Miniſter,& Diffinitores Provinciales hujuſmodi tædio fatigati à Cardinali Raynaldo Oſtien.Ordin.Protectore privilegium impetrarant, ne Monialium curam (quatuor exceptis Monaſteriis ibidem recenſitis) ſuſcipere tenerentur; quod Raynaldus ipſe ſub Alex.IV. nomine ad Pontificatum evectus dato diplomate confirmavit, ut ſequitur.

ALEXANDER PAPA IV.

*Miniſtro Fratrum Minorum Alemaniæ ac Diffinitoribus Provincialibus Capituli in Ezzellinyen celebrati.*

CVm à nobis petitur &c. *uſque effectum.* Significaſti ſiquidem nobis quod dudum nos tunc Oſtien.& Velletren.Epiſcopus, per noſtras vobis duximus litteras concedendum, quòd excep-

Vvad.t.2. Reg.1255. bull. 8.

tis Argentin Conſtantien. de Clina, & de Phillingen clauſtris Ord. S. Damiani aliquorum Clauſtrorum ejuſdem Ord. conſtructorum, aut conſtruendorum in Alemania nullatenus teneamini curam gerere, vel habere. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati conceſſionem hujuſmodi ratam habentes, illam authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Dat. Neapoli 8. Id. Martij anno primo.

182. E contrà verò cum Clariſſæ de Barchionenſi Monaſterio privilegium ab eodem Alexandro Pont. impetraſſent, ut pro ſpirituali ſua ſervitute Religioſos de ſuis idoneos in numero ſufficienti Miniſter Provincialis Aragoniæ deputare teneretur; hic autem priſtinis in contrarium privilegiis munitus reſpondiſſet, ſeſe ad talia nullatenus obligari; Pontifex de omnibus ad plenum informatus, præfatum Aragoniæ Provincialem, edito ſequenti diplomate, voluit omnino compellere, ut Fratres ſuos, tùm pro divini verbi prædicatione, tùm pro Sacramentorum adminiſtratione præfato Monaſterio ſuppeditaret.

## ALEXANDER PAPA IV.

*Dilecto Filio Miniſtro Provinciali in Aragonia Ordinis Fratrum Minorum.*

183. SVb certa forma tibi dudum per noſtras litteras in virtute S. obedientiæ dediſſe dicimur diſtrictiùs in præceptis, ut dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterij S. Antonij extra muros Barchinonen. Ord. S. Damiani ad Roman. Eccleſiam nullo medio pertinentis, tot Fratres idoneos tui Ordinis pro honeſtis, & opportunis cauſis earum ad ipſarum requiſitionem concedere procurares, quot ipſis in earumdem neceſſitatibus exiſterent opportuni; ſed tu, quod mandavimus, efficere, ut decuit, non curaſti, dicens, ſicut ex ipſarum petitione collegimus, quòd cum certis indulgentiis Apoſtolicis ſis munitus, aliquos Fratres dicti Ordinis ad præmiſſa concedere non teneris; propter quod ipſę divinis obſequiis defraudantur. Cum itaque ſuper his ad Nos ſit habitus cum humilitate recurſus; Nos volentes in hac parte eis miſericorditer providere, diſcretioni tuæ per iterata ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis, & noſtram, prætactis indulgentiis non obſtantibus, ſingulis diebus Dominicis, feſtis duplicibus, & ſolemnibus tui, & ipſarum Ordinum per Fratres tuos celebrari Miſſarum ſolemnia, & annuatim duodecim vicibus pœnitentiam, & Euchariſtiæ Sacramentum, eis informatis primò regularibus documentis, & confortatis pabulo verbi Dei, facias exhiberi.

Vvad. t. 2. Reg. 1258 bull. 100.

184. Cùm verò neceſſe fuerit, vel propter ipſarum graves ægritudines, ſeu obitus, aut altarium, vel Monialium conſecrationes, tot ad locum ipſarum de idoneis tuis Fratribus mitti procures ad exequias, & divinum officium celebrandum, quot ad hoc fuerint opportuni; & proponatur populo, qui tunc prætactis temporibus ibidem convenerit, verbum Dei. Ad hæc, ut Fratres Conventus Barchinon. maturi, & diſcreti pro honeſtis, & rationabilibus cauſis ab Abbatiſſa, quæ pro tempore fuerit, requiſiti poſſint ad prætactum Monaſterium, ac ad Cratem, & locutorium ipſius accedere, duximus concedendum. Dat. Viterbij 4. Non. Octob. anno 4.

Quod ipſum ad favorem Monialium Civitaten. in Hiſpania Miniſtro Provinciali in Regno Legionenſi commiſit, ut in Vvading. tom. 2. Annalium in Regeſto bulla 102. eſt videre.

185. Tandem continuatis in Religione controverſiis hujuſmodi, ut providè occurreret Doctor Seraphicus, dum actu Miniſter Generalis anno 1263. generalem Ordinis Synodum Piſis celebraret, unanimi P.P. conſenſu decretum voluit, ut omnium dimitteretur cura Clariſſarum, ſeù Damianitarum, quæ præter humanitatem, & obſequia liberè à Fratribus impenſa, contendebant, hæc & majora ſibi ex debito, & ſtatuto jure præſtanda, atque ita inter S. Franciſcum, & S. Claram primiceriam fuiſſe conventum, cujus Monaſterij curam in ſe, ſuoſque Fratres S. Vir aſſumpſit. Abſolutis Comitiis Bonavent. Generalis ad Pontificem veniens, totius Odinis nomine rogavit, ut probaretur decretum Capituli generalis de rejicienda Monialium cura, liberarenturque Fratres à tàm moleſtis Vvad. t. 2. 1263.

leſtis, & periculoſis Sororum obſequiis. Atque hoc etiam conceſſit Pontifex, declarationem adhibens, nequaquam Fratres aliquando obligatos ad hæc onera ſubeunda. Et ut major eſſet ſeparatio, unicuique Inſtituto peculiarem præfecit Cardinalem; Minoritis prædictum Gaetanum; Clariſſis verò Stephanum Hungarum Epiſcopum Cardinalem Præneſtinum. Sed exorta eſt contentio inter Principes, & quæ verſabatur inter Fratres, ac Sorores controverſia, tranſiit ad Cardinales, utrinque contendentes circa majus emolumentum Religionis ſibi commiſſæ. Præneſtinus valde urgebat cauſam Clariſſarum, inhiantium ſibi commodis Fratrum obſequiis, è contra Gaetanus Fratres ab excuſſo jam jugo volebat immunes. Eò tandem deventum eſt, ut ablata Præneſtino quacumque circa Fratres Monialium obſequiis deputãdos poteſtate, & aliquot poſt menſes placidè dimiſſa earumdem Sororum protectione, uterque Ordo Gaetano commendaretur. Suaviùs ab hoc compoſita controverſia, quia ad conſervandum inter Ordines æquè à S. Franciſco inſtitutos charitatis vinculum, & tollendum puſillorum ſcandalum, rogavit Bonaventuram, ut rejectam Sororum curam reaſſumeret, adjecta prius cautione, ſeù declaratione Pontificia, & ſua, nulla eis præſtari obſequia ex debito, ſed ex charitate. Pio Patri, & ſummo Benefactori non potuit hoc Bonaventura denegare, quãvis doluerit ad ſecretum malum, & occultum periculum, conſiderans quàm impenſe laboraverit S. Franciſcus, ne quid eſſet inter Sorores, & Fratres commercij, cujus verba rem hanc concernentia à nobis aliàs relata, nunc vidit eſſe prophetica. Vrbanus Pont. ut initæ concordiæ pacta firmaret ſequenti Diplomate voluit eſſe roborata.

## VRBANVS PAPA IV.

*Dilectis filiis Ioanni S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, & Fratri Bonaventuræ Miniſtro Generali Ordin. Minorum.*

186. INter perſonas ſub S. Religionis Obſervantia divinis mancipatas obſequiis ſervare cupimus unitatem, & pacem, ſolicitum ſtudium, & operam impendentes, ut unitæ vinculo ſolidæ charitatis, liberiùs virtutum Domino famulentur. Cum itaque Fratrum Minorum olim tibi, fili Cardinalis, & poſtmodum S. Damiani Ordinem Ven. Fratri noſtro Stephano Epiſcopo Præneſtino duxerimus committendum, ac nonnullis eiſdem Fratribus à Monaſteriis ejuſdem S. Damiani Ordinis, in quibus Eccleſiaſtica ſacramenta inibi degentibus miniſtrabant: poſt hujuſmodi conceſſionem factam dicto Epiſcopo, prout accepimus ſunt amoti, & ipſorum Monaſteria, quæ ſine cohabitatione aliquibus exhibentur Monaſteriis memorati Ordinis, eiſdem Monaſt. ſint ſubtracti. Propter quod, necnõ ex quarumdam litterarũ circa hoc dicto Epiſcopo conceſſarum occaſione, quæ ut dicebas, in manifeſtum, tu fili Cardinalis, Ordinis eorumdem Fratrum tibi commiſſi poterat præjudicium redundare; ac etiam quia quędam ponebantur pro S. Damiani Ord. ſupradicto, quę libertati prædictæ Ord. FF. ut ex ipſorum FF. parte aſſeritur, derogabant, turbationis, & quæſtionis materia orta eſt. Nos circa ſalubrem utriuſque Ordin. ſtatum paterna ſolicitudine vigilantes, quamdam ordinationem, proviſionem, decretum, ſtatutum, de Fratrũ noſtrorum conſilio, & aſſenſu fecimus, prout inferiùs continetur. Volentes itaque concordiæ utriuſque Ordinis diligenter intendere, ac ſaluti animarum dicti Ordin. S. Damiani miſericorditer providere, diſcretionem tuam fili Generalis Miniſter rogamus, & hortamur attentè, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus uſque ad generale Capitulum tui Ord. proximum celebrandum, aliquos de Fratribus tuis facias in Monaſteriis morari, in quibus tẽpore dictæ commiſſionis factæ dicto Epiſcopo, morabantur; & illos, qui adhuc morantur in ipſis Monaſteriis, uſque tunc dimittas ibidem, vel alios loco ipſorum ſubſtitui facias, prout videris expedire: aliquos verò facias deputare ad miniſtrandum præfatis perſonis hujuſmodi Eccleſiaſtica Sacramenta, quibus ejuſdem Ordinis Fratres illa ſine cohabitatione, memoratæ commiſſionis tempore miniſtrabant, ita tu &c.

Uvad. t. 2. Reg. 1264. bull. 9.

187. Nos autem de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, ordinamus, diffinimus, ac decernimus, ſtatuentes, quòd

ſi uſque ad Capitulum generale vel in ipſo Capitulo concordia ſuper miniſteriis hujuſmodi à Fratribus impendendis de communi aſſenſu partium non provenerit inter Ordines ſupradictos; ex tunc Ordo Fratrum Minorum, & ipſi Fratres, ſi voluerint, ipſum Capitulum generale eo ipſo quòd hoc voluerit, ſeu ſuper hoc expreſſerit voluntatem, à prædictis cohabitatione, viſitatione, miniſterio, omnique onere alio, quoad prædicta Monaſteria, & perſonas degentes in eis, ſint liberi penitùs, & immunes; & quòd per eadem Monaſteria, vel perſonas ipſorum, vel quoſcumque alios earum nomine, ſive pro eis prætextu obſequiorum exhibitorum eiſdem, aut litterarum, indulgentiarum, vel privilegiorum ipſis Monaſteriis, vel aliis quibuſcumque perſonis ſub quacumque forma à Sede Apoſtolica conceſſorum, ſive ex quocumque alio jure, vel cauſa niſi à ſupradicto Fratrum Ordine peti poſſit. Cum quibus ei non ſolùm dictus Ordo S. Damiani committitur ad exhibendum Monaſteriis, & perſonis ejuſdem S. Damiani Ordinis miniſteria conſueta, ſed & ipſi Epiſcopo conceditur, quòd ad hoc poſſit compellere per cenſuram Eccleſiaſticam dictos Fratres; Nos eiſdem litteris, quoad juriſdictionem, & poteſtatem ſibi conceſſam in Monaſteria prædicta, & perſonas ipſorum in ſuo robore duraturis, ipſas quoad alia, quæ dictos Fratres Minores, & eorum Ordinem quoquomodo contingunt, de voluntate dicti Epiſcopi revocamus, carere decernimus omni robore firmitatis, etiamſi de iis litteris plenam, & expreſſam de verbo ad verbum fieri oporteret in præſentibus mentionem. Nulli ergo &c. Datum apud Montem flaſconem 14. Kal. Septemb. Pont. noſtri anno 3.

Uvad. t. 2. 1264. n. 3. 188. Generalis autem Miniſter juxta pactum cum Protectore initum, & ſtatutum Pontificis relatum Viſitatores adhibuit Ordini S. Claræ, permiſitque, ut Fratres ſolita exhiberent Sororibus charitatis obſequia, præmiſſis tamen cautionibus, & teſtimonio publici Scribæ firmatis declarationibus, nihil horum exhiberi ex juſtitia, ſed ex charitate. Hæc illius de hacre ad Tuſciæ Viſitatorem epiſtola.

*In Chriſto ſibi Chariſſimo Fratri Laurentio in adminiſtratione Tuſciæ Viſitatori pauperum Dominarum.*

*Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus. Salutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

Dignum eſt, & conſonum rationi, quòd ſpiritualium Ordo virorum ad ea ſe promptum exhibeat, quæ divinum honorem reſpiciunt, animarum ſalutem procurant, & naturali ſunt conſona pietati. Quia Ordo Sororum S. Claræ Venerabili Patri noſtro Ioanni S. Nicolai in Carcere Diacono Cardinali per Summum Pontificem eſt commiſſus, & quod idem Dominus ſub ſpe adjutorij Noſtri Ord. & pro noſtra pace, & libertate ſervanda, eumdem in ſuam curam ſuſcepit: Conveniens eſt, & decens, quod eidem Domino prompto animo aſſiſtamus. De tua itaque providentia, & probitate confiſus, de Fratrum conſilio Diſcretorum mandamus tibi per Obedientiam ſalutarem, quatenus viſitationis officium circa Monaſteria Ord. ſupradicti intra adminiſtrationem Tuſciæ conſtituta, quæ juxta formam inferiùs adnotatam libertatis noſtræ inſtrumenta publica, ſivè patentes litteras dederunt, vel dederint, exequaris. Et quia opus iſtud ad ſalutem animarum reſpicit, pro quibus Ieſus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, ſic prudenter, ſic modeſtè, ſic juſtè, ſic miſericorditer, ſic conſtanter prædicti, opus officij exequaris, quòd laus ſit Chriſto, extirpatio vitiorum, ædificatio virtutum, & devotarum conſolatio animarum. Et ut proſecutioni hujus officij valeas intendere, ut oportet, Miniſter tuus teneatur tibi præſentium juſſione de ſocio idoneo providere. & ad hoc ipſum Cuſtos, in cujus Cnſtodia viſitationem feceris, ſi ſocium tuum impediri contigerit, ſit adſtrictus: Cum autẽ acceſſeris ad aliquod Monaſterium viſitandum, in quo Fratres non reſideant, Guardianus proximioris loci, vel ejus Vicarius providere tibi de altero ſocio teneatur, & uterque iſtorum ſociorum tibi ſpecialiter aſſignatus ingrediatur tecum Monaſterium, cum pro viſitationis officio fuerit opportunum.

For

Forma autem ſuper viſitationis Officio, quæ tibi tranſmittitur per dictum Dominum Cardinalem, tam quoad Regulæ ſuſceptionem, quàm alia in ipſa contenta, & diligenter obſerves, & efficaciter, ſecundùm gratiam à Domino tibi datam, obſervare procures; cavens ab introductione Fratrum in ipſa Monaſteria, exceptis duobus te aſſociantibus ad tuum officium exequendum. Ab omni etiam acceptione munuſculorum, & à cæteris omnibus, quæ mali ſpeciem poſſunt prætendere quoquomodo. Neque pro hujuſmodi abſolutione officij ad me venias, ſed quàm citiùs poteris, illud exequi ſtudeas diligenter. Sic autem ſolicitè, ac ſolerter præmiſſis inſiſtas, quòd tuum officium eſſe poſſit in conſpectu Divinæ Majeſtatis acceptum, ac fructuoſum, & conſolatorium Monaſteriis memoratis, præfatoque Domino Cardinali, qui firmam gerit fiduciam, quòd hujuſmodi Officium per te ſolicitè debeat exerceri; necnon & Ordini noſtro, qui ſibi ad ſupportandum hoc onus, quod humeris tuis impoſuit, in hac parte voluit offerri juvamen, nihil ob tuum defectum quoad Deum, vel homines valeat imputari: quinimmò tam conſcientia ipſius Domini Cardinalis, quàm tua, & Fratrum noſtri Ordinis, qui ſibi de ſpeciali gratia in hoc humiliter condeſcendit, in tuto proindè conquieſcat. Forma verò inſtrumenti publici, ſeu litterarum noſtræ libertatis hæc eſt. [Nos talis...... Abbatiſſa, & Sorores........ talis Monaſterii, pro nobis, & Monaſterio noſtro dicimus, & confitemur, & etiam recognoſcimus, quòd Ordo Fratrum Minorum, vel Fratres ejuſdem Ordinis Nobis, ſeù Monaſterio, ſeù perſonis in eo degentibus, ad obſequialia Monaſterio exhibenda aliquatenus ex debito non tenentur. Et idcircò dicti Ordinis Fratribus præcavere volentes, ne per aliqua obſequia, vel miniſteria, quæ Nobis dicti Fratres de facto ſua liberalitate, vel mera gratia exhibebunt, ex quantacumque diuturnitate temporis poſſit eis præjudicium generari, promittimus tibi Fratri N. nomine Ordinis, & Fratrum recipienti, & ſtipulanti, quòd Miniſteria, vel obſequia ab eis taliter exhibenda nullo umquam tempore, occaſione procurationis hujuſmodi, ex debito petemus, nec ſuper eis movebimus contra eumdem Ordinem, vel Fratres ipſius Ordinis aliquam quæſtionem; & in hujuſmodi rei teſtimonium volumus fieri hoc publicum inſtrumentum, & ſigilli Conv. noſtri munimine roborari. Datum Aſſiſij 3. Non. Octob. ann. Domini 1264. Pontif. Domini Vrbani IV. anno 3.

189. Ad concordiæ verò complementum publica fuerunt à ſingulis ferè Monaſteriis edita inſtrumenta, quorum aliqua in ipſis membranis originariis ſe recepiſſe teſtatur Vvadingus: unum ex ipſo ad vetuſtatis commendationem placuit exſcribere. Vvad. ibi. n. 5.

[Vniverſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis Bartholomęa Abbatiſſa Monticelli apud Florentiam pauperum Dominarum Ord. S. Damiani, necnon ejuſdem Monaſterij cæteræ Sorores, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam. Cum ſanctiſſimus Pater, & Dominus noſter Vrb. Papa IV. quandam ordinationem inter Miniſtros, & Fratres Ordinis Minorum, & perſonas noſtri Ordinis ſuper ſtatum perſonarum noſtrarum duxerit faciendam, prout inferiùs continetur: Nos Abbatiſſa jam dicta, & Sorores Eugenia, Margarita, Maria Angela, & cæteræ aliæ ordinationem hujuſmodi gratam habentes illam, quantùm in nobis eſt, ratificamus, & acceptamus, & etiam approbamus, ipſamque præſentium tenore promittimus perpetuis temporibus inviolabiliter obſervare, nec unquam contravenire. Tenor autem ordinationis ejuſdem talis eſt. Vrbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Ioanni S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacono Cardinali, & Fr. Bonaventuræ Miniſtro Generali Ordin. Fratrum Minorum &c. *ut in Pontificiis litteris, quas ex Regeſto Vrbani, numero præcedenti repoſuimus.* Poſtannectitur. In teſtimonium autem hujus ratificationis, approbationis, & promiſſionis ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Dat. Florentiæ anno 1264. die 15. Octob.] Uvad. t. 7 1489. n. 41

190. Procedente ad reformationis rigores Ordine, excrevit etiam & repugnantia Fratrum in ſuſcipiendá Monialium cura. Regularis Obſervantia longo tempore ab iis gubernandis abſtinuit; & vix coacta exoſo oneri fortiſſimos alioqui ſuos humeros ſubjecit. Vnum de pluri-

mis

mis exemplum juvat adducere In Portugallia Beatrix Ferdinandi Luſitaniæ Infantis relicta vidua, cum Fratribus illius Provinciæ nullum non moviſſe lapidem legitur, ut Bejenſis (*Iulia pacis appellant*) Monaſterij ſub titulo S. Claræ per Ferdinandum præfatum, & à ſe ipſa poſt illius obitum extructi curam ſuſciperent; Fratres autem tantæ Principiſſæ inſtantiis contraire cum non poſſent ex una parte, invіſum opus ex altera cum acceptare renuerent, conditionem apposuerunt in eorum opinione non adeò facile complendam; videlicet ſe ſe Monaſterio regendo incumbere non poſſe, niſi Conventum pro ſe ipſis propè Monaſterium haberent: Quod cum à generoſa Heroina fuiſſet dicto citiùs contra ipſorum opinionem extructum; adduci nullo modo potuerunt, ut promiſſis ſtarent, donec Innoc. VIII. Pontifice ad Beatricis inſtantiam expreſsè, graviterque mandante, coacti ſunt & Conventum inhabitare, & Monialium curam excipere.

Monum. Ord. Min. fol. 107. 191. A Iulio II. Pontifice, quo firmiùs ab honoribus hujuſmodi liberarentur, Apoſtolicum diploma impetrarunt. *In Eminētis &c. dte 7. May* 1504. Ne ad ſubeundā Monialium curam cōpelli poſſent inviti. Similiter & Recollecti in Gallia in Provincia SS. Sacramenti, cum propter S. Claræ Monaſterium, quod in Civitate Tarlatenſi gubernabant gravibus, atque inſolitis perturbationibus quaterentur, ſupplicante pro Fratrum ſuorum quiete Silveſtro Caſtet Miniſtro Provinciali, Clem. X. Summus Pont. Fratres ipſos ab omni, & quacumque Monialium illarum cura liberavit, ipſumque Monaſterium Tarlatenſis pro tempore Epiſcopi gubernio tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus per omnia ſubjectum eſſe mandavit, dato diplomate, quod appono.

## CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Arch. Aracœl. Reg. 8 Vltr. f. 179. 192. EX injuncto Nobis cœlitus Sacroſancti Apoſtolatus officij debito, in eam præcipuè curam propenſis ſtudiis incumbimus, ut Chriſti fidelium Altiſſimi obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatorum quieti, ac ſacrarum Virginum, quæ oblitæ populum ſuum, & domum patris ſui, vota ſua Deo reddere laudabiliter ſtudent, fœlici directioni quantùm Nobis ex alto conceditur conſulere ſatagamus. Cum itaque ſicut dilectus filius Silveſter Caſtet Miniſter Provincialis Provinciæ SS. Sacramenti Toloſæ Fratrum Minorum Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum, ac dicti Ord. Diffinitor Generalis, tàm ſuo, quàm totius Diffinitorij dictæ Provinciæ nomine Nobis nuper exponi fecit, Monaſterium S. Claræ Civitatis Tarlaten. regimini, & gubernio Fratrum Provinciæ præfatæ ſubjectum ſit; ipſe verò Silveſter Miniſter Provincialis, & Diffinitorium, ut eorum conſcientiarum quieti, ac paci dictæ Provinciæ conſulatur, ejuſmodi gubernio exonerari, ac illud Ven. Fratri moderno Epiſcopo Tarlaten. ejuſque ſucceſſoribus committi plurimum deſiderent, jamque ſuper ea re conſenſum dilecti etiam filij Miniſtri generalis Ordinis præfati obtinuerit. Nos ſpecialem ipſis Silveſtro Miniſtro Provinciali, & Diffinitorio gratiam facere volentes; & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabiliū Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, præfatum Monaſterium Monialium S. Claræ Civitatis Tarlaten. à gubernio, & regimine Fratrum Recollectorum Ord. S. Franciſci authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò eximimus, ac illud omnimodæ juriſdictioni, tàm in ſpiritualibus, quàm in corporalibus memorati moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Tarlaten. ſubjicimus decernentes, eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos, & quas ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis

per

per quoſcumque Iudices, Ordinarios,ac delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicati; & diffiniri debere; ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, præfatorum Ordinis, ac Provinciæ, & monaſterij etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiiſque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, & illorum tenore præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ ap. S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcat. die 11. Iulij 1572. Pont. noſtri anno 3.

193. Præ cæteris autem in ablegando prorſus Sanctimonialium tegimine, ſingulares fuiſſe lego Strictioris Obſervantiæ profeſſores in Italia, quod in vividioribus ſuis initiis ſub Clemen. VIII. tenaciter adeo ſibi conſtitutum eſſe voluerunt, de nullo penitùs Monialium quatumcumque cœnobio ad obedientiam, curamque ſuam recipiendo, ut Frater Iacobus de Gandino nuncupatus, ſicariorum manibus mori non dubitarit, potiùs quàm in admiſſione cujuſdam Monaſterij contra impetratum à Sede Apoſtolica decretum aſſentiri, quod à Bergomenſi quodam Comite vehementiùs expetebatur; ut ſupra fuſiùs enarravimus; quamvis deindè prævalentibus Monialium ſupplicationibus ad Sedem Apoſtolicam, & populorum clamoribus, poſtquam ab ipſo Clemen. VIII. in Regio S. Claræ de Neapoli Monaſterio fuerunt deputati, alibi etiam Cœnobia plura per ſe ipſos gubernanda non acceptare non potuerint. Hinc etenim ortum fuiſſe creditur, quòd Greg. XV. Reformatorum eorumdem ſupplicatione, aut ſuggeſtione commotus, non iis tantùm, ſed & univerſo Minor. Ord. ſubtrahenda eſſe Monaſteria quæcumque cogitaverit. Tanto malo ut occurreret P. Antonius Daza tūc temporis Curiæ Cōmiſſarius, debita humilitate, ſed efficaciſſima peroratione repræſentavit, jam olim Prælatum quendam Pauli V. familiarem anno 1615. Fratri Antonio de Trejo totius Ordinis Vicario Generali, familiariter, & nomine proprio, non tamquam de cujuſque mandato dixiſſe, quòd Summus Pontifex maximè applauderet, ſi omnia, & ſingula Ordin. Monaſteria ſibi ultrò à Generali offerrētur, ad Epiſcoporum tegimen, curamque transferenda: ad quæ Vic. Generalis in hoc ſenſu reſpondit. Rom. Pontificem præſertim in Religione Seraphica eſſe abſolutum omnium Dominum; ſui propterea oblatione non indigere, dum Moniales vellet abſolutè à Fratrum cura ſubtrahere: ſe ſe tamē in eo caſu graviſſimę officij ſui obligationi deeſſe non poſſe, quin rationes in oppoſitum debita cum reverentia Pontifici repræſentaret, Regeſque, ac Principes Provinciarum de hiſce novitatibus faceret certiores. Negari profectò non poſſe, quòd Seraphicus Doctor S. Bonaventura, tum ex S. Patriarchæ doctrina, tum annis 18. in Ordinis gubernio glorioſè conſummatis experientiâ didicerit, Fratrum queti, atque utilitati longè conducere; ſi Moniales omnes à ſuo tegimine abdicarent; quoniam verò Monialium perfectioni hoc ipſum ultra nimiùm obfuturum eſſe cognoverat, ut Summi Pontificis, Cardinaliſque Protectoris intentioni ſatisfaceret, ipſarum tandem acceptaſſe gubernium: quod & in novo Orbe clariori exemplo comprobatur, ubi Minoritæ ex arctiſſimę profeſſione paupertatis, ſingularique pro Indorum ſalute, zelo eiſdem ſingulariter accepti, pro domorum Doctrinaliū manutentione lites, & controverſias continuas ſuſtinere coguntur, & tamen illas (quod in plurimis generalibus Comitiis deſideratum eſt) dimittere omninò non poſſunt, niſi miſerrimos Indos, experientia reſte, velint in ſua cęcitate perire. Quibus auditis Pontifex à conſilio receſſerat, quo narrato etiam Greg. ipſum à propoſito divertit.

Ex Arch. Matrit. in Reg. Ord. n. 22. f. 153.

194. Igitur Seraphicus P. S. Franciſcus quamvis à Monialium gubernio ſingulariter alienus, Cardinalis tamen Protectoris, & S. Claræ precibus devictus Regulam eiſdem cum expediverit; nec Philippum Longum illarum viſitationi depu-

Bull. Rom. t. 1. bull. 12 Innoc. IV.

deputatum, aliosque ipſarum gubernio aſſignatos, majori earumdem utilitate fortè condeſcendens, ab officio curaverit amovendos, quin & cum in Clariſſarum Regula cap. 12. præſcribat, quòd Cardinalem Protectorem eumdem habere teneantur, ſub quo & Minores conſtitutos eſſe contigerit: ibidem etiam ordinetur expreſsè, quòd Viſitatorem ſuum ſemper habeant de Ordine Minorum; Capellanum etiam cum Clerico bonæ famæ, & duos laicos in ſubſidium paupertatis ſuæ; & etiam cap. 1. dicatur expreſsè, quòd ſicut Clara in principio ſuæ converſionis promittit S. Franciſco obedientiam, ita & cum omnibus conſororibus ſuis eam S. Franciſci ſucceſſoribus obſervare promittit; ex ipſius Seraphici Legiſlatoris mente colligitur expreſsè, Clariſſarum curam, & gubernium Minoribus eſſe demandatum, utì de facto per Monaſteria ſingula à Greg. IX. Innoc IV. Alex. IV. eorumque in Pontificatu ſucceſſoribus per plurimas Apoſtolicas litteras, ſpecialiter autem per bullam 94. Gregorij IX. *Veſtris piis*
Vvad. t. 1. n. 12. *ſupplicationibus &c. Dat. Kal. Iunij anno ſui Pont.* 15. in quo generaliter de univerſo Ordine tractatur, actum fuiſſe, manifeſtiùs apparet.

195. Innocentius IV. qui præallegata privilegia pro Ordinis quiete conceſſerat, continuis tamen, atque importunis Monialium precibus devictus Monaſteria omninò plurima Generalis, & Provincialium Miniſtrorum gubernio, & juriſdictioni per omnia commiſit; undè quamvis jam diverſa variis in Provinciis ſub Fratrum regimine, vel ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ, vel ejuſdem Legatorum, vel Cardinalis Protectoris, vel Eccleſiæ Prælatorum mandato, vel inſtantia, gubernarentur; ſub Innocentio tamen mirum in modum Fratribus fuerunt adaucta; ita ut ſolo anno 1246 Cœnobia 14. Fratribus omninò voluerit eſſe commiſſa, prout ſequitur.

## INNOCENTIUS PAPA IV.

*Abbatiſſa, & Conventui Monialium Incluſarum Monaſterij S. Angeli Æſculan. Ord. S. Damiani.*

Vvad. r. 1. Reg. 1246. bull. 33. 196. CUm ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, vos incluſæ corpore in caſtris clauſtralibus, mente tamen libera devotè Domino famulantes Generali Ordinis, & Provinciali Fratrum Minorum Æſculan. Miniſtris deſideretis pro veſtra ſalute committi. Nos pium veſtrum propoſitum in Domino commendantes, devotionis veſtræ precibus inclinati, vos, & Monaſterium veſtrum authoritate præſentium Generali, & Provinciali Miniſtris committimus ſupradictis; eadem authoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio, & doctrina Miniſtrorum Generalis, & Provincialis Fratrum Minorum Provinciæ præfatæ, qui pro tempore fuerit, de cæterò maneatis, illis gaudentes privilegiis, quæ Ordini prætacto Fratrum ipſorum ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concederentur; ipſique Generalis, & Provincialis Miniſtri animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam eidem Monaſterio per ſe, vel per alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo, & reformando ibidem, tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, ſeù reformationis officio noverint indigere, & nihilominus inſtituant, & diſtribuant, mutent, & ordinent, prout ſecundùm Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatiſſæ liberè pertineat ad Conventum. Confeſſiones autem veſtras audiant, & miniſtrent vobis eccleſiaſtica Sacramenta. Et ne pro eo, quòd in Monaſterio veſtro ipſius Ordinis Fratres reſidere continuè non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, prætacti Generalis, & Provincialis Miniſtri ad confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prætacta, necnon divina officia celebranda, vobis deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Ad hæc liceat vobis redditus, & poſſeſſiones recipere, ac ea liberè retinere. Non obſtantibus contraria conſuetudine, ſeù ſtatuto veſtri Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut quacumque firmitate alia roborato. Nulli ergo &c. noſtræ commiſſionis, & conſtitutionis &c. Dat. Lugduni 4. Non. Iunij anno 3.

197. In eodem modo *Abbatiſſa, & Conventui Monialium incluſarum Monaſterij S. Euphemia de Medina Campi Ordinis S. Da*

*S. Damiani Salamantin. Diœc.*

In eod. modo. *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſterij S. Mariæ Burgen. Ord. S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum S. Franciſci Burdegallen. Ord S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſterii S. Mariæ de Caſtanea Ord. S. Damiani Firman. Diœc.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S Franciſci de Ripa-tranſonis Ord. S. Damiani Firman. Diœc.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Convent. Monial. incluſar. Monaſter. S. Thomæ de Monte ſancto Ord S. Damiani Firman. Diœc*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Franciſci Zamoren. Ord. S Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Michaelis Auximan. Ord. S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conveetui Monial. incluſarum Monaſt. S. Mariæ de Virginibus Firman. Ord. S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Franciſci de Offida Ord. S. Damiani Firman. Diœc.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Mariæ Magdalenæ extra Nurſiam Spoletan. Diœc. Ord. S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Mariæ de Campomartio Veronen. Ord. S. Damiani.*

In eod. modo *Abbatiſſæ, & Conventui Monial. incluſarum Monaſt. S. Mariæ Magdalenæ Alexãdr. Ord. S. Damiani &c.*

198. Quòcirca Fratribus quaſi de gravamine conquerentibus, modum Sanctimonialibus præſcripſit, quo per Fratres gubernari deberent, metaſque taxavit, ultra quas nihil à Fratribus poſſent expetere; ubi & Ordinis conſtitutiones ad Moniales etiam ſervata proportione jubet extendi dato Brevi, quod appono.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, ſervus Servorum Dei.

*Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſt. Ord. Fratrum Min. Salutem, & Apoſtol. benedictionem.*

Licèt olim quibuſdam veſtrum per noſtras litteras formas diſſimiles continentes quædam Mon. Ord. S. Damiani duxerimus committenda: cupientes tamen eorum utilitatibus ſic veſtro miniſterio provideri; ne ſanctæ contemplationis otium occurſu occupationum multiplicium valeat impediri; præſentium authoritate ſtatuimus, ut dictæ Moniales, vel aliæ, ſi quas vobis ſub quacumque forma committi contigerit, Apoſtolicæ Sedis indulgentia conceſſa, vel concedenda impoſterum non obſtãte, niſi expreſſam fecerit de præſentibus mentionem, hoc ſolum à vobis commiſſionis noſtræ beneficio conſequantur: videlicèt ut ipſæ ſub magiſterio, ac doctrina veſtra, & eorum qui pro tempore Miniſtri fuerint, debeant permanere, illis gaudentes privilegiis, quæ veſtro Ordini ſunt conceſſa, vel impoſterum concedenda; & contraria conſtitutione ipſius Ordinis non obſtãte, animarum ſuarum ſolicitudinem gerentes, & curam, ac eis de conſtitutionibus veſtri Ordinis, quæ ipſis competunt exhibentes, eiſdem Monaſteriis per vos, & alios Fratres veſtros, quos ad hoc idoneos videritis, quoties expedierit, viſitationis officium impendere ſtudeatis corrigendo, & reformando ibidem tàm in Capite, quàm in membris quæ correctionis, & reformationis officio noveritis indigere. Inſtituatis nihilominus, & deſtituatis, mutetis, & ordinetis, prout ſecundùm Deum videritis expedire; electio tamen Abbatiſſæ liberè pertineat ad Conventum. Confeſſiones earum audiatis, & miniſtretis eis eccleſiaſtica Sacramenta. Et ne pro eo quòd in eiſdem Monaſteriis Fratres veſtri Ord. reſidere continuè non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, ad confeſſiones earum in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prædicta, necnon divina officia celebranda deputetis aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa omnia juxta conſtitutionis hujuſmodi tenorem, cum eas veſtro incorporari Ordini non velimus, curetis diligenter, ſolicitè adimplere. Nulli ergo &c. Dat. Lugduni 4. Idus Iulij Pont. noſtri anno 4.

199. Longè fuſiùs in bulla ſua 52. ap. Vvad. in Regeſt. t. 1. *Cum omnis vera Re-* *ligio*

*ligio &c. Dat. Lugduni 8. Idus Auguſti anno* 1247.*Pont. ſui anno* 8.*&c.* in qua uniformem vivendi normam Clariſſis præſcribit, ab omnibus ubique terrarum ſine exceptione ſervandam, eaſdem in omnibus, & per omnia Ordini Minorum jubet eſſe ſubjectas in hæc verba [; Verùm ne ab obſervatione præſentis formulæ breviter ſupraſcriptæ, quam uniformiter ubique ab omnibus volumus, & mandamus diligentiùs obſervari, pro defectu certi regiminis impoſterum recedere vos contingat, aut ſub diverſorum magiſterio vivendi modos incurrere differentes: Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ord. Fratrum Min.curam veſtri,& omnium Monaſteriorum veſtri Ordinis, plenè in omnibus præſentium authoritate committimus; ſtatuentes, ut ſub eorum cura, & aliquorum, qui pro tempore Miniſtri fuerint, obedientia, regimine, & doctrina debeatis de cætero permanere, quibus teneamini firmiter obedire. Et ipſi animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam, eiſdem Monaſteriis per ſe, vel per alios Fratres ſuos ad hoc idoneos, ſecundùm formam prætactam deputatos ab ipſis quoties expedire viderint, viſitationis officium impendere ſtudeant, corrigendo,& reformando ibidem tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, ſeù reformationis officio noverint indigere. Inſtituant nihilominus, & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundùm Deum viderint expedire: Electio tamen Abbatiſſæ liberè pertineat ad Conventum: Confirmatio verò ipſius, & infirmatio fiat per Generalem Miniſtrum, ſi aderit in Provincia, & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua Monaſterium fuerit conſtructum. Confeſſiones veſtras audiant, & miniſtrent vobis eccleſiaſtica Sacramenta. Et ne pro eo quòd in veſtris Monaſteriis Fratres dicti Ordinis reſidere non teneantur continuè, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, ad confeſſiones veſtras in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda Sacramenta prætacta, necnon divina officia celebranda deputent aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Nec aliquod Monaſterium veſtri Ordinis de cætero ab aliquo inchoetur ſine Capituli generalis Ordinis memorati, licentia, & aſſenſu.] Vvad. t. 1. Reg. 1247. bull. 52.

Prællegatas Innoc. IV. litteras novo rigore à Bonif. VIII. Pontifice confirmatas fuiſſe comperio, Fratribus Minoribus diſtrictè præcipiendo, ut ad illarum tenorem in Monialiū gubernio per omnia ſe ſe conformare teneantur; quas, & in ſuo diplomate per extenſum inſeruit. incipit: Quaſdam litteras &c. Dat. Anagniæ 5. Nonas Iunij anno 2. ut in Vvad. legitur. Vvad. t. 2. Reg. 1296. bull. 14.

200. Cum verò Bonif. ipſe audiſſet, Ipreuſe Clariſſarum in Gallia Belgica Monaſterium, contumaci inobedientia contra Protectorem Ordinis rebellaſſe, datis litteris *Ad audientiam &c. Dat. Anagniæ 3. Idus Iulij anno* 5. Generali Ord. Min. atque Provinciali Franciæ graviter injunxit, ut præfatum Monaſterium viſitare, atque corrigere deberent, & ad Cardinalis Protectoris integram obedientiam, prout ex Regula tenentur, omninò reducere. Ibid. 1299. bull. 42.

201. Similiter & Vrban. IV. litteras conformes, quibus Regulam cum diſpenſatione aliqua Clariſſis omnibus uniformem præſcribens, eas in omnibus, & per omnia Generali, & Provincialibus Miniſtris ſubjecerat; & confirmavit ampliſſimè idem Bonifacius, ut ſequitur.

## BONIFACIVS PAPA VIII.

*Dilectis in Chriſto Filiabus Vniverſis Abbatiſſis, & Convent. incluſarum S. Claræ præſentibus, & futuris.*

IN ſinu Sedis Apoſtolicæ veſter Ordo conſiſtēs ſic ſplendet per incrementa, quòd dignè mereatur præcipuis attolli favoribus, & ſpiritualibus gratiis confoveri. Nos quidem Ordinem ipſum libenter proſequimur prærogativâ favoris, & augmenta ſuorum proceſſuum promovemus. Sanè fœl. rec. Vrbanus Papa IV. prædeceſſor noſter cum multa providentia Regulam veſtram inſtituit, ſub qua Domino ſervitis, & ut eam poſſitis ſalubriùs obſervare; & ne ſub diverſorum magiſterio vivendi modos incurrere valeatis differentes; inter cætera ſtatuit, ut ſub illorum Cardinalium, qui forent pro tempore gubernationi, protectioni, atque correctioni Ordinis Fratrum Minorum à Sede Apoſtolica deputati, obedientia, cura, & regimine deberetis de Vvad. t. 2. Reg. 1298. bull. 36.

cætero

cætero permanere, quibus teneamini firmiter obedire, & ipſi animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam Monaſtriis Ordinis dictæ ſanctæ, & perſonis degentibus in eis, Capellanis, Converſis, & familiæ, tam per ſe, quàm per viros idoneos quoties expedire videbitur, viſitationis officium ſtuderent impendere, corrigendo, & reformando ibidem, tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, ſeu reformationis cauſa noſcerent indigere. Inſtituerent nihilominùs, & deſtituerent, ordinarent, atque diſponerent, prout ſecundùm Deum expedire viderent. Cum igitur per hæc, & alia inter veſtrum, & dictorum Fratrum Minorum Ordines ſpecialis eſſe charitas cenſeatur; Nos volentes, quòd idem Ordo ut fœlicioribus exindè augeatur auſpiciis, & ut tantò ſalubriùs poſſitis Deo reddere vota veſtra, quantò potentioribus fueritis libertatibus, & gratiis à Sede Apoſtolica communitæ, Apoſtolica vobis authoritate concedimus, ut vos, ac omnia, & ſingula Monaſteria veſtri Ordinis, tàm exemptionis privilegiis, quàm omnibus immunitatibus, libertatibus, & indulgentiis, ac aliis privilegiis quibuſcunque utamini, & gaudeatis, ac uti, & gaudere poſſitis, quæ præfato FF. Minorum Ordini, ac ejus Fratribus, & perſonis ſunt ab eadem Sede conceſſa, vel impoſterum concedentur, quatenus hujuſmodi exemptionis privilegium, & immunitates, libertates, indulgentiæ, ac alia privilegia vobis competunt, vel competere poſſunt, vel poterunt, & quatenus vos, & Monaſteria ipſa poteſtis, & poteritis eſſe capacia eorumdem. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum Non. Aprilis Pontif. Noſtri anno 4.

201. Hanc eamdem Bonifacij conſtitutionem nova confirmatione roboratam legimus à Clem. VI. ſequenti diplomate.

## CLEMENS PAPA VI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. r. 3. Reg. 1348. bull. 155.

TEnorem quarumdem litterarum fœl. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſ. noſtri in Regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, ad dilectarum in Chriſto filiarũ Abbatiſſæ, & Conventus Sororum Monaſterij B. Mariæ Angelorum de Caſſerij Ordinis S. Claræ S. Pauli Diœc. ſupplicationis inſtantiam, de Regeſt. ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus adnotari fecimus, qui talis eſt. Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Dilectis in Chriſto Filiabus univerſis Abbatiſſis, & Conventibus, Sororibus incluſis Ord. S. Claræ præſentibus, & futuris ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *In ſinu Sedis Apoſtolicæ veſter Ordo conſiſtens &c.* (quas ſupra deſcripſimus.) Cæterùm, ut earumdẽ litterarũ tenor prædictus ſit certus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor omninò habeat, quem haberent originales litteræ ſupraſcriptæ, & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumq; & ubicumq; ſive in judicio, ſive alibi, ubi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus litteris ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Per hoc autem nullum jus de novo alicui acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervetur. Nulli ergo &c. Dat. Avenione 15. Kal. Aprilis anno 6.

203. Ioannes XXII. prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, eorumdem circa Clariſſarum regimen per Minoritas exercendum conſtituta perpetuâ validitate confirmavit, ut ex ipſius diplomate apparet.

## IOANNES PAPA XXII.

*Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ord. Fratrum Minorum.*

TEnorem quarumdem litterarum fœl. rec. Bonif. Papæ VIII. prædeceſſ. noſtri in ejus Regiſtro repertum inſpeximus diligenter, & ut de ipſis litteris certitudo impoſterum habeatur, & tenorem ipſum, de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt. *Bonif. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ord. FF. Minorum.* Quaſdam litteras fœl. rec. Innoc. Papæ IV. prædeceſſ. noſtri, quæ Nobis præſentatæ fuerunt, inſpeximus diligenter, & earum tenorem, & ut de ipſis certitudo impoſterum habeatur, de verbo ad verbum

præſentibus fecimus adnotari, qui talis eſt. *Innoc. Epiſcopus &c. Dilectis Filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ord. FF. Minorum &c. Licèt olim quibuſdam veſtrum &c.* ut ſupra per extenſum. Nos igitur ejuſdem prædeceſſoris veſtigiis inhærendo prædictas litteras, & proceſſus per eas habitos approbantes, ac omnia in litteris ipſis contenta, quæ idem prædeceſſor ſtatuit, inviolabiliter obſervari debere, authoritate præſentium decernentes diſcretioni veſtræ adinſtar dicti prædeceſſoris per Apoſtolica ſcripta mandamus,etiamſi eædem litteræ de cætero nullatenus apparerent, circa præfata Monaſteria, & earum perſonas ſivè Ordinis S. Claræ, ſivè S. Damiani, ſivè Minoriſſæ dicantur, exequi diligenter, & ſolicitè ſtudeatis. Nulli ergo &c. Dat. Anagniæ 5. Non. Iunij Pontif. noſtri anno ſecundo. Nos itaque eorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, prædictas litteras, & proceſſus &c. *ut in confirmatione Bonifacy*, uſque *approbantes*, ſolicitè ſtudeatis. Nulli ergo &c. Dat. Avinione Kalend. Octobr. anno 2.

Uvad. t. 4. 1369. n. 9. & ibid. in Appendic. fol. 215.

204. Philippi Cardinalis de Cabaſſole Sabinen. Epiſcopi Ordin. Protectoris inter paucos amantiſſimi (qui uti ex Mariano refert V. vading. fuit Ordinis brachium dextrum, & columna fortiſſima) litteras hac de re omninò ſingulares, ad Prælatorum etiam inſtructionem; inſuper & Franciſci Cardin. Carbonis, qui Philippo in Protectoratu ſucceſſerat, confirmationem libet hîc per extenſum apponere.

*Philippus Miſeratione Divina Tituli SS. Marcellini, & Petri Presbyter Cardin. Fr. Minorum, & Sororum S. Claræ Ordinum Protector à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Venerabilibus, & Religioſis Viris dilectis in Chriſto Fratribus Generali, univerſis Provincialibus Miniſtris Fratrum Minorum Ordinis antedicti. Salutem, & ſinceram in Domino charitatem.*

INter ſolicitudines cæteras, ad quas Sedes Apoſtolica nos convocare dignatur, illam præcipuè, ut rectiùs per omnia &c. nos libet affixâ cordi gerere, quæ ad gubernandum, regendumque S. Claræ Ordinem, & perſonas, eidem adſtringimur, utpotè quem dicti Ordinis immediatum ipſa Sedes inſtituit Protectorem. Conſideramus etenim, quanta perſonas ipſas ſexus fragilitas reddat imbecilles, quantiſque pateant hoſtium malignorum incurſibus, niſi eâ, quâ decet, prudentiâ gubernentur, eâque, quâ egent, providentiâ protegantur. Nec mirum quidem, ſi tota cordis affectione perſtringimur iis, quantùm nobis ex alto conceditur, prudentia providere, neque velle tantillum apponere, ut ad condignum,quatenùs poteſt eſſe poſſibile, regi valeant, & defendi. Sed conſiderantes propter perſonarum ipſarum multitudinem copioſam, quam Ordo ipſe velut hortus irriguus, Deo incrementum largiente, produxit, & non minimum ampliavit, nos non poſſe intereſſe ſingulis, ut deceret, volentes non immeritò prædeceſſorum noſtrorum inhærere veſtigiis, in iis, quæ ab ipſis provido, & maturo conſilio ſunt digeſta de veſtri maturitate conſilij,veſtræque prudentiæ circumpectione ſolicita plenam, & firmam fiduciam in Domino obtinentes, & cupientes, ut dictus Ordo per veſtrę miniſterium providentiæ præſervetur à noxiis, & ad ſalubria dirigatur, & tàm ſpiritualiter, quàm temporaliter ad laudem,& gloriam divini nominis valeat ampliari, viſitationis, inquiſitionis,& correctionis, & reformationis officium Monaſteriorum dicti Ordinis, vobis Generali Miniſtro, quoad ſingula dicta Monaſteria ubilibet conſtituta, quæ Regulam à fœl. rec. D. Vrban. Papa IV. editam ſuſceperunt,vel ſuſcipient in futurum; necnon Monaſteriorum S. Claræ de Aſſiſio, quàm omnium aliorum, quæ ſunt, vel pro tempore erunt noſtræ gubernationi commiſſa, ac unicuique veſtrum Provincialium Miniſtrorum, quoad ea de prædictis Monaſteriis tantùm, quæ fuerint infra limites Provinciarum commiſſarum veſtro regimini, vel committendarum in poſterum conſtituta, tenore præſentium concedimus exercitium. Vt autem leviùs ferre poſitis onera commiſſionis præfatæ, & ut ſperati fructus de comitatis laboribus colligantur, volumus, atque concedimus, ut non ſolùm vos,Genaralis Miniſter ubilibet, ſed & quilibet veſtrum miniſtrorum Provincialium, unum, vel plures Fratres idoneos in ſuis Provinciis,ad hujuſmodi officium exercen

cendum inſtituere, & deſtituere, prout expedire cognoveritis, valeatis, de conſilio dumtaxat aliquorum Fratrum veſtræ Provinciæ diſcretorum, qui quando, & ubi neceſſe fuerit, dictis monaſteriis beneficium viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis impendant, ipſoſque Viſitatores multiplicare, & diminuere poſſitis, prout ſecundùm multitudinem, & diſtantiam Monaſteriorum, longitudinem, & latitudinem Provinciarum videritis expedire inſtitutis, vel inſtituendis per vos Viſitatoribus hujuſmodi, infra certos limites ſic viſitandi, inquirendi, & reformandi dicta Monaſteria officium committatis, quòd in eodem Munaſterio Viſitatorum plurium viſitatio non concurrat, ſed unuſquiſque eorum in dictis ſibi Monaſteriis viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium exequatur. Excitamus quoqoe prudentiam veſtram, ut providè indagetur, qualiter dicti Viſitatores commiſſa, & committenda, ſcilicet officia hujuſmodi exercebunt, & informetur, & corrigatur, & moneatur eo ſolicitè, prout fuerit oportunum.

205. Omnibus inſuper tàm Abbatiſſis, quàm Sororibus, & ſervitialibus, necnon Capellanis, Converſis, & cæteris de Familia prædictorum Monaſteriorum præſentium tenore mandamus, quatenus vobis, ac Viſitatoribus ipſis, tàm præſentibus quàm futuris in omnibus, quæ ad viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officium pertinent, firmiter, aque humiliter obediant, & intendant. Faciatis quoque eis de Eccleſiaſticis Sacramentis, & divinis officiis, per Fratres veſtri Ordinis, vel alios, prout magis expedire videbitur, provideri. Proviſuri inſuper Monaſteriis ſupradictis de Fratribus moraturis in eis, quotiès expedire videbitis, pro ipſorum commodo, & ſalute, ac conſolatione Abbatiſſarum, & Sororum, necnon & ſervitialium, & perſonarum quarumlibet morantium in eiſdem, & curaturi non minus in importunitatibus illis, quæ ipſis pro temporalibus imminent, vel in antea imminebunt oppoitunis aſſiſtere fideliter, & adeſſe, prout veſtra, & præfati veſtris Ordinis patietur religioſitas, & honeſtas.

206. Vt autem prædicta omnia liberiùs exequamini, piam poſſitis dare operam his, quæ ad dictorum Monaſteriorum, Abbatiſſarum, & Sororum profectum, & conſolationem pertinere noſcuntur; decreto Regulæ veſtræ, aut declarationi ipſius cujuſlibet ſubſequutæ, quo ab ingreſſu monaſteriorum Monialium Fratres arctantur ſub certis limitibus, non obſtante, de authoritate Apoſtulica, qua fungimur in hac parte, licentiam tenore præſentium concedimus ſpecialem; ut pro præmiſſis, & pro exhibendis Eccleſiaſticis Sacramentis, celebrandis divinis officiis, prædicationibus faciendis, impendendis conſiliis, ex piis, & rationabilibus cauſis, congruis, & honeſtis, necnon & aliis, quæ Abbatiſſis, & Sororibus, & Capellanis, Servitialibus, Converſis, & Familiaribus dictorum monaſteriorum extiterint opportuna; Vos Generalis Miniſter cum illa, quam decreveritis Fratrum veſtri Ordinis comitiva, ad ſingula monaſteria dicti Ordinis, necnon ad alia vobis commiſſa, vel committenda, Miniſtri etiam Provinciales intra Provincias ſupradictas veſtræ curæ perſonaliter poſſitis accedere cum uno, vel pluribus Fratribus, quos ducetis vobiſcum. Et quando expedire videritis, vos Generalis Miniſter cum quot vobis placuerit FF. ſociis, & quilibet veſtrũ Provincialium Miniſtrorũ cum duobus, vel tribus Fratribus ſociis eorumdem monaſteriorum Clauſuram intrinſecam introire: Et ut Fratres veſtri Ordinis accedere poſſint ad ea loca, ad quæ aliis accedere licèt, & infra clauſuras monaſteriorum eorum ingredi, in caſibus, in quibus alterius ſtatus perſonis per ipſam Regulam eſt conceſſum; quando à vobis Generali ad omnia monaſteria ſupradicta, vel eorum aliqua, ſeu aliquod, vel quando à ſingulis vobis Provincialibus Miniſtris, ad ea tantùm de dictis monaſteriis, quę ſita ſunt infra Provincias uniuſcujuſque veſtrũ adminiſtrationi commiſſas, vel eorum aliqua, ſeu aliquod, fuerint deſtinati, vel quando per illum, ſeu illos fuerint illuc miſſi, quibus vos mittendi, vel deſtinandi ſpecialiter conceſſeritis poteſtatem. Simili modo Epiſcopis ad ingreſſum infra eaſdem clauſuras cum decenti ſocietate pro Eccleſiis, vel Altaribus conſecrandis, vel Sororibus, aut Cemeteriis benedicendis, vos Generalis Miniſter quoad omnia monaſteria, & vos Provinciales quoad ea, quæ infra

fra veſtros ſunt limites Provinciarum, poſſitis licentiam elargiri; necnon Viſitatoribus monaſteriorum ipſorum inſtitutis per vos, vel inſtituendis imposterum ſimilem accedendi ad monaſteria ſuæ viſitationi commiſſa, cum uno ſocio Fratre, pro præmiſſis, & aliàs ubi neceſſitas, & utilitas hoc expoſcet, licentiam ſpecialiter largimur, concedentes eis licentiam accedendi ad monaſteria ipſa, & intrandi ipſorum clauſuram, cum duobus, vel tribus ſociis tantùm viſitationis, inquiſitionis, correctionis, reformationis causâ, vel alia evidenti neceſſitate, vel communi utilitate urgẽte. Forma verò viſitationis, quam tàm à vobis, quàm à Viſitatoribus ipſis volumus obſervari, hæc eſt.

207. Cùm quilibet veſtrum viſitare volens, & quilibet etiam Viſitator inſtitutus, vel inſtituendus per vos in Monaſteriis ſuæ viſitationi commiſſis, circa Abbatiſſas, Sorores, Servitiales, Capellanos, & Converſos, cæteramque familiam Monaſteriorum ipſorum ſaltem ſemel in anno officium viſitationis exerceat, exceſſus corrigat publicos, & privatos; De correctis verò ſe nullatenus intromittat, niſi fortè fuerint illegitimè, & inſufficienter correcti. Aliàs autem noſtræ intentionis exiſtit, quòd eodem anno viſitationes, inquiſitiones, correctiones, reformationes, quæ per Miniſtros fient, cum viſitationibus, inquiſitionibus, & reformationibus Viſitatorum ſuper eiſdem articulis non concurrant. Nullam Abbatiſſam à regimine ſui Monaſterij abſolvatis, niſi de conſenſu, & voluntate totius ſui Conventus, vel majoris partis ipſius ſaltem. Abbatiſſam abſolvere poterunt, tàm Miniſtri, quàm Viſitatores prædicti, cum ſecundùm Deum viderint expedire. Concedimus tamen ſoli Generali Miniſtro, cauſa rationabili exigente, quòd ipſe poſſit, etiam præter conſenſum totius, vel majoris partis Conventus Abbatiſſam abſolvere, ſi quando ſibi hoc ex neceſſaria cauſa, & utili ſuo judicio expediens videatur. Electiones autem Abbatiſſarum, quas celebrare contigerit in monaſteriis infradictis, quouſque duxerimus ſuper hoc aliud ordinandum, inquiſitâ de electionis forma, eligentium votis, & electarum meritis diligentiùs veritate, de Viſitatorum, & aliquorum diſcretorum Fratrum convocato conſilio, Miniſter confirmet, ſi eas invenerit canonicas, & de perſonis idoneis canonicè celebratas, faciens ipſis electis à ſibi ſubditis obedientiam, & reverentiam debitam exhiberi: alioquin eis ritè caſſatis, faciat ipſis monaſteriis de perſonis idoneis in Abbatiſſas aſſumendis per electiones canonicas provideri, ad confirmationes, ſeu infirmationes ipſarum, prout dictum eſt ſuperiùs, proceſſurus.

208. Sorores autem, vel ſervitiales de monaſterio ad monaſterium non transferantur, niſi causâ regiminis, vel ſocietatis Abbatiſſarum, vel cauſa informationis, vel infirmitatis ſui in pœnam transferendæ Sororis, abſque licentia noſtra ſpeciali, vel niſi quando electæ, ſeu electa de uno monaſterio ad aliud monaſterium transferuntur, cauſa regiminis cum ſocia, vel ſine ſocia, & poſtea abſoluta fuerit, vel fuerint abſolutæ, vel ex prædictis cauſis tranſlatæ: Quia tunc tàm abſolutis, quàm ſocialibus, quæ ſecum fuerint, quàm tranſlatis ex prædictis cauſis, poteſt quilibet veſtrum Provincialium Miniſtrorum dare licentiam ad primum monaſterium, unde aſſumptæ fuerant, redeundi, utriuſque monaſterij Abbatiſſarum, & Conventuum, vel majoris partis eorum ad hoc accedente beneplacito, & conſenſu, proviſo ſemper, ut convenit, quòd hujuſmodi regreſſus, & reditus fiant cum ſocietate decenti, quæ congruat Ordinis honeſtati: Poſſitis etiam vos Generalis Miniſter licentiare Sororem periculosè infirmantem, ut clauſuram egredi poſſit, pro quærendo remedio ſanitatis, ſi urgens neceſſitas hoc requirat.

209. Inſuper unuſquiſque Miniſter viſitans, ſeu viſitator inſtitutus, ſeu inſtituendus in poſterum, diligenter inquirat de Monaſteriorum poſſeſſionibus, proventibus, & redditibus, ſive bonis, quibus, & qualiter diſpenſentur, vel etiam gubernentur: Ita quòd nulla profeſſa inveniatur proprietaria in Monaſteriis antedictis, & ſuper hæc debita ratio exigatur, atque reddatur, ſaltem ſemel in anno: & puniantur Abbatiſſæ, & Sorores aliæ, quæ inventæ fuerint proprietariæ, vel excedentes in prædictis, ſeu etiam negligentes; & diligenter attendant tàm Miniſtri, quàm Proviſores præfati, quòd benè provideant Abbatiſſis, Sororibus,

Ser

Servitialibus, & Converſis, ac familiæ monaſteriorum in divinis officiis, eccleſiaſticis Sacramentis, & aliis, quæ ad ſalutem, & profectum pertinent animarum.

210. De ſtatu, & conditionibus cujuſlibet monaſterij perquirant attentiùs, ut circa textum cujuſque, prout magis utilitati, & honeſtati expedire cognoverint, juxta qualitatem perſonarum, locorum, & temporum valeant, quæ diſponenda erunt, diſponere, ac etiam ordinare. Inquirant ſpecialiter in ſingulis monaſteriis, an ſingula, quæ obſervanda fuerint, obſerventur: & qualiter Obſervantia Regularis, tàm in clauſura, quàm in aliis honeſtati conſonis, vigeat in eiſdem, & corrigant generaliter, & ſpecialiter; & reforment tàm in capite, quàm in membris, quæ correctione, & reformatione repererint indigere; Oppo-nentes, aut non obtemperantes in præmiſſa, authoritate noſtra, quam vobis Generali, & ſingulis Provincialibus Miniſtris, necnon Viſitatoribus præſentibus, & futuris committimus, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendo. Volumus etiam, ut præter viſitationem convenientem, quam ſaltem ſemel in anno facere debeatis, ut præmittitur, quilibet Miniſter viſitans, vel ab eo poſitus Viſitator, ſi ipſis quoque quovis emergente articulo, in aliquo monaſterio Viſitationis, Inquiſitionis, Correctionis, & Reformationis officium particulariter, ſeu generaliter fore viderint opportunum, illud juxta præmiſſorum formam adeo ſolerter impendant, ut quietem diligentes, & pacem, eiſdem perfrui valeant; & inſolentes, prout convenit, compeſcantur. Ad hoc & prudentiam veſtram monemus, & excitamus attentè, ut vos Miniſter, & Viſitatores, & qui erunt pro tempore diligentiùs attendatis, quòd in monaſteriis Mendicantibus, in quibus Sorores, ſeù Conventus cum Familiis in eiſdem monaſteriis degentibus non poſſunt de ipſorum monaſteriorum facultatibus ſuſtentari, non fiat Monialium, ſeù Sororum multiplicatio onerosa. Poſſet enim periculum eſſe multas perſonas mendicantes ſub clauſura redigere, non habentes undè poſſint de facultatibus monaſteriorum ſine mendicatione ſaltem aliqualiter ſuſtentari: Ex hoc enim nonnunquam datur occaſio recipiendi Sorores per ſimoniacam pravitatem, & propter paupertatem perſonæ idoneæ interdùm gratis recipi in ipſis monaſteriis recuſantur, quæ videlicet non habent pecuniam, vel temporalia bona, quæ ad monaſteria ſecum portent. Et id certò cum quanta poſſumus attentione rogamus, ut tàm Abbatiſſas, quàm Sorores alias ſępiùs moneatis, quòd in receptionibus faciendis ſtrictè ſe habeant, & caveant, ne in receptionibus hujuſmodi ſimoniacum aliquod interveniat, vel aliquod, quod receptiones ipſas inficiat quomodolibet, vel infermentet.

211. Obſervent etiam, & caveant diligenter à receptione inutilium perſonarum, & multiplicatione conſanguinearum in eiſdem Monaſteriis, cum hoc magnam quietem, & pacem ipſorum monaſteriorum præpedire noſcatur. Ubi verò aliqua, vel aliquæ ad Ordinem recipiendæ occurrant, quæ penſatis conditionibus, & circumſtantiis attendendis idoneæ, & receptione dignæ meritò videantur, ad vitandum moræ periculum, & parcendum monaſteriorum laboribus, & expenſis duximus tenore præſentium concedendum, quatenus per Abbatiſſas ad conſervationem &c. vel ſaltem duarum partium. Eorum monaſteriorum, & Conventuum, quibus præerunt, juxta quod ex decreto ſuæ Regulæ illis conceditur, receptio talium fugientium è ſæculo fieri poſſit, dummodo ſuper hoc authoritatem Miniſtri, & Viſitatoris illius Provinciæ, in qua Monaſteria ſic volentia recipere ſita erunt, requirant ab ipſis, & habeatur beneplacitum, & aſſenſus, vel ſaltem Miniſtri ſolius, in illis dumtaxat Provinciis, in quibus non eſſent ſuper hujuſmodi monaſteria Viſitatores aliqui deputati: Decernentes, ſi ſecùs aliquæ aliquando receptæ fuerint, receptiones hujuſmodi irritas, & inanes. Monemus autem, & hortamur in Domino tàm Miniſtros, quàm Viſitatores præfatos, qui modo ſunt, vel qui erunt impoſterum, ut concedendo Abbatiſſis, & Conventibus prædictarum Sororum licentias de novo recipiendi perſonas ad Ordinem, ita ſtrictè, & diſtrictè ſe habeant, quòd ex receptione nimia, aut etiam inutilium perſonarum monaſteria non graventur; ac interdicimus eiſdem monaſteriis,

ſteriis, & Viſitatoribus ad cautelam, ne pro aliqua eorum conſanguinea, vel affine, vel habente in ipſis monaſteriis conſanguineam, vel affinem recipiendis in monaſteriis antedictis poſſint, vel debeant licentiam elargiri quantumcumque ad hoc Abbatiſſarum, & Conventuum eorumdem monaſteriorum interveniat beneplacitum, & aſſenſus; ſed ad noſtram, vel Generalis miniſtri præſentiam volumus, & mandamus, quòd pro receptione talium, ſi monaſteria ipſa, & Conventus id ſibi expediens, & utile fore viderint; recurratur.

212 Verùm quia, ut ſupra præmiſimus, ex fragilitate, vel ignorantia ſexus fœminei in monaſteriis receptiones perſonarum quandoque fiunt minus canonicè, propter intervenientem labem ſimoniacæ pravitatis; Nos morbo tàm peſtifero, & infectivo medicinam cupientes apponere, & animarum providere saluti, diſtrictione noſtra, tenore præſentium efficaciâ quantâ poſſumus, duximus ſuadendum, ut quilibet veſtrûm Abbatiſſas, & Sorores monaſteriorum ſibi commiſſorum ex parte noſtra moneat, & inducat, ſub amotionis Abbatiſſarum à regimine, & aliarum Sororum translationis ad alia monaſteria pœnis, quòd ab hujuſmodi receptionibus ſimoniacis de cætero prorſus abſtineant, oſtendantque eis, quantùm ſit grave peccatum ſimoniacis receptionibus præbere conſilium, vel aſſenſum. Quantùm autem ad receptiones Sororum ſervitialium, & Converſarum monaſteriorum ipſorum, tam cum Abbatiſſis, & Sororibus recipientibus, quàm cum Sororibus ſervitialibus, & Converſis receptis per hujuſmodi vitium, poteſtatem unicuique veſtrûm concedimus diſpenſandi cum illis, videlicet, quæ curæ tantùm ſuæ fuerint depntatæ; itaquòd ſorores, & perſonæ taliter receptæ poſſint in ipſis monaſteriis remanere: Priùs tamen abſolvat tam perſonas receptas, quàm recipientes, quæ indigebunt, ab excommunicationis ſententia, quam forſitan incurrerunt, pro eo quòd in caſibus non conceſſis, vel per modum non licitum, perſonæ extrinſecæ intra clauſuram monaſteriorum hujuſmodi ſuntadmiſſę preter ordinationem, vel inhibitionem, ſeù preceptum fœl. rec. Greg. Papæ IX. Concedimus etiam poteſtatem abſolvendi unicuique veſtrûm modo præmiſſo Abbatiſſas, Sorores, ſervitiales, & Converſas monaſteriorum Ordinis prefati; quæ alias admiſerant perſonas extrinſecas per modum non licitum, vel in caſibus non conceſſis infra ſuorum monaſteriorum clauſuras intriuſecas, & & quia hæc authoritas ſit vobis conceſſa ſuper duobus caſibus proximè premiſſis, & horum præmiſſorum tantùm ad prædicta ſe extendit, dubiis conſcientiarum, quæ poſſent oriri præcavere volentes, declaramus, & volumus, quòd nullus veſtrûm reſpiciat ad datam inferiùs annotatam, ſed ad diem, qua ſibi preſentes fuerint aſſignatæ.

213. Similiter etiam duximus concedendum, quòd Abbatiſſas, Sorores, ſervitiales, & familares monaſteriorum Ordinis præfati, unuſquiſque veſtrûm poſſit abſolvere, pro violenta injectione manuum in ſeipſis, & hoc intelligimus, tàm de præteritis, quàm de futuris, niſi ſuper hoc per mutilationem alicujus membri, vel nimis magnam, & ſuperabundantem effuſionem ſanguinis adeò enormis interveniſſet exceſſus, quòd merito noſtrum videretur fore, aut Superioris beneplacitum, & conſilium requirendum. Hoc idem Confeſſores prædictarum Sororum poſſint in Miniſtri, & Viſitatorum abſentia, præſertim quando ipſius Miniſtri, & Viſitatoris præſentia infra duos, vel tres dies naturales commodè haberi non poſſit. Conſiderent tamen, & diligenter attendant, quòd ſingulas prænominatas perſonas, quæ offenderunt in prædictis, & qnolibet prædictorum, taliter puniant, culparum quantitate, & perſonarum qualitate penſatis, quòd patrantes talia de cæterò ſe non credant impunes tantum, & tale facinus commiſiſſe. Preterea cum multa ſint monaſteria, quæ familiares non habent extrinſecos, qui aſſociant Medicos, Minutores, operarios, & perſonas alias, quando in caſibus conceſſis ex Regula dictæ S. Claræ habeant Clauſuras monaſteriorum intrinſecas, introire, providemus propter excommunicationis periculum evitandum, & concedimus, quòd unuſquiſque veſtrûm Viſitatorum, ac Confeſſorum cum ſocio ſibi deputato, vel eo impedito, cum alio idoneo, ejuſdem veſtri Ordinis Fratre, poſſit familiarium vices gerere in hac parte.

parte. Item concedimus, quòd pro eiſdem caſibus, pro qoibus Confeſſores monaſteriorum ipſorum ſoleot, ſeu poſſunt intrinſecas eorum introire clauſuras, pro eiſdem ingredi quilibet veſtrum poſſit; quando, & quoties fuerit opportunum. Liceat inſuper unicuique veſtrum ingredi clauſuras eaſdem pro illis caſibus; ſeu exceſſibus corrigendis, qui præter communem viſitationem emergerent, nec poſſent convenienter expediri ad cratem.

214 Porrò cum Sorores ſibi minui faciant, & mederi in locis ſecretis interdum, concedimus, quòd hujuſmodi minutrices, & medicæ, ſi claræ fuerint famæ, & honeſtæ converſationis, & vitæ; poſſint ſolę intrare clauſuras prędictas, & Abbatiſſis, & Conventibus admittendi eas concedimus facultatem, & mandamus ſingulis Abbatiſſis, quòd duas, vel tres Sorores maturas aſſignent, quę minutrices ipſas obſervent, & medicas, ne infra clauſuram alicui de Sororibus loquantur ad partem. Licitum etiam ſit Abbatiſſis, & Conventibus monaſteriorum Ordinis prædicti Sorores, ſocias quoque, ac alias; quæ transferuntur, necnon ſervitiales, quæ mittuntur à ſuis Abbatiſſis pro ſuis negotiis quibuſcumqne, intra clauſuram intrioſecam admittere, ipſiſque etiam ſic tranſlatis, & miſſis ingredi liceat, & comedere ibidem, bibere, ac etiam pernoctare, pro majori perſonarum ſuarum honeſtate: proviſo tamen quòd hujuſmodi Sorores, vel ſervitiales tranſeuntes in monaſteriis ipſis, ſub prætextu itineris notabilem moram non contrahant fraudulenter, monaſteriis ipſis gravem nimiùm, & damnoſam.

215. Verùm quia ad audientiam noſtram fide digoa relatione pervenit, nonnullas Abbatiſſarum, & Sororum prædicti Ordinis, ſub prætextu paupertatis urgentis, & defectus victualium aliquando exiiſſe clauſuras; Nos abuſum hujuſmodi à Sororibus prædictis extirpare penitùs volentes, & famæ ipſarum, ac ſecuritati conſcientiarum cupientes ſalubri remedio præcavere, ſuademus, ſive mandamus efficaciter vobis Miniſtris omoibus, & Viſitatoribus ſupratactis, quatenus ex parte noſtra Abbatiſſis omnibus, & Sororibus aliis veſtro regimini commiſſis, inhibendo diſtrictiùs injungatis, ſub pœna videlicet amotionis Abbatiſſarum ab officio, ſeu regimine, & tráſlationis aliarũ Sororum de uno monaſterio ad aliud, abſq; ſpe aliqna deinceps redeundi, ne pro prædicta, vel quavis aliqua mendicata occaſione, vel cauſa, præterquam in caſibus expreſſis ſuperiùs, vel conceſſis ex Regula, clauſuram extrioſecam ſuorum monaſteriorum exire de cætero nullatenus audeant, vel pręſumant; ſcituræ indubitanter, quòd ſi quæ deinceps poſt factam ſibi per vos ex parte noſtra monitionem, hojuſmodi inventæ fuerint in hoc articulo cupabiliter exceſſiſſe, taliter per nos punientur juxta gravitatem, & modum culpæ perpetratæ per illas, quòd ipſæ de ſua temeritate reportaſſe ſe dolebunt ſtipendia, quæ merentur; & aliis cedere poterit in futurum earum punitio in exemplum. Vt autem ea, quæ ad bonum regimen Ordinis dicti ſancita per nos exiſtunt ſuperiùs ordinata, executiooem habeaot promptiorem, ea quæ vobis Generali Miniſtro commiſimus in præmiſſis, volumus, quòd poſſitis commiſſiooe ſpeciali, vel etiam generali aliis FF. veſtri Ordinis committere exequenda. Cæterùm vos Generalis Miniſter, veſtri fore beneplaciti cognoſcatur, quòd tranſcriptũ pręſentis cõmiſſioois, ſeu conceſſionis, ad ſiogulos Ordiois Miniſtros, ſub ſigilli veſtri munimine, quàm celeriter fieri poterit, deducatur commodè: Et Miniſtri ipſi poſtquam ad illorum manus pervenerit, ſoliciti ſint ordinare, atque mandare, quòd in ſingulis monaſteriis curæ veſtræ commiſſis infra terminos Provinciarum ſuarum poſitis habeatur, ut Abbatiſſis, & Sororibus, aliiſque liqueat quando, & quibus motivis, & cauſis unuſquiſque Miniſter, & Viſitator ab eis fuerit requirendus, & ut de his, quæ facimus, & concedimus per præſentes, non debeant in poſterum dubitare. Nec volumus vos latere, quòd nos quærimus illorum monaſteriorum gubernationem, & curam, quæ præfati D. Vrbani Regulam ſuſceperunt, necnon monaſterij S. Claræ de Aſſiſio, & aliorum, quæ ex ſua Regula, vel ex privilegio ſubſunt, vel ſubeſſe debent Cardinali, qui eſt, vel qui erit pro tempore veſtri Ordinis Gubernator. Demum charitatem, & prudentiam veſtram excitamus, & hortamur io Domino, nihilominus obſecrantes per aſperſionem Sanguinis

guinis Ieſu Chriſti, & glorioſa ejus Paſſionis ſtigmata, quæ in corpore S. Patris veſtri Franciſci mirabiliter refulſerunt, quatenus præmiſſa omnia ſic prudenter, & ſolicitè ſecundùm datam vobis à Domino gratiam exercere curetis, quòd fructus Deo acceptus, mundo ædificatorius, & monaſteriis, & Sororibus ipſis conſolatorius,& utilis proveniat,& tàm noſtra, & veſtra, quàm veſtrorum, & noſtrorum viſitatorum cuſtodia, in tuto permaneat,ac nos,& vos pariter pro tam piis laboribus, æternæ retributionis meritum ſubſequi valeamus. In quorum omnium teſtimonium, atque fidem, præſentes litteras ſub noſtro nomine ſcribi mandavimus, & ſigillum noſtræ protectionis officij appenſione muniri juſſimus in eiſdem. Dat. ap. Montem Flaſconem die 19. menſ. Maij, anno à Nativitate Domini 1370. Indictione octava, Ponrif. S. S. in Chriſto Patris, & D. D. Vrbani divina providentia Papæ V. anno octavo.

216. Quæ ſequuntur, quaſi litteræ ejuſdem fragmenta adducuntur in Vvadingo.

Ibid.t.4.in append. fol.220. Monaſteria hujus Religionis per Viſitatores, qui authoritatem, formâ,& modum à Cardinali, cui fuerit à Sede Apoſtolica veſter Ordo commiſſus, recipiant; ſemel ad minus annis ſingulis viſitentur. Sanè circa viſitationem hujuſmodi illud eſt ſolicitè providendum, ut cuique, vel generalis, vel alicubi aliquando ſpecialis conſtituendus fuerit Viſitator, talis debeat conſtitui, de cujus religioſa vita, & moribus notitia plena, & ſecuritas habeatur. Qui cùm ad monaſterium aliquod veniens fuerit ingreſſus; ſic ſe per omnia exhibeat,& oſtendat, ut omnes de bono ad melius provocet, ad Dei amorem, & charitatem mutuam ſemper inflammet, pariter & accendat. Et quando Monaſterij Clauſtra ad viſitandum intraverit, duos Religioſos, & idoneos ſocios, ſecum ducat, qui videlicet ſocij ſimul maneant,& dum fuerint intra clauſtrum, ab invicem nullatenus ſeparentur. Viſitator autem Regulâ priùs lectâ, & expoſitâ ab Abbatiſſa ſigillum prius recipiat, quod ipſa illi aſſignare, & abſolutionem, ac ceſſionem ab Abbatiſſæ Miniſterio petere abſolutè, ac liberè teneatur. Quæ ſi communem vitam ducere non potuerit, vel noluerit, per eundem Viſitatorem à ſuo regimine abſolvatur, niſi ſua mora in officio monaſterio diſpendioſa non eſſet, ſed neceſſaria, vel evidenter utilis appareret. Abſolvatur etiam per eumdem, ſi aliàs non idonea, inſufficiens ad monaſterij regimen videretur. Et hæc fiant ſecundum formam, & modum, quos à Cardinali ſupradicto receperit Viſitator. Et tàm de ipſius Abbatiſſæ, quàm Sororum ſtatu, & obſervantia ſuæ Religionis ab omnibus generaliter, vel ſpecialiter à ſingulis inquirat ſtudioſiùs veritatem. Et ubi aliquod formandum, vel corrigendum invenerit, zelo charitatis, & amore juſtitiæ cum diſcretione corrigat, & reformet, tàm in capite, quam in membris, ſicut viderit expedire. Exceſſus autem, qui fuerit ſufficienter correctus à Viſitatore, nullatenus iterum corrigatur. Quòdſi aliquod tale ſibi occurrerit, quod per ſe nequeat emendare, ad Superiorem referat, ut corrigatur, ſicut expedit de ejus conſilio, ac præcepto.

217. Caveat autem Abbatiſſa, ne vel à ſe, vel ab aliis Sororibus, ſtatus ſui monaſterij Viſitatori aliquatenus abſcondatur, quia malum eſt indicium, & offenſa graviter punienda. Immò volumus, & mandamus, ut ea, quæ ſecundùm vitæ ſuæ formam, & regulares obſervantiam ſtatuenda, vel emendanda fuerint, publicè, ac privatim, ſicut meliùs fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant, & proponãt. Cui teneantur in omnib⁹, quę ad viſitationis officiũ pertinent, firmiter obedire. Quæ autem aliter fecerit, tàm Abbatiſſa, quàm aliæ debitè, prout cõvenit, puniãtur. Omnes autẽ tàm Abbatiſſa, quàm Sorores conſiderẽt, & caveant diligenter, ut nihil aliud quã amor divinus, & ſuarum Sororũ correctio ac monaſterij reformatio eas moveat ad loquẽdum. Modum autem loquendi Viſitator cuſtodiat ſupradictum, ut videlicet aut cum omnibus, aut cum pluribus ſimul loquatur, vel ſecretè cum una, aliis tamen ad minus duabus in conſpectu ejus non longè ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conſervetur, niſi locuturus cum una, vel pluribus, loqui voluerit de iis, quæ ad Officium ſuum pertinere noſcuntur. Idem etiam Viſitator, tam Capellanum, quàm Converſos, & cæteros de familia extrinſeca monaſterij viſitet, & in eis corrigat, & refor

reformet, quæ correctionis, & reformationis officio noverit indigere; pœnas autem amotionis perpetuæ à monaſterio, licentiando profeſſas ad alia monaſteria, vel Ordines, ſicut expedire viderit, aut aliàs, prout culpæ gravitas, vel qualitas exegerit, imponendo. Vt autem non graventur monaſteria in expenſis, & Viſitator omnem notam, cujuſpiam ſuſpicionis evitet, volumus omninò, quòd Viſitator de viſitationis officio, quam citiùs commodè poterit, ſe ſtudeat expedire, quantò rariùs abſque ſui officij diſpendio poterit monaſterij clauſuram intrinſecam ingreſſurus &c.

218. Litteræ Franciſci Cardinalis, Protectoris, in quibus idipſum concedit Fratribus, quod Philippus Cardinalis Protector conceſſerat.

*Frater Henricus Ordin. Fr. Minorum. Generalis Miniſter, & ſervus. Salutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

Ibid.f.221. IN *Chriſto ſibi chariſſimo Fratri Nicolao Rom. Provinciæ Miniſtro, ac ſac. Theologiæ Magiſtro.* Quaſdam litteras recepimus à Reverendiſſ. in Chriſto Patre, & D. D. Franciſco Protectore noſtri Ordinis, ſuper commiſſione nobis facta de Ordine S. Claræ, cujus tenor per omnia talis eſt. [ Franciſcus miſeratione divina Tit: S. Suſannæ, ſanctæque Rom. Eccleſiæ Preſbiter Cardin. ac Fratrum Minorum, & Sororum S. Claræ, & Minoriſſarum Ordinum Protector, Gubernator, & Corrector à Sede Apoſtolica deputatus, Venerabilibus, & Religioſis viris, dilectis in Chriſto Fratribus, Genarali, & univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis FF. Minorum ſalutem in Domino. Licèt ex injuncto Nobis ab Apoſtolica Sede protectionis officio, de Vniverſis gubernationi noſtræ commiſſis curam ſolicitam gerere, ac ad proximos communiter, & remotos vigilantiæ noſtræ aciem extendere teneamur; ad Ordinem tamen S. Claræ, quem almus Chriſti Confeſſor B. Franciſcus, & fœl. mem. Vrban. Papa IV. in agro militantis Eccleſiæ plantaverunt, ſolertiæ nexu adſtringimur amplioris, ac potioris circa ipſum diligentiæ ſtudium adhibentes eò ferventius ſpirituales, & temporales profectus, quantùm cum Domino poſſumus, eidem Ordini procuramus quò perſonæ ipſius Ordinis, quas reddit ſexus fragilitas imbecilles, uberius favoris præſidiis, & promptionis ſuſtentaculi fulcimentis indigere noſcuntur. Quare de veſtri maturitate conſilij, veſtræque providentiæ circumſpectione ſolicita plenam, & firmam in Domino fiduciam obtinentes, & cupientes, ut dictus Ordo per noſtræ miniſterium providentiæ preſervetur à noxiis, & ad ſalubria dirigatur, ac tam ſpiritualiter, quàm temporaliter ad laudem, & gloriam divini nominis valeat ampliari, viſitationis, inquiſitionis, correctionis, ac reformationis officij monaſteriorum dicti Ordinis vobis Generali Miniſtro, quoad ſingula dicta Monaſteria ubilibet conſtituta, quæ Regulam à prædicto D. Vrbano editam ſuſceperunt, vel ſuſcipient in futurum; necnon Monaſteriorum, tam S. Claræ de Aſſiſio, quàm aliorum, quæ ſunt, vel pro tempore erunt, noſtræ gubernationi commiſſa, ac unicuique veſtrûm Provincialium Miniſtrorum, quoad ea de prædictis monaſteriis tantùm, quæ fuerint infra limites Provinciarum commiſſarum veſtro regimini, vel committendarum impoſterum conſtituta, tenore præſentium concedimus exercendum. Vt autem leviùs ferre poſſitis onera commiſſionis præfatæ, & ut ſperati fructus de communitatis laboribus colligantur, volumus, atque concedimus, ut non ſolùm vos Generalis Miniſter, ubilibet, ſed & quilibet veſtrûm Provincialium Miniſtrorum, unũ, vel plures Fratres idoneos in ſuis Provinciis ad hujuſmodi officium exercendum, inſtituere, & deſtituere, prout expedire cognoveritis, valeatis, de conſilio dumtaxat aliquorum Fratrum veſtræ Provinciæ diſcretorum &c. *ut in litteris antecedentibus Philippi Card. Protectoris.* In præmiſſorum omnium teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus, & noſtri ſigilli munimine roborari. Dat. Rom. apud, S. Spiritum in domo habitationis noſtræ ſolitæ, ſub anno Nativit. Domini 2390. Indictione 13. die Veneris 15. Menſis April. Pontif. S. S. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Bonifacij, divina providentia Papæ IX. anno primo.] Igitur miniſter clariſſimè prædictas litteras ſcribi facias, & per omnia tàm per te, quàm per Fratres, ac Moniales dicti Ordinis S. Claræ conſtitutas in tua

Provinciæ penitus facias obſervari. Vale in Chriſto Ieſu, & ora pro me. Dat. Mantuæ tempore noſtri Generalis Capituli in Pentecoſten ibi celebrati 1390. Indictione 13. die 26. Menſis Maij.

219. Quin & Ioann. XXII. ann. 1333. dum Clariſſas Protectoris beneficio deſtitutas eſſe contigiſſet (quòd fortè Cardinalis de Pelagrua, ut notat Vvadingus ann. 1334. vel protectionem Ordinis ex nimia ſenectute depoſuerit, vel circa hoc tempus obierit) nè interim dãnum aliquod perpeti cogerentur, earum Protectorem inſtituerat F. Gerardum Odonis totius Ordinis Miniſtrum Generalem, donec aliud ab Apoſtolica Sede Ordinaretur, quod fuiſſe favorem omninò ſingularem, non dubitamus.

## IOANNES PAPA XXII.

*Dilecto Filio Gerardo, Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.*

Vvad. t. 3. Reg. 1333. bull. 280. Decens reputamus, & pium, ut religioſis mulieribus, quæ carnis abdicatis illecebris virginitatem ſuamFilio Virginis dedicantes, eidem in caſtris clauſtralibus devotis ſtudent mentibus famulari, favorem Apoſtolicum, quantùm cum Deo poſſumus, impendamus. Cum itaque Ordo Sororum S. Claræ ad præſens ſit Protectoris ſibi deputati authoritate Apoſtolica, ſolatio deſtitutus; Nos eiſdem Sororibus volentes paterna proviſione conſulere in hac parte, tibi de cujus circumſpectione, & fidelitate confidimus, officium Protectoris hujuſmodi quouſque aliter ſuper ordinaverimus, tenore præſentium commendamus per te fideliter exercendum. Dat. 2. Kal. April. anno 17.

Vvad. t. 5. 1447. n. 3. & 4. 220. Cum Beatus Ioannes de Capiſtrano circa annum 1447 explicaſſet Regulam primam Clariſſarum, in eaque dixiſſet centum, & tria præcepta ad peccatum mortale obligantia contineri; durum hoc, & rigoroſum viſum eſt Eugenio Pontifici, reduxitque omnia ad quatuor dumtaxat præcepta; rigorem etiam perpetui jejunij, aliaque aſperiora mitigavit, & Monaſteria omnia infra ſui Vicariatus diſtrictum regimini Vicarij Generalis omninò voluit eſſe ſubiecta, quæ in Obſervantia vivere decreviſſent.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Dilecto filio F. Jacobo de Primaditiis de Bononia, Ord. Min. de Obſervantia Regulari ſalutem &c.*

221. Ordinis tui &c. *intelligimus.* Sanè cum poſt concordiam inter dilectos filios FF. qui dicuntur, *Conventuales*, & vos alios, quibus *de Regulari Obſervantia* eſt appellatio, unius ejuſdemq; Min. Ordinis factam; Nos intendentes, quòd per dilectum filium Fratre Ioannem de Capiſtrano tui Ordinis de Obſervantia in partibus Ciſmontanis Vicarium, alter illius ſucceſſor crearetur, eidem per litteras Apoſtolicas commiſerimus, quòd ubi, & quando ſibi placeret, ante ſui officij finem Vicarios, & Diſcretos Provinciarum ſibi ſubiectarum pro alterius Vicarij creatione capitulariter congregaret, & facta hujuſmodi congregatione in alma Vrbe apud Arçcœli locum, tu in ea fueris canonicè in Ciſmontanum Vicarium electus, Noſque electionem ipſam confirmaverimus; poſtmodumque dilectus filius F. Antonius de Ruſconibus ſac. paginę profeſſor, Ord. prædicti Gen. Miniſter, te duxerit confirmandum, prout ſupradicta omnia conſtant per litteras Apoſtolicas, & prædicti Generalis, quas hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis; ad noſtramque notitiam pervenerit, eſſe in tui Vicariatus partibus Ciſmontanis nonnulla Monaſteria S. Claræ, quarum familiæ in Regulari Obſervantia viventes, & partim Primi, partim Secundi, partim Tertij Ordinis, partim aliter appellari, ſub tuo Vicariatu, & à te, tuiſque ſucceſſoribus regi, & gubernari intentiſſimis dicuntur deſideriis affectare: Nos, qui certum tenemus, eaſdem Mulierum, Monacharum, ſive Sororum familias optimam, ſaluberrimãque ſub vobis gubernationem, & continuè habituras fœlicia in Domino incrementa, earumdem Mulierum, Monacharum, ſivè Sororum appellatarum Monaſteria, loca, & familias ubicumque infra tui Vicariatus terminos in Regulari Obſervantia viventes, tam præſentes, quàm futuras tuæ & tuorum in Vicariatus Ciſmontani officio, ſucceſſorum curæ, gubernationi, atque regimini,

ni, authoritate Apoſtolica præſentium tenore ſubjicimus,& ſubjectas, & ſuppoſitas eſſe volumus,atq; decernimus:Intẽdentes eadem authorite, atque volentes, quòd tu,& ſucceſſores tui per vos ipſos, & alios,quos duxeritis ſubſtituendos poteſtatẽ,facultatemq; habeatis eaſdẽ Moniales,& Sorores,ſive primi,ſive ſecundi, ſive tertij, aut alterius Ordinis S. Claræ,& B. Franciſci, præſertim collegialiter, & in communi viventes, & earum monaſteria, atque loca tàm in capite, quàm in membris viſitandi, corrigendi,amovendi, deponendi, transferendi, & alia omnia, & ſingula faciendi, quæ Generalis MiniſterOrdinis veſtri in eiſdem monaſteriis, & locis de jure,& conſuetudine facere poſſe conſuevit.Provinciales, aut Vicarij vobis ſubjecti eaſdem poteſtatem, facultatemque habeant,quas Miniſtri Provinciales, etiam de jure,vel conſuetudine habere conſueverunt; & ut ſupradictæ Moniales, ac Sorores meliùs gubernentur, volumus quòd in electione,& creatione Abbatiſſarum, Miniſtrarum, & Matrum illæ tantummodo ex ipſis Sororibus, & Monialibus vocem habeant, quæ per annos tres, vel circa in earumdem Monaſteriis, & Collegiis fuerint, in qua creatione, & electione major pars vocum ad minus medietatem ſuperans debeat convenire, in omnibuſque Tertij Ordinis Sororum,& Monialium collegiis, Fratres tui Ordinis de acceſſu, & ingreſſu ſe habeant, ſicut obſervatis cum monaſteriis S. Claræ. Si autem Viſitatoribus earum, ex Sororibus Tertij Ordinis, quæ minimè vivunt collegialiter,conceſſa eſſet à Sede Apoſtolica aliqua authoritas, & facultas; Nos ipſas præſentium tenore authoritate Apoſtolica revocantes, volumus, quòd tu, & tui in Vicariatus officio ſucceſſores, hujuſmodi Viſitatores amovendi, & alios inſtituendi authoritatem, facultatemque habeatis. Præterea, cum in Regula B. Claræ jubeatur jejunium perpetuum, quod quidem nimis rigoroſum eſſe tenemus, placet, & volumus, quòd ſupradictæ, & Tertij,vel aliorum Ordinum Sorores ſolummodo teneantur ad illa jejunia,ad quæ vos Fratres Ordinis Minorum Regulam ſervantes obligati eſtis, & eodem modo ſervent in cibo Quadrageſimali, exceptis debilibus, & infirmis: In aliis verò jejuniis, ut ſunt quatuor tempora, vigilię Apoſtolorum, & ſimilia, ſervetur conſuetudo Religionis, ſecundùm quam liceat ova,lacticiniaque comedere. Cum etiam in aliquibus Monaſteriis Sorores, ſive Monachæ incedant nudis pedibus diſcalceatæ, quod nimis rigoroſum exiſtimamus, placet, & volumus, quòd Sorores, ſive Monachæ poſſint deferre illa, quæ nomine calceamentorum non cenſentur, puta zoccolos ligneos, & ſandalia, atque etiam, cum oportuerit calceamenta. Item cum in aliqubus monaſteriis, locis, & congregationibus injungant ſilentium perpetuum,quod quidem nimis rigoroſum exiſtit, tibi,tuiſq; in officio ſucceſſoribus,& Provinciarum vobis ſubjectarum Vicariis,cum Diſcretorum conſilio, diſpenſandi tàm in aliis, quibuſque prædictis,quàm in ſilentio ſupradicto concedimus facultatem. Inſuper, cum dilectus Filius Fr. Ioannes de Capiſtrano, tuns in Vicariatus officio prædeceſſor declaraverit, quòd in Regula prima B. Claræ contineantur centum, & tria præcepta regularia, in in quorum trangreſſione Moniales, ſivè Sorores profeſſæ peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum, ſcrupuloſumque judicemus, authoritate, & tenore prædictis declaramus, & volumus, quòd in nullius prædictorum trangreſſione, præterquam eorum quatuor,quæ concernunt principalia vota, obedientiæ, paupertatis, clauſuræ, caſtitatis; & inſuper electionis Abbatiſſæ, & depoſitionis,peccatum mortale incurrant.Item, cum quædam prædictarũ monaſteria, & loca in mendicitate vivant,placet, & diſpenſamus, quòd in ferculo, ſive mineſtra ſaginâ, & lardo uti poſſint. Conſtitutionibus Apoſtolicis,& privilegiis,immunitatibus, gratiis, ac indultis, omnibus,& ſingulis ſupradictis Monaſteriis, & locis, ac eorum Capellanis per Sedem Apoſtolicam, & aliter quomodocumque conceſſis, aliiſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini 1446. Non. Februarij anno Pontificatus noſtri 16.

222. Eugenius ipſe exemptionum privilegia Monialibus eiſdem non aliter conceſſit, quàm quatenus Ordini Min. ex integro ſubeſſent.Ecce dipl. tenorem.

EVGE

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Roderic. foll. 110. bull. 29. LIcèt Romanus Pontifex omnes Religiones, & Religioſas perſonas, earumque monaſteria, ſive loca aſſueto benignitatis affectu proſequi conſueverit, illa tamen ſpecialiùs ſibi ſubdit, ac à cujuſlibet alterius juriſdictione, onerumque quorumcumque ſubjectione, & ſolutione libera facit penitùs, & exempta, quæ majoribus oppreſſionibus, exactionibuſque gravata noſcuntur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſarum, & Conventuum univerſorum monaſteriorum S. Damiani, ac Minoriſſarum, & S. Claræ Ordinis ejuſdem Sanctæ, ſub Generalis Miniſtri, aliorumque Officialium Ord. Fr. Minorum cura ubilibet conſtitutarum petitio continebat, quòd ob varias decimarum, & charitativorum ſubſidiorum, aliorumque onerum impoſitiones, tàm pro Romana Eccleſia, ſuorumque Legatorum, & Nunciorum in Conventibus, quàm pro honorandis Regibus, & Principibus, ac Communitatum ſubventionibus, Apoſtolica authoritate hactenus ordinatas, conſtitutas, atque decretas, necnon gabellas, pedagia, & gravamina, aliaque onera realia per Poteſtates, Rectores, atque regimina ſæcularia facta, impoſita, & illata, petitioneſque, & exactiones, quæ ratione fructuum, qui in eorumdem monaſteriorum, & locorum agris, & poſſeſſionibus infra nonnullarum, cum cura, & ſine cura Eccleſiarum limites conſiſtentibus, colliguntur à nonnullis illorum Rectoribus, & beneficiatis, factæ ſunt hactenus, & fiunt etiam de præſenti; Abbatiſſæ, Conventus, Moniales, Monaſteria, & loca hujuſmodi in tantam paupertatem, inopiamque venerunt, quòd pia eorum vota exſolvere non valentes, in monaſteriis, & locis piis divinus cultus eſt adeo diminutus, quòd niſi provideatur celeriter, veriſimiliter formidabitur in eis extinctio Obſervantiæ Regularis; quare pro parte Abbatiſſarum, & Conventuum prædictorum nobis fuit humiliter ſuper hoc ſupplicatum, ut providere eis, & eiſdem monaſteriis, ſive locis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui ad eoſdem Fratrum Minorum, & S. Claræ Ordines ſpecialem gerimus devotionis affectum, piæ mem. Nicolai III. Bonif. VIII. Ioann. XXII. Clem. III. Alex. IV. & Benedicti XI. prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, earum Abbatiſſarum, & Conventuum, necnon dilecti filij Guillelmi de Caſali ejuſdem Fr. Ord. Minorum Generalis Miniſtri, ſac. paginæ Profeſſoris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut in eiſdem Monaſteriis eò devotiùs divinis laudibus intendatur, quò perſonæ in illis vacantes ſtudio piæ vitæ, potiori fuerint immunitatis privilegio cõmunitæ; Abbatiſſas, Conventus, Moniales, Monaſteria, atque loca hujuſmodi, cum omnibus juribus, pertinentiis, ac bonis eorumdem mobilibus, & immobilibus quibuſcumque, tàm præſentibus, quàm futuris, ab omni juriſdictione, dominio, poteſtate quorumcumque Legatorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Nunciorum, & aliorum quorumcumque Iudicum ad inſtar præfatorũ Pontificum, conceſſorum privilegiorum, quæ hìc haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium prorſus eximimus, & perpetuò liberamus, ac ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, atque noſtra, illaque nobis, & Succeſſoribus noſtris Rom. Pontificibus canonicè intrantibus, & dictæ Sedi dumtaxat immediatè volumus ſubjacere. Itaque Legati, & Nuntij dictæ Sedis, ac Iudices præfati, aut alia quævis perſona Sæcularis, vel Regularis, Eccleſiaſtica, vel mundana, quacumque fulgeat dignitate, nullas in Abbatiſſas, Conventus, Moniales, Monaſteria, ſive loca hujuſmodi, utpote prorſus exempta, poſſint excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgare, vel juriſdictionem, dominium, aut poteſtatem aliquam exercere, ratione delicti, contractus, aut res ipſa conſiſtat. Quinimmò Abbatiſſas, Conventus, & Moniales eaſdem, cum earum Monaſteriis, ac locis perpetuò exemptas eſſe volumus, immunes, & liberas ab omni decimarum, ſubſidiorum, gabellarum, pedagiorum, fructuumque, & aliorum hujuſmodi ſolutione, contributione, reſponſione, & aliis quibuſcumque fœl. rec. Innoc.

Innoc. Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, & aliis quibuſcumque conſtitutionibus, ac privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, locorum Ordinariis, vel aliis quibuſcumque, & quovis modo conceſſis, & impoſterum concedendis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, & ordinationibus monaſteriorum, locorum, & Ordinum prædictorum, ac obligationibus, promiſſionibus, & ſolutionibus per eaſdem Abbatiſſas, Conventus, & Monaſteria, hactenus forſitan factis contrariis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis; mandantes omnibus, & ſingulis Legatis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Ordinariis, Rectoribus, & aliis ſupradictis cujuſvis Ordinis, gradus, ſtatus, & conditionis exiſtant, etiāſi Cardinalatus fulgeant dignitate, ne Abbatiſſas, Conventus, monaſteria, & loca hujuſmodi ſuper præmiſſis, & circa ea impediant, verùm etiam quomodolibet moleſtent; quinimo ne ſinant ab aliis, quantùm in eis fuerit, quomodolibet moleſtari, etiam per litteras Apoſtolicas, ſub quavis forma, vel expreſſione verborum confectas, vel conficiendas impoſterum, etiamſi litteræ ipſæ de eiſdem monaſteriis, Abbatiſſis, Prioriſſis, Conventibus, & Religione, ac privilegiis, & indultis ipſarum, & de præſenti indulto, plenam, & expreſſam facerent mentionem, ac etiamſi in eiſdem litteris conceſſis, & concedendis, clauſulæ infraſcriptæ, videlicet *quòd omnes perſonæ eccleſiaſticæ, ſæculares, & Religioſæ, exemptæ, & non exemptæ ad præſtationem, ſeù ſolutionem decimarum, collectarum, taliarum, ſubſidiorum, procurationum, angariarum, ac aliarum quarumlibet exactionum, quocumque nomine nuncupentur, ſeù ad contribuendum in eis compelli valeant. Non obſtantibus, ſi dilectis in Christo filiabus Abbatiſſis, & Conventibus dictorum monaſteriorum, & ipſis univerſis Monaſteriis, vel Ordini, ſeù Religioni ipſarum in ſpecie, vel in genere, vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quòd ad ſolutionem, ſeù præſtationem decimarum, collectarum, taliarum, ſubſidiorum, procurationum, & aliarum impoſitionum hujuſmodi, ſeù ad contribuendum in eis, minime tenerentur, & ad id compelli, atque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas de indulto hujuſmodi, & toto tenore ipſius plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum non facerent mentionem, ſive quibuſlibet privilegiis eis, vel quibuſcumque perſonis, locis, vel Ordinariis à Sede Apoſtolica præfata conceſſis, & concedendis, de quibus oporteret in dictis litteris ſpecialem fieri mentionem, & per quæ effectus litterarum ipſarum quomodolibet impediri valerent*; & aliæ quæcumque, vel qualeſcumque clauſulæ prædictis ſimiles, vel diſſimiles ſub quorumcumque tenore, vel expreſſione verborum inſertæ fuerint; quæ conſtitutioni, & ordinationi noſtris hujuſmodi poſſent in aliquo derogare, compelli poſſint invitæ: decernentes ex nunc omnes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ac quoſcumque proceſſus, quaſvis perſonas continentes, quos, vel quas adverſus Abbatiſſas, Conventus, Moniales, monaſteria, loca, & bona prædicta contra tenorem, & formam exemptionis hujuſmodi, quomodolibet haberi contigerit, ſeù etiam promulgari irritos, & inanes, & nullius exiſtere roboris, vel momenti. Per hoc dilectis Filiis Generali Miniſtro, & aliis Ordinis Minorum hujuſmodi, pro tempore exiſtentibus Officialibus, nullum, quin omnem, quam hactenùs habuerunt, & de præſenti habent curam, & diſpoſitionem, & quamlibet aliam ordinationem Abbatiſſarum, Conventuum, monaſteriorum, & locorum prædictorum, liberè, & licitè valeant exercere, volumus præjudicium generari. Nulli ergo &c. noſtrorum exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, mandati, conſtitutionis, & voluntatis infringere &c. ſi quis &c. Dat. Florentiæ anno Incarnat. Dominicæ 1439. Idib. Auguſti Pontificatus noſtri anno 9.

223. Leo X. ut Clariſſarum ad Ordinem Minor. integram ſubiectionem tum expreſſiùs declararet, tum efficaciùs obfirmaret, dato Brevi, quod ſubjicio, rigoroſè præcepit, ut ad omnia ſtatuta in Fratrum Capitulis edita omnimodè ſint obligata.

## LEO PAPA X.

*Dilecto filio noſtro Chriſtophoro Tit. S. Mariæ in Ara-cœli Presbytero Cardinali totius Ordinis Minorum Gener. Miniſtro.*

Vvad. t. 8. Reg. 1518. bull. 30.

Dilecte fili &c. Cùm ſicut accepimus, & magiſtra rerum te docuit experientia, in Generalibus, & Provincialibus Capitulis per Fratres tui Ordinis ſuis temporibus fieri ſolitis, circa ſalubrem eorumdem Fratrum, ac ſub illorum cura Sororum, & Monialium vivendi Ordinem, ac eorum fœl. gubernationem, quamplurima ſalutaria ordinentur ſtatuta; nonnulæ tamen Sorores, ſeù Moniales aliquarum conceſſionum à Sede Apoſtolica obtentarum prætextu, aut aliâ per eas ſumpta occaſione, inſtitutis ipſis impudenter abiectis, alium non verentur vivendi modum ſectari. Nos conſiderantes, ut æquitatis vigor, & Ordo expoſcit rationis, quòd unuſquiſque illius debet ſequi veſtigia, ſub cujus obedientiæ militat jugo, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, ſub excommunicationis ſententia, de divini judicij obteſtatione, & æterni judicij interminatione, S. Claræ, ac univerſis, & ſingulis aliis ſub cura hujuſmodi nunc, & pro tempore degentibus Sororibus, ſeù Monialibus præcipiendo mandamus, quatenus ipſæ juxta regulares in hactenùs celebratis, & futuris celebrandis Capitulis Generalibus, ſeu Provincialibus editas, & factas inſtitutiones, ac deſuper ab eorum Provinciali, ſeù aliis Superioribus traditam formam, obedire teneantur, ut in earum aſſumpta profeſſione Altiſſimo famulatum impendere debeãt: Quòdque ut ipſa Sororum, ſeù Monialium monaſteria debitè regantur, & gubernentur, ac illarum Abbatiſſæ circa ſibi commiſſum officium ſumma cum diligentia, omnique ſanctimonia, ſi non divino amore, amotionis ſaltem metu, ſemper intentæ exiſtant: Volumus, & ut præmittitur, mandamus, ut dum annis ſingulis ab earum Viſitatoribus viſitantur, & Abbatiſſæ monaſterij abſolutionem à dictis Viſitatoribus juxta deſuper Vrban. IV. Rom. Pontificis prædeceſſoris noſtri editam conſtitutionem petere tenentur, nedum id verbo, ſed etiam facto realiter, & cum effectu facere, ac ſi ipſis Viſitatoribus videbitur, & ipſa neceſſitas, ac monaſterij exigeret reformatio, acceptare cum effectu debeant. Et hujuſmodi Abbatiſſæ officium in ipſis Viſitatoris manibus dimittere teneantur, itaquòd mera, & libera eidem Viſitatori remaneat facultas, eiſdem Sororibus, ſeù Monialibus ſub dicta, & aliis ſibi viſis ſententiis, cenſuris, & pœnis præcipiendi, ut circa alicujus Abbatiſſæ electionem intendere debeãt, aut aliàs juxta ipſius verba prædictæ conſtitutionis tenorem procedendi, & Monialem, quæ Abbatiſſæ miniſterium hujuſmodi geſſit, juxta exceſſus exigentiam corrigendi, & caſtigandi, ac cenſuras, & pœnas hujuſmodi iteratis vicibus aggravandi, & alia in præmiſſis neceſſaria, ſeù quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, ac perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, & Cathedralium, etiam Metropolitanarum Eccleſiarum Canonicis, aut alicui eorum, motu ſimili mandamus, quatenus dictis Viſitatoribus in præmiſſis efficaci præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eoſdem Viſitatores poſtquam pro parte eorumdem, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, per ſe, vel per alium, ſeu alios omnibus, & ſingulis præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, eos deſuper quomodolibet moleſtari, contradictores, ac eis auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes per ſupradictas, & alias eorum arbitrio imponendas pœnas, & cenſuras compeſcentes, invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nos obſtantibus fœl. rec. Bonif. Papæ VIII. &c. Dat. Romæ ap. S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 1. Iulij 1518. Pont. noſtri anno 6.

214: Contra verò nonnulla monaſteria, quæ Generalis, & Provincialium Miniſtrorum detrectabant obedientiam, Paulus III. edito ſequenti diplomate remedium voluit opportunum apponere.

PAV-

PAVLVS PAPA III.

*Dilecto Filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum nuncupatorum.*

Arch.Aracœl.Reg. 1. Vltram. fol.132. DIlecte fili &c. Cum ſicut accepimus, diverſa monaſteria Monialium ſub cura Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum exiſtentia, ob ſuorum Prælatorum, ſeu Superiorum negligentiam, ſeu aliàs regularia inſtituta non obſervent: Nos cupientes monaſteria prædicta ſub regularibus diſciplinis, & dicti Ordinis inſtitutis, ac ad eam, ad quam tenentur, obedientiam, & diſciplinam reduci, tibi per te, vel alium, ſive alios, quos ad id duxeris deputandos, monaſteria prædicta, illorumque membra, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, Moniales, & alias quaſcumque perſonas cujuſcumque dignitatis, ſeu nobilitatis exiſtentes, dummodo à tua juriſdictione exempta non exiſtant, nec alios, niſi ejuſdem Ordinis Superiores habeant, tàm in capite, quàm in membris, ac ſpiritualibus, & temporalibus viſitandi, & in his quæ reformatione noveris indigere, juxta canonicas ſanctiones, & dicti Ordinis regularia inſtituta reformandi, & in eis errata corrigendi, & emendandi, illaque ſub cura, regimine, & adminiſtratione Miniſtri Provincialis dicti Ordinis adinſtar aliorum monaſteriorum, & morem dicti Ordinis ſubmittendi, & ſubiiciendi, ac ad regularem obſervantiam, & Regulam, quam ipſæ Moniales profeſſæ ſunt, reducendi, & ad illa inviolabiliter obſervanda cogendi, & compellendi, ipſaque monaſteria debita clauſura muniendi, omniaque, & ſingula alia in præmiſſis neceſſaria, ſeu aliàs opportuna, etſi illa ſpecialem notam requirerent, faciendi, & exequendi, ac contradictores quoſlibet, & rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis fuerint, per excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſq; ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione remota compeſcendi, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachij ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, plena, & libera authoritate Apoſtolica per præſentes concedimus facultatem. Decernentes quidquid per te ſuper præmiſſis fieri contigerit, ac omnia, & ſingula, quæ inde ſequentur, valida, & efficacia exiſtere, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere; ſicque per quoſcumque quavis authoritate fungentes Iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ ap. S. Petrum ſub annulo Piſcatoris 27. Maij 1547. Pontif. noſtri anno 13.

225. Ad majorem verò ſubjectionis hujus evidentiam, longè patentiorem cujuſdam Eugubini monaſterij caſum juvat adducere; quod Ordinis reformationem effugiens, invocato, & obtento in ſui favorem Epiſcopo, & demum ad majorem facti firmitatem Brevi Apoſtolico ab Ordinis obedientia ad Ordinarium receſſerat, & tamen Pontifice meliùs informato coactum eſt ad Ordinis regimen iteratò reverti; ut liquet ex diplomate, quod appono.

NICOLAVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

SEdis Apoſtolicæ &c. Sanè nuper, poſtquam ex gravi querela dilect. filiorum Miniſtri, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ S. Franciſci percepimus, quòd dudum poſtquam nonnullæ Moniales monaſterij S. Margaritæ Ord. S. Claræ extra muros Eugubin. ſenſerant, dilect. filium noſtrum Dominicum Tit. S. Crucis in Hieruſalem Preſbyterum Cardinalem in Civitate Peruſin. & partibus vicinis tùm Apoſtolicæ Sedis Legatum, & dicti Ordinis Minorum Protectorem, in diverſis locis dictæ Provinciæ regularem Obſevantiam obſervari debere procurare, dubitantes ne ipſæ, prout dicti Ordinis S. Claræ monaſteria Monialium Peruſij, & Fulginei conſiſtentia, ex parte dicti Legati tunc ad regularem Obſervantiam monitæ, per Miniſtrum dictæ Provinciæ ad obſervantiam hujuſmodi redigi deberent, idem Legatus in Civitate Eugubin. Uvad.t.5. Reg.1447. bull.16.

gubin. reformationem hujuſmodi etiam perficeret ob diverſas promiſſiones, ſi ſe regimini, & protectioni Epiſcopi Eugubin. ſubjicerent, per nonnullos factas motæ, immemores Religionis, & profeſſionis ſuæ Fratribus dicti Ordinis obloquentes, ſe Epiſcopo Eugubin. qui tunc fuit, & foret pro tempore, &c. ſubjicere præſumpſerint Et deindè dum fœl. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter ad ſiniſtram informationem dictarum Monalium Abbatiſſam, & Moniales dicti monaſterij S. Margaritæ à juriſdictione &c. Miniſtri, & Fratrum dicti Ordinis Minorum per litteras ſuas, licèt nulliter, & de facto exemerat, ac Epiſcopo Eugubin. pro tempore exiſtenti, ejuſque viſitationi, correctioni, juriſdictioni eiſdem ſubjecerat, dictæque litteræ ad notitiam Legati prædicti, tamquam Protectoris Ordinis Minorum hujuſmodi pervenerant, idemque Legatus, utpotè Protector, dicto Epiſcopo ſcripſerat, ne de dicto monaſterio S. Margaritæ ſe impediret, prout nec de illo, legatione hujuſmodi durante, ſe impedivit, & deinde legatione finita, dum dictus Epiſcopus ſe de dicto monaſterio ingerere, & poſſeſſionem illius capere vellet, nonnulli Fratres, & Moniales ex prædictis ab iis ad dictum prædeceſſorem noſtrum, & Sedem Apoſtolicam appellarunt, cauſaque appellationis hujuſmodi Ven. Fratri noſtro Baptiſtæ Epiſcopo Camerinen. tunc unum ex locis Palatij noſtri Apoſtolici Cauſarum Anditorum tenenti per eundem commiſſa extitit, & demum expirante appellationis tempore ad proſequendum eamdem, dum dictus Epiſcopus ſenſerat, Nos per certum Breve noſtrum Miniſtro dictæ Provinciæ ſcripſiſſe, & reformationem dicti monaſterij S. Margaritæ prædictæ illi commiſiſſe, idem Epiſcopus hujuſmodi monaſterium manu armata, & violenta, cum magno ſtrepitu dictis Monialibus, & Fratribus reclamantibus, ingreſſus fuit, ac Moniales inibi exiſtentes, in non modicam dicti Ordinis S. Claræ verecundiam, extraxit, & ad alia monaſteria Ordinis S. Benedicti tranſtulit. Quare pro parte Miniſtri, & Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur, prout tenemur, in præmiſſis, celeriter providere volentes, litteras exemptionis dicti monaſterij S. Margaritæ, ac Abbatiſſæ, & Monialium ejuſdem, necnon ſubjectionis earumdem Epiſcopo prædicto à dicto prædeceſſore tamquam per præoccupationem, ſeu circumventionem obtentas &c. revocamus, & caſſamus, & annullamus &c. Abbatiſſamque, Moniales, & monaſterium S. Margaritæ prædicta, quæ ſunt, & erunt pro tempore, ad obedientiam, viſitationem, correctionem, ſuperioritatem, & in ſtatum priſtinos, in quibus antequam præmiſſa contingerent, erant, integrè reducimus, & reponimus, necnon Protectorem, Miniſtrum, & Fratres prædictos, quoad viſitationem, correctionem, & ſuperioritatem Abbatiſſæ, & Monialium dicti monaſterij S. Margaritæ, ac poſſeſſionem priſtinas plenariè reſtituimus, & reponimus per præſentes; Mandamus ex nunc Vener. Fratri noſtro Antonio Epiſcopo Eugubino ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis, quas ſi contrafecerit, ipſum incurrere volumus, & declaramus ipſo facto, quatenus omnes, & ſingulas Moniales, ut præfertur, ex dicto monaſterio S. Margaritæ extractas quantociùs omni contractione ceſſante, in dictum monaſterium, & ſtatum priſtinum plenariè reponat, & reſtituat, & ſub juriſdictione, viſitatione, correctione, & ſuperioritate priſtinis Miniſtri, & Fatrum prædictorum quietè ſtare permittat, nec de illis, ac monaſterio S. Margaritę hujuſmodi de cętero quovis quęſito colore, ſive ingenio ſe ingerat, vel intromittat; decernentes ex nunc irritum, & inane quidquid per modernum, ſeu pro tempore exiſtentem Epiſcopū Eugubin. contra præmiſſa fieri contigerit, ſeu etiam attentari. Nulli ergo &c. Dat Romæ ap. S. Petrum anno 1447. 4. Kal. Auguſt. anno 1.

226. Tandem pro tractatus hujus coronide, ut appareat, quàm feriò Sedes Apoſtolica in tuenda Monialium ad Ordin. Minorum ſubjectione adlaboret; cæteris monaſteriis ad propria loca dimiſſis, quæ vel ex ſpeciali diſpoſitione, fuerunt locorum Ordinariis ſubjecta, vel Ordini reſtituta, de ſolo Santeranen. in Luſitania ſucceſſum, quia tota ſingularitate notabilem, juvat hîc deſcribere.

227. Regium monaſterium S. Claræ

Santareni

Arch.Ara-cœl.Reg.3 Vlt.à fol. 90. &c. Santareni Diœc. Vliſſiponenſis fuit à ſua fundatione Ordini Minorum ſubjectum; cum verò Abbatiſſa, & aliquæ Moniales conſtitutiones editas pro monaſterij reformatione contumaciter reſpuiſſent,anno 1619. Miniſter Portugalliæ cum Diffinitoribus eas à ſuo gubernio in pœnam, donec reſipiſcerent, per particulare decretum dimiſſas eſſe voluit; atque declaravit.

228. Commiſſarius Generalis Vltramontanus cum Diffinitoribus Portugalliæ dimiſſionem approbarat die 30. Novembr. 1619. & 2. Novembr. 1620. fuit intimata, & ab Abbatiſſa cum ſuis adhærentibus acceptata; quæ quaſi Superiore carerent, ad Regem ſupplicantes obtinuerunt,ut Archiepiſcopo Vliſſiponenſi ſubjicerentur: Archiepiſcopus autem illas ſua ſub obedientia,ſed appoſita conditione recepit, ut infra ſex menſes tranſlationis hujuſmodi confirmationem à Sede Apoſtolica obtinere deberent, Cæteræ in Religionis obedientia perſeverantes ad Miniſtrum Generalem, & ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Occurrit ergo Miniſter Generalis, & meliùs informato Rege revocari obtinuit priores ejus litteras, juſſumque, ut Archiepiſcopus Ordini monaſterium reſtitueret;cujus reſtitutionem cum Archiepiſcopus, & Abbatiſſa, cæteræque illis adhærentes omninò negligerent, causâ ad Sedem Apoſtolicam devolutâ, Iudex Apoſtolicus delegatus eſt Epiſcopus Chinenſis, qui poſt maturam cauſæ diſcuſſionem, reſtituendum Ordini monaſterium definitivè pronuntiavit, quam ſententiam Sac. Congr. Epiſcoporum,& Regularium confirmavit dato decreto: *Cum aliàs &c.* die 30. Martij 1624.

229. Igitur non obſtante ſententia Epiſcopi Chinenſis appellarunt Abbatiſſa cum ſuis ad ſac. Congr. Regularium,ubi etiam ex præfato Decreto condemnatæ fuerunt; favente tamen ſibi Regio in Vrbe actore pro cauſis Portugalliæ,egerunt, ut in S.Rota lis hæc decideretur, allegantes, ſe inauditis emanaſſe Decretum S.Congregationis, juſſit Pontifex, ut dimiſſis favoribus ad rigorem juſtitiæ cauſa diſcuteretur.

230. Primò nocuit Abbatiſſæ, cæteriſque adhærentibus, quòd dimiſſio non erat abſoluta, ſed in pœnam donec reſipiſcerent, ſicut aliæ reſipuerunt: Secundò quia acceptatio Archiepiſcopi fuit ſub conditione confirmationis Apoſtolicæ, quæ nunquam ſecuta fuit. Tertiò quia Commiſſarius Generalis non potuit dimittere monaſterium Miniſtro Gener. ex inſtitutione, & bullis Apoſtolicis immediatè ſubjectum;licèt enim authoritatem Miniſtri Generalis habeat in gubernio non tamen in diſſipando cum præjudicio Miniſtri Generalis;undè & ipſe Miniſter Generalis ſubitò reclamavit, & caſſavit illam dimiſſionem. Quartò quia reclamantes Moniales pro ſua exemptione ab Ordinario, in hoc lædi non poterant, nec offendi authoritas Papæ ſibi immediatè reſervantis monaſterium.

231. Die itaque 7. Iulij 1625. Ioannes B. Rembolus Rotæ Auditor pro Tribubunali definivit, nullam fuiſſe præfatam dicti Monaſterij abdicationem, & monaſterium ipſum eſſe Ordini reſtituendum: Abbatiſſam cum ſuis condemnavit in expenſis.

232. Appellarunt denuò ab hac contumaces,& appellationem acceptavit Pontifex, quaſi non ſententiam, ſed Rotæ tantùm deciſioné demandaſſet, ut deinde cauſam ex gratia finiret, quod petebat Rex Catholicus; Vndè & in eadem Rota die 19. Novemb. 1625. coram Coccino ſecuta eſt deciſio per totum priorem ſententiam confirmans. Cum autem in ſignatura gratię delatum eſſet negotium, omnia poſſibilia tentarunt machinamenta adverſarij, hoc ſaltem obtinere ſeparantes, ut reſtituendum monaſterium, non Provinciæ Portugalliæ, ſed Algarbiorum reſtitueretur. Procurator autem Ordinis cum Duce de Peſtrana Ordinario, & Duce de Alcalà extraordinario Regis Oratorib9,Papam allocutus,Regis mentem aperuit. Vnde ipſe datâ bullâ, prædictas ſententias per omnia cõfirmavit, liti ſilentium perpetuum impoſuit, ſicque lis odioſiſſima, per ſexennium infinitis ſumptibus, & laboribus (Monialibus ut principalibus agentibus pro utraque parte) ſuſtentata, in favorem Ordinis terminata fuit; & Miniſter Generalis illò adveniens omnia in ſumma pace conſtituit,monaſteriũ Portugalliæ Prov. reſtituit, unam ex ſuis obedientialibus præficiens Abbatiſſam: & cum ſumma pace Regale illud monaſterium ſub Ordine adhuc perſeverat. Doctrinas inibi

QQqq 3 fuſiùs

fuſiùs recitatas, & concludentes, quòd nec Religio ipſa poſſit authoritate propria monaſteria ſibi ſubiecta in manus Ordinarij dimittere, eo quòd Pontificis reſervantis læderet authoritatem; In tertio Vltram. Regeſto eſt videre, cum Auditorum Rotæ ſententiis: hic Sac. Congregationis decretum, & Vrbani Pontificis diploma ſufficiat in exemplum apponere.

*Decretum Sac. Congregationis Regularium, in quo facti narratio continetur, & contra factam dimiſſionem reſolvitur.*

133. CVm aliàs de ann. 1619. Miniſter Prov. Portugallenſis Ord. Min. S. Franciſci de Obſervantia, ejuſdemq; Provinciæ Diffinitores in ſimul congregati, cum eorum Commiſſario Generali gubernio monaſterij Monialium S. Claræ Oppidi de Santaren. Vliſſiponen. Diœc. à primeva illius fundatione, & erectione dicto Ordini ſubiecti, ob inobedientiam Abbatiſſæ, ac nonnullarum dicti monaſterij Monialium erga Conſtitutiones pro illius reformatione, ac bono regimine editas per particulare decretum dimiſiſſent, dictæque inobedientes ſub prætextu, quòd Superiore carerent, litteras ſubreptitias, quarum vigore Archiepiſcopus Vliſſiponenſis præfati monaſterij regimen ſuſcepit, à Catholico Rege extorſiſſent, deinde verò idem Catholicus Rex per memorati Ordinis Miniſtrum Gener. de hujus facti veritate, rationibuſque hinc inde deductis pleniùs informatus, prævio ſui Regij Conſilij Decreto primam epiſtolam revocans, eidem Archiepiſcopo, ut dictarum Monialium curam dictæ Religioni S. Franciſci reſtitueret, per alias ſuas litteras præcepiſſet, dumque præmiſſa fierent, ceteræ Moniales ab hac Apoſtolica Sede, cauſam hujuſmodi Epiſcopo Chinenſi, qui dictam Religionem in ſupradicti monaſterij moderamine, ac ſuperioritate manuteneri debere declaravit, committi obtinuiſſent; causâ denique præfatâ ad hanc ſac. Congr. Cardinalium Epiſcoporum, ac Regul. negotiis præpoſitorum delatâ, Illuſtriſſimi ejuſdem S. Congr. Præſides, attentis ſupradictis, ac viſis, maturéque conſideratis omnibus juribus, ac ſcripturis hinc inde exhibitis, ac Illuſtriſſ. Cardin. Aſculano referente, dicti Epiſcopi Chinenſis decretum cum omnibus inde ſequutis, confirmandum fore, & eſſe cenſuerunt, prout præſentis decreti vigore confirmant, debitęque executioni per eumdem Epiſcopum demandari jubent, atque præcipiunt. Romæ die 30. Martij 1624.

Ibid.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

134. IN Apoſtolicæ &c. ad ea, per quæ lites, & controverſiæ inter Chriſti fideles quoſlibet, præſertim fœminei ſexus perſonas, quæ ſpretis mundi illecebris, virtutum Domino in candore virginitatis famulantur, exortæ ſedari, ac diſciplinas Regulares validiùs ſervare valeant, libenter intendimus, illiſque ne ulteriùs ſubrepant, vel in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur, opportuna remedia, quantùm nobis ex alto permittitur, ultrò adhibemus, ac aliàs deſuper diſponimus prout rerum, temporum, perſonarum, & locorum qualitatibus debitè penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, prout Nobis innotuit, poſtquam de ann. Domini 1619. tunc exiſtens Commiſſ. Generalis totius Familiæ Ciſm. Ordinis Fr. S. Franciſci de Obſervantia, & dilecti filij Diffinitores dicti Ordin. Provinciæ Portugalliæ de communi conſenſu dilectas in Chriſto filias Moniales monaſterij Monialium Oppidi de Santaren. Ordinis S. Claræ Vliſſiponen. Diœc. attentâ Monialium hujuſmodi, ac tunc exiſtentis earum Abbatiſſæ inobedientiâ, ab eorum obedientia, & juriſdictione dimiſerant; cum declaratione tamen, quòd in eventum, in quem dictæ Moniales ſuam culpam agnoſcerent, & veniam peterent, datis in omnibus claris, & evidentibus pœnitentiæ ſignis, ac demonſtrationibus, Provincialis dicti Ord. S. Franciſci pro tempore exiſtens illas iterum ad ſuam obedientiam reciperet; & ſucceſſivè dicta dimiſſione iiſdem Monialibus intimata, prædicta Abbatiſſa cum majori parte Monialium ipſius monaſterij, illam acceptaverant, & etiam tunc exiſtenti Archiepiſcopo Vliſſiponenſi, ut eas in ſuas reciperet, ſupplicaverant, idemque Archiepiſcopus receperat, ſub obliga Ibid. f. 98.

obligatione tamen, quòd infra ſex menſes ex tunc proximos confirmationem ſuper dimiſſione, & receptione hujuſmodi à Sede Apoſtolica obtinerent. Reliquæ verò Moniales dicti monaſterij dimiſſioni prædictæ contradixerant, & ab ea ad Sedem prædictam, & etiam tunc exiſtentem Miniſtrum Generalem totius Ord. S. Franciſci hujuſmodi appellaverant lite, & causâ primò coram Venerab. Fratri Noſtro Epiſcopo Chinenſi introductâ, eaque deindè dilecto filio Ioanne Baptiſta Remboldo Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore, & Cappellano noſtro, inter dilectos filios Religioſos primò dicti Ordinis ejuſdem Provinciæ, ac dilectas in Chriſto filias Mariam Magdalenam modernam Præſidem, & alias Moniales ejus litis conſortes ex una, ac Mariam de Sepulchro tunc Abbatiſſam, & alias Moniales ejuſdem monaſterij illi adhærentes ex altera partibus ſuper dimiſſione, & renuntiatione per Diffinitorium, & Fratres Ord. S. Franciſci hujuſmodi de prædicto monaſterio, illiuſque ſuperioritate recognitione facta, rebuſque aliis in actis deductis commiſſa, idem Magiſter Ioannes Baptiſta Auditor in cauſa hujuſmodi procedens prævia deciſione ſuper eodem negotio, coram dilecto filio Magiſtro Ioanne Baptiſta Coccino earumdem cauſarum etiam Auditore, Audientiæque cauſarum hujuſmodi Decano, ac etiam Capellano noſtro emanata, ſuam diffinitivam tulit, & promulgavit ſententiam; per quam declaravit, dimiſſionem, & renuntiationem per Commiſſarium Generalem, ac Diffinitorium Ord. S. Franciſci hujuſmodi, ut præfertur, factas, & ſubjectionem ſub nomine dictæ Mariæ de Sepulchro tunc Abbatiſſæ, ac quarundam aliarum Monialium illi adhærentium prædicto Archiepiſcopo oblatam, & per eum receptam, nullas, & invalidas fuiſſe, & eſſe, ac nullius valoris, & momenti, vitioque nullitatis, & invaliditatis ſubjacuiſſe, & ſubjacere, ac proindè illas cum omnibus inde ſequutis annullandas, & revocandas fore, & eſſe, prout idem Magiſter Ioannes Baptiſta Remboldus Auditor illas revocavit, ac penitùs abolevit, omniaque in priſtinum, & eum, in quo idem monaſterium, antequam dimiſſio, & renuntiatio, ac ſubjectio prædictæ factæ fuiſſent, ſtatum reduxit, & reduci mandavit, perinde ac ſi demiſſio, & renuntiatio, & ſubjectio hujuſmodi factæ non fuiſſent, necnon moleſtationes, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcumque pro parte Mariæ de Sepulchro, & aliarum Monialium illi adhærentium hujuſmodi præſtitas, & illatas, præſtitaque, & illata, fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitaſque, indebitas, & injuſtas, temerariaque, & illicita, indebita, & injuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta, eaſque, & ea facere minimè licuiſſe, neque licere, ac ſuper illis iiſdem Mariæ de Sepulchro, aliiſque Monialibus illi adhærentibus perpetuum ſilentium impoſuit, aliaque fecit, & promulgavit, prout in dicta ſententia pleniùs continetur, & ſubinde dictâ causâ, eidem Magiſtro Ioanni Baptiſtę Coccino Auditori, iterum cognoſcenda per Nos commiſſa, idem Magiſter Ioannes Baptiſta Coccinus Auditor, in deciſis ſtandum eſſe decrevit.

235. Nos, qui omnia monaſteria, aliaque pia, præſertim Sanctimonialium loca, ſub regularis Obſervantiæ jugo confoveri, & permanere ſinceris cooptamus affectibus, litis, & diſcordiarum fomenta ab omnium fidelium animis evellere, necnon pacem, & quietem in eorum cordibus benedicente Domino vigere cupientes, dictoſque Religioſos, & Mariam Magdalenam, & alias ejuſdem monaſterij Moniales illi adhærentes prędictas, earumque, & primò dicti Ordinis ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. fore cenſentes, necnon ſcripturarum ſupra prǣmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam veriores tenores, ac data cum inde ſequutis quibuſcumque præſentibus prò expreſſis habentes, motu proprio, non ad ipſorum Religioſorum, aut Mariæ Magdalenæ, ac Monialium illi adhærentium hujuſmodi, vel alicujus alterius Nobis pro eis oblatę petitionis inſtantiam, ſed ex motu, ſcientia, mera deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſententiam hujuſmodi, ac omnia ſingula in ea contenta Apoſtolica authoritate earumdem tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quam facti, & ſolemnitatum,

tam

tam de jure, quam de facto, aut aliàs quomodolibet intervenerint, aut intervenisſe dici, vel cenſeri poſſent, ſupplemus, ac nihilominus pro potiori partium ipſarum cautela, & ſecuritate omnes, & quaſcumque lites, & cauſas prædictas coram Magiſtris Ioanne Baptiſta Coccino prædictis, ſeù quibuſcumque aliis earumdem cauſarum Auditoribus, aut aliis Iudicibus, quibus commiſſæ reperiuntur, in quacumque inſtantia exiſtant, ac in quibuſcumque ſtatu, & terminis reperiantur, & ſi quomodolibet inſtructæ ſint, ad Nos avocantes, illaſque penitus, & omninò extinguentes Miniſtro Generali, & Commiſſario, ac Diffinitorio, aliiſque Superiorioribus, & perſonis Ord. S. Franciſci, ac Conveutui, & Monialibus monaſterii hujuſmodi, nec non quibuſcumque aliis deſuper intereſſe habentibus, ſeu habere prætendentibus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis motu, ſententia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine, authoritate, & tenore præmiſſis perpetuum ſilentium imponimus; necnon Auditoribus, ac quibuſcumque aliis Iudicibus Ordinariis, vel delegatis, ne ulterius de ſtatu, vel meritis litis, ac cauſę huiuſmodi, ac juribus, & prætentionibus ambarum partium nunc, & quandocumque in futurum cognoſcere, minuſque partes ipſas, aut earum alteram, vel ejus procuratores, aut aliàs quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes prædictos ad illorum omnium proſequutionem, etiam prætextu cujuſcumque commiſſionis, ſeù reſcripti Apoſtolici admittere, vel deſuper quandocumque audire, ſeù aliàs in lite, & cauſa hujuſmodi ad ulteriores actus procedere quoquo modo audeant, ſeù prçſumant, diſtrictè præcipimus, & mandamus: Decernentes, præſentes noſtras litteras nullo unquam tempore, etiam ex eo quòd partes ipſæ, ſeù altera earum, vel quicumque alij intereſſe habentes, vel habere prætendentes, præfati ad id vocati, vel auditi non fuerint, ſeù quoquam alio prætextu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeù quopiam alio defectu notari, impugnari, annullari, retractari, infringi, in jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus illas quodcumque juris, vel facti remedium impartiri, aut etiam motu pari concedi poſſe; Neque eaſdem litteras, ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus minimè comprehendi, & quoties illas revocari, ſuſpendi, aut limitari contigerit, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam ſub quacumque poſteriori data conceſſas eſſe, & fore, ſicque per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatij hujuſmodi Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dictæque Sedis Nuncios, necnon jurium, & ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores, vel alios officiales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter jucandi, & interpretandi facultate, & authoritate in quavis inſtantia judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Quocirca Venerabilibus Fratribus Leirien. & Agitanien. Epiſcopis, necnon dilecto filio cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Gener. Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſivè alios eaſdem præſentes noſtras litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte Religioſorum ejuſdem Ord. S. Franciſci, ſeù Monialium dicti monaſterij, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eaſdē præſentes noſtras litteras, & in eis contēta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter obſervari, Non permittentes eos, ſeu eorum aliquem deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimè ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe, ſervatâ formâ Conc. Trid. declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus

opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio; non obſtante Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una,& in Conc. Generali edita, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore earumdem præſentium extra ſuã Civitatem,& Diœceſim ad judicium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon antiquis domus, ac ſecundo dicti Ordinis hujuſmodi, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatuis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſecundò dicto Ordini, illiuſque Superioribus,& perſonis ſub quibuſcumque tenoribus,& formis,ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis;quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quævis alia expreſſio ad hoc habenda, aut aliqua alia requiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo &c. abſolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, defectuum ſuppletionis, avocationis, extinctionis, impoſitionis,præcepti, decreti, mandatorum, & derogationis, infringere, &c. ſi quis &c. Datum Romæ ap. S. Petrum 14. kal. Februarii Pontificatus noſtri anno 3.

236. Denique ad conſervandam Ordinis juriſdictionem, effrigendamque rebellium contumaciam, graviter contra inobedientes in cap. Generali anno 1553. ſancitum fuiſſe legimus,ut ſequitur[Qui Conventus Monialium, aut Sororum Tertij Ordinis adeò perfrictæ frontis erit, ut ſpreta ſuorum Prælatorum auctoritate, ruptoque obedientiæ vinculo confugerit ad Principes, & conſilium eorum,vel ad Dominorum opem implorandam contra juriſdictionem Ordinis noſtri, is continuò abdicetur ab ipſius Ord. noſtri cura,& tutela;& ab eo avocẽtur,& amoveãtur Fratres quicumq; & ad gubernandum,& ad miniſtrãdum præfecti erant: idque per omnia obſervetur ſub excommunicationis pœna. Quòdſi

Chronol. Seraph. fol. 316. ut cit. in Chronol.

non univerſus Conventus, ſed una tale facinus commiſerit, ea ſola, velut morbus peſtilens à ſuo monaſterio expellatur in aliud noſtræ obedientiæ, cujus utriuſque monaſterij Abbatiſſæ, ſub eadem excommunicationis pœna teneantur, altera à cujus monaſterio rea, pernicioſaque Monialis, aut Soror amovebitur, ſuppeditare illi impenſas in victum, atque veſtitum annuum in omne poſterum vitæ ſuæ tempus; altera verò, ad cujus monaſterium transfertur, eam recipere, & perpetuò retinere.]

237. Vnde cum Greg. XV. in quodam ſuo diplomate ſub die 5. Februar. 1623. implicitè quodammodo omnium Sanctimonialium curam Regularibus adimere velle videretur; compoſito humili, devotoque libello Regulares apud Pontificem ſupplicantes, juraque ſua cum debita reverentia allegantes, ut hac de re nihil innovaretur impetrarunt; ut in impreſſo diſcurſu eſt videre in Archivio Matritenſi in Or dinis Regeſto.

Arch. Matrit. in Regeſt. Ord. num. 21. fol. 180.

Denique ad hujuſmodi tractatus integram abſolutionem, ut appareat quomodo ad monaſteria, ac Cœnobij ſibi commiſſi regimen aſſideant illi, quibus earum cura committitur; ex ſequenti Generalis Comiſſarij decreto pleniùs eluceſcet.

Arch. Aracœl. Cur. Ciſm. Reg. P. Palumbar. f. 151.

*Frater Paulus Sulmonenſis Ordinis Minorum Strictioris Obſervãtiæ in Ciſm. Familia Generalis Commiſſarius,& ſervus. Patribus Provincialibus, Guardianis,& Fratribus ejuſdem Familiæ*

238. PRo obſervatione Decreti ſacr. Cong. prępoſitæ negotiis Epiſcopum, & Regul. editi ſub die 5. Maij 1590. non recedendo etiam à decretis per nos,ſeu noſtros anteceſſores ad eundem effectum factis, ſed illa inovando, ac quatenus opus ſit, ampliando, denuò ſtatuimus, & prohibemus,ne ædes, & loca ad hoſpitij uſum Confeſſariorium Monialium extructa,ubi interdum,tempore ſcilicet confeſſionum generalium ipſis Confeſſariis cibum tantùm ſumere permittitur, ſed nunquam pernoctare, ullatenus ſint ipſis Monaſteriis annexa, vel conjuncta, ſed per aliquod conveniens intervallum ab ipſis diſtent. Et ſi ex alicujus ipſorum inopia, vel alia legitima cauſa id fieri minimè licebit;Superiores hujuſmodi monaſteriorum in-

tra terminum unius menſis decurrendi à die notificationis hujuſmodi Decreti, nos certiorent de cauſa hujuſmodi impedimenti, ac illa nobis quamprimùm probent; & interim donec provideatur de alia habitatione ſeparata, prout ſupra, claudantur omninò intra eumdem terminum dicti menſis, vel ad ſummum duorum, ac immurentur omnes rotæ, & Crates ita ut feneſtræ nullæ, nec exiguę quidem inſint, quæ intra monaſterium reſpondeant, & pariter claudantur etiam, & immurentur quæcumque oſtia, ex quibus pateat ingreſſus in Eccleſiam à dictis hoſpitiis, ſeu domibus Confeſſariorum, ita quòd nullus poſſit uti prædicto acceſſu, niſi per Portam principalem ejuſdem Eccleſiæ. Quòdſi aliqui Superiores monaſteriorum ſingulis præmiſſis intra dictum terminum non paruerint, vel legitimas cauſas impedimentorum Nobis non aſſignaverint, ipſo jure pœnam privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ incurrant, à qua non poſſint abſolvi, ſeu rehabilitari, niſi de ſententia ejuſdem ſac. Congregationis.

Et quia experientiâ compertū eſt, non expedire, ut Guardiani tamquam Superiores monaſteriorum Monialium noſtri Ordinis exiſtentium in locis ubi ipſi pręſunt, poſſint ad illa accedere ad colloquendum cum ipſis Monialibus abſque licentia ejuſdem ſac. Cong. vel etiam ingredi eorum ſepta, in caſib⁹ tamen neceſſariis, ac à jure permiſſis, ad occurendum abſurdis, quæ oriri poſſunt ex facilitate hujuſmodi colloquiorum: ideo hoc omninò eis interdicimus ſub eiſdem pœnis de quibus ſupra. Volentes, quòd id tantùm permiſſum ſit Miniſtris Provincialib⁹, quoad monaſteria in eorum Provinciis reſpectivè exiſtentia; qui tamen minùs frequenter, quàm fieri poterit, utantur dicta facultate, & non niſi legitima, & urgenti cauſa: Onerantes in hoc eorum conſcientias.

Curent verò Provinciales, ut Decretum ſac. Cong. de quo ſupra, in omnibus locis noſtræ Familiæ aſſervetur, & in Refectione coram Fratribus legatur, cum hoc ipſum legi contigerit, ne ignorantiæ prætextu quiſpiam ſe excuſare poſſit, & iis pœnis, quas ſac. Cong. decrevit tranſgreſſores, ſe ſubjectos intelligant. Datum Mediolani die 20 Novemb. 1612.

Qualiter autem circa Monialium regimen, & Abbatiſſarum electionem ſe ſe gerere debeant Ordinis Prælati, in ſubſequentibus litteris ex integro deſcribitur.

## NICOLAVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

239. Digna reddimur attentione ſolliciti, ut admittendis earum votis benevolum impartiamur aſſenſum, quæ illecebris mundanis, ac mortalis viri thoro propulſis in illius, qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, beneplacitis ſub regulari obſervantia laudabiliter converſantur. Hinc eſt, quòd Nos cupientes, ut univerſa, & ſingula monaſteria, & loca Monialium, ſeu Sororum Ordinis S. Claræ, ſeù S. Damiani, vel Minoriſſarum, illarumque perſonæ, quæ ſub cura, & regimine FF. Ordin. Minorum de Obſervantia nuncupatorum degunt, atque illarum perſonæ, quæ in ipſis monaſteriis, & locis, quæ, ſicut accepimus, ſub regulari Obſervantia dicti Ordinis S. Claræ, Altiſſimo jugiter famulantur, eo ferventiùs, & devotiùs divinis obſequiis ſe coaptent, quo ſe per Nos, & Sedem Apoſtolicam ſpecialibus gratiis munitas fore conſpexerint: Dilecti filij Iacobi de Primadiciis profeſſoris, & Generalis Vicarij domorum Ordinis, & obſervantiæ eorumdem in Ciſmontanis partibus conſiſtentium, ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, præſenti, perpetua, irrefragabili conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quòd in ante perpetuis futuris temporibus, omnia, & ſingula monaſteria, domus, & loca Ord. S. Claræ prdicta, per Abbatiſſam, ſeu Matres Monialium, quarum videlicet ſingulorum monaſteriorum, domorum, & locorum prædictorum ſingularium Abbaſſarum, ſeu Matrum Monialium electiones, quæ ſi à majori parte earum numero dumtaxat factę fuerint, canonicæ cenſeantur; ad ipſorum monaſteriorum, domorum, ſive locorum Moniales, aut Sorores Ordinem ipſum profeſſas, & quæ per triennium, vel circa in prædictis monaſteriis moram traxerint, ſpectent, & pertineant: ac prædictarum Abbatiſſarum, ſeu Matrum Monialium dignitates, vel officia hujuſmodi Roder. fol. 115. bull.

modi per annum tantùm durent, temporeque illo decurſo, etiamſi juſtas renuntiationes non fecerint, vacent, atque vacare cenſeantur, regantur, & gubernentur, ac regi, & gubernari debeant. Necnon omnes, & ſingulæ nunc præſentes, & futuræ Abbatiſſæ, ſeu Matres Monialium, monaſteriorum, domorum, & locorum earum, præſentes videlicet in fine anni à datis præſentium, futuræ verò à die electionis earum computandi regimini, & adminiſtrationi monaſteriorum, domorum, & locorum ſuorum in Vicariorum Provincialium Provinciarum ejuſdem Ordinis FF. Min. de Obſervantia, in quibus monaſteria, & loca ipſa conſiſtunt, vel ſaltem Viſitatorum monaſterij, domorum, ſeù locorum prædictorum per eoſdem Vicarios in Congregatione Fratrum deputandorum, & ad id ab eiſdem Vicariis poteſtatem habentium manibus, ac in præſentia Sororum, ſeu Monialium monaſteriorum, ſeù locorum hujuſmodi ad id ſpecialiter vocatarum, ſub excommunicationis pœna, quam ſecus facientes incurrant ipſo facto, renuntiare, & cedere, litteras quoque, ſigillum, & claves monaſteriorum, & officinarum reſtituere teneantur, & ſint adſtrictæ.

240. Quòdque Moniales, & Sorores prædictæ, niſi de Vicarii, vel Viſitatoris huiuſmodi expreſſa licentia aliquam ad Religionem, vel profeſſionem admittere; & niſi à præfato Vicario, ſeù Viſitatore pro idoneo reputatus fuerit in earum Capellanum aliquem recipere, ſeù receptum retinere præſumant. Prætera omnibus, & ſingulis mulieribus, dictis Monialibus, ſeù Sororibus ſervientibus, aut pro eis eleemoſynas quærentibus præſentibus, & futuris, quòd quotieſcumque pro parte Abbatiſſarum huiuſmodi requiſitæ fuerint, earum monaſteria cum conſilio diſcretarum intrare: nonnumquam etiam in præcipuis feſtivitatibus pro ipſarum conſolatione (licentiâ tamen priùs per eas deſuper à Vicario Provinciæ obtentâ) cum ipſis Monialibus, vel Sororibus comedere: Quòdque Confeſſor Monialium, ſeù Sororum huiuſmodi, vel alius Fr. eiuſdem Ordinis ad hoc per Vicarium Provinciæ huiuſmodi pro tempore deputatus, in omnibus, & per omnia iuxta formam, & tenorem privilegiorum, ac conceſſionum eiſdem Monialibus, vel Sororibus, eis quoad ipſarum perſonas deſuper à Sede prædicta, ſeù aliàs quomodolibet conceſſorum, in omnibus, præterquam dictę Sedi caſibus reſervatis, quoties fuerit opportunum, ipſarum ſervientium confeſſionibus diligenter auditis, eis pro commiſſis exceſſibus, criminibus, & delictis debitam abſolutionem impendere, & injungere pœnitentiam ſalutarem, necnon ipſas ſervientes, ſi id humiliter petierint, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis (quibus pro tempore innodatæ fuerint) in forma Eccleſiæ conſueta injunctis, ſibi pro modo culpæ pœnitentia, & aliis, quæ tunc fuerint injungenda, abſolvere, eiſque Euchariſtiæ, ſeù Extremæ unctionis Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare liberè, & licitè valeant, Diœceſanorum locorum, ac Rectorum Parochialium Eccleſiarum, & cujuſcunque alterius licentiâ ſuper hoc nullatenus requiſitâ, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus fœl. rec. Clem. Papæ V. prædeceſſoris noſtri, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon monaſteriorum, & Ordinis S. Claræ prædictorum, juramento &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incar. Dominicæ 1447. Non. Martij Pontif. noſtri anno. 1.

241. Quantùm verò pro ſanctiori Monialium guberno in ſpiritualibus dirigendo ſemper tota contentione laboraverit Ordo Min. non minori diligentia cautum eſſe voluit, ut ab adminiſtrandis bonis illarum temporalibus conſervaretur alienus; ne paupertatis ſuæ apices, vel intrinſecè violare, vel coram aliis ſuſpectam reddere contigerit: Vnde cum in Luſitaniæ Regno PP. de Obſervantia per ſe ipſos Monialium ſuarum Procuratorias, ſeù Factorias, univerſamque pecuniarum, redditnum, & litium adminiſtrationem introducto abuſu peragerent; Cardinalis Matthæjus Ordin. Protector Obſervantes ipſos ab hujuſmodi temporali adminiſtratione ſub graviſſimis cenſuris, & pœnis voluit eſſe interdictos; cujus decretum à Clem. VIII. legimus magno rigore fuiſſe confirmatum: Diplomatis tenorem exhibeo.

CLEMENS PAPA VIII.

242. ROm. Pontificem decet ea, quę per Regularium Superiores ſalubriter ordinata ſunt libenter approbare &c. Cum igitur à Dilecto filio noſtro Card. Matthæjo nũcupato univerſi Ord. S. Franciſ. de Obſerv. Protectore, Correctore, & Gubernatore emanarint litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet; Hieronymus Tit. S. Pancratij S. R. E. Preſbyter Card. Matthæjus nũcupatus, totius Ord. FF. Min. S. Franciſci de Obſervantia Protector, Correctot, & Gubernator univerſis, & ſingulis has noſtras patentes litteras inſpecturis, lecturis pariter, & audituris notum facimus, qualiter ad noſtras aures nuper pervenit, nonnullorum monaſteriorum Monialium de Obſervantia Regnorum Portugalliæ Procuratorias, ſivè Factorias ſic commiſſas eſſe aliquibus ex Fratribus dictæ Obſervantiæ, ut ipſi univerſam curam, ſolicitudinem, & adminiſtrationem pecuniarum, bonorum, redditTuum, & litium eorumdem monaſteriorum per ſe ipſos gerant, non ſine perſonarum ſæcularium ſcandalo, ac ſuæ Regulæ, Religionis, & profeſſionis detrimento. Nos igitur, qui ex injuncti nobis officij ratione his omnibus, quæ contra obſervationem Regulæ B. P. Franciſci, ac Religionis, & profeſſionis eorumdem Fratrum obligationem eſſe noſcuntur, obviare tenemur, præſentium noſtrarum litterarum tenore decernimus, ſtatuimus, & ordinamus, ac in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis, privationiſque officiorum, & dignitatum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda incurrendis pœnis; Mandamus modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Ordinis de Obſervantia Miniſtris Provincialibus, Commiſſariis, Viſitatoribus Diffinitoribus, Guardianis, ſeù quibuſcumque aliis Prælatis, & Officialibus, ad quos id nunc ſpectat, aut pro tempore ſpectabit, ut omnes, & quoſcumque dicti Ord. de Obſervantia Fratres, qui in dictis monaſteriis Monialium prædictas Procuratorias, ſeù Factorias exercent, infra trium dierum ſpatium à præſentatione præſentium noſtrarum litterarum computandum, à dictis Procuratoriis, ſivè Factoriis omninò cum effectu removeant, & ad monaſteria Fratrum redire, & eorum Prælatis obedire faciant, & procurent; Factoriaſque, & Procuratorias prædictas perſonis ſæcularibus bonæ conſcientiæ, ſicut antea fiebat, à Monialibus committi curabunt. In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub die ultima Februarij Anno Iubilæi M. D C. Nos attendentes, litteras prædictas, & earum obſervantionem ad majorem Religionis perfectionem maxime conducere, authoritate Apoſtolica tenore præſentium eas perpetuò confirmamus, & approbamus; illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tàm juris quàm facti, alioſque, & ſubſtantiales defectus, ſi qui in illis intervenerint, ſupplemus, eaſque validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Regnorum Portugalliæ Prælatis, & Superioribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ſub pœnis in præinſertis litteris contentis inviolabiliter obſervari debere decernimus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ 24. Aprilis 1600. Pontif. noſtri anno 9.

Arch. Aracœl. Reg. 2. Vltram. foll. 44.

243. Conſequenter ad hæc cum Innoc. XI. in bulla *Solicitudo Paſtoralis &c.* die 20. Novembr. 1679. quæ ſequuntur, Ordinaſſet [ Demùm, ut omnis occaſio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, ſeù pecuniis auferatur, omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Prælatis, ſivè Superioribus in virtute S. obedientiæ, ac ſub pœna privationis ſuorum officiorum injungimus; ut nulli Religioſo ejuſdem Ordinis permittant adminiſtrationem fundorum; redditTuum, aut quarumcumque, aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium cujuſcumque Domini illa ſint, & & ſignanter, ut nulli Religioſorum Ordin. hujuſmodi permittatur adminiſtratio bonorum temporalium alicujus monaſterij ſub quovis prætextu, & nomine, nempe Adminiſtratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. ]

Stat. de an. 1679. f. 27.

244. Ioſeph Ximenes Generalis dato ſupplici libello rogavit, ut pro Apoſtolicæ diſpoſitionis executione, monaſteria illa à Religionis gubernio dimitte-

re

re liceret, in quibus ex titulo paupertatis Confeſſarij,aut alij Minoritæ Syndicos,ſeu Factores &c. agere cogerentur ſuper quo à ſac. Cong.atq; à Card. Protectore decreta, quæ ſequuntur excepit. [Sac. Cong. E.E.S.Rom. E.Cardinalium negotiis,& cõſultationib⁹ Epiſcoporum, & Regularium prępoſita ſupplicem hunc libellum benignè remiſit Em. Cybo dicti Ordinis apud S. Sedem Protectori, ut veris exiſtentibus narratis pro ſuo arbitrio, & prudentia Oratori impertiatur facultatem dimittendi à ſuo gubernio illos dumtaxat Conventus Monialium, in quibus obſervari non poſſit conſtitutio SS. D. N. Innoc. XI. incipien. *Paſtoralis officij &c.* ſub die 20. Novemb. 1679. in qua Religioſis ejuſdem Ord. S. Franciſci de Obſervantia interdicitur adminiſtratio bonorum temporalium ipſorum Monaſteriorum,ſub quovis prætexru,aut nomine Adminiſtratoris,Syndici &c. ut in prædicta conſtitutione continetur. Romę hac die 27. Martij 1681.

*Alderanus Epiſcopus Tuſculanus S.R.E.Cardinalis Cybo Seraphici Ord.S.Franciſci apud S. Sedem Protector.*

Ibid. 245. ATtenta remiſſione, & vigore retroſcripti Decreti Nobis facta, viſis, & examinatis Oratoris precibus, decernimus, & declaramus,quòd eveniente caſu quo aliquod monaſterium Monialium opera Religioſorum pro adminiſtratione redituum, aut quorumcumque bonorum ita indigeat, ut nullatenus ea privari velit; P. Generalis exequirere debeat ab ipſis Monialibus (eiſdem competentem terminum duorum ſaltem Menſium præfigendo) an velint cum effectu dictæ Conſtitutioni Apoſtolicæ parere,ac de perſona ſæculari, vel Eccleſiaſtica pro dicta adminiſtratione providere, quo termino elapſo, & adminiſtratore non electo,& deputato, liceat eidem Miniſtro Generali gubernium, & regimen talis Monaſterij dimittere, illudque juriſdictioni, & gubernio Ordinarij loci ſubjicere: ſicque, & non aliter eidem Generali omnem deſuper opportunam, ac neceſſariam facultatem tenore præſentium concedimus,& impartimur; non obſtantibus &c. Rom. 29. Aprilis 1681. Alderanus Cardinalis Cybo Protector.

## CAPUT VIII.

### *De Monialibus Conceptioniſtis.*

246. IMmaculata Deipara, quæ ſingulari privilegio Immaculatæ ſuæ Conceptionis defenſionem Seraphico Minorum Ordini committere dignata eſt, ad ampliorem ejuſdem honorem ſacrum itidem Equitum (de qnibus inferius agemus) inſtitutum,novamqne Sanctimonialium Congregationem ſub eodem Immaculatæ Conceptionis titulo voluit inſtitui, ſed modo planè divino, bonum ſcilicèt rducendo de malo, ut ſequitur.

247. Beatrix à Sylva Regio Luſitanię ſanguine progenita B. Amadęi Amadæitarũ Fundatoris uterina Soror cum Elizabeth conſobrina ſua Ioanni ſecundo Caſtellæ Regi nuptâ venit in Caſtellam. Cum verò ibi ex illius eximiæ pulchritudinis, & gratiæ cauſa, necnon ex gravi primarios inter Aulę Principes Zelotypia quotidianæ rixæ ſuſcitarentur, & homicidia; indignata Regina,quòd Beatricem ex propria vanitate hujuſmodi contentionibus anſam dare crederet,aut fomentum, abreptam aliquando ex improviſo in anguſtiſſimo ex tabulis cubiculo, & triduo ſine ulla refectione maceratam incluſit, velut in carcere, atque pœnitentia. Beatrix diù in ergaſtnlo ſuſpirans, Dei adſpirante gratia ad Cœli Reginam ex animo converſa, caſtitatem ſuam,ſi indè incolumis evaderet, eidem ex voto promiſit. Uvad. t. 8. ann. 1501. n. 8.

248. Adfuit nocte ſequenti Conſolatrix afflictorum cæruleo pallio ſuper veſtem candidam induta, oppignoratamque libertatis fidem triduo evoluto exſoluit. Indignatæ Reginæ potentiam,aulæque pericula declinatura puella,è Tordeſillarum oppido, in quo hæc contigerunt, Toletanum aufugit;ſed inſperatò Ibid. duo occurunt Franciſcani, qui Luſitano ſermone eamdem in propoſito roborarunt, futuramque multarum Virginum Matrem predicaverunt,& paulò poſt ex oculis evanuerunt. Ex his unum ex ſermone, & ſignis poſteà D. Antonium Luſitanum fuiſſe judicavit.

249. Regium Divi Dominici Parthenonem Toleti ingreſſa, per annos per-

ſtitit quadraginta eâ modeſtiâ, & verecundiæ vallo, ut obductum vultui velum nuſquam domi ſubtraxerit; neque ſe ulli mortalium conſpiciendam præbuerit, præterquam Elizabethæ Reginæ Ferdinandi Regis uxori, prioris Elizabethæ filiæ, quæ gratiam hanc à Virgine impetravit. Hîc ſecundò apparens Deipara fundandi in ſuæ Conceptionis honorem ſacrarum Virginum Inſtituti cogitatum infudit. Re cum Elizabetha Regina collata, pro inſtituendo Collegio Regias accepit domos, *palatia Galliana* nuncupatas, in quorum penetralibus Eccleſiuncula, ſive ſacellum erat S. Fidis Virginis, & Martyris, Agennis Aquitaniæ celebris. In eas pedem intulit Beatrix anno 1484. duodecim pij propoſiti comitibus aſſumptis, quę in idipſum conſpirantes, poſt aliquot annos Reginæ preces apud Pontificem Innocentium VIII. interpoſuerunt, ut liceret eis in honorem Conceptionis Virgineę Ordinem Sanctimonialium inſtituere ſub Regula Ciſterſienſi cum peculiari habitu, & licentia officij divini Conceptionis Immaculatæ Virginis privilegium exprimentis, per ſingulos dies recitandi. Omnia hæc Innocentius iſtis litteris conceſſit.

INNOCENTIUS EPISCOPUS
Servus ſervorum Dei.

*Venerabilibus Fratribus Caurienſi, & Cathanienſi Epiſcopis, ac dilecto filio Officiali Toletano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Ibid. n. 9. 250. INter innumera divinę Majeſtati accepta opera, fundare cœnobia, & religioſa loca, in quibus prudentes Virgines acceptis lampadibus ſe præpararent obviam ire Sponſo Ieſu Chriſto, ac gratum, & ſedulum illi exhibeant famulatum, non modicum reputantes, piis devotarum perſonarum deſideriis, per quæ cœnobia, & loca ipſa fundari, & erigi valeant, libenter annuimus, & earum humiles preces favorabiliter exaudimus. Sanè pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Beatricis de Sylva mulieris Toletanæ Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quòd olim chariſſima in Chriſto filia noſtra Elizabeth Caſtellæ, & Legionis Regina illuſtris, ob ſingularem, quem ad Conceptionem B. Mariæ Virginis gerit devotionis affectum, unam maximā domū *Palacios de Galliana* nuncupatam, in Civitate Toletana conſiſtentem, ad ipſam Reginam legitimè pertinentem, in qua una antiqua Eccleſia, ſive capella ſub invocatione Sanctæ Fidis eſt conſtituta, præfatæ Beatrici cupienti vitam ducere regularem, ad effectum, ut inibi unum monaſterium alicujus Ordinis approbati, ad honorem ejuſdem Conceptionis erigeretur, in quo dicta Beatrix, & aliæ devotę mulieres ejus ſodales ſub regulari Obſervantia viverent, ac Altiſſimo, & eidem B. Mariæ famularentur, liberaliter, & gratioſè cōnceſſit, donavit, ipſæque Beatrix, & mulieres conceſſionis, & donationis hujuſmodi vigore dictam domum receperunt, & illam ex tunc in communi viventes, & eidem Altiſſimo, ac B. Mariæ famulantes inhabitarunt, prout habitant de præſenti, ea tamen intentione, quòd dictum monaſterium inibi erigeretur. Quare pro parte ejuſdem Beatricis aſſerentis, ſe de nobili genere procreatam fore, ac ipſam, & mulieres prædictas Ordinem Ciſterſienſem, ad quem ſingularem gerunt devotionis affectum, velle profiteri, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in dicta domo monaſterium Monialium dicti Ordinis ſub invocatione Conceptionis hujuſmodi cum dignitate Abbatiſſali, campanili, campana, dormitorio, refectorio, clauſtro, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis, in quo in communi, & ſub regulari Obſervantia, ac perpetua clauſura vivant, erigere, illique dictam Eccleſiam, ſive capellam pro Eccleſia, ſivè capella aſſignare, aliaſque in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, religionis propagationem, & animarum ſalutem, noſtris potiſſimè temporibus ſupremis deſideramus affectibus, pium, & laudabile propoſitum Reginæ, & Beatricis prædictarum plurimùm in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, necnon cōſideratione ejuſdem Reginæ Nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum in dicta domo unum monaſterium ejuſdem Ordinis Ciſter

Ciſterſienſis ſub invocatione Conceptionis hujuſmodi cum dignitate Abbatiſſali, campanili, campana, dormitorio, refectorio, clauſtro, hortis, hortalatiis, & aliis neceſſariis officinis pro una Abbatiſſa, quæ aliis præſit Monialibus dicti Ordinis, ac Beatrici, & mulieribus inibi nunc ſecum degentibus, ſi profiteri voluerint, quæ in communi, ac ſub regulari Obſervantia, & perpetua clauſura vivant, & quæ, ac monaſterium hujuſmodi, prout S. Dominici Toletani dicti Ordinis *el Viejo* nuncupatum, ac nonnulla alia ejuſdem Ordinis monaſteria locorum Ordinariis ſunt ſubjecta Archiepiſcopo Toletano pro tempore exiſtenti ſubjiciantur, aliàs ſine alicujus præjudicio, & jure parochialis Eccleſiæ, ac cujuſlibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, authoritate noſtra erigatis, dictamque Eccleſiam, ſive Capellam illi pro Eccleſia perpetuò aſſignetis: ac Abbatiſſæ dicti monaſterij pro tempore exiſtenti, & illius conventui, quòd aliqua ſtatuta, & ordinationes laudabilia, & honeſta, ſacris canonibus non contraria, quæ Moniales in dicto monaſterio pro tempore degentes perpetuò obſervare teneantur, etiam circa electionem Abbatiſſæ, tàm hac prima vice, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus faciendi condere poſſint, licentiam concedatis: & quòd Abbatiſſa pro tempore exiſtens, & Moniales præfatæ veſtem albam cum ſcapulari etiam albo, & deſuper mantellum coloris cœleſtis, in quibus quidem mantello, & ſcapulari imago ejuſdem Beatæ Mariæ affigatur, deferre, ac cingulo canapis inſtar Fratrum Minorum cingi debeant: ac in horis canonicis juxta morem Romanæ Eccleſiæ dicendis, hunc modum, videlicet quod Dominicis, in quibus aliqua hiſtoria inchoata, ſive officium Dominicæ de neceſſitate dici debet, & quibus feſta duplicia, & ſemiduplicia, & ſolemnia celebrantur, diebus etiam ferialibus, quibus officium feriale omitti non poteſt, ac octavis ipſarum feſtivitatum dumtaxat exceptis, omnibus aliis diebus per totum annum horas canonicas majores, & officium divinum de hujuſmodi Conceptione dicere, & ut præfatis exceptis diebus, in quibus horæ majores de Dominica, vel feria, aut feſto dici debent, horas minores, & officium parvum ejuſdem Beatæ Mariæ cum antiphonis, verſiculis, capitulis, & orationibus de eadem Conceptione dicere debeant, ac ſingulis ſextis feriis, & per Adventum Domini, ac aliis diebus, quibus alij Chriſti fideles ad jejunandum ſunt adſtricti, jejuniare teneantur, & ad alia jejunia non obligentur. Ac cum, ſicut aſſeritur, dicta Civitas à majori per ſeptem dietas, & ultra diſtet, ac piſcium penuria in ea continuè vigeat, carnibus omni tempore, præterquam diebus jejuniorum hujuſmodi, ac Sabbati, & quartis feriis veſci, ac Abbatiſſa pro tempore exiſtens de conſilio Monialium ſibi pro tempore in conſiliis aſſiſtentium, ſecum, & cum aliis Monialibus dicti monaſterij ſuper ieiuniis, ad quæ ex ſtatuto, & ordinatione præſentibus, non autem ex juris diſpoſitione obligantur, & lineis indumentis, cum viderit expedire, diſpenſare: Ac quoſcumque Preſbyteros ſæculares, vel de licentia ſuorum Superiorum cuiuſvis Ordinis regulares in earum Confeſſores, ad celebrandum eis miſſas, & alia divina officia, ac Eccleſiaſtica Sacramenta eis Miniſtrandum, qui Abbatiſſæ, & cuiuſlibet Monialium in eodem monaſterio pro tempore exiſtentium confeſſionibus diligenter auditis à ſingulis Sedi Apoſtolicæ reſervatis caſibus, ſemel dumtaxat in vita, in aliis quoties opportunum fuerit, pro commiſſis de abſolutionis debito beneficio providere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere; necnon ſemel in vita, & in mortis articulo plenariam omnium ſuorum peccatorum, de quibus corde contritæ, & ore confeſſæ fuerint, remiſſionem, cuilibet earum in ſinceritate fidei, unitate ſanctę Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus concedere valeant, eligere poſſint. Quòdque nullus abſque Abbatiſſæ pro tempore exiſtentis expreſſa licentia clauſtra dicti monaſterij ingredi poſſit, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam eo ipſo contrafaciens incurrat, eadem authoritate ſtatuatis, & ordinetis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque

que contrariis quibuſcumque. Nos enim ſi erectionem hujuſmodi per vos vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, Abbatiſſæ, & Monialibus præfatis de cætero perpetuis futuris temporibus, ut Quadrageſimæ, & aliis diebus, quibus ſtationes in Eccleſiis Vrbis, & extra eam celebrantur, aliqua altaria in Eccleſia dicti monaſterij viſitando, & ante illa genibus flexis ter Orationem dominicam, & toties Salutationem Angelicam devotè dicendo, eaſdem indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, ſi Eccleſias prædictas viſitarent, ac omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis, & exemptionibus aliis dicti Ordinis per Sedem prædictam in genere conceſſis uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & debeant authoritate Apoſtolica tenore earumdem præſentium de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Datis Romæ apud S. Petrum, anno Domini 1489. pridie Kal. Maij Pontificatûs noſtri anno quinto.

Ibid. n. 11. 251. Diploma hoc, dum in Hiſpaniam tranſmitteretur, ſæviente mari fuit demerſum, quod ubi Dei Ancilla intellexit, & dolorem ſuum in oratione Beatę Virgini Mariæ repræſentavit, illud intrà ſcrinium aliis chartis admixtum invenit. Re mira patefacta, & diligenter diſcuſſa, ſolemni instituta ſupplicatione Capitularium Sedis Toletanæ, Accitanus ſivè Guadicenſis Epiſcopus, ex Archiepiſcopi Ximenij arbitrio litteras patenter in domum Beatricis invexit, ubi ſolemni Sacro peracto, & de more gratiarum actione celebrata, pro concione Epiſcopus miraculi ſeriem enarravit, Conceptionis myſterium explicavit, dixitque, poſt quindenam ſtatuto die omnes illas Beatricis diſcipulas ſimul cum Magiſtra huic Ordini exordium daturas. At non potuit illa diem hunc à ſe deſideratiſſimum videre: præmonita enim propinquæ mortis, magnique ſui Ordinis poſt varias procellas incrementi, in ejus diei pervigilio, quo ſolemni ritu cum cæteris novæ vitæ inſtitutum profeſſura erat, ſuſcepto priùs habitu, votiſquè emiſſis, adſtantibus Patribus, & Sororibus illius monaſterij, in quo tot annis convixerat, in æternam fœlicitatem evolavit, ætatis anno 67. Chriſti 1490. Kal. ſeptemb.

Ibid. 252. Exanimis, ſeù jam morituræ fronti ſtella aurea inſoliti fulgoris inſedit; ipſoque die ſui tranſitus apparuit in cœnobio Gualdalfagiaræ Fratri Ioanni de Toloſa tertiùm aliàs Miniſtro Provinciæ Caſtellæ, eique ſuas filias, futurumque Ordinem commendavit.

253. Interim magnâ motâ controverſiâ circa funus, & corpus, quod ſibi deberi contendebant Patres Dominicani propter longiſſimum apud ipſos incolatum; reſiſtentibus ſociis, & filiabus, advocatis in adjutorium Franciſcanis fuit poſt longam litem adjudicatum, ut eodem coleretur loco, quem ad colendam Beatam Virginem ipſa delegerat. Vbi verò Patres Prædicatores Magiſtram obtinere non poterant, ſaltem diſcipulas repetebant, allegantes, aliquandiù ſuis monitis paruiſſe, & ex ſuo prodiiſſe monaſterio. At protegente prædicto Patre Toloſano in ſuis remanſerunt ædibus, paucìſque diebus elapſis profeſſionem emiſerunt, ac domum præfectâ ſibi Philippâ, Beatricis nepte, deinceps dixerunt *monaſterium Conceptionis*. Ibid. n. 12.

254. Videns autem Ximenius Archiepiſcopus ſucceſſentis Ordinis altiùs figi radices, ſecumque cogitans fœliciùs progreſſurum, ſi Fratrum Minorum committeretur regimini, quorum perpetuo ſtudio, & infractâ conſtantiâ Sanctæ Conceptionis miſterium ubique potenter invaluit, egit cum Regina Elizabetha, ut ſubtracta Diæceſano cura transferretur ad Franciſcanos, Regulâ inſuper præſcriptâ Clariſſarum. Hoc ab Alexandro VI. impetrato, Philippa præfecta cum aliquibus Sororibus renuerunt inſtitutum profiteri S. Claræ, & ad monaſterium tranſierunt Sanctæ Elizabethæ tradito Beatricis corpore Sororibus cœnobij Matris Dei Ordinis Prædicatorum. Reliquis, quæ remanſerant, adjunxit Alexander ſanctimoniales Benedictinas monaſterij S. Petri *de las dueñas* Conceptioniſtarum domui contigui, annuente etiam Abbatiſſa Benedictina, quę cum pauculis, quas habebat, Sororibus Regulam S. Claræ, & inſtitutum ſuſceperũt Cõceptionis. Reſtauratis ædibus S. Petri, ad eas tranſierunt omnes, ibique uſque ad annum 1501. habitarunt, donec demum authoritate, qua tunc pollebat Apoſtolici Reformatoris, Ximenius eas tranſtulit ad Cœnobium S. Franciſci, ut ſtatim dicemus. Ibid. n. 13.

255. Etenim

Ibid. 255. Etenim cùm Patres Conventuales hujus Cœnobij hactenus incolæ ad alios Conventus abire juſſi, hunc Obſervantibus ceſſerint, atque iſti altum inſignem S. Ioannis à Regibus Catholicis Ferdinando, & Elizabetha conſtructum in eadem Vrbe haberent, decretum eſt in Comitiis Provincialibus hoc anno apud Civitatem Regiam celebratis, antiquum domicilium S. Franciſci prædictis Sororibus relinquere; id maximè cupientibus Regina Elizabetha; & Franciſco Ximenio illius Vrbis Archiepiſcopo. Tranſlationem hanc poſt aliquot annos Iulius II. ſuo diplomate probavit; & Sorores titulum S. Franciſci in *Conceptionis* tranſtulerunt: domus verò, quam ſanctimoniales eo uſque poſſidebant, converſa eſt in egregium, & capaciſſimum Xenodochium; quod Petri Gonzalvi à Mendoza, olim Toletani Archiepiſcopi appellatur. Primum, & præcipuum hujus instituti monaſterium hoc eſt, ſeptuaginta fermè Sororum capaciſſimum, ab eoque prodierunt pleræque Sorores, multorum ejuſdem Ordinis monaſteriorum fundatrices. Illic jacet ipſa religioſiſſimi inſtituti ſupradicta Fundatrix.

256. Anno 1506. confirmavit Iulius Pontifex omnia, quæ ſui Prædeceſſores præſertim Innocentius VIII. & Alexander VI. ſtatuerunt circa Religionem Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, & tranſlationem ſanctimonialium, quam fecit Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus à monaſterio S. Petri Dominarum ad cœnobium S. Franciſci. Bullam, quæ mutationes, & progreſſus omnes hujus Religionis enarrat, exhibeo.

## IVLIVS PAPA II.

*Ad futuram rei memoriam.*

Vvad. t. 8. ann. 1506. n. 56. PAſtoralis officij debitum, quo Eccleſiis, & monaſteriis, piiſque locis quibuſlibet, ac in eis ſub Religionis jugo Domino famulantibus perſonis utriuſque ſexus aſtringimur, Nos admonet, & inducit, ut ea, quæ pro eorum fœliciori ſucceſſu, ac ejuſdem religionis incremento, & conſervatione, etiam Apoſtolica authoritate facta dicuntur, eum à nobis petitur, noſtræ approbationis munimine roboremus; ut eò firmiùs perſiſtant, quò Sedis Apoſtolicæ protectione ſæpiùs fuerint communita. Dudum ſi quidem poſtquam fœlicis recordationis Innocentio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro pro parte quondam Beatricis de Sylva mulieris Toletanæ expoſitum fuerat, quòd olim claræ memoriæ Elizabeth Caſtellæ, & Legionis Regina, ob ſingularem, quem ad Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis gerebat devotionis affectum, unam domum *Palacios de Galliena* nuncupatam, in Civitate Toletana conſiſtentem, & ad prædictam Reginam legitimè pertinentem, in qua una antiqua Eccleſia, ſivè Capella ſub invocatione *S. Fidis* erat conſtituta, præfatæ Beatrici cupienti vitam ducere regularem, ad effectum, ut inibi unum monaſterium alicujus Ordinis approbati ad honorem ejuſdem Conceptionis erigeretur, in quo dicta Beatrix, & aliæ devotè mulieres ejus ſodales ſub regulari obſervantia viverent, ac Altiſſimo, & eidem B. Mariæ famularentur, liberaliter, & gratioſè conceſſerat, & donaverat: ipſaque Beatrix, & mulieres conceſſionis, & donationis hujuſmodi vigore dictam domum receperant, & illam ex tunc in communi viventes, eidem Altiſſimo, ac B. Mariæ famulantes inhabitaverant, prout tunc inhabitabant, ea tamen intentione, quòd dictum monaſterium inibi erigeretur, & dictus prædeceſſor ejuſdem Beatricis ſupplicationibus in ea parte tunc inclinatus, Caurien. & Cathanien. Epiſcopis, ac Officiali Toletano, eorum propriis nominibus non expreſſis, ſuis litteris dederat in mandatis, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum in dicta domo unum monaſteriũ Ciſterſienſis Ordinis ſub invocatione Conceptionis hujuſmodi cum dignitate Abbatiſſali, campanili, campana, dormitorio, clauſtro, hortis, hortalitiis, & aliis neceſſariis officinis pro una Abbatiſſa, quæ aliis præeſſet, ac monialibus dicti Ordinis, & Beatrici, & mulieribus inibi tunc ſecum degentibus, ſi profiteri vellent, & in communi, ac ſub regulari obſervantia, ac perpetua clauſura viverent, & quæ, ac monaſterium hujuſmodi prout S. Dominici Toletani dicti Ordinis, *el Viejo* nuncupatum, ac nonnulla alia ejuſdem Ordinis monaſteria locorum Ordinariis erant ſubjecta, Archiepiſcopo Toletano pro tempore exiſtenti,

ſubjicerentur, aliàs ſinè alicujus præjudicio, & jure parochialis Eccleſiæ, ac cujuſlibet alterius, in omnibus ſemper ſalvo, authoritate Apoſtolica erigerent, dictamque Eccleſiam, ſivè Capellam illi pro Eccleſia perpetuò aſſignarent, ac Abbatiſſæ dicti monaſterij pro tempore exiſtenti, & illius Conventui, quòd aliqua ſtatuta, & ordinationes laudabilia, & honeſta, ſacris canonibus non contraria, quæ moniales in dicto monaſterio pro tempore degentes perpetuò obſervare tenerentur, etiam circa electionem Abbatiſſæ, tàm ea prima vice, quàm deinceps perpetuis futuris temporibus faciendam condere poſſent, licentiam concederent, & nonnulla tunc expreſſa ſtatuerent, & ordinarent: Piæ mem. Alexandro Papæ VI. etiam prædeceſſori noſtro pro parte præfatæ Elizabethæ Reginæ expoſito, quòd ipſa ob ſingularem devotionis affectum, quem ad Moniales Ordinis S. Claræ ob earum bonos, & exemplares mores gerebat, ſummoperè deſiderabat, prout etiam tunc Abbatiſſa, & dilectæ in Chriſto filiæ Conventus dicti monaſterij exoptabant, quòd in dicto monaſterio dictus Ordo Ciſterſienſis ibi inſtitutus, ſupprimeretur, & extingueretur, ac dictus Ordo S. Claræ inſtitueretur, & plantaretur: dictus Alexander Prædeceſſor Elizabeth Reginæ, ac Abbatiſſæ, & conventus prædictarum, in ea parte ſupplicationibus tunc inclinatus, etiam tunc Caurien. & Cathanien. Epiſcopis, ac Officiali Toletano, eorum propriis nominibus non expreſſis, ſuis litteris etiam dedit in mandatis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum in dicto monaſterio Conceptionis B. Mariæ Ordinem Ciſterſien. hujuſmodi, de conſenſu tamen Abbatiſſæ, & Conventus prædictarum, authoritate Apoſtolica penitus ſupprimerent, & extinguerent, dictumque Ordinem S. Claræ inibi inſtituerent, & plantarent, ac præfatæ Abbatiſſæ, necnon Monialibus in dicto monaſterio Conceptionis B. Mariæ Virginis degentibus de Ciſterſien. Ordine ad Ordinem S. Claræ hujuſmodi tranſeundi, & in eo perpetuò remanendi, retento tamen habitu eis in erectione dicti Monaſterij per Sedem Apoſtolicam tunc aſſignato, & etiam ſervato more in horis canonicis dicendis, quem eatenus etiam ex ordinatione ejuſdem Sedis in dicta erectione facta, obſervare conſueverant, & firmis remanentibus omnibus gratiis, privilegiis, & indulgentiis, indultis, & diſpenſationibus eis Apoſtolica authoritate conceſſis, Superioris ſui, & cujuſvis alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ, licentiam dicta authoritate concederent: Et ſucceſſivè eidem Alexandro Prædeceſſori pro parte præfatæ Elizabethæ Reginæ ſimiliter expoſito, quòd fructus, redditus, & proventus dicti monaſterij Cõceptionis Beatæ Mariæ adeo tenues, & exiles fore noſcebantur, ut Abbatiſſa, & Moniales illius pro tempore exiſtentes ſe ex illis ſuſtentare, & onera eis incumbentia perferre commodè non poſſent; & ſi monaſterium Monialium Sancti Petri *De las duennas* nuncupatum, etiam Toletan. Ordinis S. Benedicti, quod dicto monaſterio Conceptionis quaſi contiguum exiſtebat, illiuſque Ordo penitùs ſupprimerentur, & extinguerentur, ac ſtructuræ, & ædificia, bonaque omnia dicti monaſterij S. Petri eidem monaſterio Conceptionis perpetuò applicarentur, approprarentur, & aſſignarentur, ex hoc profectò commoditatibus Abbatiſſæ, & Monialium prædictarum plurimùm conſuleretur, idem prædeceſſor dictæ Reginæ ſupplicationibus etiam tunc inclinatus, Capellano Majori, & Archidiacono de Alcaraz Eccleſiæ Toletanæ, ac Officiali Toletano, eorum propriis nominibus ſimiliter non expreſſis, aliis ſuis litteris dedit in mandatis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum monaſterium S. Petri, & Ordinem S. Benedicti hujuſmodi de expreſſo conſenſu tunc Abbatiſſæ, ejuſdem Monaſterij S. Petri, authoritate Apoſtolica penitus ſupprimerent & extinguerent, ac ſtructuras, & ædificia ipſius monaſterij S. Petri, omniaque illius bona hujuſmodi cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis dicto monaſterio Conceptionis perpetuò aſſignarent, appropriarent, & applicarent; ita quòd cedente, vel decedente tunc dicti monaſterij Sancti Petri Abbatiſſa, ſeu regimen, & adminiſtrationem illius aliàs quomodolibet dimittente, liceret Abbatiſſæ, & conventui Monaſterij Conceptionis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem ſtructuram ædificiorum, & bonorum prædictorum poſſeſſionem propria authoritate liberè appre

apprehendere, & perpetuò retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus in ſuos, & dicti monaſterij Conceptionis uſus, & utilitatem convertere, diœceſanorum loci, & cujuſvis alterius licentiâ ſuper hoc minimè requiſitâ. Poſtmodum verò, ſicut exhibita Nobis nuper prò parte dilectarum in Chriſto filiarum modernæ Abbatiſſæ, & Conventus dicti monaſterij Conceptionis petitio continebat, etiam poſtquam tunc Capellanus Major, & Archidiaconus præfati ad earum litterarum poſteriorum executionem, illarum formâ ſervatâ, in dicto monaſterio S. Petri dignitatem Abbatialem, ac Ordinem S. Benedicti hujuſmodi ſuppreſſerant, & extinxerant, illiuſque ſtructuras, ædificia, & bona dicto monaſterio Conceptionis applicaverant, & appropriaverant; Venerabilis Frater noſter Franciſcus Archiepiſcopus Toletanus providè conſiderans, quòd dictum monaſterium B. Mariæ in loco minus decenti pro quieta, & convenienti habitatione illius Abbatiſſæ, & monialium exiſtebat, habens ad hoc, ut aſſerebat, à Sede Apoſtolica per illius litteras ſpecialem facultatem, authoritatem, quamdam domum S. Franciſci etiam Toletan. Ordinis Fratrum Minorum, tranſlatis illius Fratribus ad alias domos ejuſdem Ordinis Minorum, eiſdem Abbatiſſæ, & monialibus monaſterij Conceptionis hujuſmodi cum illius Eccleſia, & omnibus officinis conceſſit, & donavit, ac in dicta domo S. Franciſci dictum Ordinem Fratrum Minorum ſuppreſſit, & extinxit, dictiſque Abbatiſſę, & monialibus, ut de dicto monaſterio Conceptionis ad dictam domum S. Franciſci ſe transferre valerent, licentiam, & faculatem conceſſit, prout in ſingulis litteris prædictis prædeceſſorum præfatorum continetur, ac dicti Archiepiſcopi deſuper confectis litteris, & proceſſibus, ſeu inſtrumentis publicis ſuper ſuppreſſione, extructione, applicatione, & appropriatione prædictis habitis, & factis, pleniùs contineri dicitur; quare pro parte Abbatiſſæ, & conventus prædictorum aſſerentium ipſas Abbatiſſam & moniales vigore facultatis, & litterarum prædictarum, per dictum Franciſcum Archiepiſcopum eis conceſſarum, ad dictam domum S. Franciſci ſe tranſtuliſſe, & ex tunc ibidem permanſiſſe, & de præſenti permanere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſioni, donationi ſuppreſſioni, extinctioni, applicationi, appropriationi, & conceſſioni prædictis pro illarum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac pro potiori cautela, quòd in habitu eis in erectione dicti monaſterij Conceptionis aſſignato, & etiam more ſervato in horis canonicis dicendis, quę hactenùs ex ordinatione Sedis prædictę in erectione prædicta obſervare conſueverunt, remanere poſſint, concedere, aliàſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingularem ſub religionis jugo Domino famulantium perſonarum honeſtis votis libenter facilem prebemus aſſenſum, modernam Abbatiſſam, & conventum præfatos, ac conventus hujuſmodi ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, erectionem, inſtitutionem, ſuppreſſionem, extinctionem, aggregationem, applicationem, appropriationem, & conceſſionem prædictas, ac prout illas concernunt omnia, & ſingula in dictis litteris, ſeù proceſſibus, & inſtrumentis contenta authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem; & nihilominus pro potiori cautela in dicta domo S. Franciſci præfatum Ordinem Fratrum Minorum eiſdem authoritate, & tenore ſupprimimus, & extinguimus, & inibi dictum Ordinem S. Claræ, retento tamen habitu, & more in horis dicendis hujuſmodi ſemper impoſterum obſervato erigimus, & inſtituimus, ac quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus Abbatiſſa, & moniales præfatæ in eadem domo S. Franciſci ſub cura, regimine, & gubernatione Prælatorum ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum permanere debeant, & teneantur, dictaque domus S. Franciſci ex tunc de cætero mona

monaſterium Conceptionis B. Mariæ nuncupetur, & ſit, eadem authoritate ſtatuimus,& ordinamus, & inſuper eidē monaſterio Conceptionis, S.Franc. S.Petri,& Conceptionis,olim S.Fidis nuncupatorum monaſteriorū prædictorū ſtructuras, & ædificia, ac bona cum omnibus juribus,& pertinentiis ſuis perpetuò applicamus, & appropriamus; ita quòd liceat eiſdem Abbatiſſæ, & Monialibus per ſe,vel alium,ſeu alios corporalem poſſeſſionem S.Petri,& Cōceptionis,olim S. Fidis nuncupati monaſteriorum,bonorū juriumque,& pertinentiarum prædictorum aliàs juxta tenorem litterarum Alexandri prædeceſſoris hujuſmodi propria authoritate liberè continuare, ſeu de novo apprehendere, & perpetuò retinere, ac illorum fructus, redditus, & proventus in ſuos, & monaſterij Conceptionis hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, & cujuſvis alterius licentiā ſuper hoc minimè requiſitā;Non obſtātibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò &c. ſi quis autem, &c.Datum Romæ apud S. Petrum 1505. 11. Kal. Martij Pontificatus noſtri anno tertio.

257. Demum, ut Seraphico Ordini per omnia conformarentur,nec ſub aliena Regula quaſi extra ſuam ſphæram collocatæ viderentur,Regulam novam ad modum Clariſſarum pro hujuſmodi Sanctimonialibus contextam,in ipſo Iulij II. diplomate inſertam, quod in monaſterio Conceptionis Toletano originale, & autenticum in Matritenſ. aſſervatur, juvat hîc ex libro *Monumentum Ordinum Minorum*,aponere.

## IVLIVS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Monum. Ord. Min. fol.21.

AD ſtatum proſperum, & fœlicem Eccleſiarum, & monaſteriorū omnium,ac perſonarum prǽſertim fœminei ſexus in illis ſub ſuavi Religionis jugo, & perpetua clauſura Altiſſimo famulantium ſalubriter dirigendum, prout ex Apoſtolicæ ſervitutis officio Nobis incumbit, ſolicitè intendentes, præſertim illa, quæ per Nos, & prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices conceſſa, & nonnulla, quæ propterea laudabiliter facta, & ordinata fore noſcuntur; ut firma perpetuò, & inconcuſſa perſiſtant, libenter, cum à Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, ac alia de novo concedimus,prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectarum in Chriſto filiarum, modernæ Abbatiſſæ, & Conventus, & monaſterij Monialium ſub invocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Toletanæ, Ordinis S. Claræ Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licèt olim in eodem monaſterio ab illius prima inſtitutione certus modus vivendi ſub Regula, & inſtitutionibus Ciſterſienſis Ordinis, ac nomine Conceptionis Beatæ Mariæ inſtitutus, & datus, ac per Abbatiſſam,& Conventum præfatus obſervatus, & per fœlicis recordationis Innocentium Papam VIII. prædeceſſorem noſtrum approbatus fuerit, tamen piæ mem. Alexander Papa VI.etiam prędeceſſor noſter illum, ex certis tunc expræſſis cauſis, Ordinem Ciſterſienſem caſſavit, & annullavit,in eodemque monaſterio Ordinem præfatæ S. Claræ per quaſdam ſuas erigi, & inſtitui mandavit. Quæ omnia per alias noſtras litteras confirmata, & approbata fuerunt, prout in ſingulis litteris prædictis deſuper confectis pleniùs continetur.Cum autem,ſicut eadem petitio ſubjungebat, Abbatiſſa, & Conventus præfatæ, pro conſcientiarum earum puritate, & animorum quiete cupiant, & ad præſens deſiderent à Ciſterſienſis, & S. Claræ regulis prædictis, & modo vivendi penitus abſolvi, ac formam, & modum in communi vivendi juxta continentiam, formam, & tenorem in duodecim Capitulis, ſive articulis ſacris Canonibus non contrariis,(& qnoniam litterarum Apoſtolicarum, quæ per Cameram Apoſtolicam expediuntur, expeditionem diligenter inſpici, & examinari, ac eis fidem adhibendo, illorum tenores de verbo ad verbum, præſentibus inſeri fecimus) contentam, & expreſſam ad unguem obſervare,& ſub illorum modo vivendi, in eodem monaſterio degere, & Altiſſimo perpetuò famulari, dictaque

duodecim capitula, ac omnia, & ſingula privilegia eis conceſſa approbari, & confirmari: pro parte Abbatiſſæ, & Convẽtus prædictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatũ, ut ipſas à prædictis Ciſterſienſis, S. Claræ Regulis, & illarum inſtitutionibus, & Obſervantia abſolvere, & liberare, ac modum vivendi in præfatis duodecim capitulis contentum in earum, ac omnibus, & ſingulis aliis monaſteriis, Prioratibus, & locis dicti Ordinis ſub invocatione Conceptionis perpetuò obſervari debere, ac duodecim capitula, & alia privilegia hujuſmodi eiſdem monaſterio, & Ordini conceſſa approbare, & confirmare, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui monaſteriorum omnium, & religioſarum perſonarum ſtatum, & pium deſiderium cum animarum ſalutem ſinceris deſideriis exoptamus, Abatiſſam, & Conventum præfatas, ac earum ſingulas ex Monialibus prædictis à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes; necnon ſingularum litterarum prædictarum formas, & tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Abbatiſſam, & Conventum, ac ſingulas Moniales prædictas, & eis imposterum ſuccedenres, ab eiſdem Ciſterſienſis & S. Claræ regulis, & inſtitutionibus, ac illarum obſervatione, ita quòd deinceps ulteriùs ad illarum obſervationem, & modum vivendi minimè teneantur, nec ad id invitæ compelli poſſint, authoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus abſolvimus, & totaliter liberamus, ipſaſque, & ſuccedentes præfatas, quæ tunc in antea ad regulam, & formam vivendi per alias noſtras litteras eis datam, & cunceſſam, aliàs juxta tenorem dictorum duodecim capitulorum tàm in dicto, quàm omnibus, & ſingulis aliis monaſteriis Prioratibus, & locis ſui Ordinis, ſub dictà invocatione Conceptionis ubique conſiſtentibus, ad præſens, & in futurum perpetuò obſervandam fore, ac ad unguem obſervari debere decernimus, & declaramus, in omnibus, & per omnia, ac ſi eis, & monaſteriis, ac locis prædictis à principio conceſſa fuiſſent, necnon regulam, & vivendi formam in noſtris litteris, & duodecim Capitulis prædictis datam, & expreſſam, ac omnia, & ſingula, immunitates, libertates, indulgentias, privilegia, indulta, & litteras Apoſtolicas ſub quocumque titulo, & nomine monaſteriis, & Ordini prædictis hactenùs conceſſa, & forſan confirmata cum opportuna defectuum ſuppletione, authoritate, & tenore prædictis approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus: & inſuper, quòd liceat eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui, ac ſuccedentibus perpetuò, tempore interdicti ordinaria authoritate ſuppoſiti, in eodem Monaſterio Miſſas, & alia divina officia, etiam apertis januis, & patefactis in feſto Conceptionis ejuſdem B. Mariæ Virginis dumtaxat, perſonis excommunicatis exclnſis, Miſſas, & alia divina officia, etiam alta voce per earum proprium, vel alium Sacerdotem idoneum ſine alieni juris præjudicio in quacumque perſonarum præſentia, celebrari facere, ac Euchariſtiam, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica ab eodem, vel altero Sacerdote quocumque tempore recipere poſſe, eiſdem anthoritate, & tenore concedimus, & indulgemus; non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Monaſterij, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; ac omnibus illis, quæ in ſingulis litteris, & indultis prædictis conceſſum fuit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Tenor verò capitulorum, & articulorum prædictorum talis eſt.

*In Nomine Domini incipit regula Monialium Conceptionis B. Mariæ Virginis.*

Cap. I. *De his, quæ debent promittere volentes hunc Ordinem intrare.*

258. Quæcumq; à Deo illuſtratę, & vocatę ſæculi vanitatem deſerere voluerint, & hujus regulæ habitum aſſumentes, Ieſu Chriſto Redemptori noſtro deſponſari voluerint, ejuſdem Genitricis Immaculatam Conceptionem venerantes, voveant ſemper vivere ſine proprio, & in

caſtitate, cum perpetua clauſura. Et cum ingreſſus in hunc Ordinem ſit quædam ſingularis oblatio, quæ Redemptori noſtro, ejuſdemque Genitrici glorioſæ offertur, exhibendo ſe ei hoſtiam vivam mente, & corpore: idcirco expedit, ut hunc Ordinem aſſumere volentes, diligentiùs examinentur, ſi ſint Catholicæ, & fideles Chriſtianæ, nullius erroris ſuſpectæ, corpore, & intellectu incolumes, voluntate promptæ, quæ doceantur, & informentur in omnibus, quæ obſervare tenentur, ut matura deliberatione probent, ſi hanc vitam, & regulam, ſibi expediat aſſumere; ne poſtmodum conquerantur propter aſperitates, & difficultates, quas in hoc divino itinere aliquando repererint, nec ulla, quæ infra duodecim ætatis annos fuerit, recipiatur; nec etiam tam antiquioris ætatis, quòd non poſſit abſquè gravedine, & difficultate aſperitatem hujus regulæ ſuſtinere, niſi aliud ob arduam, rationabilemque cauſam à Prælatis aliquando fuerit diſpenſatum.

Cap. II. *De receptione, & Profeſſione Novitiarum.*

259. Non recipiat Abbatiſſa authoritate propria aliquam Sororem abſq; conſenſu omnium Monialium, vel ſaltem majoris partis ex illis, & cum licentia ſui Viſitatoris. Finito verò anno probationis, ſi majori parti Sororum viſum fuerit, converſationem eius eſſe laudabilem, & eam aptam eſſe religioni, recipiatur ad profeſſionem, promittendo in manibus Abbatiſſæ vitam iſtam ſemper, & regulam obſervare, dicendo hoc modo. Ego Soror N. ob amorem, & ſervitium Domini noſtri, & Immaculatæ Conceptionis ejuſdem Genitricis voveo, & promitto Deo, & B. Mariæ Virgini, & B. Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Mater, toto tempore vitæ meæ vivere in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, & in clauſura perpetua ſub regula per Sanctiſſimum Papam Iulium II. noſtro Ordini conceſſa, & confirmata. *Et Mater Abbatiſſa*, ſi hæc obſervaverit, promittat ſibi vitam æternam.

Cap. III. *De forma habitus hujus Religionis.*

260. Habitus Monialium huius Ordinis ſit huiuſmodi: tunica ſcilicet, habitus cum ſcapulari ſint albi coloris, quatenùs candor huius indumenti exterior virgineæ puritatis mentis, & corporis teſtimonium protendat: pallium ſit groſſi panni, ſeu ſtamineæ hyacinthini coloris propter myſticam ſignificationem, videlicèt, quòd Glorioſæ Virginis anima à creatione ſua tota facta fuit cœleſtis, & ſingularis Regis æterni thalamus. Portent in pallio, & in ſcapulari imaginem Dominæ noſtræ ſolaribus radiis circumdatam, & ſtellis in capite coronatam; in ſcapulari autem portabunt dictam imaginem pectori appenſam, ut dormientes, vel laborantes in loco eam honeſto poſſint collocare, & aſſumere quando vadunt ad chorum, loquutorium, & capitulum, & in pallio dextro humero aſſuta hæc imago portetur à profitentibus hanc ſanctam Religionem, quatenùs ſciant, quòd Dei Genitricem, tamquam vitæ imaginem, in cordibus ſuis debent habere inſertã, innocentiſſimã converſationẽ ſuam imitantes, & humilitatẽ, mundiq; contemptũ, quem in hoc ſæculo ſequuta eſt, etiam ſectantes. Chorda verò, ſeu funiculus ſit canapis, quemadmodum portant Fratres Minores, capitis autem amictus ſit vitta alba de ſubtus, quæ honeſtè genas, & collum cooperiat. Portent etiam profeſſæ velum nigrum, non pretioſum, nec curioſum ſupra caput omni loco, & tempore; capillos autem ſemper habebunt attonſos; calceamenta verò ſint ſcalponeæ, ſoleæ, vel calcei, vel ſimplicis corticis ſandalia. Mater verò Abbatiſſa poterit diſpenſare in neceſſitatibus, ut lineis tunicis induantur, vel ut plura habeant indumenta, vel ut poſſint portare calceamenta (cum Diſcretarum conſilio) ſecundùm neceſſitates locorum, & perſonarum. Humilitatem etiam, & paupertatem Domini N. Ieſu Chriſti, ejuſdemque benedictæ Genitricis ſtudeant imitari, amantes ſanctam paupertatem, tàm in vilitate veſtimentorum, quàm in calceamentis, & in cęteris omnibus, ut mereantur illuminari à Patre luminum, & uſque in finem perſeverare.

Cap. IV. *De Protectore Ordinis iſtius.*

261. Vt divinum ſervitium ſemper creſcat, & ſit ſtabile ob providam, religioſamq; gubernationem bonorum Paſtorum, & glorioſæ Virginis piis in cordibus

dibus puriſſimæ Conceptionis augeatur devotio: volumus, quòd Dominus Cardinalis, qui eſt, vel fuerit Minorum Fratrum de Obſervantia Protector, hujus Religionis ſit Gubernator, & defenſor, ſicut & Minorum Fratrum de Obſervantia. Volumus etiam, quòd ex quo Fratres Minores tam indefeſſo ſtudio, & vigilantia puritatis, & innocentiæ Dei Genitricis defenſores exiſtunt, quòd Vicarij Generales in ſuis Vicariis, & Provinciales, & Cuſtodes in ſuis Provinciis, & Cuſtodiis ſint Viſitatores hujus ſanctæ Religionis, quibus firmiter teneantur obedire in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſervare, & quæ non ſunt contraria animæ, & huic regulæ. Viſitatores curam habeant, ſaltem ſemel in anno viſitandi Sorores, & cum ad hoc monaſterium ingreſſi fuerint, honeſta ſocietate aſſociati in primis præcipiant, regulam legi coram conventu, quâ per Viſitatores expoſitâ, Abbatiſſa teneatur abſolutionem ab officio poſtulare, & Viſitatori ſigillum exhibere: Viſitator verò ſtudioſè teneatur inquirere circa ſtatum Abbatiſſæ, & ſubditarum, interrogando generaliter, & ſpecialiter de converſatione Monialium, & de hujus regulæ Obſervantia: & ſi aliquid correctione dignum invenerit, caſtiget, & reformet charitatis zelo, & amore juſtitiæ, & pia diſcretione, tam in capite, quàm in membris quidquid contra Deũ fit: & ſi Abbatiſſa defectuoſa, vel non idonea officio fuerit inventa, ab eodem Viſitatore ab officio abſolvatur. Viſitet etiã eos, qui ſunt de monaſterij familia, ut interiùs, exteriùſque ad gloriam Dei, & ejus Sanctiſſimæ Genitricis ſacer hic ſtatus ordinetur.

Cap. V. *De Electione Abbatiſſæ, ac de ſubjectione ei habenda.*

262. Abbatiſſæ electio liberè conventui concedatur; quatenus voluntariè illam eligant, cui cum amore poſtmodum obediant. Si electio canonica facta fuerit à toto conventu, vel majore parte illius, à Viſitatore confirmetur. Studeant autem Moniales omni diligentia, talem eligere Abbatiſſam, quæ virtutibus, & honeſtate reſplendeat. Sit major non tàm officio, quàm bonis moribus; ſit itaque talis, quòd ſuo exemplo ſuas ad obediendum cum amore excitet ſubditas, ſitque ſua converſatio Monialibus viva prædicatio: diligat etiam omnes abſque partialitate in Chriſto Ieſu: nam perſonarum acceptio in Religione nunquam fit ſine ſcandalo, & maximo communitatis diſpendio. Nunquam inaniter hilareſcat propter primatum; ſed animo potiùs lugeat conſiderans, quàm ſit difficile de animabus aliorum Domino rationem reddere, cum de propriis tàm pauci inveniantur, qui bonam rationem exhibeant. Recordetur etiam, quòd Dominus noſter non miniſtrari, ſed miniſtrare venit; & ſic Abbatiſſa non in Dominam, ſed in ſubditarum ancillam eligitur. Teneantur etiam ſubditæ obedire ſuis Viſitatoribus, & Abbatiſſæ in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſervare, & recordentur, quòd propter Deum abnegaverunt proprias voluntates. Conſiderent itaque, quòd potiùs obediunt Chriſto Sponſo ſuo, quàm præſidentibus, & quòd ſic ex inobedientia, & contemptu Superiorum, Dominus noſter Ieſus Chriſtus contemnitur, & eidem non obtemperatur, ſecundùm quod idem Dominus ait in Evangelio, *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

Cap. VI. *De Obſervantia paupertatis.*

263. Cum mulierum fragilitas, præcipuè pro Chriſto incluſarum multis ſubdatur neceſſitatibus, idcircò quatenus ſit illis facultas ſubſidiorum, ad tales neceſſitates, poſſeſſiones, & redditus in commini habere poſſint, quæ vẽdere, ſeù alienare non valeant, niſi ob majorem utilitatem, & commodum domus, & hoc cum aſſenſu Viſitatoris, & Abbatiſſæ, & majoris partis Conventus. Poterit tamen Abbatiſſa de rebus mobilibus, exiguique pretij dare, ſeù alienare, prout opportunum fuerit. Cum Moniales in particulari paupertatem obſervare teneantur; nihil poſſint ſibi appropriare. Poterunt tamen cum Abbatiſſę licentia, eorum, quæ ſibi conceduntur, ſimplicem uſum habere, & conformari paupertati; quam Redemptor Noſter, eiuſdemque Mater Sanctiſſima ſibi elegerunt, maximas divitias reputare debent. Non contemnant pauperculas veſtes, & repetiatas, quibus propter Chriſtum libenter Sponſæ ejus indutæ, ſpirituales in cœlo divitias invenient; &

& illa Sponſo ſuo Chriſto charior erit, quæ viliori habitu fuerit contenta, & etiam rebus corporis neceſſariis parvioris pretii.

Cap. VII. *De clauſura obſervanda in generali.*

264. Huius Religionis Moniales profeſſæ firmiter teneantur vivere in perpetua clauſura intra monaſterii clauſtrũ intrinſecum. Sed ſi aliquo tempore, (quod Dominus avertat) inevitabilis contigerit neceſſitas, utpotè ignis, vel armatorum virorum violentus ingreſſus, quæ quidem dilationem non ſuſtinent; in his, vel ſimilibus caſibus ad locum poterunt tranſire decentem, ubi in honeſta clauſura commorentur, quoad uſque de monaſterio ſibi provideatur, habeant autem Viſitatores authoritatem mittendi aliquam, vel aliquas Monialium ad conſtruendum, vel reformandum, ſivè regendum aliquod monaſterium ſui Ordinis, vel gratiâ correctionis, vel ob aliam manifeſtam neceſſitatem. Moniales iſtius Religionis quatenùs clauſuram, quam Domino promiſerunt, meliùs, perfectiùſque cuſtodiant, habeant portam in ſublimi collocatam, ad quam per levatoriam ſcalam poſſint aſcendere, quæ ſemper ſuſpenſa maneat, præterquàm cum aliquis ob inevitabilem, & neceſſariam, cauſam ingreſſus fuerit, prout in ſequenti capitulo dicetur &c. Habeant etiam in patenti, & manifeſto loco unam rotam bonam, & fortem, cujus altitudo talis ſit, & latitudo, quòd nulla perſona per eam ingredi valeat, vel exire, per quam ea, quæ intromitti poterunt, inferantur. Habeant etiam circa præfatam rotam interiùs, exteriùſque oſtiola, quæ nocturno tempore, & diurno æſtivo, cum Sorores dormiunt, clauſa ſemper maneat. Habeant etiam in ſublimi portam, quaſi feneſtram inter duo oſtia latitudinis, & altitudinis congruentis, per quam inferantur ea, quæ per rotam intromitti non poſſunt. Habeant etiam loquutorium in loco honeſto cratibus ferreis interiùs, exteriùſque munitum, in quo nigrum linteum ſuſpendatur, ne Religioſæ alios poſſint videre, nec ab eis videri: nec liceat loqui ex Sororibus aliquo tempore in præfato loquutorio à Completorio, uſque ad Primam ſequentis diei, nec tempore prandij; nec cum dormiunt Sorores ſtatis temporibus, niſi manifeſta neceſſitate cogantur.

Cap. VIII. *De clauſura in particulari.*

265. In monaſterio autem, ubi multæ Sorores habitaverint, duo loquutoria habere poſſint: in muro verò, qui Sorores dividit à Capella, duæ magnæ feneſtræ, vel una ſecundùm diſpoſitionem chori conſtruantur, quæ ferreis cratibus interiùs exteriùſque muniantur, quibus lintea nigra apponantur, ne exiſtentes in Eccleſia Sorores poſſint videre: in quibus etiam feneſtris ligneæ portæ erunt ab intra cum ſeris, & clavibus, quæ quidem non aperiantur, niſi cum officium divinum recitatur, lintea verò ſolummodò deponantur ad [illegible]ionem Corporis, & ſanguinis Domini N. I. Chriſti. Sit etiam in Eccleſia [illegible] competenti loco feneſtra cum janna lignea parvula ad percipiendum Dominici Corporis Sacramentum, quæ tantæ ſit quantitatis, quòd calix per eam poſſit inferri. Quæ ſemper manebit clauſa, nec aperietur, niſi cum Sorores Euchariſtiam percipiunt. Hoc autem ſic fiet, quòd quando Sorores Dominicum Corpus recipient à ſæcularibus videri non poſſint.

Cap. IX. *De ingreſſu monaſteriorum hujus Ordinis.*

266. Præcipimus firmiter, ut nullus clauſtrum monaſterij ingrediatur, præter Viſitatores, cum neceſſe eis fuerit ad exercendum officium ſuum, & Confeſſores ad adminiſtrandum eccleſiaſtica Sacramenta, & Medici ad viſitandum infirmas, & artifices cum opus fuerit ad reparationem domus. Si verò aliqui aliter ingrediantur, tam ingredientes, quàm admittentes in excommunicationis ſententiam incurrant: & quando aliquis ex ſupradictis ingrediuntur, vadant cum Abbatiſſa, vel Vicaria, & oſtiariis ſcalæ: quarum una præcedat pulſans parvulum tintinnabulum, quatenus Sorores audientes recolligantur: & dum ij fuerint in clauſtro, cooperiant Sorores facies ſuas velis nigris, quia non debent deſiderare ab aliquo videri, niſi à ſponſo earum Domino Ieſu Chriſto.

Cap. X.

Cap. X. *De divino officio, & oratione.*

267. Sorores attentè conſiderent, quòd ſuper omnia debent deſiderare, habere ſpiritum Domini, & ſanctam ejus operationem cum puritate cordis, & devota oratione; à terrenis deſideriis, & ſæculi vanitatibus mundare conſcientiam, & unus ſpiritus effici cum Chriſto ſponſo ſuo per amorem, per quem internum virtutum deſiderium, & perpetua erga vitia (quæ nos à Deo ſeparant) inimicitia inveniuntur. Oratio etenim eſt illa, quæ nos inimicos diligere facit, & orare, ut dicit Dominus, pro perſequentibus, & calumniantibus nos: hæc enim eſt, quæ clauſuram, & cæteros religionis labores in dulcedinem convertit. Vt ergo hoc opus tàm neceſſarium ſaluti in hoc ſacro Ordine meliùs exerceatur, Sorores, quæ recipiuntur ad chorum teneantur dicere divinum officium, quoad ſolemnes feſtivitates, & in quibus non laboratur, & octavas earum, & Dominicas primò ponendas, & neceſſariò recitandas, & ferias ſecundum Breviarium Romanum, prout Fratres Minores recitant. Octava Seraphici ſancti Patris Franciſci celebretur, & nulla alia Ordinis ejuſdem. Omnibus autem feſtis ſimplicibus, & Dominicis non primò ponendis dicent officium Conceptionis cum commemoratione Dominicę, ſecundùm formam Breviarij ad hoc illis deputati; Minus autem officium Conceptionis dicant ſecundùm quòd ſibi moris eſt. Moniales verò laicæ dicant viginti quatuor Pater noſter, & & Ave Maria pro matutinis, pro laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, pro qualibet iſtarum ſeptem, pro Veſperis autem duodecim, & orent pro defunctis. Et ut hic ſacer ſtatus in virtute, & religione mediantibus Sacramentis continuè creſcat, ſtudeant diligenter Sorores confiteri, & Euchariſtiam ſuſcipere in feſtis Conceptionis Dominæ noſtræ, Nativitatis Domini, & Purificationis Dominæ noſtræ: in prima etiam hebdomada quadrageſimæ, & in Annunciatione Dominæ noſtræ, ſeu in majori hebdomada, in feſtis etiam Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis Dominæ noſtræ, & in feſto P. Seraphici Franciſ. & omnium Sanctorũ.

Cap. XI. *De jejunio, & pia diſpenſatione cum infirmis habenda.*

268. Iejunent Sorores in majori quadrageſima, & omnibus diebus, in quibus ab Eccleſia eſt indictum jejunium, & à feſto Præſentationis Dominæ noſtræ uſque ad Nativitatem Domini, & feriis ſextis totius anni: Sabbato verò ob reverentiam Dominæ noſtræ voluntariè jejunare volentes benedictæ ſint à Domino, & quæ noluerint, non ſint aſtrictæ; cum infirmis verò, & debilibus poterit Abbatiſſa diſpenſare cum Diſcretarum conſilio, ſecundùm quod neceſſitati viderint expedire. Habeat Abbatiſſa curam de infirmis Sororibus ſicut de ſe ipſa; nam ſi Mater diligit, & conſolatur filiam ſuam carnalem, quanto diligentiùs debet Abbatiſſa (quæ eſt Mater ſpiritualis) nutrire, ſubvenire, & conſolari filias ſuas ſpirituales tempore neceſſitatis, & infirmitatis. Habeatur ergo ægritudinarium in ſaniori loco totius domus, ubi infirmæ curentur, & provideatur per Abbatiſſam, Vicariam, & Infirmariam, ſicut vellent ſibi ſerviri cum humilitate, benignitate, & charitate: viſitentur etiam à Medico per Abbatiſſam ad hoc deputato. Abbatiſſa curam habeat viſitandi ſemel in die ęgritudinarium, niſi legitimè fuerit impedita, vel Vicaria loco ejus, ut videant neceſſitates infirmarum: nam charitatis opera ſuper omnia Dominus noſter commendavit nobis.

Cap. XII. *De modo laborandi, ac dormiendi, & ſilentio ſervando.*

269. Sorores omnes, præter infirmas, laborent fideliter, & devotè temporibus ad hoc aſſignatis, expellendo otium animæ inimicum, quod via, & porta eſt, per quam vitia, & peccata ingrediuntur, & ducunt animam in perditionem. Nec laborum pretium aliqua ſibi approprìet, ſed ſint omnia communia, prout expedit famulabus Dei, & imitatricibus ſanctæ Genitricis ejus. Diligant etiam ſilentium, nam in multiloquio non deeſt peccatum, & quæ linguâ non offendit, magnæ perfectionis eſt, & religioſæ non refrænantis linguâ ſuam vana religio eſt. Proinde ſervetur ſilentiũ Papale in choro, clauſtro, dormitorio, & refectorio, & tota domo poſt completorium,

uſque ad primam pulſationem primæ ſequentis diei, & tempore, quo poſt prandium dormitur, ſcilicet à feſto Reſurrectionis Domini uſque ad Exaltationem ſanctæ Crucis. Poterunt tamen in his temporibus neceſſaria loqui ſubmiſſa voce, & honeſtè. Non loquantur cum aliquibus, qui non ſunt de monaſterio abſque Abbatiſſæ licentia, & cum auſcultatricibus. Oſtendant ſe imitatrices veras humilitatis, & manſuetudinis Redemptoris noſtri, ejuſque dulciſſimæ Matris verbo, geſtu, & inceſſu. Dormiant Sorores habitibus indutæ, & chordis præcinctæ in unico dormitorio, ubi tota nocte lăpas erit accenſa, & dormiant ſingulæ in lectis ſuis, præter infirmas, quæ dormiant in ægritudinario. Poterit tamen Aabbatiſſa diſpenſare cum infirmis Sororibus, ut habitum deponant ad dormiendum: & morientes ſepeliantur in habitu ſuæ profeſſionis abſque pallio. Sint etiam lecti Sororum panperculi, & paupertati, quam Domino Deo voverunt, conformes. Studeant Abbatiſſa, & Moniales hanc regulam, vivendique formam perfectè obſervare, ut ſemper humiles, & ſubditæ, & in fide Catholica ſtabiles, vota, quæ Domino promiſerunt, uſque in finem obſervent. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis, decreti, declarationis, approbationis, confirmationis, communicationis, conceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Data Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. M. D. XI. quintodecimo Kalendas octobris, Pontificatus noſtri anno octavo.

270. Inde factum eſt, ut Religio iſta jam fune Minoritico in prima ſui origine decorata; Minorumque Ordini à ſua Fundatrice commendata, ex hujus Apoſtolici diplomatis nova diſpoſitione Minoritarum curæ, atque regimini per omnia ſubjecta, & in Franciſcano corpore recenſita permanſerit. Vnde non immerito Leo X. ordinavit, ut Moniales iſtæ privilegiis omnibus, indulgentiis &c. ex integro fruerentur, quæ Fratribus Minoribus, Clariſſis, & Tertiariis Sancti Franciſci uſquam conceſſa fuiſſe comprobentur.

Compend. Privileg. Ord. Min. fol. 147.

LEO PAPA X. &c.

Dilecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia nuper accepimus, nonnulla in partibus Hiſpaniarum monaſteria Monialium Ordinis Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ ſub veſtra obedientia in regulari Obſervantia diu, noctuque Altiſſimo famulatum præſtare; Noſque propterea volentes ipſis gratiam facere ſpecialem, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, conceſſionibus, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, & indultis temporalibus, & ſpiritualibus per Nos, & Sedem Apoſtolicam Fratribus dicti Ordinis, & Obſervantiæ, ac Monialibus ſanctæ Claræ, & Sororibus Tertij Ordinis ſancti Franciſci quomodolibet conceſſis, & concedendis, & quibus Fratres, Moniales, & Sorores hujuſmodi de jure, vel privilegio, & conſuetudine propriè utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quæ nos tenore præſentium pro expreſſis, & individuè enarratis haberi volumus, eiſdem Monialibus Conceptionis in eadem obedientia permanentibus, ab ipſius Ordinis fundatione, & in futurum utantur, potiantur, & gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere poſſint in omnibus, & per omnia; perinde ac ſi ipſis conceſſa fuiſſent, tenore præſentium motu proprio, & ex noſtra ſcientia, de ſpeciali dono gratiæ concedimus, ſicque per quoſcumque gudices ordinarios, ſeu delegatos in foro contentioſo, aut per quoſcumque Confeſſores, ſive in foro conſcientiæ, dum, & quoties opus fuerit, interpretari, pronunciari, judicari, & definiri debere, ſublata eis aliter interpretandi, & judicandi facultate, volumus, & mandamus. non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus, quæ in ſingulis litteris privilegiorum, conceſſionum, immunitatum, gratiarum, exceptionum, & indultorum hujuſmodi voluimus non obſtare, & quòd Moniales prædictæ in illis ſpecificatæ non ſint, ac quòd tempore conceſſionum illarum forſan in dicta obedientia, vel modo vivendi non erant, cæteriſque contrariis,

trariis quibuſcumque. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides, tàm in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi illę eſſent exhibitę, vel oſtenſę. Datum. Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decima Febr. M. D. XX. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

271. Hęc fuit prima Sanctimonialium Conceptioniſtarum origo, hoc illarum ſtabile fundamentum, undè ſubitò per orbem univerſum tum ex arctiſſimo vitę rigore, tum ex pervagante ſanctitatis opinione, juxta factum piiſſimę Fundatrici cœleſte oraculum, maximo numero multiplicatę, innumeras Ieſu Chriſto ſponſas Virgines pepererunt.

Vvad. loc. cit. 272. Poſt hęc Quinnonius Generalis debito cum mandato, ut omni controverſiarum occaſione ſublata pleniùs, & firmiùs in Ordine Seraphico incorporatæ probarentur (ut ſupra in Quinnonio Generali dictum eſt) eas omnes ad novam profeſſionem ſub Regula Seraphica, & inſtituto Franciſcano admiſit, novaſque ipſis, & ſpeciales conſtitutiones aſſignavit, quas in hodiernum uſque diem, etiam in monaſteriis locorum Ordinariis ex ſpeciali diſpoſitione ſubjectis ad plenum obſervare gloriantur.

273. Inter cęteros harum Chriſti ſponſarum arctiſſimos rigores ſuperadditos illud ſemper viſum eſt eſſe perardunm, quòd alicubi nullum ab emiſſa profeſſione valerent in perpertuum alloqui ſæcularem, ne quidem proprios Genitores. Vnde cum filiarum parentibus videretur hoc intolerabile, illas ab hujuſmodi ingreſſu, & profeſſione retrahebant. Pariſiis præſertim cum monaſterium Conceptionis ab antiqua Sanctæ Claræ Regula ad Conceptioniſtarum ſub hoc rigore inſtitutum, operante Maria Tereſia Francorum Regina tranſlatum eſſet, ſub directione tamen, & gubernio Miniſtri Provincialis Sancti Dioniſij Recollectorum in Gallia, hac de cauſa tendere videbatur ad interitum Huic malo ut occurret Clem. X. Pontifex ſupplicante præfata Regina conceſſit, ut Moniales illę Parentes ſuos, cæteroſq; in primo gradu conſanguineos alloqui poſſent aliquandò, prout ex ipſius Apoſtolico diplomate clariùs apparebit.

CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

274. EXponi nobis nuper fecerunt Dilectæ in Chriſto Filiæ Abbatiſſa, & omnes Moniales monaſterij Conceptionis Beatæ Mariæ Immaculatę Civitatis Pariſienſis, quòd cum aliàs fœl. rec. Alexander Papa VII. Prædeceſſor noſter ad petitionem Chariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Mariæ Tereſiæ Frãcorum Reginæ Chriſtianiſſimę monaſterium præfatum, quod priùs ſub regula ſanctæ Clarę vivebat, ad inſtitutum, & Regulam Ordinis Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ tranſtulerit, ipſo tamen monaſterio ſub directione Fratrum Minorum Provinciæ ſancti Dioniſij Ordinis ſancti Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum ſemper remanente, ipſæ exponentes ab inde conſtitutiones Ordinis Conceptionis hujuſmodi, & præſertim illam de non aperiendis unquàm cratibus ad effectum alloquendi earum propinquos arctiori conſanguinitatis vinculo eis conjunctos hactenus ſervaverunt. Verùm ex adeo rigida clauſurę obſervantia progreſſu temporis extrema dicti monaſterij ruina inevitabiliter ſequutura prævideretur; cum intra ſpatium octo circiter annorum, quibus rigor ille duravit, Moniales ejuſdem monaſterij quamplures aut obierint, aut ad Chori functiones, aliaque exercitia pro ſervitio dicti monaſterij neceſſaria, inhabiles redditæ reperiantur, nec interea ullius generis Novitiæ in idem monaſterium receptæ fuerint, nemine exiſtente, qui attento rigore præfato natas ſuas abſque ſpe illas ampliùs revidendi illic includere velit. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, multę adſint Puellæ ad amplectendam in dicto monaſterio Religioſæ vitæ diſciplinam paratę, ſi rigor prædictus aliquo temperamento mitigaretur; Conſtitutio verò prędicta vi Regulæ ad tantam auſteritatem non obliget, & Superiores Ordinis ſuper illa diſpenſare poſſint; Verùm propter Sedis Apoſtolicæ reverentiam ejuſmodi diſpenſationes concedere hactenus renuerint: Nobis propterea dictæ exponen-

Arch. Aracœl. Regiſ. 8. Vlt.

tes humiliter ſupplicari fecerunt, ut opportunam interdum aperiendi crates dicti monaſterij licentiam ad effectum alloquendi earum Parentes, & Benefactores juxta uſum aliorum monaſteriorum ejuſdem Ordinis in Belgicis ditionibus conſiſtentium concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſas exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, in quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio attentis narratis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium pro arbitrio, & conſcientia Superioris Regularis indulgemus; Vt Parentes bis in menſe; alij verò conſanguinei in primo tantùm gradu conjuncti ſemel in menſe, exceptis quoad omnes temporibus quadrageſimæ, & Advẽtus Domini, alloqui, & videre præfatas Moniales poſſint. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac illis, ad quas, & quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari; Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfatorum monaſterij, & Ordinis etiam juramento, Confirmatiane Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Aprilis. 1673. Pontificatus noſtri anno tertio.
I.G. S. Lucius.

## CAPVT IX.

*De Monialibus ſub titulo Annunciationis B. Virginis Mariæ, & de Ancillis ejuſdem Virginis Deiparæ.*

275. Modo non diſſimili eodem ferme tempore, necnon in eodẽ Seraphico Min. Ord. ineffabile divini Verbi Incarnationis myſterium, quo ipſa ad ſupremam Matris Dei dignitatem fuit evecta, honorari voluit Virgo Dei-para, ſicut & de Immaculata ſua Conceptione ipſam feciſſe diximus capite antecedenti, addito nempe ſub titulo ſuæ Sanctiſſimæ Annunciationis novo Sanctimonialium inſtituto.

276. Igitur Beata Ioanna Valeſia Ludovici XI. Galliarum Regis filia, & Caroli VIII. uterina Soror (cujus admirabilem vitam, & virtutes ex integro dabimus in tertia hujus operis parte) à quinto ætatis ſuæ anno ingenti cum fervore Deo, & immaculatæ Deiparæ in pietatis operibus aſſueta ſervire, Fratrem Gilbertum Nicolai ex Obſervantia Regulari Minoritam ſanctiſſimum æquè, ac doctiſſimum, & prudentiæ laude inſigniter conſpicuum (qui ex ſingulari ad Beatam Virginem Mariam Annuntiatam, & ad Archangelum Gabrielem devotione Frater Gabriel Ave Maria meruit à Leone X. nuncupari) conſcientiæ ſuæ, vitæque ſpiritualis Ducem, atque Magiſtrum à Rege Patre ſuo recepit. Illius piiſſimis doctrinis educata innocens Virguncula Dei Matrem continuis precibus exorabat, ut quid in ipſius obſequium ſibi potiſſimùm foret exequendum, revelare dignaretur. Nec in vanum oravit. Annoquippe ſexto ſuæ ætatis in oratione poſita edoceri promeruit à Virgine Deipara, novam in ipſius honorem

Vvad. t. 8. an. 1501. n. 28. & 1504. n. 25. & in lib. Vitę Ioannæ Valeſię Antuerpiæ impreſſo ann. 1624.

norem à ſe Religionem iri fundandam: quo oraculo, atque ſuggerente piiſſimo magiſtro præfato ardentiùs inflammata, ætate ſimul, & pietate creſcebat: filiam omni titulo amantiſſimus Pater à ſe ipſo elongare non ſuſtinens, illam à Principibus multis expetitam, Ludovico Aurelianenſi Duci (Sabaudum malè dicit Gonzaga) vel invitam matrimonio copulavit. Ludovicus etiam animo averſus, ſed Regio mandato contraire non audens, nec illam unquam cognovit uxoris titulo, ſed violenta rabie illam malè actam ſemper habuit, adeò ut à Carolo Ioannæ Fratre jam Rege fuerit in vincula conjectus, nec niſi illa intercedente liberatus.

277. Poſt Caroli mortem Ludovicus XII. ad Regnum evectus duplici titulo Ioannam averſatus, nempè quòd illam invitus, & Rege ſocero cogente deſponſaverit, nec tamen unquam cognoverit; (Deo, atque Deipara Virgine ita diſponentibus:) atque quòd Britanniam Armoricam à Gallico diademate divellendam formidaret, de Matrimonij nullitate ex cauſa violētiæ apud Sedē Apoſtolicam conteſtatus, & per Iudices deputatos, dehinc per Alexandrum VI. R. Pontificem anno 1599. à matrimonio primo abſolutus, Annam Caroli VIII. viduam Britanniæ hæredem duxit uxorem.

278. Ioanna verò quamvis à plurimis tum ſæcularibus, tum Eccleſiaſticis Regni Primoribus in contrarium ſolicitata, nec Regio conatui, nec Iudicum ſententiæ, nec novo matrimonio immota tranquillitate, vel minimum quid opponens, Regis æterni connubia majori fervore deſiderans, Virginum Reginæ ſe ſe per omnia curæ commiſit, quam vix quinquennium transgreſſa Patronam, & Advocatam elegerat. Bituricenſi Ducatu pro appanagio donata, Bituricis vitam modeſtiſſimam, & in ſumma parſimonia cum paucis Virginibus pediſſequis ſuis traducens, proventus reliquos in pios uſus erogari præcepit. Dum verò creſcente pietatis illius fama, creſcerent & contra Sponſum repudiatorem populi querimoniæ: Rex ſibi proſpectum iri credens, ſi Reginæ famam, vel in aliquo calumniari liceret, cubiculum ejus latenter ingreſſus (quòd de illibata ipſius virginitate nunquam non fuiſſet dubius) ipſam explorare voluit; Vidit autem illam, famulabus jam vale dicto, in cubiculo recluſam ductis ex alto pectore ſuſpiriis, fixiſque ad Cœlum obtutibus poſt diutinas preces, pia crudelitate in ſe ipſam adeò deſævire, ut ſanguinem è toto corpore flagellis educeret. Exhorruit Rex ſancto ſpectaculo commotus, gravique contritione compunctus exclamavit, ſe ſe fuiſſe Ioannæ connubiis indignum.

279. Ioanna verò majori ſemper fervore pietatis operibus inſiſtens, jamque cœleſtibus revelationibus aſſueta illud præ cæteris à Virgine Deipara audire promeruit, ut quod ſexennis didicerat, Ordinem Monialium ſub cura Fratrum Minorum de Obſervantia Regulari cōvocatis Virginibus in ſui honorem erigeret; quibus norma vivendi forent virtutes illæ potiſſimæ, quæ de ipſa magis explicitè leguntur in Evangelio.

280. Gilbertus Ioannæ Confeſſarius, & magiſter præfatus continuis, atque graviſſimis illius inſtantiis, ut ſatisfaceret, deductis ex Evangelio decem virtutibus primariis, nempè caſtitate, obedientia, prudentia, fide, humilitate, veritate, devotione, paupertate, miſericordia, & patientia, ſeu compaſſione, vel dolore Virginis Deiparæ, novi Ordinis Regulam in totidem capita diſtribuendam voluit, atque per integrum exſcriptam, eidem ſanctiſſimæ Virgini primò, dehinc Ioannæ oblatam, demum iſtâ ex oraculo cœleſti ſuadente Romam deportavit, ab Alexandro VI. Pontifice confirmandam; Cardinales multos in principio, ipſumque Pontificem ob rei novitatem adverſantes paſſus eſt; at verò ſacrificiis, & precibus cauſam Deo, ejuſque Genitrici, cujus cultus per hoc inſtitutum promovebatur, commendans, à Ioanne Baptiſta Ferrario titulo S. Griſogoni Cardinale Epiſcopo Mutinenſi, Datariæ Apoſtolicæ Præfecto, inſperatò vocatus benè ſperare jubetur, ſeque illius negotij fautorem, atque promotorem ſpopondit, affirmans, nocte præterita, ut ita faceret, ſe à ſanctis Laurentio, & Franciſco fuiſſe in nocturna viſione præmonitum. Tandem ſub Datum Romæ &c. octavo Kalendas Auguſti 1501. impetratum Pontificium diploma, dum Biturricum lætus deportat à prædonibus in itinere comprehenſus, & in

Vvad. Ibid. 1501. n. 28.

horrendam foveam nivibus plenam præcipitatus, illæſus evaſit. Ioanna Regulam reverenter acceptam ex approbatione Pontificis veneratione digniſſimam, febrientis cujuſdam ex Virginibus Conſororibus religioſæ capiti ſuperimponens, ſubitò ſalutem ei reſtituit. Ibid. 1504. n. 15.

281. Sub hac regula cœpit Regia Virgo Deo ardentiùs famulari, acceptiſque ſociis religioſè vivere, & domicilia multiplicatis Sororibus extruere, contemplationi arcanorum cœleſtium maximè intenta, divinis conſolationibus ſæpè recreata, quas in ejus vita referemus; Anno igitur 1502. Virgines illæ à Ioanna congregatæ in Bituricenſi monaſterio ejuſdem ſumptibus mira celeritate conſtructo novæ Religionis habitum ſolemniter, & devotè ſub Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ gubernio ſuſcipientes, & ad clauſuræ rigorem obligatæ, ſolemnia tandem Religionis vota nuncuparunt. Quod Ioanna non niſi anno 1504. modo, & ex cauſis in ejus vita deſcribendis ultimatè non complevit, & tandem ibidem eum ſuis in Chriſto filiabus ſanctiſſimè convivens, obdormivit in Domino, magnis, & continuis miraculis à Deo glorificata, pro qua etiam in Apotheoſim referenda proceſſus authenticos legimus Vrbano VIII. fuiſſe præſentatos.

282. Religionem hujuſmodi ſub titulo Annunciationis B. Virgnis Mariæ tum ab Alexand. VI. tum à II. & à Leone X. confirmatam fuiſſe videmus, & à Paulo III. & V. à Gregorio XV. necnon ab Vrbano VIII. gratiis innumeris, favoribuſque decoratam.

Arch. Matrit. in cōv. S. Franci. 283. Cum verò interim Ordo alicujus Ancillarum Beatæ Virginis Mariæ, & Sororum in Eccleſia Dei ortum habuiſſe videretur; qui revera ab Annunciatarum Religione diverſus erat, & à Leone X. expreſsè approbatus, velutì ipſe in litteris ſtatim adducendis, *Dum præcelſa &c.* apertè teſtatur, & Regulam illarum in archivio Matritenſi ad ſancti Franciſci obiter videre mihi licuit; Ordinem utrumque, Ancillarum nempe, & Annunciatarum Leo ipſe voluit eſſe ſimul unitum. Vvadingus autem ad annum 1514. dicit, voluiſſe Leonem X. Annunciationis, & Conceptionis Ordines in unum copulare, quamvis exinde propriam Annunciationis Regulam approbaverit, quod pro Conceptioniſtis jam à Iulio II. ſuo prædeceſſore noverat eſſe conceſſum. Anno verò 1515. advertit, eaſdem eſſe Moniales, ſeu Sorores Beatæ Virginis Mariæ cum Annuntiatiſtis, de quibus agimus in præſenti, & Regulam à Leone X. de duabus compactam accepiſſe, quam ſe anno 1517. daturum eſſe promiſerat ad annum 1501. quæ tamen ibidem non apparet. Illam, ne omninò remaneret incognita, ex proprio ipſarum libro, ſimul & ejus approbationem placuit hìc deſcribere. Uvad. t. 8. 1514. n. 7. 1515. n. 41.

## LEO PAPA X.

*Dilectis in Chriſto filiabus, Matribus Ancillis, & aliis Sororibus monaſteriorum ubilibet conſiſtentium Ordinis B. Mariæ Virginis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

284. Regulam profitentibus, & Ordinem B. Mariæ Virginis, quem vos profitemini, aliàs traditam, & per fœl. rec. Alexandrum Papam VI. prædeceſſorum noſtrum approbatam, & confirmatam, ac declaratam, & quam nos ab ſinceram devotionem, quam ad eamdem Virginem Dei Genitricem ſemper geſſimus, & gerimus, multiplicibus gratiis, privilegiis favoribus, & indulgentiis, authoritate Apoſtol. tenore præſentium approbamus, & etiam confirmamus, ac ampliamus: illam per vos puro corde, & & pura mente, & eum debita veneratione ſervandam, præſentibus inſertam ad vos duximus transferrendam, cujus regulæ, & vitæ veſtræ tenor ſequitur; & eſt talis. Ex lib. ipſarum f. 1. & 13. ad S. Iſidori de Urbe.

*Regula Ordinis B. Mariæ Virginis.*

285. In primis, & ante omnia præ oculis veſtris continuè ipſam Virginem habeatis jactātes cogitatus veſtros, & aſpectus in ipſam, ſicut Magi in ſtellam. Sit Virgo exēplar veſtrū, ſit oraculum, ſit regula: & nullum aliud ſtudium habeatis, niſi ut Virginem imitando perfectè ſponſo veſtro placeatis. Hæc eſt enim Prudentia veſtra, conſilium, vocatio, religio, & finis, ut Deo ſincerè per Virginem placeatis. Verùm quia modus Virginem imitandi, & ad illius exemplum Deo placendi, qui in regula veſtra poſitus

tus eſt, totus ex Evangelio ſumptus eſt; neceſſe habetis, ea ſcire, quæ Evangelium dicit, Virginem habuiſſe, cogitaſſe, dixiſſe, vel feciſſe. His quatuor modis
Eccli. 24. offertur in evangelio vobis Virgo elucidabilis, & imitabilis: quam teſte ſcriptura, ſi elucidaverimus, vitam æternam habebimus. Scitote igitur dilectæ filiæ, & in memoriam ſemper habetote, quòd quamvis V. Maria plena fuerit omnibus gratiis, & virtutibus, Spiritus tamen Sanctus voluit, & fecit, quòd ab Evãgeliſtis ſolum decem cõmemorarentur. Has decem virtutes, quas teſte evãgelio Virgo habuit debetis habere, & omnia, quæ per illas Virgo legitur cogitaſſe, dixiſſe, aut feciſſe, debetis cogitare, & facere, & ita ſecundùm quamlibet harum virtutum tripliciter habetis Virginem imitari corde, ore, & opere: in quo profectò ſtat, & conſiſtit omnis perfectio, & regulæ veſtræ vera completio.

Cap. I. *De Virtute Caſtitatis Mariæ Virginis inter virtutes ejus primò in evangelio commemorata, quam debent Sorores habere, & ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

286. Mariæ Virgins dinumerare in ſpeciali omnes virtutes non poſſumus; Illas igitur ſolùm commemorabimus, quæ ſpecialiter in evangelio commemorantur. In quo legimus primò, virtutem puritatis eſſe commemoratam, ut ſciant Sorores, quòd primò habent intendere, & omnem ſenſum applicare, ut ad exemplar Virginis tanquàm veræ Sponſæ placeant in caſtitate, & ea cogitent, dicant, & faciant, quæ Virgo legitur in evangelio, ex puritate cogitaſſe, dixiſſe, vel feciſſe. Legimus autem in evangelio, Virginem ex ſua virginali puritate, ut Deo placeret, perfectiſſimè primò Virginitatem voviſſe; ſecundò S. Ioſeph deſponſaſſe, & tertiò Gabrielem
Luc. 1. interrogaſſe dicendo, *quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Sorores ad exemplum, & imitationem Virginis, ut Chriſto Sponſo ſuo placeant, voveant cum perpetua clauſura perpetuam caſtitatem: & verum Ioſeph, ſcilicet Ieſum accipiant in Sponſum in perpetua charitate, & tertiò nulla vana quærant, & nulla verba vani amoris aut dicant, aut audiant, quia cum ſolo Ieſu earum Sponſo quærant habere familiaritatem. O quàm dulciter, & lætanter morietur Soror illa, quæ in vita ſua nullum præter Ieſum amatorem habuit. Ad habendam autem perfectiùs hanc caſtitatem, fugiant Sorores otium, crapulam, ſuſpecta conſortia, & conſilia, vultus, corporiſque ornatum, vocalem cantum, ut hominibus placeant; ſoliquè ſuo Sponſo placere quærant, & ſtudeant, qui totus eſt deſiderabilis, amabilis, & pulchrior univerſis. O quot animas otium, & crapula perdiderunt! O quot conſilia, familiaritates, litteræ, munuſcula infecerunt, & damnarunt! O quot conſcientias vultus, cantuſquè ad malum deduxerunt! Fœlix illa Soror, quæ dicere corde, & ore poteſt, *Ieſus amor meus, Ieſus Sponſus meus, Ieſus Deus meus eſt omnia:* Eſt autem Sororum clauſura arctiſſima, ſicut & caſtitas puriſſima: quia nec egredi poſſunt ad extra, nec aliæ perſonæ ingredi poſſunt ad intra in ipſarum monaſteria. Non autem infringitur Sororum clauſura, quando intrat Prælatus pro viſitatione, aut Confeſſor pro Sacramentorum adminiſtratione, & animæ commendatione, mortuorumque ſepelitione, vel Medicus pro infirmarum curatione, aut faber pro neceſſaria rerum reparatione. Similiter non infringitur clauſura Sororum quoad egreſſum, quando Sorores egrediuntur ad exemplum Virginis conſilio Gabrielis, ideſt conſilio, & obedientiâ Prælati, pro novi monaſterij receptione, vel antiqui reformatione, aut neceſſaria Sororum tranſlatione. O quam ſpecioſum, & ſpatioſum regnum Soror recipiet in futuro ſæculo, quę in hoc mundo propter Chriſtum ſe incluſit, atque incarceravit in clauſtro! maximè ſi clauſuram non ſolùm localem, verùm etiam cordialem ſervavit; ſcilicet per feneſtras ſenſuum nihil vanum intrare permittendo, & corde ad extra per affectionem non exeundo, ſed in his ſolum Ieſum toto corde, & affectu amando, & in illo ſolo delectationem, & conſolationem quærendo.

Cap. II. *De virtute prudentiæ Virginis, ſecundo loco in evangelio commemorata, quam debent Sorores habere, & ſecundum illam tripliciter Virginem imitari.*

287. Maria Virgo prudentiſſima ſemper Luc. 1.

per fuit. Ex prudentia ſua ut Chriſto placeret quæ ſequuntur cogitavit, dixit, & fecit; Nam cogitabat, qualis eſſet Gabrielis ſalutatio, & conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde
Luc. 2. ſuo: & fugit in Egyptum pro Filio con-
Matth. 2. ſervando, nec rediit inde, niſi priùs Herode defuncto: & quintò fugit à loco, ubi erat Archelai habitatio; Ad exemplum, & imitationem Virginis Sorores, ut placeant Chriſto, & Virgini non debent leviter loqui, ſed eſſe tardiloquæ; quia ſolùm ſepties legitur Virgo locuta fuiſſe, debentque dicenda præmeditari in corde antequam ore fari; ut ad exemplum Virginis caveant à verbis otioſis, & ab omni mendacio, quia perdet Deus omnes, qui loquuntur mendacium. Vn-
Pſal. 5. de in hac Religione Sorores perpetuum ſervant ſilentium evangelicum; monaſticum autem, ſivè clauſtrale ſervant, ſicut fuerit à ſuis Prælatis ſtatutum, & cùm perfectiſſima ſapientia, & prudentia in hoc conſiſtat, ut ſciat quis placere Deo, & cavere ab omni, quo offenditur Deus, peccato; debent Sorores jugiter conferre in corde ſuo, quomodo ab eis Regula Mariæ Virginis obſervetur, & ſi vita illarum coram Ieſu munda, & placida inveniatur: maximè tamen debent cavere Sorores ad exemplum Virginis ab Herode, & Archelao. Non enim vacat Miſterio, quòd ſolum hos duos Reges legitur Virgo fugiſſe. Nam per Herodem vitium carnis, per Archelaum vitium ambitionis ſignificat. Hæc autem duo peccata meliùs fugâ, quàm pugnâ vincuntur, dum ſcilicet Soror fugit omnem familiaritatem, & abhorret omne officium, ſivè ſuperioritatem. Tunc autem dicitur redire defuncto Herode, quando ſic eſt in ea mortua caro, & fugata ambitio, ut officia, quæ recipit, per ſolam vim obedientiæ recipiat. Ad habendam autem perfectiùs hanc Virginis prudentiam, ſervent Sorores ſtrictiſſimè in receptione novitiarum, ut nullæ penitùs ingrediantur in domum, & monaſterium Mariæ, niſi Gabrieles, ideſt Angelicæ, ſcilicet mente, & corpore fortes, fideles, & catholicæ ſine nota infamiæ, ad legendum ſufficienter edoctæ, & nullæ perſonæ ſæculari vinculo ligatæ.

Cap. III. *De Virtute humilitatis Virginis tertiò in evangelio commemorata, quam debent Sorores habere, & ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

288. Maria Virgo humillima ſemper Luc. 1.
fuit, cujus Dominus humilitatem reſpexit. Ex humilitate autem ſua, ut Deo placeret, cogitavit, dixit, & fecit, quę Luc. 1.
ſequuntur. Nam turbata fuit, ſive timuit laudata à Gabriele, & ſecundò cum humilitate reſpondit Gabrieli dicens, Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Ad exemplum, & imitationem Virginis Sorores timeāt, & turbentur dùm laudantur, aut in aliquo officio ponuntur. Vera enim humilitas tunc in Sorore dignoſcitur, quando laudata exteriùs, interiùs triſtatur, & turbatur: ſicut vera ſuperbia in ea eſſe non ambigitur, quando in officio ſublimata, vel ab aliquo laudata, exhilareſcit, & lætatur; Humiliter Sorores in Capitulis, & conſultationibus ſe gerant, non ſe excuſent, aut defendant, proprias opiniones ſuper illam Communitatis non præferant, nec affectiones proprias ſequantur, ſed ſemper dicant, Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, & non ſecundùm meum. Ad habendam perfectiùs hanc humilitatis virtutem ſorores habeant unam Prælatam, cui obediant, & quam diligant, & revereantur, ſicut Vicariam Mariæ Virginis: quia revera ipſa tenet locum ejus; & ideo non ſecus accipiant obedientias Matris, quàm ſi ab ore Virginis proferrentur: Caveantque ſummopere, ne obedientias Matris dijudicent, ſed ſimpliciter obediant. Mater autem ancilla Sorores ſuas, ut chariſſimas filias amet, & conſoletur. Singulis ſabbatis ordinariè teneatur Capitulum culparũ, in quo cum magna humilitate Sorores recipiant pœnitentias Matris, ſcientes hujuſmodi Capitulum eſſe purgatorium Sororum humilium. Cum diſcretione autem Mater puniat Sorores, applicando juxta exemplum boni Samaritani oleum cum vino. Sint Luc. 10.
autem ſingulæ Matres ſolicitæ, ut ſaltem ſemel in anno ſingula monaſteria earum viſitentur à Prælatis ipſarum; in qua viſitatione præcipuè inquirat Viſitator de caſtitate, & triplici clauſura, de charitate, & pace fraterna, & de paupertate, & humili obedientia, de

officio divino, & oratione ſancta, & poterit Viſitator in ſua viſitatione (ſi cauſam ſufficientem invenerit) judicio communitatis deponere Matrem.

Cap. IV. *De virtute fidei Virginis quarto loco in Evang. commemorata, quam debent Sorores habere, & in eâ Virginem tripliciter imitari.*

289. Maria Virgo fide firmiſſima fuit, & ex fide ſua, ut Deo placeret, cogitavit, dixit, ant fecit, quæ ſequuntur. Nam Filium Dei fide, humilitate, & obe-
Luc. 1. dientia concepit, ad Montana aſcendit & in domum Zachariæ intravit, ſanctamque Eliſabeth ſalutavit; & quintò credidit, dicente ſancta Eliſabeth Virgini *Beata, quæ credidiſti, quia perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino*. Ad exemplum, & imitationem Virginis Sorores, ut Deo placeant, debent eſſe fide fortes
Heb. 21.6. (quia ſinè fide impoſſibile eſt Deo placere.) Ieſum concipere, aut in Montana perfectionis aſcendere, vel aliquid boni in domo Zachariæ, ideſt Eccleſia, vel religione facere, aut Beatam Eliſabeth ſalutare, ideſt participem ſanctorum, & bonorum eſſe. Nulla poteſt recipi in religione iſta niſi fidelis, & catholica, de nulla hæreſi ſuſpecta, nec ab Eccleſia Romana excommunicata. Nam cum impoſſibile ſit ſine fide placere Deo, quomodo fieri poſſet, quòd aliqua reciperetur in Ordine iſto, qui totus dedicatus eſt ad placendum Deo, niſi fidelis eſſet, & orthodoxa? Ad habendam perfectiùs hanc fidei virtutem, ſummè caveant Sorores, ne ſe immiſceant quibuſdam curioſis, vel ſcrupuloſis phantaſiis de fide, ſed ſimpliciter credant, ſicut credit S. Mater Eccleſia. Teneantur autem Matres petere à Domino Papa unũ de S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit Protector hujus Ordinis, ut Sorores ſemper obedientiam, & reverentiam debentes Sedi Apoſtolicæ ſubjectæ ſint Romanæ Eccleſiæ, quatenus ſtabiles in fide obſervent virtutes, & beneplacita Virginis Mariæ.

Cap. V. *De virtute devotionis, ſive orationis quinto loco in Evangelio commemoratæ, quam debent Sorores habere, & ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

290. Maria Virgo devotiſſima ſemper fuit, & ut Deo placeret, ex devotione, quæ ſequuntur, cogitavit, dixit, aut fecit. Nam Deum attentiſſimè, & lætanter laudavit dicens: *Magnificat anima mea Dominum &c.* ſingulis annis in Ieruſalem aſcendit, Filium ſequendo, illius Luc. 1.
ſermones devotiſſimè audivit, ſæpè in Nazareth rediit, & quintò cum Apoſtolis in oratione perſeveravit. Ad exem- Luc. 2.
plum, & imitationem Virginis debent Sorores, ut Chriſto placeant, ſuper omnia addiſcere artem, & ſcientiam Deum laudandi, & orandi officium divinum dicant ſecundùm Ordinarium Romanum; & ſingulis diebus faciant de Beata V. Maria juxta vocationem ſuam; niſi Dominica, aut feſtum duplex, aut ſolemne, vel aliud, quod colitur à populo, & Clerò, occurrerit. Vbi verò monaſteria Sororuum fundata ſunt de Annunciatione, Conceptione, S. Euchariſtia, Compaſſione, ſive ſanctæ Mariæ de Pietate, aut S. Mariæ de Doloribus, aut de Conſolatione, vel S. Mariæ de Virtutibus, & hujuſmodi, dicant Sorores officium de hujuſmodi ipſarum fundatione. Feſta autem, quæ ſunt de kalendario Romano, alia à prædictis tranſeant per commemorationem: ſingulis autem diebus quando non fit de Beata Virgine, fiat de ipſa commemoratio ſingulis horis diurnis, & nocturnis. Conceditur autem Fratribus apud Sorores commorantibus, vel ſervientibus, quòd poſſint authoritate Apoſtolica in Miſſa, & officio ſe conformare Sororibus. Sorores laicæ pro officio diei dicant coronam Domini Ieſu, quæ triginta tria Pater noſter, & totidem Ave Maria continet. Pro officio verò Virginis dicant coronam maximam Beatæ Mariæ, quæ continet ſeptuaginta duo Ave Mariæ, & ſeptem Pater noſter. Sorores verò, & Fratres ſervitiales ad extra commorantes, habitum religionis non deferant, & pro officio ſuo dicant officium Tertij Ord. Mariæ Virginis, de quo Ord. ſemper exiſtant. Sorores communiceent ordinariè de quindena in quindenam, & in diebus Domini Sabaoth, & Mariæ Virginis, in Cœna Domini, prima Domini Adventus, & primia die quadrageſimæ, ideſt Dominica prima quadrageſimæ, in feſto Omnium Sanctorum, & in feſto divi Patris Franciſci: cujus Ordinis Prælati, & Fratres per Sedem Apoſtolicam habent

Nota ab his his jam exemptæ ſunt Sorores per Côc. Trid. ratione ref. Brevarij Rom.

habent regere Sorores hujus Religionis. Aſcendant Sorores in Ieruſalem mentali,& non ſolùm vocali orationi vacando. Satagant Matres, ut ſermones habeant præcipuè in Advẽtu,& quadrageſima,& ſingulis magnis totius anni feſtivitatibus: quos attentè, & devotè audiant, quià Soror, quæ ex Deo eſt, verba Dei audit, In Nazareth redire eſt in cellam, vel in Eccleſiam completis obedientiis mox redire, ut tempus inutiliter non expendant,& meritum non perdant, quod acquiſierant. Perſeverare verò in oratione eſt Eccleſiam, & officium divinum frequentare. Ad habendam verò perfectiùs hanc virtutẽ orationis,ament Sorores hæc duo ſuper omnia, ſcilicet chorum, & digniſſimum Sacramentum Euchariſtiæ. Sint vigiles Matres,& verbo, & exemplo doceant Sorores hæc duo quærere,& quando poſſibile erit, judicio Matrum per totas octavas Euchariſtiæ fiat jugis laus tanti Sacramenti per Sorores ad hoc per Matres deputatas; Præcipua enim devotio Virginis fuit ad Miſſam, ſive ad digniſſimum Sacramentum Altaris.

Ioann.8.

Cap. VI. *De virtute obedientiæ Virginis ſexto loco in Evang. commemoratæ,quam debent Sorores habere,& ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

291. Maria Virgo obedientiſſima ſemper fuit tàm ad Deum, quàm ad homines propter Deum: Vnde ex ſua obedientia,ut Deo placeret, quæ ſequuntur cogitavit, dixit, aut fecit. Nam ex obedientia Deum concepit, & cum impleti eſſent dies purgationis, Filium ſuum in templum tulit, par turturum, aut columbarum obtulit; Cæſari obedivit in Betheleem eundo,& quintò ibidẽ profeſſionem fecit, ſe ſubjectam Imperatori profitendo. Ad exemplum, & imitationem Virginis, Sorores, ut Chriſto placeant, obedire debent Deo,decẽ ejus præcepta implendo,turtures offerre, confeſſionem de ſuis peccatis faciendo;ſimiliter & columbas, Deum toto corde diligendo; & Deo poſt diẽ completũ, antequã vadant ad lectum, opera ſua præſentare, rationem reddendo. Debent etiam Sorores propter Deum obedire ſuis Prælatis,Patribus, & Matribus, cogitando, quòd Virgo, quæ ex obedientia conceperat, etiam ſtans in obedientia hominis, ſcilicet Auguſti Cæſaris, Dominum peperit; nam ſine obedientia non poteſt Soror bonum concipere, nec bonum opus parere, & facere. Ad habendam autem perfectiùs obedientiæ virtutem debent Sorores per electionem communitatis unam habere Matrem, & illi firmiter obedire.Et quia hujuſmodi Mater locum tenet Virginis,debent Sorores talem eligere, quæ ſit vas electionis, virtutis, & totius perfectionis. Eligatur præterea à communitate una vicem gerens,quæ ſcilicet vices gerat Matris abſẽtis.Sint autẽ iſtæ duæ ſemper cum ſuis Sororibus,maximè in choro,oratorio,& refectorio: & ubi ambæ non poſſent, ſaltem una illarum ſemper ibidem cùm Sororibus ſit. Eligantur præterea à Communitate ad minus ſeptem Diſcretæ; quarum conſilio unà cum vice gerente, ſemper utatur Mater in rebus arduis,& magnæ importantiæ.Mater verò, quæ præſumeret in hujuſmodi abſque prædictarum conſilio aliquid tentare, accuſetur coram Viſitatore, & acriter puniatur. Recordentur Sorores, quòd propter Deum quando ad Religionem venerunt, voluntates proprias abnegaverunt,& quòd ſacrilegæ fiunt, quando proprias voluntates, & affectiones reſumunt. Nulla emittat votum profeſſionis ante ætatis ſuæ annum quintumdecimum, nec recipiatur ante quartumdecimum, aut poſt quadrageſimum, niſi receptio cauſam urgentiſſimam haberet. Cum autem Sorores faciunt Profeſſionem dicant in hunc modum [*In nomine ſanctæ Trinitatis Patris,& Filij,& Spiritus Sancti digniſſimaque Virginis Mariæ Dei Matris*; Ego Soror N.*promitto,& voveo Deo,ac Virgini Mariæ, & omnibus Sanctis, & tibi Mater, toto tempore vitæ meæ obſervare regulam B.Mariæ Virginis vivendo in caſtitate,cum perpetua clauſura,& in obedientia, atque paupertate ſanctæ: conformãdo mores ad regulam eo obligationis genere, quo in regula, & per Regulã Sorores obligantur.* Mater verò dicat,*ſi hæc obſervaveris promitto tibi, quòd Dominum Ieſum Sponſum habebis in cælis*: & omnes Sorores aſſiſtentes alta voce, *Amen.*

Cap. VII. *De virtute paupertatis Virginis ſeptimo loco in Evang. commemoratæ, quam debent Sorores habere, & ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

291. Maria Virgo pauperrima pauperrimè ſemper vixit, & ex paupertate, ut Deo placeret, quæ ſequuntur cogitavit, dixit, aut fecit. Nam hoſpitata fuit in loco pauperculo, quia non erat ei locus in diverſorio. Ieſum reclinavit in præſepio cum Bove, & Aſino, pannis involuit, & non ex ſerico; & quartò ubere ſuo pavit, carens alio pro Filij alimento. Ad exemplum, & imitationem Virginis debent Sorores hanc evangelicam margaritam paupertatis amare, & obſervare, ſine qua ruunt ferè omnia religiunis monaſteria; nec facilè hæc duo in uno inveniuntur monaſterio, ſcilicet divitiæ, & devotio Surores tanquam peregrinæ morentur in monaſterio, ſicut in uno ſuo domicilio. Monaſteria, & ædificia ſine curioſitate, & ſumptuoſitate conſtruantur. Ieſum reclinant in præſepio, quando amant cellas, & cubicula vilia. Involvunt pannis, quando rudibus, & groſſis induuntur, lacte nutriunt virginali, quando in cordibus ſuis turpes cogitationes non recipiunt. Ad habendam perfectiùs hanc ſanctam paupertatem, ut Chriſto placeant, debent Sorores, quarum paupertas eſt habere omnia in communi, & nihil in proprio, attendere ad duo; Primò ad Novitias, ut nullo pacto recipiantur cum labe ſimoniæ; ſecundò attendant ad poſſeſſiones, & redditus, ut ſcilicet non emant, aut recipiant, vel quærant ſuperfluos, nec petant libros, aut alia pro veſtimentis, aut curioſis operibus, ſed ſtudeant tùm propter otium vitandum, tùm ut labores manuum ſuarum manducent, tùm ut ſequantur Virginem, quæ ſuis manibus laborabat, ſequi oratorium, pulſatâque Campanellâ operatorij, omnes Sorores ſine exceptione non habentes particulares obedientias, ad illud volent, & conveniant, ibique operando, pſalmos nominis Ieſu, & nominis Mariæ perſolvant. Deinde ſub ſilentio opus manuale continuent. Mater tamen, ſi viderit expedire, poteſt dare licentiam Sororibus, ut loqui valeant, vel ut una aliis operantibus aliquid legat. Nullum autem opus manuale in operatorio fiat, niſi quod Mater juſſerit. Et potiùs debent omnes cuſtodire res communitatis, quàm quæ ſunt conceſſæ uni Sorori particulari. Vigiletque Mater, ut provideatur ſingulis, maximè infirmis, prout unicuique opus erit. Et caveat Mater à ſpeciali affectione, ne dum plus ad unam aſpiciat, alteram offendat. Congruo autem tempore fiant proviſiones pro infirmis, & ſanis, præcipuè illarum rerum, quæ alio tempore minimè inveniri poſſunt.

Cap. VIII. *De virtute patientiæ Virginis Mariæ octavo loco in evangelio commemoratæ, quam debent Sorores habere, & in illa tripliciter Virginem imitari.*

293. Maria Virgo patientiſſima ſemper fuit, & ex patientia, ut Deo placeret, quæ ſequuntur cogitavit, dixit, aut fecit. Nam ſuſtinuit patienter herodianam, judaicamque perſecutionem; Filium triduò mæſta quæſivit, & tertiò invento Filio, læta quadam, & materna locutione dixit: *Fili quid feciſti nobis ſic? Ego, & Pater tuus dolentes quærebamus te.* Luc. 2. Ad exemplum, & imitationem Virginis Sorores, ut Chriſto placeant, deſiderare debent aliquid pro nomine ſui Sponſi ſuſtinere, & quotidiè crucem tolerare; Luc. 21. debent gaudere quandò perſecutiones injuſtas patiuntur, quia dixit Dominus Ieſus: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*; & Apoſtolus ait; *ſi compatimur, & conregnabimus*; 2. Timo. 2. Sorores ergo, quæ tolerant mala in hoc mundo propter Chriſtum, honorem recipient in Cœlo à Chriſto. Debent etiam conſolari, ſi fortè Deus non tàm citò illas exaudit, vel ab eis invenitur; & perſeverare Ieſum quærendo per triduum, ſcilicet per contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem; & piè conquerendo debent familiares collocutiones, & quæſtiones facere Chriſto, ſicut Sponſæ ſolent facere Sponſo. Ad perfectiùs habendam hanc virtutem patientiæ cogitent Sorores, quòd multæ ſunt, quæ Ieſum non inveniunt, quia illum triduo non quærunt, ſed biduo: non enim faciunt confeſſionem bonam, & validam, quia aliqua peccata celant, & tacent. Cogitent præterea, quòd nihil ſic faciat peculiarem amicam Ieſu, ſicut propter Ie-

ſum lætanter injurias pati.

Cap. IX. *De virtute pietatis, ſive charitatis Mariæ V. nono loco in Evang. commemoratæ, quam debent Sorores habere, & in illa tripliciter Virginem imitari.*

294. Maria Virgo amore ardentiſſima, & pietatis, atque miſericordiæ pleniſſima ſemper fuit, & ex ſua charitate, ut
Matth. 2. Deo placeret, quæ ſequuntur cogitavit, dixit, vel fecit; Nam Filium lacte proprio nutrivit; ipſum ab Herodis per-
Ioann. 2. ſecutione ſubtraxit in Ægyptum transferendo, de ſuo proximo ſolicita fuit, vinum in Cana Galileę poſtulando, & quartò miniſtros ſalutari doctrina inſtruxit, illos monendo, & illuminando. Ad exemplum, & imitationem Virginis, ut Chriſto placeant, Sorores debent Ieſum lacte nutrire, ſanctis ſcilicet affectionibus, nullum præter Chriſtū amando, & cum nullo niſi cum Ieſu familiaritatem, & conſolationem quærendo. Propterea Chriſtum deferant in Ægyptum in ſuis tentationibus, de morte, quæ per Ægyptum ſignificatur, cogitando: opera veræ miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia faciant, per vinum poſtulatum, & documentum datum ſignificata. Cum enim hujus religionis ſint Sorores, & dicantur ſpeciales, & peculiares Religioſæ Virginis Mariæ, debent cum Virgine miſericordiæ pleniſſima, & ipſæ miſericordiæ eſſe plenæ. Vincat hæc religio cæteras in puritate, humilitate, & pietate, quia Virgo Glorioſa has tres virtutes peculiariter inter cæteras dilexit. Ad habendam perfectiùs hanc virtutem, cogitent Sorores, quomodò monaſterium, in quo ſe non amant Sorores, eſt monaſterium Diaboli, in quo Chriſtus
Pſal. 75. non eſt, quia *factus eſt in pace locus ejus* & quòd ſine amore quidquid faciunt, perdunt. Faciant igitur Sorores quotidianum ſermonem pacis, juxta primam devotionem Virginis, ut ſcilicet pacem ſemper inter Sorores ponant, contendentes reconciliando, omnes excuſando, & pro pace ſemper advocanda: facilè dimittant aliis offenſas, ſi volunt, quòd Deus ſuas illis dimittat; nec aliena videant, ſed ſua ſemper ante oculos peccata ponant: quia hæc eſt veræ charitatis, & humilitatis conditio. Mater verò Ancilla ſollicita ſit, quòd ejus oculi non capiant requiem, niſi priùs reconciliaverit Sorores inter ſe litigantes, vel odio ſe proſequentes, aut de aliis detrahentes, vel malè loquentes; multas enim animas perdidit lingua maliloqua; ſemper autem unus, vel plures in ſingulis monaſteriis habeantur carceres fortes, ſed humani. Et infirmis Sororibus amplior fiat charitas, & miſericordia, ita quòd ſanæ infirmis faciant, & ſerviant ſicut vellent ſibi rationabiliter fieri, & ſerviri, ſi infirmæ eſſent; Debent tamen cogitare, quòd virtutes Sorores ſunt, & charitas non debet expellere à monaſterio paupertatem.

Cap. X. *De Virtute doloris, ſive compaſſionis decimo loco in Evang. commemoratæ, quam debent Sorores habere, & ſecundùm illam tripliciter Virginem imitari.*

295. Maria Virgo doloroſiſſima, & mortis Filij compaſſione pleniſſima ſemper fuit; & ut Deo placeret, ex compaſſione filij, quæ ſequuntur cogitavit, dixit, aut fecit; nam verba Simeonis „ *tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, Luc. 2.
ſępè animo revolvit: juxta Crucem filij morientis ſtetit: vulnera filij ſæpè conſideravit, & quartò loca Paſſionis continuè viſitavit. Ad exemplum, & imitationem Virginis, ut Chriſto placeant Sorores, debent in corde jugiter ferre faſciculum myrrhę. Ideò hæc Crucis virtus decima eſt, & ultima, & finalis. In ea religioſarum conſiſtit perfectio, quamdiu in hac valle miſeriæ vivunt. Ad habendam perfectiùs hanc gratiam Crucis, & hanc virtutem compatiendi Crucifixo, cogitent Sorores, quòd hæc gratia non invenitur in terra ſuaviter viventium. Vndè Soror, quæ optat pervenire ad hanc gratiam Crucis, cogitate debet, quòd neceſſe eſt illi, ut abſtinenter, & ſobriè vivat, & corpus ſuum vili, & duro tegumento tegat, in ſolo ſuo Sponſo conſolationem quærat, & accipiat, ut etiam in ſuo veſtimento ſui Sponſi mors reluceat; Vndè quoad abſtinentiam Sorores debent jejunare toto tempore vitæ ſuæ ſextis feriis, & ſabbatis. Nam & Virgo illis duobus diebus fuit in luctu, & dolore maximo. Poſſunt autem feriâ primâ, tertiâ, & quintâ uti carnibus in prandiò tantùm, nàm ſerò, quandiù ſanæ ſunt, nunquam carnes comedunt. Vbi tamen aliquæ Sorores, habitâ priùs licentiâ Matris, vellent

lent jejunare in Adventu,& tribus quadrageſimis, ſcilicèt Chriſti, Mariæ Virginis, & Apoſtolorum,benedictæ ſint à Chriſto,& à Virgine, & à ſanctis Apoſtolis. Quo verò ad habitum Sororum, qui debet eſſe vilis,& groſſus,hic ſervetur modus,ut ſcilicèt induantur profeſſæ Sorores modo,& formâ,qua fuerunt Ieſus carũ Sponſus,& VirgoMater ejus induti, quatenus ſint Sorores actu,& habitu cõformes Sponſo ſuo Chriſto, & Matri ejus: ita ut tàm Mater, quàm Filius reluceant in Sororum veſtibus, & habitibus, ſcilicet griſeo, albo, & rubeo, quibus Ieſus in Paſſione eſt uſus, & velo nigro, quo eſt uſa poſt mortem Filij Virgo Maria. Verum quià Sponſas, & Sorores quærit Chriſtus, quæ ſibi ſerviant,& Matri ejus cum gaudio,& pace, atque ſecuritate conſcientiæ, omni amoto ſcrupulo, & inquietudinis,timoriſque nubilo; ſciant Sorores, ſe non obligatas eſſe obligatione mortalis culpæ niſi adſex,ſcilicet ad caſtitatem,clauſuram,obedientiam, paupertatem, ad officium divinum perſolvendum,& ad ſuę religionis jejunium obſervandum: ad cætera autem quadraginta Virginis opera in regula deſcripta non tenentur niſi obligatione pœnæ, vel diſciplinæ,& præterea quoad ultima duo illorum ſex, quæ ſunt obligatoria: poteſt Mater diſpenſare cum conſilio Diſcretarum, & Prælatorum, vel Confeſſoris: ita quòd facta diſpenſatione, Sorores infirmæ, vel debiles, vel aliam cauſam legitimam habentes prædictarum judicio, non teneantur pro tunc ad officium divinum, & jejunium obſervandum, nec ad abſtinentiam regulæ à carnibus. Nunc verò poſtquam omnes modos Evangelicos poſuimus, in quibus poteſt Virgo Maria elucidari, & imitari, finem regulæ in perſeverantia faciamus: nam & ultimum verbum in ſacra ſcriptura de Virgine dictum eſt, quòd *erant omnes perſeverãtes in Oratione cum Maria Matre Ieſu.* Perſeverent ergo Sorores in Obſervantia ſuæ regulæ,quia quæ perſeveraverint uſque in finem,ſalvæ erunt. Vivant igitur vita Mariæ, & moriantur morte Mariæ, ut perpetuò regnent in Cœlo cum Maria, & Domino Ieſu Chriſto Sororum Sponſo,& Filio Virginis Mariæ.Amen.

Nulli ergo &c. Datum Romæ 8. kalendas Auguſti anno Domini 1517.

296. Verumtamen jam anno 1515. hanc Monialium unionem fuiſſe à Leone Pont. ſtabilitam, regulamque præfixam, ex ipſius litteris liquidò apparet, in quibus omnia Clariſſarum privilegia, & indulgentias, additis etiam aliis, eiſdem ampliſſimè conceſſit, ut ſequitur.

## LEO PAPA X.

*Dilectis in Chriſto filiabus,ſingulis Ancillis, & Sororibus monaſteriorum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis ſub perpetua clauſura, ac cura, & regimine Fratrum Minorum de Obſervantia, ubique degentibus.*

Dilectæ in Chriſto filiæ ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Dum præcelſa meritorum inſignia,quibus Regina cœlorum, Virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus prælata Sydereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, devotè conſiderationis indagine perſcrutamur, dignum, quin potiùs debitum reputamus, ut Ancillas, & Sorores ſub Regula ejuſdem Beatæ Virginis viventes, & eidem Virgini ſub perpetua clauſura dedicatas, pro illarũ ſpirituali ſolatio ſpecialibus favorib⁹,gratiis,& indulgẽtiis,& remiſſionionibus proſequamur. Cum vos ſub regula noviſſimè ſub ejuſdem Virginis glorioſiſſimæ Nomine de mandato noſtro inſtituta, & de duabus in unam redacta,Deo, & præfatæ glorioſæ Virgini ſub cura, & regimine Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, die noctuque ſummis vigiliis, & puro cordis affectu gratum exhibeatis famulatum. Nos, qui nuper Monialibus ſanctæ Claræ in eadem,qua vos clauſura,& ſub eorumdem Fratrum regimine degentibus,& Altiſſimo famulantibus nonnullas gratias, & indulgentias conceſſimus, ut ipſius Virginis Mariæ, ad quam ſemper geſſimus, & gerimus ſingularem affectum devotionis, vos tamquam particulares filias paternâ benevolentiâ, ſpiritualibuſque donis, & gratiarum muneribus proſequi volentes, vobis adinſtar ipſarum Monialium ſanctæ Claræ hujuſmodi, pro animarum veſtrarum ſalute, & ſpirituali conſolatione,ſimiles indulgentias illis cõceſſas,& quas confirmavimus, illaſque eis etiam de novo conceſſimus, & de novo concedimus, ad vos autho-

Vvad.t.8. in Reg. 1515. Bull.9. Leon. X.

ritate Apoſtolica pariter extendimus, & ampliamus, ac vobis concedimus. Et cum aſſeratur, fel. rec. Innocentium Papam octavum, ſeu alium Romanum Pontificem prædeceſſorem noſtrum ad tollendum diſcurſus Fratrum Ordinis hujuſmodi conceſſiſſe, quòd Fratres, qui quinque Pater noſter, & Ave Maria coram Sacramento Altaris, & infirmi in grabatis ſuis pro fœlici ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ dicendo ut ſupra, haberent eamdem, & prorſus ſimilem indulgentiam, quę conceſſa eſt viſitantibus ſingulis annis, videlicèt ſecunda die Auguſti Eccleſiam Domus ſanctæ Mariæ de Portiuncula, ſive de Angelis apud Aſſiſium dicti Ordinis Minorum, & pro ut illam dicta die Eccleſiam viſitantes lucrantur. Quòdque dicendo alia quinque Pater noſter, & Ave Maria cum gloria Patri in fine cujuſlibet Pater noſter, & Ave Maria quotidiè pro eadem intentione, haberent ipſi Fratres ſtationes Vrbis, ſubjungendo unum Pater noſter, & Ave Maria pro intentione Domini concedentis; Nec non piæ memoriæ Pium Papam II. etiam prædeceſſorem noſtrum eiſdem Fratribus Vltramontanis, ut ſeptem Pſalmos pœnitentiales dicendo cum letaniis, viſitando loca, per eos in eorum Eccleſiis ad hoc deputata, indulgentias ſtationum Vrbis conſequerentur, indulſiſſe, ipſiſque Fratribus toties quoties coronam Domini Ieſu, quæ dicitur continere triginta tres Pater noſter & ut piè creditur, totidem Ave Maria, & de decem in decem unum Pater noſter dicerent, plenariam haberent indulgentiam, conceſſum fuiſſe aſſeratur. Et cum nos ſimiles indulgentias, ut præfertur, eiſdem Fratribus conceſſas, præfatis Monialibus S. Claræ conceſſimus, ſic vobis omnibus, & ſingulis nunc, pro tempore, ac ubique exiſtentibus, eaſdem indulgentias, videlicèt Eccleſiam Sanctæ Mariæ Portiunculæ, ſivè de Angelis in Aſſiſio ſecundæ diei Auguſti viſitantibus, & quinque Pater noſter, & Ave Maria cum Gloria Patri coram Sacramento Altaris pro quotidianis ſtationibus Vrbis lucrandis, recitantibus, & Pſalmis pœnitentialibus pro ſtationibus Vrbis obtinendis recitandis, & coronas Domini Ieſu, & B. Mariæ Virginis ad conſequendam plenariam indulgentiam, quæ etiam recitantibus ipſis Monialibus S. Claræ per nos licèt fortè minus clarè conceſſa extitit, & quam eis fuiſſe conceſſam verè declaramus, authoritate Apoſtolica tenore præſentium, perpetuò concedimus, & elargimur pariter. Et quoniam, ut piè creditur, dicendo quolibet die quindecim Pater noſter, & totidem Ave Maria, in fine anni cenſentur recitata ad commemorationem omnium vulnerum, quæ Salvator noſter Ieſus Chriſtus in ſuo ſacratiſſimo corpore paſſionis tempore pro humani generis ſalute pertulit, eiſdem Monialibus, & Sororibus S. Claræ, ac vobis, & veſtrum ſingulis, & Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci, & veſtris, vobis, & eis ſervientibus, & aliis dicti Ordinis in Congregatione, vel alibi viventibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ad quas videlicet tertij Ordinis Sorores ſupra nominatas, illas videlicet, quæ veræ Religioſæ & profeſſione, & converſatione ſunt, & ad illas quatuor in Baſilica Sancti Petri, *& Capella S. Andrææ recluſas, quandiu ibi, vel alibi clauſuram ſervaverint, hanc gratiam, & omnia ſupradicta, & ſequentia extendimus, & volumus ſuffragari. Necnon dictis Fratribus Minoribus de Obſervantia nuncupatis, ſub quorum cura, ut præfertur vivitis, & vobis, & Sororibus tertij Ordinis, & aliis dicti Ordinis in Congregatione, vel alibi viventibus, & quatuor in locis dictæ Baſilicæ incluſis, dicta quindecim Pater noſter, & totidem Ave Maria qualibet die dicentibus, quindecim millia annorum de veſtrorum, & ſuorum peccatorum, verâ indulgentiâ, & remiſſione eadem authoritate concedimus pariter, & indulgemus. Et quia eiſdem Monialibus S. Claræ circa recitationem officij mortuorum, & nonnulla alia, quæ earum conſcientias perturbare videbantur, certas declarationes per quaſdam noſtras informa Brevis litteras fecimus, illas quatenus vos nunc, & aliquo tempore futuro illis egeatis, ac omnia, & ſingula privilegia alia, gratias, & indulta eis quovis modo conceſſa, quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficenter expreſſis haberi volumus, ad vos extendimus pariter, & ampliamus in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi illa omnia vobis ſpecificè, & nominatim conceſſa,

&

& elargita fuiſſent. Et nihilominùs prò veſtra, & eorumdem Fratrum ſpirituali conſolatione vobis ſub perpetua clauſura viventibus, ut omnibus ſolemnitatibus Domini Sabaoth, B. Mariæ Virginis, Petri & Pauli, S. Franciſci, omniumque Sanctorum, ac per totam majorem hebdomadam Confeſſores veſtri, quicumque fuerint, ſivè Ordinarij à Prælatis deputati, ſivè aliter, dummodo vos audiant de conſenſu dictorum Prælatorum, poſſint in abſolutionibus veſtrarum confeſſionum, eis de peccatis veſtris factarum, vos plenariè abſolvere, & pœnitentiam ſalutarem imponere, priùs tamen ſuorum Superiorum & eorum curam gerentium licentiâ, & aſſenſu habitis; Et quoties ſacram ſumetis Communionem, ea die plenariam indulgentiam conſequi valeatis, hujuſmodi authoritate indulgentias, extenſiones, & ampliationes vobis omnibus, & veſtrum ſingulis perpetuis futuris têmporibus libenter conceſſimus. & eiſdem authoritate, & tenore prædictis, concedimus pariter, & indulgemus, ut eo preces veſtras, apud Deum, & Glorioſam Virginem Mariam, cui eſtis perpetuò dedicatæ promptiori, & quietiori mente effundere poſſitis, & valeatis. Sic igitur, dilectiſſimæ in Chriſto filiæ, omni mentis hilaritate hunc vobis ſpiritualem conceſſum theſaurum ſuſcipientes, vos Deo, & Beatæ Mariæ Virgini præfatæ per operum bonorum operationes reddere ſtudeatis acceptas, ut prudentibus Virginibus, quæ acceptis lampadibus obviam ſponſo exierunt, meritò comparare, & per ſuam clementiam æternæ vitæ præmium, & noſtram, & Sedis prędictæ benedictionem, quam vobis, & eiſdem S. Claræ Monialibus, & aliis etiam, quibus ſupra Sororibus, per præfatos Confeſſores, vel alios ejuſdem Ordinis ad hoc per vos requiſitos dicta die Communionis impendi poſſe volumus, uberiùs ſemper promereri valeatis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, & domorum, & Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſvis ſuſpenſionibus, revocationibus, ſeù limitationibus quarumvis indulgentiarum ſub quorumvis verborum formis, & tenoribus factis, & pro tempore faciendis, ſub quibus præſentes nullo unquam tempore comprehendi poſſe volumus, cæteriſque aliis in contrarium facientibus. Cæterùm, quia difficile foret præſentes litteras in ſingulis locis, ac monaſteriis, ſeù domibus veſtris, & alibi, ubi opus fuerit, oſtendere, vel exibere, volumus, & eadem authoritate decernimus, quòd tranſumptis ipſarum manu alicujus notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus prælati munitis, plena fides ubique adhibeatur, ſicuti adhiberetur propriis originalibus, ſi in medium oſtenderentur, vel exhiberentur. Datum Romæ, apud S. Petrum ſub annullo Piſcatoris die 19. Iunij 1515. Pontif. noſtri anno tertio.

297. Singulari advertentia ex hoc Apoſtolico diplomate notatum legimus in Vvadingo, & à cæteris Auctoribus intactum, nimirùm quatuor ex illis Sororibus in Vaticano S. Petri Baſilica reclusas fuiſſe, quæ in Sacello S. Andreæ perpetuam clauſuram ſervabant. Vndè harum recluſarum in hac ſacra Baſilica exordium acceperit? quod illarum ibidem poſſet eſſe miniſterium? aut quando illic eſſe deſierint? apud nullum ſe reperire potuiſſe teſtatur. Ex eadem hac Leonis bullâ conſtat etiam Ordinem alium Ancillarum B. V. M. ſub Nomine ipſius Sanctiſſ. Virginis priùs inſtitutum fuiſſe ſub obedientia FF. Min. Regul. Obſervantiæ, & deinde Annuntiatis iſtis unitum. Vvad. t. 8. 1515.

298. Confraternitates etiam ſæcularium utriuſque ſexus perſonarum ſub eodem titulo *de decem virtutibus Virginis Mariæ*, promovente Gilberto Nicolai, qui ſupra, ex duabus Leonis ejuſdem Apoſtolicis litteris apud Vvadingum ex integro ad ann. 1517. deſcriptis, apertè colligimus, de quibus in tertia parte tractabimus ex profeſſo. Ibid. 1517

299. Vt verò Seraphico Minorum Ordini adinſtar Clariſſarum eſſent per omnia ſubjectæ, rigoroſè præcepit Iulius II. dato diplomate, *Cum vos ſub regula &c.* Datum die 15. Iunij 1511. Ex indicu-lo Bullar. Aluæ.

300. Cum autem in monaſteriis per Gallias, & Belgium erectis ſtatuta nonnulla reperirentur ab initio ſuæ fundationis promulgata, & à Leone X. Adriano VI. & Clemente VII. approbata, quę tamen ob temporum varietatem jam non oppor

opportuna videbantur; Paulus III. expedito diplomate mandavit Fratri Germano Aubert in Vltramontanis Commiſſario Generali, quatenùs illa ſtatuta opportunè examinata, vel in partem, vel in totum abrogare, atque immutare deberet; Vtque per omnia Seraphicæ Religioni ſubjectæ eſſe intelligantur, illas etiam Ordinis ejuſdem Protectori ſubjectas eſſe declaravit.

## PAVLVS PAPA III.

*Dilecto filio Germano Aubert Ord. Fratrum Minorum Profeſſori.*

301. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ Moniales monaſteriorū Monialium Ord. Annuntiatæ B. M. V. Franciæ Pariſienſis, Turonenſis, Pictavienſis, & Flandriæ Provinciarum, qualiter eorum regulâ à fœl. rec. Alexandro VI. instituta; & à Leone X. ac Adriano etiam VI. & Clemente VII. prædeceſſoribus noſtris approbata fuerit. Cum tamen in illa diverſa ſtatuta, & ordinationes ob temporum varietates, & mutationes; quæ in dictis Provinciis ſucceſſerunt, non modò non proficua exiſtant, verùm etiam diverſa eiſdem monaſteriis parturiant diſpendia, & occaſionem præbeant &c. Ita ut in ipſis monaſteriis devotio frigeſcere incipiat. Nos qui gregis Dominici univerſalem curam ſuſtinentes fideles quoſlibet, & in primis Deo dicatas Virgines, ut ſponſo ſuo; qui ſpecioſus eſt præ filiis hominum, debitè occurrere poſſint, reformari cupimus, earumdem Monialium in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, de cujus ingenti dexteritate, probitate, & multiplici rerum experientia ſingularem in Domino fiduciam obtinemus, per præſentes committimus, & mandamus; quatenus, ſi monaſteria ipſa aliuna, quàm Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum Superiorem non habeant, ad ea te perſonaliter conferas; illorumque ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi diligenter examines, & ea; quæ non ſubſtantialia Ordini; & Regulæ hujuſmodi, ac nociva, aut aliàs ſuperflua eſſe cognoveris, reſeces, ſeù in totum, vel in partem tollas, caſſes, & annulles, & eorum loco alia etiam ſuper cultu, & officio divino, aut cærimoniis, aliiſque ad ſalubrem iſtorum monaſteriorum in ſpiritualibus, & temporalibus directionem pertinentia, regulæ tamen, & Ordini hujuſmodi non repugnantia, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis per te ad id ſtatuendis, obſervanda condas, & edas, quæ poſtquam condita, & edita fuerint, dummodo licita, & honeſta ſint, & puritati Regulæ conſona, aut juri canonico non contraria, eo ipſo authoritate Apoſtolica confirmata ſint, & eſſe cenſeantur; Vt inſuper harum prædictarum Monialium indemnitati bus, aut earum Regulæ per ampliùs conſulatur, illas, earumque monaſteria præfata curæ, & protectioni moderni, & pro tempore exiſtentis Protectoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum ſubjicimus, & in illius curam; & protectionem juxta earum Regulæ tenorem, ut monaſteria cætera ſub cura Fratrum Minorum exiſtentia tradimus. Necnon omnia, & ſingula illarum privilegia, & & indulta, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quatenus ſint in uſu, authoritate Apoſtolica præfata per præſentes confirmamus, & approbamus, illamque firmiter, & inviolabiliter obſervari debere decernimus, non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterium, & Ordinis præfatorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque quibuſcunque. Dat. Romę apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 9. Maij. 1548. Pontif. noſtri anno quartodecimo.

In lib. Regulæ Monial. Annuntiat. B. M. V. fol. 33.

302. Denique de Annuntiatarum inſtituto, ſimiliter & de Ancillis Beatæ Mariæ Virginis Aubertus Miræus in Belgio ad longum ſcripſiſſe reperitur.

303. Plurimas alias in ipſarum libro litteras Apoſtolicas ad ipſarū vel confirmationem, vel privilegia, vel dilatationem attinentes eſt videre, de quibus unicam pro privilegiorum confirmatione juvat hìc excribere.

PAV

PAULUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. VOlentes dilectas in Chriſto filias Matrem Ancillam, Monialeſque monaſterij Monialiũ Ord. ſanctæ, auguſtæque Congregationis Annuntiationis B. M. ſeù decem beneplacitorum Civitatis Bituricenſis ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi; ſupplicationibus earum nomine nobis ſuper hoc hùmiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia &c. eidem monaſterio ejuſdem Matri Ancillæ, & Monialibus prædictis per fœlic. record. Alexandrum VI. Iulium II. ac Leonem X. & quoſcumque alios Romanos Pontifices noſtros prædeceſſores, & Apoſtolicam Sedem ſub quacumque verborum forma, & expreſſione in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſa, ac pluries confirmata cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas litteras tàm ſub plumbo, quàm in forma Brevis, aut aliàs deſuper confectas (quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus; quatenùs tamẽ ſint in uſu, & non ſint revocata, ſeu ſub aliquibus revocationibus, comprehenſa, ac ſacris canonibus, & Conc. Trid. decretis, & conſtitutionibus Apoſtolicis non adverſentur) ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, ac inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Quocirca Venerab. FF. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis quibuſcumque, necnon dilecto filio cauſarum Curiæ Apoſtolicæ Auditori generali per præſentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, quandocumque fuerint requiſiti, per ſe, vel per alium, ſeù alios, præſentes litteras, & eis in contẽta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant authoritate noſtra Matrem Ancillam, Monialeſque prædictas, & earum quamlibet præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere: non permittentes illas, & quaſcumque illarum deſuper à quoquam quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari; Contradictores quoſcumque, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & Eccleſiaſticas pœnas, & alia oportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtante fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus diætis, dummodò ultra tres diætas aliquis authoritate præſentium ad judicium non trahatur; aliiſque conſtitutionibus &c. Datum Romæ die 20. Iulij 1606.

## CAPUT X.

*De Reformatione Clariſſarum.*

304. QVas pro Seraphici Minorum Ordin. relaxatione cauſas ſuperiùs adduximus, vel à pari, vel à fortiori ob ſexus imbecillitatem, etiam in arctiſſimo Clariſſarum inſtituto locum ſibi vindicare non dubitamus. Dupliciter autem relaxationum ſemina orta fuiſſe comperimus, primò quòd eſſentiale votum paupertatis (ut interim alia de jejuniis, & ſimilibus minora præcepta prætercam) in Franciſcana Regula præſcriptæ, quam & Gregorius IX. & Innocentius IV. jam diſpenſare voluerant, diſpenſatione tamen per Sanctam Claram, per Beatam. Agnetem Bohemicam, atque per alia omninò plurima Cœnobia non recepta, quæ Seraphici Patris Evangelicam hæreditatem ſuſtinere prælegerunt. Tandem verò Vrbanus IV. anno 1263. ex omnibus (ut ſupra diximus) regulis per diverſos Pontifices, & per ipſum Patriarcham ad varia monaſteria tranſmiſſis, novam alteram ſe ipſo deſcripſit, quam Ioannes Cardinalis Vrſinus Caetanus Ordinis Protector ad Ordinem univerſum tranſmiſit, cum diſpenſatione Paupertatis in communi jugiter obſervandam. Hæc ergo fuit prima, & eſſentialis ſuper Clariſſarum regula relaxativa diſpenſatio. Intelligens autem Vrbanus, non pauca fore Cœnobia, quæ piæ Matris æmulando teſtamentum, & paternæ regulæ primarium altiſſimæ paupertis inſigne, non ſine gravi difficultate, animique morore Harol. in Epito. t. 1. 1264. n. 4. & Chron. Ord. Min. par. 1.

eſſent in diſpenſationem, & relaxationem hujuſmodi verba factura, illas quidem Sanctimoniales, quæ Apoſtolicum hoc privilegium acceptare vellent, ab omni, & quacumque præcedenti obligatione, & voto in contrarium abſolvit, illas autem, & quæ in altiſſimæ rigore paupertatis eilgerent permanere cogi noluit, ut recederent; unde quamplurima Cœnobia in Franciſcani rigoris apice glorioſè perſeverarunt.

305. Excreſcente verò ſucceſſivè Sanctimonialium numero, decreſcebat è contra ſanctæ profeſſionis zelus; etiam ubi præfixos à ſancto Franciſco rigores prælegerant; atque tum ex humana fragilitate, tùm etiam ex nimia principum benevolentia, & liberalitate trahebantur, ut adhærendo privilegiis poſſiderent in communi. Vnicum hic proferam de hujuſmodi ad privilegia dulci coactione exemplum, cætera propriis in locis reſervando: Circa annum 1258. hortante Alexandro IV. Pontifice, approbante, & applaudente Alphonſo III. Luſitaniæ Rege fundaverunt Lamegi in eodem Regno piiſſimæ quædam Moniales ſub rigidiori Clariſſarum regula cœnobium, ubi ex altiſſimæ paupertatis, & perpetuæ clauſuræ, necnō ex univerſali ſanctiſſimæ vitæ fama, incredibili apud omnes erant in pretio; Rex autē citiùs ad ſanctā illarum exēplaritatē intimè propenſus, obtentā priùs ab eodem Pontifice licentiā, ut ipſum opportuniorem in locum tranſmutaret, apud Santarenum præparato ſolēniſſimo, & verè regio cœnobio, quod & ampliſſima dote cumulaverat, voluit collocandas: Alexander Pontifex triplicatis litteris Apoſtolicis in voto paupertatis in communi diſpenſando, conceſſit, ut Santarenum ſe transferendo poſſent ex Regia liberalitate in communi poſſidere, quartò tandem Alexander ipſe à Rege ſupplicatus, Clariſſas illas gravi obedientiæ præcepto adegit, ut ab acceptandis regiis proventibus nullatenùs titubarent. Sic ergo ait in litteris Apoſtolicis datis ad ipſas an. 1260. { Nos itaque ipſius Regis piis precibus favore benevolo concurrentes, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenùs dictum redditum, ſtatuto aliquo veſtri Ordinis non obſtante, recipere ſine dilatione aliqua ſtudeatis.] Chron. Prov. Portug. lib. 5. c. 3.

306. His, aliiſque viis introducta inter Clariſſas proprietate in communi, ſingulare illud Evangelicæ paupertatis inſigne cœpit evaneſcere, ita ut paucis in locis conſervaretur ejuſdem antiqua memoria; Ad hæc ſecundi generis relaxationes irrepere cœperunt in Ordinem; Proventus, & divitiæ vix non appoſito termino, tum ex Monialium dotibus, tum ex Principum, aliorumque Benefactorū ampliſſima liberalitate quotidiè creſcebant ultra modum à divitiis ſacræ, prophanæque ſupectilis abundantia contra præſcriptos à Sancto Franciſco limites, ſuper omnia verò nimia, & ultra decentiam cum ſæcularibus alicubi familiaritas, & colloquium, aliæque id genus relaxationes, cum maximo & ſpiritus, & orationis, & ſanctitatis præjudicio in quibus à principio tanta cum laude ipſas effloruiſſe comperimus.

307. Itaque Apoſtolica ſolicitudine Rom. Pontifices, necnon Ordinis Superiores in hoc potiſſimùm adlaborarunt, ut dilabentem regularis vitæ diſciplinam, ubi ſe caſus offerret, ex integro in monaſteriis repararent, eo majori zelo, quo magis decet Sponſas Chriſti electas majori ſanctitudinis perfectione efflorefcere. Primum quod invenerim hac in cauſa Monaſterium, fuit S. Antonij de Paliciano propè Ferrariam Ordinis S. Claræ, quod cum ex ſubortis inter Moniales nonnullis contentionum ſeminibus relaxaretur à rigore diſciplinæ, per Ioannem XXII. Pontificem Fratri Michaeli de Cœſena Ordinis Primicerio ad integram reformationem commiſſum fuiſſe, ex ſequenti diplomate cognovimus.

## IOANNES PAPA XXII.

308. Exquiſita tuæ circumſpectionis induſtria nobis fiduciam ingerit, ut quæ tibi committuntur à Nobis, prudenter, & fideliter exequaris. Cupiētes igitur, ut monaſterium Sororum S. Antonij de Paliciano propè Ferrariam Ordinis ſanctæ Claræ ſubductis obſtaculis, & impedimentis quibuſlibet procul pluſis, pacis commodis affluat, & ſucceſſibus proſperis gratuletur, diſcretioni tuæ Vvad. t. 3. in Reg. 1322. ſ. 132 bull. 106.

tuę preſētium authoritate committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium præfatum monaſterium, & perſonas degentes in ipſo, quoties opus fuerit, dummodo viſitatio, inquiſitio, correctio, & reformatio dicti monaſterij ad alium non pertineant, cui non intendimus per hoc præjudicium aliquod generari; viſites, & in eo tàm in capite, quàm in membris inquiras, corrigas, & reformes, quæ correctionis, & reformationis officio videris indigere, proceſſurus circa hoc ſecundùm juris officium, & conſtitutiones ipſius ordinis approbatas, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; non obſtantibus ipſius monaſterij quibuſcūque privilegiis contrariis, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim à Sede Apoſtolica ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mētionem. Datum Avinione 10. Kalendas Febr. anno. 6.

309. Deinde in Hiſpaniis ex martialibus tumultibus non inter Clariſſas tantùm, ſed in utriuſque ſexus, & cujuſcumque Ordinis Regularibus neceſſariam fuiſſe Reformationem legimus.

310. Deturpata valde erat facies religionis, ut lib 6. jam diximus, in Regno Caſtellæ propter bellorum tumultus inter Petrum olim Regem, & Proceres Regni, deindè eumdem, & Henricum Fratrem, expulſis ex multis cœnobiis Fratribus, & per incertas ſedes divagātibus. Hinc, atquè ex liberrima vita Petri, multorumque Optimatum, & Præſulum, qui in ſuas partes vocabant Superiores Religionum, introductæ ſunt in Regularium ſodalitia irregulares conſuetudines, & deformitates. Iudicavit ergo Pontifex ſui muneris eſſe his malis obvenire: quarè miſſo ex Gallia Fratre Arnaldo Serrano Sacræ Theologiæ Magiſtro, & Provinciæ Aquitaniæ Miniſtro, adjectiſque ſociis ex Hiſpaniis Fr. Didaco de Placentia al. de Palentia Toletani cœnobij, & Ioanne Gonſalvi de Opta Conchenſis lectoribus, & mox tertiò Ioanne de Vbera al. de Vbera; quos ab omni Superiorum Regularium, præterquam Arnaldi obedientiâ exemit, datiſque litteris ad Henricum Regem, & Reginam Conſortem, Ordinis nitorem in iis partibus reſtituere aggreſſus eſt. Pro ſpeciali verò Clariſſarum reſtauratione ſequentis tenoris edidit diploma.

Vvad. t. 4. ad ann. 1373. fol. 182. n. 24

GREGORIUS XI. PAPA.

*Dilectis filiis Arnaldo de Campania in ſacra Theologia Magiſtro, & Bernardo de Garriſono, ac Didaco de Palentia, ac Ioanni Gonſalvo de Opta Ordinis Fratrum Minorum profeſſoribus.*

311. Ad audientiam noſtram non abſquè multo dolore noſtræ mentis, fide digna relatione pervenit, quòd Ordo Beatæ Claræ in Regno Caſtellæ eſt adeò deformatus, quòd exinde non ſolum nonnullis perſonis eccleſiaſticis, ſed etiam, & ſæcularibus diligentibus ipſum Ordinem multæ turbationes, & ſcandala pervenerunt, ſuper quibus per eos, ad quos ſpectat, debita correctio non eſt appoſita hactenùs, nec procuratur apponi. Nos igitur de his, ſi vera ſunt, meritò condolentes, & nolentes ea ſub diſſimulatione tranſire, ac de veſtris prudentia, & zelo Religionis, de quibus ſumus fide dignorum teſtimoniis informati, in Domino plenariè confidentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenùs duo veſtrum ad dictum Regnū, & alia Regna, & terras ab eo dependentia, & ad hujuſmodi monaſteria vos perſonaliter conferentes, & ad ſolum Deum, animarumque ſalutem, ac decorem, & honeſtatem, bonumque ſtatum prædicti Ordinis habentes reſpectum, omnia, & ſingula monaſteria, Conventus, & loca ipſius ordinis conſiſtentia in Regnis, & terris prædictis, & ipſorum monaſteriorum perſonas authoritate noſtra viſitetis, ac inquiratis in ipſis monaſteriis ſuper exceſſibus, negligentiis, & defectibus, de quibus videritis expedire, & ea, quæ per viſitationem, & inquiſitionem hujuſmodi reformanda, corrigenda, & emendanda inveneritis, authoritate præfata reformetis, corrigatis, & emendetis tàm in capitibus, quàm in membris, & puniatis perſonas, quas puniendas videritis. Contradictores &c. Non obſtantibus exemptionis, & quibuſcumque aliis privilegiis, & litteris Apoſtolicis contrariis, juramento, confirmatione

Vvad. t. 4. Reg. f. 129. ann. 1314. bull. 54.

tione Apoſtolica, vel alia firmitate vallatis, etiamſi de ipſis, eorum tenoribus, ac locorum hujuſmodi nominibus eſſet in præſentibus plena &c. ac de verbo &c. mentio facienda. Seù ſi aliquibus communiter &c. ab Apoſtolica &c. quòd interdici, &c. per litteras &c. de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avenione 11. Kal. Ianuarij anno 4.

312. Quibus Viſitatoribus, ut de honeſtis expenſis juxta neceſſitatem debite provideretur, quas appono voluit litteras adjicere.

*Dilectis in Chriſto filiabus univerſis, & ſingulis Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum ordinis S. Claræ in Regno Caſtellæ, & aliis Regnis, ac terris dependentibus ab eodem, conſiſtentibus, ad quas præſentes pervenerint.*

Ibid. bull. 55. CVm dilectos filios Arnaldum de Cāpania in ſacra Theologia Magiſtrū, & Bernardum de Garriſono, & Didacū de Palentia Toletano, & Ioannem Gonzalvi de Opta Ordinis Fratrum Minorū latores præſentium ad viſitandum, reformandum authoritate noſtra monaſteria, Conventus, & loca ordinis S. Claræ in Regno Caſtellæ, & aliis Regnis, ac terris dependentibus ab eodem conſiſtentia, præſentialiter deſtinemus, univerſitatem veſtram hortamur attentè, mandantes quatenus duobus ex eiſdem Viſitatoribus, cum ad vos causâ viſitationis hujuſmodi declinabunt, de decentibus expenſis, & evectionibus de loco ad locum dicti Ordinis veſtri eis opportunis liberaliter provideri curetis. Alioquin eiſdem Viſitatoribus hujuſmodi expenſas conſtituendi prout &c. ſuper quo &c. præſentium facultatem. Non obſtant. exemptionis, &c etiamſi de ipſis, eorumque &c. mentio facienda. Seù ſi vobis communiter &c. quòd interdici &c. de indulto hujuſmodi mentionem. Datum Avinione, 12. Kal. febr. anno quarto.

Uvad. t. 5. ann. 1431. n. 21. 313. Eugenius IV. cum in ſui Pontificatus initio ſuccreſcentes alicubi Monialium relaxationes dolenter audiſſet, Generali ordinis Miniſtro illarum plenam Reformationem gravi diplomate indixit.

EVGENIVS PAPA IV.

*Dilecto filio Generali Miniſtro Ordinis Minorum.*

AD ſtatum ſingulorum fidelium &c. ſanè ſicut ex fide dignorum relatione percepimus, nonnulla monaſteria Monialium Ordinis S. Claræ in diverſis locis conſiſtentia, propter nonnullarum Abbatiſſarum, ac in eis degentium culpam Monialium, quæ plerumque à jugo Regularis Obſervantiæ deviantes laxiorem, quàm deceat, vitam ducunt, ac propter varia diſſentiones, & ſcandala, quæ in eiſdem monaſteriis quotidiè oriuntur, non modica reformatione indigere noſcuntur. Nos igitur in præmiſſis debitè providere cupientes, ac ſperantes, quòd tu propter impoſitum tibi dicti Ordinis gubernandi, & regendi onus ad ejus, & monaſteriorum prædictorum reformationem, & ad debitum ſtatum reductionem, eò diligentiùs incumbes; quò majori fueris per Nos authoritate munitus; tibi omnia, & ſingula hujuſmodi monaſteria, eorumque perſonas, tàm in capite, quàm in membris, authoritate noſtra viſitandi, ac ea, de quibus tibi videbitur, aperta monaſteria ſub debita clauſura ponendi, necnon ipſorum Abbatiſſas ſecundùm demerita ipſarum deponendi, & alias de novo inſtituendi, & deſtituendi, Moniales quoque cum rebus, & bonis ſuis de uno monaſterio ad aliud transferēdi, bona inſuper unius monaſterij ad aliud applicandi, ac omnia alia, & ſingula agendi, faciendi, & ſtatuendi, quæ in ipſis monaſteriis ſecundùm Deum pro eorumdem, & perſonarum hujuſmodi ſtatu, utilitate, reformatione, & quiete, ac divini cultus obſervātia; de conſilio tamen, & aſſenſu diſcretorum, correctionis, & reformationis officio noveris indigere. Contradictores etiam authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, plenam, & liberam authoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus, & etiam poteſtatem, Conſtitutionibus Apoſtolicis &c. non obſtantibus quibuſcumque &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno &c. 1431.

Uvad. t. 5. Reg. f. 188. ann. 1431. 6. 6.

1431. IV. Idus Maij anno primo.

314. Quod etiam ann. 1437. ſub iiſdem ferè verbis renovatâ bullâ iterum conſtituit, ut in Vvadingo ad annum hic allegatum in Regeſto bulla 116. eſt videre; ſpecialiùs autē pro monaſteriis in Diœceſi Florentina majori efficacia reformãdis ad eumdem Gullielmum Generalem graviſſimas litteras expedivit.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Dilecto filio Gullielmo Generali Miniſtro Ord. Minorum.*

Vvad. t. 5. Reg. ann. 1436. fol. 226. bull. 82.

SEdis Apoſtolicæ, &c. Dudum ſiquidem cum ad noſtrum &c. perveniſſet auditum, quòd monaſteria Monialiū Ord. S. Claræ Florent. & nonnulla alia Florent. Diœceſ. ſub cura, & protectione Fratrum Ordin. Minorum conſiſtentia, ad quorum reformationem cum tu cœpiſſes intendere, &c. negotiis gravioribus Sedis Apoſtolicæ, ac Vniverſalis Eccleſiæ evocatus, tuum reformationis, & correctionis propoſitum implere nequiviſſes &c. dubitareturque de cæteris ejuſdem Ordinis in dicta diœceſi conſiſtentibus, niſi de celeris proviſionis remedio eiſdem ſuccurratur, quòd gravibus ſubjacerent incommodis, & jacturis. Nos igitur &c. cum tu, fili Generalis, in remotis, ut præfertur, pro dictarum Sedis, & Eccleſiæ, ac tui Ordinis negotiis tunc exiſteres, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Feſulano, & dilecto filio Auditori Cameræ Apoſtolicæ per noſtras certi tenoris litteras dedimus in mandatis, quatenùs ad prædicta monaſteria perſonaliter accedentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, ea, necnon in ipſis degentes perſonas authoritate noſtra, ea vice dumtaxat, viſitarent &c. reformarent &c. Cum autem prout accepimus, Epiſcopus, & Auditor prædicti, licèt incœperint, tamen nondum ad dictarum litterarum, & commiſſionis noſtræ executionem proceſſerint. Tù verò, fili Generalis, ad Civitatem Florentiæ perſonaliter acceſſeris, & idcirco decens, & congruum videatur, ut captata opportunitate ad viſitationem, & reformationem hujuſmodi per te, vel alium; cui commiſeris, intendere debeas, diſcretioni tuæ, necnon Venerabili Fratri noſtro Iordano Epiſcopo Sabin. dicti Ordinis, & monaſteriorum Protectori &c. (Epiſcopum, & Auditorem prædictos, omneſque alios, & ſingulos ad viſitationem hujuſmodi deputatos revocantes) prædicta dictæ Diœceſ. ſub cura, & protectione Ordinis Minorum conſiſtentia monaſteria Monialium, omniaque alia, & ſingula ubique conſiſtentia aliàs curæ, & protectioni tui Ordinis commiſſa, ac in eis conſiſtentes perſonas, proque eorumdem ſervitiis deputatas viſitandi &c. quę inibi correctionis, &c. officio noveris indigere, authoritate noſtra corrigendi, &c. & circa ea prædictorum monaſteriorum, & perſonarum ſtatu proſpero &c. opportuna fuerint faciendi &c. concedimus facultatem. Tibi verò, fili Generalis, ut monaſteria prædicta, &c. viſitandi officium exerceas, diſtrictè mandantes; volentes etiam, ut omnibus, & ſingulis privilegiis &c. plenè uti valeas, & c. ſucceſſores tui, quibus eadem concedimus, &c. Conſtitutionibus Apoſtolicis, illa præſertim, quæ nuper omnibus, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum &c. inhibuimus, ne ad Clauſtra dictorum monaſteriorum ullo pacto auderent accedere & c. aliiſq; in contrarium facientibus quibuſcumque nequaquam obſtantibus. Dat. Florentiæ anno &c. 1435. VII. Kal. Febr. anno quinto.

315. Notandum hic tamen, quòd de ſacro Montieelli cœnobio prope Florentiam ſcribit Vvadingus, anno videlicet 1320. evolaſſe ibidem ad Dominum Beatam Heliam de Pulcis Florentinam, quę cum præ cæteris, conſororibus Beatæ Agnetis de Aſſiſio primæ ejuſdem monaſterij Abbatiſſæ, atque Magiſtræ adhuc aliqualiter diſcipulis, omnium virtutum laude floreret, ſpiritu prophetico etiam ditata, in ultimo vitæ termino conſtituta corā Monialibus lectum agonizantis circumdantibus ſic de futuris ejuſdem Cœnobij mutationibus prædixit. [Sacrum hoc noſtrū domicilium plurimis Sororibus virtute, ſanctitate, generiſq; ſplendore præclaris undiquè illuſtre, demonis inſidiis, & Superiorum ignaviâ ad miſerum ſtatum perveniet. Tanta erit relaxatio diſciplinæ, ut ad impudicos mores, & turpem vitam abſque timore, aut verecundia Sorores prorumpent. Attamen Dominus non continebit in ira ſua miſericordias ſuas, ſed faciet, ut aliunde Vvad. t. 3. 1320. n. 2.

aliunde veniant virtutis, & ſanctitatis Magiſtræ, quæ locum ſanctum à ſanctis extructum in priſtinam dignitatem, & decorem reſtituent, ſed & Dei gratiâ quæcumque facient, proſperabunt, atque in multas ætates conſervabuntur.] Quibus dictis dulciter in Domino obdormivit. Verè prophetizaſſe, tempus probavit, extinctis etenim quæ tunc ſupererant ſociis, & diſcipulis ejus Deum timentibus, regulariſque vitæ ſectatricibus, reliquæ habenas laxarunt, à ſancto inſtituto longè receſſerunt, & factæ ſunt hominibus in ſcandalum.

316. Creſcente quotidie iniquitate, ab anno 1400. quo liberiùs mores cœperant corrumpi, tandem Eugenius IV. dum Florentiæ cum Curia reſideret, & mala multa de illis audiret referri, commiſſâ curâ Iordano Cardinali Vrſino Protectori, & Gullielmo de Caſali Generali Miniſtro Ordinis Minorum, regularem vitam reſtituit, ejectis, & per alia monaſteria diſperſis falſis iſtis Clariſſis, & introductis in earundem locum perfectiſſimis S. Claræ diſcipulis. Iteratam verò illarum, quæ titulo relaxationis expulſæ fuerant, receptionem gravi diplomate Pontifex ipſe prorſus interdixit prout ſequitur.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad.t.5. Reg.ann. 1436. bull.88.

317. Officij noſtri debitum &c. Cum itaque Venerabilis Frater noſter Iordanus Epiſcopus Sabin. & dilectus filius Gullielmus de Caſali Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter ad reformationem monaſterij de Monticellis extra muros Florentin. Ordinis S. Claræ, juxta eis à Nobis injunctum mandatum procedentes, nonnullas Sorores dicti Ordinis, quæ à norma rectè vivendi declinaverant ex prædicto monaſterio licentiaverint, & removerint, ac in eodem certas, honeſtas, & devotas Sorores Minoriſſas ex monaſteriis S. Ludovici Bononien. advocantes introduxerint, & aliàs monaſterium ipſum de Monticellis reformaverint, prout eis ſecundùm Deum, & earum regulam viſum fuit expedire. Nos cupientes, ut prædictæ Sorores in ipſo monaſterio de novo introductæ, & quæ eis in futurum ſuccedent, cum animi tranquillitate in illo perſeverent, ac inſtitutionem Abbatiſſæ, & Monaſterij reformationem hujuſmodi, & cætera inde ſecuta authoritate Apoſtolica approbantes, & confirmantes, eadem authoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla deinceps mulier ſæcularis, vel Religioſa, cujuſvis Ordinis, vel profeſſionis fuerit, etiamſi in eodem per antea recepta, & poſt profeſſionem per ipſam emiſſam inibi nutrita extiterit, monaſterium ipſum de Monticellis ingredi, ſeu in alio recipi quoquomodo poſſit, niſi eiſdem ſororibus in habitu, & ordine per omnia ſit conformis, & ad hoc etiam dilectarum in Chriſto filiarum modernarum, & pro tempore futurarũ Abbatiſſæ, & ſororũ ipſius monaſterij de Monticellis, vel majoris partis earumdem conſenſus accedat. Nos enim, ſi ſecus actum fuerit, tàm in receptas, quàm in recipientes, necnon quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, ſeu ſæculares, vel regulares, cujuſcumque ſtatus, gradus præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, quæ contra Ordinationem noſtram hujuſmodi Abbatiſſas, & Sorores prædictas cõtra præmiſſa inquietare, ſeu quomodolibet moleſtare præſumpſerint, excommunicationis ſententiam; niſi moniti reſipiſcant, incurrere volumus ipſo facto, à qua præterquam in mortis articulo ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolvi non poſſint. Per hoc autem, quin Abbatiſſa, & ſorores prædictæ, quæ pro tempore fuerint dicti Monaſterij de Monticellis, juxta inſtituta dictæ regulæ ipſarum, Superioribus obedientiam &c. exhibere teneantur, aliquatenus derogare non intendimus: ejectas verò ex hujuſmodi monaſterio de Monticelli de bonis ejuſdem monaſterij, prout ipſius facultates ſufficient (quod totum ipſorum Epiſcopi Protectoris, & Generalis dicti Ordinis S. Franciſci diſcretioni committimus) nutriri volumus. Prohibemus inſuper, ſorores illas, quæ de monaſterio S. Iacobi Florentin. Ordinis S. Claræ abſque ſuperioris licentia temeritate propria exiviſſe noſcuntur, in illo ulteriùs recipi, ſed pro culpa caſtigari, & in alio loco collocari volumus. Nulli ergo &c. Dat. Florentiæ anno 1436. V. kal. Aprilis anno ſexto. Nec difformiter, immò ſub eiſdem ferè verborum tenoribus, ac eadem

dem poteſtatis plenitudine monaſterium S. Gullielmi Ferrarienſe per ipſum Generalem Miniſtrum reformari mandavit, dato Brevi, *Ad monaſterium. Datum Bononiæ anno* 1437. *ſeptimo Kal. Iuny.* quod non apponimus, quia cum præcedentibus per omnia coincidit.

318. Cum verò alicubi rigoroſam Gullielmi Generalis reformationem monaſteria nonnulla relaxationi nimis dedita detrectarent, Eugenius ipſe ad omnimodam Miniſtri Generalis obedientiam,& correctionem omnia,& ſingula omninò voluit ſine ulla diſpenſatione,vel exemptione obligari ſub graviſſimis pœnis, & cenſuris, prout in ſequenti diplmate.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad.t.5. Reg.ann. 1437. bull.117. AD ea, quæ fœlicem, &c. ſanè exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Fratris Gullielmi ſacræ paginæ profeſſoris, Ordinis Minorum Generalis Miniſtri petitio cõtinebat, quòd cum ipſe ad generale Capitulum Toloſæ nuper celebratū proficiſcens,tàm ex incumbente ſibi officio, quàm ex noſtro mandato deformationes, & abuſus monaſteriorum Ordinum ſanctæ Claræ, S. Damiani, & Minoriſſarum ſibi, & Provincialibus Miniſtris ſui Ordinis immediate authoritate plenaria à Sede Apoſtolica commiſſorum reformare tàm in eundo, quàm in redeundo tentavit, & quibuſdam in locis Provinciarum Proventiæ,& Aquitaniæ, ſecundùm morem ſui Ordinis conatus fuerit ordinationibus, & reformationibus, ac neceſſariis clauſuris ipſa monaſteria ad regularem Obſervantiam revocare,vectes etiam in exterioribus portis ipſorum Monaſteriorum apponendo, cum ſeris,vel clauſura, quæ in quibuſdam malè ordinata,in quibuſdam nulla penitus erat,de cætero ſervari: tamen ipſorum quamplurimorum monaſteriorum Sorores, præſertim Avinionis, Montis Peſſulani, Maſſiliæ, & aliorum reformari nolentium ab ipſis inſtitutis, & ordinationibus appellarunt, quibuſdam ex ipſis amoventibus ſeras,& vectes, vel facientibus amoveri; aliis recuſantibus ipſas apponi,aliis etiam clauſuræ, quæ ſub voto regulæ prædictarum continetur, ſub frivolis, & repellendis omninò exemptionibus, quas hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſis,cõtradicentibus, &c.hujuſmodi reformationes ab ipſo factas confirmare, & facultatem inſuper rebelles quaſcumque puniendi, & ad Obſervantiam earumdẽ compellendi, ſibi dare, & concedere dignaremur. Nos autem volentes, ipſa monaſteria, & cætera dictorum Ordinum ubique exiſtentia penitùs reformari, tàm circa divinum cultum, quàm alias regulares Obſervantias, & præſertim circa clauſurā, quæ eſt clypeus honeſtatis,ad quam, ut præfertur, tàm ex voto profeſſionis, quàm ex proviſionibus fœl. rec. Benedicti XII. prædeceſſoris noſtri tenentur; prædicti Generalis ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas reformationes monaſteriorum ſupradictas per eum, ut præfertur, factas authoritate Apoſtolica approbantes, ac inviolabiliter obſervari mandantes, ſibi inſuper,ac prædictis Miniſtris Provincialib⁹ rebelles & fautores quoſcumq; compeſcendi, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia cum invocatione brachij ſæcularis, & cum facultate etiam dictas Moniales privandi, ſi rebelles fuerint, bonis temporalibus ad earum uſum deputatis, ac aliis monaſteriis eorundem Ordinum obſervanter viventium,vel Eccleſiis Cathedralibus, aut hoſpitalibus applicandis, licentiam authoritate prædicta, & plenaria concedentes tenore præſentium facultatem. Volumus autem, quòd ſicut Abbatiſſæ, & aliæ ſorores ex earum profeſſionibus ad hoc deputatæ tenent claves, quibus ad intra portæ monaſteriorum prædictorum claudũtur,ſic per Confeſſores,aut alias honeſtas perſonas per ipſos Generalem, & Miniſtros deputandas, claves prædictæ ex exteriori teneantur,& conſerventur. Et nihilominus præcipientes omnibus,& ſingulis, tàm Clericis,quàm Religioſis,& Regularibus perſonis,cujuſcumque conditionis, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſub pœna excommunicationis, quam tranſgredientes ipſo facto incurrant, & à qua, niſi à Romano Pontifice non poſſint abſolvi, præterquam in mortis articulo conſtituti, quatenus neque prædicta Monaſteria, nec aliquod ipſorum ingredi præſumant,propter formam regulæ, & proviſionum Apoſtolicarum ſuper hoc ſpecialiter editarum, unumquem

quemque inſuper Ordinum prædictorum, qui ordines quandoque ſub nomine *Minoriſſarum*, quãdoque *Sanctæ Damiani*, quandoque *Sanctæ Claræ* nominentur, ſub unico *Sanctæ Claræ* vocabulo, juxta veteres Apoſtolicas ſanctiones decernimus appellari, & per vos, ut præfertur, in regulari Obſervantia gubernari: contradicentes autem Moniales excommunicationis ſententiam, & ſi fuerint Abbatiſſæ, præter hoc privationem ſuorum officiorum ipſo facto incurrere, & cæteras ad electionem alterius ſecundùm formam juris procedendum teneri volumus, niſi eſſent omnes, vel major pars earum etiam excommunicationis vinculo innodatæ, quo caſu, & in aliis, in quibus circa proviſionem opportunum eſſe videbitur, prædictos Generalem, & Provinciales Miniſtros juxta eorum conſcientias etiam cum invocatione brachij ſæcularis, ſi opus eſſe videbitur, procedere etiam volumus, & mandamus, præmiſſis appellationibus, & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ approbationis, mandati, conceſſionis, præcepti, conſtitutionis, & voluntatis infringere, &c. Datum Bononiæ, anno &c. 1437. VII. Idus decemb. anno ſeptimo.

319. Iam verò Ioannes XXIII. Antonio de Maſſa graviter præceperat, ut pro reformandis aliquibus in Tuſcia cœnobiis vigilanter intenderet, ut ex ejus diplomate conſtabit.

## IOANNES PAPA XXIII.

*Dilecto Filio Antonio de Maſſa Ordinis Fratrum Minorum Profeſſori, in ſacra Theologia Magiſtro.*

Uvad. t. 5. Reg. 1412. bull. 10. Circa ſtatus religioſorum locorum, &c. ſanè ad noſtrum nuper pervenit auditum, quòd nonnulla loca, ſive domus Fratrum ordinis Minorum, ſecundùm morem dicti Ordinis, necnon monaſteria Sororum Ordinis Sanctæ Claræ, ſive Minoriſſarum in Provincia Tuſciæ conſiſtentia, culpâ, ſeu defectu, & negligentiâ Miniſtri dictæ Provinciæ, qui nunc eſt, ac quorundam ex officialibus locorum, ſive domorum hujuſmodi, per eumdem Miniſtrum inſtitutis, & etiam deputatis, necnon Abbatiſſarum monaſteriorum prædictorum malè reguntur, & gubernantur, ſpretâ in aliquibus locorum, ſive domorum, ſeu monaſteriorum ipſorum diſciplinâ, ſeu obſervantiâ regulari. Nos itaque cupientes, quòd dicta loca, ſive domus, ſeu monaſteria ſemotis, & procul pulſis impedimentis nocivis, commodis affluant, & ſucceſſibus proſperis gratulentur, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ad præfata loca, ſive domus, ſeu monaſteria ipſa te perſonaliter conferens, habens præ oculis ſolum Deum, loca, ſive domos, ſeu monaſteria ipſa authoritate noſtra viſites, & reformes tàm in capite, quàm in membris, & quæ in eis correctionis, & reformationis, necnon privationis, poſitionis, & depoſitionis Fratrum, ac quorumdam ex officialibus prædictis, necnon Abbatiſſarum prædictarum in eiſdem locis, ſive domibus, ſeu monaſteriis degentium, officio noveris indigere, eadem authoritate corrigas, & reformes: necnon prædictos Fratres, & quoſdam ex officialibus prædictis, ac Abbatiſſas præfatas punias, ponas, & deponas, prout ſecundùm Deum, & animæ tuæ ſalutem videris expedire. Contradictores per cenſuram, &c. non obſtantibus quibuſcumque indulgentiis, privilegiis, &c. Volumus autem, quòd ſi per diligentem examinationem præfatum Miniſtrum dictæ Provinciæ repereris talia commiſiſſe, vel aliàs eum minus idoneum ad Miniſtratum dictæ Provinciæ, ſeu ejuſdem Miniſtratus officium, & exercitium, propter quæ, exigentibus ejus demeritis, miniſtratu, ſeu officio miniſtratus ejuſdem, & ejus exercitio privandus, & ab eo amovendus extiterit, miniſtratu, ſeu officio, & exercitio hujuſmodi prives, & amoveas realiter ab eodem. Et nihilominus poſt privationem, & amotionem hujuſmodi, Fratres aliàs diſcretos ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines dicti Ordinis ad Capitulum, ſeu Congregationem celebrandum, ad aliquem locum idoneum dictæ Provinciæ, prout tibi videbitur, pro electione alterius Miniſtri in dicta Provincia nominandi, & eligendi, authoritate præfata convoces, ſeu congreges, & hujuſmodi capitulum, ſive Congregationem inter dictos Fratres aliàs diſcretos tenere, & celebrare, ut eſt moris, ſupplendo omnes, & ſingulas voces Fratrum prædictorum,

rum, ſi quæ defuerint in Capitulo, ſeu Congregatione hujuſmodi; & in Capitulo, ſeu Congregatione præfatis alium Miniſtrum in dicta Provincia nominare, & eligere in locum dicti Miniſtri, ſi per te ipſum Miniſtratu, & ejus officio, & exercitio privari, & ab eo amoveri contigerit, ut præfertur, ad Miniſtratum, & ejus officium, & exercitium in præfata Provincia eadem authoritate procures. Ita tamen, quòd nominatio, & electio dicti alterius Miniſtri cum hujuſmodi Capitulo, ſeu Congregatione per te celebrata, per dilectum filium Antonium de Pireto dicti Ordinis Fratrum Minorum Generalem Miniſtrum debeat protinus confirmari. Et inſuper, quòd ſi alicui alteri de celebrando electionem dicti alterius Miniſtri in præfata Provincia Apoſtolica, vel alia quavis authoritate conceſſum fuerit, conceſſio ipſa, etiamſi de verbo ad verbum in præſentibus de ejus toto tenore habenda foret mentio ſpecialis, irrita, & inanis exiſtat, nulliuſque roboris, vel momenti. Datum Romæ apud S. Petrum ſecundo Kal. Octobris anno tertio.

Uvad.t.5. 1449.n.47. 320. Dominicus Cardinalis Firmanus Ordinis Protector nimiæ quorundam Cœnobiorum, præſertim provinciæ S. Antonij, libertati, & morum corruptelæ obſiſtere cupiens, authoritate Apoſtolica, & ex ſui muneris ratione inſtituit Viſitatorem, & reformatorem omnium in Italia Clariſſarum Fratrem Franciſcum à Saxo-Ferrato Regularis Obſervantiæ profeſſorem, data ei ampliſſima poteſtate in ſequenti diplomate.

*Dominicus miſeratione divina tituli Sanctæ Crucis in Ieruſalem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis; Firmanus communiter nuncupatus, ac etiam Sacri Ordinis Minorum Protector indignus, venerabili, & Religioſo viro Fratri Franciſco de Saxo-Ferrato ejuſdem Ordinis de Obſervantiæ ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.*

Ibid. n.48. ex autographo. CVm in Regula, & inſtitutione Ordinis S. Claræ ſtatutum ſit, Cardinalem, qui pro tempore dicti Ordinis Protector fuerit, Gubernatorem, Protectorem, & Correctorem ipſius Ordinis eſſe, curamque, & regimen ipſius, & omnium monaſteriorum ejuſdem, nec non perſonarum in eis degentium habere, & ſub ejuſdem Cardinalis pro tempore gubernationi, & correctioni à Sede Apoſtolica deputati obedientia, cura, & regimine Fratres, & Moniales dicti Ordinis debeant permanere, cui teneantur firmiter obedire. Et ipſe Cardinalis de eiſdem ſolicitudinem gerens, & curam, Monaſteriis, & perſonis degentibus in eis tàm per ſe, quàm per viros idoneos, quoties expedire videbitur, viſitationis officium impendere debeat. Nos igitur intelligentes, quantum onus humeris noſtris impoſitum ſit, deſiderantes officio noſtro, quoad poſſumus, ſatisfacere, quoniam plurima monaſteria dicti Ordinis S. Claræ reformatione indigere dicuntur, non valentes per nos ipſos viſitationis officium impendere, tibi prædicto Fratri Franciſco, tam de mãdato S. D. N. vivæ vocis oraculo nobis facto, quàm authoritate officij nobis commiſſi, tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus ad quæcumque monaſteria S. Claræ te conferas, & quæ reformatione indigere cognoveris, reformes, & præſertim ad monaſteria Provinciæ S. Antonij corrigendo, & reformando tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noveris indigere, illarumque Monialium confeſſionem audiendo, & eas abſolvendo de omnibus, & ſingulis delictis, cenſuris, & excommunicationis ſententiis, quantùm officij noſtri pœnitentiariæ, cujus curam gerimus; ſe facultas extendit. Necnon poſſis ad hoc diſcretos, & idoneos ejuſdem ordinis Confeſſores per te eligendos, dictis Monialibus conſtituere, & removere illos, vel alios, pro ut tibi expedire videbitur, omnia alia faciẽdo, quæ ad pacem, & quietem dictorum monaſteriorum ſpectare proſpexeris; ſi quæ autem difficilia occurrerint, quæ per te ipſum reformare non poteris, S. D. N. aut nobis ſignificare ſtudeas; conſtituentes te dictorum monaſteriorum Viſitatorem, & reformatorem cum plena, & omnimoda poteſtate, & facultate, quam nos ipſi habemus; ut in eis ordines, ſtatuas, & diſponas, pro ut ſecundùm dictum ſtatutum, & regulas ſanctæ Claræ, & alia inſtituta, & ordinamenta dicti Ordinis videris expedire; dando etiam tibi facultatem mittendi ad Curiam Romanam pro hujuſmodi negotiis occur-

rentibus duos Fratres illorum gratiâ expediendorum. Mandantes omnibus Fratribus, & Monialibus dicti Ordinis in prædicta Provincia exiſtentibus in virtute S. Obedientiæ, ut tibi in omnibus, tanquam nobis pareant, & intendant, præſentibus à die datæ per decem, & octo menſes tantummodò valituris. Mãdantes inſuper tibi, ut de ſingulis per te geſtis,& factis, per teipſum, vel litteras facias nobis notitiam pleniorem. In quorum fidem præſentes noſtras litteras tibi fieri fecimus, noſtrique rotundi ſigilli juſſimus impreſſione muniri. Dat. Spoleti in domo noſtræ ſolitæ reſidentiæ die 3. Iunij. 1449. Pontificatus S. D. N. Nicolai divina Providentia Papæ V. anno III.

Bullar. antiq. f.312. 321. Paulus III. etiam ſanctiſſ. huic operi intendens Cardinali Carpenſi Ordinis Protectori dato Brevi, *Cum ſicut &c. anno* 1543. graviter commiſit, ut pro reformando Clariſſarum Ordine peculiari vigilantia laboraret. Deinde B. Pius V. datis ad Fratrem Fœlicem Vicarium Generalem Conventualium repetitis litteris; *Etſi &c. die* 29. *ſeptemb.* 1565. & iterũ *Etſi Romani &c. die* 28. *ſeptembris* 1566. ſub pœnis, & cenſuris Clariſſarum in Regno Neapolitano Conventualib⁹ ſubjectarum integram reformationem indixit: Deinde ſicut Minoritas generaliter in Hiſpania etiam per locorum Ordinarios à Conventualitate ad Obſervantiam Regularem reformari mandaverat; ita & Moniales omnes Conventualibus ſubjectas in eiſdem Hiſpaniis, etiam ſub Obſervantium gubernio, & obedientia reformari mandavit, expeditis litteris, *Cum graviſſimis de cauſis &c. die* 22. Decembris, anno 1566. quas ſuperiùs in lib. de Conventualibus per extenſum appoſui.

Ex Arch. SS. Apoſt. de Vrbe.

322. Lichetus autem Miniſter Generalis rem ſeriùs acturus, ut malum à radice abſcindere poſſet, circa regimen Monialium valde invigilabat, ægrèque ferebat aliquorum cupidinem multiplicandi monaſteria Sororum, eaque abſque debitis conditionibus acceptantiũ. Rigoroſo itaque ſtatuto decrevit, ut nullatenus monaſterium ullum in quacumque civitate, vel oppido, ſive Clariſſarum eſſet, ſivè alterius inſtituti, admitteretur à Fratribus regendum, niſi tria hæc præceſſiſſent. Primum, ut planè, & perfectè eſſet conſtructum, & capax ſaltem quinquaginta Monialium. Secundùm, ut redditus haberet annuos prædicto Sororum numero alendo ſufficientes. Tertium, ut unaquæque adoleſcentula in Monialem recipienda dotem competentem juxta regionis,& Vrbis conſuetudinem ante ingreſſum exhiberet. Ita decrevit in Capitulo Provinciæ S. Bernardini ann. 1518. die 28. Decembris, & publicari fecit per omnes Provincias. Has autem conditiones inviolabiliter obſervari voluit, quarum una ſi deficeret, receptionem monaſterij volebat irritam. Numerum verò adeò copioſum adhibuit Sororum, tum propter Divinum cultum, & miniſteria monaſterij commodè peragenda, quæ difficulter obiri poſſunt in paucarum, & debilium Virginum collegio; tùm ut difficiliorem, & graviorem redderet monaſteriorum acceptationem, tùm demum, ne deficientibus his conditionibus tot probarentur incommoda, & miſeriæ in hujuſmodi monaſteriis, quot hodie paſſim conſpiciuntur. Tandem Iulius II. Pontifex, ut reformationes hujuſmodi efficaciùs ſtabiliret, quæ aliquandò in monaſteriis oppoſitiones habebant, dato gravi diplomate præcepit, ut etiam per amotionem Monialium, per bonorum omnium expoliationem ad juſtæ, neceſſariæque Reformationis leges monaſteria relaxata cogi poſſent Miniſtri Generalis arbitrio.

Vvad. t. 8. 1519. n. 13.

## IVLIVS PAPA II.

*Dilecto filio Raynaldo Gratiano de Cotignola, totius Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro.*

323. NVper nobis exponi fecerunt dilecti filij Ciſmontanorum, & Vltramontanorum Fratrum Ordinis Minorum Procuratores in Romana Curia reſidententes, quòd licet fœl. rec. Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, Pontificatus ſui anno primo, generali Miniſtro totius Ordinis Fratrum Minorum tunc exiſtenti plenam, & liberam per litteras ſuas conceſſerit facultatem, & & poteſtatem omnia, & ſingula monaſteria Monialinm Ord. S. Claræ, earumq; perſonas tam in capite, quam in membris viſitandi, & eadem, quæ ſibi viderentur Vvad. t. 8. Reg. 1508. bull. 31.

rentur aperta monaſteria ſub debita clauſura ponendi, & alia de novo inſtituendi,& deſtituendi, monialeſque cum bonis, & rebus ſuis de uno monaſterio ad aliud transferendi,& bona unius monaſterij ad aliud applicandi: & deindè per alias litteras Pontificatus ſui anno ſeptimo Generali Miniſtro ejuſdem Ordinis tunc exiſtenti facultatem plenariam conceſſerit, Moniales Ordinis S. Claræ, S. Damiani, & Minoriſſarum ſibi, & Provincialibus Minorum rebelles bonis temporalibus ad earum uſum deputatis privandi, & aliis monaſteriis eorumdem Ordinum in obſervantia viventium, vel Eccleſiis Cathedralibus,aut hoſpitalibus applicandi. Ac poſtmodum etiam ſanctæ mem. Sixtus IV. prædeceſſor,& noſter ſecundùm carnem Patruus conſiderans, quod aliquandò contingere poſſet, monaſteria Monialiū ſanctæ Claræ, & Minoriſſarum,ac S. Damiani nuncupatarum monialibus deſtitui, adeò ut de earum reformatione ſpes nulla ſupereſſet, convenienſque magis fore, quòd illorum ſic deſtitutorum monaſteriorum bona potiùs ad ipſos Fratres, quorum erant curæ commiſſa, quàm ad alios devenirent: monaſteria, quæ ſic deſtituta erant, & deſtitui contingeret in futurum, cum eorum bonis omnibus perpetuis uſibus Fratrum dicti Ordinis Minorum eiſdem deſtitutis monaſteriis propinquioris applicaret, ita quòd Fratres ipſi poſſent de illis, & eorumdem monaſteriorum ſtructuris, & ædificiis pro eorumdem voluntate diſponere: proviſo etiam quòd illorum Eccleſiæ,& oratoria ad profanos uſus non redigerentur, ſed in illis omnia quandoque celebrarētur officia, prout latiùs in ejuſdem Sixti prædeceſſoris deſuper confectis litteris pleniùs continetur. Quia autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, hujuſmodi applicatio propter nonnullos Dominos ſpirituales, & temporales, ac Communitates allegantes,generalem Miniſtrum non poſſe bona pædictā monialium rebellium, ac monaſteriorū deſtitutorum, & deſtituendorum uſibus Fratrum conventuum Minorum, ſicut cathedralibus Eccleſiis, & hoſpitalibus applicare, impeditur voluntas, & mandatum ejuſdem Sixti prædeceſſoris prædicti executioni mandari non poteſt. Quare Procuratores præfati nobis humiliter ſupplicarunt, ut tàm pro obſervatione litterarum Eugenij,& Sixti prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, quàm indemnitate domorum Ordinis prædicti, dignaremur ſibi ſuper his de opportuno providere remedio. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus annuentes, litteraſque Eugenij, & Sixti prædeceſſorum prædictorum, quatenus opus ſit, confirmantes, tibi,& pro tempore exiſtenti Ordinis Minorum generali Miniſtro, ut per te, vel alium,ſeù alios moniales ſic rebelles bonis ſuis, & rebus ad earum uſum deputatis, in caſibus tamen dumtaxat in litteris prædicti Sixti Quarti ſuper hoc editis,expreſſis,privare, illaque, & illas ac monaſteriorum hujuſmodi deſtitutorum, & deſtituendorum ordinum S. Claræ, ſive S. Damiani, aut Minoriſſarum bona uſibus Fratrum,ac domibus Ordinis minorum, aut ſaltem conventibus Fratrum, quorum curæ erant commiſſa, prout expedire videbitur, aliàs tamen juxta formam litterarum, & diſpoſitionum Sixti prædictarum applicari (dummodò conſtet, legitimè fuiſſe proceſſum ad revocandum monaſterium ad obedientiam, & reformationem, monialeſque noluiſſe parere, & reformari) poſſis; quòdque hujuſmodi bona ſic applicata cenſeantur perpetuis temporibus abſque nlla alia unione deſuper facta illis domibus, & viſibus,quibus tu per te ipſum,vel alinm, ſeu generalis Miniſter pro tempore exiſtens, illa, ut præfertur, applicaveritis: ita quòd Fratres, quibus fuerint applicata ſecundùm præfati Sixti conſtitutionem, & intentionem, de illis bonis, & eorumdem monaſteriorum ſtructuris, & ædificiis pro eorum voluntate, ut præfertur, diſponere poſſint, & valeant, licentiam, & facultatem concedimus per pręſentes. Et nihilominus dilecto filio noſtro Marco ſanctæ Mariæ Tranſtiberim Preſbytero Cardinali Senogallien. & Venerabili Fratri Epiſcopo Ortarum per præſentes committimus,quatenus in præmiſſis tibi,ſeù à te deputandis,& pro tempore exiſtenti generali Miniſtro dicti Ordinis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant tam dicti Eugenij litteras, quàm Sixti diſpoſitionem, ut præfertur, & hujuſmodi litteras noſtras inviolabiliter obſervari. Contradictores, renitentes, ac rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam,& alia juris remedia

dia opportuna, invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, appellatione poſtpoſita compeſcendo: præmiſſis, ac omnibus, & ſingulis illis, quæ dictus Eugenius, & Sixtus in eorum litteris, etiam ſi præſentibus exprimi, aut inſeri deberent, illarum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, voluerunt non obſtare; necnon conſtitutionibus &c. quibus omnibus, &c. derogamus, cæteriſque cõtrariis &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima ſeptembris 1508. Pontificatus noſtri anno 5.

324. Deniquè plurimis hujuſmodi ultrò dimiſſis, quæ particulares Reformationes ſolùm concernere videntur; ut de integra Clariſſarum vita loquamur, quantùm à primæ ſuæ inſtitutionis altè commendato rigore declinaverint, & quomodò ad eumdem ex integro redierint, breviter eſt conſiderandum. De prima Clauſuræ per Clariſſas introductione, de habitus vilitate, de jejuniorum non interrupta aſperitate, præ cæteris autem de Apoſtolicæ paupertatis apice tùm in communi, tùm in particulari adeò mordicus per S. Franciſcum, & per S. Claram aſſerto non eſt cur repetamus, cum in Regulis ſupra deſcriptis ſole clariùs omnia patenter nimis appareant: ſpecialiùs autem pro altiſſima paupertate mordicùs ſuſtinenda, quo zelo pugnaverit Pauperum Dominarum Primiceria S. Clara etiam in ultimo agone conſtituta, etiam in ſuperioribus ad plenum recitavimus. Patet nihilominus ex prædictis, quàm difficilè etiam vivente ipſa Clara Gregorius IX. & Innocentius IV. in hanc ſummam paupertatis excellentiam conſenſerint; ſuper ipſam ſpecialiter in regulis de novo publicatis ampliſſimè diſpenſando. Sic etiam de ſilentio, de collocutione cum extraneis, de continuo mortificationum rigore, de aſperrima à vino, & à pulmento abſtinentia, de diutinis quadrageſimis factum fuiſſe legimus; quas diſpenſationes, quoniam utplurimùm particularibus factas monaſteriis, & exindè ad alia communicatas, difficile nimium eſſet hic congerere; exemplum unum de partiali diſpenſatione Adventualis jejunij juvat apponere.

Uvad. t. 8. Reg. 1536. bull. 11. 325. *Franciſcus miſeratione divina tit. S. Crucis in Hieruſalem S. R. E. Preſbyter Cardinalis de Quinnones univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam.* Hodie Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Paulus divinâ providentiâ Papa Tertius ſupplicationibus noſtris per uos ex parte dilecti Fratris Franciſci Caſtelli, Procuratoris Ordin. Minorum Obſervantiæ porrectis inclinatus; Intelligens, quòd aliquæ Moniales Fratribus Minoribus de obſervantia ſubditæ, habent facultatem à Sede Apoſtolica incipiendi jejunium Adventus Domini à feſto S. Andreæ contra ritum, & conſuetudinem aliorum monaſteriorum dicti Ordinis, ut conformitas in omnibus ſervetur, & earum fragilitati naturali conſulatur, omnibus, & ſingulis Monialibus, etiam S. Claræ prædictis, ut à dicto feſto S. Andreæ jejunium Adventus prædictum, non obſtante eadem regula, ac quibuſcumque aliis ſtatutis, & conſuetudinibus eas obligantibus, accedente tamen earum Prælatorum arbitrio, inchoare; Item cum conſuetudo in aliquibus locis Hiſpaniæ admiſerit, quòd cum aliquas Moniales ab humanis diſcedere contigerit, ſex Fratres ingredi, & intrare ſolent monaſterium ad eas ſepeliendum, & de eo nulli Fratres conſcientiam formant: ut de cætero abſque alio ſcrupulo conſcientiæ clauſtrum dicti monaſterij intrare, hujuſmodique munere fungi poſſint, & valeant, per ſuum vivæ vocis oraculum nobis deſuper factum authoritate Apoſtolica diſpenſavit, conceſſit, & indulſit. In quorum &c. Dat. Romæ apud Campum Martium in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub anno à Nativitate Domini 1536. Indictione nona, die verò 20. Menſis Martij Pontif. Sanctiſſ. D. N. Papæ anno ſecundo.

326. Vt itaque de plena Clariſſarum Reformatione dici poſſit actitatum; neceſſe eſt, ut diſpenſationibus omnibus, atque privilegiis relaxativis per omnia valedicto, ad omnimodam S. Claræ primæ Matris intentionem, & ideò ad Regulæ per S. Franciſcum præſcriptæ, & Clara ſupplicante ab Innoc. IV. Pontifice confirmatæ altiſſimum rigorem ſine ulla exceptione revertantur.

327. Hunc equidem in plurimis per orbem monaſteriis litteraliter fuiſſe conſervatum legimus, de quibus ſingillatim in ſecunda parte hujus hiſtoriæ dicemus; quæ tamen reſpectu cæterorum, quę diſpenſationes, tum ex benignitate Apoſtolica,

ſtolica tum volentibus in fundatione Principibus, & Benefactoribus, tum ex humana fragilitate, & imbecillitate admiſerant, vix eſſe poterant in conſideratione. In quibus tamen quamvis Vrbanus IV. Pontifex plena conceſſa libertate, ut in primævo vitæ rigore permanere poſſent, poteſtatem etiam cum feciſſet, ut privilegia in novis ſuis conſtitutionibus conceſſa poſſent admittere, proceſſu temporis factum eſt, ut paupertatis præſertim apex vix potuerit conſervari. Ergo B. Coleta Virgo, de cujus alta ſanctitate aliàs nobis ſermo, quam univerſo in Ordine Seraphico annuo veneramur officio, à Deo ſæpiùs, & mirabiliter excitata, ut Fratrum Minorum, & Clariſſarum inſtituta ad primævum Seraphici Patriarchæ rigorem reſtaurare deberet (ut jam ſuperiùs in libro quinto cap. de Coletanis diximus) anno 1406. à Benedicto XI. qui pro Pontifice colebatur in Galliis, non ſine ſpeciali divini Numinis aſſiſtentia (quod in Vvadingo eſt videre) ad Clariſſarum primæ regulæ ſolemnia vota primò admiſſa fuit, cum antea illarum conſortio ſe ſe credens indignam, ſub Tertiariarũ habitu eiſdem ſervire prælegiſſet; Pontifex propriis manibus eam fune cingens, & conſecrans, velum illius capiti voluit imponere; Abbatiſſamque conſtituit earum omnium ſanctimonialium, quas eſſet reformatura. Indoluit graviter ad hæc humilis Virgo, & humiliter inſtanterque petiit à Pontifice, ut ab illo officio ſe incapacem liberaret, & abſolveret; ille verò propoſiti tenax, id factum eſſe, reſpondit. Virginitatem ſpeciali reverentia colens plumbeum diploma impetravit à Papa, quo cavebatur, ne qua fœmina non Virgo ſua in reformatione poſſet admitti, quod & diù ſervatum eſt, viduis omnibus, & ſiniſtrâ famâ laborantibus inde rejectis; quod ſi cum aliqua nobili Vidua fuiſſe diſpẽſatum accideret; numquam potuit à Coleta pari cum cæteris affectu tractari.

Uvad.t.5. 1406.n.6. Ibid.n.21.

Ibid.n. 7. 328. Mundo, & Orco contra Sanctum Virginis propoſitum, licèt in vanum, à principio conſpirantibus, adeò ut etiam ex antiquis fautoribus ſuis non eſſet, qui eam auderet hoſpitio ſuſcipere; Deo tamen oppoſitiones infinitas, & graviſſimas ad ejus favorem etiam per miracula ſuperante, & adverſariorum mentes in meliora commutante, Reformationem ſuam in Burgundia, & Sabaudia, per Gallias univerſas, & per utramque Germaniam, tum reformatis antiquis, tum plurimis de novo conſtructis monaſteriis potuit in immenſum dilatare. Vt autem ſolidiori firmitate, atque uniformitate illo in Seraphicæ perfectionis rigore conſervarentur, hoc impetrare voluit, ut arctiſſimę reformationis leges etiam in Baſileenſi Concilio dum adhuc Eugenio Pontifici ſanctè pareret, diù examinatæ, (jam enim Martinus V. renovatum vivendi genus aprobaverat) & confirmatæ, per Generalem Ordinis Miniſtrum plena authoritate promulgarentur, prout ſequitur.

*Frater Gullielmus de Caſali Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ac ſacræ Theologiæ Magiſter, Religioſæ in Chriſto Sorori Coletæ Fundatrici monaſteriorum quamplurium pauperum Dominarum Ordinis S. Claræ, & Minoriſſarum moderni temporis in Galliarum partibus conſtructorum, & ſub eodem modo, ac forma conſtruendorum, Abbatiſſis quoque, ſororibus, & univerſis eorũdem præſentibus, & futuris ſalutem in Sponſo Virginum Ieſu Chriſto.*

329. QVantùm admirandæ Virginis Claræ celebratiſſima merita ſub paupertatis, & ſanctimoniæ gloria, duce Franciſco, profecerint, quamque reluceant in Eccleſia ſancta Dei, & Sponſi Virginum Ieſu Chriſti perpetuis, ac immortalibus perſtringantur complexibus, quæ non ſolùm ſedibus Beatorum agminum, & cœleſtium prœmiorum, quibus inter prudentiſſimas Virgines ſingulari diademate coronata refulget; ſed & frequentibus fidelium laudibus, & copioſa Virginum, ac Viduarum multitudine in odorem ſuæ ſanctitatis, ex mundi hujus naufragiis ad portum ſalutiferæ Religionis currentium, præſentibus etiam temporibus jucundiſſimè declaratur. Ex quibus tantò ampliores gratiæ ſunt Altiſſimo referendæ, quantò cum natura ſit ad lapſum procliviot, ſed divinis tamen auſpiciis, atque fomentis, plantulæ ex ea profeſſione videntur exurgere, non à primis Franciſci inſtitutis, & Claræ ſemitis abhorrentes, ſed tanto fervore ad Regulam, & vitę formam ab ipſo glorio- Uvad.t.5. ann.1435. n.23.

 ſiſſimo

ſiſſimo Confeſſore Franciſco traditam,& Sanctiſſima Virginum Matre Clara mirabiliter obſervatá, opportunis declarationibus, & conſtitutionum præſidiis cupientes muniri, ut verè tãtæ Matris imitatrices haberi poſſint,& ſuorum meritorum participes inveniri. Inter quas cum te videam Religioſam in Chriſto filiam, Sororem Coletam præfatã,omnium pręſentium,præſertim in Galliarum partibus religioſarum ejuſdem profeſſionis filiarum,præcipuam eſſe matrem,& ad infraſcripta tàm declarationum, quàm conſtitutionum remedia, ſupplicem tuarum in Chriſto filiarum eſſe patronam, tuis, & earum humilibus precibus provocatus, Abbatiſſis, & Sororibus monaſteriorum per tua apud Deum merita ſub regula, & profeſſione præfatis fundata,atque eodem modo,& forma fundanda; univerſis, & ſingulis infraſcriptas declarationes,& ſtatuta matura deliberatione confecta, trãſmittimus tàm authoritate noſtri officij, quàm Apoſtolica, qua fungimur in hac parte,in perpetuum obſervãda.Quæ ideò majori à vobis debent devotione teneri,quoReverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis Cardinalib. ſanctæ Crucis,& S.Angeli Apoſtolicæ Sedis Legatis in ſacro Concilio nunc actualiter pręſidentibus, & à plurimis ſacræ Theologiæ Doctoribus, Venerandiſq; Patribus, vitâ, ac ſcientiâ laudatiſſimis diligenter viſa, & accuratè probata fuerunt, ſicut immediatè ſequuntur.

Caput I. *De Obſervantia Evangelij, & Regulæ.*

330. In primis quidem dubitare poſſent tuæ filiæ, & in Chriſto Sorores, an ipſæ ad obſervationem totius S. Evangelij,tamquam ſub præcepto ex promiſſione formæ vitæ obligentur, ea propter quia in principio ejuſdem formæ vitæ continentur hæc verba. *Forma vitæ Ordinis ſororum pauperum, quam B.Franciſcus inſtituit, hæc eſt: ſcilicet, Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, vivendo in obedientia, ſine proprio,& in caſtitate.* Tum etiam, quia ibidem ſubſequitur: *Spiritui Sancto vos deſponſaſtis,eligendo vivere ſecundùm perfectionem ſancti Evangelij.* Tum etiam ex eo, quòd in fine ipſius formæ vitæ continetur in hunc modum:*paupertatem, & humilitatem Domini Ieſu Chriſti, & ejus ſanctiſſimæ Matris,& ſanctum Evangelium, quod firmiter promiſimus, obſervemus.* Cupientes igitur nos conſcientiis ipſarum providere ſororum,& cuncta dubia, quantùm poſſibile nobis eſt,de ipſarum pectoribus removere, ad prædictam dubitationem conformiter reſpondemus, ſicut plures Summi Pontifices in conſimili dubitatione facta, in declaratione Regulæ Fratrum Minorum reſponderunt, videlicet,quòd ſorores ſecundùm profeſſionem formæ iſtius vitæ tenentur ad obſervantiam totius S.Evangelij eo modo,quo reperitur traditum à Chriſto, ſcilicet ad illa, quæ in eodem ſancto Evangelio præcipit, ut ad præcepta;ad ea,quæ conſuluit, ut ad conſilia, & etiam ad alia conſilia Evangelica, quæ in Regula iſta ponuntur ſub verbo præcepti affirmativi, vel negativi, vel ſub verbis æquipollentibus,tamqnam ad præcepta obligantia.Ad alia verò cõſilia S. Evangelij, ſecundùm exigentiam profeſſionis ipſarum magis obligantur, quàm cæteri Chriſtiani, cum ſe obtulerint per ſtatum perfectionis holocauſtum ipſiDomino Ieſu Chriſto,ob ipſius amorem ſua ſacra veſtigia imitando per contemptum omnium mundanorum; ad alia autem,quæ in forma vitæ continentur, tàm præcepta,quàm conſilia,quàm cætera ex voto promiſſionis ipſarum non aliter tenentur,quàm in ipſa contineantur, videlicet ad admonitiones, ut ad admonitiones,ad exhortationes, ut ad exhortationes, ad informationes, ut ad informationes:& ad alia ſub quacumque forma verborum contineantur eodem modo,ſicut in eadem forma vitæ continentur.

Cap. II. *De ingreſſu Religionis.*

331. Cum in principio primi capituli formæ vitę contineatur, quòd *Abbatiſſa de conſenſu majoris partis ſororum habitâ licentiâ Domini Cardinalis Protectoris Ordinis, poſſit aliquam in ſororem recipere:* Nos tamen conſiderantes ſtatum ipſius Ordinis præteritum in ſua novitate, ſatis propè Curiam Romanam,& dictum Dominum Cardinalem Protectorem fundatum,& modernum valde remotum à dicta Curia,reparatum,ſeu reformatum, ac paupertatem dicti ſtatus,& difficultatem recurrendi ad ipſam Curiam,ſeu dictum Cardinalem, pro hujuſmodi licentia habenda; necnon & regimen præfati ſtatus

tus à Domino Innocentio Papa quarto, & à pluribus aliis Summis Pontificibus Generali Miniſtro, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum plenariè commiſſum declaramus, & dicimus, quòd prædictus Generalis Miniſter in toto Ordine, & Miniſtri Provinciales in ſuis Provinciis, vel eorum Commiſſarij conferre habeant licentiam Abbatiſſæ, quòd mulieres fugientes à ſæculo, idoneas tamen ſecundùm tenorem formæ vitæ, in Sorores valeant recipere.

332. Item ſtatuimus ſecundùm ordinationem Domini Innocentij Papæ quarti, quòd omnibus hanc Religionem ſumere volentibus, & quæ admittendæ fuerint, priuſquam habitum mutent, & Religionem aſſumant, eis aſpera prædicentur, per quæ itur ad Deum; & quę ſecundùm hanc Religionem neceſſe habuerint firmiter obſervare, ne de ignorantia ſe poſteà excuſent. Non recipiatur aliqua, quæ vel longiori ætate, vel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad hujuſmodi vitæ obſervantiam minus ſufficiés, & idonea comprobetur; per tales enim ſtatus, & vigor Religionis ſæpè diſſolvitur, & turbatur.

333. Item volumus, & ordinamus, quòd in perſonis recipiendis ad Ordinem Sorores hunc modum teneant, videlicèt, quòd quando aliqua fuerit recipienda mittatur primò ad aliquos Deum timentes, pauperum amatores, alterius ſtatus, quàm ipſarum, ut eorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Et caveant Abbatiſſæ, omneſque Sorores aliæ, ne per ſe, vel alios aliquid de bonis intrantium quovis modo recipiant, niſi fortè ita modicum, ut illi, qui habent judicare de his, quæ foris ſunt, non poſſint oculum ſiniſtrum declinare contra ipſas, niſi etiam donans vellet eis, ſicut, & cæteris pauperibus aliquid tribuere ad earum ingruentes neceſſitates ſublevandas, ſeu ſupportandas, prout de ſua proceſſerit voluntate, cum forma vitæ velit, intrantem liberam eſſe, & de rebus ſuis facere quidquid Dominus inſpiraverit ei.

334. Caveant etiam Abbatiſſæ, & Sorores aliæ, ne propter receptionem alicujus faciant, vel facere fieri quovis modo permittant per ſe, vel per alium pro ſe, vel pro alia, ſeu pro aliis aliquam pactionem, in qua aliqua ſpecies ſimoniæ poſſit notari; nec permittant, intrantem aliquid ſibi in ſæculo reſervare, ſed eam totam à terrenis denudatam offerant in manibus Crucifixi, niſi fortè talis caſus eveniret, quòd nullo modo propter periculum animæ protinus ſe denudare poſſit, & ad ea, quæ ſic reliquit nullo modo redire intendat, dum tamen bona ſua, bono, & certò modo perſonis Deum timentibus, pront meliùs potuerit, commiſerit pauperibus eroganda. Vt etiam regulariùs in hujuſmodi receptionibus dictæ ſorores in futurum procedant, ordinamus, quòd nulla ad formam vitæ ipſarum recipiatur, niſi liquidè cernatur, quòd ipſa principaliter propter amorem Dei, & propter ſalutem animæ ſuæ ad ordinem venerit. Et hoc non ſolùm propter primos motus agitata, nec vi, nec metu aliquorum incitata, ſed ſpontè, & liberè prout à Sancto Spiritu fuerit admonita. Quapropter videant ſolicitè, quòd nulla recipiatur ad ordinem, niſi ſit omninò prompta, fidelis, & catholica, nulla vulgari infamia maculata, corpore, & mente ſana, de nullo errore ſuſpecta, debitis expedita, nullis ſententiis excommunicationis, vel interdicti ligata. Et ſi cōtigerit, quòd talis eſſet hujuſmodi ſententiis excommunicationis, vel interdicti innodata, abſolvatur antè receptionē modo debito per privilegia Ordini Beati Franciſci ſuper hoc indulta; ita tamen, ut ſibi publicè intimetur, quòd ſi contingeret eam reverti ad ſæculum, quòd in hujuſmodi priſtinas ſententias relaberetur, ut priùs erat adſtricta: ſit etiam conditione libera, vel de licentia ſpeciali ſui Domini, vel Dominæ, ætatem habens XII. annorum antequam habitu Ordinis induatur, nec aliqua profiteatur ante XVIII. annum, quia commodè non poſſet portare onera Religionis ipſarum.

335. Ordinamus etiam, quòd nulla recipiatur pro Clerica poſt XXV. annum, niſi foret ita competenter litterata, quòd ſine grandi labore ſui, & aliorum poſſet addiſcere divinum officium. Nec aliqua primò profiteatur, niſi ſciat dicere divinum officium per ſe ipſam, vel ſaltem competenter cùm aliis in communi. Item nulla poſt XIII. ætatis ſuæ annum quovis modo ad Ordinem ipſarum recipiatur, cujus vita, & honeſtas plenè nota, ſeù examinata non fuerit, vel infra clauſuram admittatur. Nec recipiatur etiam aliqua

aliqua poſt quadrageſimum annum, niſi foret multùm inſignis, de cujus receptione fieret magna ædificatio in populo, & Clero.vel ita ingenioſa,& fortis,quod poſſet Deo,& Ordini ſervire ſecundùm ſtatum formę ſuæ. Præterea nulla profeſſa alterius Religionis ad formam vitæ ipſarum recipiatur ſine licentia ſuæ Abbatiſſæ, vel niſi ſuper hoc à Sede Apoſtolica eſſet privilegiata.Inſuper ordinamus, quod ſi profeſſio alicujus Novitiæ eſſet dubia, quod fiat ei ante annum ultimum ſuæ profeſſionis juridica proteſtatio, quod nullum jus habebit in Ordine, donec quid agendum ſit,cum matura deliberatione ſuper ſuam profeſſionem,ſeù reditum ad ſæculum, fuerit determinatum.

336. Præterea volumus, quod receptio Novitiarum, & profeſſarum fiat in Capitulo coram omnibus Sororibus ad hoc ſpecialiter convocatis. Quandò autem aliqua accipitur ad profeſſionem dicat coram Abbatiſſa genibus flexis, junctis manibus,& poſitis inter manus Abbatiſſæ, diſtincta, & clara voce ſuum proprium nomen exprimendo, in hunc modum. *Ego Soror N. voveo, & promitto Deo, & B. Mariæ Virgini, & B. Franciſco, & B. Claræ. & omnibus Sanctis, & tibi Matri, toto tempore vitæ meæ ſervare formam vitæ Sororum pauperum ſanctæ Claræ, per eumdem B. Franciſcum eidem S. Claræ traditam, & per Dominum Innocentium Papam Quartum confirmatam, vivendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, ſervando clauſuram:* Et tunc Abbatiſſa, quæ eam recipiet, ſi hoc obſervaverit, promittat ei vitam æternam.

337. Rurſus ordinamus,quod quandocumque contingat, aliquam in Sororem recipi, omnes capilli capitis ſui tondeantur in rotundum ſupra aures.Nec poſtea unquam capillos magnos quovis modò nutriant, ſed omni anno certis vicibus juxta ordinationem Abbatiſſæ omnes tondeantur ut priùs, niſi propter debilitatem capitis aliud eſſet judicatum.

Cap. III. *De qualitate habitus.*

338. Cum regula, ſeù forma vitæ dicat, quod *Sorores veſtimentis vilibus induantur*, ordinamus, & ſtatuimus,ut veſtimentorum vilitas attendatur in pretio pariter, & colore. Et licèt in eadem forma vitæ contineatur, quod depoſito habitu ſæculari, Abbatiſſa concedat ei,ſcilicet intrare volenti, tres tunicas, & mantellum; tamen ſi neceſſitatas, vel infirmitas, ſeù conditio perſonæ, vel loci, aut temporis aliqua urgeat, quod pluribus tunicis indigeat, declaramus, quod poſſit ei Abbatiſſa de conſilio Diſcretarum modo debito providere, cum dicta forma vitæ dicat, quod *Abbatiſſa provideat Sororibus de veſtimentis ſecundùm qualitates perſonarum, & loca,& tempora, & frigidas regiones, ſicut neceſſitati viderit expedire.* Et eſt intelligendum, quod ille tres tunicæ, quæ in dicta forma vitę exprimuntur, non debent eſſe ejuſdem formę, ſeù figurę, quia duę interiores conceduntur eis, non tamen pro forma Ordinis, ſed potiùs pro fomento,& calefactione, ſeù honeſtate corporis. Nec etiam oportet,quod ſint ejuſdem coloris. Quapropter volumus, & ordinamus, quod tunica ſuperior, habitus Ordinis nuncupetur, ſine quo non liceat Sororibus in publicum procedere, nec ſine eo dormire, niſi ex infirmitate, vel debilitate, vel aliqua neceſſitate manifeſta, quę per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam legitima fuerit judicata, aliud foret faciendum. Longitudo habitus talis ſit, quod dum fuerit indutus, ultra longitudinem Sororis deferentis eum non debeat dictus habitus ad terram protendi. Latitudo verò XIV. palmorum non excedat menſuram: Manicę ultra pugnum majus non extendantur. Tunicæ interiores ſint de humili panno, nec debent duplicari de pellibus,ſivè pelliciis. Mantellus etiam ſit ſemper de vili, & groſſo panno, non criſpus, vel rugatus circa collum. Nec etiam ita longus, quod ſupra terram ullo modo protendatur. Et ſemper in omnibus veſtimentis Sororum appareat, & reluceat vilitas, auſteritas, & paupertas in forma, pretio pariter, & colore; omnes etiam Sorores tàm Abbatiſſa, quàm aliæ Officiales de communi panno induantur, & omnis partialitas evitetur. Chorda, qua Sorores cingantur, ſit communis, & rudis, & omnis curioſitas ab ea penitùs abſcindatur. Cæterùm de operimento capitis ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes Sorores tàm Abbatiſſæ, quàm aliæ profeſſæ ſine diſtinctione aliqua operiant capita ſua cum omni humilitate, honeſtate, & religioſitate,

ſitate omni curioſitate, & vanitate ſublata. Et ut meliùs ſemper ab omnibus ubiquè in conventibus ſuis obſervetur, ordinamus, quod omnes Sorores taliter coaptent capitegia ſua, quòd frons, & utraque maxilla, & mentum operiantur pro majori parte, ita quod nullo modo vultus Sororum plenè videatur. Vela verò, & capitegia, quæ ponuntur ſupra caput, & circa collum taliter coaptentur, quod totum caput, & pectus, & ſpatulæ retrorſum pro majori parte ex eis operiantur. Item volumus, quod omnia vela, & capitegia ſint de communi, groſſa, & rudi tela, ut ſemper in eis reluceant ſancta paupertas, & auſteritas ſuæ profeſſionis. Inſuper ordinamus, quod quælibet Soror de licentia, & beneplacito ſuæ Abbatiſſæ, poſſit habere duo vela nigra, & duo vel tria mutatoria capitegiorum alborum pro munditia ſemper obſervanda. Et caveant omnes Sorores, ne unquàm habeant capitegia rugata, vel vela de ſerico, vel de alia materia pretioſa. Item nulla Novitia portet velum nigrum ante profeſſionem expreſſam, niſi eſſet profeſſa in alia Religione, ſed capitegia alba debito modo coaptata ſecundùm diſpoſitionem Abbatiſſarum, ſicut hactenus eſt conſuetum.

Cap. IV. *De Divino officio.*

339. De divino officio tàm de die, quàm de nocte Domino perſolvendo hoc obſervetur, quod antè omnium horarum canonicarum principia ſtatim poſt primam pulſationem omnes Sorores, quas bona cauſa non excuſat, quæ per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam vera, & legitima fuerit judicata, ad Chorum conveniant Domino præparaturæ corda ſua, ibique ſine diſcurſu, murmure, riſu, & abſque vanis, & vagis aſpectibus ſub ſilentio, & pace, cum debita, & religioſa gravitate, & reverentia permaneant. Et ibi uſque in finem unanimiter perſeverent: nec aliqua de choro exire præſumat, dùm dicitur divinum officium, ſine licentia Abbatiſſæ, vel ejus Vicariç, ſivè ibidem Præſidentis donec totum officium fuerit perſolutum. Eaſdem quoque Sorores hortamur in Domino Ieſu Chriſto, ut ſemper, & ubiquè divinum officium perſolvant attentè, integrè, planè, & religiosè, ſimul incipiant, ſimul pauſent, & uſque in finem unanimiter perſeverent. Ita tamen, quod officium divinum ſemper altiùs, & prolixiùs dicatur, quàm officium B. Virginis & mortuorum. Quantùm verò ad modum pulſandi pro veniendo ad Miſſam, & ad alias horas canonicas, & quantùm ad modum ſedendi, & genuflectendi, inclinandi, elevandi, vertendi, & è regione ſtandi, Sorores ſemper ſe habeant ſecundùm conſuetudinem, & ordinationem Fratrum Minorum, niſi quantùm ad aliquas cæremonias, quæ eis non conveniunt. Item nulla Soror litterata cujuſvis conditionis exiſtat, eximatur à Choro, ſed omnes Sorores ad Miſſam, & ad omnes horas canonicas venire teneantur, exceptis ægrotantibus actu, & ſervientibus illis pro tempore, de licentia Abbatiſſæ, aut ejus Vicariæ, exceptis etiam illis, quæ eodem tempore eſſent occupatę in ſervitio communi Conventus, de ſcitu, & ordinatione Abbatiſſæ; officiales verò, & aliæ ſervitrices diligentiam talem debent habere in earum ſervitiis, quod taliter ſua ſervitia, & officia expediant, quod in Eccleſia cum aliis divinum officium perſolvant. Sorores etiam, quæ non ſunt litteratæ, quæ, ut præfertur, non ſunt infirmæ, vel in ſervitiis aliarum pro tunc occupatæ, ad Eccleſiam pari modo conveniant, ad perſolvendum divinum officium, ad quod ſunt obligatæ in aliquo loco propter hoc eiſdem aſſignato. Si autem Abbatiſſa, vel Vicaria aliquam Sororum in præmiſſis repererit negligentem, debitè eam puniat ſecundùm delicti exigentiam, ſivè culpæ.

340. Præterea ordinamus, quòd omni die infra octavam S. Claræ uſquè ad feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ, fiat feſtum novem lectionum de eadem ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, & deindè S. Ludovici.

341. Rurſus ordinamus, quod tempore generalis interdicti omnes Sorores matricibus Eccleſiis ſe conforment, dummodò illud interdictum fuerit illis legitimè per illos, ad quos ſpectat, vel per eorum certos nuntios, ſeù litteras denuntiatum. Et tunc Sorores januis clauſis, & interdictis, ſeù excommunicatis foris extra eccleſiam ejectis, dicant, & perſolvant totum divinum officium, ſicut dicitur communiter officium B. Virginis in diebus ſimplicibus, non ſedendo,

ſed ſtando, ut eſt conſuetum. Si verò tempore interdicti prædicti aliqui de Fratribus deputatis in ſervitio Conventus, vel de Sororibus infirmari contingat,ſeù mori; communicetur, vel ſepeliatur, non tamen ſolemniter, ſed baſſo modo, & ſine præſentia excommunicatorum,ſeù interdictorum,ita tamen quod de officio exequiarum, vel communionis nihil omittatur.

342. Inſuper ordinamus, qnod ſemper poſt completionem divini officij dicatur poſt orationem Dominicam, *Salve Regina* cum aliquibus orationibns, ſicut hactenus eſt fieri conſuetum. Item volumus, quod indilatè poſt primam pulſationem Completorij pulſetur prò Collatione, in qua omnes Sorores ſanæ teneantur convenire; & illa,quę non eſt in principio, in craſtinum per totum prandium careat vino, niſi juſtam habuerit excuſationem.

Cap. V. *De abſtinentia.*

373. Cum ſecundùm formam vitæ omni tempore Sorores debeant jejunare,dicimus conſequenter, quod ſemper, & ubiquè ab eſu carnium ſe debent abſtinere. Et licèt in dicta forma vitæ contineatur iſta clauſula, videlicet, quod *in Nativitate Domini in quocumque die venerit, Sorores bis refici poſſunt*; declaramus, qnod propter hoc non conceditur eis eadem die eſus carnium, ſicut nec in diebus Dominicis, in quibus etiam Sorores bis refici poſſunt in communitate, vel alibi ſicut bis reficiuntur omnes Chriſtiani in diebus quadrageſimæ ſecundùm conſuetudinem, & ordinationem ſanctæ Matris Eccleſiæ. Item in eadem continetur, quod *cum adoleſcentulis, & debilibus, ſicut videbitur Abbatiſſa, miſericorditer diſpenſetur.* Circa quod eſt notandum, quod in hujuſmodi diſpenſatione ætas, vel debilitas communiter bono modo determinari non poteſt, cum ſæpè contingat, quod aliquæ ſunt fortiores in decimo tertio anno, quàm aliæ in decimo ſexto. Et etiam aliquæ ſunt magis gravatæ ex modico, & levi morbo, quàm aliæ de majori, & prolixo morbo. In his autem hortamur eaſdem in Domino,ut per omnia ita prudenter ſe habeant, ut ſecundùm Deum, & rectam conſcientiam inter ipſas magis charitas Chriſti,quàm carnalitas corporis humani relucea; & magis juſta diſpenſatio, quàm crudelis diſſipatio appareat, quia ſæpè propter hujuſmodi diſpenſationes fiunt magnæ relaxationes. Poſſit tamen Abbatiſſa, vel ejus Vicaria de conſilio Diſcretarum cum ſupradictis adoleſcentulis debilibus, & etiam infirmis, quod bis, vel pluries reficiantur in die, diſpenſare, cum vera, & juſta cauſa hoc requirat, quibus ſecundùm earum neceſſitatem, & imbecillitatem tàm in cibariis, quàm in aliis faciat eis ſufficienter provideri. Ordinamus inſuper, qnod Abbatiſſæ ſolicitam curam gerant, quòd de eleemoſynis, quæ obvenient Conventibus, provideatur competenter juxta eleemoſynarum, & obventionum quantitatem Sororibus in communi, ne ipſæ Sorores propter defectum communis, & ſufficientis victus, habeant occaſionem deſiſtendi ab inceptis.

Cap. VI. *De confeſſione, & receptione Corporis Domini Ieſu Chriſti, & de Confeſſore, & ſociis ejus.*

344. Vt autem in Sororibus dicti Ord. puritas mentis,& corporis magis vigeat, fervorque,& amor ergaSacratiſſimũCorpus Domini augeatur,& concreſcat, volumus, & ordinamus, quatenùs ultra numerum in forma vitæ taxatum, videlicet, *quòd duodecim vicibus de Abbatiſſa licentia Sorores confiteantur in anno*, quælibet Soror, nbi legitima præpeditio non fuerit, de quindena in quindenam Confeſſori Conventus de licentia Abbatiſſæ confiteatur. Et omnibus diebus Dominicis dictarum quindenarum, cum ſeptem vicibus in dicta forma vitæ contentis devotiùs,prout poterit,recipiatCorpus ſanctiſſimum Domini in Miſſa conventuali, niſi de licentia Abbatiſſæ, de conſilio Confeſſoris Conventus aliqua vellet remanere, & à dicta receptione abſtinere, & uſque ad aliam diem propter juſtam cauſam retardere. Volumus etiam, & præcipimus per obedientiam, nt nulla Soror cujuſcumque conditionis exiſtat, poſſit, vel audeat confiteri alicui Confeſſori Religioſo, vel ſæculari cujuſcumque conditionis, gradus, vel dignitatis exiſtat, prætextu etiam cujuſcumque gratiæ, vel privilegij alteri eorum conceſſæ, niſi Confeſſori Conventus, niſi de beneplacito, & licentia Abbatiſſæ,

batiſſæ obtenta,& majoris partis Diſcretarum,& pro juſta, & rationabili cauſa. Item ordinamus, quòd ab ultima pulſatione Completorij uſque poſt horam tertiam nullam Soror vadat ad confeſſionem,niſi quandò fuerit neceſſitas magna. Quamvis autem in forma vitæ dictarum Sororum contineatur, quod prò communicandis Sororibus infirmis, & ſanis Capellano liceat intus celebrare. Tamen modernis temporibus propter multa pericula,& magna inconvenientia, quæ ex hujuſmodi celebratione, & communicatione ad intra poſſent ſororibus in futurum evenire; præcipimus per obedientiam omnibus Abbatiſſis, & oſtiariis, & Sororibus aliis præſentibus,& futuris ſingulorum Conventuum,& locorum,quòd nunquam permittant,vel conſentiant,aliquem Sacerdotem regularem,vel ſæcularem intra clauſuram ipſarum celebrare, vel intrare pro Sororibus ſanis,vel infirmis communicandis,niſi fortè aliqua ipſarum gravi corporis infirmitate videatur tendere ad extrema, vel etiam in caſu, quo aliqua ipſarum lepra, vel aliqua alia infirmitate, ſeu contagione prolixa gravaretur,& aditus bono modo eſſe non poſſet,nec opportunitas, quòd taliter infirmans poſſet ſine periculo cum aliis ſororibus in Eccleſia Miſſam andire, vel Corpus Domini recipere. Et tunc in dicto caſu concedimus, quòd ſeptem vicibus in forma vitæ ſtatutis Confeſſor, vel ſocius ſuus in abſentia ſua pro hujuſmodi celebratione, vel adminiſtratione facienda intra clauſuram poſſit intrare.

345 Præterea cum dicta forma vitæ contineat, quòd *Sorores Capellanum cum uno Clerico bonæ famæ, diſcretionis provida, & duos Fratres laicos ſancta converſationis,& honeſtatis amatores,in ſubſidium paupertatis miſericorditer ab Ordine Fratrum Minorum ſemper habeant.* Quæ quidem verba declaramus ita debere intelligi, & fieri in modum,qui ſequitur, videlicet:Quòd in quocumque Conventu dictarum Monialium Sorores habeant, vel habere valeant quatuor Fratres de Ordine Fratrū Minorum, quorum primus, & principalis ſit Capellanus, ideſt Sacerdos, & Confeſſor ipſarum. Qui quidem talis debet inſtitui, & aſſignari, qui ſit probus, & devotus,providus,& diſcretus,ac in obſervantia regulari probatus, non multùm juvenis, ſed idoneæ ætatis. Se-



cundus Frater ſit ſocius ſuus,qui non ſolùm debet eſſe Clericus, ſed ſimplex Sacerdos,bonæ famæ, & diſcretionis providæ. Cui Confeſſor Sororum poterit confiteri, quandocumque indiguerit. Et alij duo Fratres ſint laici, qui,ſicut dicit forma vitæ,debent eſſe ſanctæ converſationis,& honeſtatis amatores.Quos quatuor Fratres Abbatiſſa cujuſlibet Conventus de conſilio diſcretarum ſuarum, debet humiliter, & de gratia à Generali Miniſtro, vel Provincialibus Miniſtris poſtulare.Et præfatus Generalis pro omnibus Conventibus dictarum Sororum, vel dicti Miniſtri Provinciales pro Conventibus dumtaxat in ſuis Provinciis ſituatis,debent dictæ poſtulationi miſericorditer, & intuitu pietatis Dei, & B. Franciſci condeſcendere; & prædictos quatuor ei concedere.

Cap. VII. *De Clauſura.*

346. Innocentius Papa IV. in forma vitæ ait: *omni namque tempore vita ſua hanc vitam profitentes clauſa manere debent.* Et poſtquam Clauſtrum hujus Religionis intraverint aliquæ, & profeſſæ fuerint, hanc regularem obſervantiam promittentes, nulla eis conceditur licentia, vel facultas indè ulteriùs exeundi, niſi fortè cauſa plantandi,vel ædificandi eamdem Religionem, vel reformandi aliquod monaſterium, ſeu cauſa regiminis, vel correctionis, ſeu alicujus gravis diſpendij devitandi per licentiam Generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum, ſeu Provincialis illius Provinciæ ejuſdem Religionis,in qua monaſterium ſitum fuerit, ad aliquem locum tranſmittantur. Volumus autem, quod quandocumque continget, aliquam, vel aliquas præfato modo transferre, quod ad clauſuram ſui Ordinis ſibi aſſignatam cum ſecuta, & honeſta ſocietate quàm citiùs potuerint, accedere feſtinent. Et illa,ſeu illæ, quas contigerit ſic transferri, caveant,dum erunt inter homines,ſeu perſonas ſæculares,vel Regulares à ſermonibus indiſcretis, & vanis, & apertis aſpectibus perſonarum quarumcumque: ſed ſemper ſint modeſtæ, & humiles honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet

347. Item in dicta forma vitæ fit mentio de ſororibus extra monaſterium ſervientibus,quæ,prout habetur ibidem,faciebant profeſſionem ſicut aliæ ſorores, præterquam ad votum de clauſura, & in-

trabant ad monaſterium, & egrediebantur, ac ſerviebant aliis Sororibus de illis, quæ extra Conventum negotiari oportebat, ſecundùm quod erat expediens. Nihilominus tamen propter multa incommoda, & pericula, quæ dictis ſororibus, & Conventibus ex hoc poſſent evenire; Dominus Papa Benedictus XII. ordinavit, ac ſtatuit, quod de cætero nulla ſororum profeſſa, niſi in certis caſibus in forma vitæ poſitis, extra clauſuram exire præſumat. Nos verò ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari volentes, præcipimus, quod omnes ſorores, cujuſcumque conditionis, ac ſtatus fuerint, quæ ſunt ad obſervantiam profeſſionis aſtrictæ, & quæ de cætero aſtringentur, debeant ſub perpetua clauſura manere; ita quod nulli earũ ſub ſervitialium nomine, vel quacumq; alia ratione, vel cauſa, ſit, vel eſſe valeat, clauſurã hujuſmodi deinceps egrediendi facultas, niſi prout dictum eſt in caſibus ſupradictis. Si tamen in futuro præfatæ ſorores indigerent obſequio, & ſervitio aliquarum devotarum fœminarum maturarum, & honeſtarum, ætateque provectarum, recipiant eas in præfatis obſequiis, & ſervitiis ipſarum, dum tamen in habitu ſæculari incedant, quę non admittantur ad interiora monaſterij quovis modo. Præterea ordinamus, quod in quolibet Cõventu in loco patẽti, & cõmuni habeatur unũ tantùm torneatorium fortiſſimum, latitudinis & altitudinis congruentis, & ita compoſitum, quod per rimas ejus aliquis nec intrare Conventum, nec extra poſſit aſpicere, per quod Sorores poſſint res ſibi oblatas recipere, & reddere extra illa, quæ fuerint reddenda. Si autem res hujuſmodi eſſent ita magnæ, & groſſæ, latæ, vel longæ, quod per rotam, ſive illud torneatorium non poſſent commodè intrare, vel extra poni, tradantur pet portam in monaſterium, & extrahantur quandò oportebit.

348. Inſuper pro majori ſecuritate, & honeſtate, tàm ſororum, quàm Conventuum ordinamus, quod in nullo Conventu dicti Ordinis facto, vel fiendo fiat, ſeu fieri permittatur quovis modo alia cratis, ſive aliud loquutorium, ſen aliud torneatorium, ſeu porta aliter quàm conſueverint; ſufficiat omni tempore ubique in quolibet Conventu habere unum loquutorium cum rota, ſive torneatorio, & una crate, & una porta in locis publicis, & conſuetis. Rurſum ordinamus, quod propè rotam, ſive torneatorium habeatur loquutorium cum una crate ferrea forti, & firma, quatenùs & ibidem in loquutorio Sorores loquantur ſecundùm modum, & formam vitæ, & in præſenti ordidine deſcriptum, dum oportuerit, & fuerit utile, & neceſſe. Item ordinamus, quod infra clauſuram Conventus de directo contra, vel antè portam principalem ſit una alia porta minùs principalis eo modo clauſa, & obſerata, ſicut prima porta, & taliter diſpoſita, quod Sorores nullo modo poſſint ire, vel pertingere uſque ad portam principalem, nec forenſes propter obſtaculum dictæ portæ ſecundæ per rimas portæ principalis, ſi quæ ſint, vel eſſent, poſſint reſpicere intra Conventũ, nec ſorores audiri. Item volumus, quod oſtia virgulti, & dormitorij ſint de nocte clauſa, & firmiter obſerata.

349. Præterea, ut major ſecuritas inter eas vigeat, ordinamus, quod nulla ſoror, cujuſcumqne officij, vel conditionis exiſtat, aliquam litteram racommẽdatitiam, ſive miſſivam clauſam, & apertam pro ſe, vel pro aliqua alia quovis modo in rota, crate, porta, vel alibi ponat, ſeu poni faciat, ut foras mittatur, vel portetur. Nec aliquam ibi poſitam, vel undecumque per quamcumque perſonam poſitam, vel projectam recipiat, ſive recipi faciat, legat, vel aperiat, ſive legi, vel aperiri faciat, niſi priùs Abbatiſſę, vel ejus Vicarię littera fuerit integra tradita, & pręſẽtata. Quas qnidem litteras Abbatiſſa, vel ejus Vicaria debet legere antequam mittantur, vel recipiantur ab aliqua ſororum. Et in caſu, quo ipſa Abbatiſſa, vel ejus Vicaria in eiſdem litteris reperiat aliquid non ſcribendum, vel recipiendum, nullo modo tradantur ſorori, cui mittuntur; vel extra Conventum miſſæ per eamdem mittantur, ſed graviter ſoror puniatur; nec alicui concedatur, quod litteram ponat in manu deferentis. Item nulla Abbatiſſa litteram aliquam ſibi de foris miſſam legat, nec alicui extra Conventum ſcribat, vel litteram mittat, niſi priùs dicta littera fuerit præſentata uni ſorori Diſcretæ, aſſignatæ per alias diſcretas pro hujuſmodi cauſa, quæ omni anno debet mutari, & alia loco ejus aſſignari, quam litteram dicta Soror ſic aſſignata debet legere antequam mittatur, vel recipiatur ab Abbatiſſa.

Caput

Caput VIII. *De electione Abbatiſſæ,& Officialium,ac Diſcretarum.*

350. Et licèt forma vitæ dicat, quod *Sorores procurent Generalem, vel Provincialem Ordinis Fratrum Minorum, qui eas verbo Dei informet ad omnimodam concordiam, & omnem utilitatem in electione facienda ſua Abbatiſſæ.* Nos autem conſiderantes multitudinem Fratrum Minorum, & dilatationem ipſorũ Conventuum, ac etiam Provinciarum, necnon & magnas, & aſſiduas occupationes, quas præfati Generales,& Provinciales Miniſtri habent circa prædictos Fratres,& Conventus: inſuper ſanctam paupertatem dictarum Sororum, & non minùs ſumptus, quos pro mittendo ad dictos Superiores oporteret facere;ſtatuimus, & ordinamus, ut in hujuſmodi electione facienda Viſitator, ſeu Confeſſor ipſarum in ejus abſentia, poſſit ipſam exhortationẽ, ſeù informationem facere, ſed confirmatio ipſius Abbatiſſæ fiat per Generalem Miniſtrum,ſi ille fuerit in Provincia, & in ejus abſentia per Provincialem illius Provinciæ, in qua fuerit monaſterium conſtitutum, vel per Commiſſarium ſuũ, ſeu illum,cui ſuper hoc ipſe conceſſerit anthoritatem ſuam. Vt autem ſemper in hujuſmodi electione tutiùs procedatur, ſtatuimus, & ordinamus, quod quandocumque continget, aliquam Abbatiſſam mori;vel aliqua diuturna, & gravi infirmitate detineri, ita quod commodè non poſſet officium ſuum exequi, ſeu etiam ita inſtãter pro aliqua juſta cauſa,&rationabili omninò vellet cedere officium ſuum, vel ſicut habetur in forma vitæ, *Luculenter appareret univerſitati Sororum, ipſam eſſe prævaricatricem formæ vitæ ipſarum*; vel etiam, quod abſit, in aliquo gravi crimine eſſet deprehenſa, tunc poſt triduum mortis, vel depoſitionis, ſeu abſolutionis ejuſdem Sorores provideant ſibi de Abbatiſſa per electionem canonicam, in qua electione nulla Soror poſſit pro Abbatiſſa eligi, quæ annum trigeſimum ætatis non attigerit, & formam vitæ promiſerit, & in ea fuerit approbata.

351. Item omnes Sorores profeſſæ ad ſonum campanæ ad Capitulum conveniant horâ congruâ per Vicariam Conventus providè aſſignatâ, & ſic in unum congregatæ, invocata Spiritus Sancti gratia, dicendo *Veni Creator Spiritus. Emitte &c. Et renovabis &c. Concede nos &c. Deus, qui Eccleſiam &c. Et famulos tuos.* Cum omni pace, & devotione, ſicut decet ancillas Chriſti, ad electionem procedant hoc modo, videlicet Vicaria ſedens in loco Abbatiſſæ defunctæ, vel abſolutæ petat bona fide, ſimplicibus verbis ab unaquaque Sorore ſigillatim, incipiendo ab antiquioribus, & ſanioribus, quam Sororem eligat in Abbatiſſam pro illo Conventu. Et ſic omnibus,& ſingulis interrogatis,& reſponſionibus earumdem habitis, illa ſoror quæ plures voces, & magis ſanas in dicta electione habuerit, ipſa pro Abbatiſſa habeatur. Si autem contingat, quod duæ ſorores, vel plures habeant in dicta electione voces in numero æquales,& non poſſent bono modo in unum concordari; tunc omnes ſorores profeſſæ poſſunt unam, vel duas Sorores de diſcretioribus, & Deum timentibus, antiquis, & maturis eligere, vel nominare, cui, vel quibus committant dictam electionem,& ad illius,quam ſic eligunt confirmationem procedatur. Poſſint etiam,ſi voluerint,ſorores, & eis expedire videbitur, procedere in dicta electione per viam ſcrutinij, videlicet, quod quandò erunt congregatæ in Capitulo, ut præfertur, omnes eligant unam ſororem boni teſtimonij, quæ ſciat ſcribere, & alias duas diſcretas etiam boni teſtimonij, quæ ſic electæ debent ſe aliquantulum ſeparare, ita quod poſſint videri, ſed non audiri ab aliis ſimul congregatis. Et una illarum, quæ aſſiſtunt ſcribenti pro teſtimoniis, nominet ſcribenti illam, quam ipſa eligit pro Abbatiſſa,& faciat eam ſcribi. Et poſtea alia, quæ etiam ibi adeſt pro teſtimonio, & poſtea ſigillatim omnes illæ, quæ ſunt in Capitulo accedant ad eas, & nominent, & faciant ſcribi illam, quam eligunt pro Abbatiſſa, & ſic votis omnium ſororum profeſſarum conſcriptis, illa Soror, quæ ſcripſit, cum aliis duabus teſtibus ad Capitulum coram omnibus Sororibus procedat,& illa,quæ ſcripſerit dicat in hunc modum: *In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. Iſta eſt electio Matris Abbatiſſæ iſtius Conventus, celebrata tali anno, menſe,& die:& primò talis Soror elegit talem ſororem in Matrem, & Abbatiſſam iſtius Conventus*; Et poſtquàm omnium vota ipſa perlegerit, dicat: *Et ego ſoror talis nomine meo, & nomine earum, quæ mecum*

*conſenſerunt, eligo talem Sororem in Matrem, & Abbatiſſam hujus Conventus.* Et tunc illa, quæ plures, & ſaniores voces habuerit, pro Abbatiſſa habeatur, vel ubi aliqua, vel aliquæ æquales voces in numero in dicta electione haberent, & bono modo non poſſent concordare, committant omnes Sorores uni, vel duabus de Diſcretioribus antiquis, ſicut jam ſupra dictum eſt. Caveant autem omnes Sorores ſummoperè, ne aliquam Sororem eligant in Abbatiſſam, quam evidenter noverint eſſe indignam.

352. Cavere etiam debent omnes Sorores antè electionem, & in electione Abbatiſſæ, & in quacumque alia ab omni ſubornatione, vel cavillatione, ſed unanimiter ſemper eligant illam, quam meliorem pro ſalute animarum, & utilitate Conventus noverint eſſe; Poſſunt etiam omnes Sorores, quæ habent vocem in electione Abbatiſſæ ante hujuſmodi electionem inſimul convenire, & ſalubre conſilium ſuper hujuſmodi electione habere. Caveant tamen in hoc conſilio, ne fiat quæcumque diſcordia, ſeù perturbatio, ſed pacificè poſt hujuſmodi conſilium ad electionem per aliquem modorum prædictorum procedant. Electione ſic completa, & conſumata Sorores binæ, & binæ Capitulum ingrediantur, & procedant ad Eccleſiam dicendo, *Te Deum laudamus &c.* in fine verò *Confirma hoc Deus &c.* Reſp. *A templo &c.* cum oratione, *Deus qui corda fidelium* cum aliis orationibus, & precibus ſupradictis. Nulla Abbatiſſa officio ſuo fungatur, donec fuerit confirmata, ſed Vicaria Conventus faciat officium Abbatiſſæ.

353. Præterea, cum forma vitæ dicat, quod, *de communi conſenſu omnium Sororum omnes officiales Monaſterij eligantur*, in eodem modo ad minus octo Sorores de diſcretioribus eligantur, quarum in his, quæ forma vitæ requirit, Abbatiſſa uti ſemper conſilio teneatur. Ideò ut pax, dilectio, & veritas magis ſemper inter dictas Sorores vigeant, & creſcant, hortamur in Domino Ieſu Chriſto eaſdem, quatenùs in hujuſmodi electionibus, & mutationibus officialiũ & Diſcretarum prædictarum, omnis cavillatio, & ambitio evitetur. Nec minus idoneæ quovis modo magis dignis præponantur, & quandocumque per viam Spiritus ſancti aliquam contigerit ad aliquod officium eligi, quod laborem, & onus non refutet, ſed illud ſecundùm gratiam à Deo ſibi datam diligenter, & humiliter exerceat, & compleat. Caveant inſuper omnes Sorores, ne hujuſmodi officiales paſſim ſine magna, & legitima cauſa mutent, ſive removeant ab officiis ſuis, niſi de bono, & ſano conſilio, ſicut ſecundùm Deum viderint expedire. Eodem modo hortamur in Domino Ieſu omnes officiales præſentes, & futuras, quatenùs non petant ſe ab officiis abſolvi, ſed ſecundùm gratiam eis datam officia ſibi injuncta, amore Dei, ſemper habeant perficere, ſicut decet Religionis utilitati, & Altiſſimus, ob cujus amorem hoc faciunt, & facient, reddet illis mercedem ſempiternam.

## Cap. IX. *De modo tenendi Capitulum.*

354. Cum ſecundùm formam vitæ ſemel in hebdomada ad minus, Abbatiſſa teneatur Sorores ſuas ad Capitulum convocare, ut autem ubiquè, & ſemper hoc jugiter obſervetur, ſtatuimus, & ordinamus, quod Abbatiſſa, vel ejus Vicaria ſtudeant ſummopere talem horã ſecundùm varietatem locorum, & temporum aſſignare pro tenendo dicto Capitulo, ut omnes Sorores fortes, & ſanę ibidem poſſint convenire. Et nihilominus de divinis officiis, ſeù aliis obſequiis propter hoc nihil omittatur; Quandocumque autem Abbatiſſa voluerit Sorores ſuas ad Capitulum convocare, pulſetur campanula Refectorij ex una parte tantùm, & omnes Sorores ſanæ, & fortes, quæ in ſervitio infirmarum non fuerint prò tunc de neceſſitate occupatæ, ſtatim debeant auditâ campanâ ad Capitulum convenire, & omnibus ibidem congregatis, & ſedentibus Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, invocatâ Spiritus ſancti gratiâ, faciat in loco ſuo recommendationes generales prò vivis, & defunctis, nominando expreſsè benefactores, & benefactrices, qui, vel quæ dederunt eleemoſynas ſuas pro ſubſidio earumdem. Et factis, & dictis his recommendationibus Sorores ſurgant, & ordinatè dicant ſuffragia pro eiſdem, videlicet; *Ad te levavi oculos meos. cum Gloria Patri &c. De profundis, cum Requiem*, cum ſuffragiis, quæ ſequuntur, videlicèt, *Pater noſter. Et ne nos. Fiat pax. Momento congregationis tuæ &c.*

*&c. Salvos fac ſervos tuos. Oremus pro fidelibus defunctis. Requieſcant in pace. Domine exaudi. Oremus. Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine. Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia. Prætende Domine. Abſolve quæſumus Domine*; Et in fine dicto Pater noſter: *Deus det nobis ſuam pacem.* Abbatiſſa, & omnes Sorores iterum ſedeant, & ſigillatim dicant culpas ſuas plenè, & humiliter, & devotè pro ut noverint ſe deliquiſſe, junctis manibus flexis genibus, proſtratæ ad terram incipiendo à Novitiis, & junioribus, ſeù illis, quæ non ſunt in officiis conſtitutæ. Abbatiſſa verò, vel ejus Vicaria ſecundùm ſuam rectam conſcientiam, & bonum judicium imponat eis tunc pœnitentiam, ſi oporteat, etiam eas monendo, & redarguendo, proùt ſibi meliùs videbitur expedire, & hoc ſecundùm quantitatem, & qualitatem delictorum, nullam partialitatem oſtendendo; ſed omnes, ubi deliquerint, corrigendo. Sorores autem ſemper prædictam pœnitentiam cum humilitate recipiant, & cum devotione perſolvant. Caveant autem Sorores, ne unquàm in Capitulo, vel alibi lites habeant, vel replicas, ſeù excuſationem palliatam faciant, ſeù quærant. Nec aliqua ibidem loquatur, niſi de licentia Abbatiſſæ. Novitiæ autem, ſicut dictum eſt, antè omnes debent dicere culpas ſuas, & ſtatim dictis culpis, & acceptis pœnitentiis debent extra Capitulum exire. Caveant inſuper omnes Sorores, ne culpas in Capitulo, vel viſitatione accuſatas, vel punitas audeat una alteri quovis modo improperare; nec etiam alias, ſi quas in ſæculo contraxerint. Et ſi aliqua in hoc deliquerit per Abbatiſſam graviter puniatur. Omnibus autem his dictis, & completis, ut ſupra dictum eſt, ſi quæ ſint tractanda, ſicut dicit forma vitæ, Sorores tractent, & expediant, quæ expedienda fuerint cum debita gravitate, & honeſtate, à verbis ſuperfluis, injurioſis, ſive quibuſcumque aliis indebitè prolatis penitus præcavendo. Et omnibus completis recedant de Capitulo in nomine Domini.

Cap. X. *De ſilentio, & modo loquendi ad Cratem; & loquutorium.*

355. Præterea, quia *pax eſt opus juſtitiæ, & ſilentium cultus ejus*, ne devotionis fervor per inquietitudinem multiloquij extinguatur, ordinamus, quòd Sorores ſileant, ſicut in forma vitæ ipſarum continetur, videlicèt ab hora Completorij, ideſt à dicto Completorio uſque ad Tertiam; & poſt horam Tertiarum ſileant etiam continuè, ſicut dicit forma dictæ vitæ, in Eccleſia, Dormitorio, & in Refectorio dum comedunt, præterquam in infirmaria. Et licèt ibi non ſit mentio quod debeant ſilere in clauſtro, ea fortè cauſa eſt, quia in loco ſancti Damiani, in quo morabatur Beata Clara tempore formæ vitæ ſibi à Beato Franciſco datæ, non erat pro illo tunc clauſtrum ibidem propter nimiam paupertatem conſtructum. Nos autem attentè conſiderantes, quod Dominus Papa Gregorius Nonus ordinavit in prima Regula, quod dictæ Sorores tenerent continunm ſilentinm in omnibus horis, & locis. Ac etiam quod in omnibus Religionibus benè regulatis, & ordinatis clauſtrum ſit locus poſt Eccleſiam primus, nbi dictum ſilentium conſuetum eſt obſervari; ſtatuimus & ordinamus, quod omnes Sorores de cætero debeant ſilere in clauſtro, ſicut & in aliis tribus locis in forma vitæ poſitis.

356. Item præcipimus, quod nulla Soror cujuſcumque officij, gradus, aut conditionis exiſtat, accedat ad loquutorium ſicut in dicta forma vitæ continetur, ſinè licentia Abbatiſſæ, vel Vicariæ; nec aliqua licentiata cum aliqua perſona loquatur quovis modo in locutorio dicto, niſi præſentibus, & clarè audientibus duabus Sororibus de numero octo Diſcretarum Conventus; quia in crate, quę eſt in Eccleſia, coram Deo, & Angelis ejus, aſſignantur volentibus loqui tres Sorores de octo Diſcretis ſecundùm tenorem formæ vitæ, fortiori ratione in locutorio, quod eſt locus magis communis, & publicus, debent aſſignari duæ de octo Diſcretis illi Sorori, quæ in locutorio voluerit loqui de bona licentia, & debito modo, & pro debita cauſa. Item ordinamus, qnod ad portam Sorores nullo modo loquantur cum aliqua perſona forenſi altè, vel baſsè cum ſociis, vel ſine ſociis. Prætereà volumus, quod quandò aliqua Soror pro evidenti utilitate, vel neceſſitate, vel de bona congruitate fuerit ad cratem, quæ eſt in Eccleſia, ut cum aliqua perſona loquatur,

tur, in principio locutionis poterit removere aliquantulum pannum interiùs appoſitum, ſtatim ipſum in loco conſueto reponendo, ita quod dùm loquitur non videatur in facie ab aliquo; & in fine locutionis ſuæ iterùm pannum illũ aliquantulùm removeat, ut vale loquenti faciat, & pannum ſtatim vale facto reponat; & nulla Soror ibi loquatur, niſi ſecundùm formam vitæ, & cum perſonis ſolemnibus, maturis, & ſecuris, parentibus, propinquis, ſpiritualibus amicis, & hoc rariſſimè fiat.

357. Item quandocumque aliquam perſonam extraneam ad eas ingredi, vel aliàs per cratem eis loqui contigerit, tegant facies ſuas cum modeſtia, & inclinent ſe parumper prout Religionis convenit honeſtati. Inſuper in quadrageſima ſancti Martini, quam volumus incipere in craſtinum omnium Sanctorum, & durare uſque ad Nativitatem Domini, & in Quadrageſima majori, quam volumus incipere in craſtinum Quinquageſimæ uſque ad Reſurrectionem Domini, nulla Soror temporibus prædictis loquatur cuicumque perſonæ ad locutorium, ſivè ad cratem, niſi pro cauſis in forma vitæ contentis, niſi Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ, ſivè Portariæ, & hoc ſolùm pro negotiis, & utilitatibus Conventus, ſicut hactenus eſt fieri conſuetum. Eaſdem quoque hortamur in Domino Ieſu Chriſto, quod quandocumque contingit, aliquam Sororem loqui ad loquutorium, ſive ad cratem, caveant omninò à prolixis, & inutilibus, ſivè vanis, & mundanis colloquiis, ſed omnia verba, quæ procedent de ore ipſarum ſint honeſta, & utilia, ſicut decet ancillas Chriſti, & obſervatrices ſancti Evangelij. Et ad evitandum familiaritates ſuſpectas ſæcularium, & locutiones prolixas, & inutiles earumdem ordinamus, quod nullo modo Sorores fiant per ſe, vel per aliam perſonam, commatres virorum, vel mulierum. Rurſus ordinamus, quod quandocumque cõtinget, aliquam perſonam clauſuram intrare, ſive pro viſitatione infirmarum, ſivè pro alia quacumque de cauſa, Sorores licentiatæ non audeant eis loqui, niſi præſentibus, & audientibus duabus Diſcretis Sororibus per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam eis aſſignatis.

Cap. XI. *De Obſervantia paupertatis, & quod Sorores non recipiant poſſeſſionem aliquam, nec ſibi aliquid approprient.*

358. Cùm ſecundù[illegible]mam vitæ, Abbatiſſa, & omnes Sorores teneantur Sanctam paupertatem, quam Domino Deo, & Beato Franciſco promiſerunt obſervare, ſcilicet in non recipiendo, ſeù habendo poſſeſſionem, vel proprietatem per ſe, vel per interpoſitam perſonam; ut autem prædictam paupertatem diligentiùs, & perfectiùs poſſint cuſtodire, ac in non recipiendo, ſeù habendo poſſeſſionem, vel proprietatem ſtrictiùs, & puriùs ſe habere, inhibemus per obedieniiam eiſdem Sororibus, ne domnm ad locandum, terram, ſivè hortum ad colendum, pratum ad ſecandum, vineam, ſivè aliquid aliud ad laborandum quovis modo recipiant, aut poſſideant. Item hæreditates, redditus annuos, penſiones, eleemoſinas perpetuas nullatenus habeant, vel recipiant per ſe ipſas, vel per interpoſitam perſonam. Præterea habere granaria, ſivè cellaria, de emptis, vel mendicatis, ſeù aliter acquiſitis, ita grandia, & copioſa, ut de eis aliquid vendant, vel quod per annum integrum abſque mendicatione poſſint tranſigere vitam ſuam, repugnat paupertati earum. Inſuper bonos greges ovium, ſeù armenta pecorum numquam habeant, nec ſcyfos, ſcutellas, vel aliqnod aliud vas de auro, vel argento, vel de quacumque alia re pretioſa. Item theſaurizationes auri, argenti, lapidum pretioſorum, cæterarum quarumcumque rerum; & omnis congregatio, vel proviſio, quæ poſſit durare ultra annum, hæc, inquam, omnia ſunt eis interdicta. Cæterùm volumus, quod in omni ſupellectile ipſarum tàm in vaſis, quàm in veſtimentis, ſeù quibuſcumque aliis omnis curioſitas, & ſuperfluitas evitetur, & in ipſis ſemper paupertas reluceat, & appareat, & in uſu neceſſitas, ſicut decet ſanctiſſimæ paupertatis ſectatrices. Item volumus, & ordinamus, quod de legatis Sororibus in ultimis voluntatibus degentium fiat in modum, ſecundùm quem ordinavit dominus Nicolaus Papa Tertius in declaratione Regulæ Fratrum Minorum fieri ab ipſis Fratribus.

359. Inſuper cum vitæ forma dicat, quòd *Sorores nihil ſibi approprient; nec domum, nec locum, nec aliquam rem*, & per Dominum Nicolaum Papam tertium, & Clementem V. & nõnullos alios Summos Pontifices ſit declaratum in declaratione Regulæ FF. Minorum, quòd expropriatio, ſeu abdicatio omnium rerum, quam dicti Fratres faciunt, intelligi debeat, & ſervari tàm in ſpeciali, quàm etiam in communi. Noſque circa hunc articulum veſtigiis inhærentes prædictorum, præfatam expropriationem, ſeù abdicationem proprietatis omnium rerum, quam propter Deum Sorores faciunt, ſicut meritoriam, & ſalutiferam, & æterna retributione dignam, volumus, & mandamus tàm in ſpeciali, quàm etiã in cõmuni integrè, & inviolabiliter ab omnibꝰ dictis Sororibus prçſẽtibus, & futuris obſervari. Poſsũt tamẽ dictę ſorores ſanâ conſciẽtiâ habere uſum ſimplicem, & jus utẽdi omnium rerum eis ſecundùm formam vitæ conceſſarum, vel illarum, quæ ipſis in eadem non prohibentur, ſine tamen appropriatione aliqua, ſicut ſunt uſus neceſſariorum pro celebratione; & manutentione ſervitij divini, pro habitatione, & ſuſtentatione corporis humani, & pro executione officiorũ, & negotiorum, eis ſecundùm formam eamdem vitæ, & Sacræ Religionis neceſſariorum. Poſſunt etiam pro tranſigendo vitam ſuam in agone præſentis militiæ de his, quæ eiſdem offeruntur liberaliter, & de his, quæ pro ipſis mendicantur, & quæruntur humiliter, ac etiam de his, quæ ab ipſis acquiruntur per laboritium, dummodò ſic oblata, mendicata, quæſita, ſivè habita non appertè diſſonarent ſtatui paupertatis, & Religionis ipſarum, habere jus utendi, & ſimplicem facti uſum.

360. Præterea ordinamus, quod de rebus, vel eleemoſynis in particulari datis, vel miſſis ſororibus, diſtribuantur indigentibus in particulari, vel in communi, ſecũdùm quòd bonum videbitur Abbatiſſæ. Nec volumus licere alicui ſorori, quòd illud, quod fuerit ſibi datum, vel miſſum à parentibus, vel ab aliis, poſſit indigenti Sorori communicare, vel alicui perſonæ extra Conventum dare, vel mittere ſine beneplacito, & expreſſa licentia Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ. Inſuper volumus, quod in debitis contrahendis Sorores ſe habeant ſemper, & ubique ſicut in forma vitæ continetur. Item prçcipimus, quod caveant ſe omnimodè à multitudine, & magnitudine ædificiorum, & à ſumptuoſitate eorumdem, ſed ſint contentæ temperatis, & humilibus ædificiis.



Cap, XII. *De Infirmis Sororibus.*

361. Ordinamus, quod quandocunque contingeт aliquam ſororem infirmari graviter, vel debilitari, Abbatiſſa, vel ejus Vicaria teneatur eidem infirmæ ſtatim providere de ſervitio opportuno: Sorores autem ſervitiis infirmarum, vel debilium deputatæ caveant, ne in officiis ſibi conceſſis defectum notabilem faciant, ſed humiliter, & devotè in fervore charitatis ſerviant eis, ſicut vellent ſibi ſerviri, ſi ita infirmæ eſſent. Abbatiſſa etiam, ſi non fuerit legitimè occupata, omni die ſaltem ſemel teneatur viſitare ſorores infirmas, dum actu graviter infirmantur. Et in abſentia ejus hoc Vicaria ejus facere teneatur. Item quod propter earum incuriam nulla ſoror infirma defectum habeat in ſua infirmitate ſecundùm earum poſſibilitatem. Caveant autem Abbatiſſa, & ejus Vicaria, ne conſilium pro ſanitate habenda ſororum infirmarum petant ab aliquo medico, vel chirurgo, ſive barbitonſore, niſi à catholicis perſonis, ſi tales poſſint haberi, & ſemper à magis devotis, quæ poterunt bono modo reperiri pro remedio habendo. Nec aliquis prædictorum intrare clauſuram permittatur, niſi urgenti neceſſitate, vel infirmitate, & ſemper aſſociati ſint taliter intrantes debito modo; ita quod Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, vel aliæ duæ, vel tres de Diſcretis Conventus ſint præſentes, donec foras egrediantur. Item, ſi contingat, aliquam Sororem, vel plures aliquo gravi, & contagioſo, & prolixo morbo languere, ut eſt lepra, inſania capitis, vel aliquid ſimile, propter quem taliter infirmantes non poſſent ſine periculo cum aliis reſidere, provideatur eis de camera ſeparata intra clauſuram, & de bonis ſervientibus talibus infirmis, prout caſus, & infirmitas requirit, ita quod nulla clauſuram unquam exeat, niſi aliter fuerit conſultum.

362. Inſuper hortamur omnes Sorores in Domino præſentes, & futuras, quatenùs propter Deum non refutent ſervire talibus humiliter, & devotè, ſicut fuerit

neceſſe. Si verò aliqua Abbatiſſa, vel Vicaria, ſeu aliquæ aliæ ſervitiis infirmarum deputatæ non providerint ſecundùm poſſibilitatem, & facultatem loci, & qualitatis infirmantis, ſive conditionem de pharmacis, & cibariis, & aliis neceſſariis, accuſentur ab omnibus coram Viſitatore dum viſitat; & ſicut nimiùm crudeles graviter puniantur, ſi defectum notabilem commiſerint in ſervitio infirmarum. Continetur etiam in forma vitæ, quod Sorores, quæ ſunt infirmæ, ſecundùm Dominum Innocentium Papam quartum, quæ non multò gravi infirmitate laborant, in ſaccis, & paleis jaceant, & habeant ad caput capitalia de pluma. Sed ſi fortè aliquam, vel aliquas gravi, vel prolixo morbo laborare contigerit, aliter oportet providere ſecũdùm Deum, & conſilia bona Diſcretarum: Ideò volumus, & ordinamus, quod quandocumque continget, aliquam, vel aliquas infirmam gravari aliquo morbo gravi, & prolixo, Abbatiſſa, vel ejus Vicaria de conſilio Diſcretarum provideat, vel providere faciat talibus infirmantibus de culcitra, & aliis neceſſariis ſecundùm formam vitæ ipſarum, ſi ſecundùm bonas, & rectas cõſcientias earum videbitur infirmitati ſic infirmantis, vel infirmantium expedire; & eaſdem ſic infirmas in eadem culcitra modo convenienti, & humano faciant requieſcere, ſicut ſuæ infirmitati fuerit opportunum. Provideant etiam diligenter Abbatiſſa, vel ejus Vicaria, ſeù Sorores aliæ deputatæ in ſervitio infirmarum, quod quandocumque continget, aliquam, vel aliquas ab hac luce migrare, quod in hora mortis moriens ſit induta habitu Ordinis, & cincta chorda, & velata in capite, ſi fieri bono modo poſſit, & taliter induta ſepeliatur.

363. Item in eadem forma vitæ habetur, *& quæ indigent pedulis laneis, & culcitris, uti poſſunt*: quæ verba ſunt diſpenſatoria, quando neceſſitas hoc requirit. Quapropter ordinamus, quod nulla Soror, cujuſcumque conditionis, vel officij exiſtat, tempore bonæ ſanitatis pedulos laneos, nec culcitras habere poſſit, nec uti eiſdem, niſi ſit actu indigens: Nec talis indigentia per quamlibet debet arbitrari, ſed per Abbatiſſam cum conſilio Diſcretarum, & majoris partis numero earumdem, quæ cum viderint, aliquam, vel aliquas manifeſtè indigere calceamentis, vel fuerit de hoc requiſita ab eiſdem, quod diſpenſet cum eis; Tunc, ſi eiſdem Abbatiſſæ, & Diſcretis juſtum, & rectum viſum fuerit, providè conſideratis conditionibus perſonarum, varietate temporum, & locorum, quod debeant cum eis diſpenſare, diſpenſet, quod poſſint portare pedulos laneos, ſive calceolos durante neceſſitate. Et ſi major urgeret neceſſitas, quod poſſint portare ſoleas de corio cum pedulis laneis, vel calceolis de panno.

Cap. XIII. *De occupationibus Sororum.*

364. Cum forma vitæ dicat, quod *Sorores, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, poſt horam Tertiæ laborent.* Ut autem hoc jugiter meliùs ab omnibus obſervetur, volumus, quod Sorores propter Deum officia humilitatis, & charitatis non recuſent, ſed cum eis aliqua à Matre Abbatiſſa, vel ejus Vicaria fuerint injuncta pro communi, vel particulari utilitate Conventus, eadem officia ſine murmuratione quacumque faciant, & voluntariè, & dulciter acceptent, & cum diligentia fideliter, & devotè perficiant, ſicut fuerit eis imperatum. Nec aliqua Soror pallio negligentiæ, ſive tepiditatis, vel ſuperbiæ, quando ſibi à prædictis modo prædicto injungitur, ſe contegat, dicẽdo; Deus non dedit mihi gratiã hoc, vel hoc faciendi, ſeu operandi, dum tamen ſana mente, & corpore fuerit, ſed voluntati præcipientis obtemperet, ſicut decet S. Obedientiæ profeſſores; Cavere etiam debent Abbatiſſæ, & earum Vicariæ, ne alicui Sorori aliquid præcipiant, quod probabiliter, & clarè ſciant eam neſcire, vel non poſſe perficere.

365. Et quia in prædicta clauſula formæ vitæ continetur, *poſt horam Tertiæ*: Nos tamen conſiderantes ſtrictam paupertatẽ dictarũ ſororum, & neceſſitates, & indigentias, quas poſſent habere, concedimus, quòd ſi aliquandò negotium ante horam prædictam in Conventu eveniat, quod ſit neceſſarium, vel conveniens ad perficiendum, quod Abbatiſſa, vel ejus Vicaria poſſit præcipere cui voluerit, quod illud faciat, vel perficiat, ſi opus jam ſit inceptum. Item volumus, quod indilatè poſt Miſſam, vel horam Tertiam pulſetur pro labore, & tunc omnes, quæ non habent excuſationem legitimam, vadant

vadant ad faciendum opera eis injuncta. Item injungimus dictis Sororibus, quòd de cæterò nulla ipſarum audeat, ſeu præſumat agere, ſeu perficere aliquam operationem pro ſuo Ordine, vel pro quacumque perſona cujuſcumque conditionis exiſtat, de quacumque materia, de qua poſſint juſtè de vanitate, aut curioſitate notari. Et hujuſmodi operationes, ſi quas contingit per Sorores fieri, antequam acceptentur, vel recipiantur, præſententur integraliter Abbatiſſæ, & ſine earum beneplacito, & voluntate nihil fiat de dicta operatione. Et quæcumque Soror contrarium fecerit, puniatur ſecundùm arbitrium Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ.

366. Præterea ordinamus, quod omnes Sorores tàm præſentes, quàm futuræ ab omnibus jocis ſpatialibus, & etiam à ludis quibuſcumqs vanis, & mſidanis quarumcumque rerum ſemper, & ubique ſe abſtineant, ſed quandocumque fuerint duæ, vel tres, vel plures in unum congregatæ, ſemper ad invicem de Deo loquantur, vel de vita Sāctorum, vel Sanctarum, vivorum, & defunctorum, vel de his, quæ pertinent ad ſalutem animæ, vel de negotiis bonis, honeſtis, & utilibus; ab otioſis, nocivis, & laſcivis verbis penitùs abſtinendo, ſicut decet Chriſti ancillas, & obſervatrices S. Evangelij, & ſanctæ Religionis profeſſores. Inſuper inhibemus dictis Sororibus, ne aliquos libros in Conventibus ſuis ſervent, ſeu habeant, legant, ſcribant, vel ſcribi faciant, in quibus continentur expreſsè, vel occultè vanitates, & carnalitates perſonarum mundanarum. Liceat tamen omnibus Convētibus habere in communi ſanctos libros pro ſolatio, & profectu animarum, qui in particulari, & in generali, & in menſa legantur ſecundùm ordinem, & diſpoſitionem Abbatiſſæ.

Cap. XIV. *De correctione delinquentium.*

367. Ordinamus, quod in quolibet Conventu Abbatiſſa, & in ejus abſentia Vicaria moneant, & corrigant humiliter, & charitativè ſorores ſuas, ne propter negligentiam admonendi, & corrigendi ipſas in trāſgreſſionis, & remiſſionis foveam collabantur. Ita quod prędictæ Præſidentes in hujuſmodi admonitione, & correctione, ut dictum eſt, veram charitatem, & dulcem humilitatem ſervent. Caveant tamen, ne ſub ſpecie humilitatis, & manſuetudinis remiſſionem, ſeu relaxationem delinquentibus ſubminiſtrent. Et ne ſub umbra charitatis carnalitatem corporum, ſeu crudelitatem animarum oſtendant, ſed omnes ſine differentia ſecundùm earum defectus æqualiter puniantur, ut oportet; Et ſi caſus, quod abſit, evenerit, quòd aliqua Soror aliquod gravè, & enorme peccatum committeret, exponendo animam ſuam perditioni, & Ordinem ſuum confuſioni, & etiam ſi eſſet aliqua ita rebellis, & incorrigibilis, ſeu perſeverans in malitia ſua, quod nullo modo vellet ſe emendare, fiat pro talibus, & pro cauſis conſimilibus una camera diſciplinæ in quolibet Conventu fortis, & humana, in qua detineatur in pane, & aqua uſque ad certum terminum, juxta exigentiam delicti, & diſpoſitionem Abbatiſſæ, & Diſcretarum ſuarum. Item, ſi aliqua ſoror adverſus Abbatiſſam, vel ejus Vicariam ſe erexerit, vel ſibi dixerit aliquod verbum indecens, ſeu injurioſum, vel contumelioſum, ad terram in pane, & aqua comedat coram omnibus Sororibus in una refectione.

Cap. XV. *De Oſtiaria, & ingreſſu in monaſterium.*

368. Et quamvis in forma vitæ contineatur, quod Oſtiaria in cella aperta ſine oſtio in die reſideat, tamen nos multis juſtis cauſis ad hoc nos moventibus, nolumus nunc id eſſe obligatorium, nec aliquo modo de cæterò faciendum. Quia licèt tempore B. Claræ hoc foret Sororibus licitum, & honeſtum, nihilominus temporibus modernis illud poſſet dictis Sororibus eſſe valdè periculoſum, & nocivum. Ea propter nos volentes dictarum Sororum providere honeſtati, & ſecuritati, ordinamus prædicta fieri in modum, qui ſequitur, videlicet, quod ad oſtium monaſterij, & ad locutorium cuſtodiendum, aliqua talis ex ſororibus deputetur, quæ omninò Deum timeat, quæ ſit matura moribus, diligens, & diſcreta, ſitque convenientis ætatis, ut dicit forma vitæ, quæ in opere, & ſermone poſſit ædificare, cum quibus oportebit negociari, & loqui. Cui ſit alia ſocia idonea deputata, quæ, cum neceſſe fuerit, ideſt tempore alicujus infirmitatis gravis, quæ poſſet ſibi evenire, ipſa ſocia, vel una alia ad hoc magis, vel æquè idonea per Abatiſ-

ſam de conſilio Diſcretarum deputata, vicem principalis dictæ Oſtiariæ in omnibus exequatur. Quibus duabus oſtiariis adhuc una alia Soror de numero octo Diſcretarum erit adjuncta, quæ omni hebdomada poterit mutari, & alia loco ejus ordinari ad audiendum perſonas volentes loqui ſororibus; quia, ut ſuprà dictum eſt, nulla Soror debet loqui perſonis forenſibus, niſi præſentibus, & clarè audiendibus duabus Sororibus de numero octo diſcretarum, quæ tres ſimul, quandò pulſatum fuerit ad portam, veniant ad cellam, infrà quam ſituata ſunt locutorium, & torneatorium tali modo, quod una ſinè aliis duabus non ſtabit ibidem ad loquendum, nec duæ ſine tertia, ſed omnes inſimul ſtabunt, & oſtiaria tantùmdò habebit reſpondere volentibꝰ loqui, & aliæ duæ præſentes, & audiẽtes erũt. Et in caſu, quo aliquis vellet loqui alteri Sororũ, quàm Oſtiariæ, tunc ipſa, vel una alia oſtiariarum accedat ad petendum licentiam Abbatiſſæ, & datâ licentiâ, Soror, quæ petitur veniat ad loquendum. Et tunc oſtiaria principalis erit præſens, & audiens cum una aliarum, nec unquam aliqua Soror loquatur perſonis exiſtentibus extra ſinè præſentia dictæ principalis oſtiariæ. Præterea ordinamus, quod in cella antedicta ſit oſtium ligneum, cum duabus clavibus ſemper de nocte, & aliâ portaria principalis, & illam, quam cuſtodiet Abbatiſſa de nocte, Soror per hebdomadam adjuncta duabus oſtiariis cuſtodiat de die, intra quam cellam ad loquendũ nulla oſtiariarum intrare poterit ſine alia. De ingreſſu perſonarum in monaſterium, firmiter, & diſtrictè præcipimus, ut nulla unquam Abbatiſſa, vel ejus Sorores aliquam perſonam Religioſam, ſeù ſæcularem, aut cujuſlibet dignitatis in monaſterium intrare permittant. Nec omninò hoc liceat, niſi quibus conceſſum à Sede Apoſtolica fuerit, vel à Domino Cardinali. Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege Medicus, & minutor, causâ urgentis neceſſitatis, vel infirmitatis, necnon & illi, quos ingredi neceſſarium eſt causâ incendij, vel ruinæ, ſeù alterius periculi, vel diſpendij, aut pro aliquo operè exercendo, quod commodè extra monaſteria fieri non poſſet. Sed, & ſi aliquis de Cardinalibus in aliquod monaſterium intrare voluerit, cum reverentia quidem, & devotione ſuſcipiatur, ſed rogetur, quod cum duobus, vel tribus honeſtioribus ſociis debeat introire. Nulla tamen Soror loquatur omninò cum aliquo, niſi ſicut in forma vitæ continetur, ſivè infirma fuerit, ſivè ſana. Et illud præcipuè caveatur, ut hi, quibus aliquando fuerit concedendum in monaſterium ingredi, tales ſint, de quorum verbis, & moribus, necnon & vita ædificari valeãt intuẽtes, & materia juſti ſcandali exindè nequeat generari.

369. Item ordinamus, quod quandocumque continget, ad Conventum aliquid adduci, ſive apportari, quod per rotam, ſive torneatorium commodè intrare non poſſit, ſicut dolia vini, ligna, blada, & cætera hujuſmodi, caveant Abbatiſſa, & portaria, & ejus ſocia, ne porta, ultra quàm oportebit, ſit aperta. Nec portitores, ſeù vectuarij rerum apportatarum ad aliqua loca Conventus intrare, vel ire permittantur, niſi ad illum locum inter duas prædictas portas ſituatum, vel ad alia ubi de neceſſitate fuerit congruũ eos accedere pro collocatione rerum prędictarum. Et ſemper cavere debent Sorores, ne alij, quàm illi, qui tunc fuerint neceſſarij, intrare permittantur; Nec ultra tempus complementi ſui operis intra remanere ſinantur, ſed foras completo ſuo opere exire per Sorores cogantur. Caveant etiam Sorores, ne tunc in conſpectu eorum appareant, niſi illę, quæ fuerint deputatæ per Abbatiſſam, vel ejus Vicariam: nec cum eis loquantur niſi ea, quæ fuerint neceſſaria pro negotio rerum prædictarum exponendo, ſicut decet utilitati Religionis, & honeſtati.

370. Item in eadem forma vitæ habetur quod *in die oſtium ſive cuſtodia minimè dimittatur*: Super quo dicimus, pro omni ſecuritate ſufficere debere ſine alia cuſtodia, quòd ambæ portæ maneant firmiter obſeratę modo, quo ſupra dictũ eſt. Præterea in eadẽ continentur hæc verba, *Cũ autem intra monaſteria ad opus faciendum neceſſe fuerit alios intrare, ſtatuat tunc Abbatiſſa perſonam convenientem, quæ tantùm illis, & non aliis ad opus deputatis aperiat.* Super quibus verbis dicimus, quod illa Oſtiaria, quæ eſt ſecundùm formam vitæ inſtituta, dummodò ſit matura, & diſcreta, cum ſociis ſibi deputatis debent ſufficere pro aperienda porta ingredientibus

gredientibus pro labore faciendo, vel pro aliis cauſis juſtis, & rationabilibus; ſic tamen, quod dictam portam aperiat ex ordinatione, & licentia Abbatiſſæ. Et caveant dictæ Oſtioriæ, ne prolixa colloquia, vel alia ad opus, ad quod venerint, non ſpectantia, habeant cum ipſis quovis modo; ſed eos maturè, & diſcretè, ſi neceſſe fuerit de voluntate, & ordinatione Abbatiſſæ, vel ejus Vicariæ ad operationem dirigant, & ordinent, ut oportet. Nec aliqua Soror, cujuſcumque conditionis exiſtat, procedat, vel exeat ad conſpiciendum hujuſmodi operatores, vel opera eorum, niſi cui ex ordinatione Abbatiſſæ fuerit commiſſum pro utilitate rei perficiendæ. Et quando ſic oportebit ad eos ire, nunquam vadant ſine matura ſocietate, & ſecura Sororum diſcretarum; nec cum eis longam moram, vel verba prolixa habeant; & caveant Abbatiſſa, & omnes Sorores, ne negotia, & opera, quæ poterunt per ſe facere, & operari, faciant per extraneas, vel forenſes fieri. Nec permittant quovis modo hujuſmodi operarios, nec alios ingredientes clauſuram, cujuſcumque conditionis, aut ſtatus fuerint, intra eamdem comedere.

371. Inſuper hortamur omnes Sorores in Domino Ieſu, quatenus numquam de benedictionibus Abbatiſſarum, nec de cõſecrationibus Monialium curent. Sufficiat eis ſacra profeſſio ipſarum, quam ſi benè ſervaverint, benedictionem à ſupremo Pontifice Ieſu Chriſto obtinebunt. Rurſum ordinamus, quòd quandocumque continget, Confeſſorem cum ſocio ingredi monaſterium pro cauſis neceſſariis, ſint ambo induti ſacris veſtimentis, ſcilicet albis, aut ſuperpelliceis. Item ordinamus, quòd conſideratis temporibus modernis, & tempore datæ formæ vitæ, de cetero nulla Miſſa intra monaſterium celebretur pro vivis, aut ſolemnibus defunctarum, niſi in caſu inevitabili, ut ſupra dictum eſt de infirmis.

## Cap. XVI. *De Viſitatore.*

372. Cum forma vitæ duo de Viſitatore dicat, primum, quod *ſit ſemper de Ordine Fratrum Minorum:* ſecundum quod *ſit ſecundùm voluntatem, & mandatum Domini Cardinalis Protectoris*; primum temporibus modernis obſervandum eſt, ſed ſecundum non: cauſa eſt, quia licèt tempore formæ vitæ inſtitutæ monaſteria Sororum, vel Sorores non exiſtebant in omnibus ſub obedientia, & regimine Fratrum Minorum, tamen poſteà pro certis cauſis, & rationabilibus per Dominum Innocentium Papam quartum, & nonnullos alios ſummos Pontifices, cura ipſarum Sororum plenè in omnibus, & per omnia commiſſa eſt Generali Miniſtro, & Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis Fratrum Minorum. Quapropter, ut convenientiùs, & ſecuriùs in dicto ordine procedatur in viſitationibus faciendis, ordinamus, quatenus ſecundùm tenorem formæ vitæ dictarum Sororum, præfatum Viſitatorem Sorores ſemper habeant de Ordine Fratrum Minorum, qui juxta Domini Papæ Innocentij quarti ſtatuta, & aliorum ſummorum Pontificum, & noſtram præſentem ordinationem, ſit eis aſſignatus de mandato, ſeu ordinatione, ſeù licentia Generalis dicti Ordinis, vel Miniſtrorum Provincialium in ſuis adminiſtrationibus. Quem Viſitatorem dictæ Sorores debent humiliter petere ab uno de prædictis, videlicet à Generali Miniſtro ſuper omnes Conventus dicti Ordinis Sororum, vel à Provincialibus Miniſtris ſuper Conventus ſuarum Provinciarum. Præterea inhibemus dictis Sororibus, ne petant, vel recipiant aliquem in Viſitatorem, niſi talis ſit, de cujus religioſa vita, & moribus, atque fide notitia plena, & ſecuritas habeatur, qui zelum Dei habeat, & ſit ſuæ Regulæ obſervator, ac amator Sanctæ paupertatis, & totius honeſtatis. Qui quidem Viſitator omnes Conventus ſibi commiſſos teneatur viſitare ſemel in anno, vel pluries, ſi neceſſe fuerit, vel ſi ab Abbatiſſa, & Sororibus aliis Diſcretis pro rationabili cauſa fuerit ſuper hoc requiſitus.

373. Inſuper ordinamus, quod dictus Viſitator numquàm ingredi permittatur ad interiora Conventus, niſi ſolummodò cum fuerit neceſſitas. Et hoc in viſitatione juridica, vel ordinaria, qui cùm ad monaſterium viſitandum introgreſſus fuerit, ſic ſe per omnia exhibeat, & oſtendat, ut omnes de bono ad meliùs provocet, & ad Dei amorem, & inter ſe mutuam charitatem ſemper inflammet pariter, & accendat: & ſtet ſemper cum ſocio ſuo in loco communi, & ita prope ſit unus alteri, quod poſſint ſe mutuo vi-

dere, nec ultrà expletionem ſui officij moram protrahat intra clauſuram, ſed ſtatim exeat. Item dictus Viſitator cùm ad aliquem Conventum venerit viſitandi cauſâ, intra duos, vel tres dies naturales ſuum officium exequatur, & antequam incipiat viſitationem, ſi fuerit diſpoſitus, faciat collationem, vel ſermonem. Poſteà faciat præceptum omnibus, & ſingulis ſororibus, quod per obedientiã ſalutarem reſpondeant bona fide, ſi ſciant aliquid ſuper his, de qnibus interrogabuntur. Cui omnes Sorores, & ſingulæ teneantur firmiter obedire, ſcilicet in his, quæ ad officium ſuæ viſitationis pertinent. Deindè omnes Sorores tàm Abbatiſſa, quàm aliæ dicant ſigillatim culpam ſuam, & unaquæque earum dictâ culpâ egrediatur è Capitulo, ſi ſit viſitatio publica; ita quod illæ, quæ remanebunt in Capitulo poſſint accuſare, ſi accuſanda fuerit illa, quæ fuerit egreſſa, & tunc nomina accuſantium, & accuſatarum, & illa crimina, de qnibus accnſabuntur, conſcribantur, dummodò crimen poſſit juridicè per duas Sorores boni teſtimonij probari. Item ſi aliqua Sororem aliquam falsò, & injuſtè accuſaverit; & hoc fuerit legitimè deprehenſum, pœnam ſuſtineat, quam accuſata pro tali crimine, de quo ipſam accuſaverat, ſi fuiſſet reperta culpabilis, & infamata, deberet ſuſtinere. Poſtquam Soror dixerit culpam ſuam, & foras fuerit egreſſa, & debitè accuſata, vel omninò reperta pura ab omni crimine in judicio accuſanda, revocetur ad Capitulum, & ſui defectus notabiles, de quibus accuſata fuerit, judiricè recitentur, & pœnitentia debita imponatur, tamen audientia ſibi non negetur, ſed planè tribuatur, ut securè ſe poſſit excuſare, ſi legitimam excuſationem habeat in toto, vel in parte, & ſic modo prædicto omnes, & ſingulæ Sorores dicant culpas ſuas, egrediantur, accuſentur, & revocentur ad Capitulum, & coram omnibus debitè puniantur de illis, de quibus in publico fuerint puniendæ. Si ſit tamen in aliquo Conventu aliqua Soror, quæ ſciat certitudinaliter, aliquam Sororem graviter deliquiſſe, vel de facto in aliquo gravi crimine eſſe, vel permanere, quod crimen non poſſit pro tunc probari, illa Soror, quæ hoc ſcit, poteſt de Sorore, & de crimine eodem modo, quo ipſa hoc ſcit, informare Viſitatorem, & in tali caſu Viſitator nunquam debet revelare nomen accuſantis Sorori accuſatæ.

Inſuper dictus Viſitator iſtum modum loquendi infraſcriptum poteſt tenore, ſi ſibi videatur expediens cum omnibus, vel cum pluribus ſimul loquatur, aut ſecretò cum una, aliis tamen ad minus duabus in conſpectu ejus non longè ſedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas obſervetur; quod ſi aliquod tale ſibi occurrerit, quod congruè per ſe nequeat emendare, ad Superiorem ejus referat, ut ejus conſilio, & præcepto, ſicut expedit, corrigatur. Caveat autem Abbatiſſa, nè à ſe, vel ab aliis Sororibus ſuis ſtatus ſui monaſterij in obſervantia Religionis, & in unitate mutuæ charitatis Viſitatori aliquatenus abſcondatur, quia peccatum magnum eſſet, & offenſa graviter punienda; imò volumus, & mandamus, qnod ea, qnæ ſecundùm vitæ ſuæ formam corrigenda, & emendanda fuerint, publicè, & privatè, ſicut meliùs fuerit faciendum, Viſitatori diligenter ſuggerant, & proponant, quæ ſi aliter fecerint, à Viſitatore tàm Abbatiſſæ, quàm aliæ dignè, ut convenit, puniantur.

374. Cæterùm Viſitator quandocumq; contingeret eũ viſitare ſecretè, vel publicè, inter cætera, quæ requiret à ſororibus primò requiret de eſſentialibus Regulæ, videlicèt de obediẽtia, paupertate, caſtitate, & de clauſura perpetua; ſecũdò, quo modo dicitur divinum officium de die, & de nocte, de modo loquendi ad cratem, & torneatorium, de congregatione, & proviſione grani vini, & bladi, de ſervitio infirmarum, & debilium, & valdè antiquarum, de abundantia, pretioſitate, & curioſitate veſtimentorum; de obſervantia jejuniorum, & abſtinentiarum, de negligentia Præſidentium, & Diſcretarum, & Oſtiariarum; de inobedientia, & rebellione ſubditarum; de obſervantia formæ vitæ, & præſentis ordinationis; de pace, & unitate obſervãda, de vinculo perpetuæ charitatis, de frequentia Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, quomodò ſacrificium ſanctæ orationis, & devotionis in Conventu vigeat, & ferveat. Et ſi aliquam, vel aliquas in aliquo præmiſſorum, vel in aliis legitimè repererit vitioſam, vel aliter

ter quovis modo deprehenſam zelo charitatis & amore juſtitiæ debitæ cum diſcretione puniat, & corrigat, ſecundùm quod delictum fuerit commiſſum, vel frequenter iteratum.

375. *Per prædecentia autem non intendimus quovis modo infringere bonas, & ſanctas ordinationes, quas aliàs præfatis ſororib⁹ tradidit Venerabilis Religioſa Soror Coleta filia noſtra in Chriſto Ieſu Chariſſima. His itaquè declarationum, admonitionum, Conſtitutionum præſidiis, cum veſtro ſtatui arbitremur divino munere proviſum eſſe, vos in Chriſto filia Abbatiſſa, & univerſa monaſteriorum Sorores, à præfata devotiſſima Matre veſtra Sorore Coleta laudabiliter, atquè famâ ſingulariſſimâ fundatorum, & in Chriſti nomine fundandorum præſentes pariter, & futura, ad quas univerſas, & ſingulas hæc noſtra veſtra directionis ſcripta traſmittimus, tanta mentis, & omnium veſtrarum præparatione ad eorum religioſiſſimam obſervantiam incumbatis, quantò uberiores fructus ex eorum obſervantia vos conſecuturas non dubitamus. Nos verò quo majori robore, atque authoritate hæc omnia, & ſingula apud vos valeant, & devotiori humilitate ſuſcipiantur, ſolemnitatibus conſuetis viſionis, examinationis, approbationis, & appenſionis ſigilli noſtri officij fecimus munimine roborari. Datum Gebennis Provinciæ Burgundiæ, ſub anno Domini milleſimo, quadringẽteſimo trigeſimo quarto, die vigeſima octava Septẽbris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Eugenij Papæ quarti Anno quarto, & inchoationis Sacri Baſileenſ. Concilij ad reformationem omnium ſtatuum, pacem procurandam inter fideles, & extirpationem hæreſum fæliciter nunc perſeverantis anno 4.*

376. Quantus in Eccleſia Dei ex hujuſmodi Clariſſarum Reformatione fructus accreverit; infinita propemodum Sponſarum Chriſti cœnobia per Hiſpanias, etiam per Italiam, per Orbem novum, in ultimis etiam Philippinis; atquè per orbem univerſum ſingulari prorſus ſanctitatis famâ ubique celeberrima, paſſim multiplicata, & favoribus Pontificiis amplisſimè decorata altè conteſtantur; in quibus omnibus ex ſpeciali Dei providentia maximo animarum fructu primæva ſanctæ Claræ Regula, quam à Seraphico Patriarcha poſt lacrymarum imbres meruit excipere, in omnimodo ſuo rigore in hodiernum uſque diem fremente averno, ſed applaudente cœlo ſanctiſſimè obſervatur; de quibus fuſiùs, & ſingillatim ad propria loca in ſecunda parte tractabimus.

378. Privilegia ſolùm recenſere juvat, quibus à Sixto I V. fuerunt inſignitæ.

SIXTVS EPISCOPVS,
Servus ſervorum Dei.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

VT æternæ Beatitudinis amatrices, quæ habitu ſacræ Religionis aſſumpto uni viro, ſcilicèt Chriſto Ieſu ſe voto celebri deſponſarunt, valeant juxta votum quietæ mentis proficere, & regulari obſervantia ſtabiliri, tantò propenſiorib⁹ æquum eſt illas gratiis attollere, ſpiritualibus epulis reficere, & eorum pia confovere propoſita, quantò ſexus fœminei fragilitas ad ferendum obſervantiæ onus potiori favore indigere dignoſcitur. Vndè nos in ſac. Petri Sede, meritis licèt inſufficientibus, ut Religio quælibet dilatetur, ac florido, decentique candore, luminoſiſque ſanctimoniæ radiis ad exemplar imitationis eluceſcat, apertas manus apponimus libenter, & ſtudium efficax impartimur, ut tandem cultores Religionis, annuente divina gratia, in ſtadio vitæ ſub ſanctorum P. P. regulis, & inſtitutis Deo militantes fœlicis tryumphi bravium valeant adipiſci. Hinc eſt, quod nos Dilectarum in Chriſto filiarum univerſarum Sororum quorumcumque monaſteriorum & Conventuum Ordinis ſanctæ Claræ per bon. mem. quondam Coletam Sororem dicti Ordinis ubilibet conſtructorum, & reformatorum ſupplicationibus inclinati, fœl. rec. Pij Papæ I I. prædeceſſoris noſtri in hac parte veſtigiis inhærendo, Regulas ſanctæ Claræ, ac omnes & ſingulas Cõſtitutiones per quondam Gullielmum de Caſali Generalem Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum circa reformationem dictorum monaſteriorum, ac ſororum in illis pro tempore degentium factas, & per eumdem Pium approbatas, illarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis habendo, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, ipſiſque ſororibus præſenti

In firmam. trium ord. fol. 56.

ſent bus, & futuris ſub regulari Obſervantia viventibus, quod ſecundùm prædictarnm conſtitutionum tenorem ſorores diverſarum Provinciarum, & Conventuum poſſint, prout hactenùs obſervatum eſt, poſtulare, ſeu eligere unum Viſitatorem, qui canonicè poſtulatus, & per Generalem Miniſtrum, ac Provinciales in ſuis Provinciis confirmatus Viſitaroris officio, & non alius fungatur; irritum decernentes quiquid ſecus factum fuerit, aut attentari contigerit in futurum. Quodque omnibus, & ſingulis privilegiis, & gratiis Fratribus Mioori bus, & Minoriſſis hactenùs conceſſis, & in poſterùm concedendis, etiam liberè frui, ac illis uti, & gaudere poſſint, & valeant, ſicut, & ipſi gaudent, utuntur, & fruuntur, ac gaudere, & uti, & frui poterunt quomodolibet in futurum. Necnon Moniales, ſeu Sorores aliorum quorumcumq; Monaſteriorum enjuſcumq; Ord. transferentes ſe ad Conventus, & monaſteria prædictarum Sororum ſanctæ Claræ pro emẽdatione vitę à Viſitatorib⁹, & Cũfeſſoribus ipſorum monaſteriorum abſolvi. Et ſi ex earum receptione, vel aliàs quomodolibet in primo monaſterio ſymoniam contraxerint, aut aliquam irregularitatem incurrerint; cum eiſdem diſpenſari poſſit. Præterea ipſis Miniſtris, Viſitatoribns, & Confeſſoribus, quod ipſas ſorores præſentes, & futuras ſub regulari obſervantia, ut præfertur, degentes, ab omnibus criminibus; ſententiis, cenſnris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis quotiès opus fuerit abſolvere poſſint. Quodque Novitiæ dictorum monaſteriorum in earum receptione, & profeſſione prædictis gratiis gaudere liberè, & licitè valeant, dũ perſeveraverint, ſivè fuerint ſęculares, ſivè regulares: Præfatiſque ſororibus, etiam Novitiis præſentibus, & futuris, quod viſitando certa loca oratorij ſui omnes, & ſingulas indulgentias habeant, & conſequantur, quas habent, & conſequuntur illi, qui quibuſlibet diebus quadrageſimæ, cæteraſque ſtationes in Eccleſiis Vrbis inſtitutas perſonaliter viſitant, & ibidem manus porrigunt adjutrices: Et inſuper quod Fratres profeſſi, & Novitij Ord. Minorum Conventuum omnium; ſeu monaſteriorum prædictorum Reformatorum ſob Obedientia Miniſtrorum, omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, indulgentias, remiſſiones, diſpenſationes, & abſolutiones ſupraditas, & infraſcriptas habeant, & conſequantur, ac illis uti, & gaudere poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia ſicuti ſorores, & earum novitiæ antedictæ. Cæterùm quod Fratres prędictorum Cõvẽtuum reformatorũ, & reformandorum, conſtructorum, & conſtruendornm, ſub obedientia Miniſtrorum exiſtentium à ſuis Mioiſtris, Viſitatoribus, Gnardianis, & Confeſſoribus ab omnibns criminibus, & ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quoties neceſſe fuerit, abſolvi, ipſique Miniſtri, Guardiani, Viſitatores, & Cõfeſſores cum eiſdẽ ſuper irrigularitatibus, ſi quas cõtraxerint, etiam ſacros, & Preſbyteratus Ordines ſuſcipiendo, & qui promoti fuerint, in illis miniſtrando, præterqnam ſuper Bigamia, & voluntario homicidio diſpenſari poſſint, & valeant. Rurſus ut ſaluti animarum ſororum profeſſarum, & Fratrum profeſſorum ac novitiarum, novitiorumque in earum, & eorum profeſſione, & receptione præſentiũ, & futurorum ſub regulari obſervantia vivẽtium eo magis conſulatur, quod ipſi, & ipſæ, ac quilibet eorum, & earum idoneum poſſint eligere Confeſſorem, qui eis, & cuilibet ipſorum in ſinceritate fidei, & unitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & devotione noſtra, vel ſucceſſorum Romanor. Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus omnium peccatorum ſuorum, de quibus contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel dumtaxat in vita, & in mortis articulo plenam remiſſionem valeant authoritate Apoſtolica tenore præſeotium perpetuò indulgemus, quandiù perſeveraverint in Obſervantia regulari. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno 1472. 5. Idus Iulij Pontif. noſtri anno primo.

379. Iuvat interim ad tollendam vulgi rudis æquivocationem, varia cognomina breviter innuere, quibus hnjuſmodi Clariſſæ per B. Coletã Reformatæ variè pro varietate locorum, & quã occaſione fuerint nuncupatæ. Id prorſus indubium, qnod ipſæ omnimodam ſui originem ab ipſa S. Clara, necnon per ipſã à Seraphico P. Frãciſco non recognoſcere non poſſũt; reformationem verò contra ſubintroductas libertates, & privilegia diſpenſativa,

tiva à Beata Coleta. Vnde proprio, & genuino titulo *Moniales Clariſſæ de prima Regula* à doctis, & prudentibus appellantur, ad Vrbaniſtarum differentiam, quæ ſecundam Clariſſarum Regulam; nempe Regulam ipſam ab Vrbano IV. mitigatam profitentes Clariſſæ de ſecunda Regula, ſeu Vrbaniſtæ vocitantur. A tempore verò B. Coletæ ferè per duo ſæcula Coletanæ dicebantur in Galliis, in Belgio, & Germania, & alicubi etiam per Hiſpanias; In Italia verò Reformatæ, videlicet à Reformatione per B. Coletam introducta. Noviſſimè tum Recollectæ, tum Diſcalceatæ, tum Reformatæ, tum & Capuccinæ variis in locis nuncupari cœperunt; non quòd à Minoritis Recollectis, vel Diſcalceatis, vel Capuccinis reformationis normam acceperint, ſed ex occaſionibus particularibus, præſertim novæ Cœnobiorum fundationis, aut ad imitationem illorum Fratrum Minorum, qui ſeraphicam Regulam litteraliter (ut ipſæ de ſua faciunt) obſervare profitentur.

Artur. in Martyrol. franc. ad diem 21. Decembr. §. 7.

380. Etenim B. Maria Longa natione Hiſpana Ioannis viri in toto Neapolitano Regno primarij, ac Cancellariæ Regentis uxor, cum in Æde Lauretana à diutino morbo fuiſſet curata, poſt viri obitum hoſpitale incurabilium, & monaſterium Sanctæ Mariæ in Hieruſalem Neapoli fundavit, ubi ipſa habitu Tertij Ordinis S. Franciſci ſuſcepto, neceſſaria quæque Monialibus ſuppeditavit, atque ſe ipſam illarum obſequiis mancipavit. Cum verò tandem depoſitis ſæcularibus exuviis mundo nuntium remiſiſſet; Regulam monaſticam profeſſa, Paulo III. Pontifice jubente, monaſterium illud ſub Abbatiſſæ titulo gubernandum ſuſcepit, quod ex ſancti Gaetani conſilio, de omnium ſuarum Monialium aſſenſu primæ, atque arctiori Regulæ Clariſſarum perpetua voti Religione obligavit. Cum verò Patres Reformati tunc temporis non eſſent in Vrbe Neapolitana, Patrum Capuccinorum gubernio fuerunt Apoſtolica authoritate commiſſę, unde nomen Capuccinarum aſſumpſerunt, quod & aliis quibuſdam in locis fuerunt imitatę.

381. Sivè ergo Diſcalceatæ, ſive Reformatæ, ſive Capuccinæ, ſive Recollectæ dicantur, impropria eſt nuncupatio; cum nec à Fratribus Diſcalceatis, nec à Recollectis, nec à Capuccinis, nec à Reformatis hodiernis, prout faciunt Congregationem particularem, ſuam vel originem, vel reformationem, vel gubernium, ut plurimùm (præſertim à Capuccinis, & Diſcalceatis) recognoſcant, ſed ad primam ſine ulla diſpenſatione S. Claræ Regulam ſimpliciter obligentur; unde proprio, & veriori titulo *Clariſſæ de prima Regula*, vel ad ſummum de Reformatione Coletana debent appellari.

## CAPVT XI.

*Clauſura Sanctimonialium fuit omninò prima in Clariſſis.*

382. Sanctimonialiū Clauſurā nec de jure naturali eſſe, nec de divino introductam, eo rigore, quo jam Monialibus univerſis in perpetuum jure canonico pręſcribitur, ex hiſtoria Eccleſiaſtica probant Caietanus in ſecunda ſecūdæ, & Rodrig. tom. 1. q. q. regul. Quamvis ergò à primitiva Eccleſia non fuerit adeò rigoroſè cuſtodita, excreſcente tamen hominum malitia, Eccleſia ſancta ſexus imbecillitati ex majoribus inſidiis, & periculis rationabiliter timens, jam ſub Sanctis Silveſtro, & Marco Pontificibus circa annum ſalutis 330. præſertim in primo Carthaginenſi Concilio ipſius aliqualem formam introduxit, & in tertio Carthaginenſi, in ſexta Synodo in Trullo approbato circa tempora Siricij Papæ anno 397. aliqualiter adauxit. Caiet. 2. 2. qu. 88. artic. 11. Rodriq. t. 1. qq. Regul. q. 44. artic. 1.

383. Bonifacius VIII. omnium primus fuit ex Romanis Pontificibus, qui ſtrictiorem clauſurarum ubique terrarum obſervandam ſub præcepto imponeret, edita graviſſima conſtitutione, quæ recitatur in *6. de ſtatu regularium cap. periculoſo.* Quam tamen in Hiſpaniis non fuiſſe ſervatam, in Galliis autem impeditam, & Venetiis ſuſpenſam, immò & à Bonifacij Succeſſoribus (fortè pro conſcientiarum quiete) revocatam, ſcripſerunt Ioannes Andræas, Gabriel, & alij apud Rodriguez loco præcitato. Cum verò ſucceſſu temporis didiciſſent nationes, experientia docente, quàm utilis, & quàm neceſſaria eſſet clauſura Virginibus, quæ Chriſto conſecratæ conſecrationem ſuam à continuis vellent periculis

Concil. Trident. ſeſſ. 23. de regul. c. 5.

culis eripere ; ſanctiſſimi Eccleſiarum Prælati in S. Tridẽtina Synodo congregati Bonifacij conſtitutionem unanimi conſenſu renovantes, clauſuram penitùs rigoroſam omnibus ſanctimonialibus tam Virginibus, quàm Viduis in communi viventibus ſub quacunque Regula, nullâ penitùs exceptâ, immò quibuſcumque in contrarium privilegiis ſpecialiter derogatis, obſervari præceperunt, ita ut quibus monaſteriis clauſura non competeret ex voto, vel ex propria regulari profeſſione, competeret ex præcepto canonico.

384. Quoniam verò nonnulla monaſteria, cum libertatem ex inſtituti ſui titulo, necnon ex immemorabili conſuetudine prætenderent, clauſuram detrectare videbantur, B. Pius V. editâ bullâ *Circa Paſtoralis officij &c. Dat. Romæ 4. Kal. Iunÿ* 1566. omnes omninò Moniales revocatis conſuetudinibus, privilegiis, & inſtitutis in contrarium, per Epiſcopos locorum, atque per earum reſpectivè Superiores ad clauſuram ſubeũdam, rebelles etiam juris, & facti remediis omninò compelli magno rigore præcepit: Si quæ tandem ad eam ſe obligare detrectarent; eiſdem graviùs interdixit, nè alias impoſterum ſub pœna nullitatis (præter cæterà, quæ appoſuit remedia) in Ordinem ſuum recipere valerent. Tertiarias itidem, & quæ de Pœnitentia dicuntur, ſi vota ſolemnia in congregatione viventes emiſerint, per locorum Ordinarios, necnon per proprios reſpectivè Superiores ad clauſuræ rigorem obligari voluit; quæ verò ſolemnia vota non emittunt, ad hæc eas inducere ut procurẽt, indixit Ordinarijs, illarumque Superioribus: atque earumdem hoc modo noviter voventium neceſſitatibus, ut opportunè provideatur, modos convenientes præcipiendo aſſignat, utque de cætero nullæ converſæ ſub pœna nullitatis ad profeſſionem admittantur, iis exceptis, quæ intra clauſuram ſint permanſuræ. Quæ omnia ſub graviſſimis cenſuris, & pœnis, quibuſcumque in contrarium privilegiis &c. ſingulari revocatione revocatis, obſervanda præcepit. Denique quomodo ad alia fundanda; ſeù reformanda monaſteria, & propter graviſſimos incendij, epidemiæ, bellorumque caſus, de Superiorum licentia liceat eis de monaſterio exire, magnâ prudentiâ declarat: de quibus licentiis, & quomodo ſæculares utriuſque ſexus, necnon religioſi ad ipſas intrare valeant in clauſuram, ibidem, & in litteris Gregorij XIII. Pauli V. Vrbani VIII. aliorumque Pontificum, atque in Doctoribus de hujuſmodi clauſura tractantibus eſt videndum, quoniam ad doctrinam magis, quàm ad hiſtoriam pertinere comprobantur.

Bull. Rom. t. 2.

385. His omnibus non ſinè cauſa prænotatis, non incongruè legimus ex Diana, & Corduba, ex Clypeo ſacrarum Monialium, atquè ex aliis apud Emanuelem de ſpe in Chronicis ſuæ Portugalliæ Provinciæ longo ordine citatis, quod prima introductę, & indictæ Monialibus clauſuræ gloria cum tanto Eccleſiæ bono Pauperum Patriarchæ Franciſco, ejuſque in Chriſto primogenitæ S. Claræ omni titulo debeatur. Duo enim altiſſima, & ad invicem (ſi naturæ vires attendamus) ferè repugnantia mirabiliter univit; extremum Evangelicæ paupertatis apicem, & interdictum è Clauſura digreſſum, à cujus ſanctiſſimis exemplis clauſuræ perpetuæ rigorem introductum fuiſſe videmus in Eccleſiam à Bonifacio Pontifice, ut diximus, approbatũ, & à Tridentino Concilio legimus confirmatũ: undè & inter Minoritas cõtroverſia non levis à principio agitata legitur, an videlicèt præceptum ſibi in Regula cap. 11. appoſitum *de non intrando in monaſteria Monialium*, de ſolis pauperum incluſarum, ideſt de Clariſſarum cœnobiis ob ſpecialem clauſuram, an verò de cæteris, ad quæ liber omnibus patebat acceſſus, eſſet intelligendum, donec per Gregorium IX. & Succeſſores ejus Romanos Pontifices fuit terminata.

Diana.

Mirand. de ſacr. monial. q. 1. articul. 3.

Clyp. ſacr. mon. dub. 1.

Apud. Eman. de ſpe in Chron. Provin. Port. lib. 5. c. 3.

386. Clauſurę igitur obligationem primus omnium Monialibus appoſuit in Regula S. P. Franciſcus, ut dum Regulam voto ſolemni profiterentur, voverent ex conſequenti rigoroſam clauſuræ obligationem. Hanc primò legimus in regula cap. 2. quam anno 1224. pro Clariſſis ſcribente Hugolino Cardinale Protectore præſcripſit, ubi ſic ait [deinceps emiſſa profeſſione extra monaſterium ſine utili, manifeſta, & probabili cauſa exire non liceat] & cap. 11. [rigoroſè præcipitur, ut ſine licentia Papæ, vel Cardinalis Protectoris intra ipſarum monaſteria nemini introire permittatur.]

Vead. t. 1. ann. 1219.

In

In regula verò, quam ex Hugolini ejuſdem anteriori ſcripto reſcripſit Innocentius IV. ſic ampliatur, ut nulla eiſdem concedatur licentia, vel facultas indè ulteriùs exeundi, niſi fortè cauſa plantandi, vel ædificandi eamdem Religionem, ad aliquem locum aliquæ tranſmittantur. Sic etenim S. Claræ uterinam Sororem B. Agnetem, & alias plurimas ad erigenda nova monaſteria fuiſſe ab ipſis initiis deſtinatas, deſtinarique in dies, vel ad nova conſtruenda, vel ad antiqua reformanda comperimus. Quod Vrban. IV. in prææallegata Clariſſarum Regula cap. 3. pro quarto voto voluit ſupraddi.

387. Introductâ itaque maxima ſæculi ædificatione, & ſingulari religionis profectu per Clariſſas ab ipſo ſuæ inſtitutionis initio perpetuâ clauſurâ, non immeritò *Pauperum recluſarum* glorioſa appellatione in litteris Apoſtolicis nuncupantur, quarum proindè ſpecialiorem curam Romani Pontifices in ſe ipſos ſe aſſumpſiſſe teſtantur. Plurimas de hujuſmodi gloriis litteras Pontificias in Vvadingo, in Pontificum regeſtis eſt videre; Vnicum hîc Gregorij diploma pro exemplari exhibeo.

## GREGORIVS PAPA. IX.

*Vniverſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.*

Ibid. in Reg. bull. 54. Gregor. IX.

388. ETſi omniũ illa cura debet Nobis ineſſe fideliũ, quòd faventeDomino mereantur gaudia ſupernorum; de his tamen tenemur ſolicitudinem habere precipuam, qui cunctis poſtpoſitis formam pauperum, & humilium aſſumentes corpus, & animam perpetuò deputarunt obſequio Redemptoris. Cum ergo dilectas in Chriſto filias *pauperes Moniales Incluſas Ordinis S. Damiani* virtutum augmenta ſuſcipere, & pacem habere ſpiritus, ab omni turbatione immunes effici cupiamus; volumus, ut quod à nobis olim in minori officio conſtitutis circa ingreſſum monaſteriorum ejuſdem Ordinis, videlicèt qui, quomodò, & quandò, ingredi debeant, in Regula dictarum Monialium inſtitutum eſſe dignoſcitur, ab univerſis, & ſingulis inviolabiliter obſervetur. Qui autẽ contravenire præſumpſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere. Datum Interamnæ. 10. Kal. Decembr. anno 10.

389. Quanta ſolicitudine egerit Min. Religio, ut eas omnes, & ſingulas moniales ad uniformem clauſuræ cuſtodiam obligaret, non facile eſt relatu. Indè tamen, quaſi ex ungue leonem conjicere licet, quòd etiam in caſibus ſpecialiter exceptis, cum Fratres illarum monaſteria ingredi recuſarent, neceſſe fuerit, ut Gregorius IX. qui Regulam ipſam conſcripſerat, ad Monialium ſupplicationem declareret, & concederet per ſpeciale diploma ingreſſum; prout ſequitur.

## GREGORIVS PAPA IX.

*Vniverſis Abbatiſſis, & Monialibus incluſis monaſteriorum Ordinis Sancti Damiani.*

Ibid. bull. 94.

VEſtris piis ſupplicationibus inclinati, Fratribus Minoribus, qui in monaſteriorum veſtrorum obſequiis deputantur, ut pro exercendo monaſteriorum ipſorum opere, vel illis conſervandis ab incendio, ſeu à latronibus defendẽdis, ac ut Frater Preſbyter cum uno Fratrum ipſorum Clerico maturo moribus, & ætate pro audiendis confeſſionibus veſtris, & extrema unctione, ac aliis Sacramentis Eccleſiaſticis exhibendis vobis infirmitate cogẽte, ac ſepeliendis corporibus ſororum decedentium, monaſteria ipſa ſecundùm formam, quæ in Regula veſtra noſcitur contineri, ingredi valeant, liberam concedimus authoritate præſentium facultatem. Dat. Laterani Kalend. Iunij anno 15.

390. Nihilominùs propter verba in Regula Minorum cap. 11. appoſita, *Fratres non ingrediantur monaſteria monacharum præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis* ſupplicavit Gondiſaluus Ordinis Minorum Generalis Miniſter, explicari, vel adnumerari caſus, & cauſas, propter quas poſſint Fratres ad prædictas ædes accedere, & ad interiora tranſire. Annuit Pontifex BenedictusXI. & caſus expreſſit, quos per ſuas litteras ad ſingulos Miniſtros directas, Generalis mox intimavit; quotidiè etenim variæ offerebantur ubique controverſiæ circa hunc ingreſſum, dũ Pontificis Legati, & viri Principes, quibus per Pontif. diploma patebat acceſſus vole- Vvad. t. 3. 1304. n. 14.

bant, ut Fratres eos intra clauſuram comitarentur. Exemplar litterarum ad Provincialem Etruriæ datarum hîc ſub jungo.

*In Chriſto ſibi Chariſſimo Fr. Antonio Miniſtro Provinciali Tuſciæ Fr. Gondiſalvus Ordinis Minorum Miniſter, & ſervus ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam.*

Ibid. QVia interdum oportet, & expedit Fratres mitti ad monaſteria, quæ non ſunt Ordinis S. Claræ habita ſuper hoc ſpeciali commiſſione à ſummo Pontifice Domino Benedicto Papa XI. oraculo vivę vocis, concedo tenore præſentiũ, quòd ad ipſa monaſteria tu ipſe accedere, & Fratres mittere valeas pro quibuſlibet emergentibus pijs auſis: proviſo, quòd abſque multum rationabli cauſa acceſſus hujuſmodi arctiùs evitetur. Intrare verò ad monaſteriorum ipſorum interiora poſſitis tàm tu, quàm Fratres illi, quibus pro ſua maturitate, & idoneitate duxeris committendum in caſibus infraſcriptis, videlicet, quandò communis proceſſio fieret cleri, & populi causâ funeris, vel prædicationis, causâ aſſociandi aliquas perſonas nobiles, utpotè Epiſcopos, Archiepiſcopos, Duces, Marchiones dũtaxat, & Comites, ac Vxores eorum, & liberos eorumdem Fratrum ſocietates tunc temporis requirentes. Ita quod ſicut cum intrantibus intrent, ità cum exeuntibus exeant. Nec ibi exiſtentes ab invicem ſeparentur. Pro confeſſione quoque audienda alicujus Monialis tàm graviter infirmantis, quòd ad exteriora exire nequeat, poterit ſecundùm ſuam diſpoſitionem cum uno, vel duobus Fratribus aliquis diſcretus Confeſſor intrare, in loco ſcilicet tàm patenti, quod & Confeſſor, & confitens, & ſocius, vel ſocij poſſint ſemper liberè, & mutuò ſe videre, tribus, vel quatuor perſonis aliis ibidem exiſtentibus, donec confeſſio terminetur. Sanarum verò, & earum Monialium, quæ ad exteriora exire poterunt confeſſiones, ſi quandò talis caſus acciderit, exteriùs in loco patenti ſolummodò audiatur, ſervato in hujuſmodi caſu, tàm de licentia, quàm de mutua viſione Confeſſoris, & ſocij, ſtatuto Capituli generalis. Vale in Domino, & ora pro me. Dat in loco ſancto Alverniæ 7. Kal. Auguſti anno Domini 1304.

392. Similiter & contra converſas, ſeù laicas ſorores, quæ ſcilicèt ad manualia ſervitia deputantur, quoniam ad clauſuræ votum ſe ſe non obligatas prætenderent, ſequens diploma expeditum legimus ab Innocen. IV. Pontifice; quod tamen de ſervitoribus, qui converſi dicebantur, crederem intelligendum. Vvad. t. 1. in Reg. 1246. bull. 40. Inn. IV.

## INNOCENTIUS PAPA IV.

*Abbatiſſæ, & Conventui Monialium S. Gratiæ Pampilonen. Odinis S. Damiani ad Rom. Eccleſ. nullo medio pertin.*

EX parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum interdum aliquæ de converſis veſtri monaſterij poſt factam in eo profeſſionem abſque tua licentia, filia Abbatiſſa, reſpicientes retrò exeant ex animi levitate, & ad alia loca ſe transferant, vel per mundum miſerabiliter evagentur; providere ſuper hoc paterna ſolocitudine curaremus. Nos igitur & converſarum ipſarum, & indemnitati ejuſdem monaſterij pręcavere volẽtes, ut converſas, quæ hactenùs taliter diſceſſerunt, vel diſcedent impoſterùm, poſſint ad idem monaſterium per Viſitatorem veſtrum, qui pro tempore fuerit, per excommunicationis ſententiam revocari authoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Dat. Lugduni 3. nonas Octobris anno 4.

393. Verumtamen Sanciæ utriuſque Siciliæ, ac Ieruſalem Reginæ de Sede Apoſtolica, atque de Ordine Seraphico ſingulariter benemeritæ, ob Regij gradus, & meritorum excellentiam, dum Clariſſarum de prima regula vellet Religioni ſe ſe ſolemni voto obligare, ex gratia ſpeciali à Clem. VI. Pontifice conceſſum fuiſſe legimus, ut etiam poſt ſolemnia profeſſionis vota poſſet ad opera pia, & ad viſitanda cætera ſua monaſteria extra clauſuram cum duabus Monialibus exire, ut in diplomate ſequenti.

## CLEMENS PAPA VI.

*Chariſſimæ in Chriſto filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.*

PRæcelſa magnitudinis tuę merita &c. libenter annuamus. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, tibi poſtquam ad Vvad. t. 3. Reg 1343. bull. 58. Clem. VI.

ad aliquam Religionem tranſieris, ut proponis, & profeſſa fueris in aliquo monaſterio alicujus Regulæ approbatæ, tibi liceat cum duabus monialibus ejuſdem monaſterij, quas aſſumere volueris pro tempore, ac ipſis duabus Monialibus te dumtaxat ſociantibus clauſuram, & clauſtrum ipſius monaſterij egredi, & monaſteria per te ædificata, & ordinata, ac alia pia loca viſitare, & opera miſericordiæ, ac alia laudabilia facere, & complere, quoties, & quandò tibi videbitur expedire; fœl.rec. Bonifacij Papę VIII. prædeceſſoris noſtri, & quacumque alia conſtitutionibus in contrarium editis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica tenore præſentium liberam concedimus facultatem, tecum, & dictis duabus ſuper præmiſſis miſericorditer diſpenſantes. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis Dat. Avinion. 11. Kalend. Decembris anno ſecundo.

394. Cum autem ſub rigoroſo clauſuræ nomine etiam extraneorum intrà monaſterium ingreſſus expreſsè comprehenſus eſſe intelligatur, factum eſt, (vel quia *nitimur in vetitum ſemper, cupimuſquè negata*, vel quòd ſpiritualis conſolationis ergò Moniales inviſere deſiderarent viri Principes, vel fortè etiam ad vanæ curioſitatis pompam palliato prætextu,) ut plerique utriuſque ſexus nobiles perſonæ licentias particulares à Sede Apoſtolica impetraverint variis temporibus, ut cum honeſto comitatu poſſent Clariſſarum ingredi monaſteria, ibi etiam refectiunculas ſumere, & cum ſanctimonialibus ſanctæ ædificationis titulo aliquantulùm immorari, ex quo læſa non leviter harum quiete ſpirituali, graviſſimis inquietudinibus cœnobium ipſum ſæpiùs agitari contingeret. Leo X. de hiſce pleniùs informatus, ut monialium quieti, regularique obſervantiæ opportuno remedio provideret, dato, quod apponono, diplomate, decrevit, nè licentiæ hujuſmodi, ſine prævio Monialium, Superiorumque conſenſu impetrantibus prodeſſe valerent.

LEO PAPA X.

*Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis, & monialibus monaſteriorū S. Claræ primæ, & ſecundæ Regulæ, Conceptionis, & Annuntiatæ Ordinum, ac tertiæ Regulæ S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatis ſub cura Fratrum Minorum de Obſervantia degentibus.*

EXponi Nobis fecerunt dilecti filij Vicarij generales Ordinis Fratrum Minorum regularis Obſervantiæ, quòd licèt tam juxta canonicas ſanctiones, quàm inſtituta regularia veſtrorum Ordinum, ingreſſus monaſteriorum veſtrorum quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, ſeù ſæcularibus, qui Prælati, ſeu Rectores veſtri, & aliæ perſonæ ſervitio Ordinis, ſeù monaſteriorum ipſorum neceſſariæ non exiſtant, penitus ſit interdictus; nonnullæ tamen perſonæ utriuſq; ſexus tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares, aſſumpta occaſione, quòd devotionis cauſa, & pro animarum ſuarum conſolatione monaſteria veſtra viſitare deſiderant, varias litteras à Sede Apoſtolica in confeſſionalibus, vel aliàs veſtra monaſteria hujuſmodi intrandi, & in illis refectiones capiendi, quaſdam de conſenſu Abbatiſſarum, & aliarum Monialium ipſis monaſteriis præſidentium, quaſdam verò etiam ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis adverſus Superiores Ordinum, & Abbatiſſas, & Pręſidentes monaſteriorum prædictorum, ſi dictos conſenſus præſtare recuſaverint, impetrare, & prætextu litterarum vos, & alios Superiores ad conſenſus hujuſmodi præſtandos compellere conantur: undè tot, & tantas perſæpè moleſtias, & ſpiritus diſtractiones ſentiatis, & nonnunquam plurimùm inquietemini, & à pace mentis turbemini, ita ut contingat propterea à divino officio, cui horis quaſi ſingulis inſiſtitis, vos avertere, & pertubari, ſcandala quoque, & animarum pericula, & alia gravia damna Monialibus dictorum monaſteriorum in obedientia regulari Altiſſimo famulari volentibus ſequuntur. Quarè pro parte dictorum Vicariorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos cupientes, ut

Uvad.t. 8. Reg.1516. bull 15. Leon. X.

vos, quas in viſceribus charitatis habemus, quæ ſpretis mundanis illecebris ſub religionis jugo, & caſtitatis lilio Redemptori noſtro Ieſu Chriſto famulari voluiſtis, votum hujuſmodi in ſpiritu pacifico adimplere valeatis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, vigore facultatum hujuſmodi dictis perſonis per dictam Sedem in Confeſſionalibus, vel aliàs de ingrediendo monaſteria Monialium conceſſarum, vos propterea non teneri; nec obligatas eſſe contra voluntatem veſtram ingreſſum eis in dicta monaſteria præbere: ac vobis, ut abſque aliquo conſcientiarum veſtrarū ſcrupulo eiſdē perſonis dum, & quoties vobis opportunum eſſe, & animarum veſtrarum saluti expedire videritis, ingreſſum in eadem monaſteria veſtra licitè denegare poſſitis, & valeatis; Vos in Domino hortamur, ut eiſdem perſonis ingrediendi monaſteria veſtra prædicta, nè à tranquillitate mentium divertamini, conſenſum quò rariùs, & parciùs fieri poterit, concedatis. Inſuper univerſis, & ſingulis facultates, & pœnas eccleſiaſticas ſuper præſtatione conſenſus Superiorum, ac Abbatiſſarum, & Præſidentium hujuſmodi in ſe continentes, cum quibuſvis clauſulis, quantumcumq; fortiſſimis, efficaciſſimis, & inſolitis etiam cum derogatione privilegiorum veſtris Ordinibus, etiam *mare magnum* nuncupatorum, quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus cujuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, hactenus conceſſas, & impoſterum concedendas revocamus, caſſamus, & annullamus, ac revocatas, & nullas eſſe decernimus: Decernentes inſuper, cenſuras, & pœnas prædictas in aliquo vos, & pro tempore exiſtentes Abbatiſſas, & Præſidentes, & Superiores obligare non poſſe, nec debere; & ſic per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quacumque authoritate fungentes pronunciari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis in licentiis, facultatibus, indultis Apoſtolicis eiſdem perſonis de ingrediendo monaſteria hujuſmodi per nos conceſſis, & concedendis: quæ nolumus eis quoad hoc contra voluntatem veſtram in aliquo ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret præſentes in quibuſvis locis, ubi opus eſſet, oſtendere, vel exhibere, volumus, ut tranſumptis ipſarum manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati Eccleſiaſtici munitis, plena ubique fides adhibeatur, veluti propriis originalibus, ſi in medium exhiberentur, vel oſtenderentur, adhiberetur. Datis Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. decembris 1516. Pontificatus noſtri anno. 4.

396. Similiter, & contra Fratres ipſos graviſſimam Leo X. edidit decretalem, tùm ad clauſuræ ipſius, tùm ad honeſtatis tutiorem cuſtodiam, quam hic appono.

## LEO PAPA X.

*Dilectis filiis Vicario Generali, & Provincialibus Ordinis Min. regularis Obſervantia Familia Vltramontana.*

Accepimus ſi quidem, quòd licèt per regularia S. Claræ, & Ordinis veſtri inſtituta providè à majoribus, & prædeceſſoribus veſtris ordinata cautum ſit, & optimè proviſum cum Sedis Apoſtolicæ decreto, quandò, & quomodò, aut qua ſolemnitate ad ipſas Moniales, & intra clauſuram monaſteriorum ipſarum ingrediendum ſit; nihilominùs in nonnullis locis Confeſſores, & Rectores, qui pro tempore ad regimen ipſarum, & gubernationem deputantur, latiùs fortè quàm debeant, licentias Apoſtolicas minùs timoratè interpretantes, & formas illarum prætereuntes, ad eaſdem Moniales, non ſubſiſtente ullo neceſſitatis caſu limitato, ſed pro quavis levi cauſa, cum ex confeſſione in confeſſionalibus, in quibus paſſim ſimilia indulta concedi ſolent facta, tum ex alia facultate aliquibus perſonis conceſſa ingredi permittunt, in grave quietis præjudicium ipſarum Monialium, & ipſorum Fratrum animarum periculum, & alicujus ſcandali, quod avertat Deus, ſuſcitationem, & pariter ad Tertiarias in congregatione Ead. r. 8. in Reg. bull. 5. Leo X.

ne

ne viventes, ad quas accedere licèt prohibitum non ſit, tamen propter ſcandalum, quod intervenire poſſet, non ſinè nota fortè incontinentiæ, & contra religioſam honeſtatem, ac in pacis, & in ſpiritualis quietis ipſarũ Monialium læſionẽ, & offenſionẽ &c. Nos igitur, qui à teneris ætatis noſtræ an. de hujuſmodi honeſtate curam geſſimus quàm ſolicitam, præſertim in Virginibus æterno Sponſo Deo ſacro velamine conſecratis, cupientes illis obviare incommodis, quæ procurante humani generis inimico evenire poſſẽt, ſi de opportuno remedio non provideremus, authoritate Apoſtolica, ſub æternæ maledictionis interminatione, in virtute S. Obedientię prohibemus, ne quis Fr. Confeſſor ipſarũ Monialium, aut quis Fr. aut alius cujuſcumque pręeminentię, aut officij inter vos ſit, ad ipſas Moniales, aut ipſarum monaſteria ingredi, vel intrare, niſi in caſibus in earum Regula, & inſtitutionibus ipſius Ordinis veſtri contentis, quoad ipſorum monaſteriorum ingreſſum editis; nec etiam aliæ utriuſque ſexus ſæculares perſonæ, etiam prætextu cujuſvis indulti, etiam confeſſionalium prædictorum monaſteria ingredi; neque ipſi Fratres Ordinis veſtri ad Tertiarias in congregatione viventes, niſi de licentia, & ſpeciali mandato veſtro introire pręſumant, vos propterea monendo, ut non paſſim ingreſſum hujuſmodi relaxetis, ſed in Capitulis veſtris generalibus, & provincialibus providè de ſimilibus, & aliis ad obſervantiam honeſtatis, & continentiæ ſpectantibus ordinetis. Non prohibemus tamen, quòd Fratres prædicti infra limites monaſteriorum S. Claræ intrare, & ad loca, ubi Fratres eiſdem ſervientes habitant, & alij ſæculares ingrediuntur, intrare, & accedere, necnon cum eiſdem, quandò opus fuerit, & cum limitationibus, quas in capitulis veſtris ordinabitis, in locis, in quibus reliquæ ſæculares perſonæ cum eiſdem loquuntur, loqui poſſent. Et nihilominus ſingulis Sororibus tàm S. Claræ, quàm Tertiariis ubique terrarum exiſtentibus, & ſub cura veſtra degentibus, præcipimus ſub pœnis, & maledictionibus, & cenſuris ſupradictis mandamus, ut Vicario Generali pro tempore exiſtenti ſic pareant, & cum effectu obediant, & ipſius viſitationem recipiant, ſicut Vicariorum Provincialium, in quorum Provinciis degunt, recipiunt, & admittunt, & ſimiliter Viſitator earum pro tempore ab ipſo Vicario Generali ex decretis Apoſtolicæ Sedis dependeat. Non obſtantibus fœlic. record. Nicolai Papæ III. prædeceſſoris noſtri, quę incipiunt *Exiit qui ſeminat*, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis privilegiis, & indultis monaſteriis prædictis, ſeu earum aliquibus in ſpecie fortè conceſſis, aut quavis occaſione impetratis regulari obſervantiæ præjudicantibus, ſivè canonicam Ordinis correctionem impedientibus, quæ quoad hoc nulli volumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ die 13. Februarij 1514. Pontificatus noſtri anno primo.

397. Paulus III. expedito Brevi, quod alibi ſubjiciam, præfatum Superiorum Ordinis aſſenſum etiam obtinendum præcepit, quoties ex licentia, & gratia ſpeciali Sedis Apoſtolicæ Monialis aliqua de uno ad aliud monaſterium eſſet transferenda; ut libro hoc in capite ultimo declarabimus ex profeſſo. Ibid. 1540. Reg. bull. 25. Pauli III.

398. His omnibus adnectenda judicavi (quamvis de Clariſſis ſpecialiter non loquantur) aliorum Pontificum conſtituta, quibus præfatas ingreſſuum licentias, vel certis ſub limitationibus arctatas, vel totaliter revocatas voluerunt.

## GREGORIUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ubi gratiæ, & indulta ab hac Sede conceſſa ſucceſſu temporis incommodum offerre noſcuntur, expedit illa ſalubri præſidentis conſilio ſubmoveri. Proindè Sãctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia, quæ illas à ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio avocant, impedimenta tollere, pericula que, & ſcandala ab eis removere cupientes, authoritate præſentium revocamus, & abolemus omnes, & quaſcumque licentias, ac facultates ingrediendi monaſteria, domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumvis Ordinũ, quibuſvis etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & cujuſcumque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcumque licentias ingrediendi monaſteria, domos, & loca ipſarum ſanctimonialium, Bull. Rom. t. 2. bull. 28 Greg. XIII

nialium, quibuſcũque Viris, etiam ejuſdẽ ſtatus,& dignitatis,tàm à prædeceſſoribus noſtris,quàm etiam à nobis,& Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſvis quantumcumque urgentibus cauſis ſub quibuſcumque tenoribus,&etiam derogatoriarum derogatoriis, revocatoriarum revocatoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis,etiam motu proprio, & ex certa ſcientia,deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris,Regum, Reginarum,aliorumque Principum contemplationem, vel ſupplicationem conceſſas,confirmatas,ac etiam iteratis vicibus renovatas. Caſſamuſque, & annullamus litteras deſuper confectas,& proceſſus habitos per eaſdem.

§. 2. Inhibentes eiſdem,qui illas obtinuerunt ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine,niſi à Romano Pontifice(præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætextu monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi valeant.

§. 3. Abbatiſſis verò, necnon Abbatibus,Conventibus,ac aliis monaſterium utriuſque ſexus Superioribus,& perſonis quocumque nomine vocentur, diſtrictè præcipimus ſub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum,beneficiorum,& officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda,ne in monaſteria,domos, & loca ſua quemquam prætextu hujuſmodi licentiarum,& facultatum ingredi faciant,vel permittant.

§. 4. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus,atq; interdicimus omnibus,& quibuſcumq; perſonis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ac etiam Ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium Regularibus,ne prætextu licentiarum ab Epiſcopo, vel Superioribus,quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantùm ex decreto Concilij Tridentini tribuitur, ne monaſteria ipſa Monialium pro libito, ſed neceſſitatibus urgentibus dumtaxat ingredi, neve Moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, monaſteriorumque, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque,exemptionibus,& indultis Apoſtolicis illis,eorumque Superioribus prædictis,ac aliis quibuſcumque tenoribus, & formis,ac cum quibuſvis clauſulis,& decretis conceſſis,& confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, quibus omnibus eorum tenores proindè, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 6. Quoniam autem difficile eſſet, præſentes ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis etiam impreſſis,manu Notarij publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eamdem fidem in judicio,& extra illud ubiq; locorum adhiberi,quæ adhiberetur præſentibus,ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. Dat. Romæ anno 1575. idibus Iunij Pontificatus noſtri anno quarto.

## PAVLVS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam*

§. 1. Facultatum plura monaſteria Monialium ingrediendi abuſus tollere volentes, Tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla perſona cujuſcumque gradus, ſtatus,& conditionis, ac præeminentiæ exiſtat, etiamſi Ducali, Marchionali, aut alia præfulgeat, vigore licentiarum plura monaſteria,domos,& loca Monialium pluribus vicibus ingrediendi, etiam abſque clauſula (in totum, ſeu in univerſum, non autem in eorum aliqua, vel ſingula) à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſub quovis tenore, vel forma, etiam motu proprio cõceſſarum,& expeditarum, aut in poſterum forſan concedendarum, & expediendarum aliqua, vel ſingula monaſteria pluribus vicibus ingredi poſſit, ſed licentiæ hujuſmodi reſpectu univerſorum, non autem aliquorum,vel ſingulorum monaſteriorum ſuffragentur; ita ut cui bis in anno, ſeu ampliùs plura monaſteria ingredi conceditur, bis vel ampliùs tantùm univerſa,non autem eorum aliqua, vel ſingula

Ibid.t. 3. bull.52. Pauli V.

gula ingredi liceat, etiamſi prædicta monaſteria in diverſis Civitatibus, Terris, Diœceſibus, & locis exiſtant.

§. 2. Iiſdemque Mulieribus aliter quàm, ut præfertur, eaſdem licentias interpretari, vel illis uti ſub cenſuris, & pœnis à Concilio Trident. & Apoſtolicis conſtitutionibus intra ſepta monaſteriorum Monialium abſque licentia ingredientibus inflictis ipſo facto incurrendis, eadem authoritate prohibemus.

§. 3. Præmiſſis, & aliis quomodolibet in contrarium facientibus quibuſcumque non obſtantibus.

§. 4. Volumus autem, ut harum litterarum exemplis etiam impreſſis, & manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Marcum die prima Septembris 1608. Pontificatus noſtri anno quarto.

## PAULUS PAPA V.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ibid. bull. 74. Pauli. V. 400. Monialium ſtatui, quæ ſæcularia deſideria abnegantes Dei obſequio ſeſe addixerunt, paſtorali ſollicitudine conſulere cupientes, ad ea removenda, quæ religioſam earum quietem, & regularem obſervantiam perturbare dignoſcuntur, curam noſtram libenter intendimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

§. 1. Quoniam itaque, ſicut accepimus, experientiâ compertum eſt, non levia incommoda licentias ingrediendi monaſteria Monialium mulieribus ſæcularibus conceſſas, dictis Monialibus inferre. Nos malis hujuſmodi opportuno remedio providere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias ingrediendi monaſteria Monialium, ubique locorum exiſtentium, ac cum Monialibus converſandi, & refectionem ſumendi corporalem, mulieribus cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam Marchionali, & Ducali dignitate fulgentibus, ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis, ad tempus, vel in perpetuum à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, & etiam à nobis conceſſas, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium revocamus, caſſamus, & irritamus, ac revocatas, caſſas, & irritas eſſe decernimus.

§. 2. Inhibentes mulieribus prædictis licentias hujuſmodi habentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à quâ non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, ne monaſteria prædicta prætextu licentiarum hujuſmodi ingredi valeant, ſeu præſumant.

§. 3. Ipſorum verò monaſteriorum Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac Superioribus ſub eadem, ac privatione ſuorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, ipſo facto ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, ſeu admittere, vel admiſſas quoquomodo retinere audeant, ſeu præſumant.

§. 4. Quocirca dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis pro tempore exiſtentibus Nunciis, ac locorum Ordinariis, necnon dictorũ monaſteriorum Prælatis, & Superioribus præcipimus, & mandamus, quatenus præſentes litteras publicari, & præmiſſa omnia obſervari faciant. Contradictores quoſlibet, ac præmiſſis non parentes, per prædictas, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo: invocato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 6. Quia verò difficile foret, has litteras ad omnia loca defferri, volumus quod earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, ac ſi eſſent originales exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Romæ die 10. Iulij 1612. Pontificatus noſtri anno 8.

401. Demum Vrbanus VIII. conſiderans, quòd ex conſpicuo poſtulantium gradu, & qualitate, vel aliis de cauſis hujuſmodi licentias à Sede Apoſtolica extorqueri de novo ſæpiſſimè contingit, opportunum ut remedium apponeret, rigorosè præcepit, requiſitum in hujuſmodi licentiis Monialium conſenſum ab ipſis capitulariter congregatis per ſecreta ſuffragia eſſe requirendum, aliàs licentiæ illæ mulieribus, quibus conceſſæ fuerunt, nullatenùs ſuffragentur, & cenſuras incurrant, ſi alio modo ingredi tentaverint.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bullar. Rom. t. 5. bull. 31. Vrb. VIII. fol. 82.

Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium, quod inæffabilis divinæ ſapiētiæ providentia humilitati noſtræ, nullo licèt meritorum ſuffragio, credidit, jugiter poſtulat, ut inter multiplices Paſtoralis officij curas, illam ſedulò amplectamur, qua ſanctimonialium quieti opportunè conſulitur.

§. 1. Cum itaque plures licentiæ monaſteria Monialium ingrediendi diverſis mulieribus ſæcularibus, ſub certis modo, & forma tunc expreſſis à nobis, & diverſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris conceſſæ fuerint, eædemq; Mulieres in vim licentiarum prædictarum monaſteria hujuſmodi, non niſi de expreſſo earumdem Monialium, & illorum Superiorum conſenſu, ingredi poſſint, ſeù debeant.

§. 2. Nos omnem dubitandi materiam, quæ ſuper modo conſenſum hujuſmodi præſtandi forſan oriri poſſet, è medio tollere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra harum ſerie decernimus, atque declaramus, conſenſum dictarum Monialium de cætero per eaſdem Moniales capitulariter, & per ſecreta ſuffragia præſtandum eſſe, & præſtari debere, aliàs licentiæ hujuſmodi mulieribus, quibus conceſſæ fuerunt, nullatenus ſuffragentur.

§. 3. Et quæ ſanctimonialium monaſteria vigore licentiarum prædictarum abſque conſenſu capitulariter, ut præfertur, præſtito, ingredi præſumpſerint, ſententias, cenſuras, & pœnas contra monaſteriorum Monialium clauſuram violantes inflictas, ſe noverint incurſuras.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die 27. Octobris Pontific. noſtri. ann. 2.

402. Longè majorem indè difficultatem exoriri crediderim, ad religioſam Monialium quietem conſervādam, quòd Puellas, vel educationis titulo, vel honeſtatis, quaſi per modum depoſiti, vel quòd monachalem ad profeſſionem habitū debito tempore aſſumendum adſpirare videantur, paſſim in monaſteriis collocari videamus: Quoniam verò Romanorum Pontificum, & Sacræ Congregationis plurima decreta pro hujuſmodi Puellarum ingreſſu tota maturitate digeſta, Sanctimoniales omnes, cujuſcumque Ordinis ſint conſtat indifferenter reſpicere; ut pro Franciſcanis ſpecialiter ordinata tractemus, de regio præſertim Matritenſi monaſterio, undè & ad cætera ejuſdem profeſſionis Cœnobia haberi poſſit exemplum, duxi referenda, quæ ſequuntur, ex his Pontificiis enim Vrbani VIII. litteris, quæcumque materiam iſtam concernere poſſunt, & quomodò tandem ſtabilita fuerint, evidenter apparebunt.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Arch. Aracœl Reg. 5 Ultram. fol. 77.

403. Aliàs per nos accepto, quòd licet aliàs fœl. rec. Sixtus Papa

pa V. prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas de 1585. emanatas, & ſubindè à ſimilis mem. Paulo etiam V. prædeceſſore noſtro de 1609. per ſuas ſimiliter, & deindè à nobis per alias noſtras litteras in ſimili forma Brevis de 1630. anno reſpectivè confirmatas, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ac aliàs mandaviſſet, inhibuiſſetque, ne ex tunc deinceps ulla cujuſvis Ordinis, & loci mulier, ac Puella ſæcularis intra ſepta monaſterij Monialium S. Mariæ Angelorum Ordinis S. Claræ Oppidi Matriti Toletan. Diœceſ. educationis, viſitationis, aut depoſitionis causâ, etiamſi pro tempore exiſtentibus dicti monaſterij Abbatiſſæ, ſivè Monialibus conſanguinea, ſivè affinis fuiſſet, aut quacumque nobilitate ſplenduiſſet, ullatenùs admitteretur ſinè Sedis Apoſtolicæ licentia, & cum expreſſa derogatione dictæ prohibitionis: nihilominus præmiſſis non obſtantibus, ſub prætextu, quòd dictæ litteræ ad Abbatiſſæ, & Monialium prædictarum preces emanaſſent non ſinè diſciplinæ regularis detrimento, nonnullæ mulieres, ſeu Puellæ ſæculares hujuſmodi in dicto monaſterio ſine dictæ S. Sedis licentia introducebantur, etiam tamquam in Novitias, & ad habitum per ipſas Moniales geſtari ſolitum admittendæ, quæ tamen completo novitiatus anno, nec ad profeſſionem per eaſdem Moniales emitti conſuetam recipiebantur, nec è dicto monaſterio expellebantur, ſed in eo permittebantur contra expreſſam Sacri Concilij Tridentini, & prædictarum litterarum diſpoſitionem permanere. Nos tunc exiſtentibus Abbatiſſæ, & Monialibus dicti moneſterij, nedum ſub prædicta excommunicationis latæ ſententiæ, ſed etiã quoad ipſam Abbatiſſam officij Abbatiſſatus, quoad verò cæteras Moniales, vocis activæ, & paſſivæ privationis, & inhabilitatis ad illa reſpectivè in poſterum obtinenda pœnis incurrendis eo ipſo Apoſtolica authoritate perpetuò interdiximus, & prohibuimus, nè ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus aliquam mulierem, ſeù Puellam ſæcularem, cujuſcumque illa conditionis, & nobilitatis exiſteret, intra dicti monaſterij ſepta educationis, viſitationis, aut depoſitionis causâ, niſi impetratâ priùs à nobis, & eadem Sede ad id licentiâ, aut urgente cauſa, niſi de Monialium prædictarum capitulariter, & unanimiter per ſecreta ſuffragia præſtando conſenſu reciperent, & admitterent. Volentes, & eadem authoritate ſtatuentes, ut ea mulier, ſeù Puella ſæcularis hujuſmodi, quæ ad dictum habitum, & in dicti monaſterij Novitiam acceptata fuiſſet, ſub eiſdem pœnis completo Novitiatus anno, vel profeſſionem prædictam emittat, vel ſaltem è dicto monaſterio ejiciatur, abſq; ullius cauſæ inibi ulteriùs, & diutiùs remanendi acceptatione, & aliàs prout in aliis noſtris in eadẽ forma Brevis litteris de anno 1642. deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberiùs continetur. Cum autem ſicut dilectæ in Chriſto filiæ modernæ Abbatiſſa, & Moniales dicti monaſterij nobis nuper exponi fecerunt, ſuper præmiſſis nonnullæ exortæ ſint dubitationes, quas ipſæ exponentes per nos declarari deſiderant. Idcircò Nos eaſdem Abbatiſſam, & Moniales ſpiritualibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, earum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illarum nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis ſuper negotiis dicti Ordinis deputatæ voto, & ſententia, quòd Mulieres, ſeù Puellæ ſæculares Novitiæ dicti monaſterij, quas completo Novitiatus anno ſtatuitur per ultimò dictas noſtras litteras è dicto monaſterio ejici, vel emitti, ut præfertur, non intelligantur illæ, quæ profeſſionem prædictam emittere intendunt, ſed aliæ dumtaxat mulieres, ſeù Puellæ ſæculares novitiæ hujuſmodi, quæ habitu monaſtico dicti monaſt. utentes inibi detinentur opportunitatem indè exeundi expectãtes, & de his ſolis mulieribus, ſeù puellis ſæcularibus Novitiis hujuſmodi noſtra prohibitio, pœnæque predictæ intelligi debeant, ipſiſque mulieribus, ſeù Puellis ſæcularibus Novitiis hujuſmodi quævis alia deſuper obtenta nullatenus ſuffragetur, quodque in eiſdem ultimò dictis

dictis noſtris litteris, mulieres, quæ ad Monialium dicti monaſterij ſervitia in illud introducuntur, minimè comprehendantur, ac demùm quòd illæ mulieres ſæculares, quibus à Sede Apoſtolica conceſſæ fuerunt licentiæ ſub certis modo, & forma dictum monaſterium ingrediendi licentiis prædictis, ac litteris Apoſtolicis ſuperindè confectis, etiamſi in illis nulla omninò de prohibitione, & noſtris litteris prædictis mentio fiat, nec illis expreſsè derogatum ſit, uti liberè, & licitè, & abſque ullo cenſurarum, & pœnarum inibi inflictarum incurſu poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate tenore præſentium declaramus; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Apoſtolici Palatij Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrū die 15. Martij 1644. Pontif. noſtri an. 21.

404. Longè gravior irrepſerat abuſus de mulieribus illis, quæ ſub prætextu devotionis eò uſque proceſſerant, ut prævio Magnatum favore licentias ab Apoſtolico in Hiſpanias Nuncio, etiam à Miniſtro Provinciali ſubſcriptas extorquendo, in Matritenſi S. Claræ monaſterio moram trahere, immò, & cellas ad inhabitandum conducere præſumerent. Abuſum ut evelleret in Provincia Caſtellæ Miniſter Provincialis ſequentem ab Alexand. VII. proviſionem impetravit

ALEXANDER PAPA VII. &c.

405. EXponi nobis nuper fecerunt dilectus filius Miniſter Provincialis Provinciæ Caſtellæ Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, ac dilectæ in Chriſto filiæ Moniales monaſterij S. Claræ Oppidi Matriti Toletanæ diœceſis Ordinis ejuſdem S Franciſci, quòd ab aliquo tempore citra invaluit abuſus, ut mulieres ſæculares monaſterium ipſum ingrediantur, & intra illius clauſuram interdiù, noctuque degant, & habitent, ac manſiones in eodem monaſterio conducant, idque præviis litteris per Nuncios Sedis Apoſtolicæ in illis partibus pro tempore exiſtentes conceſſis, & per Miniſtros Provinciales Provinciæ prædictæ ſubſcriptis, quæ importunis Magnatum flagitationibus ab eiſdem Nunciis, & Miniſtris Provincialibus extorquentur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ejuſmodi abuſus non ſolùm conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis adverſetur, ſed etiam religioſæ quieti Monialium prædictarum, ac diſciplinæ regulari, & dicti monaſterij utilitati magnoperè officiat, cupiantq; propterea dicti exponentes ejuſmodi ingreſſus, & permanſiones mulierum ſæcularium in eodem monaſterio, ac licentiarum hujuſmodi conceſſiones de cætero ſub pœnis, & cenſuris à nobis interdici, & illas mulieres ſæculares, quæ conductas in monaſterio hujuſmodi manſiones de præſenti habent, ac in ipſo monaſterio ſine Sedis Apoſtolicæ licentia degunt, inde dimitti, ac ad diſcedendum compelli: Idcircò ijdem Miniſter Provincialis, & Moniales exponentes Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſos Miniſtrum Provincialem, & Moniales ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, attentis narratis Circumpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut veris exiſtentibus narratis, authoritate noſtra Apoſtolica prohibeas, ſub pœnis gravib⁹, etiam per cenſuras hujuſmodi mulieres in prædictum monaſterium abſq; Sedis Apoſt. facultate impoſterum recipi, & nunc abſque ſimili facultate in eodem monaſterio exiſtentes, præfixo illis congruo termino ad diſcedendum arbitrio tuo egredi, dicta authoritate, ſub eiſdem pœnis mandes; ſalva tamen ſemper in præmiſſis authoritate Congregationis Cardinalium eorumdem, Non obſtantibus

Ibid. Reg. 7. f. 400.

ſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quatenùs opus ſit, dictorum monaſterij, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habendis illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcum que. Dat. In Arce Gandulphi Albanen. diœceſ. die 24. Octobris 1664. Pontif. noſtri anno decimo.

406. Quoniam verò ſub Seraphici Patriarchę vexillo non ſolę Clariſſæ, verùm & quæ de Conceptione, & quæ de Annunciatione B. Mariæ Deiparæ, quæ etiam de Tertia S. Franciſci Regula, ſive de pœnitentia dicuntur Sāctimoniales militare gloriātur, non facile eſt relatu, quanta ſollicitudine, quo zelo egerit Seraphica Minorum Religio, ut eas omnes ad uniformem clauſuræ cuſtodiam obligaret. De Conceptioniſtis equidem, & de Annuntiatiſtis difficultas non occurrit ſpecialiter referenda; Pro Tertiariis autem, quæ per ſolemnia Religionis vota regularem vitam profitentur, longo annorum diſcurſu per graviſſimas contentiones pugnandum fuit, ut clauſuræ obligationem reciperent. Cnm enim ex Apoſtolica conceſſione propriam ad modum perfectæ Religionis Congregationem inſtituiſſent, impetrarunt tandem, in Italia præſertim (quamvis & plurima ipſarum monaſteria, ut ſub clauſuræ rigore vivere poſſent non tantùm libenter aſſenſerint, ſed & à Romanis Pōtificibus ſupplicaverint) ſimul unitis ex majori parte plurium cœnobiorum precibus primo à Martino V. datis litteris *Sacra Religionis &c.* ac dehinc ab Eugen. IV. dato etiā diplimate, *Ad ex Apoſt. Sedis &c.* quas in proprio loco dabimus per extenſum, ut propriam habere Generalem Miniſtram, quæ cum facultate etiam ſibi ſubſtituendi unam Vicariam generalem per monaſteria diſcurrendo, Congregationē univerſam viſitaret, atque corrigeret. Adverterunt Patres Obſervantes, quorum Sanctiſſimo zelo, atque gubernio per Sedem Apoſtolicam fuerant ſæpiùs ipſæ Tertiariæ commendatæ, nec Religioſæ mulierum honeſtati convenire, nec ſinè periculo ſcandalorum hujuſmodi illarum divagatiunem poſſe ſubſiſtere, donec juſtiſſimo Patrum conſilio, & pręcepto ſancta humilitate acquieſcentes, & Generali ipſarum Præfecta, ſeu Miniſtra per Pium II. Pontificem abrogatā, ad Ordinis ſtatuta, etiam per Pontificum decreta ex integro obligatæ ſub tutiori clauſuræ obligatione vivere conſenſerunt, ut ſuo loco dicemus.

Ibid. in Reg. 1436. bull. 84.

407. Cum nihilominus monaſteria nonnulla in libertate ſe ſe conſervare prætenderent, Clemens de Monelia in Capitulo Salmaticenſi anno 1553. ſtatim à ſua electione inter alia pro Ordine univerſo ſtatuta, hoc unum ſingulari efficacia voluit eſſe inculcatum, quòd Sorores de Tertio Ordine in univerſum ad vitanda ſcandalorum pericula, vel Clariſſarum adinſtar ad rigoroſam clauſuræ cuſtodiam obligentur, vel ab Ordinis cura, atque gubernio repellantur. Quod decretum Iulius III. Pontifex dato Brevi, *Cum ſicut accepimus &c.* ſtatuta illa Capituli generalis, ſed præ cęteris ſpecialiùs iſtud de Tertiariarum clauſura commendavit, & Apoſtolica authoritate confirmavit. Hinc etiam Gregorius XIII. earumdem recurſu ſolicitatus, cauſâ per Cardinales deputatos examinatâ, & ad Fratrum favorem terminatâ, ad ipſorum inſtantiam præcepit, ut Tertiariarum hujuſmodi, in quibus nec ſolemnia vota emittuntur, nec clauſura ſervatur, nec ſuſtentari poſſunt, niſi mendicando, omninò ſupprimantur; ita ut Monialibus, quę tunc vivebant ſucceſſivè decedentibus, nullæ de novo recipiantur. Mulieres verò, ſeu Puellę, quæ in hujuſmodi ſinè clauſura monaſteriis contra B. Pij V. cōſtitutiones vel receptę, vel profeſſæ fuiſsēt, cùm illarū profeſſio juxta earumdē litterarum tenorem irrita ſit, in domū ſuam omninò remittātur, quę omnia fuſiùs libro ſequēti per extēſū deſcribētur.

Chronol. fol. 316.

Ibid. f. 281.

Arch. Aracœl. Curia Vltram. reg. 1 f. 220

408. Nec differenter Moniales Tertiariæ, quæ de *Sancta Elizabeth*, ſeu *Beata* Vallisſoleti nuncupantur, ad clauſuræ votum cum ex titulo primævæ ſuæ inſtitutionis liberæ eſſent, ſeſe obligare renuebant; agentibus autem contra prætenſam ipſarum libertatem Fratribus Mi-

noribus, ut pote ipſarum Superiores, & rectoribus in Sacra Congregatione ſub Gregorio XIV. & deindè ex Innoc. IX. poſt Gregorium Pontificio decreto ſub die 19. Decembris 1591. non modò fuerunt ad clauſuræ votum adactę, ſed & rigidiùs prohibitum, nè ad Eccleſiam exteriorem (quod unicum ſaltem in fine poſtulabant) prò exornandis altaribus exire permitterentur. Similiter & in Oppido de Carrion Palentinæ diœceſis in Hiſpania, cum Beatę illę, ſeù Tertiarię libertatem ſibi per regulam conceſſam conſervare vellent illæſam; Minoritæ verò ſecundùm Ordinis ſtatuta eaſdem prætenderent, vel ad clauſuræ votum inducere, vel ab Ordinis gubernio dimittere, Clemens VIII. poſt cauſæ diſcuſſionem, dato, quod ſubjicio, Brevi decrevit, illas ad clauſuræ votum non poſſe quidem obligari, cum non cõtineatur in in regula, ad obſervandam verò omnimodo rigore clauſuram juxta Tridentini Concilij decretum obligari debere.

Arch. Matrit. in reg. Ord. & in bull. Ord.

CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

409. Cum ſicut accepimus, in Oppido de Carrion Palentinę diœceſis unum monaſterium Monialium Beatarum nuncupatarum ſub invocatione S. Michaelis exiſtat, cujus Moniales in earum profeſſione tria vota eſſentialia emittunt, & ſub decenti clauſura vivunt, ſed ad emittendum expreſſum, & in ſpecie clauſurę votum ex regulę ſuæ præcepto, aut ex primęvo ſui Ordinis inſtituto minimè tenentur; cumque Superiores Ordinis Fratrum S. Franciſci, quorum gubernio, & regimini dictæ Moniales ſubjacent, illas invitas ad hujuſmodi clauſuræ votum ultra tria eſſentialia teneri, & cõpelli poſſe, neque aliàs admittendas eſſe ad habitum, neque ad profeſſionem prætendant. Propterea dilectę in Chriſto filię ejuſdem monaſterij Abbatiſſa, & Moniales nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut earum ſtatui, & indemnitati in prę miſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſervationi, & augmento dicti monaſterij, quantùm cum Domino poſſumus, proſpicere volentes ac prædictas Abbatiſſam, & Moniales ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & earum quamlibet àquibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerab. Fratrum noſtrorum S. Romanę Eccleſię Cardinalium Sacri Concilij Tridentini decretorum interpretum ſententia, Abbatiſſam, & Moniales præfatas nunc, & pro tempore exiſtentes, teneri quidem, & ab Epiſcopo autàoritate Apoſtolica compellendas eſſe, clauſuram ad præſcriptum ejuſdem Concilij diligenter ſervare, ſed ad emittendum votũ clauſuræ minimè adſtringi, aut cogi poſſe, ſicque per præfatos Superiores, ac quoſvis alios Iudices Ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & & deffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus. Non obſtantibus &c. Dat. Tuſculi die 13. Octobris 1604. Pontific. noſtri anno 13.

Arch. Aracœl. Curię Ultram. t. 2. fol. 81.

410. Ecõtra verò Santarenẽſes in Luſitania Clariſſæ, quæ ante annum 1254. Lamegi ab Alphonſo III. Rege fundatæ fuerant, gloriari prætendunt, ſe primas omninò fuiſſe in Hiſpaniis (de quo propriis in locis agemus) quæ ad cæterarum Monialium exemplum ad omnimodum clauſuræ rigorem ſeſe obligaverint. Vndè & Ab alexandro IV. Pontifice ſub immediata recipi ſua protectione meruerint. Similiter & Clariſſę de Amarante in Luſitania anno 1567. decretum reformationis pro obſervanda clauſura lætanter exceperunt. Chron. Prov. Portugal. lib. 5. cap. 1.

411. Denique pro Materiæ hujus complemento, cum juxta Pontificum, & Sacræ Congregationis decreta, Reginis, & Imperatricibus exceptis, Duciſſæ omnes, atque Principiſſæ inferiores cujuſcumque privilegij titulo generali intra Monialium clauſurã intrare prohibeantur; Mexici in America gravem legimus ortam fuiſſe controverſiam, an ſub Tridentini Concilij decreto, & Sacræ Congregationis declarationibus etiam Vice-Reginæ compræhenſæ intelligantur, quippe quæ gradum ſuum extolli, & libertatem angeri deſiderarent. Et quidem nonnulli Theologi, Vice Reginas indè Ibid. lib. 9. cap. 3.

à decretis prohibentibus exemptas eſſe deffendere prętendebant, quòd cum ſolę Comitiſſę, Marchioniſſę, atque Duciſſę in ipſa prohibitione nominentur, decretum odioſum ad Vice-reginas ſine cauſa extendere non debemus, quas idcircò longè altiori gradu ſupra Duciſſas eſſe, variis rationibus comprobare nitebantur. Franciſcani è contra in Mexicano. S. Franciſci Conventu Lectores in contrarium irrefragabili ratione arguentes, Vice-reginas nempè, ut potè non in dominio, ſed gubernio potiùs demonſtrarunt nō abſolutas, nec perpetuas, ſed ad tēpus alterius arbitrio deputatas, & etiam in titulo multò minores, quàm lōgè à Duciſſarum Altitudine recedere; quippè quæ in Dominio proprio, & abſolutæ, & perpetuę, & Altitudinis titulo honeſtatę multò altiùs emineant; argumento à fortiori deducto, Vice-reginas niſi ſpeciali facultate ſuffultas, Monialium clauſuram ingredi non poſſe, evidentiſſimè comprobarunt.

Arch. Mexic. in Reg. Ord. num. 21. fol. 106.

## CAPUT XII.

### *De Clariſſis Monialibus in communi conſiderationes particulares.*

412. IN eodem monaſterio, tamquam in quodam corpore miſtico ad diverſa obeunda munia, diverſa etiam neceſſe eſt membra deſignari: Primò etenim ad intrinſecum cœnobij gubernium occurrit Abbatiſſa, ſeù quocumque nomine Præfecta, dehinc cæterę Officiales; ſubditę etiam in Choriſtas, & Laicas, ſivè Converſas dividuntur; quibus demùm Novitiæ, atque Puellæ ſolo educationis titulo receptæ adjiciuntur; de quibus omnibus ſingillatim eſt dicendum, ubi primùm de ipſarum nomine, & re; & habitu pauca dixerimus.

413. Clariſſæ itaque omnes ab initio Pauperum Dominarum, Minoriſſarum, Pauperum Incluſarum, & Damianitarum titulo cum audirent, Urbani IV. Pontificis decreto *Clariſſas* uniformi titulo fuiſſe nuncupatas legimus, quorum nominum varietatem, & cauſam jam in ſuperioribus ad longum exſcripſimus Dicebantur enim *Pauperes Dominæ* ob altiſſimæ paupertatis privilegium; *Minoriſſæ* ob ſui ab Ordine Minorum inſtitutionem, atque dependentiam: *Pauperes incluſæ*, quia ipſæ ſolæ ſub clauſuræ voto obligabantur: denique *Damianitæ* à primo ſuæ originis Aſſiſienſi monaſterio S. Damiani. In hodiernum uſque diem eodem nomine nuncupantur, ſed addita diſtinctione *Clariſſæ de prima regula, vel Clariſſæ de ſecunda regula, ſeù Urbaniſtæ*; Quæ nominis diſtinctio à varia ipſarum vivendi methodo eſt deſumpta; quæ enim ſinè diſpenſativo ullo privilegio ad Franciſcanam S. Claræ Regulam vivere profitentur; de *prima regula dicuntur*; de *ſecunda* verò, ſeù *Urbaniſtæ*, quæ ad Apoſtolica privilegia profeſſionem emittunt. His duobus in membris univerſa Clariſſarum Religio comprehenſa jam eſſe comprobatur.

414. De ipſarum habitu, ne cantata recantem, ad ipſarum regulam jam in ſuperioribus regiſtratam eſt recurrendum. Cum verò Gregorio IX. Pontifici nuntiatum eſſet, quòd mulieres quædam per oppida vagantes, nudis ad terram pedibus, habitum, & cingulum adinſtar Clariſſarum deferentes incederent, ita ut Chordulariæ, vel Minoritæ appellitarentur; undè cum Monialium infamia ſcandala poſſent ſuboriri, Pontifex dato diplomate, quod appono, ad tollendam hujuſmodi confuſionem, ſcandalorumq; pericula, fœminas illas à Clariſſarum habitu voluit eſſe interdictas.

### GREGORIUS PAPA IX.

#### *Ad futuram rei memoriam.*

AD audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quòd nonnullæ per veſtras Civitates, & diœceſes diſcurrentes ſe fortè de S. Damiani Ordine mentiuntur: & ut alij ſuæ aſſertioni mendaci fide credulitatis accedant; diſcalceatæ vadunt, habitum, & cingulum Monialium ejuſdem Ordinis chordulas deferentes, quas quidem Diſcalceatas, ſeù Chordularias, alij Minoritas appellant: cum tamen Moniales ipſæ, ut gratum præſtent Domino famulatum, perpetuò ſint incluſæ. Undè quia in ejuſdem Ordinis confuſionem, ac derogationem Ordinis Fratrum Minorum & ipſorum Fratrum ſcandalum, ac Monialium earumdem, prædictarum mulierum religio ſimulata redundat: univerſitati veſtræ Wad. t. 1. Reg. 1241.

ſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus mulieres ipſas ad abjiciendum cum eiſdem cingulis, & chordulis hujuſmodi habitum monitione præmiſſa per cenſurā Eccleſiaſticam, cum ſuper hoc requiſiti fueritis, appellatione poſtpoſita compellatis. Datum Late. 9. Kal. Martij Pontificatus noſtri anno 14.

Arch. Araceel. Cur. Ciſm. in Reg. anno 1654. fol. 255. Ibid. in Reg. P. Radaell. fol. 125. & 131.

415. In habitu ipſo cum velum nigrum inter Clariſſas ex vi Regulę albo præcellere credatur; Moniales S. Elizabeth, id eſt de Tertio Ordine S. P. Franciſci in Vrbe Camerini, ex eo quòd eſſentialia profeſſionis vota cum clauſura perpetua ſolemniter profiterentur, velum nigrum ſibi à ſacra Congregatione concedi poſtularunt: Poſtulatis annuerunt Eminentiſſimi Patres dato decreto die 20. Iunij 1656. ea ſub conditione, nè cæteris ſui inſtituti conſtitutionibus adverſetur, & dummodò reliquis ſuis monaſteriis fuerit conceſſum; Quod decretum Camerini in Epiſcopali archivio conſervatur. Quod idem in anno 1639. die 25. Februarij per litteras Barberini Cardinalis S. Onuphrij de mandato ſacræ Congregationis eadem de cauſa conceſſum fuiſſe legimus monaſterio S. Hieronymi Caſtillionenſis in Tuſcia, data Ordinario commiſſione, ſi vera fuerint expoſita, ſimiliter & monaſterio S. Georgij de Prato in Tuſcia.

416. Vt autem ad Abbatiſſas deveniamus (Regulis ipſarū ſuppoſitis) indubium eſt, earum electionem omni jure ad Moniales attinere, quemadmodum in Religionibus omnibus communiter practicari videmus, juxta Canonicas ſanctiones, niſi à Summo Pontifice ex cauſa ſpeciali ſuppleatur. Hoc ipſum legimus à principio hujuſce Religionis fuiſſe per Gregorium IX. Pontific. variis monaſteriis ſpecialiùs indultum, ut in ejuſdem Pontificio Regeſto apud Vvadingum in tomo primò Annalium àd longum eſt videre, exemplar unicum ſufficiat in medium adducere.

## GREGORIVS PAPA IX.

*Conventui Sororum incluſarum de Burgis Ordinis S. Damiani.*

Vvad. t. 1. Reg. 1224. bull. 19.

417. Ille dulciſſimus ſpiritus veritatis, qui à Patre, Filioque procedens replet Orbem terrarum, ſuæ amplitudine charitatis corda veſtra miſericorditer inflammavit, ut mundo, & quæ in mundo ſunt ſalubriter abnegatis, vos in caſtris clauſtralibus receptando, Sponſum veſtrum incorrupto amplexantes amore, curratis in odorem unguentorum ipſius, donec vos in Genitricis ſuæ theſaurum introducat, amoris ſui dulcedine perpetuò recreandas; propter quod veſtra converſatio, quæ jam quaſi converſatur in cœleſtibus, exigit, ut veſtris poſtulationibus aſſenſum benevolum impendamus. Cum igitur ex parte veſtra fuerit nobis humiliter ſupplicatum, ut concedentes vobis regulam, ſecundùm quam vivere debeatis, faceremus vobis in Abbatiſſam, cui tamquam capiti pronis mentibus obſequamini, de perſona idonea provideri. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati per dilectas in Chriſto filias Mariannem, Mariam Mingis, Iulianam, & Toddam ſorores veſtras ſub bulla noſtra eādem vobis regulam tranſmittentes. V. F. N. Epiſcopum Burgen. rogamus, & monemus in Domino, noſtris ſibi dantes litteris in mandatis, ut pro divina reverentia, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra erga vos pia geſtans viſcera, & beneficiis foveat, & præſidiis tueatur, ac faciat vobis de perſona idonea per electionem Canonicam provideri, velum conſecrationis, ſeu converſionis Abbatiſſæ, & iis, quæ illud ſuſcipere voluerint, cum expedire viderit, intra clauſtrum veſtrum, nihilominus concedendo, ita quod exindè apud Deum, & homines ſibi comparet nomen bonum. Noſque devotionem ſuam poſſimus meritò commendare. Cęterùm cum ſponſum veſtrum ſuper omnia diligere teneamini, quia diligentes ſe diligit, & ſuos efficit cohæredes, ita in eo tantùm totis ſtudeatis affectibus delectari, ut nihil vos unquam pœnitùs à charitate ipſius valeat ſeparare, fuſis lachrymis, totiſque animi medullis à Deo ſuppliciter poſtulando, qui cœpit in vobis, perficiat opus bonum. Dat. Lateran. Idibus Aprilis anno 8.

418. Formulam verò in hac electione tenēdam habemus à Nicolao V. Pontifice deſcriptam in diplomate *Digna reddimur &c.* quam in cap. præcedenti retulimus.

419. Vt autem ad conſervandam humilitatem religioſæ pacis fundamentum, in officio perpetuari non præſumant ſæpiſſimè

Chronol. Seraph.

Arch.Ara-cœl.Cur. Vltr. Reg.1.fol. 278.p.2. piiſſimè per generalia Ordinis ſtatuta cautum fuiſſe legimus, ut triennium in officio excedere non debeant; quod per Apoſtolicas conſtitutiones conſtat fuiſſe confirmatum. Siquidem in Pariſienſi, anno 1579. & in Romano 1587. generalibus capitulis ſancitum fuerat, ut Abbatiſſæ triennales eſſe deberent, triennio autem exacto, per integrum triennium ab omni officio vacare tenerentur; Quod cum Sixtus V. datis litteris *Communis Cura &c. Dat. Romæ die 29. Iunij 1687*: confirmaſſet; voluit iterum contra contumaces nonnullas, quæ in officio continuare prætendebant novo diplomate, gravibuſque pœnis, & cenſuris revalidare, ut ſequitur.

## SIXTUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Reg. 1. Vltram.f.287. 410. Qvamquam nos nuper id, quod in capitulo generali totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum in Vrbe noviſſimè celebrato decretum fuerat obſervari debere; Quod Moniales S.Claræ, & illarum electionem in Abbatiſſas jam anteà in altero præcedenti capitulo generali in Civitate Pariſienſi habito ſancitum, & alia dicti capituli noviſſimè celebrati decreta Apoſtolica authoritate cõfirmaverimus, & approbaverimus; hoc videlicet modo, quòd Abbatiſſæ, vel aliæ Præfectæ quorumcumque monaſteriorum Monialium, Fratrum Minorum de Obſervantia curæ commiſſarum ad ſummum ſint triennales, & ſuis officiis elapſo triennio perfunctæ, in quibuſvis Provinciis tàm Citra, quàm Vltramontanis, non per biennium tantùm, juxta decretum in dicto capitulo generali Pariſienſi celebrato, ſed ſaltem per triennium integrum à die functi officij ſui, & adminiſtrationis numerandum; nullum Abbatiſſatus, ſeu Præfecturæ Miniſterium, aut aliud officium, neque aliquam poteſtatem, ſeu authoritatem in eis obtinere; vel exercere poſſint, & debeant: nihilominus expoſuit nobis dilectus filius Procurator Generalis dicti Ordinis, quòd aliquæ, præcipuè S. Claræ Avenionen. & nonnullorum aliorum monaſteriorum Monialium S. Claræ Abbatiſſæ cum aliquibus ſuis ſequacibus ſub variis prætextibus dicto decreto acquieſcere recuſant in animarum ſuarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum; eo quia in dictis monaſteriis diſcordiæ ortæ fuerunt. Nos prætextus hujuſmodi uti vanos rejicientes, ac præmiſſa debitæ executioni demandari cupientes, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus quòd decretum prædictum ſuper triennalitate Abbatiſſarum factum, ſuum (ut par eſt) effectum habeat in omnibus monaſteriis Monialiũ S.Claræ, & ad unguem obſervetur. Ita tamen ad parandum jurgia, quæ in dicto Conventu Avinionen. orta ſunt ex ſpeciali gratia concedimus, quòd Moderna Abbatiſſa dicti monaſterij poſſit permanere in officio ſuo Abbatiſſatus ad triennium à die ultimæ ſuæ electionis capitulariter factæ computandum. Ac mandamus omnibus Miniſtris Generali, & Provincialibus, ac Viſitatoribus dictorum monaſteriorum, quatenus hoc decretum ſuper triennalitate Abbatiſſarum hujuſmodi editum, in omnibus, & ſingulis monaſteriis S.Claræ quarumvis Provinciarum ad unguem obſervari faciant, & curent. Contradictores quoſlibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaquè opportuna juris, & facti remedia, appellatione remota, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Præterea volumus, quòd ipſæ Abbatiſſæ finito earum triennali officio teneantur reddere computum, & rationem eorum omnium, tàm redditum quàm penſionum, & eleemoſynarum, quæ interim perceperunt in dictis monaſteriis, & ſi quid ſuperfuit, illud totum novis intrantibus Abbatiſſis conſignare debeant. Præcipientes eis in virtute ſanctæ obedientiæ, quatenus in omnibus his pareant, & obediant ſuis Superioribus ſupradictis. Necnon ad ea omnia, quæ promiſerunt Deo obſervare, tàm in earum votis, quàm ſuis regulis, & conſtitutionibus. Quodſi, ſecus actum fuerit id omne nullius roboris, vel momẽti exiſtere, ex nunc decernimus, Non obſtantibus quibuſvis prætextibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis &c. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſigna

obſignatis,&c. Datum Romæ apud S. Petrum die 24. Martij 1589. Pontificatus noſtri anno quarto.

421. Hoc idem ad eliminandos in Luſitania ſubintroductos abuſus Paulus V. renovare, atque interſtitia ad ſexennium protrahere voluit, expeditis litteris, quarum tenorem exhibeo.

PAULUS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Reg. 2. Ultram. fol. 131. HIs, quæ pro proſpero, fœlicique monaſteriorum quorumlibet, præſertim Sanctimonialium regimine, & gubernio ab eorum Prælatis, & Superioribus providè facta fuiſſe dicuntur, ut perpetuò firma, & illibata perſiſtant libenter, cum à nobis petitur, Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem. Exponi ſi quidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Provinciales, & Fratres Provinciarum Portugalliæ, & Algarbiorum Ord. Fratrũ Min. S. Franciſci de Obſervantia, quòd ipſi pro fœlici ſtatu monaſteriorum moniali ũ Ord. S. Claræ eorum curæ, & regimini ſubjectorum Provinciarũ hujuſmodi in proprio uniuſcujuſque capitulo congregati, juſtis de cauſis ſtatuerunt, & ordinaverunt, quòd Abbatiſſæ dictorum monaſteriorum ſuis expletis officiis ſexennio vacare debeant, & ad eadem officia non niſi poſt elapſum ſexennium reeligi poſſint. Quæ quidem ſtatutum, & ordinatio à dilectis etiam filiis Miniſtro, & Diffinitoribus generalibus in Capitulo generali ejuſdẽ Ordinis ultimo loco in Urbe celebrato congregatis approbata, & confirmata fuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, pro ſtatuti, & ordinationis hujuſmodi majori ſubſiſtentia, & validitate dicti Provinciales, & Fratres plurimùm cupiant, illa Apoſtolicæ confirmationis robore communiri, nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Provinciales, & Fratres prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quivis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum dumtaxat præſentium harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, ſtatutum, & ordinationem prædicta Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Et inſuper bono regimini dictorum monaſteriorum Monialium Provinciarum Regni Portugalliæ, & Algarbiorum prædictarum per amplius conſulere volentes, officia Abbatiſſæ ſingulorum monaſteriorum hujuſmodi ad triennium authoritate, & tenore præſentium reducimus, ita ut deinceps perpetuis futuris temporibus Abbatiſſæ hujuſmodi triennales exiſtãt, ac triennio tantùm earum officia durent, decernentes irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obſtantibus &c. Dat. Romæ die 14. Augusti 1612. Pontificatus noſtri anno 8.

422. Quod ipſum contra Duacenſis S. Claræ monaſterij Abbatiſſam pertinaciter in officio continuare volentẽ decreto S. Congregationis ſub die 11. Februarij 1667. graviter fuit innovatum, ut videlicet Ordinis ſtatuta, & Apoſtolicæ conſtitutiones hoc in negotio prorsùs obſervari deberent. Undè factum eſt, ut Religionis Prælatis totâ conſtantiâ in hoc adlaborantibus, abuſus omnes in contrarium jam elimitatos fuiſſe gaudeamus. Ibid. Reg. 8. f. 30.

423. Illud è contra ad Monialium favorem ſeriò fuit in Religione cavendum, ne propendentibus alicubi ad aliquarum favorem Prælatis, Moniales ipſas libertate ſibi debita in electionibus ſæpiùs privari contingeret; quibus violentiis ut opportuno remedio poſſent occurrere Religionis Primicerij, tum per generalia ſtatuta, tùm impetratis Pontificum decretis graviter adlaborarunt; quæ omnia ne ſingulariter recenſeantur, Clemens X. bullam, in qua cætera referuntur, juvat hîc exſcribere.

CLEM.

CLEMENS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam*

Ex copia impreſſa.

414. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus Kellen Commiſſarius Generalis Provinciarum Germano-Belgicarum, & annexarum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum, quòd in Capitulo generali dicti Ordinis Vallisoleti noviſſimè celebrato Definitorium generale decretum edidit tenoris, qui ſequitur; videlicet: *Præcipit Definitorium generale, qiòd juxta Conſtitutiones generales, & praxim Religionis, Miniſtri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ dent liberam electionem Præfectarum, Prioriſſarum, vel quocumque nomine nuncupatarum in omnibus Monialium monaſteriis; idque ſingulis trienniis*, Quod decretum Conſtitutionibus fœl.rec. Leonis X. Sixti V. & Vrbani VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, necnon litteris recol. mem. Clementis Papæ IX. prædeceſſoris pariter noſtri in ſimili forma Brevis die 20. Martij 1669. expeditis conforme eſt, eique inſuper acceſſit Decretum, ſeù mandatum Venerabilis Fratris noſtri Franciſci Epiſcopi Oſtienſis S.R.E.Cardinalis Barberini nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectoris ſub infraſcripto tenore, videlicet. *Attentis narratis, pravia revocatione ſuperſeſſoria aliàs à nobis obtenta, ſervari Conſtitutiones, & ſtatuta Ordinis, & Sac. Congregationis decreta, atque ad eorum præſcriptum procedi ad electionem Abbatiſſæ, aliarumque Præfectarum etiam decernimus, & mandamus; in contrarium non obſtantibus quibuſcumque. In quorum &c. Datum Romæ in Palatio Cancellariæ Apoſtolicæ hac die* 30. *Aprilis* 1671. *Fr. Cardinalis Barberinus Protector*, & infra *Ioannes Baptiſta de Palagio Auditor.* Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ut præinſerta decreta in tota Natione exactiùs ſerventur, & inviolabiliter ab omnibus obſerventur, & nè ullæ poſtmodum contentiones oriri poſſint, ſed decreta ipſa in omnibus Monialium, tam Clariſſarum, Vrbaniſtarum, & Coletanarum, quàm quovis alio nomine nuncupatarum monaſteriis Nationis præfatæ exactiſſimè ad uſum deducantur, prædictus Ludovicus Commiſſarius Generalis eadem decreta Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri, ac Miniſtris Provincialibus, & cunctis Monialibus præfatis, ut in omnibus dictæ Nationis Conventibus, ſeù monaſteriis decretis hujuſmodi ſe conformẽt, illaque executioni mandent, ſub pœnis arbitrio noſtro, ſeù Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ infligendis præcipi, utque illi ſoli, & non alij electionibus interſint, qui de more, ac juxta uſum, & praxim Nationis præfatæ intereſſe conſueverunt; ne ullæ inſolitæ poſtmodum novitates cum notabili turbatione regiminis introduci, aut attentari poſſint, mandari, perpetuumque quibuſcumque contradicentibus ſilentium imponi ſummopere deſiderent. Nos ipſum Ludovicum CommiſſariumGeneralem ſpecialis favore gratiæ proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui dilectum filium Commiſſarium Curiæ Ordinis præfati audiverunt, conſilio, attentis narratis enarrata decreta Franciſci Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris ac Diffinitorij generalis præfatorum, ut ſuprà petitur, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ſalua tamen ſemper in præmiſſis authoritate præfatæ Congregationis Cardinalium: Decernentes, eaſdem preſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij

Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenùs opus Nationis, ac Provinciarum, & monaſteriorum, ſeu Conventuum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis &c. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbũ inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris &c. Datum Romæ die 24. Novembris 1671. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

De reliquis circa Abbatiſſas, & reliquas officiales, & ſubditas choro adſcriptas nihil occurit hiſtoricè deſcribendum, cum omnia ad Ordinis ſtatuta, & Apoſtolicas ſanctiones attinere comprobentur.

Reg. 1. Vl-tram. fol. 204. pag. 2. 425. De aliis, quę Laicæ, ſeu Converſæ dicuntur, ſancitum legimus, ne quovis prętextu ad ulla, quæ dignitatem pręferant, officia poſſint admitti, cum ad humilitatis, ſervitutiſq; munia ſint ſpecialiter receptæ; quod in Aracœlitano capitulo anno 1571. conſtat fuiſſe decretum. Quòd etiam velum nigrum nullatenus geſtare permittantur, ad petitionem monaſterij Corporis Chriſti in Vrbe Neapolitana à Clemente VI. conſtat fuiſſe præceptum ſequenti diplomate.

## CLEMENS PAPA VI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

426. PErſonas ſub regulari obſervantia Domino famulantes paterna complectentes in Domino charitate, ac dilectione præcipua diligentes, petitionibus earum in iis pręſertim, quę pacẽ, & tranquillitatẽ earumdẽ reſpiciũt, libẽter annuimus, & quæ credebantur propter hæc pro quiete ipſarum inſtituta, quævè docente facti experientia in contrarium redundare noſcuntur, Apoſtolicæ proviſionis remedio ſubmovemus. Sanè oblata nobis pro parte dilectarum filiarum Abbatiſſæ, & Conventus monaſterij ſanctiſſ. Corporis Chriſti Neopolitan. Ordin. S. Claræ petitio continebat, quòd olim ad ſupplicationem chariſſimæ in Chriſto filię noſtrę Sanctę Reginę Sicilię illuſtris, credentis id ad bonum cedere, fuit authoritate Apoſtolica ordinatum, ut Moniales laicę dicti monaſterij velarentur velo nigro, & benedicerentur, ſicut Moniales dicti monaſterij litteratæ. Cum autem, ſicut ejuſdem petitio ſubjungebat, ex præmiſſis interdum turbatio, & ſcandalum oriatur ex eo, quòd ipſæ laicæ ſic velatæ, ac benedictæ credentes, ſe propter hoc litteratis Monialibus eſſe pares, debita, & conſueta ſervitia facere in monaſterio prædicto contemnant. Nobis pro parte dictarum Abbatiſſæ, & Conventus extitit humiliter ſupplicatum, ut providere tranquillitati, & paci earum in hac parte de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur cupientes hujuſmodi ſcandalis, & turbationibus obviare, ipſius Reginæ etiam ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ac dictarum Abbatiſſæ, & Conventus ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, ut Moniales laicæ, ſeu converſæ dicti monaſterij de cætero non velentur velo nigro, nec benedictionis munus impendatur eiſdem, prædicta ordinatione, ac conſtitutionibus, ſeu privilegiis Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus monaſterij, & Ordinis prædictorum contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ conſtitutionis &c. Datam apud Villam-novam Avenion. Diœceſanæ 7. Kalend. Auguſti anno 2.

427. Inſuper quantumcumque habitus antiquitate præpolleant, præcedentiam tamen ſuper Moniales Choro adſcriptas prætendere nullo pacto permittuntur.

Singulare quoddam de Laicis hujuſmodi conſororibus ſtatutum fuiſſe reperio in Vrbaniſtarum, *ut vocant*, S. Marcelli monaſterio Pariſienſi anno 1649. die 17. Decembris. Moniales hujus cœnobij capitulariter congregatæ legem voluerunt eſſe, ne puellæ inter ipſas ad ſtatum Converſarum poſſent admitti, quæ priùs integro triennio in habitu ſæcularium, & anno quarto in habitu novitiarum monaſterio noluerint deſervire: quod decretum licèt à Reverendiſſimo Sambuca Miniſtro Generali tamquam ſtatutis Ordinis contrarium caſſatum fuiſſet, & annulatũ, datis litteris die 19. Februarij 1662. & per Barberinum Arch. Aracœl. Cur. Ultr. Reg. 7. fol. 399.

num Cardinalem Oridinis Protectorem die 13. Februarij 1664. confirmatis; Moniales tamen ſubreptitia informatione impetrarunt, ut à ſac. Cõgregatione confirmaretur. Tãdem verò Alexander VII. de omnibus plenè informatus, expedito Brevi. *Exponi Nobis &c. die 22. Auguſti 1666.* controverſiam ita compoſuit, ut puellis tum præſentibus in illo monaſterio, tum futuris in perpetuum ad ſtatum laicalem recipiendis terminus præfigatur, ut videlicèt integro ſemeſtri in habitu ſæculari deſervire teneantur, & immediatè ad habitum, vitamque novitiarum debeant admitti. Cum verò Moniales harum executionem litterarum adimplere detrectarent, Sacra Congregatio edito decreto die 15. Ianuarij 1672. Miniſtro Generali graviſſimè præcepit, ut Moniales ad integram ipſarum obedientiam omninò adduceret, ſive compelleret, quod effectivè complevit.

Bull.Rom. t.2.bull. 109. Pij V.

428. De Novitiis, atque Puellis nihil hiſtoricum propriè mihi hucuſque dicendum occurrit ultra illa, quæ diximus in cap. de Clauſura, præterquam quòd, cum Novitiæ Dominicanę in mortis articulo conſtitutę ex Indulto B. Pij V. Pontificis in bulla *Summi Sacerdotij &c. die 23. Auguſti 1570.* ante completum novitiatus annum, dummodò ſint in legitima ætate conſtitutę poſſint ſolemnem profeſſionem emittere, atque legitimam ad lucrandas indulgentias, cæteraſque gratias verè profeſſis in morte conceſſas, quin & hujuſmodi ſic profitentibus novam plenariam indulgentiam in forma Iubilei voluit eſſe adjunctam: ex privilegiorum communicatione ad Minoriſſas, ſivè Clariſſas, dubitari potuit, an hujuſmodi profeſſio ante completum probationis annum valere poſſit monaſterio, ad hoc ut in dote, cæteriſque bonis taliter defunctæ veleat ſuccedere; verùm ex decreto ſacrę Congregationis ſub die 20. Martij 1640. declaratum eſt, nihil juris in tali caſu acquiri monaſterio Clariſſarum.

Arch.Ataccel. Curię Cism.reg. P.Angel. de Genua fol.14.

429. De Monialibus è monaſterio in monaſterium, vel ad aliam Religionem cõmigrare volentibus, decretum primò legimus à Paulo III. Pontifice ad evitaudas faciliores evagationes, ut in quibuſcumque ſuper hujuſmodi tranſitum expeditis etiam Apoſtolicis licentiis, ſemper illa particula appoſita eſſe intelligatur, *Si ſuorum Superiorum aſſenſus intervenerit*, ita ut iſto deficiente nulla ſit licentia impetrata.

PAVLVS PAPA III.

*Ad futuram rei memoriam.*

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Machicaus Ordinis Fratrum Minorum in Rom. Curia Procurator Generalis ſecundùm morem dicti Ordinis, quòd cum ſæpius contingat diverſis tàm S Claræ, & Conceptionis B. Mariæ Ordinum Monialibus, quàm Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitẽtia nũcupatis, per noſtras etiam in forma Brevis, ac alias Apoſtolicas litteras ex diverſis cauſis indulgeri, ut de uno monaſterio ad aliud ſe transferant, diverſa diſſidia, & diſſenſiones inter eaſdem Moniales, & Sorores exoriuntur cum maxima illarum mentium perturbatione: quare dictus Antonius Procurator nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ad occurrendum præmiſſis, quòd in indultis, & in licentiis, quæ dictis Monialibus ſe de uno monaſterio ad aliud transferendi etiam per nos, & Sedem Apoſtolicam quovis prætextu, vel causâ impoſterum concedentur, intelligatur, *ſi ad id Prælatorum, & Superiorum earumdem Monialium, & ſororum expreſſus accedat aſſenſus*, ſtatuere, & ordinare, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur diſſidiorum, & diſſenſionum hujuſmodi fomenta tollere cupientes, hujuſmodi ſuplicationibus inclinati, quòd de cætero in indultis & licentiis hujuſmodi etiam per nos, & Sedem Apoſtolicam prædictam ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, necnon ex quibuſvis cauſis concedendis, clauſula illa intelligatur, *ſi Prælatorum, & Superiorum hujuſmodi ad id accedat aſſenſus* Apoſtolica authoritate tẽnore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ die 18. Ianuarij 1540. Pontif. noſtri anno ſexto. Vvad. t. 8. Reg.1539. bull.25.

430. Quin & quò magis pruritus hujuſmodi de facili divagatione fortiùs evellatur, Monialem ex voluntate ſua, ex authoritate etiam Apoſtolica ſic tranſmigrantem dote ſua, cæteriſque bonis

ſuis jam priori monaſterio juſtè acquiſitis privatam eſſe legimus, ita ut bonis omnibus priori monaſterio remanentibus, ipſa ſine proviſione ulla, excepto ſi alia bona de novo ipſi adveniant, ad novum monaſterium transferatur, cui ut ſcienti, & volenti nulla idcirco fit injuria; undè in caſu hujuſmodi ad favorem monaſterij S. Antonij de Padua Toletani juvat deciſionem Apoſtolicam hic exſcribere.

PAVLVS PAPA III. &c.

*Dilectis filiis Decano, & Cantori Eccleſiæ Toletanæ, ac Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Toletani in ſpiritualibus Vicario Generali, & eorum cuilibet.*

Arch. Aracœl. Reg. 1. Vltram. fol. 116. pag. 2.

431. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecit dilecta in Chriſto filia moderna Mater domus monaſterij S. Antonij de Padua Tertij Ordinis S. Franciſci Toletan. quòd cum ſuperioribus temporibus ipſa ob fœlicem, & proſperum dicti monaſterij ſtatum, ac regimen in locum alterius Sororis, quæ dictæ domus Mater eſſe deſtitit, in matrem electa, ſeù inſtituta extitiſſet, generis humani inimico zizaniam ſeminante, magna inter ipſam modernam Matrem, ac prædictam, quæ eſſe deſiit, reliquaſque ejuſdem monaſterij Sorores diſſenſiones, & diſſidia abſque ejuſdem modernæ Matris culpa orta fuerunt; ob quod plures ex ejuſdē Sororibus litteras Apoſtolicas cum facultate cum earum dotibus, ſeù hæreditatibus monaſterio acquiſitis extra domum monaſterij hujuſmodi egrediendi, & per mundum divagandi, ſeù ad alia monaſteria ſe transferendi impetrare in maximum animarum ſuarum periculum, populiſque illarum partium ſcandalum, ac dicti monaſterij detrimentum, divinique cultus diminutionem procurare, ipſiſque litteris eidem modernæ Matri, & aliis Sororibus ipſius monaſterij præſentatis, eas deſuper moleſtare non expavent. Qua propter nobis humiliter ſupplicari fecit dicta moderna Mater, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque animarum periculo occurrere, & conſcientiarum quieti conſulere volentes, hujuſmodi precibus inclinati, vobis per præſentes committimus, & mandamus, ut vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeù alios &c. qui deinceps cum aliqua ex præfati monaſterij Sororibus vigore alicujus indulti Apoſtolici, ſeù aliàs quacumque authoritate, etiam motu proprio ſibi conceſſi, vel concedendi ad aliud monaſterium, ſeù loca religioſa tranſire, aut ad domum parentum, vel conſanguineorum redire, & ibi morari voluerit, Sororem ipſam dotem ſuam, ſeu hæreditatem, aut quæcumque mobilia, & immobilia bona, ſi præfato monaſterio per profeſſionem, ſeù aliter jus in eis acquiſitum fuerit, dummodò victus, & veſtitus congruus, & opportunus eidem Sorori per ſupra dictum monaſterium ſuppeditetur, & ſubminiſtretur, repetere minimè poſſe, nec Matrem, & Conventum ad illorum conſignationem teneri, authoritate noſtra perpetuò ſtatuatis, & ordinetis: ac quidquid in contrarium ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernatis; contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 27. Novembris 1540. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

432. Quinimmò cum in Burgenſi S. Claræ monaſterio Moniales duæ ſub falſa narratione, quòd abſque ſua culpa, ob graves, injuſtaſque moleſtias ſibi à cæteris Monialibus illatas aliò transmigrare cogerentur; ſuper ſupplicatum tranſitum, necnon ſuper aſportandum ſuum ſecum ex integro patrimonium litteras Apoſtolicas in Sacra Pœnitentiaria impetraſſent; re melius cognita, mendacioque detecto, per novas Cardinalis Pœnitentiarij litteras bonis omnibus expoliatas fuiſſe comperimus, ut ſequitur.

*Venerabili*

*Venerabili Fratri in Chriſto Dei gratiâ Epiſcopo Burgenſi, vel ejus in ſpiritualibus Vicario, ſeu Officiali Raimtius miſeratione divina tituli S. Angeli Presbyter Cardinalis ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.*

Ibid. Reg. 1. Vltram. fol. 152.

EX parte Provincialis Provinciæ Burgenſis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, & Abbatiſſæ Monialium monaſterij S. Claræ dictæ Civitatis ſub cura Fratrum dicti Ordinis degentium, nobis oblata petitio continebat, quòd poſtquam aliàs Vrſula, & Beatrix de Ciſneros filiæ quondam Alberti de Medina, & Beatricis de Ciſneros conjugum, dictum monaſteriũ ingreſſæ certa dote in illud allata profeſſionem in eo Regularem emiſerunt, & deindè, dicta quondam Beatrice earum matre, vitâ finitâ, tunc Abbatiſſa, & Moniales dicti monaſterij pro legitimis portionibus ex ejuſdem matris hæreditate dictis Vrſulæ, & Beatrici Monialibus, ac ex earum perſona dicto monaſterio debitis, contra illarum Fratres Germanos judicium moverunt, liteque hujuſmodi coram variis Iudicibus per plures, pluresque annos agitata, tandem ſententias, & rem judicatam contra illos ſuper dictis legitimis portionibus, & illarum fructibus in ſui favorem reportaverunt, & in proſecutione litis longo tempore multos labores, maximaſque expenſas ſuſtinuerunt; idque ex eo præſertim, quia dictæ Vrſula, & Beatrix Moniales, Fratribus aſſerentibus, ipſas antè profeſſionem, & monaſterij poſt profeſſionem ſucceſſioni maternæ renunciaſſe, carnis amore magis, quàm recto ſpiritu motæ feruebant, evenerat: cum propterea aliquæ contentiones inter quondam Aldonzam, Monialiumque tunc Abbatiſſam, dictaſque Vrſulam & Beatricem Moniales, earumque Fratres Germanos interveniſſent, dictaque Aldonza Abbatiſſa executioni dictarum ſententiarum, & rei judicatæ intendens, repentina quatuor, aut quinque dierum ſpatio morte obijſſet, taliaque ſigna in ea apparuiſſent, ut medici, & aliæ perſonæ ejus artis intentæ, veneno illam extinctam eſſe ſuſpicarentur, hujuſque rei fama, præſertim quòd dicta Aldonza Abbatiſſa nobilis, & filia Ducis Nazaræ erat non ſolùm per totam Civitatem Burgenſem, ſed ad Curiam etiam Regiam delata fuiſſet, ex conſilio regio unus Iudex Commiſſarius, qui veritatem rei tam gravis, & an in ea aliqui laici culpabiles eſſent, inquireret, deſtinatus fuit, & tunc Miniſter Provincialis dicti Ordinis Provinciæ Burgenſis, cui dictom monaſterium ſubjectum erat, ad viſitandum dictum monaſterium acceſſit, & inter illius Moniales veritatem ſecretè inquirere cœpit, & ob nonnullas ſuſpiciones, & indicia ex odio, quod inter dictas Vrſulam, & Beatricem Moniales, dictamque Abbatiſſam defunctam fuerat, ac aliàs reſultantia, eaſdem Vrſulam, & Beatricem Moniales carcerari juſſit; videnſque in dicto monaſterio ob multitudinem Monialium, immò in aliquo etiam dictæ Civitatis loco ob illarum conſanguineorum, & affinium magnum numerum, ſecretè, & diligenter, ut res exigebat, procedi non poſſe, illas in arce dictæ Civitatis ſuo nomine poſuit, ubi cum illæ per aliquot dies manſiſſent, Generalis totius dicti Ordinis id audiens, & ægrè ferens, quòd dictus Miniſter Provincialis dictas duas Moniales à loco regulari extraxiſſet, & in loco ſæcularium poſuiſſet, ac ad inſtantiam conſanguineorum illarum conquerentium, quòd dictus Provincialis odio potiùs, quàm ut decebat, contra illas procederet, unum Commiſſarium primò miſit, & deindè ipſe perſonaliter, ut dictis duabus Monialibus carceratis charitativè faveret, acceſſit, & ut malam famam, quæ in grave Religionis dicti Ordinis dedecus inſurrexerat, quantum poſſet abraderet, & ut illi de conſilio Regio in iis ſe non intromitterent, ſed res ad religioſas perſonas pertinentes per earum Prælatos tractari ſinerent, magna ſolicitudine, & labore effecit, dictaſque duas Moniales ex dicta arce extractas ad monaſterium ſui Ordinis miſit, & religioſas, ac pias perſonas, quæ huic negotio intenderent deputando, paterno amore earum liberationem procuravit: dictæ verò duæ Moniales, cum etiam præfato Generali, & omnibus Fratribus dicti Ordinis iſtarum partium, qui earum liberationem maximâ inſtantiâ procurarunt, multum deberent; particulari aliquarum Monialium odio, quod tamen monaſterio nocere non debet, ex mente,

mente, & ſuggeſtione, & perſuaſione Fratrum germanorum,& conſanguineorum ſuorum, quibus moleſtum eſt id, ad quod condemnati ſunt dicto monaſterio ſolvere, & putantium, ſi illæ ad alium Ordinem ſe transferrent,cum illo ad aliquam conventionem devenire, qui totum, vel partem ejus, in qua condemnati erant, retinerent, impulſæ, ac beneficij à ſuo Ordine accepti immemores; præmiſſis, non ita ut ſunt, narratis,quinimmò falſo expoſito, quod Provincialis, & alij Fratres dicti Ordinis odio, & nonnullarum Monialium ſuggeſtione moti, eas carceraſſent. & Iudicem ſecularem ex Regiis conſiliariis deſtinari procuraſſent, & ipſæ magna cum ignominia ad arcem dictam innocentes inductæ extitiſſent; dictuſque Provincialis à Generali dicti Ordinis officio privatus,& punitus fuiſſet,quæ minimè vera erant, cum non odio, aut ſuggeſtione, ſed famâ, & indiciis præcedentibus Provincialis contra eas proceſſiſſe, nec propterea officio privatus, neque tunc adhuc ipſæ Dominæ Moniales innocentes inventæ fuiſſent, ſed Generalis dicti Ordinis pœna mitiori illas ab arce ad monaſterium redduci feciſſet,& multis poſteà diebus earum causâ piè tractatâ, ut innocentes declaratæ, & liberatæ fuerunt; inſuperque falsò etiam narrantes ob odia, quæ ex præmiſſis inter ipſas, & alias Moniales ſuborta fuerunt in dicto monaſterio abſque animarum perturbatione, & conſcientiæ offendiculo, ac vitæ periculo ulteriùs permanere poſſe non ſperare, quaſdam litteras à Sede Apoſtolica per officium Sac. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, cujus curiam etiam tunc gerebamus expeditas, vobis directas obtinuerunt,continentes, ut ſi prędicti monaſterij Superiore, & uno ex proximioribus ipſarum conſanguineis vocatis, & inquiſita veritate, præmiſſa vera eſſe cognoſceretis ipſis duabus Monialibus, ut aliquid aliud monaſterium Monialium S. Benedicti, vel S. Bernardi,aut alterius cujuſcumque Ordinis unà cum ſuppellectilibus ſuis,& bonis ex ſucceſſione Parentum, & aliorum quorumcumque, aut ex legatis, vel relictis, aut aliàs licitè acquiſitis, nondum tamen dicto monaſterio S.Claræ incorporatis, ac dotum, quas eidem monaſterio S. Claræ attulerunt, ac aliorum bonorum per eas acquiſitorum, & dicto monaſterio incorporatorum uſufructu ſe transferre poſſent, licentiam, & facultatem Apoſtolica authoritate concederetis, ac aliàs prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Cum autem ſicut eadem ſubjungebat petitio, non ſolùm ex præmiſſis, ſed etiam ex eo quod dictę Dominæ Moniales. & in dicto S.Clarę,& aliis dicti Ord. monaſteriis,abſque ullo ſcandalo; & periculo,immò meliùs multò,quàm in alio Ordine manere poſſent,neque eſt,quòd in eo timeant,cũ tanto favore,& inſtantia ex Generali, & aliis Patribus ipſius Ordinis ipſarum liberatio procurata fuerit, & Provincialis, ac Fratres, de quibus conqneſtæ ſunt, jam alterius Provinciæ videlicet Cantabriæ, nec ejus Provinciæ Burgenſis exiſtant; Inſuperque ex eo quòd dictæ duæ Moniales annuerunt,dictum monaſterium,quod pauper eſt, & in quo ultra octuaginta Moniales exiſtunt, maximam pecuniarum ſummam in proſecutione dictæ litis expoſuiſſe, magnumque æs alienum propterea contraxiſſe, multaſque Moniales cum conſuetis dotibus receptas fuiſſe, ut illas in dicta lite exponerent, & ſi id, quod tanto labore, & diſpendio dictum monaſterium acquiſivit, ad alium Ordinem cum dictis duabus Monalibus transferretur, maximum eidem monaſterio damnum injuſtè, & abſque ulla ratione, & præjudicium fieret, in maximum etiam dicti Ordinis dedecus; ac alias multipliciter dictæ litteræ per eas extortæ ſubreptitiæ, & obreptitiæ exiſtunt, & ſi in eis falsò narrata tanta, ac vera omiſſa, expreſſa fuiſſent, nullatenus conceſſæ extitiſſent,ſupplicari igitur fecerunt humiliter ipſi exponentes, ſibi ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos itaque dictarũ litterarum per dictas Dominas Moniales impetratarũ tenores pręſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, & attendentes, quòd qui malè narrat, malè impetrat. & jure carere debet impetratis, authoritate Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, & de cujus ſpeciali mandato ſuper hæc vivæ vocis oraculo nobis facto, circumſpetioni veſtrę committimus, quatenus ſi vocatis vocandis præmiſſa vera eſſe, & dictas Moniales in dicto S.Claræ, vel alio ejuſdem Ordinis monaſterio,

rio ſine periculo, & ſcandalo, ſeu controverſia manere poſſe cognoveritis, illas ad alium Ordinem transferri non permittatis; ſin autem illas omninò transferri debere judicaveritis, eis pro earum ſuſtentatione, aut competentem dotem, quam ſecum afferre poſſint, aut dotum ſuarum, quas dicto monaſterio S. Claræ dederunt, ſeu aliorum bonorum per earum perſonas eidem monaſterio acquiſitorum uſum fructum uſque ad eam tamen quantitatem, ſeu ſummam, quæ pro earum congrua ſuſtentatione, ſeu dote ſufficiens videbitur, dumtaxat aſſignari, prout magis vobis expedire videbitur, faciatis, neque aliter ad dictarum priorum litterarum executionem procedatis, & ſi quæ forſan hactenus illarum vigore aliter feceritis, ſeu executi fueritis, illud revocetis, & in pristinum reponatis, & juxta præſentium tenorem, ac formam omnia reducatis, & exequamini. Non obſtantibus &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Sigillo officij Pœnitentiariæ in Nonis Februar. Pontificatus D.D. Iulij Papæ III. anno 2.

433. Notabilius fuiſſe non dubito, quod Mariæ de Meneſos accidiſſe legimus: hęc enim in Eborēſi S. Clarę monaſterio ſolemnibus votis legitimè profeſſa, ad Moniales Dominicanas indè legitimè digreſſa, inter eas annis pluribus commorata, ad alia deinceps Regularia monaſteria, & ultimò ad primum S. Claræ, in quo jam profeſſa fuerat, debita cum authoritate redivit: litibus autem, & diſcordiis primò, deindè pactis quibuſdam concordiæ circa illius bona inter omnia, in quibus convixerat monaſteria dividenda jam ſequutis, per Breve tandem Pauli IV. Pontificis omnia illius bona præfato S. Claræ Cœnobio, in quo primò profeſſa fuerat, adjudicata fuiſſe comperio, ut ex diplomate apparebit.

## PVALVS PAPA IV.

*Venerabili Fratri Archiepiſcopo Vliſſiponenſi, ſeu dilectis filiis ejus Officiali, ac Cantori Eccleſiæ Vliſſiponenſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Arch. Ara-cœl. Reg. 1. Vlt. 434. Dilectæ in Chriſto filiæ modernæ Abbatiſſa monaſterij Monialium S. Claræ Eboren. Ordinis ejuſdem S. Claræ, & Maria de Meneſos ejuſdem monaſterij Monialis proponi fecerunt coram nobis, quòd aliàs ipſa Maria de Meneſos fervore devotionis mota præfatum monaſterium intravit, & habitum per ipſius monaſterij Moniales geſtari ſolitum ſuſcepit, ac inibi profeſſionem per eaſdem Moniales emitti ſolitam emiſit regularem; deindeque eádem devotione accenſa, ac forſan de mandato tunc Regis Portugalliæ, aut aliorum ad monaſterium Monialium S. Dominici Civitatis de Elvas nuncupatæ ejuſdem S. Dominici Ordinis Eborenſis Diœceſis inibi tunc noviter erectum, ſeu ex tunc erigendum, ſe forſan ex Indulto Apoſtolico, aut aliàs ex conſenſu quorum intererat, tranſtulit, ac inibi habitum per Moniales dicti monaſterij S. Dominici geſtari ſolitum forſan ſuſcepit, & in eodem habitu S. Dominici per plures annos permanſit, & ad diverſa alia loca regularia forſan ſe contulit; & poſt plures annos ad prędictum monaſterium S. Claræ rediit; ipſaque plura, ac diverſa bona forſan dum in dicto monaſterio S. Dominici eſſet, ac à tempore profeſſionis per eam in dicto monaſterio S. Claræ emiſſæ acquiſivit, quæ de jure dicto monaſterio S. Claræ, in quo præfata Maria educata, & profeſſa fuerat, & ad quod ad præſens rediit, acquiſita fuiſſe, dici, & declarari debent. Tamen nonnulli Ordinum prædictorum Superiores ſiniſtrè, ac minus legitimè jura interpretantes, tertiam partem bonorum intuitu perſonnæ pręfatæ Mariæ eidem monaſterio S. Claræ ratione profeſſionis per ipſam Mariam inibi emiſſę canonicè acquiſitorum ad S. Dominici, & alias duas partes hujuſmodi ad S. Claræ moneſteria prædicta poſt certam differentiam antea inter monaſteria prædicta habitam ſpectare debere, inter alia contra juris formam decretarunt, judicarunt, & ordinarunt, ac ſine conſenſu dictæ Mariæ de Maneſos concordarunt; & licèt ab aliquibus juris ignatis, & ſimplicibus forſan aſſeratur (tamen indebitè, & injuſtè) dictam prætenſam declarationem, ſeu ordinationem, aut concordiam per præfatos Superiores factas, viribus ſubſiſtere, tertiamque partem bonorum ſic acquiſitorum ad dictum monaſterium S. Dominici ex ordinatione, & declaratione, ſeu concordia hujuſmodi ſpectare

debere pro parte Abbatiſſæ, & Mariæ prædictarum, ad removendum omnem hæſitandi materiam, & ne declaratio, & ordinatio, ac concordia hujuſmodi ſine cōſenſu dictæ Mariæ factæ, & alia circa præmiſſa contra juris formam per prædictos Superiores, aut alios geſta eidem monſterio S. Claræ nocere poſſint, nec debeant, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis de opportuno juris remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel unus veſtrum, ſi vocatis qui fuerint evocandi, & inquiſita per vos, aut aliquem ex vobis ſuper his diligentiùs veritate, rem ipſam ita eſſe repereritis, prout ſuperiùs enarratur, prædicta, & quæcumque alia bona intuitu perſonæ prædictæ Mariæ à tempore profeſſionis per eam in dicto monaſterio S. Claræ emiſſæ, etiam poſt tranſlationem ad prædictum monaſterium S. Dominici acquiſita, ad prædictum monaſterium S. Claræ, & non S. Dominici ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere debere, dictaſq; declarationē, ordinationē, & concordiam ſic cō tra formam juris factas viribus ſubſiſtere non debere, authoritate noſtra nuncietis, & declaretis, prout juxta caſum hujuſmodi ſucceſſum fuerit de jure faciendum. Non obſtante, ſi eiſdem Monialibus, & Superioribus Ordinum prædictorum à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd ad judicium trahi, aut ipſi, & dictorum Ord. loca interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem: Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentiâ generali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ juriſdictionis explicatio valeat in hac parte impediri quomolibet, vel differri, quia quo ad hoc nolumus eis aliquatenus ſuffragari. Datum Romæ &c. anno 1554. 6. Idus Ian. Pontif. noſtri anno 2.

435. Tandem, ut nihil intactum omittamus, propter continuas, graveſque Monialium neceſſitates providè ſtatutum fuiſſe legimus, ut ancillas, ſeu ſervitrices intra clauſuram habere poſſent; quas jam Vrbanus IV. in bulla, quâ Clariſſarum regulam modificavit, declaraverat, quòd ad Monialium inſtar profeſſionem emittere deberent, & clauſuræ ad rigorem vivere, niſi aliquando cum aliquibus ætatis provectioris, virtutiſque perſpectæ aliter Abbatiſſæ, de Generalis Miniſtri licentia, ex gravi cauſa diſpenſandum videatur, ita tamen, ut exeundo nec ſoleas, neque chordam deferre permittantur.

Vvad. t. 2. Reg. Vrb. IV. bull. 7. & 10.

436. Deindè Clemens VI. ad Sanciæ Siciliarum Reginæ ſupplicationem, Monialium neceſſitatibus indulgens, dato Brevi, conceſſit, ut in Neapolitano Sanctæ Crucis monaſterio ſex probas mulieres ad profeſſarum ſervitia ſuſtineri valerent.

## CLEMENS PAPA VI. &c.

*Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſæ, & Conventui monaſterij S Crucis propè Neapolim Ordinis S. Claræ.*

Sacræ Religionis, in qua mundanis abdicatis illecebris, virtutum Domino in humilitatis ſpiritu devotum, & ſedulum famulatum impenditis, promeretur honeſtas, ut ſuper illis, quæ vobis commoditatis incrementum afferre valeant, gratioſum, & Apoſtolici favoris præſidium libenter præbeamus. Hinc eſt, quòd nos veſtris, & chariſſimæ in Christo filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ illuſtris nobis ſupplicantis humiliter in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut vos nunc, & impoſterum quoties opus fuerit, in dicto monaſterio, quod præfata Regina conſtruxit, pro tranquillitate veſtra ſex probas mulieres in ſervitiales dicti monaſterij juxta regulam veſtram valeatis recipere, & tenere, fel. record. Benedicti Papæ XII. &c. præſentium vigore indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Dat. apud Villam novam Avinionen. Diœceſ. 12. Kal. Octobris anno 2.

Vvad. t. 3. Reg. 1343. bull. 52.

437. Graviùs autem videbatur ancillis ipſis in tali ſtatu perpetuari, & tamen pari cum cæteris Monialibus obligatione ad ſolemnia Religionis, & clauſuræ vota teneri, undè vix erat invenire, quæ talem obligationem admitteret: quocirca ſupplicante Miniſtro Provinciæ Caſtellæ Paulus III. expeditis litteris, *Sacræ Religionis ſub qua &c. 7. Kalendas Februarij*

Ibid. t. 8. Reg. 1537. bull. 15.

rij 1536. & per alias, *Expoſcit veſtræ devotionis &c. die ultima Iulij* 1539. & tertiò ad preces Vincentij Lunelli Generalis Miniſtri ſimilem pro Burgenſi S. Claræ monaſterio conceſſionem approbans, indulſit, ut Clariſſæ Conceptioniſtę, & Tertij Ordinis Abbatiſſæ, Generali Ordinis Minorum Miniſtro ſubjectę, de conſiliarium ſuarum conſenſu quaſcumque mulieres honeſtas intra clauſtra ad ſuarum ſervitia retinere valerent abſque eo quòd ad profeſſionis vota emittẽda tenerentur; quas tamen, vel honeſtè vivere, vel inſervire recuſantes expellere deberent ex monaſterio, litterarum tenores exhibeo.

## PAULUS PAPA III.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. 438. SAcræ Religionis, ſub qua dilectæ &c. Sanè pro parte dilecti filij moderni Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum provinciæ Caſtellæ, juxta morem Ordinis Minorum huiuſmodi nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licèt aliàs fœl record. Urbanus Papa IV. prædeceſſor noſter Ordinem S. Claræ ſecundæ regulæ nuncupatum, iuxta quem Moniales Ordinis S. Claræ Urbaniſtę nuncupatæ Provinciæ huiuſmodi, ſub regimine, gubernio, & adminiſtratione Fratrum dicti Ordinis Minorum degunt, approbaverit, & cõfirmaverit, ac Monialibus Urbaniſtis nuncupatis huiuſmodi, ut in quolibet eorum monaſterio aliquas mulieres ſub nominibus ſororum, ſeu ſervitricum, quæ ad ipſius Ordinis S. Claræ ſecundæ regulę nuncupatæ regularium inſtitutorum obſervantiam, exceptâ clauſurâ, teneantur, ac de licentia, & mandato earum Abbatiſſæ clauſtra monaſterii, ad procurandum illius negotia exire poſſint, habere, & tenere valeant, facultatem conceſſerit; ac quid Sorores, ſeu ſervitrices præfatę extra earum monaſterium obſervare debeant, diſpoſuerit: & præterea ex regularibus inſtitutis hujuſmodi monaſteria Monialium Urbaniſtarum nuncupatarum prædictarum, ſeu illarum Moniales ſervitrices ipſas habere, & tenere licitè poſſint: nihilominus, quia ſervitrices hujuſmodi profeſſionem emittere, & in monaſteriis prędictis perpetuò habitare, ſeu morari tenerentur, à pluribus annis citra mulieres ſervitrices hujuſmodi non reperiuntur, in ipſorum monaſteriorum ob illorum Monialium debilitates, ac continuas infirmitates, detrimentum non modicum, ac Monialium prædictarum, quę pro majori parte ex laboribus couqueruntur, & ad laborandum inſufficientes reperiuntur, perturbationem. Quare pro parte ejuſdem Miniſtri nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Abbatiſſis, & Monialibus ſingulorum prædictorum, ac Tertij, necnon Conceptionis B. M. Virginis Ordinum Provinciæ hujuſmodi monaſteriorum quaſlibet mulieres ſæculares in earum ſervitrices abſque eo quod profeſſionem regularem emittere teneantur prout ſingulis Abbatiſſis monaſteriorum hujuſmodi cum conſilio, & voluntate ipſius moderni, & pro tempore exiſtentis dictę Provinciæ Miniſtri Provincialis eorum Prælati, aut eandem Provinciam pro tempore regentis, viſum fuerit convenire, intra clauſtra monaſteriorum prædictorum admittendi, ac ſingulis Abbatiſſis prædictis cum Monialibus earum conſiliariis, Diſcretis nuncupatis, mulieres hujuſmodi, ſi incontinentes fuerint, aut ſervire nequiverint, vel ex illis aliquod inconveniens ſequatur, ex eiſdem monaſteriis dimittendi, & expellendi; & loco illarum alias uſque ad numerum per ſingulas Abbatiſſas, & Miniſtrum, ſeu Regentem prædictum pro tempore deputatum, aſſumendi facultatem concedere, aliáſque eis in pręmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. ipſius Miniſtri in hac parte ſupplicationibus inclinati, Abbatiſſis, & Monialibus quorſilibet monaſteriorum ſingulorum Ordinum prędictorum, ut quaſlibet mulieres in earum ſervitrices, abſque eò quod profeſſionem regularem emittere teneantur, prout ſingulis Abbatiſſis monaſteriorum huiuſmodi cum cõſilio, & voluntate ipſius moderni, & pro tempore Regentis viſum fuerit convenire, intra clauſtra monaſteriorum admittere, ac ſingulis Abbatiſſis huiuſmodi, ut cum Monialibus earum conſiliariis prędictas mulieres huiuſmodi, ſi incontinentes fuerint, aut ſervire nequiverint, vel ex illis aliquod inconveniens ſequatur, ex eiſdem monaſteriis dimittere, & expellere, ac illarum

rum loco alias uſque ad numerum, ut præfertur, pro tempore deputatum, aſſumere liberè, & licitè valeant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ.&c. anno 1536. 7. Kal. Februar. Pontificatus noſtri anno tertio.

PAVLVS PAPA III. &c.

*Dilectæ in Christo filiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Reg. Vltram. t. 1. fol. 116. & 255. 439. EXpoſcit veſtræ devotionis ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, ut petitionibus veſtris, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quòd aliàs per vos dilecto filio Vincentio Lunello Miniſtro Generali Ord. Min. de Obſervantia expoſito, quòd licèt juxta regularia inſtituta, ſeù conſtitutiones veſtri Ordinis, pro ſervitiis veſtris tam intra, quàm extra veſtrum monaſterium faciendis aliquas mulieres, quæ licèt ſubſtantialia vota emitterent, clauſuram tamen non obſervabant, tenere poſſetis; quia tamen evenire poterat, quòd mulieres hujuſmodi ad ſervitia ipſa per vos pro tempore receptæ ad ſervitia hujuſmodi præſtanda inhabiles efficerentur, & neceſſe eſſet, vel eas ibi abſque eo quòd ſervitiis earum vos juvari poſſetis, retinere, vel extra monaſterium mittere, quòd, attenta profeſſione per eas emiſſa, ſcandaloſum, & mali exēpli eſſet; ſi vobis loco dictarum mulierum profeſſionem hujuſmodi, ut præfertur, emittere ſolitarum, aliquas alias honeſtas mulieres, quæ nullam profeſſionem emitterent, & cum ex aliqua legitima cauſa dimittendæ eſſent, abſque aliquo reſpectu dimitti poſſent, tenendi licentia concederetur, ex hoc profecto tranquillitati veſtræ, & dicti monaſterij fœlici ſucceſſui plurimùm conſuleretur, atque pluribꝰ oblocutionibus, & incōvenientibꝰ, quæ ex dictarū mulierū, ſi eas pro ſervitiis hujuſmodi teneretis, inter ſæculares perſonas pro hujuſmodi ſervitiis converſationem oriri poſſent, occurreret; dictus Generalis Miniſter ſub cujus, & Fratrū dicti Ordinis cura degitis, licentiam hujuſmodi ex præmiſſis cauſis per eum maturè conſideratis vobis conceſſit, prout in patentibus litteris deſuper confectis pleniùs dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, vos pro majori animi, veſtri circa hoc quiete cupiatis, conceſſionem hujuſmodi per dictum Miniſtrum, ut præfertur, factam authoritate Apoſtolica roborari, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatū, ut votis veſtris hujuſmodi annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ea, quæ à nobis, præſertim per perſonas Eccleſiaſticas petuntur, quando id cum Deo facere poſſumus, libenter cōcedimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem prædictam, cujus pleniorem tenorem præſentibus haberi volumus prò expreſſo, authoritate Apoſtolica per eaſdem præſentes confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, mandantes dilectis filiis Abbati monaſterij B. Mariæ de Hagora, & Decano Eccleſiæ Burgen. ac Officiali Burgen. quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos conceſſione hujuſmodi juxta tenorem prædictum pacificè frui, & gaudere, non permittentes, vos deſuper per quoſcumque quomodolibet contra ipſum tenorem moleſtari, contradictores quoſlibet, ac rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſis, ac Apoſtolicis in Provincialibus, & Synodalis Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus &c. Datum Romæ &c. die ultima Iulij 1540. Pontific. noſtri anno Sexto.

440. Deindè verò Gregorius XIII. illimitatum privilegium, ea ratione arctatum voluit, ut ancillæ ſingulæ pro ſingulis Monialium denariis aſſignarentur, expedito diplomate, ut ſequitur.

GREGORIVS

## GREGORIUS PAPA XIII.

*Dilecto filio Miniſtro Generali Ord. Fratrum Minorum de Obſervantia.*

Bull. Rodrig. f. 436. bull. 6. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Significaſti nobis, te in omnibus ferè Monialium Hiſpaniæ monaſteriis, quæ curæ, & regimini Fratrum tui Ordinis ſubſunt, eum inveniſſe morem, ut coquinæ, refectorio, horto, & aliis hujuſmodi adhibeantur ancillæ; quia talibus rebus Moniales nolunt ſe immiſcere: quæ tamen ancillæ, dum ibi operantur, clauſuram egredi ſolitæ non ſunt, & cum incertum ſit, verâ ne conceſſione, vel potiùs conſuetudine, ſeù abuſu hæc invaluerint, ſupplicaſti etiam, ut aliqua opportuna ineatur ratio, qua ipſarum Monialium conſcientiæ ſecuritati meliùs conſulatur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati tibi, ut in quibuſvis monaſteriis hoc neceſſarium eſſe duxeris, & donec converſas apud ſe receperint, denis Monialibus ſingulas haberi ancillas indulgeas, quæ ancillæ ſicut Moniales clauſuræ legem ſervent, & ibi perpetuò durante ipſarum vita maneant, & converſarum loco ſint, ſed tamen infirmitate incurabili, vel perpetua ingruenti, aut ob corruptos mores indè educi Superiorum judicio poſſint, ita ut in eiſdem monaſteriis, aut aliis ampliùs non recipiantur, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem tribuimus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 31. Decembris 1583. Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Arch. Aracœl. t. 2. Ultram. Reg. f. 82. 441. Conſiderato etiam, quòd Mulieres Indæ noſtris albis Europæis longè cedunt in perfectione; indultum fuiſſe legimus à Clemente VIII. vivæ vocis oraculo ad Ioannis de Rada tunc in Curia Procuratoris Generalis inſtantiam, ut in Indiis plures ſervitrices intra monaſterij ſepta poſſent admitti.

442. Cum verò Tertiarias cum votorum emiſſione intra Conventum etiam ad ſervitia recipi, fuiſſet à Pontificibus indultum, ſupplicantibus S. Claræ Monialibus de Civitate Lugduni, Sacra Congregatio dato decreto die 26. Novembris 1666. declaravit, vota illarum Tertiariarum eſſe ſimplicia, contra quæ ſi graviter deliquerint, (quę tunc actualiter erant) poſſent poſt debitas correctiones, atque punitiones velut incorrigibiles licitè ab Ordinis Superioribus è monaſterio deturbari; quod demum fuit ab Alexandro VII. Pontifice per litteras Apoſtolicas confirmatum, ut ſequitur.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam*

443. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Pacificus à S. Valerio Agens generalis omnium Fratrum Minorum Galliæ Ordinis S. Franciſci Recollectorum nuncupatorum, & Procurator ſpecialis dilectarum in Christo filiarum Abbatiſſæ, & Monialium primæ regulæ S. Claræ monaſterij Lugdunenſis in Gallia, quòd cum per quaſdam fœl. record. Romanorum Pontificum, & præſertim Nicolai V. & Sixti IV. prædeceſſorum noſtrorum litteras, & generales Ordinis S. Franciſci conſtitutiones, Monialibus primæ regulæ S. Claræ intra monaſterij clauſuram Deo jugiter famulantibus, ut mulieres ſervitrices, ſeù converſas Tertiarias extra monaſterij ſepta pro ipſarum incluſarum obſequio, & quæſtuationum exercitio haberent, ſit conceſſum; tales ſervitrices, ſeù Converſæ Tertiariæ extra dictum monaſterium Monialium primæ regulæ S. Claræ Lugduni degentes reperiantur; harum verò aliquæ ſuæ profeſſionis Deo, & Religioni per ſequentia vota factæ parum memores, nec obſequia promiſſa, nec Superioribus, aut Viſitatorib⁹ ſuis à Sede Apoſtolica deputatis, nec ſuæ propriæ Abbatiſſæ debitã ſubmiſſionem, & obedientiam reddere, vel impoſitas ſibi pro culpis ſuis pœnitentias adimplere ſatagant: Idem Pacificus plurimùm deſiderat, à nobis declarari, & decerni, Primò vota prædictarum ſervitricum eſſe ſimplicia, prout declaravit expreſsè fœl. rec. Leo Papa X. etiam prædeceſſor noſter per quamdam ſuam conſtitutionem, quæ tota ſub his terminis in earum profeſſione ab ipſis exprimuntur; Videlicet Ego promitto tibi, Rever. Mater Abbatiſſa, ſub titulo Sororis Cõverſæ in Dei ſervitio, & pro ipſius amore in ſervitio exteriori hujuſce monaſterij vivere ſemper in obedientia, caſtitate, fidelitate, & (Arch. Aracœl. Reg. 8. Ultram. fol. 32.)

ſtabilitate, ſervando ordinationes mihi datas, & injunctas. Secundò dictas ſervitrices, ſeo mulieres Converſas nec eſſe, nec appellari debere religioſas, cùm nullas Eccleſia Religioſas agooſcat, aut appellet, niſi incluſas: Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris pariter noſtri decretum à Concilio Triden. ſeſſione XXV. de Regularibus cap. 5. renovatum, & confirmatum, illas ſolùm Religioſas teneat, & appellet, quæ clauſuram inviolabiliter ſervant, & tria vota ſolemnia emittunt in aliqua Religione approbata. Tertiò in caſu, quo dictę ſervitrices, ſeù mulieres cooverſæ votorum prædictorum immemores in aliquo illarum notabiliter deficerent, licitum eſſe Superioribus, & Viſitatoribus harum um conſilio, & aſſenſu Abbatiſſę, & Diſcretarum monaſterij, poſt reiteratas ſæpiùs ſinè ſpe emendationis correctiooes, & puoitiooes, prædictas ſervitrices habitu ſibi conceſſo privare, & ſpoliare; Cum ad ipſas jugiter retinendas Abbatiſſa, & monaſterium non niſi ſub his termiois, & conditiooibus adſtringantur, videlicet, *Et ego, ſi hæc obſervaveris, iſti monaſterio te aggrego.* Quartò in caſu talis privatiooi habitus, dictos ſuperiores Viſitatores, aut Abbatiſſam non teneri ad obſervantiam formalitatum pro religioſis incorrigibilibus per cooſtitutiones Apoſtolicas factarum, cum tales ſervitriees vota dumtaxat ſimplicia emittant, nec ipſæ ſint veræ religioſæ, cum clauſuram non ſervent, & tria vota eſſentialia non faciant, nec ad ipſas Religio, aut monaſterium, niſi conditionaliter adſtringantur. Nobis propterea dictus Pacificus tam ſuo, quàm prę fatarum Abbatiſſæ, & Monialium monaſterij Lugdunenſis nomine humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut iofra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem Pacificum, & Abbatiſſam, & Moniales ſpecialibus favoribus &c. harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, attentis narratis, reque per eoſdem Cardinales diligenter conſiderata, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, & decerni mus, vota à prædictis ſervitricibus emiſſa eſſe ſimplicia, eaſdem ſervitrices non eſſe, nec denominari poſſe Religioſas, ideòque ad ſex annos tantùm durare, & quandocumque inde ea occaſio expoſtulet, eas dimittere, & habitu privare juxta petita, præviis debitis monitionibus; oeceſſe tameo non fore, eo quòd non ſint religioſæ, ſervare in harum dimiſſione conſtitutiones Apoſtolicas, & praxim circa Regulares incorrigibiles, & hæc quoad illas tantùm, quæ actualiter prædicto monaſterio inſerviunt. In futurum autem quandò novæ ſervitrices hujuſmodi erunt acceptandæ, præcedere debere informationes Superiorum monaſterij, & deinceps proponi Capitulo Monialium, à quibus canooicè admittaotur, abſque tamen alicujus voti emiſſione. Pariter quādocumque opus fuerit, poſſe arbitrio eorumdem Superiorum, & Monialium capitulariter congregatarum dimitti, & etiam habitu privari præviis debitis monitionibus, quo verò ad habitus formam poſſe hactenus ſolitum etiam impoſterum adhiberi; decernentes pariter, eaſdem præſentes litteras firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos, & quas ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon, quatenus opus ſit, Ordin. & monaſterij hujuſmodi etiam juramēto, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die ſeptima Decembris 1666. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

CAP.

## CAPVT XIII.

### *Clariſſarum Monialium primarij honores.*

444 GLoriantur in primis, aut gloriari poſſunt Clariſſæ Sanctimoniales non immeritò, quòd inter Virgines Deo conſecratas omnium primæ ad majorem religioſæ vitæ decorem, ad tutiorem virginalis theſauri cuſtodiam, ad arcẽdos averniçi ſerpentis inſultus, ad præcavenda humanæ fragilitatis pericula, & ſæcnlarium obſequia tanto cum fructu, tanta cum laude clauſuræ omnimodæ rigorem (nt ſuo loco deſcripſimus) ab Eccleſia Catholica pro cæteris exinde Monialibus receptum, in Eccleſiã invexerint. Gloria itidem non minori cõmendandas auſim profiteri, quòd etiã inter Sacras Chriſti Ieſu Sponſas evangelicæ paupertatis apicem omnium primæ fuerint profeſſæ, quod S. Clara tamquam prætioſiſſimum Sponſi æterni theſaurum ad integrum Fratrum Minorum exemplum ab Innocentio III. dehinc à à Gregorio IX. tandemque ab Innocentio IV Seraphici ſui Patriarchæ doctrinis mordicus inhærens, inceſſanti atque efficaciſſima humilitate, donec impetraverit, poſtulare non deſiit. Quamvis etiam non rectè laudes noſtras à majoribꝰ noſtris deducere conemur, niſi eiſdem per opera noſtra communicare velimus, *Et quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco.* De Seraphici tamen Patris, quem Imperator æternus proprio ſuorum vulnerum charactere inſignire dignatus eſt; necnon de ſanctiſſimæ Matris Claræ Chriſto Ieſu, ejuſque ſupremis in terra Vicariis tot ſublimium favorum inſignibus decoratæ, gloriis omninò ſingularibus omni jure gloriari non verentur; quippe quæ in aſperrimo vitæ rigore, necnon in glorioſis, ſanctę vitę fructibns tanta cum laude perſeverantes, & ad petram, unde exciſæ ſunt, attendentes, tantorum parentum filię probanrur eſſe non degeneres.

445. Rigidiores abſtinentiæ, jejunia per integrum anni curriculum, ferè non interupta, carnes non niſi in infirmitatate conceſſæ, altiſſimum ſilentium, aſperrima cilicia, cæteraque in victu, & in veſtitu, atque in lecto, mortificationum genera, eas ſingulariter promovere noſcuntur, ut ſubacta carne depurato ſpiritu in Sponſi cœleſtis amplexus ſanctiori fervore adſpirare contendant. Illud tamen non interrupta admiratione dignum, quòd non obſtantibus extremis ferè vitæ rigoribus, à primò ſuæ inſtitutionis exordiò per orbem univerſum acclamatæ, ea fœcunditate multiplicatæ fuerint, & in dies multiplicari conſpiciantur, ut nulla Principum ſit aula, nulla ferè in orbe Chriſtiano Civitas, quæ Clariſſis Sanctimonialibus Parthenopæã erigere non procuraverit: indè certius confidentes, quòd quemadmodum illarum Primiceria Clara Patriam ſuam à Saracenorum furore liberavit, ita per filiarum ferventiſſimas orationes, & ſanctitatis merita Civitates ipſæ ſpeciali Dei protectione defendantur; quin & ad Indias utraſque fœliciter divectæ, etiam in ipſis ultimis orientis terminis virginale trophæum explicare merverint.

446. Nec tamen de ſola plebis multitudine repleri credamus ipſarum cœnobia; Principiſſas, Reginas, & Imperatrices merverunt habere conſodales, quæ Franciſcanum cilicium Regali purpuræ, arctiſſimaque Clauſtra ampliſſimis Palatiis generoſè præferentes, in ſumma paupertate Regi Regum nubere præelegerunt. Agnes Bohæmorum Regis filia repudiatis Federici Cæſaris, & Henrici Anglorum Regis ſuperbiſſimis nuptiis; Iſabella S. Ludovici Regis Galliarum ſoror, Ioanna, & aliæ, eorumdem Gallorum Regum filia dilectiſſima, Regia connubia altè contemnens, aliæque perplurimæ Regum ſanguine progenitæ (qnas longa ſerie in tertia parte recenſebimus) de Imperiali Auſtriæ domo, de Gallica, Aragonica, Luſitanica, Vngarica, Polonica, Bohæmica, & Sabaudica Regiis ſub horrido S. Claræ cilicio, univerſas ſæculi pompas aſpernari non dubitarunt.

447. Verumtamen, quod notabile mihi videtur, per univerſos terræ angulos tanta fæcunditate multiplicatę, quamvis etiam à ſæculi Principibus, immò & à Romanis Pontificibus ad moderandos paupertatis, vitæque rigores, non ſinè cauſa invitatæ, ſępiúſquę ſolicitatę, tanta Sanctę matris veſtigiis tenacitate adhęrere gloriantur, ut in hodiernum uſque

que diem, jam quinto ſęculo etiam in extremis Philippinarum inſulis ad extremum paupertatis apicem (vel invita quodammodo Regum pietate) gloriſiſſimè perſeverent, quę de prima Clariſſarum regula nuncupantur. Hinc eſt, quòd fæcundiſſimos ſanctitatis fructus abundantiſſimè proferre nullo unquam tempore ceſſaſſe comprobantur. Sanctiſſimam illarum Matrem, quam in ipſis funeralibus exequiis Innocentius IV. Sanctarum Virginum officio honorare volebat, Alexander Innocentij ſucceſſor ſecundo poſt anno in Apotheoſin ſingulari pompæ ſolemnitate voluit eſſe relatam. De B. Solomæa Polonię Regina, de B. Catharina Bononienſi, de B. Coleta Clariſſarum in Galliis Reformatrice jam per Ordinem univerſum Eccleſiaſtica recitamus officia; Agnetem etiam S. Claræ ſororem, Kunegondam Poloniæ itidem Reginam, aliaſque non paucas, quæ particularibus in locis, vel Eccleſiaſtico officio, vel feſto ſolemni, aliovè authentico cultu venerantur, vel ingenti ſanctitatis famâ prædicantur in populis, parturivit ſemper hęc ſacra Clariſſarum Religio, & in hodiernum uſque diem parturire non ceſſat, quas in tertia parte deſcribemus; in quo ſolo veriora, & tutiora gloriæ noſtræ fundamenta collocata eſſe non dubitamus, ſi Evangelio credimus; *Gaudete, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in Cælis.*

448. Quinimmò ne aliqua de primariis Eccleſiæ ſanctę gloriis ſacro Clariſſarum cœtui defuiſſe dicatur; ſuas etiam conſtat habuiſſe Coletas, & alias, quæ per efficacem Verbi Dei prædicationem publicos peccatores Chriſto reconciliare potuerunt; cœleſtes etiam Amazonas, quæ cum Dei, & Eccleſiæ hoſtibus aperto marte decertantes, illibatum Virginitatis florem, fidemque catholicam, ut tuerentur illæſum, ſanguinem ſuum duriſſima inter tormenta profundere non dubitarunt. De quibus omnibus in tertia parte dicemus abundanter.



LIBER

# LIBER XII.

*De Tertio Ordine per Seraphicum Patriarcham S. Franciſcum inſtituto, qui de Pœnitentia dicitur.*

1 POSTQVAM Seraphicus Patriarcha viris, & mulieribus tutiorem intra clauſtra viam ad cœlos datis regulis aperuiſſet; zelo animarum ſemper ardentiùs exæſtuans, ſæcularibus etiam ad ſolemnia vota non obligatis, propriis in domibus ad majorem præ cæteris conſæcularibus perfectionem, necnon ad ſecuriorem Chriſtianę vitæ obſervantiam faces præferre non recuſavit; ut omni ex parte ad Lateranenſis Eccleſiæ ſubſtentationem deſerviret. Hic propterea *Tertius Ordo S. Franciſci*, ſimiliter & de *Pænitentia*, etiam in litteris Apoſtolicis nuncupatur; quoniam poſt primum pro Minoribus, & ſecundum pro Clariſſis à Sancto Patre inſtitutus aſſeclas ſuos ad pietatis, & pœnitentiæ opera ſpeciali fervore proſequenda dirigere comprobatur; unde non immeritò non ſolùm Apoſtolica approbatione (quamvis exemplũ præcedens non habuerit in Eccleſia) ſed & plurimis favoribus, atque ſpiritualibus, & temporalibus privilegiis à Chriſti in Terra Vicariis, à Regibus, & Principibus meruit honorari.

## CAPVT I.

*Inſtitutio, Habitus, & Regula Tertij Ordinis S. Patris Franciſci.*

2. ANno 1221. ex communi ſcribentium calculo, poſt abſoluta Aſſiſij Ordinis Comitia, Seraphicus Patriarcha per Oppida vicina ferventer pœnitentiam omnibus prædicabat; ſed incolis Cannariæ oppidi (ab Aſſiſio ad quartum lapidem diſtantis, infra quod Aſius flumen in Tinnam, Livio Tiniam amnem deſcendit) altiùs Dei verbum inſedit, qui relictis omnibus turmatim Dei virum ſequebantur. In magno numero ex vicinis caſtellis, & pagis his acceſſerunt, petieruntque à tanto magiſtro, ut qui tam efficaciter virtutes, & æternam fœlicitatem commendabat, vitia, gehennaleſque cruciatus fugienda docebat, oſtenderet & modum, quo illa faciliùs adipiſci, & hæc ſecuriùs potuiſſent evitare. Plurimi homines uxoribus ſalutatis, regularibus inſtitutis, fœminæ ſacris clauſtris ſe abdicare ſtatuebant. Noluit S. Pater depopulari regionem, neque arcto matrimonij vinculo conjunctos optato conſortio privari, ſuaſitque omnibus ut ſub propriis tectis Deo chriſtianè, & placidè deſervirent, pollicitus, ſe modum præſcripturum, quo faciliùs in virtute proficerent, & abſque Regularium rigore Regularibus aſſimilarentur. Idipſum ut efferventes animos parumper ſedaret, ſuadere neceſſe fuit in plurimis Tuſciæ Vrbibus, præcipuè in Florentina, in qua inchoatum à civibus ſacrarum virginum monaſterium invenit, & plurimos ſub una Congregatione ipſe reduxit. Hi teſte ipſius Vrbis vetuſto incolâ Mariano, ex collectis pietatis ſtipendiis Xenodochium ad Vrbis muros conſtruxerunt, infirmis curandis, & ſenibus fovendis. Admiſſæ ad charitatis obſequia fœminæ, ne fierent pietatis extorres, quarum ſeparata Congregatio etiam ſuam habet primiceriam. Hę, quę mulierum ſunt, pietatis exercent officia, quæ viriliora, & apertiora homines adimplent.

*Vvad. t. 1. annal. ann. 1221. n. 13.*

3 Inſtituta hac Cõgregatione vir ſanctus venit in villam Gagiani, non longè ab oppido podij Bonâtis, aliis Bonitij, olim Imperialis dicti, prope ædẽ S. Petri ad Elſam fluvium, ubi occurrit ei Luchefius, humilis olim, & avarus mercator, Guelphæ factionis intrepidus ſectator. A quibuſdam *Ibid. n. 14.*

dam jam menſibus vitam mutaverat in meliorem, & ad piè, chriſtianèque vivendum induxerat Bonam-Donnam ſuam conſortem. Erga pauperes liberalis, erga miſeros compaſſivus; in xenodochiis infirmorum curam agebat, peregrinos hoſpitio excipiebat. His virtutum exercitiis jam aliquantum in rebus cœleſtibus inſtructus, à Franciſco petierat ampliùs edoceri, ſibi, ſuæque conſorti oſtendi viam bonam, per quam ambularent ſecurè. Paulò ante ſe cogitaſſe commonuit vir Sanctus de Tertio Ordine illo inſtituendo, in quo conjugati Deo perfectè poſſent inſervire, neque quicquam ſibi tunc viſum conſultiùs, quàm ut illum aſſumerent. Seriò de hac re colloquentibus normam vivendi, & genus indumenti petentibus præſcripſit veſtem cineream modeſtam, & cingulum nodoſum, formulaſque quaſdam verbo tenus tradidit, donec Regulam quantocyus compilaret: Primos hoſce veſte hac peregrina donavit, à quibus ad Florentinos, & cæteros forma tranſivit. Mirum quàm ingens in brevi tempore Lucheſij in virtute profectus; tardior ad cœleſtia & altiùs terrenis infixa Bona Donna, pro fœminarum conditione avarior humanè, & timidè proſpiciens egeſtati futuræ. Velut altera Anna Tobiæ marito moleſta, impediebat aliquando charitatis officia, nec peregrinis adeò liberaliter rem familiarem volebat impendi, verùm citiùs grandi miraculo edocta, tota in Deum converſa certabat cum marito de acquirenda perfectione. Præter hos pios conjuges admiſit ad novum ſodalitium vir Sanctus Petrum de Colle, Brunam quandam, ac Martholenſem aliũ, quampluresque vicinorum oppidorum, & vallis Elſæ incolas, viros pios, ad quorum preces, & inſtantiam hoc anno, vel ſequenti, quam ſubjicimus eis præſcripſit regulam, licèt aliquantulum auctam, & mutatam per Nicolaum IV. ſummum Pontificem ejuſdem confirmatorẽ.

*Regula Tertiariorum, ſive Fratrum de Pœnitentia. In nomine Domini, Amen.*

Cap. I. *De modo examinandi volentes intrare Ordinem.*

Ibid.n. 17. 4. Si qui voluerint hac vitam obſervare, & illos ad eam obſervandam aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum, de fide Catholica, & obedientia erga Romanam Eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur. Et ſi eas profeſſi firmiter fuerint, verèque crediderint, admitti, ſeu recipi tutè poterunt ad eamdem. Præcavendum eſt tamen ſolicitè, ne quis hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi, aut etiam infamatus ad vitæ obſervationem iſtius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inveniri contigerit extitiſſe receptum, aſſignetur ille quantociùs Inquiſitoribus pravitatis hæreticæ puniendus.

Cap. II. *De forma recipiendi volentes intrare Ordinem.*

5. Cùm autem Fraternitatem hujuſmodi quis intrare voluerit, Miniſtri ad receptionem talium deputati ejus officium ſtatum, & conditionem ſolerter explorent, ſibi Fraternitatis ejuſdem onera, præcipuè alienorum reſtitutionem apertiùs exponentes. Quibus præmiſſis, ſi eidem placuerit, juxta modum hujuſmodi induatur, & de alienis, ſi quæ fuerint apud eum, ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundùm exhibitam pignoris cautionem, ſeque nihilominùs proximis reconciliare procuret. Quibus omnibus ad effectũ productis, poſt unius anni ſpatium, cum aliquorum diſcretorum Fratrum conſilio, ſi is videbitur ipſis idoneus, recipiatur hoc modo. Videlicet, ut promittat, ſe Divina præcepta omnia ſervaturum, ac etiam ſatisfacturum, ut convenit, de tranſgreſſionibus, quas contra hunc vivendi modum commiſerit, cùm interpellatus ad Viſitatoris extiterit voluntatem. Et hujuſmodi ab eo facta promiſſio, per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à Miniſtris recipiatur eiſdem, niſi viſum eis aliter fuerit, conditione perſonæ, ac ipſius inſtantia, ſolicita conſideratione diſcuſſis. Ordinamus præterea ſtatuentes, ut nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum eadem egredĩ valeat, ad ſæculum reverſurus. Poſſit tamen habere liberum tranſitum ad Religionem aliam approbatam. Mulieribus verò viros habentibus, niſi de ipſorum licentia, & conſenſu non pateat ad conſortium dictæ Fraternitatis ingreſſus.

Cap. III. *De forma Habitus, & qualitate indumentorum.*

6. Fratres inſuper ipſius Fraternitatis de

de humili panno in pretio, & colore, non prorſus albo, vel nigro, communiter veſtiantur; niſi fuerit ad tempus in pretio per Viſitatores de conſilio Miniſtrorum ob cauſam legitimam, & apertam cum aliquo diſpenſatũ. Chlamydes quoque, ac pelles abſque ſcollatura ſciſſas, vel integras, affibulatas tamen, non patulas, ut congruit honeſtati, clauſaſque manicas Fratres habeant ſupradicti, Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de hujuſmodi humili panno factis, vel ſaltem cum chlamyde habeant guarnellum, ſeu placentinum coloris albi, vel nigri, aut paludellum amplum de canabo, ſeu lino abſque ulla criſpatura conſutum. Circa humilitatem verò panni, & pellitiones Sororum ipſarum, juxta conditionem cujuſlibet earumdem, ac loci conſuetudinem, poterit diſpenſari. Bindis, & ligaturis ſericis non utantur: pelles dumtaxat agninas, burſas de corio, & corrigias ſimpliciter abſque ſerico ullo factas, & non aliàs tam Fratres habeant, quàm Sorores, depoſitis cæteris, juxta B. Petri Apoſtolorum Principis ſalubre conſilium, vanis hujus ſæculi ornamentis.

Cap. IV. *Quòd non vadant ad inhoneſta convivia, & ſpectacula, & quòd hiſtrionibus non dent.*

7. Sit eis ad inhoneſta convivia, vel ſpectacula, ſive curias, ſeu choræas acceſſus penitus interdictus. Hiſtrionibus, ſeu vanitatis intuitu, nihil dent, & ne quidquam illis donetur à propria familia prohibere procurent.

Cap. V. *De abſtinentia, & jejunio.*

8. Ab eſu autem carnium ſecunda, quarta, & ſexta feria, dieque Sabbati aſtineant univerſi, niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaderet, minutis verò per triduum carnes dentur; nec ſubtrahantur in itinere conſtitutis. Sit quoque ipſarum comeſtio licita ſingulis, cùm ſolemnitatem præcipuam intervenire contigerit, in qua cæteri Chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent. Aliis autem diebus, in quibus jejunium non ſervatur, ova, & caſeus non negentur; ſed cum Religioſis cæteris in eorum conventualibus domibus licitè ſumere valeant de appoſitis ab eis eiſdem, ſintque prandij, cœnæque refectione contenti, exceptis languidis, & viatoribus, ac infirmis. Sit ſanis cibus moderatus, & potus, cùm textus Evangelicus habeat: *Attendite, ne corda veſtra crapula, & ebrietate graventur.* Prandium autem, vel cœna, non niſi præmiſſa ſemel Dominica oratione ſumatur, poſt ſumptionem cuilibet cum *Deogratias* iteranda. Quodſi omitti contigerit, dicatur tribus vicibus *Pater noſter.* Qualibet verò ſexta feria totius anni jejunium celebrent, niſi fortè infirmitatis, aut aliâ cauſâ legitimâ excuſentur, vel niſi feſtum Natalis Domini feria ipſa occurreret obſervandum. Sed à feſto omnium Sanctorum uſque ad Paſcha quarta, & ſexta feria jejunabunt; alia, quæ ab Eccleſia ſunt ſtatuta, vel ordinata, ex cauſa communiter indicta jejunia ſervaturi. In Quadrageſima verò B. Martini uſque ad diem Nativitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimæ uſque ad Paſcha diebus ſingulis, exceptis Dominicis jejunare procurent, niſi aliud fortaſſis infirmitas, vel neceſſitas alia ſuaderet. Sorores gravidæ uſque ad ſuæ purificationis diem, ab exercitatione qualibet corporali, orationibus dumtaxat exceptis, poterunt, ſi voluerint, abſtinere. Laborantes autem propter fatigationis afficientis inſtantiam, à Dominicæ Reſurrectionis feſto uſque ad feſtivitatem B. Machaelis prædicti ter in die, qua exercitio laboris incumbent, licitò ſumere cibum poſſunt. Cùm verò illas contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appoſitis die quolibet ſumere licebit eiſdem, niſi ſexta feria, vel dies ſit alia, in qua generaliter ab Eccleſia jejunium noſcitur inſtitutum.

Cap. VI. *Quoties debent confiteri per annum, & ſumere Corpus Chriſti.*

9. Singuli autem Fratrum, & Sororum ter in anno, videlicet in Natali Domini, in Reſurrectionis ipſius, & Pentecoſtes feſtivitatibus, peccata propria confiteri, & Euchariſtiam devotè ſuſcipere non poſtponant, reconciliando ſe proximis, & reſtituendo etiam aliena.

Cap. VII. *Quòd non ferant arma impugnationis.*

10. Impugnationis arma ſecum Fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, Chriſtianæ Fidei, vel etiam

etiam terræ ipſorum, aut de ſuorum licentia Miniſtrorum.

Cap. VIII. *De dicendis Horis Canonicis.*

11. Dicant univerſi quotidie ſeptem Horas Canonicas, videlicet Matutinum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, & Completorium: Clerici videlicet ſcientes Pſalterium, pro prima: *Deus in nomine tuo* &c. *Beati immaculati*, uſque *ad legem, Gloria Patri*, dicant. Cùm verò ad Eccleſiam non accedent, pro Matutino pſalmos dicere ſtudeant, quos dicunt Clerici, vel Eccleſia Cathedralis, vel ſaltem ut illitterati alij, pro matutino duodecim, & qualibet alia Hora ſeptem vicibus *Pater noſter* cum *Gloria Patri* dicere non omittant, in quibus, videlicet Primæ, ac Completorij Horis, minorem ſymbolum, & *Miſerere mei Deus* adjiciant, qui noverint. Sed ſi horis non dixerint conſtitutis, dicant tribus vicibus *Pater noſter*. Infirmi autem Horas hujuſmodi non teneantur dicere, niſi velint. In Quadrageſima verò S. Martini, & etiam in majori Eccleſias, in quarum parochiis habitant, matutinalibus horis perſonaliter adire procurent, niſi cauſa rationabili excuſentur.

Cap. IX. *Quòd omnes, qui de jure poſſunt, faciant teſtamentum.*

12. Omnes præterea, quibus de jure facultas affuerit, condant, ſeu faciant teſtamentum, ut de bonis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immediatè ſequentes ordinent, & diſponant, ne quemquam illorum contingat decedere inteſtatum.

Cap. X. *De pace reformanda inter Fratres, & alios extraneos.*

13. De pace verò inter Fratres, & Sorores, aut etiam exteros in diſcordia poſitos facienda, ſicut Miniſtris videbitur, ita fiat, adhibito, ſi facultas affuerit, Epiſcopi Diœceſani cõſilio in hac parte.

Cap. XI. *Quando moleſtantur contra jus, aut eorum privilegia.*

14. Si verò Fratres, aut Sorores contra jus, vel eorum privilegia per Poteſtates, ſeu Rectores locorum, ubi domicilium obtinent vexationibus impetantur; Miniſtri loci ad eos Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios ſtudeant habere recurſum, juxta conſilium, & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri.

Cap. XII. *Quòd caveant, in quantùm poſſunt, à juramentis ſolemnibus.*

15. A juramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant niſi neceſſitate cogente, in caſibus per indulgentiam Apoſtolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, ubi videbitur expedire: In communi quoque loquella vitent, ut poterunt. Et qui die aliquo minùs cautè juraverit lapſu linguæ, prout contingere in multiloquio conſuevit, die ipſo in ſerò, cùm debet recogitare, quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam, propter incautè facta hujuſmodi juramenta: Memor autem ſit quilibet, ut ad Divina obſequia familiam propriam exhortetur.

Cap. XIII. *De audienda Miſſa, & Congregatione facienda.*

16. Vniverſi ſanè Fratres, & Sorores, cujuſcumque civitatis, aut loci diebus ſingulis, ſi commodè poterunt, Miſſæ Officium audiant. Et menſe quolibet ad Eccleſiam, ſive loca, ad quam, vel ad quæ Miniſtri curaverint intimare, conveniant, Miſſarum ſolemnia inibi audituri. Vnuſquiſque autem uſualis monetæ denarium Maſſario tribuat, qui pecuniam hujuſmodi colligat, & eam de conſilio Miniſtrorum inter Fratres, & Sorores paupertate gravatos, & præcipuè infirmantes, ac eos, qui funeris carere dignoſcuntur exequiis, & deindè inter pauperes alios dividant congruenter. Offerant inſuper de dicta pecunia Eccleſiæ memoratæ, tuncque, ſi commodè poterunt, virum religioſum, & in verbo Dei competenter inſtructum habere procurent, qui eos ad pœnitentiam, & miſericordiæ opera exercenda hortetur ſolicitè, moneat, & inducat. Studeat quilibet, dum Miſſæ celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, ſervare ſilentium, orationi, & officio ſit intentus, niſi cùm communis utilitas Fraternitatis impediret.

Cap. XIV. *De Fratribus infirmis, & defunctis.*

17. Cum autem quemquam ex Fratribus

bus infirmari contigerit, Miniſtri per ſe, vel alium, ſeu alios, ſi hoc eis infirmus fecerit intimari ſemel in hebedamada viſitare teneantur ægrotum, ipſum ſolicitè ad recipendum pœnitentiam, prout meliùs, & efficaciùs expedire putaverint, inducentes, neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. Et ſi præfatus infirmus de præſenti luce migraverit, Fratribus, & Sororibus tunc in Civitate, vel loco, ubi eũ contigerit mori, præſentibus nuntietur, ut defuncti exequiis procurent perſonaliter intereſſe, à quibus donec Miſſarum fuerint celebrata ſolemnia, & corpus tumulo conditum, non recedant. Hæc qnoque circa Sorores infirmas, & decendentes volumus obſervari. Præterea infra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediatè ſequentes, quilibet Fratrum, & Sororum ipſarum dicat pro anima ejus, Sacerdos videlicet Miſſam unam; ſciens Pſalterium quinquaginta Pſalmos; & illitterati totidem *Pater noſter*, & in fine cujuſlibet *Requiem æternam* adjiciant. Et poſt hæc infra annum, pro Fratrum, & Sororum tàm vivorum, quàm defunctorum ſalute tres Miſſas faciant celebrari. Qui verò Pſalterinm ſciverint, illud dicant, & cæteri Orationem Dominicam centies dicere non omittant, *Requiem æternam* in fine cujuſlibet additur.

Cap. XV. *De Miniſtris.*

18. Miniſteria quoque, ac alia officia, quæ præſentis formulę ſeries exprimit impoſita ſibi quiſque devotè ſuſcipiat, curetque fideliter exercere. Officium autem cujuſlibet certi temporis ſpatio limitetur. Nullus Miniſter inſtituatur ad vitam, & ejus miniſterium certum tempus comprehendat.

Cap. XVI. *De viſitatione, & correctione delinquentium.*

19. Ad hæc Miniſtri, & Fratres, & Sorores civitatis, & loci cujuſlibet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel Eccleſia, ubi locum hujuſmodi contigerit deeſſe, conveniant, & Viſitatorem habeant Sacerdotem, qui alicujus approbatæ Religionis exiſtat, qnique illis de commiſſis exceſſibus injungat pœnitentiam ſalutarem, nec quivis alius poſſit eis hujuſmodi viſitationis officiũ exhibere. Hujuſmodi autẽ viſitationis officiũ ſemel exerceatur in an. niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. Incorrigibiles verò, ac inobedientes monitio trina præveniat; Qui ſi ſe corrigere non curaverint, de ipſius Congregationis conſortio expellantur omninò de conſilio diſcretorum.

Cap. XVII. *De vitandis litigiis inter ſe, & cum aliis.*

20. Vitent inſuper FF. & Sorores, juxta poſſe litigia inter ſe, illa, ſi ſuſcitari contigerit, dirimendo: alioquin de jure coram illo reſpondeant, apud quem poteſtas reſidet judicandi.

Cap. XVIII. *Qualiter, & per quos in abſtinentiis poſſit diſpenſari.*

21. Ordinarij autem locorum, & Viſitator eum Fratribus & Sororibus univerſis, in abſtinentiis, jejuniis, & auſteritatibus aliis ex cauſa legitima, cum expedire viderint, poterunt diſpenſare.

Cap. XIX. *Quòd Miniſtri eorum manifeſtas culpas denuntient Viſitatori.*

22. Miniſtri verò manifeſtas Fratrum, & Sororum culpas Viſitatori denuntient puniendas, & ſi quiſquam incorrigibilis fuerit, poſt trinæ admonitionis inſtantiam à Miniſtris de diſcretorum Fratrum aliquorum conſilio Viſitatori nuntietur eidem, de fraternitatis conſortio abjiciendus ab ipſo, & in Congregatione poſtmodum publicandus.

Cap. XX. *Qualiter in prædictis nemo obligetur ad culpam mortalem.*

23. Cæterùm in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres, & Sorores hujus Ordinis; non ex Divinis Præceptis, vel ſtatutis, tenentur Eccleſiæ, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiat, & efficaciter ſtudeat adimplere.

24. Tertium hoc inſtitutum cum aliis duobus Minorum, & Sanctimonialium non immeritò judicavit Bonaventura præfigurata in trina illa Eccleſia reparata à S. Franciſco; ut ſicut illas tres materialiter reparavit, ita ſpiritualiter per tres Ordines, vel triplici pietatis ſubſidio unverſam juvaret, & repararet Eccleſiam. Verba ejus ſunt: [ Divinæ Providentiæ nutu, qua Chriſti Servus dirigebatur in omnibus; tres materiales Apud. Uvad. Ibid. n. 18.

erexit Eccleſias antequam Ordinem inchoans Evangelium prædicaret, ut non ſolù à ſenſibilibus ad intelligibilia,à Minoribus ad majora ordinato progreſſu conſcenderet; verùm etiam,ut quid eſſet facturus impoſterum,ſenſibili foris opere myſterialiter præſignaret. Nam inſtar reparatæ triplicis fabricæ ipſius Sancti viri ducatu, ſecundùm datam ab eo formam,regulam, & doctrinam,Chriſti triformiter renovanda erat Eccleſia, trinaque triumphatura militia ſalvandorum; ſicut & cernimus eſſe completum.]

25. Quoniam verò diximus, Regulam à Sancto Patriarcha compoſitam fuiſſe, à Nicolao IV. aliquantulum adauctam, ut regulam ipſam à Papæ verbis ſeparemus, adnotatum lego in Bordonio, & Vvadingo, quòd primum ejus Capitulum à Pontifice fuit appoſitum ſuper qualitatibus recipiendorum; à cap. 2. incipiunt verba Sancti Legiſlatoris uſque ad decimum nonum;exceptis illis in cap. 16. verbis,in quibus quaſi per parentheſim Pontifex de Viſitatore deligendo pertractat de mente propria: à cap. autem 19. cætera ſunt verba Nicolai Papæ Regulam approbantis: quæ omnia cum ipſo contextu evidenter appareant, non eſt, cur Vvadingi, eumque ſequentium judicium revocare debeamus in dubium.

Bordon. in Chron. c. 4 num. 11.

26. Vnum hìc ad S. Patris, hujuſque ſui Tertij Ordinis gloriam adnotandum cenſui; nempè à Seraphico Patriarcha ſine præcedenti exemplo inſtitum fuiſſe pro ſæcularibus in domo propria manentibus, ad faciliorem ſpiritualis vitæ methodum, Tertium Ordinem de Pœnitentia nuncupatum; facto exinde ad cæteras Religiones exemplo: ut Confectins, & Miranda notarunt apud Bordonium; immò & S. Bonaventura in vita S. Franciſci cap. 2. & alij in Vvadingo in commentariis hujus tertiæ Regulæ videndi.

Bordonus Ibid. n. 35.

## CAPVT II.

### *Tertij Ordidinis Franciſcani de Pœnitentia Apoſtolica Confirmatio.*

27. HOnorius III. Pontifex ſuper hujuſmodi Tertiariorum pœnitentiæ, & ſanctiratis incrementis ſummoperè lætatus,piiſſimum opus ad majorem in dies profectum animarum, quantùm poſſet, promoturus, Ordinem ipſum de Pœnitentia ſub hoc expreſſo titulo à ſe jam fuiſſe approbatum, declaravit, multiſque ſpiritualibus,& temporalibus privilegiis; quæ in Bordonio, in Antonio de Sillis, in compendio privilegiorum, atque in proprio hujuſce Tertij Ordinis libello latè deſcribuntur, ampliſſimè decoravit; quæ omnia per Gregorium IX. ejuſque Succeſſores confirmata,& ampliata fuiſſe leguntur.

28. Primò itaque Honorius III. vivæ vocis oraculo,dehinc per Breve Apoſtolicum. *Cum illorum &c.* kalendis Decembris 1224. Ordinem ipſum approbatum eſſe demonſtrarat: Gregorius IX. in litteris. *Nimis patenter &c.* ſeptimo kalend. Iulij 1227. *Deteſtanda humani generis &c.* 3. Kal. Aprilis 1228. (in quibus de præfata Honorij conceſſione meminit expreſsè) *Cum illorum &c.* kalend. Septembris 1229. vel 1234. & *Dilecte fili &c.* pridie nonas Iulij 1230. dum Ordinem ipſum ampliſſimis privilegiis exornat, ipſum ab Eccleſia fuiſſe approbatum, apertè demonſtrat. Innocentius IV. pluribus in litteris, præſertim vero in iſtis, *Intentos cultui &c.* Idibus Martij 1246. *Tuis devotis &c.* 7. kalend. Aprilis 1248. nova confirmatione, noviſque privilegiis ſpecialem ſuum ad hujuſmodi Tertiarios affectū voluit eſſe conteſtatum; utq; à numerandis nimia prolixitate litteris pontificiis ſuperſedeam, Alexander. IV. V. VI. & VII. Clemens IV. & V. VII. & VIII. Gregorius IX. X. XI. XIII. & XV. Vrbanus IV. V. & VIII. Cœleſtinus V. Bonifacius VIII. Nicolaus IV. & V. Ioannes XXII. (qui eos à malignantium calumniis juridicè vindicavit) Sixtus IV. & V. Martinus V. Eugenius IV. Calixtus III. Pius II. IV. & V. Paulus III. Iulius II. Leo X. aliique permulti cum ſuis Conſtitutionibus apud Antonium de Sillis,& Bordonium diffuſiſſimè, magnaque ex parte in Vvad. videndi, de hoc tertio Ordine ſingulari benevolentia voluerunt benemereri.

P. Ioannes Mar. de Vernó. in hiſt. Tert. Ord. art. 3.

29. Privilegia hæc Apoſtolica in hiſce magna ex parte conſtituta videmus, quòd Fratrum Minorum indulgentias conſequi valeant, Sacramenta percipere, Miſſis intereſſe, atque divinis officiis, & in Eccleſiarum cæmeteriis ſepeliri tempore interdicti durante, dummodo eidem

dem cauſam dediſſe non comprobentur: quòd ad juramenta, ad acceptanda ſui populi officia, & ad onera non cogantur, quibus ſęcularium cæteros ſubjectos eſſe contingat; quòd ad laica tribunalia non trahantur, unico verbo, quòd ſecundùm Eccleſiaſticorum jura Fori, Canoniſque, ut vocant, privilegiis debeant per omnia gaudere, aliaque per multa, de quorum vel conſervata, vel jam antiquata validitate in tertia parte tractabimus.

30. Cæterùm ut de formali, atque Apoſtolica ejuſdem pro Tertiariis Regulæ approbatione expreſſiùs agamus; Nicolai IV. Pontificiam Confirmationē. à Clemente V. in ſuis litteris ex integro inſertam ſtatim ex integro deſcribemus; quam etiam poſtmodum Gregorius XI. in alia ſua Bulla *Tenor quarumdam litterarum &c.* Datum Avinione 4. Idus Februarij anno tertio, & noſtræ ſalutis 1373. ad litteram repetivit, diploma Clementis exhibeo.

## CLEMENS PAPA V.

*Univerſis præſentes litteras inſpecturis.*

Vvad.t.3. Reg.1308. Bulla 20. 31. TEnorem cujuſdam privilegij fœlicis record. Nicolai Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum Minorum de Pœnitentia conceſſi, per nos viſi, & diligenter inſpecti de dicto originali ſumptum, ut de ipſo imposterum certitudo plenior habeatur, præſentib⁹ fecimus adnotari, qui talis eſt: [Nicolaus Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia tàm præſentibus, quàm futuris in perpetuum &c. Supra montem Catholicæ Fidei, quam populum gentium, qui ambulabat in tenebris, Diſcipulorum Chriſti ſincera devotio igne charitatis exæſtuans, verbo ſolicitæ prædicationis edocuit, quamque Romana tenet, & ſervat Eccleſia, ſolidum Religionis Chriſtianæ poſitum noſcitur fundamentum, nullis unquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt enim tota, veraque fides, abſq; cujus conſortio nemo in conpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit; hæc eſt, quæ ſalutis ſemitam præparat, & fœlicitatis æternæ prœmia grandia pollicetur. Ideoque glorioſus Chriſti Confeſſor B. Franciſcus, hujuſmodi Ordinis Inſtitutor, viam accedendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonſtrans, in ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudivit, eoſque illam profiteri conſtanter, tenere firmiter, & opere voluit adimplere, ut per ejus ſemitam ſalubriter incedentes mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum, ęternæ benedictionis effici poſſeſſores. Nos igitur Ordinem ipſum opportunis favoribus proſequi, & ad ejus augmentum benigniùs intendentes ſtatuimus, ut omnes, quos ad ſervandam huiuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum. *&c ut ſupra in Capit. primo Regulæ ad c.* 19. *uſq; ad poſtmodum publicandus.* Cæterùm in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres, & Sorores veſtri Ordinis non ex divinis præceptis, vel ſtatutis tenentur Eccleſię, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam pro trāſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiāt, & efficaciter ſtudeant adimplere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit in curſurum. Datum Reate 15. kalendas Septembris Pontificatus noſtri anno 2.] Datum Avinione 3. kalend. Septemb. anno quarto.

32. Regulam ipſam lucubrationibus ſuis illuſtrare non erubuerunt plurimi, graviſſimique Scriptores etiam extranei, ut Dionifius Carthuſianus, Vvad. & alij, quos opportuno loco recenſebimus.

## CAPVT III.

*Ampliatio, & excellentia Tertij Ordinis Franciſcani.*

33. A Seraphico Doctore S. Bonaventura legimus, tres iſtos Ordines in triplici Eccleſia per S. Franciſcum divino juſſu reparata fuiſſe præfiguratos,

guratos, ut diximus; in illa itidem tri-
plici moneta, quam, jubente Domino
Ieſu, in ſinu ſuo mirabiliter inventam
eidem Redemptori obtuliſſe legitur:
dragma enim, quam Dominus per pec-
catorum ſordes perdiderat, hominum
animas ſuo pretioſiſſimo ſanguine redē-
ptas eſſe non dubitamus, quas in tripli-
ci Ordine divina diſpoſitione fundato
Franciſcus ad Creatorem ſuum reducere
conatur; unde Tertium *de Pœnitentia* vo-
luit nuncupare; nimirum (ait S.Bonavē-
tura) ſicut in cœlum tendentibus pœni-
tentiæ viam conſtat omnibus eſſe com-
munem, ſic & hic ſtatus Clericos, &
Laicos, Virgines,& conjugatos ex utro-
que ſexu admittens,quanti ſit apud Deū
meriti, ex plurimis ejus profeſſoribus
jam Sanctorum, & Beatorum Cathalogo
adſcriptis innoteſcit.

S. Bonav. in vita S. Franc. c. 4.

Tertull. apud Vvading. t. 1. an. 1221. n. 13.

34. Illo ſpiritus fervore, iis pœniten-
tiæ fructibus in prima ſua inſtitutione
vivebant, ut teſte Mariano, non aliter
viverent, quàm primi illi diſciplinę Chri-
ſtianæ Magiſtri, de quibus Tertullianus
[ & fidei unitate,& ſpei fœdere coibant
in Cœtum, ut ad Deum,quaſi manu fa-
cta, precationibus ambirent orantes. In
Congregatione præſidebant probati qui-
que ſeniores,honorem iſtum non pretio,
ſed teſtimonio adepti: (neque enim pre-
tio illa res Dei conſtat) qui mores om-
nium formabant. Pœnes hos adhibitis
ſuæ fidei teſtibus arca erat communis,
in quam modicam unuſquiſque ſtipem
menſtrua die, vel cum vellet, & ſi mo-
dò vellet, & ſi modò poſſet apponebat.
Pietatis exercendæ hæc erant depoſita,
nam inde non epulis, vel poculis, nec
ingratis voratrinis diſpenſabatur, ſed
egenis humandis, alendiſue, & pueris,
ac puellis re, ac parentibus deſtitutis,
jamque domeſticis ſenibus, item nau-
fragis, & ſi qui in inſulis, vel in cuſto-
diis dumtaxat ex cauſa fidei alumni Con-
feſſionis Catholicæ fiebant.] Ex collectis
pietatis ſtipendiis Xenodochium ad Vr-
bis Florentinæ muros conſtruxerunt in-
firmis curandis,& ſenibus fovendis. Ad-
miſſæ ad charitatis obſequia fœminæ,ne
fierent pietatis extorres ut ſupra notavi-
mus.

Ibid. n. 14.

35. Adhuc extat Xenodochium in pla-
tea S. Mariæ Novellæ ſub ſancti Pauli
invocatione: tranſlata verò, & aucta
Congregatio ſub S. Antonio Præſule in
Civitatis penetralia juxta Eccleſiam S.
Martini, ut commodius, & facilius fie-
ret egenorum obſequium. A pietatis mu-
nere, & vicina æde dicti ſunt boni vi-
ri S. Martini, nec tamen Fratrum Pœni-
tentum Ordinis S. Franciſci nomen ali-
quando neglectum.

36. Quantâ gloriâ per univerſos terræ
angulos, etiam in ſupremis Regum, &
Imperatorum aulis efflorere meruerit;
ampliſſimum S. R. E. Cardinalem Ga-
brielem de Trejo ad propoſitum magna
cum emphaſi dicentem juvat audire:
cùm enim Lucas Vvadingus ad ipſum
ſcripſiſſet, quaſi collandans, vel gratias
agens, quòd Tertium S. Franciſci Ordi-
nem ſua profeſſione honorare voluiſſet,
ipſe ad Vvadingum in hæc verba reſ-
pondit, datis litteris ex Civitate Tibur-
tina die 3. Iulij 1621...... [ At tu admira-
ris, & ſolemnibus celebrare cupis enco-
miis,me poſt purpuram Cardinalitæ Di-
gnitatis habitum Tertij Ord. induiſſe,
& ſolemniter tertiam Patris noſtri Fran-
ciſci Regulam profeſſum fuiſſe: ſed quo-
modo, qui me ipſum, & omnia, quæ
habeo, Franciſci eſſe profitebar, poſ-
ſem qualecunque devotionis ſignum ex-
hibere, niſi me ipſum ſuæ Religioni de-
voverem? Anne indignus eſt Franciſci
funis, quo regia purpura cingatur? eo
præcinctus Ludovicus Rex Galliæ, Eliſa-
beth Vngariæ Princeps in Sanctorum
numerum relati; Imperatrices, Reges,
Reginæ, & alij Principes viri: quorum
numerum tempore mortis ſuæ devotiſ-
ſimè habitum ſuſcipiens, auxit hoc an-
no 1621. Philippus III. Rex Hiſpania-
rum, & paulò ante ſereniſſima Hiſpa-
niæ Regina Elizabeth, Philippi IV. Do-
mini noſtri Vxor, & nobiliſſima Princeps
Maria, ejuſdem Philippi IV. germana
Soror, quæ etiam huic Tertiæ Religioni
nomen dederunt, quas cum potentiſſimo,
& piiſſimo Rege Deus diu incolumes ſer-
vet. An fortè non decet regiam digni-
tatem cilicium? decet certè & tempore
Eliſæi Prophetæ eo uſum Regem Iſraël
narrat hiſtoria Sacra. Vnde ergo mira-
ris, quòd Cardinalis cinericium habitum
purpuræ imponat, & chordâ ſe præcin-
gat? Dicis, humilis habitus eſt tantæ
dignitati. At ego reſpondeo, ideo ſuſci-
piendum hoc tempore, cum tanto humi-
lior, atque ad ſerviendum Deo promptior
quiſquam debeat eſſe ex munere, quan-

In Martyr. Franc. in addit. §. 202. impreſſ. 1.

to

tò ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione &c. Quid ergo ego facerem eo tempore, quo indignus ad tam ſupremum Eccleſiæ evehebar gradum, niſi humilitate Franciſci me tueri, quo ſecuriùs poſſem oneris injuncti procellas, labores, & onus ſuſtinere? ſed quid multa? nonne cinericius habitus Franciſci verè purpureus eſt, quo ornari poſſit Regia, & Cardinalitia Dignitas? verè purpureus eſt, quem Chriſti ſignat cruor, & paſſionis ejus coronavit fides. & quem Chriſti vice proprio ſanguine è ſacris ſtigmatibus effluente, rubrefecit Franciſcus. An ne humilitas Chriſti ſervitus eſt? ſervilis non eſt, quam regalis nobilitat purpura, ornamentum eſt purpura regium. Hunc ſi quis vel dedignetur, vel abhorreat habitum: reſpiciat, quòd non griſeus, ſed purpureus ſit: humilitas namque ſuſcepta pro Chriſto regiam præfert dignitatem. Quid ergo feci? purpuram purpurâ contexi, Cardinalitiam Regiâ, tantùm abeſt, quòd me humiliaverim, ut meritò dubitare poſſim, an ſuperbierim.] Cætera pertranſeo, quæ hic Eminentiſſimus Cardinalis piè, & humiliter de ſe proloquitur in commentariis Vvadingi ſuper tertiam Regulam ex integro legenda.

37. De admirabili locorum de Pœnitentia Tertiariorum, & incredibili ſubita multiplicatione, cum dicto citiùs Italiam, Germaniam, univerſamque ferè Europam repleverit; irrefragabile hoſtis ſui acerrimi teſtimonium in ipſo ſuę inſtitutionis initio ad majorem veritatis atteſtationem audiamus. Petrus de Vineis ipſe eſt, Federici II. Cæſaris Secretarius, ideoque cum Domino ſuo Romani Pontificis, & Eccleſiæ inimicus acerrimus Fratres Minores, quaſi fortiſſimas, & inſuperabiles cohortes contra ſchiſmatici Imperatoris contumaciam extremo perſequens odio, dum ex Tertio per eos (ajebat) Ordine inſtituto fortiores illos contemplaretur effectos, utpote cui Marchiones, & Comites, locorumque Dominos, & nobiles quoſque, immò Reges, & Principes cum ſuis uxoribus, filiis, & populis nomen dediſſe conſtabat, frementi calamo ſic contra illos invehitur: [Duas novas Fraternitates creaverunt; ad quas ſic generaliter mares, & fœminas receperunt; quòd vix unus, & una remanſit, cujus nomen in altera non ſit ſcriptum.] S. Antonius in ejus laudem ſic calamo Sanctiori notavit: [Fraterna dilectione devictus B. Franciſcus, ad inſtar Patriarchæ Noe Arcam fabricavit, & tricamentam fecit, ideſt Religionem, ſcilicet Fratrum, Monialium, & Tertij Ordinis: ut habitantes in ea præſervaret à diluvio vitiorum, & morte inferorum, omni ſtatui cupiens dilectione providere.]

Martyr. Franciſ. die 3. Ian. §. 6.

Ibid. fol. 5. §. 5.

38. Notandum verò, quòd juxta digniſſimum S. Gamalielis effatum, *Si opus Dei eſt, non poteritis diſſolvere illud*; tametſi univerſæ malignorum ſpirituum cohortes ad hujus Inſtituti deſtructionem impia conjuratione conſpiraverint, ut Batholomæo Barro in Vrbe celeberrimo priùs Advocato, dehinc hujus ſodalitij profeſſori piiſſimo per os cujuſdam energumeni confeſſi ſunt; quamvis malignãtium hominum validi conatus contra ejuſdem clariſſimos progreſſus inſurrexerint; ſemper tamẽ Deo protegente fœlicioribus incremẽtis in hunc uſque diem per univerſos terræ angulos, etiã in ultimis Americæ, & Aſię partibus, Regibus, & Reginis, ab egenis, & plæbęis ſolemniter acceptum glorioſiſſimè proſperatur: unicum proferam exemplum. In Germania univerſa, in Polonia, finitimiſque Regnis tertio jam ſuę Inſtitutionis ſæculo, prædicante B. Ioanne de Capiſtrano adeo mirabiliter excreverat, ut Capiſtranenſis ipſe breviſſimo tempore plurimas à diverſis Provinciis epiſtolas exceperit, in quibus de fœliciſſimo ipſius progreſſu, de adverſis aliquorum conatibus, necnon de dubiis ſuper obſervandam vivendi methodum diffusè narrabatur. Vnicam hîc Miniſtri Cracovienſis placuit ex Vvading. deſcribere.

Ex. Act. Apoſt. c. Martyr. Franc. die 3. Ianuarij.

*Reverendiſſimo in Chriſto P. Fr. Ioanni de Capiſtrano hæreticæ pravitatis Inquiſitori, unicæ ſpei noſtræ, & conſolatori.*

39. HVmillima ſubjectione cum debita obedientia, & reverentia jugiter præambula, Reverendiſſime in Chriſto, immò Sancte Pater, & conſolatio noſtra ſpiritualis, lumenque unicum oculorum noſtrorum. Pia veſtra Paternitas ſcite non abnuat, quòd hæc Sancta Congregatio Fratrum, & Sororum Pœnitentium de tertia Regula Soraphici P. noſtri Franciſci, quam Dominus

Vvad. t. 6. ann. 1455. n. 125.

minus Omnipotens in Regno Poloniæ ignito ſui verbi eloquio per Veſtram Paternitatem innovare, plantare, erigere, & ſeminare dignatus eſt, dignatur pariter imbre ſuorum inacceſſibilium chariſmatum irrigare, & quantò ulteriùs, tantoplùs, & meliùs ipſo Domino cooperante creſcit, & augetur ſpectabilis, & religioſi Patris, & Fratris Ladiſlai de Ordine Minorum Guardiani Conventus S. Bernardini, Viſitatoris dictæ noſtræ Congregationis ſalubribus ſuffulta præſidiis, & documentis vitæ commendabilis pariter, & exemplis, cui pro tantis favoribus, laboribus, & curis huic noſtro Ordini per ipſum adhibitis, & in futuro adhibendis in conſpectu piæ veſtræ Paternitatis æquas, & condignas gratiarum actiones impendere non valemus. Attamen Veſtra Paternitas ſuper eodem Patre nobis relicto in refugium, & ſolatium ſingulare ſimul, & illi grates utcumque veſtris, & illius meritis impares impendimus, Deum pro fœlici ſtatu veſtro, & illius voce concinna, votoque concordi deprecantes, quippe ad noſtrorum nemo poteſt addere plenitudinem gaudiorum, quoties vita fauſta veſtra auditibus noſtris percipitur inſonare, quia vivere veſtrum, noſtrum vivere, & lnerum; & diſſolvi veſtrum, noſtrum reputamus &c. Valeat Veſtra Reverenda Paternitas ſana, læta, & proſpera. Dat. Cracoviæ ipſo die S. S. Fabiani, & Sebaſtiani Martyrum anno 1455.

*Fr. Bartholomæus indignus Fratrum, & Sororum Pænitentium Ordinis S. Franciſci Miniſter.*

40. DEnique quemadmodum Sacer Ordo Min perfectum ſæculi cōtemptum prædicavit hominibus, fidemque catholicam infidelibus; atque Clariſſę, ſecundus Seraphici Patriarchæ partus tum Evangelicæ paupertatis apicem, tum ad nobiliorem Virginitatis cautelam clauſuræ cuſtodiam inter Sanctimoniales induxerunt; ita Tertius Ordo *de Pænitentia* dictus Sanctimoniam in aulis Regum, & in pauperum tuguriis altè fundavit nobilitatis, & ſanctitatis clariſſimis ſplendoribus longè conſpicuus. Notandum tamen, quòd Ordo hujuſmodi de Pœnitentia à Chordigerorum Sacra Societate latè diſtinguitur, dum ille à Seraphico Patre immediatè, iſta ab ejus filiis ſuam recognoſcunt originem: hæc ad Sanctiſſimi Roſarij, cæterarumque Confraternitatum exemplar paucis conditionibus obſervandis tota conſiſtit; ille ampliſſimâ Regulâ gubernatur: hæc ſimplici fune benedicta inſignitur; ille deſignato habitu, vel ſaltem amplo ſcapulari decoratur; hæc à ſtatu ſæculari ſuos profeſſores nullo modo relevat, ille ſuos ad eccleſiaſtica privilegia (ut dicemus) aliqualiter extollit.

41. Advertendum adhuc principaliùs, quòd ad hujus tertij de Pœnitentia Ordinis apparentem ſimilitudinem, ſed toto differens cœlo ſurrexit deinceps Congregatio quædam, quæ Ieſu Chriſti Pœnitentium dicebatur, ſed ſine ſolida pietatis ſubſtantia, cum ſola hipocriſis larva; quam idcircò cùm Gregorius X. in Lugdunenſi Concilio condemnaſſet; & ſimiliter in Viennenſi Clemens V. Beguardorum, & Beguinarum, atque Fraticellorum ſatanicam ſocietatem anathematizaſſet; occaſionem miniſtravit averniei ſerpentis æſtus, & malitia, ut pluribus in locis ſacer hic Franciſcanus de de Pœnitentia Ordo pluribus in locis à malignantium calumniis, & deinde tetertimo aliquorum Scriptorum attramento peſſimè haberetur: Calumnias verò, vel ex hoc potiſſimùm efficaciſſimè diſſipatas eſſe gaudemus; quod ab ipſo Clemente V. fuerit Ordo ipſe cum ſua Regula per Apoſtolicas litteras, quas ſupra citavimus, confirmatus, qui Beguardos, & fraticellos eodem tempore condemnavit; efficaciùs autem cum Ioannes XXII. poſt Clementem calumnias illas pura mendacia, inductaſque à Diabolo malignitates eſſe, declaravit; Cùmque iterum ſubaudiret, his non obſtantibus Tertiarios ipſos tamquam de hæreſi ſuſpectos alicubi inſimulari, graviter dolens Pontifex, poſt examen plurimis in Provinciis Epiſcoporum zelo commiſſum, poſt graviſſimam, plenamque veritatis diſcuſſionem, edito novo Diplomate declaravit, ſuum hunc Ordinem non in Concilio condemnatum, ſed ab Eccleſia Catholica pluries approbatum, & confirmatum, multis privilegiis meritò decoratum, à Beguinis, à Beguardis, necnon à Fraticellis quàm longiſſimè alienum, animarumque ſaluti valde proficuum: Deinde majoris ſinceritatis gratiâ,

tia, & ad huius Congregationis candorem Epiſcopum, Officialeſque Baſileenſes graviter caſtigari mandavit; quòd à præfatis calumniis poſt Romani Pontificis ſententiam pertinaciter non recederent: Litteras ſuas Apoſtolicas per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, & Germaniam, atque per Orbem Chriſtianum ſolemniter publicari præcepit, longè majori gloria, & incremento illorum, quos ſerpens antiquus pietatis omnis hoſtis acerrimus infernali æſtu diſſipare tentaverat: jam ſupereſt, ut diplomatum exemplar exhibeam.

IOANNES PAPA XXII.

*Venerabilibus Fratribus univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, aliiſque Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum.*

Vvad.t.3. Reg.1319. bull.56. Ioan.XXII. 42. ETſi Apoſtolicæ Sedis authoritas tueri debeat, quę apud ipſam meruerunt approbationis præſidio communiri, ad curam tamen dictæ Sedis ſpecialiùs pertinere dignoſcitur, ut Religionis, per quam ad divini nominis laudem tenditur, & ſalus fidelium impetratur, ſtatus per Sedem approbatus eamdem, inviolabiliter perſeveret. Religionem huiuſmodi approbatam manutenere favorabiliter, efficaciter defenſare, ita quòd impugnationis cuiuſlibet ceſſante turbine, perſonæ Religionis eiuſdem liberis, clariſque mentibus vacare valeant divinis beneplacitis exequendis. Sanè dilecti filii Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum nuper in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia fecere proponi, quòd licèt Tertius Ordo Fratrum, & Sororum, qui còntinentes, ſeu de Pœnitentia nuncupantur, à Beato Franciſco inſtitutus, & à Sede præfata jam dudum probatus, & confirmatus, ac etiam communitus diverſis privilegiis extitiſſet, dictique Fratres, & Sorores ipſius Tertij Ordinis ſub cura, & doctrina eorumdem Fratrum Minorum, juxta tenorem ordinationis à piæ memoriæ Nicolao Papa IV. prædeceſſore noſtro ſuper hoc factę, vixerint, & vivant in Obſervantia Regulæ Tertij Ordinis antedicti: Nonnulli tamen Prælati, & Rectores Eccleſiarū, Civitatum, & Diœceſum diverſarum, præſertim Alamanniæ partibus conſtituti, conſtitutionem, per quam fœl. rec. Clem. Papa V. prædeceſſor noſter, quarumdam mulierum, quæ vulgariter nuncupantur Beguinæ, quę non profitebātur aliquam Regulam approbatam, aut ſtatum, ex cauſis rationabilibus in conſtitutione ipſa expreſſis, in Concilio Viennenſi per eum celebrato, perpetuò prohibuit, ac illum ab Eccleſia Dei penitus abolevit; ad dictos Fratres, & Sorores de Pœnitentia perperam extendere intentant, & ejuſdem conſtitutionis prætextu eoſdem Fratres, & Sorores de Pœnitentia ad dimittendum habitum, atque ſtatum hujuſmodi Regulæ ipſorum per excommunicationis, & interdicti ſententias, aliaſque pœnas indebitè conati ſunt, & conantur jugiter coarctare; in ipſos Fratres, & Sorores de Pœnitentia pro eo, quòd in iis non paruerunt eiſdem, ſicut nec etiam debuerunt, de facto excommunicationum proferēdo ſententias, aliaque diverſa ipſis gravamina inferendo, prætendunt quoque ijdem Prælati, & Rectores minùs veraciter, dictos Fratres Minores ex eo Fautores exiſtere perſonarum damnatarum per conſtitutionem eamdem, quia eiſdem Fratribus, & Sororibus de Pœnitentia communicant, & eos recipiunt ad divina, & propter hoc ipſos Fratres Minores per Conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incurriſſe, illos excommunicatos denunciant, & ſententiam ipſam aggravant contra eos; Civitates, & loca, in quibus dicti Fratres Minores inhabitant Eccleſiaſtico interdicto ſupponunt, ac eis eleemoſynas, ac alia vitæ ſubſidia ſubtrahunt, & ab aliis ſubtrahi faciunt, ipſoſque aliàs multipliciter gravant appellationibus, etiam pro parte dictorum Fratrum, & Sororum de Pœnitentia, & Fratrum Minorum ad ipſam Sedem interjectis propterea vilipenſis. Quare pro parte dictorum Miniſtri, & Fratrum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut providere in hac parte de celeri, & opportuno remedio dignaremur. Cum itaque Conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis minimè ſe extendat, univerſitati veſtræ de Fratrum noſtrorum prædictorum conſilio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratos Fratres, & Sorores de Tertio Ordine prælibato,

vel Fratres Minores, ſeu quoſvis alios occaſione præmiſſa nullatenus moleſtetis, nec permittatis ab aliis quomodolibet moleſtari, niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam aliud ordinari, & ne ſuper his ſecus faciatis, diſtrictiùs inhibemus. Nos enim quidquid à Prælatis, & Rectoribus ſupradictis, vel quibuſlibet aliis contra prælibatos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut alios hujuſmodi prætextu attentatum forſitan eſt hactenus, vel à vobis, ſeu quibuſlibet aliis contigerit attentari, ex nunc nullius omninò decernimus exiſtere firmitatis, dictoſque Fratres Minores in admittendo ad divina ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, & communicando eis, ut præfertur, & prælibatæ conſtitutioni minimè derogaſſe. Dat. Avinione 7. Kalen. Martij anno 3.

## IOANNES PAPA XXII.

*Venerabili Fratri Archiepiſcopo Biſuntin. & dilectis filiis Decan. Conſtantien. ac Suvetin. S. Joannis Biſuntin. Eccleſiarum.*

Uvad.t.3. Reg.1320. bull.81. Ioan.XXII. 43. DVdum dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum ſignificantibus nobis, quòd licèt Tertius Ordo Fratrum, & Sororum, qui continentes, ſeu de Pœnitentia nuncupantur &c. *ut in Bulla 56. Ioan. uſque ad, aliáſque pœnas*, indebitè conſtringere nitebantur in eoſdem, pro eo, quòd in his non parebant, ſicut etiam nec debebant, Prælatis, & Rectoribus memoratis, de facto excommunicationum proferendo ſententias, aliaque ipſis diverſa gravamina inferendo, quòdque ijdem Prælati, & Rectores minus veraciter prætendentes, dictos Fratres Minores fautores exiſtere perſonarum damnatarum per Cõſtitutionem eamdem, pro eo videlicet, quia eiſdem Fratribus, & Sororibus de Pœnitentia communicabant, & ad divina recipiebant eoſdem, & propter hoc ipſos per Conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incurriſſe, & excommunicatos denunciabant, & aggravabant hujuſmodi excommunicationis ſententiam contra eos, Civitates inſuper, & loca, in quibus ipſi Fratres Minores inhabitabant, ſupponebant Eccleſiaſtico interdicto, ac eis eleemoſynas, & alia vitæ ſubſidia ſubtrahebant, appellationib⁹ etiam pro parte dictorum Fratrum, & Sororum de Pœnitentia, & Fratrum Minorum ad dictam Sedem interjectis propterea vilipenſis, ac eiſdem Miniſtro, & Fratribus Minoribus nobis humiliter ſupplicantibus, ut providere in hac parte de celeri, & opportuno remedio dignaremur. Nos attendentes, quòd Conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ſe minimè extendebat, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, aliiſque Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum de Fratrum noſtrorum conſilio per litteras noſtras dedimus in mandatis, ut memoratos Fratres, & Sorores de Tertio Ordine prælibato, vel Fratres Minores, ſeu quoſvis alios occaſione præmiſſa nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab aliis quomodolibet moleſtari, niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam aliud ordinari: Nec ſuper his ſecus facerent, eis diſtrictiùs inhibendo, ac nihilominus quidquid à Prælatis, & Rectoribus ſupradictis, vel quibuſlibet aliis contra Fratres prælibatos, & Sorores ipſius Tertij Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut aliàs hujuſmodi prætextu attentatum forſan eſſet hactenùs, vel ab eis, vel quibuſvis aliis contingeret attentari, ex tunc nullius omninò decrevimus exiſtere firmitatis, dictoſque Fratres Minores in admittendo ad Divina ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, & participando cum eis, ut præfertur, prælibatæ Conſtitutioni minimè derogaſſe, prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Et licèt hujuſmodi ad Venerabilis Fratris noſtri Geraldi Epiſcopi Baſilien. & Richardi Officialis ſui notitiam deveniſſent, ex parte dictorum Miniſtri, & FratrumMin. humiliter requiſiti fuiſſent, ut Fratres, & Sorores dicti Tertij Ord. in ſuis Diœceſi, & Civitate conſtitutos, dictoſque Fratres Minores occaſione Conſtitutionis prædictæ, quæ, ut præmittitur, ad dictos Fratres, & Sorores ejuſdem Tertij Ordinis extendi minimè noſcebatur, juxta mandatum noſtrum per dictas litteras eis factum, nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab aliis moleſta

moleſtari,ſed gravamina, ſi qua prætextu Conſtitutionis hujuſmodi eis intulerant, vel inferri fecerant, revocarent. Ijdem tamen Epiſcopus, & Officialis prædictis litteris, non abſque magnæ temeritatis audacia, irreverentia, & contemptu illudentes potiùs, quàm parentes, infraſcriptis perſonis quilibet eorum litteras infraſcriptas, videlicèt ſuis ſigillatas ſigillis dirigere temerè præſumpſerunt. Quæ quidem litteræ eorum ſigillis munitæ cum fuiſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinatæ, & ad notitiam noſtram deductæ: Nos dilecto filio noſtro Petro tituli S. Suſannæ Presbytero Cardinali commiſimus oraculo vivæ vocis, ut, an dictæ litteræ veræ eſſent, ac veris dictorũ Epiſcopi, & Officialis ſigillis munitę, ſe diligentiùs informaret, qui tàm per Procuratorem præfati Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter conſtitutum, quàm per nonnullos alios fide dignos de partibus illis ad ſuam propter hoc præſentiam acceſſitos, qui litteras, & ſigilla prædicta eis oſtenſa recognoverunt præſentialiter, eſſe vera, certioratus, quòd dictæ litteræ veræ erant, & veris dictorum Epiſcopi, & Officialis ſigillis munitæ, nobis fecit ſuper hoc relationem plenariam, & fidelem; propter quod earum litterarum tenores de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendos, qui tales ſunt. Gerardus Dei gratiâ Baſilien. Epiſcopus, Dilectis in Chriſto univerſis Decanis, Camerariis, Rectoribus, Incuralis, Vicariis, & Capellanis Eccleſiarum Civitatis, & Diœceſis noſtræ Baſilien. Salutem in Domino Ieſu Chriſto. Cum nos ad inſtantiam Fratrum Minorum quoddam *Vidimus* de quibuſdam litteris papalibus, ad honorem, & reverentiam Summi Pontificis Domini noſtri, & Sedis Apoſtolicæ dederimus: ne propter hoc de obſervatione proceſſuum noſtrorum quorumcumque à nobis, vel authoritate noſtra emanatorum aliquod dubium propter ignorantiam multorum ſimplicium oriri contingat, vobis univerſis univerſaliter, & ſingulis ſingulariter ſignificamus in his ſcriptis, quòd propter devotionem dicti *vidimus* nolumus præſentibus noſtris quibuſcumque in aliquo derogari. Datum apud Telpg. ſub ſigillo noſtro anno Domini milleſimo trecentiſimo decimo nono in Vigilia Pentecoſtes. Officialis Curiæ Baſilien. Decano citra Otensbuſel, cæteriſque confratribus ejuſdem decanatus ſalutem in Domino. Nuper ad noſtrum veridicorum relatione pervenit auditum, quòd Fratres Minores quaſdam Bullas Papales in Eccleſiis noſtris, & in Diœceſ. Baſilien. deferunt, & oſtendunt, per quas ſententias, & proceſſus à nobis contra eoſdē, & Beghnias habitum Beghniagij deferentes authoritate ordinaria latos, & latas evadere moliuntur, quorumque prætextu aſſerunt, Beghnias de tertia Regula in priſtino ſtatu debere remanere. Quare mandamus vobis univerſis, & ſingulis ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam in contrarium facientes monitione trium dierũ præmiſſa ferimus in his ſcriptis, quatenus dictis bullis oſtenſis, & oſtendendis non obſtantibus, quibus per vos nullam fidem, ſeu credulitatem volumus adhiberi, omnes proceſſus noſtrós contra dictos FF. Minores, & Beghnias, & eorũ fautores latos ſecũdùm eorum continentiam, & tenorem publicatis obſerveris, & ab omnibus faciatis inviolabiliter obſervari, ipſoſque Fratres, & Beghnias arctiùs evitetis, donec à Domino noſtro Epiſcopo, vel nobis aliud receperitis in mandatis. Datum an. Domini milleſ. trecenteſ. decimo nono feria quinta ante Dominicam Palmarum. Nolentes igitur tantę pręſũptionis exceſſum conniventibus oculis pertranſire, ne ipſorum impunitas præbeat aliis audaciam ſimilia committendi, diſcretioni veſtræ in virtute obdientiæ diſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenus, vos vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios præfatos Epiſcopum, & Officialem ex parte noſtra peremptoriè citare curetis, ut idem Epiſcopus ſub ſuſpenſionis infra duorum menſium ſpatium, dictus verò Officialis ſub excommunicationis pœna infra viginti dies poſt citationem veſtram hujuſmodi, quas pœnas eos incurrere volumus ipſo facto, niſi fecerint, quod eiſdem injungitur, Apoſtolico ſe ſe Conſpectui repręſentent, ſuper his facturi, & recepturi, quod juſtitia ſuadebit eiſdem Epiſcopo, & Officiali, eorum videlicet cuilibet ſub pœnis ſimilibus, quas eos incurrere volumus ipſo facto, ſi infraſcripto mandato non paruerint cum effectu, ſimiliter injungentes, ut cũ occaſione Conſtitutionis prædictæ contra Fratres, & Sorores dicti Tertij Ordinis, & con-

tra Fratres Minores præfatos, & participantes cum eis ante receptionem dictarum litterarum noſtrarum, & poſt de facto nonnullos propter præmiſſa dicantur feciſſe proceſſus, in eos etiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias proferendo, proceſſus, & ſententias hujuſmodi propter præmiſſa habitos, & prælatos, prout de facto fecerunt, eoſdem de facto debeant revocare, & revocatos fore in prædictis Civitate, & Diœceſi facere publicari, quòdque deinceps à ſimilibus debeant abſtinere. Diem verò citationis, & injunctionis hujuſmodi, & quidquid ſuper his duxeritis faciendum, nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes ſimiliter intimare curetis. Datum Avinione 14. Kal. Maij anno quarto.

Ibid. bull. 82. 44. Quod idem, eaſdem litteras repetendo, Archiepiſcopo Biſuntino, & Succentori S. Ioannis Biſuntin. & Buxulo de Parma Canonico Tornacenſi Capellano ſuo commiſit.

45. Deinde majoris expreſſionis gratiâ per locorum Ordinarios voluit, ut Tertiarij de erroribus, de quibus alicubi inſimulabantur, examinarentur, quos innocentes repertos eſſe, patet in Chronicis Minorum; Obſervat autem Vvadingus ad annum 1322. n. 66. quàm honoratis titulis eos ſemper Pontifex appellet, maximâ à fraticellis differentiâ, & quàm glorioſè de Minoribus, & Clariſſis ibidem diſcurrat.

IOANNES PAPA XXII.

*Vniverſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Narbonen. Toloſan. Auxitan. Burdegallen. Terraconen. Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebredunen. Provincias conſtitutis.*

Vvad. t. 3. 1322. Bull. 110. Ioan. XXII. in Reg. SI ea, quæ pro ſalute fidelium in propagatione exemplarium actionum, & in perennis vitæ præmium conſequendum per Sanctorum Patrum veneranda ſtudia ſancta, & pia ſumpſere principia, poſtmodum ex humanæ malignitate naturæ, quę ſemper ad vetita labitur, & plus quærit ſapere, quam oportet, in pernicioſos revolvuntur errores, animarum perniciem parituros, ad Romani Pontificis providentiam pertinet, errores ipſos non pertranſire ſilentio, ſed priuſquam ſpacientur, & affluant, perſonas in ipſis demerſas erroribus, vel paterna caſtigatione corrigere, vel in eis, ſi opus fuerit, condignæ ultionis acrimoniam exercere. Conſtat ſiquidem, glorioſum illum B. Franciſcum Domini Confeſſorem tres Ordines, priuſquam ad cœleſtia regna tranſiret, inſtituiſſe ad Chriſtianæ Religionis augmentum, & ſalutem fidelium populorum, in univerſalis Eccleſiæ firmamentum. Primum namque *Fratrum Minorum* Ordinem voluit appellari, Secundum *S. Claræ*, ſeu *Minoriſſarum*, juxta Provinciarum idiomata nuncupatum, & tertium *Continentium*, ſperans Cōfeſſor ipſe juxta Sanctiſſima ſine ruga, & macula vota ſua, quòd profeſſores ipſorum Ordinum per virtutum odoramenta percurrerent, & in æternum Eccleſiæ Dei ſuaviſſima redderent holocauſta. Et licèt ex primis duobus Ordinibus, prout in Domino congaudemus, ſuaves, & emeritos laudibus ſentiamus odores, de nonnullis profeſſoribus tamen ejuſdem tertij Ordinis, gravis ad noſtri Apoſtolatus auditum, quod dolenter referimus, pervenit infamia, ultionis acrimoniam in profeſſores ipſos, ſi dictis facta conveniunt, relatura. Videlicet, eſſe in hujuſmodi Ordine tertio nonnullas ſexus utriuſque perſonas, quæ volentes potiùs ſuo errore perire, quàm evangelicâ doctrinâ, & ſalubri perſuaſione proficere, de articulis fidei, de Sacramentis Eccleſiæ, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac in quantùm claves ejuſdem Eccleſiæ ſe extendunt, altercari, & diſputare: nonnulli etiam ex eis aliter, quàm Romana Eccleſia doceat, & ſentiat, ſentire, & profiteri præſumunt, in derogationem, quantùm in eis extat, Catholicæ Fidei, & in perniciem ſuarum, & aliarum, quas aſtutè decipiunt, ſimplicium animarum. Nos itaque dignum cenſentes, & debitum, ut ſuper his per nos, & veſtrum quemlibet authoritate noſtra, cum ſitis in partem noſtræ ſolicitudinis evocati, habeatur indago, & certitudo plenaria veritatis, Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus, ne talis morbi contagium in fideles ſubrepat populos, animaſque ſimplicium, quod abſit, inficiat, perſonis utriuſque ſexus ejuſdem tertij Ordinis in veſtris Diœceſibus conſtitutis, ad veſtram, prout commodiùs fieri

ri poterit, evocatis præſentiam, inquiratis tam ſuper præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum, quàm de ingreſſu eorum ad hujuſmodi tertium Ordinem, & per quem, vel quos ad ipſum Ordinem fuêre recepti, & in cujus, ſeu quorum manibus, ac ubi, & quando, & quid ſpecificè fuere profeſſi, juxta datam vobis ex alto prudentiam, & habita de ingreſſu, receptione, profeſſione ipſorum, ac de diſputationibus, & erroribus, ut præfertur, & utrum tamquam fideles, atque Catholici firmiter de prædictis, & aliis ſentiant, quod Sancta Romana ſentit Eccleſia, certitudine veritatis illis ex eis, quorũ repereritis ſub vita laudabili, & doctrina Eccleſiaſtica, & Fide Catholica, & juxta ritum ſuæ Regulæ; & obſervantias vivere, ſeque in dictis diſputationibus, & errorum maledictionibus non involvi, jacturam ſeu moleſtiam aliquam, cùm non ſit æquum innocentes cum nocentibus ad paria judicari, nullatenus inferatis, ſed exhortari ſedulò ſtudeatis eoſdem, ne puram ſuarum mentium maſſam pravi fermenti commixtione coinquinent, ac per vitæ puritatem, innocentiam, atque munditiam Domino militantes, mereantur conſequi fœlicitatis æternæ præmium, quod conſtat non inchoantibus repromitti, ſed perſeverantibus in conſummatione præſtari. Illos verò, quos in præmiſſis articulis, aut ipſorum aliquo, videlicet, vel in articulis fidei, vel in Sacramentis Eccleſiæ, aut in Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, ſeu in quantum claves ejuſdem Eccleſiæ ſe extendant, aut quomodolibet deviantes inveneritis ab eo, quod Romana ſervat, & docet Eccleſia, & à Catholicæ Fidei rectitudine deviare, vobis, & Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis ſecundùm canonicas ſanctiones, & privilegia ſuper hoc ab Apoſtolica Sede conceſſa relinquimus, vel ad veritatis ſemitam, ſi Deus dederit, ſervato juris Ordine redeuntes, vel juxta ipſorum culpas, & demeritâ debitâ, & canonicâ animadverſione plectendos. Dignum eſt equidem, ut quos timor Dei, & inſtituta Sanctorum, ac propriæ ſalutis conſideratio à malo non revocant, animadverſio debita, & divini, & humani juris cenſura percellant. Datum Avinione 4. Kalend. Maij anno 6. Verùm comperta veritate ipſos plenè catholicos eſſe, declaravit, ut in antiquis Chronicis legitur, in Vvadingo & Haroldo.

46. Vnde & Innocentius VIII. eorum innocentiam, veramque pietatem iterum declaravit dato ſequenti diplomate, quod ſufficiet ad intentum. Vvad. t. 3. 1322. n. 66. Harold. Ibid. n. 17.

## INNOCENTIVS PAPA VIII.

DVdum per fœl. rec. Ioannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd nonnulli fraticelli, ſeu Fratres de paupere vita; ſeu Bizocho, vel aliis nominibus nuncupati, habitum veræ Religionis aſſumentes, conventiones, & conventicula facere, & Superiores ſibi eligere, plurimos ad eorum ſtatum recipere, loca de novo conſtruere, & in illis in communi habitare, publicè mendicare, quaſi ſi eorum ſecta foret una de Religionibus approbatis, temeritate damnabili præſumpſerint, & præſumebant inceſſanter. Quorum primi tunc regulam, quam B. Franciſcus inſtituerat profiteri, & ad litteram obſervare, & à Generalis, & Provincialium Miniſtrorum Ordinis Fratrum Minorum ſuperioritate per Cæleſtinum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum exemptos eſſe, nonnulli verò ſe de Tertio Ordine S. Franciſci, de Pœnitentia nuncupati fore ſe aſſerebant, & ſub velamine hujuſmodi eorum ſtatum, ritum, & ſectam palliare ſatagebant; idem Ioannes prædeceſſor in conſtitutione ſua incipienti *Sancta Romana, & Vniverſalis Eccleſia*, ſectam, ritum, & ſtatum eorumdem improbans, & ſub excommunicationis pœna eo ipſo incurrenda eis, & omnibus aliis perſonis inhibuit, ne ſectam, ritum, ſive ſtatum hujuſmodi ſectarentur ulteriùs, vel ipſum de novo aſſumere, quoquomodo præſumerent, prout in eadem conſtitutione pleniùs continetur. Et nonnulli timoratæ conſcientiæ, ut aſſeritur, dubitant, an Sorores veræ de Tertio Ordine prædicto exiſtentes, juxta illius regularia inſtituta, in communi domo ſub unius Superioris earum Matris ſub obedientia, cura, & directione Prælatorum veſtri Ordinis, aut aliorum proborum religioſorum vitam ducentes in conſtitutione prædicta includantur: Nos paci conſcientiarum ſic dubitantium conſulere, & ſcrupulum de illis removere cupientes; Sorores prædictas ubilibet Bull Bord. Bulla 17.

bet per univerſum mundum conſiſtentes, etiamſi in communi viventes ad plura alia, quàm Ordo ipſe exigat, ſe propria voluntate aſtringant, & tria vota eſſentialia emittant; in conſtitutione prædicta non includi, Authoritate Apoſtolica præſentium tenore declaramus, ut eis & velum nigrum aſſumere, & ſub perpetua clauſura manere liberè, & licitè valeant, quoties eis placuerit, & vobis, aut aliis earum Superioribus videbitur earum ſtatui expedire, eadem authoritate concedimus. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. die 22. Ianuarij 1481. Pontificatus noſtri anno tertio.

47. Quanti denique Regibus fuerit, & & Principibus tum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus, quos Sanctitatis fructus ad Dei laudem, Seraphici Patriarchæ gloriam, animarumque ſalutem nulla temporis intermiſſione protulerit ſacer hic Ordo Pœnitentium, ad libri finem ſaltem ex parte indicabimus, & fuſiùs in 3. parte.

## CAPUT IV.

*Cura Fratrum Minorum pro Tertio Ordine propagando.*

Chron. Prov. Portugal. lib. 2. cap. 25. 48. Pliſſimam Seraphici Patriarchæ inſtitutionem, atque intentionē ut proſequerentur Minoritæ, nullâ ſemper diligentiâ non laborarunt, ut Tertium hoc S. Patris inſtitutum & numero, & dignitate in Orbe redderent univerſo conſpicuum, regiis coronis, ſanctorumque ſplendoribus admirabile. Verùm in Hiſpaniis, in Luſitania, præſertim circa quartidecimi ſæculi finem tantam paſſus eſt ecclipſim, ut vix non fuerit ad tumulum adductum. Cùm etenim Alexander Papa VI. ad Ioannis II. Regis Luſitanorum inſtantiam, expedito Brevi, *Exhibita nobis &c. Dat. die 27. Octobris* 1495. Braccarenſi, & Conimbricenſi Præſulibus conſtitutis Bullæ executoribus vetuiſſet, ne Tertiarij Regulares habitum Tertij Ordinis ſæcularibus abſque Sedis Apoſtolicæ licentia concederent: Nec diu poſt, cùm ex Leonis X. Diplomate omnia Tertiariorum ſæcularium privilegia fuiſſent annulata, notabiliter adeò decrevit, ut quamvis ſubitò abolita privilegia Leo Pontifex in integrum reſtituerit; tamen de die in diem magis, magiſque diminutus rem, & nomen quaſi ex toto perdiderit.

49. Hinc cum Provinciæ Luſitanicæ Chronicis non adnotare non poſſum, ſanè intelligendum eſſe Marcum Vlyſſiponenſem ex Diſcalceatorum S. Antonij Provincia Epiſcopum Portuenſem, dum in tertia parte Chronicorum dixit, à ſe ipſo introductum primò fuiſſe in Luſitaniam ſacrum hunc Ordinem de Pœnitentia; dum anno 1557. in Conventu Viſevenſi Guardianum agens in ipſa omnium Sanctorum ſolemnitate, præhabita in Cathedrali Eccleſia in laudem illius efficaciſſima concione, habitum ejuſdem primùm Petro Marquerio tunc Epiſcopatus Proviſori, & Vicario Generali, cæteris deinde ſæcularibus magno applauſu, maximoque concurſu diſtribuit, qui ſancta æmulatione uniti in omni veræ pietatis exercitio, in componendis potiſſimùm diſcordiis, atque curandis hoſpitalibus, in promovenda demum totius populi devotione juxta ſuſceptæ Regulæ inſtituta efficaciter ſoliciti, eumdem per univerſum regnum dilatare meruerunt; Non etenim de prima inſtitutione, ſed de reſtauratione debet intelligi, cùm jam antecedentibus ſæculis Reges, & Reginas, & multitudinem gentium ſub eodem ſanctè militaſſe conſtet communiter apud hiſtoricos, ut ſuo loco demonſtrabimus. Andræam itidem Inſulanum, qui circa annum 1547. univerſo Minorum Ordini Generalis Miniſter præſidebat, dum in Vltramontana Familia Generalem ageret Commiſſarium, ad hujus Tertij Ordinis fœliciora incrementa egregiè laboraſſe non dubito, dum expeditis ampliſſimis patentibus, omnes, & ſingulos illius profeſſores in totius Ordinis Seraphici confraternitatem, & meritorum participationem aggregavit. Ibidem. Chron. Ord. Min. par. 2. lib. 8. cap. 25.

50. Vniverſa itidem Religio Minorum toto conatu laboravit, & in procurandis à Sede Apoſtolica ſpiritualibus privilegiis pro hujus Ordinis ampliori profectu, & in Capitulis Generalibus per graviſſima Decreta, ut ad antiquum ſui ſplendorem ex integro reſtauraretur: in duobus præſertim Toletanis, & in altero Salmaticenſi publicata lege ſanxerunt Patres, ut Ordinis Superiores in propriis ſinguli In Capitulis Tolet. 1606. 1633. in Salm. 1618 apud Chron. Seraphic.

ſinguli diſtrictibus toto fervore inſiſterent, quatenus in Vrbibus, & in Vicis Sacer hic Pœnitentium Ordo, in propria domo ſub tertia S. Franciſci Regula viventium,& numero.& pietate concreſceret, ut ſemper majores ſanctitatis fructus in Dei, & Eccleſiæ, Seraphicęque Religionis honorem produceret; quod in Aragonia præſertim,in Caſtella, in Luſitania, atque per univerſas Hiſpanias magna Superiorum Ordinis conſolatione, maximo fidelium bono fieri, conſpicimus. Statuerunt inſuper, ut Miniſtrorum Provincialium,Guardianorũ, atque Concionatorum intereſſet, formalem hujus Tertij Ordinis inſtitutionem, ſeu Congregationem erigendam curare, Confratres cõgruo tempore ad audiendã Regulam, ad ſpirituales collationes, ac exhortationes convocare, Patrem aliquem tum doctrinâ, tum vitæ exemplaritate probatum illis præficere in Capitulis Viſitatorem, ſeu Miniſtrum, vitæque ſpiritualis magiſtrum, qui eos ad opera pietatis, ad Sacramentorum frequentiam ſtatutis temporibus ferventiùs ſolicitet; curet in primis, ut proprium,& ab Eccleſia Conventus parum ſejunctum habeant pro ſuis exercitiis oratorium, in Vicis etiam ubi Fratrum Conventus non extiterint.

51. Ad hæc pro fœliciori, & faciliori eorum progreſſu, libellum typis ediderunt, in quo illorum Regula, Conſtitutiones Generales, modus pro ipſis ad Ord. recipiẽdis, inſtituendis, viſitãdis, convocandis,& corrigendis, ordinationes præſertim pro eorum fœliciori gubernio, cæteraque ad ſpiritualem illorum profectum conducentia, per extenſum continentur; quæ omnia Frater Antonius de Trejo præfati Cardinalis Germanus Frater,& tunc Totius Ordinis Seraphici Vicarius Generalis in unum collegit,& typis imprimenda mandavit.

52. Nec ſine fructu tantâ diligentiâ in hoc pietatis opere laboravit. Iam enim Matriti, atque in cæteris per Hiſpaniam Vrbibus ampliſſima vigent Oratoria,in quibus ſingulari prorſus animarum fructu adſcripti Primores quique, quin & Reges ipſi, ac Principes, populique innumera multitudo nomen dederunt; atque in infirmorum cura ſolicita,& peri clitantium puellarum; in Concionum,& Sacramentorum frequentia in omni pietatis exercitio,ut infra dicetur, magno concurſu, & perſeverantia exercentur, in quibus omnibus glorificatur Altiſſimus.

53. In Luſitania circa annum 1615. P. Ignatius Garſias ex Provincia Mayoricenſi prædicator inſignis cœpit mirabili efficacia prædicare de hujus Ordinis ſummis excellentiis, & die 12. Iulij primos habitus cœpit diſtribuere petentibus, & ſeptem menſium ſpatio ultra ſeptingentos viros, & mulieres admiſit ad Ordinem, quos quotidianis ſermonibus, exhortationibus,& colloquiis ad exercitia ſancta erudiebat, & pro eorum regiminis forma ſtabili librum excripſit. Verùm inde in varias Hiſpaniarum Provincias ad idem vehementer evocatus, hanc novam Vlyſſiponenſem Congregationẽ Bernadini de Senis,tum Guardiani (deinde Miniſtri Generalis) & Fratris Franciſci de Martiribus Lectoris Theologiæ curæ,& ſolicitudini commiſit; itaut ſub diligenti cura,& ſolicitudine Patrum Commiſſariorum (inter quos fuit ſingulariſſimus Frater Amatus de Spe) & ſuorum Miniſtrorum ſæcularium de anno 1644. ultra undecim millia Confratrum, & Conſororum haberet. Integri etiam Conventus, & Monaſteria à propria Regula non recedentes, hanc etiam Tertij Ordinis Fraternitatem fuerint profeſſi; videlicet inſignis Conventus de Palmella cũ ſuo Illuſtriſ Priore Didaco Lobo;& graviſſimum Monaſterium Commendatariarum de Sanctis, utrumque ſub Ordine S. Iacobi; ſimiliter & Recollectiones duæ ſcilicet de Caſtello, & de Gratiis *das merces* dicunt Luſitani, & mulieres plurimæ variis in monaſteriis recollectæ: Multitudo item maxima Equitum, & Commendatariorum, duo item Decani, duo Archidiaconi, unus Theſaurarius major, quatuor Canonici Eccleſiæ hujus Metropolitanæ, Beneficiati, Priores,& Eccleſiaſtici plurimi; Inquiſitores tres de ſupremo conſilio, aliique officiales, itaut nullum extaret Vlyſſipone tribunal, in quo non ſederent Tertiarij Franciſcani. Fidargorum etiam penè omnis multitudo, Duces, Marchiones, & Comites (quorum gradus hic & rarior,& excellentior) cum Vxoribus, & filiis adhuc impuberibus.

Chronol. Seraph. Portogall. lib.2.c.26.

54. Ipſa Regina Aloyſia Franciſca ex intima ad ſanctum Franciſcum devotio-

ne, à multis jam annis hunc Sacrum Ordinem fuerat profeſſa, quando Rex Ioannes IV. anno 1652. huic etiam nomen dedit, eo quòd in nocte ſancti Franciſci natalitia magno miraculo ejus interceſſione de graviſſima infirmitate convaluerit, & in habitu Franciſcano publicè ſepeliri voluit. Sic etiam de Principe Theodoſio horum Regum Primogenito, & de aliis ſuo loco dicemus.

55. Iam ſupereſt, ut ipſa Comitiorum Generalium Decreta afferamus in medium: primum de anno 1606. in Segobienſibus anno 1621. revocatum non repeto; nec cætera, quæ poſt Toletanum de anno 1633 ad antiqua referuntur: Segobienſia ergo ſic habent.

Chronol. Seraph. fol. 628. 56. [Item in omnibus vicis, & Civitatibus principalioribus cura diligens adhibeatur, ut confraternitas Ordinis Tertij, quam P. N. Franciſcus pro ſæcularibus inſtituit, in hoc Regno Caſtellæ promulgetur, ut in eo, ſicut in Regno Aragoniæ in dies producat florida germina ſanctitatis. Miniſtri autem Provinciales ſummoperè conentur, ut hoc noſtrum ſtudium conſequatur optatum effectum, quidquid ad hoc fuerit requiſitum providentes, & præcipientes.

57. Vt Beatus Tertiariorum Ordo Sæcularium in dies incrementum ſuſcipiat, & eò uberiùs virtutis fructus producat, quo curâ, ſolicitudine, & doctrinâ noſtrorum Fratrum fuerit excultus, plurimùm in Domino Miniſtris Provincialibus commendamus, ut ſingulis noſtris Conventibus deſignēt Fratrem aliquem Concionatorem vitâ, & moribus probatum, qui curam habeat Tertiariotum omnium, eoſque viſitet, & quidquid inter eos vitioſum, aut indecens invenerit, omninò reformet, aut verò eliminet, & quoſcunque ſcandaloſos repererit, ab Ordine eiiciat, de conſilio tamen Miniſtri, & Diſcretorum, ſicut ſecundùm Deum videbitur expedire.

58. Pro regimine autem, & conſervatione ejuſdem Ordinis volumus, ad unguem obſervari Conſtitutiones editas à Reverendiſſimo Vicario Generali Domino Fratre Antonio de Trejo, nunc Epiſcopo Carthaginenſi, quas quidem authoritate Capituli Generalis approbamus, & confirmamus.]

Chronol. Seraph. fol. 695. 59. Toletana ſic habent: Quoniam, divina movente pietate, ea fuit Seraphici noſtri Patris intentio, is ardens in proximorum ſalutem impulſus, ea charitas, is affectus, ea denique ſolicitudo, ut univerſis Chriſti fidelibus ad propriarum culparum pœnitentiam, proximam ſalutis occaſionem, proximùmque contenderit præbere motivum. Et inde factum eſt, ut tres inſtituere voluerit Ordines: Fratrum videlicet, Monialium, & Pœnitentium virorum, ac mulierum: quatenus hujuſmodi univerſalitate cunctos comprehenderet in ſagena Chriſti mortales.

60. Verùm, quia Tertius Ordo negligentiâ Fratrum noſtrorum præſertim adeò defeciſſe dignoſcitur, ut in aliquibus Provinciis, & Nationibus extinctus ferè videatur. Cupientes igitur modò, memoratum Tertium Ordinem priſtino ſuo ſplendori reſtitui; eoſque fœlices efficere progreſſus, quos ſanctiſſimus P. noſter Franciſcus exoptavit futuros, omnes, & ſingulos Conventuum, & Provinciarum Superiores exhortamur, monemus, & in Domino obteſtamur; quatenus propria ipſorum, ſuorumque ſubditorum, Prædicatorum, & Confeſſariorum præcipuè ſuaſione, diligentia, & exhortatione, tantæ rei reſtaurationi prudentiùs conſulant, accuratiùs ſtudeant, ſeriùs invigilent. Præcipientes ipſis ſub propriorum officiorum privatione ipſo facto, & irremiſſibiliter incurrenda; ut nedum in Civitatibus, & Terris, in quibus noſtræ Religionis Conventus exiſtunt; verùm etiam & in omnibus aliis adjacentibus Villis, & oppidis prędictum Ordinem inſtitui, plantari, & propagari ſedulo curent, ſedulamque operam navent, ut in loco decenti, & apto ſpiritualium amicorum eleemoſynis conſtruantur cōtinua, vel contigua noſtrorum Conventuum Eccleſiis Oratoria, ubi deſtinati Tertiariorum Commiſſarij tertiam Regulam doceant ipſos: ubi ſtatutis diebus devotos habeant ad eos ſermones: ubi demùm cætera præſtentur, quæ ad Dei gloriam, populi ædificationem, & ejuſdem Ordinis accretionem dicti Commiſſarij unâ cum Tertiariorum Miniſtris, atque Diſcretis ſecundùm municipalia, eiuſque Conventus ſtatuta exequenda fore, decreverint.

61. Et ut clariùs, ordinatiùs, & fœliciùs omnia contingant, ſuumque finem non minùs Commiſſarij, quam Tertiarij

faciliùs

facilìus obtineant, eo libello omnino ubique utantur, quo in Hiſpania, ubi Tertius Ordo glorioſè refulget, utuntur, quemque Nos ex Hiſpanica in Latinam, & Italicam linguam traducendum, & prælo tradendum curabimus: in eo ſiquidem ponitur ejuſdem Tertij Ordinis Regula, ponitur forma admittendi ad habitum, ponitur forma admittendi ad profeſſionem, ponuntur generales quædam ordinationes, ponuntur denique multa alia ſcitu digniſſima.

62. Memorati Tertiariorum Commiſſarij eligantur in Capitulis, & Congregationibus intermediis; ij videlicet, qui doctrinâ, verbo, exemplo præſtantiores extiterint.

63. Ampliſſima denique hujus Sacri Sodalitij etiam per Americam, atque per extremos terræ terminos dilatatio, ſolertique Minoritarum diligentiâ in piiſſimis exercitiis Confratrum educatio, fructuſque ſanctiſſimi inde ſemper emanantes, quanta pro conſervando, & ampliando Seraphici Patriarchę Tertio hoc Inſtituto fuerit ſemper, ſitque abſque intermiſſione Fratrum Minorum diligentia, altè deprædicant.

## CAPUT V.

*Quis det habitum ſecularibus de Tertio Ordine.*

64. Notandum legimus apud Collectorem privilegiorũ Verbo *Tertiarij.* §. *Ex prædictis* non reperiri Bullam, vel Breve Apoſtolicum antiquum, per quod expreſsè Minoribus concedatur, ut Confratres, & Conſorores ad habitum, & Profeſſionem Tertij Ordinis de Pœnitentia valeant recipere. Graviſſimas ſuper eodem dubio controverſias cùm noſtris temporibus ſuſcitatas eſſe noverimus, juvat hìc paulò exactiùs hiſtoricolegaliter materiam hanc pertractare, & quanta fieri poterit claritate dilucidare. Compen. Privil. Ord.

65. Equidem ſi de Seraphici Patriarchæ intentione loquamur; ex univerſo Regulæ pro Tertiariis contextu Tertium hunc Ordinem Minoritico non legimus expreſsè fuiſſe ſubjectum; quia ex ſecundo capite ipſius Regulæ injungitur, ut Miniſtrum habeant de ſuis, qui de ſuorum conſilio Diſcretorum devotos fideles ad habitum, & profeſſionem ſui Tertij Ordinis excipiant; ubi & receptionis forma præſcribitur: nec diſſormiter in cap. 3. legimus ordinatum, ut Viſitatores habeant, qui de Miniſtri, Diſcretorumque conſilio omnia peragant, quæ ad ſodalitij ejuſdem fœliciorem manutenentiam conducere dignoſcantur. Cùm verò S. Pater ſuprema in eum poteſtate ſeſe abdicaſſe non legatur; immò non ex Regulæ vigore, ſed ex ſpeciali S. Patris commiſſione Bartholomæus Baro in ſuperioribus nominatus, facultatem omnium primus habuerit adventantes ad Ordinem recipiendi, nemini dubium eſſe poteſt, in legitimo S. Patris ſucceſſore ſupremam hanc juriſdictionem conſervari, qualis Miniſter Generalis totius Ordinis Minorum eſſe non dubitatur.

66. Poſt erectas itaque Congregationes etiam in communi, poſt introductam itidem inter eos Regularitatem, non quidem per Viſitatores, ſed per Miniſtros recipiendi Confratres, & Conſorores uſus invaluit; donec per Conſtitutiones Apoſtolicas aliud fuerit conſtitutum. Ex Conſtitutionibus autem illud licet indubium tenere, quòd illis datum ſit habitum Tertij Ordinis devotis petentibus concedere, qui ſuper ipſos cum ſuprema Iuriſdictione per eaſdem conſtituti eſſe reperiùntur; per eas præſertim, quæ de tali receptione adventantium expreſsè loquuntur, quas ſucceſſivè ad favorem Minoritarum, & pro Tertiariis eſſe non dubitamus; Has omnes, quæ de habitu dando tractant ex profeſſo in capite præſenti, reliquas, quæ de juriſdictione in generali loquuntur, infra cap. de ſubjectione Tertiariorum ad Ordinem Minorum per extenſum adducere curabimus.

67. Ergo Innocentius IV. expedito Brevi, *Vota devotorum* &c. Dat. Lugduni idibus Iunij anno 4. dum Tertij Ordinis profeſſores ipſis ſupplicantibus in Italia, & in Sicilia Ordinis Minorum Superioribus per omnia ſubjecit proculdubio, ut illos ad habitum recipere poſſint, poteſtatem feciſſe dicetur. Eugenius IV. punctum expreſsè declarans, in Provincia S. Antonij Vicario Provinciali Obſervantium graviter injungit, ut Tertij Ordinis Profeſſorum gubernium omne ſuſcipiat, eoſque ſpecialiter ad habitum Uvad. t. 4. in append. to. 1. bull. 2. Innoc. IV.

bitum, & profeſſionem valeat recipere; quod ex ipſius litteris manifeſtiùs apparebit.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

68. EXpoſcit dilectorum filiorum Vicarij, & Fratrum Provinciæ S.
Vvad. t. 5. 1444. Reg. Antonij juxta morem Ordinis Fratrum
bull. 146. Minorum *de Obſervantia &c.* Hinc eſt,
Eugen. IV. quòd nos pro religionis augmento &c. non ad ipſorum Vicarij, & Fratrum, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia moderno, & qui pro tempore erunt Vicarij dictæ Provinciæ, quòd ipſi Vicarij per ſe, vel alium, ſeù alios, quem, ſeu quos ipſi ad hoc pro tempore duxerint deputandum, vel deputandos, à quibuſcumque utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, in partibus Fori-Iulij Aquilegien. Diœceſ. pro tempore commorantibus, profeſſionem per Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, per fœl. rec. Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum approbati, emitti ſolitam emittere volentibus recipere &c. eiſque regularem habitum per fratres, & Sorores prædictos geſtari ſolitum exhibere, ac illas ex perſonis dicti Tertij Ordinis, quæ nulla ſufficienti deſuper licentia fulcitæ in Vdino, & Civitatis Auſtriæ terris inſimul habitantes, aliaque loca pro earum uſu, & habitatione receperunt, ab excommunicatione, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quas propterea incurrerunt, abſolvere in forma Eccleſiæ conſueta, injunctis, & injungenda, eiſque, ac quòd jam recepta retinere, & aliis ſimiliter prædicti ſexus perſonis, quæ in prædictarum Vdino, & Civitatis Auſtriæ terris prædictorum Fratrum, & Sororum dicti tertij Ordinis inhabitationes, domos, atque loca cum oratoriis, Dormitoriis, aliiſque pro earum uſu, & habitatione neceſſariis officinis de novo conſtruere, ſeu jam conſtructa, vel eiſdem conceſſa recipere, dummodò jam recepta, aut recipienda domos, atque loca ultra quatuor numero non exiſtant, necnon qnòd Confeſſor, ſeu Confeſſores dicti Ordinis Minornm de Obſervantia, quem, ſeu quos ntriuſque ſexus perſonæ, quæ profeſſionem Tertij Ordinis hujuſmodi pro tempore emiſerint, ſeu illarum quælibet pro tempore duxerint, vel duxerit eligendum, ſeu eligendos, earum confeſſionibus diligenter auditis illis omnibus in reſervatis ſemel tantùm; in non reſervatis verò Sedi Apoſtolicæ caſibus, qnoties fuerit opportunum, debitam abſolutionem impendere, & injungere pœnitentiam ſalutarem, ipſiſque omnibus Diœceſani loci, & proprij ſacerdotis, cujus licentiam ſuper hoc paſchali tempore dumtaxat dictæ perſonæ petere teneantur, licèt eam non obtineant, ſuper iis licentiâ nullatenùs requiſitâ, Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare, ac dictis perſonis, illarumque ſingulis eis in ſinceritate fidei, unitate S. R. E. ac devotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium perſiſtentibus plenam remiſſionem in mortis articulo valeat, ſeu valeant concedere; ita tamen quòd Confeſſor, ſeu Confeſſores hujuſmodi, de iis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam dictis perſonis per eas, ſi ſupervixerint, vel hæredes, ſeu ſucceſſores ſuos, ſi tunc tranſierint, faciendam injungant quam dictæ perſonæ, aut heredes, vel ſucceſſores facere teneantur. Et ne (quod abſit) dictæ perſonæ per hujuſmodi cōceſſionis plenariæ gratiam procliviores reddantur ad illicita impoſterum committenda, volumus, quòd ſi ipſæ tertij Ordinis perſonæ ex confidentia remiſſionis hujuſmodi forſan committerent, quoad illa ipſa remiſſio nullius ſit roboris, vel momenti; quòdque prædictæ perſonæ per unum annum à tempore, quo conceſſionis hujuſmodi notitiam habuerint, ſingulis ſextis feriis, impedimento ceſſante legitimo, jejunent &c. Et inſuper quòd Vicarij, & ab eis pro tempore deputati prædicti, ad omnium perſonarum prædictarum tertij Ordinis hujuſmodi regimen, & gubernationem Præſidentes, Viſitatores, & alios Officiales quoſcunque, prout ipſis Vicariis, ac deputatis pro dictarum perſonarum animarum ſalute opportunum fore videbitur, inſtituere, & deputare, ac etiam illos, nullo juris ordine obſervato, ab ipſorum nutum deſtituere, & removere liberè, & licitè valeant &c. indulgemus. Volumus autem, quòd per quaſcunque litteras

litteras Apoſtolicas Generali Miniſtro dicti Ordinis Minorum, pro tempore exiſtenti, ſeu aliis quoquomodo conceſſas, vel impoſterum concedendas, præſentes litteræ nullatenus intelligantur revocatæ. Non obſtantibus fcel. rec. Clementis Papæ V. &c. cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo &c. Dat. Romæ &c. 1444. 4. Kal. Maij anno decimo quarto.

69. Pius II. in Bulla, *Pio Deo &c. Dat. 3. idus Iulij* 1462. Tertium hunc Ordinem Ordini Minorum per omnia vult eſſe ſubjectum, quod jam Martinus V. magno rigore decreverat, & Sixtus IV. expedito Brevi, *Romani Pontificis Providentia &c. Datum Romæ* 18. *Kalend. Ianuarij* 1471. cum expreſſa mentione de habitu conferendo, gravi ponderatione renovavit. Sed Eugenius IV. Martinianam præcitatam revocando, eos à Minorum ſubjectione liberavit; & Iulius II. qui primò Eugenianam confirmaverat, re meliùs cognita, Sixtinam in priſtinum reſtituit. Alexander VI. in Bulla *Exponi Nobis die* 17. *Maij* 1500. pro Minoribus reſpondit. Clemens VII. ad ſupplicationem P. Antonij de Tabladâ pro Tertiariis; Paulus III. reclamantibus contra ſubreptitias Clementis VII. litteras Obſervantibus, ad horum favorem omnia renovavit.

70. Sic itaque ſucceſſivis favoribus modò Minoritæ, modò Tertiarij Regulares evincebant, ut ſæcularibus de tertio Ordine præeſſe, habitumque, & profeſſionem concedere deberent; eo vel maximè quòd Regulares ipſi, ex quo Miniſtrum Generalem, alioſque ſubordinatos habere cœperunt, univerſam, quæ ex Regula conſurgat, authoritatē, & propterea devotos ſupplicantes recipiendi ad Ordinem facultatem ſibi collatam eſſe privativè, contenderunt. Dum verò per rigoroſum B. Pij V. Diploma, *Ea eſt officij noſtri ratio &c. Quinto nonas Maij* 1568. extinctis Generalibus eorum Miniſtro, ſeu Vicario, vel Viſitatore, Miniſtris Generali, atque Provincialibus Fratrum Minorum de Obſevantia ſubjectati fuerunt; jam nulli dubium eſſe poteſt, quòd & habitum, atque profeſſionem poſſint ex officio petentibus impertiri: Licèt enim Sixtus V. in Bulla, *Romani Pontificis Providentia &c. Dat. die* 29. *Martij* 1586. Viſitatorem Generalem ab Obſervantium Generali confirmandum Tertiariis Regularibus in Italica Congregatione (non verò alibi, nec Miniſtrum Generalem) dignatus ſit reſtituere; præeminentiam tamen, & ſupremam juriſdictionem Miniſtri Generalis totius Ordinis Minorum à Pio V. conſtitutam nec extinxiſſe, nec reſtrinxiſſe, ſed potiùs confirmaſſe comprobatur. Omnibus itaque tota ſcrietate penſatis evidenter concluditur, vel apud neminem, vel apud Miniſtrum Generalem totius Ordinis Minorum, jus omnimodum reſidere, quo Confratres, & Conſorores ad habitum, & profeſſionem in hoc Tertio de Pœnitentia Ordine ſæcularium admittere poſſit; & debeat ex ipſo ſupremi Generalatus officio. Reſolutio tamen cæterarum omninò graviſſima non niſi poſt graviſſimas, atque plurimas lites potuit terminari.

71. De Capuccinis itaque dicam primò, quorum leviores conſtat fuiſſe controverſias: hi etenim cum in Galliis quorumdam Epiſcoporum decreta impetraſſent, quorum virtute ſibi liceret, ſæculares utriuſque ſexus ad habitum tertij Ordinis, atque profeſſionem admittere; Patres Tertiarios Regulares excitarunt, ut ad S. Congregationem legitimo recurſu appellarent, unde & ſequens Decretum emanavit: *Inſtantibus Fratribus Tertij Ordinis ſancti Franciſci S. Congregatio &c. cenſuit, Superioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id ſuffultis (Capuccinis exceptis) licere. mulieres ad hujuſmodi Tertiariorum habitum recipere &c. die* 20. *Decembris* 1616. *Iul. Epiſcopus Tuſcul. Card. Sacherus.* Cum verò exinde ſeſe apud Sæculares haberi contemptui quererentur Patres Capuccini; ad eamdem ſac. Congregationem recurentes, impetrarunt Decretum, quod appono: [*Cum aliàs à S. Congregatione Concilij Decretum ſuper habitu, & qualitatibus Tertiariorum emanaverit, in quo inter alia cavebatur, ut Superioribus Reglaribus ſufficienti facultate ad id, ab hac ſancta ſede ſuffultis, Capuccinis exceptis, mulieres aliàs juxta idem Decretum qualificatas ad Tertiariorum habitum recipere liceret. Verùm quia Capuccini authoritate ab hac ſancta Sede eorum Religioni conceſſa privari, ac propterea in invidiam apud bonos trahi, conquerebantur; Illuſtriſſimi ejuſdem S. Congregationis Pa-* Bull. Bordoni f. 908 Decret. 16.

*tres eiſdem Capuccinis Privilegiis circa præmiſſa eis quomodolibet competentibus uti, & frui licere, Decreto hujuſmodi non obſtante cenſuerunt, dummodo Mulieres ad Tertiariarum Capuccinarum habitum admittendæ ad formalem, materialem ejuſdem Religionis habitum, & ſervato in reliquis omnibus Decreto, admittantur. Romæ 31. Ianuary 1620*]

72. Hoc in Decreto mira Cardinalium ſapientia ſuis in reſponſis eluceſcit; cùm etenim Capuccini narraſſent, ſua per primum Decretum reſtringi, vel offendi privilegia, nulla tamen exhibentes; Eminentiſſimi Patres reſponderunt, ut privilegiis ſuis legitimis uti non prohiberentur, unde conditionale tantùm, non abſolutum conceſſere reſponſum; ut videlicet privilegiis uterentur, ſi quæ legitima haberent. Cum verò hac de cauſa Decretum hujuſmodi non proferentes, Tertiarios tamen actu ad habitum recipere prætenderent; anno 1653. iterum ſuſcitata lite, ſequens Decretũ emanavit [*Die 29. Novembris 1653. ſac. Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Cõcilij Tridentini interpretum decrevit, seriò injungendum Procuratori Generali Capuccinorum, & oretenus inſinuandum Emin. Cardinali Protectori, ut Fratres Capuccini obſervent Decretum aliàs ab hac ſac. Congregatione editum; non licere eiſdem Capuccinis mulieres ad habitum Tertiariarum recipere, ſed id competere Fratribus Tertij Ordinis..... ſign. Petrus Aloyſius Cardinal. Caraffa.*

Chronol. Bordon. fol. 300.

73. Patres Capuccini appellarunt, & contra illos emanavit Decretũ hujus tenoris. *In Cauſa Galliæ inter Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ex una, & Capuccinos ex altera; Die 15. May 1655. ſac. Congreg. Emin. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus maturè perpenſis cenſuit, ſervandum eſſe Decretum S. Congregationis editum die 20. Decembris 1616.*

74. Denuo Procurator Generalis Capuccinorum conqueſtus fuit, dictum Decretum eſſe contrarium alteri Decreto poſteriori eiſdem Capuccinis conceſſo die 31. Ianuarij 1620. in quo eis datur facultas recipiendi ad habitum mulieres. Et ſacra Congregatio reſpondit, ut ſequitur.

75. *Die quinta Iunij 1655. ſac. Congregatio cenſuit ſtandum eſſe in Decreto ſub die 15. Maij præteriti.* Eſt ſupra extenſum. Quod ut firmius exiſteret, & Capuccini non haberent ampliùs occaſionem adverſandi Fratribus Tertij Ordinis in Gallia, maximè in Civitate Iulio-bonenſi, ubi controverſia initium habuit, procurarunt noſtri Breve ſanctiſſimi Alexandri Papæ VII. confirmatorium præfati Decreti tenoris ſequentis.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

76. Emanavit nuper à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus S. Concilij Tridentini interpretibus Decretum tenoris ſequentis, videlicèt: Die 15. Maij 1655. ſac. Congregatio Emin. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, omnibus maturè perpenſis, cenſuit, ſervandum eſſe Decretum hujus S. Congr. editum die 20. Decembris 1616 tenoris ſequentis. Die 20. Decembr. ſac. Congr. Emin. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, Inſtantibus Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci cenſuit, Superioribꝰ Regularibus ſufficiẽti facultate ad id ſuffultis (Capuccinis exceptis) licere mulieres ad hujuſmodi habitum Tertiariorum recipere, atque ad ipſos eas veſtiendi officium pertinere. Ibid. f. 301.

77. Cum autem firmiora ſint, in quibus Sedis Apoſtolicæ accedit authoritas. Nobis propterea dilectus filius Romanus à Conſtantia Procurator Fratrum Reformatorum Tertij Ordinis S. Franciſci Regni Franciæ humiliter ſupplicari fecit, ut præinſertum prædictorum Cardinalium Decretum die 15. Maij proximè præteriti emanatum, quo aliud etiam ſupra inſertum ſervari mandatur, pro illius firmiori ſubſiſtentia confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Romanum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decreto hujuſmodi Apoſtolica authoritate firmitatis robur adjicimus: Ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Decernentes, præſentes litteras validas, & efficaces exiſtere, & fore; ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere,

tinere, ac ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, & quomodolibet concernent in futurum, inviolabiliter, & incōcuſsè obſervari &c. ſicque per quoſcumque &c. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ &c. die 30. Iunij 1655. Pontificatus noſtri anno primo.

Ibidem. 78. Capuccini autem ægrè ferentes dictum Decretum enm ejus Apoſtolica Confirmatione, de novo inſtiterunt, ſed rejecti fuerunt per ſubjectum Decretum.

*Sac: Congregatio S. Romana Eccleſia Cardin. negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita attentis narratis, viſiſque omnibus, & maturè diſcuſſis cenſuit, ſervandum eſſe, prout præſenti Decreto mandat, & præcipit, Breve S. D. N. necnon reſolutiones Sac. Congregationis Concilij Tridentini ſuper prædictis emanatas, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus. Roma 9. Julij 1656. Sign. Martius Cardin. Ginettus. Camillus Archiep. Capua Secr.*

Ex Arch. Matrit. in. lib. P. Ioan. de ſolis de Truxil. 79. Cùm verò Patres Capuccini tot Apoſtolicis reſponſionibus non acquieſcerent, anno 1672. renovata lite, iterum condemnati ſunt; graviterque interdicti, ut à Tertiariis, præſertim mulieribus admittendis, aut ſpiritualiter dirigendis prorsùs abſtinerent: Quæ omnia Clemens X. appoſito Diplomate voluit eſſe confirmata.

## CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Reg. 8. Vltram. fol. 323. 80. Exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filij Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Gallicanæ, quòd licèt Congregatio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, in controverſia inter ipſos exponentes ex una, ac dilectos pariter filios Fratres Ordinis Minorum ejuſdem S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum in Regno Galliarum degentes ex altera partibus, circa jus conferendi habitum Tertij Ordinis S. Franciſci utriuſque ſexus perſonis ſæcularibus, eaſque dirigendi vertente, die 13. Martij proximè præteriti, partibus pluries auditis, decreviſſent, ut Fratres Capuccini præfati ab hujuſmodi habitus collatione, & directione penitus abſtinerent, nihilominus dilecto etiam filio Procuratori Gen. dicti Ordinis Fratrum Capuccinorum conquerente, ſe in juribus ſuis ſufficienter auditum non fuiſſe, eadem Cardinalium Congregatio die 20. ejuſdem menſis mandavit, ab expeditione ſui Decreti hujuſmodi ſuperſederi, utque dictus Procurator Generalis quaſdam proviſionales in ſimili forma Brevis litteras, quas rec. mem. Clemente Papa IX. Prædeceſſore noſtro ad præfati Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum favorem emanaſſe aſſerebat, partibus communicaret. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfatus Procurator Generalis id non præſtiterit, nihilque habeat, quod pluries, & in diverſis contradictoriis tam coram præfata, quàm coram altera nempe venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum Congregationibus non fuerit aliàs à dictis Fratribus Capuccinis productum, & propterea dicti exponentes, ut hujuſmodi controverſiæ jam toties, & tam ſolemniter deciſæ, & noviſſimè coram primodicta Cardinalium Congregatione ter expoſitæ, finis tandem imponatur, ac alia quinque Decreta à præfatis duabus Cardinalium Congregationibus reſpectivè contra præfatos Fratres Capuccinos emanata, necnon deſuper expeditæ pariter in forma Brevis Litteræ Apoſtolicæ obſerventur, opportunè ſibi in præmiſſis à nobis provideri, & ut infra indulgeri ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. inclinati, de memoratorum Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui partibus auditis in Decreto aliàs, videlicet dicta die 13. Martij proximè præteriti edito perſiſtendum eſſe, cenſuerunt, conſilio, præfatis Fratribus Minoribus Capuccinis nuncupatis, ne imposterum in admittendis mulieribus ad habitum tertij Ordinis ſancti Franciſci, ſive in ipſis dirigendis ſe ingerant, Authoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, ac prædictis Fratribus Capuccinis perpetuū ſuper præmiſſis ſilentium imponimus. Decernentes eaſdem præſentes litteras

emper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ &c. die X. Octobris 1672. Pontificatus noſtri anno tertio.

Arch. Matrit. in Reg. Ord. 81. Inter hæc Frater Martinus de Tordiſilla Capucinus, Lector Iubilatus, & Qualificator S. Officij anno 1672. librum edidit de dãdo habitu Tertiariis ſæcularibus, quod ſuis competere, probare nititur ex Bulla Nicolai IV. *Super montem Catholicæ Fidei &c.* 1289. atque per communicationem, quam habent cum Obſervantibus privilegiorum; cùm enim ipſi, & Conventuales ſint veri Minoritæ, tota poſſunt authoritate per Nicolainam illam Tertiarios utriuſque ſexus ad habitum, & profeſſionem Tertij Ordinis admittere. Capuccino reſpondit, alio edito libro P. Ioannes de Solis Truxillo tertij Ordinis de Provincia Andaluziæ, & Nicolainam citatam optimè declarat, quòd non de dando habitu, ſed de ſolo Viſitatore de Minoribus aſſumendo loquatur, oſtenditque per Bullas Apoſtolicas, & per rationes efficaciſſimas, Tertiariorum ſæcularium ad habitus receptionem ſemper apud Miniſtros ejuſdem tertij Ordinis, numquam verò apud Viſitatores reſediſſe, niſi poſt prææallegatam Clementis VII. Conſtitutionem: Ex quibus deducit evidenter (ſuppoſito tamen hoc ſuo fundamento infra rejiciendo) quòd, cùm receptio hujuſmodi non Minoritis, quà talibus, ſed ſoli Miniſtro Generali totius Ordinis competat, quatenus pro Viſitatore Tertiariorum fuit ſubrogatus, in quo officij privilegio non communicant Capuccini, prætendere non poſſunt iſti per communicationem privilegiorum cum Obſervantibus Tertiariorum receptionem ſibi competere; imò ex præallegatis Decretis, & juribus, ac ex revocatione Decreti Gallicani, atque præfati Romani ſub die 31. Ianuarij 1620. hoc Capuccinis ſpecialiter, & graviter eſſe prohibitum.

82. Erravit tamen in hoc Truxillus ipſe, dum ait, Miniſtro Generali totius Ordinis S. Franciſci, non quâ tali, ſed quatenus pro Viſitatore Tertiariorũ fuit ſubrogatus, competere ſæcularium Tertiariorum receptionem, quod ab eo gratis dictum nullibi legitur in Apoſtolicis Conſtitutionibus comprobatum. Cùm etenim per citatam Pij V. Bullam non ſolùm Clementina prææallegata, ſed & cæteris contrariis quibuſcunque caſſatis, & annullatis, Generalis ipſe Minorum de Obſervantia ex titulo ſuæ præeminentiæ, ac juriſdictionis ſuper Ordinem univerſum S. P. Franciſci, ſuper omnes Tertiarios indiſtinctè ubique terrarum Prælatus conſtituatur (quod nunquam deinceps fuit revocatum, cæcutientibus etiam patet, Generali ipſi, non ratione alicujus pro Viſitatore ſubrogationis, ſed ratione ſuæ ſupręmæ dignitatis, atque Prælaturæ in Ordine Seraphico competere, Tertiarios ad habitum, & profeſſionem admittere.

83. Cùm ergo Capuccini in hac Miniſtri Generalis totius Ordinis S. Franciſci præeminentia, ſicuti nec in titulo, nec in Capella Pontificia, nec in jure radicali juriſdictionis ſuper Corpus univerſum Franciſcanũ (licet jam actualis juriſdictio quoad aliquos per Apoſtolica Privilegia ſit limitata) nec in cæteris cum ipſo Miniſtro Generali communicent, non apparet, unde prætendere poſſint, ex privilegiorum communicatione Tertiariorum receptionem ſibi competere; Quare non immeritò fuerunt ſuper his in Sacra Congregatione condemnati.

84. Minùs apparet, unde Truxillus ipſe referat, ex Bonaventuræ de Calatagyrone Generalis, & Ioannis de Ierro, qui eidem in Generalatu demum ſucceſſit, litteris enciclicis, approbante Mattheyo Cardinali Ordinis Protectore, non ſolùm Tertiariis Regularib⁹ conceſſum, ſed & Minoritis interdictum fuiſſe, ut Tertiarios ſæculares nullatenus ad habitum admitterent, aut in eorum directione ſeſe ingererent. Supponendo etenim Truxilli principia, quòd Miniſtro Generali competat Tertiariis præſidere, ut ſubrogato pro illorum Viſitatore Generali; ut quî fieri potuit, ut Bonaventu- Ex lib. P. Ioann. de Truxillo loc. cit.

ra tàm inſignis litteraturæ, tàm commendatæ prudentiæ, quam primariæ Sedis Apoſtolicę legationes illi commiſſę conteſtantur, officij ſui partes, & jura tam relevantia ignoraverit? ignoraverit & Ioannes de Ierro inter Theologos celeberrimus? Habemus ſiquidem ex ſtatutis Capituli Generalis ſub anno 1606. in quo ipſe Generalis Bonaventura fuit electus, quòd Miniſtris Provincialibus ſeriò injungitur, ut pro ampliatione Tertij Ordinis, præſertim in Caſtella efficaciùs invigilent, ut ubique terrarum & numero, & fructibus ſanctitatis abundet, veluti jam in Aragonia glotioſiſſimè abundare cernebatur. Hoc ipſum in Capitulo Salmaticenſi anno 1618. publicato per Vicarium Generalem propriè ad eorum inſtructionem libello, fuit efficacia majori renovatum: idipſum in Segobienſibus Comitiis anno 1621. atque in Toletanis anno 1633. legimus confirmatum; abundantiſſimos, & continuos huiuſce Tertij Ordinis ſub cura Minorum in Luſitania progreſſus ab anno 1615. etiam legimus, ut ſupra per extenſum c. 4. adnotavimus. Quomodo ergo contra Bonaventuræ Generalis prohibitionem tot, & tanti in Aragonia, & Luſitania profectus, & tanta Minorum ſolicitudo? quomodo contra Ioannis etiam Generalis edictum Vicarius eius Generalis unà cū Capitulo contrarium decernit? de Bonaventuræ itaque litteris prætenſis nihil totâ diligentiâ reperire potui, nec Ioannis de Ierro conceſſionem; ſed eam tantùm ad Gallicanæ Congregationis favorem recitat in ſua Bulla. *Quæ pro augenda &c.* Paulus V. (quam infra dabimus per extenſum) quin & additur, ſuis Minoritis eum vetuiſſe, Tertii Ordinis ſæcularibus habitum inſcio eiuſdem Cōgregationis Miniſtro Provinciali non concederent; hoc autem in ſolo memoriali relatum per ſupplicantes, nullibi legitur habere fundamentum: quod etiamſi verum foret, non à Tertiariorum juribus, ſed à Generalis Miniſtri conceſſione dependere conſtaret.

85. Eſto tamen nulla ſint hæc omnia (per ſe aliàs nimis evidentia) nulli dubium, quòd poſt B. Pij V. allegatam Conſtitutionem jus novum nullum Minoritis ſuper Tertium Ordinem acceſſit, & tamen in contradictorio contra Tertiarios Regulares, contra Truxilli aſſertum, pro Minoribus Rota Romana pluries pronunciaviſſe comprobatur.

86. Etenim cum in Luſitania, præſertim circa ann. 1620. graviſſima lis orta fuiſſet inter Minoritas, & Tertiarios Regulares, ſuper jure dādi habitū Tertiariis ſæcularibus; Tandem causâ per Tertiarios ad ſacram Rotam deductâ, citatis partibus, eorumque juribus, & rationibus coram Pirovano accerrimè diſcuſſis, ante omnia decretum eſt, non de poſſeſſione, ac ejus manutenentiâ, ſed de bono jure eſſe tractandum; ad quos ſcilicet ex jure proprio pertineat habitum Tertiariis ſæcularibus concedere. Scripſerunt in cauſa Armindus Riccius, Ioannes Camillus Maſcambrunus, Franciſcus Alexi, & Paulus Ranucinus: Tandem expoſito Decreto die 25. Maij 1635. coram Pirovano deciſum fuit, Obſervantibus privativè quoad Regulares Tertiarios, habitum Tertiariis ſæcularibus concedere, ex proprio jure competere: Causâque iterum propoſitâ, poſt allegata juris fundamenta, etiam ab immemorabili, immò & ab ipſo hujus Religionis exordio probatum eſt, jus conferendi habitum Tertij Ordinis ſæcularibus S. Patri Franciſco, illiuſque legitimis ſucceſſoribus, & generaliter Ordini Minorum competere, quæ omnia ſic litteraliter ex Regeſto quarto Vltramontano deſcripta leguntur.

*Ex Arch. Marrit. in Bull. Ord. fol. 240. ad. 254.*

*Arch. Aracœl. Reg. 4 Vltram. f. 84. pag. 2.*

87. [ Vivente B. Franciſco ab eo habitum Tertiarij ſuſcipere, & ab ejus Fratribus Minoribus de anno 1221. uſque ad Seraphici Patris mortem conſuevetunt, ut in libro monumentorum Ordinis Minorum, & ex lib. firmament. trinm Ordinum lib. 5 & ex Epiſcopo Portuenſi in 1. parte Chronic. Minorum lib. 1. cap. 33. & lib. 9. cap. primo, & reliqnis per tot. & in Chronicis Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Mantuani prima parte §. Cum autem pag. 3. & ex P. Mirand. ſuper Regulam Tertiariorum, & à cap. 13. fol. 170. uſq; ad cap. ultimum ex Viris Illuſtribus hujus Ordinis apparet. *Ibid.*

88. Primus fuit Beatus Lucius, ſivè Lnchesius, & etiam ejus Vxor de anno 1222. B. Bona, necnon & aliæ multæ perſonæ nobiles, ut Petrus de Colle, & Brunus magnæ perfectionis, & alii multi de populo Canavano à B. Franciſco habitum ſuſcepere; de anno 1223. Bartholomæus Cumanus Advocatus, & Procura-

tor; de anno 1224. in Romana Curia veſtitus fuit à dicto Sancto; Matthæus Rubius Caetanus, qui fuit Pater bonæ memoriæ Nicolai Papæ III. prima parte lib. 9. cap. 9. Miranda cap. 14. de anno 1226. veſtivit idem ſanctus Franciſcus in Florentia Orlandum Chiuſſi, qui & obtulit Ordini montem Alverniæ, cuius Dominus erat, 2. Parte Chron. lib. primo cap. 52. Eodem anno ſimpliciter fuit ab eodem ſancto veſtitus Comes de Monteacuto nomine Albertus, cui donavit ſuum habitum, qui extat hodie Florientiæ. De anno 1231. D. Eliſabeth Vngariæ Regina ſuſcepit habitum, & profeſſionem à Fratre Corrado Minorita eius Confeſſore, prima parte Chron. lib. 9. cap. 10. De anno 1246. B. Humiliana ſuſcepit habitum à Fratre Michaele de Florentia. Ita Epiſcopus Portuenſis 2. part. Chron. lib. 1. cap. 52. De anno 1289. B. Teulamus ſuſcepit habitum in Conventu Fratrum Minorum, & mortua uxore permanſit vir eius inter Minores uſque ad mortem 2. parte lib. 4. cap. 8. & ſequent. De anno 1277. B. Margarita de Cortona accepit habitum à Minoribus, ut 3. part. lib. 4. cap. 19. ipſemet Chriſtus Crucifixus retulit ex ſuo ore dicens eidem Margaritæ: *Recordare, mulier, quomodo nolentibus Fratribus Minoribus te in ſuum Ordinē, & habitum recipere, ego feci, ut admitteretis ab ipſis*; ita in antiquioribus Chronicis Vlixbon. De anno 1309. B. Angela de Fuligno ſuſcepit habitum à Fratre Arnaldo Minorita eius Confeſſore, qui & ſcripſit ſuam hiſtoriam 2. parte lib. 6. cap. 6. cum ſequent. De anno 1327. S. Elzearius Comes Aniani cum S. Delphina coniuge ſua ſecuri de ſuo perpetuo cœlibatu à quodam Minorita ſuo Confeſſario ſumpſerunt habitum; & aliqui dicunt, hunc fuiſſe Fratrem Franciſcum de Mayronis, ſubtiliſſimi Scoti Comentatorem 2. parte Chron. lib. 9. cap. 20. De anno 1325. S. Eliſabeth Regina Portugalliæ, defuncto Marito Rege, habitum ſuſcepit in monaſterio S. Claræ Chonimbricæ, & ibi ſub obedientia Minorum uſque ad mortem permanſit, de quo eſt bulla S. D. de anno 1626. declarans habitum eſſe Tertii Ordinis, & idem S. Rituum Congregatio declaraverat. 2. parte lib. 7. cap. 26.

88. De novo 1351. B. Corradus Placentinus habitum ſuſcepit Franciſcanum, qui tertius dicitur, & apud Netinos in Sicilia Heremita in Xenodochio, & eius uxor velum Placētiæ ſuſcepit, ita S. D. N. Vrbanus VIII. in lectione Breviarii. De anno 1356. D. Michaelina in Conventu Fratrum Minorum orans, vocem audire meruit Crucifixi, & ibi habitum Tertiariorum ſuſcepit 2. parte lib. 8. cap. 17. De anno 1415. Robertus de Malateſta Dux de Arimino ſummopere affectus B. Franciſco, à quo media nocte in viſione excitabatur ad matutinum, & in eius feſtivitatis die dixit ei, *vade ad Conventum Minorum, & ibi accipies habitum Tertiariorum, & eris meus filius*, 3. parte lib. 2. cap. 30. De anno 1484. B. Euphroſina poſt mortem mariti ſumpſit habitum Tertiariorum à Fratribus Minoribus, de cuius ſtatu devotiſſima fuit, & habuit de ipſo magnas revelationes, & audivit S. Hieronymum commendantem Minores Fratres 3. parte lib. 3. cap. 3. De centuria, 1500. apud P. Fratrem Antonium Daza authorem 4. part. Chron. Minorum extant quamplurimi Viri Illuſtres huius Tertij Ordinis ſæcularinm ſub directione Minorum, ſed quoniam ſac. Congreg. Indicis librorum in ſuſpenſo habet hunc librum, non referuntur. De anno 1595. Extant decem, & ſeptem Martyres Iaponenſes Tertij Ordinis per Fratres Minores ad fidem converſi, & ad hunc Ordinem adſcripti, necnon per S. D. N. Vrbanum VIII. inter Martyres, ac huius Tertij Ordinis Alumnos declarati, qui quidem principalis illius novi Orbis decor, & ornamentum exiſtunt. In univerſa iſta Centuria 1500. uſque hodie apud Indos Occidentales, & etiam Occidentales penè innumeri Indi fuerunt, & extant hodie ad hunc tertium habitum per Minores admiſſi, nam licèt non fuerint recepti ad ſacros Ordines, neque ad habitum, & profeſſionem alicuius Religionis ex mendicantibus, tamen ad hunc Tertium Ordinem libentiſſimè à Minoribus ſemper fuere veſtiti, in quo, & in fide Orthodoxa uberrimos fructus edidere, de quo innumeræ relationes illorum Regnorum ad Sac Congregationem de propaganda adductæ ſunt. De Centuria autem 1600. ab hac die in tota Hiſpania ſufficientiſſima teſtimonia in hac ſac. Curia in actis prolata extant per ſeptem teſtes omni exceptione maiores ſufficienter examinati de momentanea col-

latione

latione habitus Tertiariorum ſæcularium per Fratres Minores in omnibus Hiſpaniarum partibus, ubi & in Portugalliæ Provincia ſunt hodie 118000. Tertiarij veſtiti per Fratres Minores.]

89. Ex his, allegatiſque rationibus ſecunda deciſio S. Rotæ Romanæ coram Pirovano ſequuta eſt die lunæ 17. Decembris 1635.

Ibid. f. 89. [Causâ repropoſitâ concluſum fuit, ſtandum eſſe in deciſis 25. Maij præteriti, quoniam verum eſt, Fratres de Obſervantia ab initio, & origine Ordinis, vivente Seraphico Patre, & poſt ejus glorioſum obitum contuliſſe Tertiariis habitum, & in hac conſuetudine fundare intentionem contra Regulares Tertiarios, nam deciſio, quæ revidetur ponit trinum Ordinem à Seraphico Patre emanatum ab anno 1208. ſcilicet Fratrũ, Mulierum, & Tertium de Pœnitentia nuncupatum, certis Regulis Fratribus, & Mulieribus præſcriptis, & inde ab Honorio Tertio confirmatis; Tertiariis verò non Religionem, ſed certum vivendi modum, & veſtiendi honeſtum præſcripſit, qui à Nicolao IV. ſub aliis Regulis diſtinctus fuit, & approbatus; ac demum ducentis annis, & ultra elapſis, ſub Leone X. Regularis Ordo Tertiarius fuit erectus, & confirmatus.] & ſequitur.

90. [Pro Tertiariis ſecundùm diſtinctionem trium temporum ab eiſdem præmiſſam, idem in primo tempore narratur ab origine uſque ad Nicolaum IV. qui Regulam per modum, & tenorem per Sanctum præſcriptam confirmavit, & in eo, quod dicitur, Seraphicum Patrem ſuo tempore multis habitum contuliſſe, teſtantur Sacri Ordinis Chronica, nempe Epiſcopus Portuen. in parte p. Chronicorum Minorum lib. 2. fol. 216. cap. 33. & lib 9: cap. p. Epiſcopus Mantuanus Genzaga in ſua Chronica parte p. §. Cùm autem fol. 3. Miranda ſuper Regula Tertiariorum cap. 13. uſque ad cap. ultimum, & fuerunt, qui habitum ab eodem Sancto receperunt, ut aliqui inter cæteros recenſentur ultra integrum Populum de Carnerio, de quo in p. parte Chronicæ Portuenſis lib. 12. fol. 217. necnon alios relatos à Miranda ſuper Regula Tertiariorum cap. 13. pag. 170. & 73. & ex eiſdem hiſtoriis ab anno 1222. uſque ad annum 1531. B. Bona, Bartholomæus Cumanus Advocatus, Matthæus Rubius Caetanus, qui fuit Pater Nicolai III. omiſſis aliis, & ab anno 1231. à Minoritis Fratribus habitum ſuſceperũt, Eliſabeth Vngariæ Regina, B. Emiliana, & aliæ perſonæ in eiſdem Chronicis relatæ, non tamen eſt verum, quod pro Tertiario Ordine aſſeritur, eumdem Seraphicum deputaſſe in Caput, & Supremum Superiorem Tertiariorum Bartholomæum Cumanum ab ipſo Sancto receptum, & cum omnimoda poteſtate, & authoritate alios ad Ordinem recipiẽdi in æternum ei, & ſucceſſoribus data, nam etſi de dicto Bartholomæo loquatur Chronica, quæ datur Sum. n. 1. quam ſcripſit Frater Marcus Vlixbonen. in prima parte. lib. 2. fol. 217. dicatur inter alios fuiſſe hujus Ordinis Tertiarij quemdam nuncupatum Bartholomæum litium Procuratorem, qui ad eam vitæ ſanctitatem, & cum Sancto familiaritatem pervenit, ut illi daret facultatem recipiendi viros, & mulieres ad Ordinem Tertiariorum, ſubdendo, *in luogo ſuo per ſempre*, & informantes pro Tertiariis addunt alia verba, nempe, cum omnimoda poteſtate, & authoritate alios ad Ordinem recipiendi in æternum ſibi; & ſucceſſoribus, attamen unde Chroniſta deſumpſerit hanc partem, ponitur in margine dicti fol. 217. nempe ex antiqua Chronica S. Antonini, qui fuit Archiepiſcopus Florentinus, in qua talia non leguntur in ſua tertia parte hiſtoriali tit. 24. cap. 7. §. 3. verſ. anno Domini 1223. fol. 235, ſed tantummodo habentur ſequentia verba. [Anno Domini 1223. fuit quidam in Italia Bartholomæus nomine, qui auditâ famâ B. Franciſci, ad ejus prædicationem advocationem ſuam deſerens, ſub honeſto habitu, & tertia Regula dignos Pœnitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum B. Franciſco familiaritatem contraxerat, quòd Sanctus recipiendi Fratres ei conceſſerit facultatem] ſed de tempore, aut de perpetua ſucceſſione nullum verbum.

91. De ſecundo autem tempore à Nicolao IV. uſque ad Nicolaum V. Fratres de Obſervantia non diſcordant cũ Tertiariis, quin Regula Nicolai IV. ab univerſo cœtu Tertiariorum obſervata fuerit quoad omnes tam ſub Obſervantia, & in communi viventes, quàm quoad conjugatos, Virgines, & alios in cœli-

batu viventes, ac modum vivendi, & reſpectivè veſtiendi, & opera charitatis exercendi.

92. Tertium tempus à Nicolao V. uſque ad Tertiarios in Regulares formales erectos ſub Leone X. cum & illud cum actibus ſubſequutis in tempore illo intermedio pertineat ad univerſum cœtum cujuſcunque generis perſonarum Tertiariorum, nec Tertiarios Regulares tangere poſſit, cùm adhuc non eſſent in rerum natura, nihil obſtare poterit veritati facti, quòd Seraphicus Pater, & Succeſſores contulerint habitum ingredientibus Tertium Ordinem, neque diſpoſitioni juris, quòd ex hac conſuetudine Ordini Minorum primordialiter erecto juriſdictio conferendi habitum quæſita fuerit per cap. conqueſtus 9. q. 3. cap. irrefragabilis §. 1. cap. dilectus in princip. de offic. Ordin. c. Cum contingat de foro compet. Abb. Felin. Ioan. Andr. & alij per Surd. conſ. 465. num. 15. lib. 4. qui in prima deciſione fuerunt allegati, quibus accedunt plenè hanc Concluſionem firmantes Bellam. Conſil. 40. n. 21. Alberic. conſ. 197. n. 15. Menoch. tract. de imper. & juriſdict. lib. 2. cap. 2. n. 2. Bald. conſ. 338. n. 5. lib. 1. Sanchez ſuper Decalogo lib. 5. cap. 4. n. 64. & idem fuit firmatum in Sabinen. Montis Rotundi, vers. neque obſtare dicebatur 25. Iunij 1627. coram Domino meo Decano, & hanc eamdem conſuetudinem conferendi habitum ponderat Miranda in Manual. parte 1. q. 36. art. 7. in principio dicens: licèt non reperiatur aliquod Breve, ſeu Bulla conceſſa Fratribus Minoribus, ut poſſint recipere aliquos Fratres, vel Sorores, qui vocentur Tertiarij, ſive de Pœnitentia, & in propriis domibus habitent, nihilominus ſufficit antiqua conſuetudo, quæ ab initio Ordinis ſemper fuit in praxi; quę verba, & veritatem facti conſueti, & juris diſpoſitionem in præſuppoſito deductam bene comprobant; Vnde niſi Regulares Tertiarij aliunde doceant, jus conferendi habitum ad ipſos ſpectare, vel devolùtum fuiſſe, aut denique ex aliis ſummorum Pontificum conſtitutionibus, & Bullis conceſſum, fruſtra de proprietate juris conferendi habitum Tertiariis ſæcularibus contendunt.

93. Non igitur conſtat, ad ipſos ſpectare jus conferendi ante Bullam Nicolai IV. neque ex diſpoſitione ejuſdem, quæ emanavit de anno 1289. & eſt ſecunda in novo Bullario, & impreſſa reperitur in lib. intitulato Firmamentum trium Ordinum, ad quam ſemper recurritur dum agitur de Tertio Ordine; nam etſi ille fuerit ab ipſo Beato inſtitutus, ut in ipſa Bulla præſupponitur in decimo ſexto cap. Regulæ, attamen Gonzaga Epiſcopus Mantuanus in ſua Chronica part. prima verſ. Cùm autem, pag. 3. & Roderic. qq. Regular. tom. 3. q. 72. art. primo in principio dicunt, quòd Regula à B. Patre tradita non invenitur, ſed tantummodo illa, quæ enunciatur, & approbatur à Nicolao IV. in qua de pertinentia ad Regulares Tertiarios non eſt agendum, dum adhuc Ordo illorum ad formalem Regulam non eſt erectus.

94. Neque ad rem facit, ſi dicatur, Seraphicum Patrem ab origine inſtituiſſe Ordinem Tertiariorum omnino diſtinctum ab Ordine Minorum, & probari ex verbis glos. in Clement. ex eo de ſent. excommunic. & prima verb. Obedientiā de Religioſ. domibus Calderin. conſ. 7. n. 2. de for. compet. & inde ſumendam eſſe conſequentiam neceſſariam, jus conferendi habitum de jure communi non competere Minoribus de Obſervantia, cùm non ſint Superiores ejuſdem Ordinis cap. fin. de Reg. in 6. lap. alleg. 31. n. 1. Odrad. conſ. 91. n. primo Quia objectum omnino ceſſat propter jus quæſitum, ex conſuetudine conferendi habitum univerſo cœtui Tertiariorum, ut ſupra oſtenſum fuit. Quæ juriſdictio non poteſt dici ſublata ex eo, quòd Beatus non dederit hanc facultatem Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum, ſed ipſe ſolus ab initio Tertiarios receperit, & poſtmodum eamdem facultatem dederit Bartholomæo Cumano à ſe recepto, & cum clauſula *in æternum*, quæ exinde dicitur tranſmiſſa ad ſucceſſores in approbatione Regulæ per Nicolaum IV. dum voluit in cap. 2. & 16. quòd Miniſtri de ſe ipſis Tertiariis eligerentur, & ab ipſis habitus daretur. Nam ſi Chronicis hujus ſacræ Religionis eſt ſtandum, prout non eſt dubitandum, jam concludenter ex ſupradictis patet, quòd S. Franciſcus ab origine inſtituti Ordinis, dum vixit, habitum ingredientibus dedit, & poſt ejus glorioſum obitum idem fecerunt Miniſtri Generales, & alij Miniſtri particulares,

ticulares; & quod dicitur de Bartholomæo, illi ſimpliciter data fuit facultas recipiendi ſæculares ad habitum ab ipſo Seraphico Patre, non autem ſucceſſoribus in perpetuum, ut dicunt Tertiarii Regulares, quod abundè ſupra fuit oſtenſum, ut propterea quicquid actum fuit ab ipſo Bartholomæo mandante B. Franciſco non jure proprio, quaſi ſit effectus proprietarius juris conferendi habitum, ſed ab ipſo Patre, à quo facultatem receperat, factum reputatur per text. in l. unum ex familia, §. falcidia ff. de leg. 2. ubi non dicitur quis habere jus ab eligente, ſed ab eo, qui dedit poteſtatem eligendi, & per illum text. ibidem infert Bartholomæus ſi adunantia Generalis eligit illum, quem Priores nominarunt, ille dicitur electus ab adunantia habente proprietatem facultatis eligendi, non autem à Prioribus, idem comprobant Cumanus, & Florian. in dicto §. ſi Falcidia, Didacus à Segura ibidem, numero 182. cum ſequent. & Cravett. conſ. 275. numero 3. dicens idem in mandante, penes quem eſt poteſtas mandandi, & ab eo deducendum eſſe actum electionis, non autem ab ipſo eligente, & cùm facultas prædicta data fuerit Bartholomæo biennio poſt à die Ordinis tertij Inſtituti, nèpe de an. 1223. ut dicunt Chroniſtæ ſupra allegati, & tempore, quo infiniti prope habitum receperant ab ipſo Beato, clarum eſt, quòd tanta juriſdictio non ſit tranſlata in Bartholomæum, quin major apud Superiorem remanſerit. cap. dudum 14. de præb. in 6. l. fin. cap. de juriſdict. omn. Iud. l. 1. cap. de ff. profert. Vrbis Bald. conſil. 326. incip. Rex Romanorum in fin. num. 16. dicit, quando Princeps committit juriſdictionem alicui, cenſetur eamdem ſibi reſervare, capitaque deciſ. 337. num. 8. part. 1. Menoch. præſump. 18. num. primo lib. 2. Felin. comprobans in cap. paſtoralis num. 2. de offic. Ordin. & plenius Surd. conſ. 56. num. 22. Genzal. ad Regul. 8. in prolem. §. 2. num. 2. & ſeqq. Et cum agatur de terminata facultate Bartholomæi, Bulla Nicolai IV. nihil diſpoſuit de ſucceſſoribus illius, ſed de jure conferendi induito Miniſtris ejuſdem Ordinis cujuſcumque qualitatis, & ſexus, quod nihil commune habet cum facultate Bartholomæi.

95. Secundò principaliter non probatur, huiuſmodi facultatem conferendi habitum, quæ ex conſuetudine præſcripta erat penes Fratres de Obſervantia, ad Regulares Tertiarios fuiſſe devolutam, aut inter ipſos tamquam de cœtu univerſali conſervatam, quamvis poſt ſæcula in Regularem Ordinem erectos, nam etſi opponatur ceſſare juriſdictionem Minorum de Obſervantia, cum ex vi Regulæ approbatæ determinetur, quòd Miniſtri deputati recipiant Fratres, & Sorores habitum ſuſcipere volentes, & in cap. 16. indulta ſit facultas eligendi in Viſitatorem virum Religioſum ex aliqua Religione approbatum, quæ omnia inferre videntur juriſdictionem, & quidem diſtinctam, & ſeparatam ab Ordine Fratrum de Obſervantia. Bartholomæus in l. nam. & poſteriores, ff. de legib. cum aliis alleg. per Menoch. præſump. 38. num. 8. lib. 6. attamen eadem prima deciſio reſpondet, quòd jus conferendi habitum à Miniſtris electis à ſe ipſis reſpicit Ordinem Tertiariorum in univerſum, qui cum ut univerſales, neque ut ſingulæ Congregationes ſint in cauſa pro diffinitione propriæ exemptionis, ſed tantummodo Regularis Ordo Tertiarius, & Fratres Minores ad invicem contendentes de jure Tertii, Congregationes illæ inauditæ non ſunt ſpoliandæ ſuis facultatibus per Nicolaum IV. indultis, ex vi Regulæ approbatæ, & ita intrare non poteſt conſequentia devolutionis huiuſmodi juris ad Ordinem Regularem tertiarium, qui de tempore Regulæ Nicolai non extabat, ſed poſt ducentos ferè annos ſupervenit, & interim ſunt conſervandi Minores Obſervantes in eorum jure conferendi in ſuis caſibus, quando Congregationes non deputant Miniſtros, vel antequam illæ non ſint erectæ in Civitatibus, vel locis Orbis univerſi: quod ſemper ſuſtinetur etiam in modo, in quo poteſt operari, Menoch. cad. præſump. 38. n. 14. & ſeqq. lib. 6.

96. Neque obſtat, quòd Ordo Regularis tertiarius cum ipſo univerſali Ordine fuerit ſēper idem, & independens conſervatus à quacunque Religione, etiam Minorum tàm ante erectionem huius in formalem Regulam, quàm poſt Ordinis prædicti erectionem, & probari, dicebatur ex Conſtitutione Eugenii IV. de anno 1442. Menſe Februar. eius Pontifi-

catus anno 4. apud Sillam de Privileg. Tertij Ordinis pag. 30, & 40.

97. Quoniam ex illa Eugenij quicquid datum eſt Fratribus in commune viventibus reſpectu Viſitatoris, & juriſdictionis in Fratres prædictos, nihil pertinet ad Fratres, & Sorores ſeparatim, in eorum domibus viventes, de quibus toto tenore Bullæ ponderato non agitur, & quod magis eſt, emanavit pro certis Regnis Caſtellæ, & Legionis, à quibus ad univerſas Civitates, & mundi loca non licet inferre, neque de una ſpecie juriſdictionis viſitandi ad aliam ſpeciem conferendi habitum extendi poteſt, ut infra dicetur.

98. Ex conſtitutione autem Nicolai IV. quæ emanavit pro Leodienſi Diœceſi, & in forma Commiſſaria plura determinantur pro Fratribus tantùm in communi, & ſub Obedientia tunc viventibus, & de prædictis non eſt quæſtio in hac diſputatione, in qua agitur de ſæcularibus, non autem de Regularibus, vel tunc in communi ſub obedientia viventibus, plura etiam pro Fratribus ſæcularibus in propriis domibus degentibus ſtatuuntur, quæ omnia ſi ponderentur, clarè conſtabit, conſtitutionem eſſe localem pro Diœceſi Leodienſi, quæ non admittit extenſionem, & in forma Commiſſaria datam, quæ debet probari in narratis juſtificata, & effectuata per obſervationem ſubſequutam, nec adverſari Regulæ Nicolai IV. niſi in Miniſtro, ſeu Viſitatore Generali, & Superioritate illius, ac in eo, quod eſſe debeat de Fratribus in communi, & Obſervantia viventibus; in cæteris verò firma remanet regula, quòd in toto Orbe ad Miniſtros de ſe ipſis electos ſpectet jus dandi habitum; unde non eſt difficultas, an viventes in communi, & ſub Obſervanvantia, tàm ante erectos in Regulares, quàm poſt, fuerit ſemper idem omninò independens conſervatus, & unum Corpus cum aliis; ſed cùm contendat contra Obſervantes Minores habentes fundatam intentionem in juriſdictione per conſuetudinem acquiſita, ut ſupra fuit firmatum, docere debent, quam juriſdictionem tunc habuerint, vel nunc habeant dandi habitum laicis ſeparatim viventibus, ſcilicet conjugatis, viduis, Virginibus, aut aliis in cœlibatu viventibus, quorum Fratrum, & Sororum juriſdictioni Civitatis, vel loci cuiuſlibet non legitur derogatum, & nihilominus de illorum ſeparatione ab univerſo Ordine conſtat ex Conſtitutione Leonis X. Menſe Ianuar. 1521. Pontificatus eiuſdem anno 8. quæ ponitur per Sillam de privileg. Tertii Ordinis fol. 66, in qua expreſsè leguntur ſeparati, *ubi nos, juxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes, eamdem tertiam Regulam in modum, quo ſequitur, diſtinctum, de novo confirmamus, & approbamus*, per quam ſeparationem neque directè cœtus Fratrum, & Sororum laicorum privatus fuit proprio iure indulto per Nicolaum IV. ut in prima deciſione fuit firmatum, neque in conſequentia, ex quo non benè infertur de iuriſdictione locali ad Civitates, & loca univerſa, neque de una ſpecie viſitandi ad aliam ſpeciem dandi habitum, deficiente cauſa univerſali, & alio exiſtente in poſſeſſione; Innoc. in cap. Dilectus ſuper verbo poſſeſſionem in fi. de Capell. Monac. & plenè comprobat Roman. conſ. 368. num. 8. Felin. in cap. auditis num 18. & ſeqq. de præſcrip. Surd. conſ. 429. num. 45. vol. 3. neque ubi agitur de privat. juris tertio competentis ſufficit allegare convenientiam, quòd magis illis debeatur; qui habent in dominatione, & vivendi modo ſimilitudinem, quam Minoribus Obſervantibus ratione Ordinis omninò diſtincti; Ortaque de leg. commun. 15. num. 20. Surd. conſ. 140. numero 32. cum aliis allegatis, quoniam juriſdictio ſicuti non datur per convenientiam, ſed acquiritur privilegio, vel conſuetudine. Abb. in cap. cum contingat, numero 5. volum. 3. ita nec eodem modo privari poteſt Dominus, aut poſſeſſor, niſi per habentem facultatem, & ſuperioritatem privandi.

99. Tertiò denique non probatur, Tertiarios Regulares conceſſionem habere conferendi habitum ſæcularibus, neque privativè, neque cumulativè quoad Minores de Obſervantia, neque quoad univerſum Ordinem laicorum, ſeu Congregationis, cum derogatione Regulæ conſtitutionis Nicolai IV. Nam ex Conſtitutionibus ſupradictis de hac conceſſione nullum verbum habetur; ex ultima autem, quæ allegatur à Clemente VII. de anno 1526. Menſe Martij eius Pontificatus anno quarto regiſtrata apud Sillam fol.

f. 69. & ſeqq. ſi benè, & diſtinctè attendatur, dũ de Regularib⁹ tam virorum, quàm mulierum loquitur in narrativa, & in diſpoſitiva ejuſdem, nihil ad præſentem diſputationem pertinet, in qua de Superiore Ordinis Tertiarij non eſt quæſtio, ſed de jure conferendi habitum ſæcularibus contenditur.

100. Pro laicis autem non obſtant verba ejuſdem Bullæ Clementis VII. in quibus pro Tertiariis conſtituitur fundamentum apud Sillam pag. 76. ibi, Viſitator Generalis Vniverſo Ordini, illius domibus, monaſteriis, ac utriuſque ſexus perſonis, & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & Provinciæ prædictis exiſtentibus præſit. & Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ utriuſque ſexus, & in ſæculo exiſtentes perſonæ ipſi Antonio, & pro tempore exiſtenti Generali Viſitatori dicti Ordinis de Pœnitentia in omnibus, & ſingulis ipſum Ordinem concernentibus obediant. Ex quibus verbis *præſint, & obediant* dicebatur, & unum corpus eſſe conſervatum, & juriſdictionem conceſſam dandi habitum ſæcularibus, ex quo de jure admiſſa ſuperioritate, conferre habitum ad alium non ſpectat, quàm ad Superiorem prælatum cap. fin. de Regular. Cap. alleg. 51. n. 1. Oldrad. conſil. 91. n. 1. de major. & obed.

101. Quoniam ubi agitur de ſeparata juriſdictione, nempe particularis Viſitatoris, & Superioris, & de Miniſtris eligendis, pro recipiendis ſæcularibus ad habitum laicis præſcriptum, prout hęc duo diſtincta in Regula per Nicolaum IV. confirmata ponuntur, una ſpecie derogata, non tollitur altera, nec inter ſe confunduntur propter naturam derogationis, quæ recipit ſtrictam interpretationem. Clem. 1. de præb. Acchil. deciſ. 3. n. 4. qui filij ſint legit. Rota deciſ. 159. num. 7. coram P. P. Gregor. XV. 103. num. 5. 214. num. 5. 229. num. 2. part. 2. Recent. Præterea hæc ipſa Clem. VII. Bulla per Pium V. de anno 1568. anno ejus Pontificatus tertio per Sillam fol. 85. in totum fuit ſublata, antiquata, & extincta, ibi, *Officia Magiſtratus, & Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuò extinguimus, & abolemus, ac Miniſtrum Viſitatorem, ac Vicarium Generalem ejuſdem Ordinis officio, uſu, & exercitio omnimodè interdicimus*, & ſubmittuntur Generali, & Provincialibus Ordinis Minorum, Vnde benè retorquetur argumentatio, ſi conferre habitum ſpectat ad Prælatum Superiorem, ceſſante Superioritate per extinctionem officij Viſitatoris, ceſſabit per Regulares Tertiarios prætenſum dãdi habitum laicis in ſeparatis dumibus degentibus.

102. Non obſtat, quòd Superioritas Miniſtri Generalis Minorum ſit, ab eo exercenda reduplicativè, non tamquam quòd abſolutè ſit ſuperior, ſed tamquam Prælatus Ordinis Tertiarij & eo caſu non poſſit deputare perſonas Miniſtros ad dandum habitum laicis ex proprio Ordine Minorum, ſed ſervare debeat ſtatuta, & ordinationes, ac privilegia Ordinis Tertiarij, ſecundùm exempla, quæ ponuntur per Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 123. de Rege Catholico, qui, in diverſis Regnis imperat ſecundùm leges eorumdem. Quia Minores Obſervantes non veniunt ex jure devoluto per privationem, ſed reſpondendo Bullæ Clementis VII. dicunt, ſuperioritatem Viſitatoris Ordinis Tertiarij eſſe extinctam, & ipſos uti poſſe jure ſuo in conferendo habitum laicis privativè quoad Tertiarios Regulares ex conſuetudine uſque ab initio naſcentis Ordinis acquiſita. Denique nullius ponderis viſum fuit Dominis fundamentum communicationis privilegiorum Fratrum Minorum, quo legitur facta per Pium V. in eadem Bulla exinſtinctionis Viſitatoris Generalis Ordinis Tertiarij. Quia non poſſunt uti communicatione contra eos, à quibus deſumunt communicationem, quicquid ſit, ſi ab aliis haberent privilegia independenter, ab ipſis Fratribus Minoribus, Fran. in cap. ſicut num. 1. de verb. ſignific. in 6. Cavarub. in addit. in comp. Privil. Mendicantium verb. Communicatio, Eraſmus Cocchier. de Iuriſd. Ord. in exemptos part. 1. q. 17. num. 19. quod ſi ſecus eſſet, ageretur de nova Superioritate communicanda, implicando contradictionem in eadem Pij V. Bulla prohibitam, ibi quæcumque ſint, præſentibus tamen non repugnantia, quod non eſt dicendum &c.

*Sententia*

*Sententia.*

Ibid. f. 93. *Philippus Pirovanus Iuris utriuſque Doctor S. D. N. PP. Capellanus, ac ipſius Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum, cauſaque, & cauſis, ac partibus infraſcriptis Auditor, & Iudex Commiſſarius ab eodem S. D. N. PP. ſpecialiter deputatus.*

103. VNiverſis, & ſingulis D.D. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, Succeſſoribus, Sacriſtis, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locatenent. Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis, Curatis, & non Curaris, Vicariis propriis, Altariſtis, cæteriſque Dominis Preſbiteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis ubicumqoe conſtirutis, & eorum cuilibet in ſolidum, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſalutem in Domino; & noſtris hujuſmodi, ſeu veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis, quòd introducta coram nobis lite, & causâ inter partes inferiùs nominatas, & occaſione &c. qua infra in vim Commiſſionis nobis deſuper præſentata hîc brevitatis causâ inſeri omiſſa ritè, & rectè procedentes, tranſportato priùs coram nobis Proceſſu inter partes hinc inde collitigantes coram Reverendiſſ. Domino Collectore Apoſtolico Regni Luſitaniæ fabricato, illoque, & aliis juribus ad cauſam faciendam per nos viſis, propoſito dubio particulari in Sacræ Rotæ auditorio ſemel, atque iterum, illoque per D. D. Coauditores noſtros maturè diſcuſſo, & ad favorem R. R. P. P. Fratrum Minorum de Obſervantia S. Franciſci dicti Regni Luſitanici, necnon Reverendiſſ. P. Commiſſarij Romanæ Curiæ ejuſdem Ordinis Principalium reſoluto, ſervatiſque omnibus de jure ſervandis, ac citatis priùs legitimè, & de mandato noſtro R. P. Frarre Clemente de Sancto Antonio Ordinis tertij S. Franciſci de Pœnitentia, ac D. Franciſco Vennaggio ex adverſo Procuratoribus R. R. P. P. Fratrum tertij Ordinis, de Pœnitentia nuncupatorum S. Franciſci Regni Luſiraniæ, ex adverſo Principalium ad certum peremptorium terminum comparentium, illoque advenie̅te, & coram nobis Admodum R. P. Fratre Didaco de Cea Commiſſario Romanæ Curiæ, nomine D. D. R. R. Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia, & totius Religionis, & Illuſtri D. Armindo Ricçio eorumdem R. R. P. P. Procuratore legitimè comparentibus in cauſa, & cauſis hujuſmodi concludendis, ſecumque concludi, & pro ſufficienter concluſo haberi, ſententiamque diffinitivam in ſcriptis ferri, & promulgari petentibus. Nos Philippus Pirovanus Auditor, Iudexque Commiſſarius prædictus de DD. Coauditorum noſtrorum voto, conſilio, & aſſenſu, quibus de hujuſmodi cauſæ meritis relationem plenariam fecimus, & fidelem ſententiam definitivam in ſcriptis tulimus, & promulgavimus ſub hac verborum forma conceptam videlicet: Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam Coauditorum noſtrorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis, quæ primò in prima coram Rev. Domino Collectore Apoſtolico Regni Luſitaniæ, & ſecundò in ſecunda, ſeu alia majori coram nobis introductæ fuerunt inſtantiæ inter R. R. P. P. Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci ejuſdem Regni, necnon Rev. Patrem Commiſſarium Curiæ Romanæ ejuſdem Ordinis, qui ad cauſam venit pro ſuo intereſſe ex una, & R. R. P. P. Fratres tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatos, partibus ex altera de, & ſuper jure conferendi habitum tertij Ordinis prædicti perſonis in ſæculo exiſte̅tibus, rebuſque aliis &c. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, jus conferendi habitum Tertij Ordinis ſancti Franciſci perſonis urriuſque ſexus in ſæculo degentibus, atque exiſtentibus, ab eiſdem habitum ſuſcipientibus, profeſſionem ſoliram recipientibus pertinuiſſe, atque ſpectaſſe, ſpectareque, atq; pertinere ad prædictos R. R. P. P. Fratres Minores de Obſervantia privativè, quoad prædictos R. R. P. P. Fratres tertij Ordinis, ſeu de Pœnitentia nuncupatos, inhibendumque, & prohibendum fore, & eſſe, prout inhibemus, & prohibemus d. d. R. R. P. P. Fratribus tertij Ordinis tantùm, ne ſub pœna

pœna excommunicationis, & interdicti in prædicto juro conferendi, & profeſſionem recipiendi, ſeſe modo aliquo intromittant, moleſtationeſque, vexationes, perturbationes, & impedimenta præſtita, & illata, ſeu præſtari, & inferri comminata dictis Patribus Minoribus de Obſervantia per dictos Patres tertii Ordinis, ſeu de Pœnitentia, fuiſſe, & eſſe temeraria, illicita, iniqua, & indebita, illaque minimè facere licuiſſe, nec licere, eiſdem Patribus de Pœnitentia perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, prout imponimus, & ita &c. non ſolum dicto, ſed omni, & alio meliori modo &c. Decretumq; & ſententiam Reverendiſſimi Collectoris prædidicti in parte huic noſtræ ſententiæ conformi approbandam, & confirmandam, in alia verò parte contraria irritandam, & revocandam, prout approbamus, & confirmamus, & reſpectivè irritamus, & revocamus. Item victos victoribus in expenſis in cauſa, & cauſis hujuſmodi factis condemnamus, illarumque liquidationem nobis, vel cui de jure reſervantes, & pro præmiſſis omnibus, & ſingulis mandatum, & mandata quomodolibet neceſſaria, & opportuna decernimus, & relaxamus, & ita &c. non ſolùm modo, ſed omni alio meliori modo &c. Ita pronunciavi Ego Philippus Pirovanus Rotæ Auditor. Lecta, lata, & in ſcriptis promulgata fuit hæc præinſerta ſententia Diffinitiva per Nos Philippum Pirovanum ſacræ Rotæ Auditorem, & dictæ cauſæ Iudicem Commiſſarium Romæ in Palatio Quirinali Apoſtolico apud ſanctam Mariam Majorem, in quo quidem jura reddi ſolent horâ audientiæ cauſarum ſolitâ pro Tribunali ſedent. ſub anno à Nativitate D. N. Ieſu Chriſti 1636. indictione 4. die vero 11. menſis Aprilis Pōtificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Vrbani divinâ providentiâ PP. VIII. anno eius 13. Quæ omnia, & ſingula præmiſſa vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, quibus præſentes diriguntur, necnon RR. PP. Fratribus tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatis ex adverſo principalibus, omnibuſque aliis, & ſingulis quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quibuſcumque nominibus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtram, & eorum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes; ne de præmiſſis, aut eorum aliquo ignorantia aliqua prętendi, ſeu valeat quomodolibet allegari; In quorum omnium fidem has præſentes exinde fieri, & per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandavimus, ſigillique noſtri, vel cujuſlibet Coauditorum noſtrorum juſſimus, & fecimus appenſione muniri. Dat. Romæ ſub anno, die, menſe, Indictione, & Pontificatu, quibus ſupra annotatis, atque deſcriptis, præſentibus ibidem DD. Clearcho Buſcho, & Horatio de Marchis publicis ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Rotæ Notariis, Scribiſque noſtris Teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, atque rogatis.

*Et ego Archangelus Baronus Romanus Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum, & hujuſmodi cauſa Notarius de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, ſignavi, publicavi requiſitus in fidē &c.*

104 Iterum causâ per appellationem coram Merlino productâ, confirmata fuit præfata Pirovani ſententia: per alteram verò appellationem coram Rojas deductâ, deciſum eſt, reformandas eſſe priores duas ſententias rotales; juſque litigatum utrique partium eſſe cumulativè tribuendum: tertiò tandem coram Rojas producta cauſa nullam potuit proceſſu temporis reſolutionem obtinere, an videlicet eſſet, nec ne in deciſis perſiſtendū. Quocirca Cardinalis Barberinus Ord. Protector pro bono pacis expedito ſuo, quod ſtatim apponam, decreto an. 1640. præcepit Obſervantibus quidem, & Tertiariis Regularibus prętenſum jus dandi Habitum Sæcularibus Tertiariis competere, ſed Obſervantibus abſolutè, Tertiariis verò Regularibus dependenter à Miniſtro Generali totius Ordinis; qui tamen ad libitum, & ſine Cardinalis Protectoris aſſenſu hanc eis facultatem prorſus denegare non valeret. Hoc modo terminata fuit non diuturna minus, quàm odioſa controverſia. Supereſt ergo, ut Cardinalis edictum producatur.

Arch. Ma-trit. in bull. Ord. f. 240. ad 254.

*Nos Franciſcus S. Laurentij in Damaſo Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus S. R. E. Vice-Cancellarius, ac totius Ordinis S. Franciſci Protector, Gubernator, & Corrector.*

Ex Arch. Aracœl. Vltr. Reg. 4. f. 186.

105. PRo bono pacis, & ad evitandum animi inquietudines, ac cõtinuas expenſas faciendas, tàm per Fratres Minores de Obſervantia, quàm per Fratres Tertii Ordinis de Pœnitentia Provinciæ Portugalliæ, ſuper lite mota inter eos ſuper jure conferendi habitum dicti Tertii Ordinis perſonis in ſæculo degentibus, quæ cauſa cum in ſacro Rotæ Auditorio primò coram Reverendiſſimo D. Pirovano Commiſſa fuerit, & à quo Reverendiſſimo Pirovano præcedentibus duabus deciſionibus, utraque parte informante, factis lata fuerit ſententia diffinitiva, in qua jus conferendi dictum habitum præfatis RR. PP. Minoribus de Obſervantia privativè quoad DD. RR. PP. Tertiarios adjudicatum fuerit, & ſecundò in gradu appellationis coram Reverendiſſimo Domino Merlino, à quo procedente unica tantùm deciſione facta informantibus ſolummodo DD. RR. PP. Minoribus de Obſervantia, alia ſententia diffinitiva prioris confirmatoria promulgata fuerit, & tertium coram Reverendiſſimo D. Rojas, coram quo poſt ſex propoſitiones præfatas duas ſententias Rotales reformandas eſſe, & dictum habitum conferendi jus Cumulativè, hoc eſt, tàm RR. PP. Minoribus de Obſervantia, quàm RR. PP. Tertii Ordinis de Pœnitentia eſſe concedendum, reſolutum fuerit, & deinde, an à deciſis eſſet recedendum, coram eodem Reverendiſſimo Rojas diſputato dubio, nulla fuerit capta reſolutio, quocirca aliiſque etiam juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, per præſentes declaramus, volumus, & mandamus, quòd deinceps in futurum DD. RR. PP. Tertij Ordinis de Pœnitentia poſſint exercere facultatem, quam prætendunt habere conferendi habitum cumulativè cum DD. Minoribus, ſed dependenter à Reverendiſſimo Patre Generali, cum hac tamen expreſſa conditione, quòd idem Pater Generalis non poſſit, nec valeat ad ſui libitum auferre Patribus Tertiariis præfatam facultatem, niſi noſtro accedente conſenſu in ſcriptis, ſeu Protectoris pro tempore prædicti Ordinis; quo caſu tàm Patres Minores, quàm Tertiarii poſſint redire ad eorum primæva jura, abſque eo quòd per præſentes in ipſorum jure fuerit in aliquo ipſis præjudicatum, quia ſic, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c. & in fidem præſentes manu noſtra firmatas, ſigilloque noſtro munitas, ac per infraſcriptum Secretarium noſtrum ſubſcriptas fieri juſſimns. Dat. Romæ in Ædibus &c. hac die 22. Aprilis 1640. Pontif. autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Vrban. divinâ providentiâ Papæ octavi an. 17.

*F. Cardinalis Barberinus Protector.*

106. In America præſertim in maxima Mexicana Vrbe facti conſodales huiuſmodi de tertio Ordine ob nimiam ſui multitudinem atque potentiam elati, ſe ſe à Miniſtri Provincialis, cæterorumqꝫ Ordinis officialium, immò & ab ipſius Miniſtri Generalis obedientia contra Sedis Apoſtolicæ, ſacræquæ Congregationis repetita decreta ſubtrahere nitebantur: ſtatutum ediderant, ne aliquis ſuorum ſub rigoroſa pœna privationis habitus, & à ſodalitio ejectionis, Superioribus de Ordine Minorum auderet obedire; quod & cum rigore executioni demandare non erubeſcebant, uſurpata poteſtatis plenitudine, atque authoritatis independentia, puri ſeculares Conſodales ad habitum, & profeſſionem admittere præſumebant; quæ omnia eò collimabant, quia prædominantes aliqui univerſos Sodolatii temporales proventus pro libito adminiſtrare volebant. Hæc omnia Pater Bartholomæus, Villalba tunc Ordinis Procurator, ſacræ Congregationi reverenter exponens, & pro remedio ſupplicans opportuno, Decretum tenoris ſequentis: obtinuit: *Serventur Bullæ Pontificiæ, & Ordinis Conſtitutiones. Die 25. Iulij 1646.* Quod demum Alexander VII. ſupplicante Procuratore Ordinis præfato, dato diplomate confirmavit, præcipiens renovatis Innocentij IV. aliorumque Pontificum litteris, ut Tertiarii quicumque ſeculares Superioribns de Ordine Minorum de Obſervantia eſſe debeant ſubiecti; itaut ad Obſervantes ipſos attineat Tertiarios illos corrigere, caſtigare, ad habitum recipere, quos eſſe idoneos agnoverint, unumque de ſuis in Viſitatorem,

Ibid. Reg. 7. Vltram. fol. 90.

-rem, & Inſtructorem Tertiariis ipſis deputare: Diplomatis tenorem exhibeo.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. f. 91. 107. EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Bartholomeus de Villalua Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, quòd Miniſter, qui ſæcularis ferè ſemper eſt, & cæteri officiales, qui omnes ſunt ſæculares, Congregationis tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Conventu Mexican. primò dicti Ordinis conſiſtentis, ita abſoluto dominio independentem à quocunque Superiore juriſdictionem, authoritatemque ſibi hucuſque uſurparunt, ut omnino ab illa omnes primò dicti Ordinis Prælatos contra quorumdam Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteras cum vilipendio ejecerint; Miniſter ſiquidem prædictus præſumit, & de facto dat habitum tertij Ordinis hujuſmodi iis, qui in illum recipiuntur, illoſque pro libitu ſuo commutat, abſque eo, quòd ejuſdem tertij Ordinis Viſitator per Miniſtrum Provincialem primò dicti Ordinis Apoſtolica authoritate ad hoc munus deputatus ullatenus valeat talem habitum præſtare, in tantùm, ut ſi ad hanc functionem facultas, vel mandatum in ſcriptis à tali Miniſtro exhibendi alicui non præcedat, & Viſitator dicti Ordinis illum exhibeat, id irritum, & nullum à Miniſtro, & officialibus prædictis cenſeatur. Novitiuſque habitu ſpolietur: Præterea iidem Officiales proventum, qui ex oblationibus, funeribus, atque habitibus pro defunctis proveniunt, & ad ſummam centum piaſtrarum monetæ illarum partium ſingulis ſeptimanis aſcendunt, rationem coram ſuo Viſitatore, aut alio Superiore reddere nolunt: Quinimmo in Regeſto ejuſdem Congregationis reperitur, quòd ſi quis dictæ Congregationis ſuum Viſitatorem Fratrem Guardianum Conventus prædicti, aut Miniſtrum Provincialem, aut Præſidentes Hiſpaniæ memorati Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, tamquam verum ſpiritualem Superiorem, vel in minima directione recognoverit, eo ipſo ſine mora habitu ſpolietur, & à cæterorum conſortio tamquam putridum ejuſdem tertij Ordinis membrum expellatur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, omnia præmiſſa tendant contra diſpoſitionem litterarum fœl. rec. Martini V. quæ incipiunt: *Licèt inter cætera Regularis Obſervantia &c. ſub. Dat. Romæ Pontificatus ſui anno X.* necnon Sixti IV. quarum initium: *Romani Pontificis providentia circumſpecta de Anno* 1471. in quibus inter alia confirmavit litteras rec. mem. Innocentij Papæ IV. prædeceſſoris pariter noſtri ſuper hac re editas, ac Nicolai IV. Rom. Pontif. prædeceſſorum pariter noſtrorum. Quæ incipiunt: *Unigenitus Dei filius &c.* ſub Datum apud Vrbem Veterem VI. Idus Auguſti Pontificatus ipſius Nicolai prædeceſſoris anno III. reſpectivè emanatarum per quas omnes perſonæ dicti tertij Ordinis de Pœnitentia ſubmittunt obediẽtiæ, correctioni, & directioni Miniſtrorum Generalis, & Provincialium pro tempore exiſtentium dicti Ordinis Minorum de Obſervantia, ita quòd poſſint eaſdem perſonas tertij Ordinis hujuſmodi corrigere, & delinquentes caſtigare ad ablationem habitus, ſeu mantelli procedendo, ſimiliterque prædictis Miniſtris memorati Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum facultas conceditur præſtandi illis, quos idoneos viderint, habitum tertij Ordinis prædicti, necnon aſſignandi, & deputandi pro ipſis Tertiariis unum Religioſum Virum de eadem Obſervantia in Viſitatorem, & Inſtructorem ipſorum. Nobis propterea idem Bartholomæus Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Bartholomæũ ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis &c. inclinati, de Venerabilium Fratrũ noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum cõſilio, attentis narratis præſcriptas Bullas Pontificias, necnon ConſtitutionesOrdinis hujuſmodi ſervari authoritate Apoſtolica tenore præſentium mandamus, & præcipimus, ſalva ſemper in præmiſſis authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes eaſdem præſentes litteras firmas, validas, &

& efficaces exiſtere, & fore, ac illis, ad quos ſpectar, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabili Fratri Archiepiſcopo Mexican. ſeu dilecto filio Officiali Mexicā. per præſentes committimus, & mandamus, ut ubi, & quando, & quoties pro parte intereſſe habentium fuerit requiſitus, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicans, illiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat authoritate noſtra eaſdem præſentes litteras inviolabiliter obſervari, illoſque ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, earum effectu pacificè frui, & gaudere; non permittentes, illos indebitè in præmiſſis moleſtari; contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, oppoſitione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſq; ſuper his habendis ſervatis proceſſibus cenſuras, & pœnas iterum aggravando. Invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ &c. 28. Iulij 1657. Pontificatus noſtri anno tertio.

## CAPVT VI.

### *Exercitia pietatis Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia.*

108. CVm juxta propheticum dictum univerſa Chriſtiani hominis perfectio in punctis duobus conſtitura eſſe noſcatur, *Declina à malo, & fac bonum*: Sole clariùs ex ipſa horum Tertiariorum Regula legentibus patet, quàm ſeriò per ſingula capita procuraverit Seraphicus Patriarcha, ut ab omni peccatorum occaſione quàm longiùs ſemoti ſectarentur juſtitiam in via mandatorum Domini. Ad exercenda verò pietatis opera legimus, ab ipſo legiſlatore fuiſſe illos in prima inſtitutione applicatos: Florentiæ ſiquidem anno 1221. cum innumeri ad ſanctum Sodalitium maximo fervore concurrerent, plurimos ipſorum ſub una Congregatione reduxit, (verba ſunt Vvadingi jam ſupra relata) qui ex collectis pietatis ſtipendiis Xenodochium ad Vrbis muros conſtruxerunt infirmis curandis, & ſenibus fovendis. Admiſſæ ad charitatis obſequia fœminæ, ne fierent pietatis extorres, quarum ſeparata congregatio etiam ſuam habet Primiceriam. Hæ, quæ mulierum ſunt pietatis exercent officia, quæ viriliora, & apertiora homines adimplent.

Pſalm. 36. Vvad. t. 1. 1221. n. 13. & 14.

109. Adhuc extat Xenodochium in platea S. Mariæ Novellæ ſub Sancti Pauli invocatione; tranſlata verò, & aucta Congregatio ſub ſancto Antonio Præſule in civitatis penetralia juxta Eccleſiam S. Martini, ut commodiùs, & faciliùs fieret egenorum obſequium. A pietatis munere, & vicina æde dicti ſunt *Boni Viri S. Martini*, nec tamen Fratrum Pœnitentium Ordinis S. Franciſci nomen aliquando neglectum. Iuvat autem ad majorem expreſſionem de hoſpitalitate hujuſmodi, quam tanto cum merito exercuerunt à principio, Patrem Bordonium audire Sacri hujus Sodalitij doctiſſimum Scriptorem, qui & Bullas Apoſtolicas ad hoc ipſum attinentes in ſua Chronologia citat prout à ſe ipſo in hujus tertij Ordinis Bullario deſcribuntur, ſic ergo ait.

110. [Hoſpitalitas alia ſanorum peregrinantium, qui recipiuntur in propria domo, gratis ſubminiſtrando eis neceſſaria. Alia infirmorum degentium in Xenodochiis. Hanc præcipuè proſecuti ſunt ab initio Tertiarij, illam non ſpernentes. Hoc munus, & officium charitatis erga infirmos innatum eſt Fratribus primis hujus Ordinis. Nam S. Lucius primus hujus Inſtituti alumnus, Seraphici Patris primogenitus ſub hac Regula militans ab initio ſuæ converſionis cœpit hoc charitatis beneficium exercere in ægrotos, ut legitur in Chronicis part. 2. lib. 1. cap. 50. & apud Combonum cap. 28. Habitu ergo Ordinis aſſumpto cum magno ſpiritus fervore Deo ſerviebat in operibus miſericordiæ, diſtribuendo ſuos redditus, & proventus in alendis peregrinis, & aliis pauperibus, quibus in defectum propriorum eleemoſynas per Terras, & Villas quærendo ſuccurrebat. In æſtate cum aſino onuſto diverſis medicinis, & aliis neceſſariis

Bordon. in Chronol. cap. 7.

ceſſariis pro infirmis pauperibus ſubveniebat. De ſubventione pauperum per Fratres fecit mentionem Gregorius IX. in ſua ſub num. 11. incip. *Deteſtanda*: (ex Honorio III. ſub datum 30. Martij 1228. illis verbis: *Nec fructus bonorum veſtrorum vos permittunt pauperibus erogare, licèt debitis oneribus, quæ ſubire tenemini, nihil deperire contingat, aliàs vos plus debito, ampliùs ſolito moleſtantes.* Illos exemit ab oneribus extraordinariis, ut pauperibus benefacere poſſent. Ex Bull. XII. Nicolai IV. incip. *Ad Audientiam* 20. Septembris 1291. Apud Vvadingum tom. 2. Bulla 60. colligitur, eoſdem Fratres ſpoliatos ab Epiſcopo Florentino, eò quòd habitum griſeum mutaverant in album, reſumpto griſeo habitu proprio reſtitutos fuiſſe, ut narratur in ea, ad ſua bona, & eorum adminiſtrationem, quæ erogabant in uſum pauperum, & habebant Hoſpitale, quod ſibi nonnulli cives Florentini de conſilio S. Patris ædificaverant, recepto habitu hujus Ordinis, ut in eò devotiùs ſervirent infirmis in eodem Hoſpitali, quod etiam ſuis ſumptibus conſtrui procuraverant, de mandato Cardinalis Vgolini ibi Legati Apoſtolici, qui poſtea fuit Gregorius IX. ex Combono cap. 2. de vitis Sanctorum, & Beatorum hujus Ordinis.

Bordon. loc. cit. 111. Romæ plura habebant Hoſpitalia, primo loco ſe offert Hoſpitale in Parochia S. Mariæ in Catineriis, ex Bulla ſub num. XL. Martini V. incip. *Religionis veſtræ*. Alia donatio facta fuit Fratribus Ferrarienſibus pro conſtructione Hoſpitalis à Martino V. confirmata, de qua Bulla 42. Georgius Henrici Procurator ejuſdem Ordinis confirmatur in regimine Hoſpitalis S. Stephani in Rotundo de Vrbe Bulla 49. Hoſpitale S. Mariæ Magdalenæ de Cereſal. Diœceſis Aſtoricenſis Bulla 72. in quo Hoſpitali morientibus concéditur Indulgentia pleniaria ſeq. Bulla 73. Idem Martinus V. mandat, ne Fratres & Sorores impediantur à ſervitute infirmorum in Hoſpitali Forolivienſi Bulla 83. Hoſpitale etiam ibi erat, ubi nunc noſtri Conventum habent ſub invocatione ſanctæ Mariæ Vallis Viridis, ut conſtat ex Inſtrumento 9. Sorori Mariæ Genuenſi cōceditur Hoſpitalitatis exercitium in ſua domo propè Oratorium S. Geneſij cum electione Cōfeſſarij pro ſe, & pauperibus. Bulla 95. Mutinenſibus conceditur Eccleſia S Brigidæ, ut in ea eleemoſynas pauperibus diſtribuere poſſint. Bulla 85. Paulus II. in ſua 154. multa privilegia concedit Sororibus Mutinenſibus, in qua Bulla plura recenſentur Hoſpitalia ſub cura, & adminiſtratione Sororum. In alia ſub num. 169. Sorores admittuntur ad regendum Hoſpitale Ambianenſe. Lucas Vvading. celeberrimus trium Ordinum Chroniſta tom. 6. ad annum 1454. num. 91 de hoſpitalitate Fratrum Tertii Ordinis hæc habet: Magnum in magnis Vrbibus Florentina, & Bononienſi fuiſſe Fratrum, & Sororum hujus Ordinis numerum lego in variis Pontificiis Inſtrumentis, & in illa Civitate inſigne habuiſſe, & adminiſtraſſe Hoſpitale S. Franciſci opulenter dotatum. In iſta verò aliud gubernaſſe, & poſſediſſe juxta pontē S. Michaelis Archāgeli, eiſq; pingues facultates, & bona immobilia legaſſe Tadæum Aderati Doctorem Florentinum, ex quibus illi nobiliſſimum Clariſſarum Parthenonem anno ſequenti ædificarunt. De eodem Hoſpitali ſub invocatione S. Franciſci in Civitate Florentina, ut mox dictum fuit, idem Vvading. eodem tomo ad annum 1456. num. fin. inquit: *inſigne, & notabile, ut ait Pontifex, erat hoc tempore in Vrbe Florentina Hoſpitale S. Franciſci aliàs S. Pauli tertij Ordinis à Fratribus magna pietate miniſtratum.* Regij in Lombardia Fratres, ut refertur, de anno 1238. cœperunt exercere opera miſericordiæ diſtribuendo pauperibus oſtiatim per civitatem panem, & vinum pauperibus, quod portabant in vaſe nuncupato *Parnolo*, à quo nomen receperunt *Frati del Parnolo*, qui ex eleemoſynis, & redditibus piorum teſtantium ædificarunt locum ſatis decentem, & accommodatum pro Aromataria, granario, farina, cella-vinaria, pro alēdis pauperibus tām infirmis, quàm ſanis, providentes illis de medicinis, Medicis, Chirurgis, & aliis pro ſubveniendis eorum neceſſitatibus, non ſolùm ſæcularibus, & Clericis indigentibus, ſed etiā Religioſis ſingulorum monaſteriorum Mendicantium. Locus autem paucis ab hinc annis dives abundanter factus eſt pauper, ne dicam deſolatus, & deſtitutus occaſione bellorum, qui vix Miniſtros nunc ſuſtinere poteſt. Circa ann. 1300. Fratres plura cœperunt ædificare hoſpitalia pro pauperibus, tum ſanis, tum infirmis

firmis, & pro perigrinis, & iter agentibus;ex quibus nomina ſufficiat trium proferre in medium, unum conſtruxerunt Fulginei ſub titulo S. Mariæ infra Portas, agente Fratre Ranutio de Michele nobili Fulginate, qui & ſecundum ſub invocatione S. Ioannis Ieroſolimitani erexit in patria,& pro tertio Hoſpitale S. Petri de Colle-fiorito; quorum piorum locorum anno 1326. Paulus de Trincis Epiſcopus Fulginas regimen commiſit eidem F. Ranutio tertij Ordinis, quem vocavit Rectorem, & Præceptorem dictorum Hoſpitalium; cui de anno 1347. ſucceſſit in gubernatione Frater Branca ejuſdem Ordinis, & Civitatis patritius; permanſerunt autem ea, & alia Hoſpitalia ſub cura, & dominio Fratrum tertij Ordinis uſque ad annum 1418. & deinde transfierunt ſub dominio, & regimine Monachorum S. Mariæ in Campis Ordinis S. Benedicti. Ita accepi ex litteris nobilis viri Sacerdotis D. Ludovici Iacobili Fulginatis de rebus Eccleſiaſticis benemeriti, qui annis præteritis edidit vulgari idiomate pereleganti tomum primum Vitarum de Sanctis, & Beatis Provinciæ Vmbriæ, ſecundus promiſſus citò in lucem prodibit. Beatus Iacobus Sacerdos Martyr occubuit pro defenſione Iuris Eccleſiaſtici cujuſdam Hoſpitalis anno 1304.ut authoribus citatis refert Martyrologium Franciſcanum ad diem 15.Ianuarij, ex his habes, Fratres nō ſolùm bona ſua,ſed etiam propriam vitam expoſuiſſe pro tuendis pauperibus,& manutenendis pro eiſdē Hoſpitalibus, non tantùm intra Italiam, ſed etiam ubique per univerſum Orbem, ut videri poteſt apud Hiſtoricos, qui chriſtianam pietatem litteris commendarunt.] Hæc ſatis lectori, ut ex his diſcat ea pia opera, in quibus ab initio, & ſubſequenter Fratres Tertiarij ſe occupabant cum Sororibus, non enim otioſi fuerunt, nec inutiles Eccleſiæ Dei, ſed juxta eorum proprium ſtatum, & conditionem & ipſi in vinea Domini laboraverunt, & fructus dignos pœnitentiæ retulerunt. Ex tot allegatis hac de hoſpitalitate Pontificum Bullis, unicum, veluti pro exemplari, juvat ex ipſo Bordonio, & Vvadingo deſcribere.

## PAVLVS PAPA II.

*Dilectis in Chriſto filiabus Sororibus tertij Ordinis Hoſpitalitatis S. Audomari Marinenſis Diœceſis.*

112. DEvotionis, & ſinceritatis augmentum &c. Dudum ſiquidem fœl. rec. Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter vobis Sororibus, & dilectis pauperibus, & infirmis hoſpitalis S. Audomari Marinenſis Diœceſis, & ſervientibus in eodem tunc præſentibus, & futuris, quòd ſæcularis, vel Religioſus Sacerdos, quem pro tempore duceretis eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi eſſetis, plenam in mortis articulo remiſſionē vobis in ſinceritate fidei, unitate S. R. Eccleſiæ, ac devotione, & obedientia ſua, & ſucceſſorū ſuorum Rom. Pont. canonicè intrāntium perſiſtentib⁹, authoritate Apoſtolica concedere valeret, indulſit, & ut vos Sorores eo honeſtiùs, & abſque alicujus infamiæ nota vivere ſtuderetis, quo crimina, & exceſſus noſceretis non remanere impunita; Viſitatori, & Magiſtræ dicti Hoſpitalis pro tempore eas, quæ delinquerent, juxta exceſſuum terminum ac delictorū per eas pro tempore commiſſorum qualitatē, & quantitatē, ac veſtri Ordinis inſtituta, & canonicas ſanctiones, corrigendi, incarcerandi, & à præfato Hoſpitali amovendi, ac aliàs puniendi, aliaque circa hæc neceſſaria faciendi, & exequendi: Contradictores quoſque, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, necnon proceſſus deſuper habitos aggravandi, & reaggravandi, ac auxilium brachij ſæcularis invocandi, & illas, quæ de commiſſis per eas dolentes ſe emendare vellent ab hujuſmodi exceſſibus, criminibus, & delictis abſolvendi, & à carceribus liberandi, ac in priſtinnm ſtatum quoad honorem, & famam, & quæcunque alia, in quo antequam crimina, exceſſus, & delicta hujuſmodi perpetrarent, exiſtebant, in integrum reſtituendi, & reponendi, necnon omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam abolendi, plenam, & liberam conceſſit facultatem. Et inſuper, ut Sorores ipſæ pro tempore exiſtentes ferventiùs

Vvadd. t. 6. Reg. anno 1455. bull. 2. Pauli II.

ventiùs eò in humilitatis ſpiritu Altiſſimo deſervirent, & pauperũ ſervitiis inſiſterent, quò majoribus per Sedem Apoſtolicam favoribus, & gratiis forent cumulatæ; Magiſtræ pro tempore exiſtenti, ut in veſtri Miniſtri, aliis verò Sororibus præſentibus, & futuris Hoſpitalis ejuſdem, ut in prædictæ Magiſtræ manibus tria vota ſubſtantialia Religionis, ad inſtar aliarum tertij Ordinis Sororum, ſeu religioſarum, in manibus ſuorum Superiorum viventium anno probationis elapſo, quoties opus foret, liberè, & licitè vovere, ac hujuſmodi vota emittere; necnon fugientes à ſæculo ad habitum probationis recipere, ac ut in hujuſmodi Hoſpitali in communi perpetuò vivere poſſetis, ipſaque Magiſtra dicta vota recipere, & ad veſtrum conſortium admittere poſſet, de licentia tamen Viſitatorum prædicta; & quòd Viſitator præfatus, alioquin Sacerdos idoneus Sæcularis, vel Regularis, de licentia tamen Viſitatoris, quem vos Sorores tunc præſentes, & futurę duceretis eligendum, confeſſionibus veſtris diligenter auditis, quoties opus foret, niſi talia eſſent, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda exiſteret, abſolvere, ac pœnitentiam ſalutarem injungere poſſet; necnon ut vos Sacramenta Euchariſtiæ, quoties opus eſſet, etiam à Religioſis, & de Ordinibus Mendicantium recipere poſſetis: jure tamen Parochialis Eccleſiæ in omnibus ſemper ſalvo, per quaſdam ſuas gratioſè conceſſit. Poſtmodum verò per bo. mem. Pium Papam II. Prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd propter obſequia, quæ infirmis tam de contagioſo morbo peſtis, quàm aliis ęgrotantibus impendebatis, numerus Sororum in partibus illis augmentatus fuerat, & augmentabatur in dies, ipſe Pius prædeceſſor per alias quaſdam ſuas litteras indultum, & facultatem; ac litteras prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis ad Hoſpitalia infraſcripta de conſenſu Ordinariorum erecta, videlicet S. Nicolai de Vnſeborch, quæ in Parochia de Brugelletes, & B. Mariæ de Sluſis, necnon de Dungnoria, de Surburch, & Bolonia S. Ioannis in S. Audomari, & Sancti Ioannis in Dixmunda Cameracenſis, & Tornacenſis, & ejuſdem Morinenſis Diœceſis extendit, & ampliavit, vobiſque Sororibus, & pro tempore in locis, Hoſpitalibus, ſeu domibus veſtris prædictis commorantibus Vicarium Provincialem Franciæ Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum in Superiorem deputavit, voſque illi ſubjecit, qui quidem Vicarius......... ſecundùm formam dicti indulti, confeſſionibus veſtris diligenter auditis abſolvere, ac vobis, & toti familiæ veſtræ Viſitatorem aſſignare poſſet, & debeat, ipſeque Viſitator in prædictis veſtris locis omnimodam haberet facultatem juxta formam litterarum Apoſtolicarum prędictarum; vobiſque, ut Capitularem Congregationem facere, & in ea negotia ad utilitatem, & profectum veſtræ ſocietatis ſpectantia tractare, & ordinare poſſetis, licentiam concedere; ipſeque Vicarius omnia, & ſingula, quæ in tali Congregatione per Viſitatorem, & Miniſtrum, ſeu tempore, quo aliàs fortè aliquis ipſorum legitimè impeditus eſſet, per alterum eorum cum conſilio Magiſtrarum, & Sororum aliarum capitulariter congregatarum, ſeu majoris partis earumdem pro communi bono ordinata forent, dicta authoritate confirmare poſſet. Et inſuper pro amovendis veſtrarum conſcientiarum ſcrupulis, vobis, & pro tempore exiſtentibus de veſtra Societate, ſeu Congregatione Sororibus, quòd tunicam, & ſcapularium cordam de canape, & extra loca veſtra Mantellum griſeum de humili panno, prout Sorores tertij Ordinis Sancti Franciſci nuncupati de Pœnitentia de licentia Sedis Apoſtolicæ tunc deferebant, utque eatenus detuleratis, deferre liberè, & licitè poſſetis; & quòd illæ, quæ ex vobis legere ſcirent, quotieſcunque pauperum ſervitiis occupatæ forent, ad lecturam aliorum pſalmorum juxta formam Regulæ, aut veſtrę Obſervantiæ nequaquam obligatæ eſſent, ſed per ordinationem, & diſcretionem Viſitatoris, cum oratione Dominica videlicet *Pater noſter* in eadem Regula contenta, ſicut & Sorores aliæ pſalterij ignaræ, quoad hoc ſatisfacere poſſent, liceatque vobis ſalvâ conſcientiâ, de conſenſu tamen Vicarij, vel Viſitatoris, ſeu Miniſtri, ultra numerum vobis præfixum ad hujuſmodi Congregationem tot Sorores, quot vobis videretur, necnon, quòd quandocumque vobis aliquid offerretur, vel piè donaretur, ſeu in teſtamentis, vel aliis ultimis

ultimis volũtatibus à decedentibus legaretur; pro infirmorum, ac pauperum Chriſti, veſtrumque, ac domus veſtræ ſuſtentatione, & opportunitatibus recipere, & retinere, ac in uſusveſtros, ac pauperum eorumdem convertere liberè, & licitè poſſetis, indulſit, prout in ſingulis litteris prædictis pleniùs continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nnper pro parte veſtra petitio continebat, poſt prædictarum, & præſertim priorum litterarum emanationem quatuor alia Hoſpitalia, videlicet de Hæzebronch, & de Majorivilla ſupra Liſam, ac de Vienna, & de Baſſeia earumdem Morinenſis, & Cameracenſis, ac Attrebatenſis Diœceſum, vobis, & Congregationi veſtræ aggregata fuerint, & propter pia, quæ in hujuſmodi Hoſpitalibus exercentur, opera, laudabilemque ſororum eorumdem vitam, & ſperetis etiam alia impoſterum aggregari; pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, nt conceſſiones, & ómnia, & ſingula in prædictis litteris contenta, vobis conceſſa ad qnatuor hoſpitalia prędicta, eidem veſtræ Societati, ſeu Congregationi aggregata, & à vobis recepta, necnõ & ad duo alia in terminis Provincię Fräciæ diſtinguendo Provinciã ſecundũ morem Fratrum Minorum eidem Congregationi impoſterum aggreganda, & per vos recipienda, eorumque Sorores, & infirmos, ac eis inſervientes, & perſonas extendere, ac aliàs ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ut &c. quo gratioſiùs fueritis exauditæ, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, & omnia, & ſingula in prædictis litteris contententa vobis conceſſa, ad prædicta quatuor hactenus vobis, & veſtræ Congregationi aggregata, & à vobis recepta, necnon ad duo alia impoſterum de Ordinariorum locorum, & eorum, quorum intereſt, aſſenſu in terminis dictæ Provinciæ conſiſtentia, eidem Congregationi aggreganda, & per vos recipienda Hoſpitalia, eorumque ad Sorores infirmis ſervientes, & perſonas, authoritate Apoſtolia tenore præſentium extendimus, & ut illorum Sorores infirmis ſervientes, & perſonæ prædictæ præſentes, & futuræ præmiſſis conceſſionibus, libertatibus, & indultis uti, potiri, & gaudere, & ſecundùm ea vivere poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia, quemadmodum vos hactenus uti, potiri, & gaudere conſueviſtis, ac potuiſtis, & debuiſtis, abſque tamen Parochialium Eccleſiarum, & cujuſlibet alterius præjudicio, eorumque jure in omnibus ſemper ſalvo, authoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus &c. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Datum Romæ &c. 1465. pridie Idus Septemb. Pontif. noſtri anno 2. Vvad.t.7. 1477.n.46.

113. In Civitate Mediolanenſi erat Congregatio Fratrum, & Sororum tertij Ordinis, *qui de conſortio dicti Ordinis de Pœnitentia nuncupabantur*. His Chriſti fideles committebant exequenda pia quæque opera, & legata, confidentes eorum integritati, & ſolertiæ curam ſuarum animarum. Hæc autem illi longo fecerunt tempore valde laudabiliter, & cum maximo incremento devotionis populi Mediolanenſis juxta fidelium defunctorum diſpoſitiones, & dicti *conſortij* fundationem. Attamen Michael de Carcano Vicarius Obſervantium Provinciæ Mediolanenſis, *Verbi Dei* (inquit Pontifex) *celebris Prædicator*, aliique religioſi prudentes, quibus cordi erat prædicti Ordinis, & Conſortij honor, & incrementum, videntes varias inde exoriri turbas, & murmurationes, perſuaſerunt Miniſtro, & Fratribus ejuſdem *conſortij*, ut curam omnem hanc diſtribuendorum, exequendorum piorum operum, & legatorum in laicos quoſdam Mediolanenſes transferrent. Conſiderantes tamen pij aliquot viri, poſt aliquot annorum experientiam, non adeò fideliter, & diligenter iſthæc fieri per prædictos laicos, ſicut antea fiebant per Fratres prædicti *conſortij*, rogaverunt Pontificem, nt ipſis iterum hæc cura demandaretur. Vt maturè fieret, commiſit Pontifex rei examen Præpoſitis Eccleſiarum ſanctæ Trinitatis Mediolanenſis, & de Pontirolo, ac de Pampiaco Diœceſis Mediolanenſis.

114. Matriti Regio, & Imperiali Oppido, atque in cæteris per Hiſpanias Vrbibus, & Pagis maxima populorum ædificatione de tertio hoc Ordine conſodales omnibus pietatis officiis diligenter invigilant; defunctorum ſepulturæ, conciliandis pacibus, Sacramentorum frequentationi, atque variis ad mortificandam carnem exercitiis totâ diligentiâ incumbunt.

bant. Illa omnia ſub propriis Provinciis recenſenda à ſingularum informationibus expectans, hîc quæ de Luſitania recepi, referam in compendio.

Chron. Pro. Portugall. l. 2. c. 21.

115. Tertiarij ſæculares de S. Franciſco in Luſitania, & alibi diverſimodè vivebant, alii enim uxorati, & coniugatę mulieres in propriis domibus, alij ſub habitu, & titulo Eremitarum S. Franciſci ſolitariè, pro quibus extat Bulla Eugenij IV. *Probata fidelitatis*. De quibus varios ſucceſſus eſt videre apud Antonium de Sillis, & in Chronica Provinciæ Portugalliæ lib. ſecundo capite vigeſimo primo. Alii per vias publicas ſua peccata deplorabant; alii publicis pœnitentiis gentes ædificabant; alii in voluntaria paupartate, unde & Pauperes de Ieſu Chriſto dicebantur; alii in ſancta communitate ſub rigoroſa Miniſtrorum ſibi aſignatorum obedientia vivebant; alii in Eremis; habitum alii eremiticum; alii cum ſcapulario ſuper veſtẽ ſuam; alii cum capuccio quodam, ut B. Iacobus de Caſtro-Plebis martyr, B. Iuo, & S. Ludovicus Rex, de quo miraculum illud Geldrenſis Legati eum irridentis legitur; & nunc etiam ut plurimùm in Italia alii ſecretam, alii publicam, ſed parvam tunicam cum chorda deferunt, ſecundùm Vvadingum, Marcum Vliſſiponenſem, Mirandam, & alios apud Chronica Provinciæ Portugalliæ citatos.

Ibid. c. 26.

116. Exercitia pietatis quę in Luſitania publicè, & in cõmuni faciũt pro avertẽdis à peccato publicis mulierib⁹, & pro peccatorũ declinatione à Dñica Quinquageſ. ad feriam quartam cinerũ; in frequẽtia Sacramentorũ, in ſacris proceſſionibus, in oratione mentali, & vocali, in concurſu ad ſuos particulares ſermones, in devotionibus ſingularibus per Adventum, & Quadrageſimam, in ſublevandis pauperibus, in curandis aſſiduè infirmis, & in operibus primæ humilitatis, etiam per Fidargos primarios facie detecta, in annuis ſuper defectus viſitationibus, in ſepeliendis ſingulari exemplaritate fidelium cadaveribus, eorumque animabus per ſolemnia ſuffragia adjuvandis, denique in reliquis pietatis exercitiis, & devotionibus quàm inſigniter effulgeant, ad longum eſt videre in præcitatis Chronicis Portugalliæ.

117. Commiſſarius eorum de ipſis Minoritis in Capitulo electus, qui Doctrinâ pietatis, & zeli famâ commendetur, eos ſæpiùs per hebdomadam ad concionem evocatos in oratorio ad memorandam Chriſti paſſionem, ad opera pietatis efficaci ſermone ſolicitat: ter in ſingulis hebdomadibus flagellis in communi in ipſo Conventu ſe cædunt, ſingulis autem feriis ſextis, atque per Adventum, & Quadrageſimam rigidiori pœnitentiæ fervori conſiſtunt, mentalem orationem in communi frequentant, & pro ſuis defunctis orationes vocales, pro quibus & Miſſarum ſuffragia in ſuis capellis intra clauſtri ambitum ſine intermiſſione continuant: in frequentatis proceſſionib⁹ ad ſanguinem ſeſe diriſſimè flagellant: ad Mulierum peccatricum domos accedẽtes elemoſynas eis largiuntur, rogantes, ut illo ſaltem die à peccatis abſtineant; ſtatutis etiã diebus Commiſſarius, & Miniſter Ordinis illius, (ſæpiſſimè de Primoribus Fidarghis) tota humilitate pauperibus in menſa deſerviunt: pauperes Cõfratres aſſignatis ex publica charitate ſubſidiis ſublevare non negligunt: infirmis præſertim, atque defunctis pauperibus omnia neceſſaria inexplebili liberalitate ſubminiſtrant. Devotionis hujus glorias ex Vliſſipone per Luſitaniam univerſam deportatas Regnum totum in ſuis ſanctam æmulationem attraxiſſe gaudemus.

## CAPUT VII.

### *Tertius Ordo S. P. Franciſci elevatur in Regularitatem.*

118. PRivilegium cùm ſit ſervorũ Dei procedere de virtute in virtutẽ, donec videatur Deus Deorum in Syon: Tertiæ S. Franciſci Regulę profeſſores ſpiritualem de hujuſmodi vita profectum animarum agnoſcentes, ex quo præſertim Indulgentiarum theſauris allecti ad audiendam Regulam congregabantur, altioris ſpiritum perfectionis concipientes ad communis vitæ conſortium anhelare cœperunt. Pſal. 83.

119. Indubium eſſe non dubito, ut optimè notatum legimus in Bordonio, tertium hunc Ordinem, prout à Seraphico Patriarcha fuit ab initio erectus, non fuiſſe in ſtatu Regulari fundatum, neque pro tali à Nicolao IV. primitùs approbatum; ſed veluti ſtatum medium in-

Bordon. in Chronolog. 3. cap. 4. & 8. ter Religioſos Regularem vitam profitentes, & meros ſæculares: quamvis enim Regulam à prima ſui erectione habuiſſe dicantur; non tamen Regulam rigorosè dictam, quæ profeſſores ſuos ſub trium eſſentialium votorum obligatione conſtituat; ſed potiùs vivendi normam ſpecialem habuiſſe dixerim, quæ ſtrictioris obſervantiæ methodum ſuis præſcribat, quam cæteri meri ſæculares non habent. Conſtat etenim, quòd à Regularium ſtatu in multis diſtinguantur; ſiquidem nec propria abdicare, nec Matrimonium, etiam emiſſa profeſſione, devitare, nec in communi convivere coguntur. Equidem, ut de matrimonio ſpecialiùs loquamur, agitato Aquilæ dubio, an hujus tertiæ Regulæ profeſſoribus liceret deinceps matrimonium contrahere? Iordanus Cardinalis Sabinenſis, recepto ſpeciali ab Eugenio IV. Põtifice mandato, dum cauſam per Theologos, & Canoniſtas ad rigorem examinari feciſſet, pro validitate matrimonij diffinitivè pronunciavit; ex eo præſertim, quòd in hac profeſſione ſpeciale votum caſtitatis non emittitur; unde pro Tribunali ſedens in Conventu Fratrum Minorum Bononiæ die 14. Octobr. 1437. (Vvad. t. 5. ann. 1437.) præſentibus Dominico Germiniano de Prato Palatij Apoſtolici Auditore, B. Ioanne Capiſtranenſi, Carlotto Cubiculario, multiſque tum de primo, tum de tertio Ordine S. Franciſci profeſſoribus, Apoſtolica authoritate definivit, nec per Regulam ipſam, nec per Pontificia indulta profeſſores hujuſmodi vel ad matrimonium inhabilitari, vel ad caſtitatem ſpecialiter obligari: Diplomatis tenorem majoris ergo expreſſionis adduco.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ven. Fratri Iordano Epiſcopo Sabinenſi &c.*

120. EX injuncto nobis officij Paſtoralis debito &c. ſanè pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum, necnon dilectarum in Chriſto filiarum Sororum tertij Ordinis S. Franciſci *de Pænitentia* communiter nunpat. Civitatis, & Diœceſis Aquilæ nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quòd licèt Fratribus Ordinem ipſum intrantibus, & etiam profitentibus, quem glorioſus Chriſti (Vvad. t. 5. ann. 1437. in Reg. fol. 240. bull. 109.) Confeſſor B. Franciſcus inſtituit, & in eodem Ordine receptis, neque ex Regulari dicti Ordinis Obſervantia, neque ex privilegiis, & indultis per fœl. rec. Nicolai IV. qui normam, & modum vivendi in eodem Ordine profeſſoribus ipſis Regulares inſtituit, necnon Cœleſtinum V. Rom. Pontifices prædeceſſores noſtros eiſdem profeſſoribus conceſſis, in eorum ingreſſu votum aliquod, ſive caſtitatis, ſive continentiæ reperiatur indictum, per quod ad ſecunda, & alia matrimonij vota, ſicut aliis Chriſti fidelibus ſæcularibus, & in mundanis commerciis ſe gerentibus licere dignoſcitur, tranſire non poſſint. Nihilominùs tamen diverſi ſæculares partium illarum privilegiorum hujuſmodi penitùs ignari, non conſiderantes, quòd hujuſmodi Fratres Ordinem ipſum ingreſſi, & in matrimonio conſtituti, eodem matrimonio, juxta ipſius Ordinis regularia inſtituta, licitè uti poſſunt, ad fidelium aures, quòd religioſi hujuſmodi à ſecunda, & alia vota prædicta tranſire non poſſunt, deducere non verentur in Miniſtri, Fratrum, & Sororum prædictorum præjudicium non modicum, & Ordinis hujuſmodi ſcandalum, vilipendium, & jacturam. Quare pro parte eorumdem Miniſtri, Fratrum, & Sororum aſſerentium, quòd propter perſonarum hujuſmodi taliter detrahentium malitiam eidem Ordini, & profeſſoribus ſcandala plurima poſſent veriſimiliter exoriri, niſi per Sedem Apoſtolicam dubium hujuſmodi declaretur, ac pro parte ipſorum exponentium nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut pro ſcandalis hujuſmodi ſuccidendis, proque ſoliditate ſtatus, & Obſervantiæ regularis dicti Ordinis, & ut etiam ipſi profeſſores religionis ipſius Ordinis hujuſmodi conſuetudines, & ſtatuta clariùs, & attentiùs complectantur, quò per eorum ſemitas faciliùs gradientur, declarare eis tramitem, per quem incedere poſſint & debeant, ad perpetuam rei memoriam de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, necnon adjunctis tibi, prout videbitur, aliquibus ex profeſſoribus antedictis honeſtis viris, & Deum timentibus, privilegia, conſuetudines, & ſtatuta hujuſmodi authoritate

thoritate noſtra recenſeas, & examines diligenter; ac quidquid pro Regulari Obſervantia, proque ipſius Ordinis honeſtate, necnon Religioſorum hujuſmodi ſtatu utiliter, & rationabiliter expedire, & etiam congruere videbitur, ſuper quod tuam conſcientiam oneramus, juris, & æquitatis obſervato tramite, præſertim circa hujuſmodi matrimonia, ac ſecunda, & alia vota, quæ religioſi hujuſmodi, ut præfertur, adſpirant, Apoſtolica authoritate dilucides, & declares, prout ſecundùm Deum, & rectam conſcientiam videbitur faciendum, in contrarium facientibus &c. Non obſtantibus quibuſcunq; &c. Dat. Bononiæ &c. 1437. X. Kal. Septemb. anno. 7.

Bordon. Ibid. c. 4 n.33.&c.34. 121. A cæteris autem meræ Sæcularibus diſtinguuntur, quia cujuſdam noviciatus annum peragunt, aliqualiter in habitu diſcernuntur, ſpecialem vitæ methodum accipiunt, ſed moltò magis in principio, cùm per Apoſtolica indulta à Laicis Poteſtatibus, & oneribus, juxta aliàs dicenda, eximebantur; nunc autem privilegiis annullatis ſunt in ſtatu ſæculari, & Religionem profiteri abuſivo nomine dicuntur. Notandum tamen cum Bordonio, quòd filius familias, uxor, aliique à Superiore dependentes abſque Superioris ſui licentia hunc Ordinem profiteri non poſſunt; quippe qui quoad victum, & veſtitum majoris ſui poteſtati præjudicant. Nec tamen pura Confraternitas eſt ad inſtar Confraternitatum Roſarij, Chordigerorum, Centuræ &c. harum etenim confratres nec habitum Religionis, à qua dependent, induunt, nec profeſſionem, nec Regulam certam ab Apoſtolica Sede approbatam habere dicuntur, nec ab emiſſa profeſſione recedere prohibentur, quæ omnia in hoc tertio Ordine S. Franciſci clariùs eluceſcunt. De privilegiis, & indultis Apoſtolicis etiam fori, & canonis, quæ habuerint à principio, & quæ habeant in præſentiarum, in tertia hujus operis parte dicetur.

Ibid. cap. 8. n. 3. & P. Vernon. in Hiſtor. Tertiario. Ord. p. 3. art. 8. 122. Eſto tamen Seraphicus Pater tertium hunc ſuum Ordinem, ſicuti de duobus primis effecerat, ad ſtatum verè Religionis non erexerit; elevari tamen non prohibuit, cùm id tamquam melius, & perfectius non valeat prohiberi: ideò nonnulli ejuſdem profeſſores ad majorem viam perfectionis anhelantes, cum jam habitum, & Regulam haberent, & ad verè Religionis formam nihil deeſſe videretur, niſi ſolemnia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota ſuæ antiquæ profeſſioni ſuperaddere, gradum ſuum in hujuſmodi perfectionem approbante Sede Apoſtolica elevare voluerunt; quod non contra Regulam, quam profitentur, ſed juxta Seraphici Legiſlatoris mentem fuiſſe, declaravit anno 1324. Ioannes XXII. Papa apud Vernonium in hiſtoria de tertio hoc Ordine, quam clariùs infra citabimus.

123. Igitur à S. Elizabeth Andrææ ſecundi Hungariæ Regis filia, Thuringiæ Domina, introductum fuiſſe hujus tertij Ordinis, vel Regularitatem, vel Communitatem contendit inter alios ipſe Vernonius; quod ex Vvadd. necnon ex bulla ejuſdem canonizationis editæ anno 1235. probare conatur. Siquidem Vvadingus ad annum 1228. n. 84. hæc habet: [Adveneratdies ſacratiſſimæ Paraſceves, cum pro chriſtiano ritu ſacris nudæ tegminibus viſuntur aræ: Elizabeth ſumpta occaſione & temporis, & loci (erat enim in Cœnobio Fratrum Minorum) ſacellum quoddam una cum magiſtro, ac nonnullis ex Fratribus ingreſſa, poſitis ſuper altare manibus, ſolemni, ac magnanima profeſſione renunciat parentibus, liberis, conſanguineis, pompis, ac vanitatibus mundi, denique voluntati propriæ, adnexura etiam è veſtigio ceſſionem terrenæ poſſeſſionis, niſi Magiſter ſagacis vir ingenij, interfatus profitentis verba, ne ulteriùs iretur, effeciſſet.] In bulla canonizationis ſic habetur: [jura ſanguinis in ſupernæ deſiderium transferens voluptatis, & imperfectum quid æſtimans, ſi jam viri deſtituta præſidio ſic reſiduum vitæ decurreret, quòd ſe ad jugum obedientiæ (cujus ſub lege poſita maritali, abſque ipſius præjudicio amplexatrix extiterat) non arctaret, Religionis habitum induit; ſub quo Dominicæ Paſſionis in ſe celebrare myſterium uſque in diem ultimum non omiſit.] ubi per Vvadingum notatur in margine (*fuit religioſa*) quòd etiam caſtitatem, & obedientiam cum aliquibus ſuis pediſequis voverit; quòd cum eiſdem quaſi in communitate convixerit, quòd ſolemniter habitum tertij Ordinis aſſumpſerit, evidentiſſimè ab Vvadingo de ann. 1226. ad 1235. demonſtratus

Ibid. art. 9. Vvadd. 1228. fol. 366. n. 84. Ibid. f. 519.

ſtratur: quin & ad pondus authoritatis hæc addere voluit. [ Cùm ſereniſſimus Rex Hungariæ Dominus Stepahanus apud quamdam Civitatem nomine Strigonium pro quibuſdam arduis negotiis deſcendiſſet, ibidem aliquantulum moram trahens, quorumdam Religioſorum clauſtrum humiliter viſitavit, & cum in Capitulo cum Fratribus loci aliquantulum reſediſſet, vidiſſetque in eodem loco cum diverſis imaginibus Sanctorum B. Elizabeth imaginem cum calceamentis ſine chorda depictam, ſine mora deleri fecit, & eam depingi cum chorda, & habitu Fratrum Minorum: quam chordam, inquit, portavit dum viveret, in quo habitu ſanctitatis titulum meruit adipiſci. ]

Ibib.1229. n.8.f.403. 124. Adducit etiam Gregorij IX. bullam; *Nimis patentur anno* 1227. &c. ex Vvadingo, ſimiliter & Innocentij IV. *Nuper ſacularia negotia &c.*1251. & Alexandri IV. *Pia deſideria devotorum &c.* 1255. per quas explicitè, vel implicitè probatur, jam tum S. Franciſci de tertio Ordine profeſſores fuiſſe religioſos; verùm in ipſis nil ad hæc deprehendere potui, præterquam quòd in tertia præcitata dicatur, eos ad acceptanda publica officia cogi non poſſe contra ſuas conſtitutiones à Sede Apoſtolica confirmatas. Citat etiam Bonifacij VIII. litteras *Cupientes cultum, &c. de anno* 1300. hæc autem ultima de Minoritis loquitur, non de Tertiariis; alteram addnco, quæ ipſis in Alemannia, ubi jam domus communes habebant, oratoria concedit, atque Capellas.

BONIFACIVS PAPA VIII.

*Dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis de Pœnitentia B. Franciſci in Alemannia Superiori &c.*

Vvad.t.2. in Reg.anno 1295. bulla 3. f.211. 125. CVpientes cultum Divini nominis ampliari, libenter ea vobis concedimus, per quæ cultus ipſe ſuſcipiat incrementum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum corã nobis, quòd vos plures domos, & loca in diverſis partibus Alemanniæ ſuperioris obtinetis, in quibus ſub communi vita degitis in Obſervantia Ordin. de Pœnitentia B. Franciſci, devotè virtutum Domino famulantes, nec adhuc in eiſdem locis, & domibus, Capellæ, ſeu Oratoria ſunt conſtructa. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, ut Capellas, ſeu Oratoria in domibus, & locis prædictis conſtruere, & in eis divina officia celebrari facere, ac audire, necnon Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, ſine juris præjudicio alieni, authoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c. Datum Anagniæ 5. Idus Iulij anno 1.

126. Ab hoc itaque tempore ordinatam in communi eorum vitam, & conſequenter aliqualem in ipſis Religionis ſpeciem poſſumus indubitanter ex litteris Apoſtolicis argumentari; à præfata tamen S. Elizabeth, vel ab aliquo ejuſdem Sanctæ devoto ad illius honorem per Germaniam quoquomodo fuiſſe introductam, adderem ſalvo meliori judicio: nec enim myſterio vacat, quòd à Sororibus de hoc tertio Ordine clauſtralibus, officium ejuſdem Sanctæ ſub ritu dupli- P.Vernon. cis primæ claſſis, annuente Sede Apoſto- loc.cit. art. lica, celebratur. Aliis autem omiſſis, quæ à 6.7.& 8. præfactoP. Vernon. congeruntur ad intẽtum, ſed minùs efficaciter; præter allatum Bonifacij VIII. teſtimonium, ex appoſitis immediatè litteris Vrbani V. non ſolùm de ipſorum vita in communi, ſed & de plurimis domibus in Cõgregatione Zepperenſi addunatis, nulla tergiverſatione celare poſſumus evidentiam.

VRBANVS PAPA V. &c.

127. CVm à nobis petitur, quod juſtũ Bordon. eſt, & honeſtũ, tàm vigor æqui- Bull.f.50. tatis, quàm Ordo exigit rationis, ut id per bull. 28. ſolicitudinẽ officij noſtri ad debitũ perducatur effectũ. Ea propter dilecti filij in Domino veſtris juſtis poſtulationibus grato occurentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo cum communi vita degitis, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, & in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem decimas, prata, paſcua, nemora, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos eidem domui authoritate Apoſtolica, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalva in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis. Nulli ergo hominum liceat &c. ſi quis autem

autem &c. Datum Avenione Kal. Aprilis Pontif. noſtri anno quinto, Chriſti 1367.

128. Quibus in Trajectenſi diſtrictu, ut generale Capitulum indicere, Superioremq; Generalem ſibi deligere poſſent, indultum fuiſſe video à Bonifacio IX ut ſequitur.

BONIFACIUS PAPA IX. &c.

Vvad.t.5. in Reg. 1401.bull. 43.

HIs, quæ divini cultus augmentum, & ſacræ Religionis propagationem conſpiciunt, libenter intendimus, illaque favoribus proſequimur opportunis: exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum in Chriſto filiorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum in Civitate, & Diœceſi Trajectenſi in communi vita degentium petitio continebat, quòd propter morum, perſonarumque ejuſdem Ord. deformitatem, diverſa diverſis temporibus pericula, & ſcandala ſunt exorta. Cupientes igitur eiſdem ſcandalis, & periculis obviare, noſtrum duxerunt ſuper hoc conſilium, & patrocinum humiliter implorare.

Nos verò conſiderantes, quòd morum uniformitas pacem, & concordiam foveat, & etiam repræſentet, devotis ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, ut Miniſtri Fratrum, & Sororum hujuſmodi pro tempore aliquem ex ſupra ſcriptis ad certum tempus in ſuum poſſint eligere Superiorem, qui cum perſonis, quas ſingulæ domus ad hoc deputaverint, ſingulis annis Capitulum celebret Generale cum plenaria poteſtate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi, quæ ſecundùm Deum pro conconſervatione hujuſmodi viderit expedire, nullum tamen ex ipſis Miniſtris, Fratribus, & Superioribus, ſi contra ordinationem dicti Capituli egerint, ad culpam obligari volumus, ſed ad pœnam, & ut quælibet perſona dicti Ordinis ad manus ſui Miniſtri cum aliis obſervantiis Ordinis, etiam ſolemne votum perpetuę continentiæ, ſi velit, emittere veleat, authoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Verùm cum Regula dicti Ord. abdicationem proprietatis non contineat, quòd quilibet Clericus hujus Ordin. dictæ Diœceſis beneficiũ Eccleſiaſticum ſine cura, etiam conſuetum ab olim Clericis Sæcularibus aſſignari, cujus fructus quatuor marcharum argenti, ſecundùm &c. non excedunt, obtinere, & aſſequi, ac eidem deſervire valeat, dummodo ejus Prælato, vel Superiori loci, ubi hujuſmodi beneficium exiſtit, obediat, præſentibus indulgemus. Cæterùm, cùm perſonis dicti Ordinis aliàs meminerimus nos authoritate Apoſtolica conceſſiſſe, quòd unum alicujus approbatæ Religioni profeſſorem in eorum Viſitatorem, & informatorem eligere valeant, prout in aliis litteris ſuperindè confectis pleniùs continetur, illud etiam ad Sacerdotes iſtius Religionis profeſſores, aliàs tamen ad hoc ſufficientes, & idoneos, authoritate Apoſtolica extendi volumus, & extendimus per præſentes; conſtitutionibus, & ordinationibus &c. Quocirca venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Trajectenſi per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſos Fratres, & Sorores de dicto Ord. pro conſequendo effectu ſolerti cura confovere ſtudeat, ne ipſos in præmiſſis quodolibet moleſtari permittat, moleſtatores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nulli ergo &c. Dat. Romæ XV. Kal. Febr. anno 12.

129. Inter hæc præterire non debui, quæ præfatus ſæpiùs P. Vernon de ſuis in Vrbe Cœnobiis longè antiquioribus ex Octavio Pancirola deſeribit; nempe Conventum S. Margaritæ trans-tyberim anno 1288. alterumque ſub titulo S. Crucis in monte Citorio anno 1300. fuiſſe conſtructos. Congregationem etiã Zepperenſem in Germania inferiori ab an. 1289. originem ſuam dimetiri. Quòd autem ab anno 1410. vovere ſolemniter incœperint, ex alegando hîc Ioannis XXIII. diplomate poſſumus non indubiè colligere; qui & per alias litteras, quibus Flandrenſium ſtatuta iterum confirmavit; ipſos per ſolemne votum veros eſſe Religioſos, apertè pronunciavit. Bullæ utriuſque adduco tenorem.

Bordon. in Chron. c. 8 & in Bull.

IOANNES PAPA XXIII. &c.

130. PErſonas vacantes aſſiduè divinis obſequiis per ſtudium piæ vitæ, & ſub Regulari Obſervantia in Domino lætantes libenter Apoſtolico favore proſequimur, ac illa, quæ pro perſeverantia

in bonis operibus, & quiete ipſorum periode facta ſunt, ut illibata perſiſtant, cum à oobis petitur, Apoſtolico coofirmationis ſuffragio favorabiliter communimus. Sanè petitio dilectorum filiorum univerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum univerſarum Sororum tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupatorum, quem B. Franciſcus iostituit, in partibus Flandriæ, & præſertim io Epiſcopatu Morinenſi, & in locis ſcilicet Furnis, Novo portu, Ypris, Laugrinis, Dixmundę, & Bergis Morinenſis Diœceſis degentium petitio continebat, quòd ipſi olim, ut quietiùs, & ſalubriùs aoimas ſuas Deo lucrifacerent, vivendo etiam juxta Regulam, ac modum vivendi per fœl. rec. Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum confirmatam; Provida deliberatione prævia ſtatuerunt, & ordinarunt, ut per ſalutaria exempla ad æternam vitam cum Dei adjutorio ſalubriùs proficere poſſent, prædicti Fratres, & Sorores nemioem reciperent ad profeſſionem dicti Ordinis, niſi finito anno probationis, ut ipſa Regula dictat, & niſi in die profeſſionis ſuæ haberent decem, & octo annos, & niſi ſatisfeciſſent Eccleſiæ, & ubique ſecundùm contenta in Regula memorata, & fieret per ipſos profeſſio in hæc verba videlicet.

Bord. in Bullar. bull. 37. fol. 77.

131. *In nomine Patris, & Fily, & Spiritus Sancti. Ego N. voveo, & promitto Deo, & B. M. V. B. Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater N. omnibus diebus vitæ meæ eſſe obediens. D. Ioanni Papæ, & ſuis ſucceſſoribus canonicè intrantibus, & vivere in obedientia, paupertate, ſine proprio, & in caſtitate, & obſervare &c.* Et recipiens eamdem profeſſionem promittat ei, ſi hæc fecerit, merebitur vitam æteroam; & fiet illa receptio per Miniſtrū tantùm ſecundùm Regulam, tam de ipſis Fratribus, quàm de Sororibus ejuſdem tertij Ordiois, ubi bono modo poſſet haberi, etſi non de conſilio Viſitatoris Superior Soror in Nomine Domini illud faceret de Sororibus ipſis. Et quia in Evangelio dicitur, quòd *Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt Regno Dei*, voluerunt, & etiam ordinarunt ipſi Fratres, & Sorores in locis antedictis degẽtes, quòd nullus inter dictos Fratres, & Sorores profeſſus poſſet illum ſtatum, & communitatem dimittere, & reverti ad ſæculum, ſeu ad minorem, ſeu ad leviorem ſtatum in Eccleſia declinare, ſed potiùs quilibet eorumdem Fratrum, & Sororum firmiter ſua vota, etiam ſuum ſtatum obſervarent, ſicut Domino promiſerunt.

132. Dictique Fratres, & Sorores in eiſdem locis degentes, qui ad hoc eſſent habiles, dicerent horas canonicas ſecundùm ordinem S. R. E. ſine nota, & alij, & aliæ non ad hoc habiles horas ejuſdem B. Virginis ſecundùm præfatum ordinem, vel nocturnum Pſalterij pro matutinis, & alios pſalmos pro aliis horis, prout tenerentur dicere, ſi dictas horas dicereot; & qui iſta neſcirent, vel bono modo addiſcere non poſſent, ſicut de ipſis cavetur in ipſa Regula, dicerent Orationem Dominicam, ſcilicet *Pater noſter*, & ſuper illis diſpenſarent eorum Viſitator, & Superiores ad majorem profectum animarum ſuarum.

133. Dicti verò Fratres, & Sorores, prout de eorum Regula, & antiqua conſuetudine habebant, etiam deinceps haberent Viſitatorem religioſum virum alterius Ordinis, & ſemper unum Miniſtrum de Fratribus ipſis, qui eſſet ſuper omnes Fratres, & Sorores, & cum hoc Sorores ipſæ eligerent ſibi unam de præfatis Sororibus, ſicut eligitur Miniſter, quæ etiam renovaretur io ejus Miniſterio, ſicut Miniſter ipſe, quæ ſic electa in abſentia dicti Miniſtri haberet poteſtatem ſuper omnes Sorores, ſicut ipſe Miniſter ſuper præfatos Fratres, & Sorores, & fieret io qualibet domo prædictorum Fratrum, & Sororum domus illius, & cui omnes de domo illa in abſentia Miniſtri, vel Sororis Superioris cæteræ Sorores obedirent, & hoc per electionem omnium Fratrum, & Sororum ſingularum domorum, quæ etiam renovarentur ſicut cæteri; tameo utaotur Viſitator, & cæteri Superiores Ordinis de ſuſpenſione officiariorum, & cæteris ſimilibus ſecuodùm eandem Regulam, & antiquam conſuetudioem in neceſſitatibus, & aliis, prout decens, & honeſtum omoi tempore apparet. Et de cætero in qualibet domo eorumdem Fratrum, & Sororum habereotur aliqua loca honeſta ſatis magna, in quibus ſimul convenirent ad orandum, comedendum, & dormiendum, ſcilicet Sorores in locis Sororum, & Fratres in locis Fratrum, ſeorſum, ſeu abinvicem ſeparati, dum tamen non haberent

berent ædificia, vel loca exceſſiva, &c. 134. Et nemo extra Communitatem maneret aliquo notabili tempore, niſi de licentia Superiorum, in quibus Superiores omnes in neceſſitatibus, & cauſis rationabilibus poſſent diſpenſare, ſecundùm quod eis ſecundùm Deum videretur expedire.

135. Præceperuntque dictis Fratribus, & Sororibus omnibus ad hoc petentibus, ac habilibus, quòd operarentur, & laborarent in aliquo tempore labore honeſto, unde ſibi victum acquirerent, non tamen taliter laborarent, quòd ſpiritum devotionis extinguerent, tempus devotionis, & orationis ad hoc exponendo; ſed Superiores eorumdem Fratrum, & Sororum providerent, quòd in qualibet domo præordinarent, & dividerent ipſum tempus tam æſtatis, quàm hyemis, tam diei, quàm noctis, prout ratio dictaret ad utrumque faciendum, ita quòd temporibus congruis orarent, & laborarent, & quòd otioſitas, vel pigritia non impediret laborem, ſe velando ſub ſpecie devotionis, vel orationis: de mercede verò laboris viverent omnes in communi tam inſufficientes ad laborem, quàm alij;& ubi merces laboris non ſufficeret ad eorum victum, humiliter recurrerent ad eleemoſynam poſtulandam, & Superior uniuſcujuſq; domus hujuſmodi mercedem reciperet laborum, omnis domus & elemoſynas per ſe ipſum, vel alium loco ſui, & ſicut reciperent, exponerent fideliter in neceſſitatibus cõmunitatis, inde reddituri rationem hujuſmodi Viſitatori, & Miniſtro, ac Sorori Superioribus, ſi & quando eis placeret, & ſecundùm quòd eis videretur expedire, quorum conſcientias ipſi ordinantes ſuper præmiſſis voluerunt onerare.

136. Prædictique Fratres, & Sorores ſecundùm uſum communem dicti Ordinis induerentur, & haberent Fratres unam tunicam griſeam vilem, quæ vilitas attenderetur in pretio, & colore, & unum ſcapulare, pro cingulo chordam rudem de canape nodatam, ut moris eſt, haberent longum caputium,& magnum mantellum de eodem panno ſimplicium hominum, ſotulares ligatos, vel cum vinculis, ſecundùm quòd pauperes illius Patriæ habebant. Sorores autem omnia prædicta haberent, ut tunicam, ſcapulare, chordam, & caputium quando liceret, ac etiam ſotulares; haberent etiam ſuper caput velum, vel capitegium album, & hoc intra domum, Quando autem eas contingeret extre domo, poſſent habere unum mantellum de panno ſupradicto, una parte reverſa ſuper caput ad cooperiendum caput, & aliqualiter faciem;quando etiam itinerarent, vel laborarent dictæ, poſſent Superiores ſui ex eis concedere ad portandum ipſarum caputia, & quòd caverent ipſi Fratres,& Sorores habere aliqua, in quibus non reluceret aſperitas,vilitas, & paupertas, cùm talia valerent multum ad puritatem obſervantiæ ſui ſtatus.

137. De cætero autem ne ipſi Fratres, nec Sorores ſubjacerent juriſdictioni Dominorum temporalium, ſed haberent inter ſe correctionem, & punitionem omnium factorum, & delictorum civilium,& criminalium. Tenerentque prædicti Fratres Capitulum ſuum in aliqua domo eorumdem Fratrum ad placitum Viſitatoris, & Miniſtri prædictorum;& ſimiliter Capitulum Sororum teneretur in aliqua domo Sororum prædictarum, ad quæ Capitula quælibet, videlicet Fratres ad ſuum,& Sorores ad ſuum Capitulum tenerentur mittere, necnon ipſi Fratres, & Sorores tenerentur ad illa venire in tali numero, & tali modo, ſicut ordinatum fuerat in eo, ita quòd non eſſet diſcurſus eorumdem Fratrum, & Sororum in magna multitudine per Villas, & itinera; poſſentque dicti Fratres, & Sorores in eorum Capitulo tractare de omnibus cauſis ſuum ſtatum tangentibus, ac conſtituere officiarias, & abſolvere, necnon corrigere caſus, quorum ad eos correctio pertineret.

138. Inſuper facere ſtatuta nova, & vetera corrigere; augendo,vel minuendo, ſecundùm quod eis meliùs, & puriùs ad obſervationem ſuorum votorum in hac parte videretur expedire, cum conſilio tamen eorum Viſitatoris ſæpe dicti, ſed ſi Fratres, & Sorores prædicti ſtatuta nova facerent, vel aliquid renovarent,nullius eſſet authoritatis,donec illud per Diœceſanum loci foret confirmatum, ad quod faciendum teneretur Epiſcopus loci, dum tamen præfata ordinatio, ſeu innovatio foret rationabilis, & utilis ad eorum obſervantiam,& puritatem votorum,aliàs non.

139. Poſſent

139. Peſſent de cætero dicti Fratres, & Sorores in ſuis Capellis earumdem Domorum coram ſe facere miſſam, & alia divina officia celebrare ſolemniter, & Campanile, & Campanã ab extra ſuum tectum habere toties, quoties eis placeret, & facultatem haberent, ut eis expediendum fore videretur.

140. Quare prædicti Fratres, & Sorores dictorum locorum nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus præmiſſis per vos ſtatutis, & ordinationibus, ut præfertur, omnibus, pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati præmiſſa omnia, & ſingula, prout per eoſdem FF. & Sorores in dictis partibus, ac domibus, locis, & Epiſcopatu degentibus, ut præmittitur, proinde ſtatuta, & ordinata facta fuerunt, & omnia inde ſecuta rata habentes, & grata; & ex certa ſcientia authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem: jure tamen Parochialium Eccleſiarum, in quarum juriſdictionibus dictæ domus ſituantur, & alterius cujuſcumque in omnibus ſemper ſalvo.

141. Statuentes nihilominus, & eadem authoritate ordinantes, quòd hujuſmodi Capitula, ſeu Regulæ, necnon modus vivendi per ipſos Fratres, & Sorores illa diligenter ſequendo, & obſervando per Diœceſanum, ac locorum Ordinarios, ſeu quoſque alios quavis authoritate fungentes contra Capitula, Regulas, & modum vivendi hujuſmodi, ſub quovis quæſito colore non poſſint, nec debeant in aliquo moleſtari.

142. Non obſtantibus fœl. rec. Ioannis XXII. etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit *Sancta Romana &c.* & aliis Apoſtolicis, necnon Provincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, ac Conciliis, & aliis contrariis quibuſcunque. Decernentes etiam ex nunc irritos, & inanes omnes proceſſus, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quos, vel ſi quas contra pręmiſſa, vel eorũ aliquod ſciẽter, vel &c.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum apud S. Antonium extra muros Florentinos 7. Kal. ſeptembris 1413. Pontificatus noſtri anno 4.

## IOANNES PAPA XXIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

143. PAſtoralis officij cura &c. Dudum ſiquidem quondam Bonifacius IX. in ſua Obedientia nuncupatus, dilectis filiis FF. & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupatis in Civitate, & Diœceſi Trajectenſi, in communi ſub regulari obſervantia degentibus, per quaſdam &c. ut Miniſtri Fratrum, & Sororum hujuſmodi pro tempore aliquem ex ſeipſis ad certum tempus in ſuum poſſent eligere Superiorem, qui cum perſonis, quas ſingulæ domus Religionis ejuſdem ad hoc deputarent, ſingulis annis Capitulum celebraret Generale, cum plenaria poteſtate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi, quæ ſecundùm Deum pro conſervatione Religionis hujuſmodi viderentur expedire: nullum tamen ex hujuſmodi Miniſtris Fratribus, & Sororibus, ſi contra ordinationem hujuſmodi Capituli agerent, ad culpam obligari voluit, ſed ad pœnam. Quòdque etiam quælibet perſonarum hujuſmodi domorum Diœceſum prædictarum ad manus ſui Miniſtri cum aliis obſervantiis ejuſdem Ordinis, etiam ſolemne votum perpetuæ continentiæ, ſi vellet, emittere valeret. Et deinde per alias ſuas litteras inter alia, etiam omnes, & ſingulas perſonas utriuſque ſexus domorum hujuſmodi tunc præſentes, & futuras; quæ poſt profeſſionem hujuſmodi per eas factam, ut præfertur, propria temeritate ſine ſuorum Miniſtrorum expreſſo conſenſu, niſi in caſibus à jure, ſeu Regula dicti Ordinis exceptis, domos ſuas, vel Conventus exire præſumerent, & per dictos ſuos Miniſtros canonicè moniti infra competentem terminum redire nõ curarent ad eaſdem, excommunicatione latæ ſententiæ innodavit, & tamquam apoſtatas reputari voluit, ac haberi. A quibus quidem excommunicationis ſententia, & crimine apoſtaſiæ, niſi per Romanum Pontificem, ſeu per Miniſtrum ſuum Superiorem pro tempore exiſtentem, ſi tamen Secerdos foret, niſi in mortis articulo, nullatenus abſolverentur, prout in prædictis litteris pleniùs continetur. Cum autẽ ſicut exhibita nobis nuper

Vvad. t. 5. in Reg. bulla. 20. an. 1414. fol. 43.

per

per pro parte dictorũ FF. & Sororum petitio continebat, quidam curioſi volentes plus ſapere, quàm oporteat, aſſerant, perſonas dicti Ordinis per hujuſmodi votum ſic juxta tenorem conceſſionis ejuſdem præfati Bonifacij, ut præmittitur, emiſſum, ad ſolemne votum caſtitatis, ut alios Religioſos approbatorum Ordinum minimè obligari, ac votum hujuſmodi matrimonium jam contractum non dirimere, nec etiam impedire contrahendum. Nonnulli etiam temporale dominium in partibus illis habentes, ac ſæculares Iudices, necnon Communitates Civitatum, ac Vniverſitates Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum, prætendentes hujuſmodi perſonas dicti Ordinis S. Franciſci non eſſe Religioſas, conati ſunt, & conantur eas ut laicos, ipſis ſubjectas in ſervitiis perſonalibus, & realibus, ac ſupportationibus aliorum onerum laicalium ſuis ſubditis incumbentium, aggravare. Pro parte ipſorum Fratrum, & Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc eis providere de opportuno remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſuper præmiſſis, dictis Fratribus, & Sororibus, ut eò quietiùs poſſint Chriſto Domino ſub Religionis habitu famulari, quo à ſæcularibus pertubationibus, & moleſtiis hujuſmodi magis liberi fuerint, & immunes, ſalubriter providere cupientes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati præmiſſa omnia, & ſingula alia privilegia, libertates, & immunitates hactenus dictis Fratribus, & Sororibus omnimodis S. Franciſci domorum, & Diœceſis prædictarum per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs rationabiliter cõceſſa, Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & etiam confirmamus. Et nihilominus ad omnis dubitationis ſcrupulum, qui circa præmiſſa forſitan oriri poſſet, ſubmovendum, decernimus, & ordinamus, quòd hujuſmodi Fratres, & Sorores Ordinis S. Franciſci domorum, & Diœceſis prędictarum ex nunc in antea votum ſolemne continentiæ, & caſtitatis juxta tenorem præfatæ conceſſionis dicti Bonifacij ſponte ad manus hujuſmodi Miniſtri, cum aliis obſervantiis antedicti Ordinis S. Franciſci emittentes, ad obſervationem ejuſdem voti, ſicut aliæ perſonæ profeſſæ aliorum Ordinum approbatorum, perpetuò ſint adſtricti, ipſoſque Fratres, & Sorores, Religioſos & Eccleſiaſticos eſſe, & quoad hoc omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, privilegiis, & indulgentiis aliis Religioſis, & Eccleſiaſticis perſonis tam à jure, quàm ab homine quomodolibet conceſſis uti & gaudere poſſe, & debere, authoritate prædicta declaramus: hoc adjecto, quòd illi ex Fratribus, & Sororibus hujuſmodi, qui poſt regularem profeſſionẽ hujuſmodi per eos, ut præfertur, emiſſam, propria temeritate ſine Miniſtrorum ſuorum expreſſa licẽtia, exceptis caſibus à jure, ſeu Regula dicti Ordinis S. Franciſci præmiſſis, domus ſuas, vel Cõventus hujuſmodi exire præſũpſerint, per eoſdem Superiores carceribus mancipari, & uſque ad ſatisfactionem condignam, prout perſonarum, & facti qualitas exegerit, ſub convenienti diſciplina in eiſdẽ carceribus detineri poſſint, & debeant, ipſoſque Fratres, & Sorores, qui abſque hujuſmodi licentia, ut permittitur, ſuas Domos, & Conventus exierint, nulla etiam alia monitione præmiſſa, ſententiæ majoris excõmunicationis ipſo facto ſubjacere volumus, ac Apoſtatas reputari, & haberi; nec eos ab hujuſmodi ſententia, & Apoſtaſiæ crimine ab alio, quàm à Romano Pontifice, ſeu Miniſtro ſuo hujuſmodi pro tẽpore exiſtente, ſi tamen in Sacerdotio fuerit cõſtitutus, quomodolibet, præterquam in mortis articulo, abſolvi poſſe, vel debere Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnõ ſtatutis, & cõſuetudinibus Ord. & Domorũ hujuſmodi, ac aliis contrariis quibuſcumq; non obſtantibus. Nulli ergo &c. ſiquis &c. Dat. Bononię 2. Kal. Aprilis 1414. Pontif. noſtri anno 4.

144. Plurimis Pontificum exinde ſuccedentium litteris hoc idem legimus expreſsè confirmatum, quas in Bullario Bordoni, & de Sillis eſt videre: Martin. V. ibid. in bulla 46. *Religioſorum exceſſus &c.* de Hiſpalenſi eorum Congregatione, vel Provincia graviter tractat; in bulla 47. *Humilibus, & honeſtis &c.* Fratribus in ſacris Ordinibus conſtitutis ſcapulare ad Eremitarum differentiam concedit. Alteram ſub num. 49. *Ad ea, quæ &c.* ad ipſorum Generalem in Vrbe Procuratorem dirigit 52. *Devotionis veſtræ &c.* Bordon. pro domibus, & Monaſteriis eorũdem in Ibid. Hibernia eſt, ut tem pore interdicti, ſervatis ſervandis, celebrare valeant. Pro

ſolemnibus obedientiæ, caſtitatiſque votis,& ad matrimonium inhabilitatis Cōſororum in Colonienſi Diœceſi eſt ſub num. 60. *Humilibus ſupplicum votis &c.* pro Conventu ipſorum extra portam Vrbis Ianuenſis in loco, *De Clapeto* nuncupato ſub invocatione S. Elzearij, eſt ſub num. 66. *ys, per quæ &c.* de cæteris eorumdem Conventibus, oratoriis, & Eccleſiis plurimas ibidem congerir. Qūin & ab hoc ipſo Eremitas Congregationis Feſulanæ ſub invocatione S.Hieronymi ſuam originem traxiſſe,libro ſequenti demonſtrabimus:Quòd etiam in Hiſpaniis jam olim Viſitatorem Generalem ſibi proprium habuerint, ex variis Benedicti XIII. Antipapæ Avinione ſedentis conſtat apud Vvad.ſed magis ex authentico Eugenij IV.diplomate,quod appono.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

145. INjunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium &c. Hinc eſt,quòd nos dilectorum Filiorum univerſorum Fratrum domorum, ac locorum Tertii Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati, infra Legionis, & Caſtellæ Regna conſiſtentium inter cætera aſſerentium, quòd ipſi domos, & loca prædicta communia habere, ac in illis communiter, & aliàs laudabiliter vivere, ac nonnulla ſalubria, & utilia ſtatum, directionem, conſervationem, & augmentum domorum, & Ordinis prædictorū concernentia ſtatuta,& ordinationes in generali eorum per ipſos ultimò celebrato feciſſe, & addidiſſe: quòdque etiam inter eos plures Clerici, & Sacercerdotes etiam docti,& experti fore noſcuntur;In hac parte ſupplicationibus inclinati tàm præſentibus,quā futuris præfati Ord.Fratribus in prędictis,& aliis infraRegna prædicta pro tempore conſiſtētibus dicti Ordinis domibus, atque locis pro tempore degentibus,quòd eorum Generale Capitulum prima vice, & ſucceſſivè perpetuis futuris temporibus, qnoties illud celebrare cōtingeret,unum ex ipſis,in Sacerdotio tamen conſtitutū, in eorū,ac pręſentium,& futurorū pręfati Ordinis domorum,& locorum prædictorum Viſitatorem, juxta modum, & formam ab hujuſmodi Capitulo deſuper ſtatuta, ſeu ſtatuenda eligere, & deputare,quòdque ipſe Viſitator ſic pro tempore electus, & deputatus Superior eorum eſſe &c.ac bonis ipſorum præeſſe,& eorum curam gerere, & exercere: necnon de conſilio quorumdam ipſius Ordinis Fratrum ad id per hujuſmodi Capitulum pro tempore deputandorum omnes, & ſingulos &c. delinquentes, aut inobedientes &c. punire corrigere, & incarcerare, necnon ſuis pro tempore officiis privare &c. etiam per cenſurā &c. brachij ſæcularis,ac etiam per ſe ipſum dumtaxat CapitulumGenerale hujuſmodi congregare, illique præeſſe, & ex dictis Fratribus ad officia domorum, & locorum prædictorum, quoties illa ceſſare,ſeu expirare contigerit deputare &c. necnon &c. Ordinis hujuſmodi Fratres, ac Sorores ab omnibus, & ſingulis excommunicationum pœnis &c. in foro conſcientiæ dumtaxat abſolutionē impedere,ac Cōclericis,&Preſbyteris ex prędictis ſuper irregularitate &c. diſpenſare. Necnon etiam per ſe, vel alios idoneos ex Fratribus in Sacerdotio conſtitutis prædictis omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum &c.ac illorum, & illarum ſervitorum pro tempore confeſſiones audire &c. abſolutionem impēdere,& pœnitentiam ſalutarem injungere, & eorum cuilibet Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare liberè, & licitè poſſit &c. concedimus poteſtatem. Et inſuper qnòd officium Viſitatoris pro tempore electi hujuſmodi ultra triennium à die ſuę electionis computandum non perduret,& qnòd ipſe electus elapſo dicto triēnio eidem officio in Capitulo prædicto liberè cedere,ac quòd etiam omnes, & ſinguli Fratres,& Sorores Ordinis hujuſmodi præſentes,& dicto pro tempore Viſitatori, tanquam eorum Superiori in omnibus juxta ſtatuta edita, & edenda prædicta plenariè obedire teneantur, quòdque omnia eorum, & cujuſlibet ipſorum bona in domibus, in quibus profeſſionem expreſſam pro tempore fecerint(illis bonis,de quibus infra tres menſes à die ingreſſus eorum in Ordine prędicto computandos, teſtati fuerint dumtaxat exceptis) Matris tamen, Vxoris, & filiorum eorumdem pro tempore in dicto Ordine poſt obitum parentum ſuorum hujuſmdi remanere volentium, in omnibus ſemper ſalvo jure, communia exiſtāt, &ad domos,&loca hujuſmodi liberè pertineant

Vvad.t.5. in Reg. bull.223. fol.304.

neant &c. Et quòd etiam nullus ex Fratribus præfatis poſt profeſſionem per eum emiſſam, matrimonium contrahere, ac aliàs extra domos, & loca prædicta officium, ſeu aliàs aliquod beneficium Eccleſiaſticum obtinere, ac abſque licentia ſpeciali dicti pro tempore Viſitatoris ſibi ex neceſſitate, ac ad tempus dumtaxat, & non aliàs concedenda extra domos, ſeu loca hujuſmodi moram trahere, vel reſidere, & alicui Eccleſiæ, ſeu beneficio Eccleſiaſtico pro pretio, ſeu aliàs ſervire poſſit, & debeat: quódque cum licentia extra domos commorantes, ſeu ſervientes hujuſmodi pro tempore id totum, quod interim licitè acquiſiverint, & eis tunc ſuperfuerit domibus, in quibus profeſſionem fecerint, integrè dare, & aſſignare teneantur &c. ſtatuimus, decernimus, atque concedimus. Volumus autem, quòd Fratres prædicti ſub Ordinariorum locorum obedientia, in quantùm ſub illa ipſi præſentes Fratres eſſe conſueverint (alioquin ab illa liberi) ut priùs remaneant, & remanere debeant. Non obſtantibus &c. Datum Florentiæ anno &c. 1442. 8. idus Februarij, anno decimo.

Quod demum Nicolaus V. multa cum ampliatione ad Italos voluit eſſe, prout ſequitur, ampliatum.

NICOLAUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei.

*Venerabilibus Fratribus Eugubin. & Cremonen. Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati monaſterij S. Pauli extra muros Urbis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Bord. in Bullar. 133. 146. HOdie ſiquidem noſtræ emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis: Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij nobis licèt immeritis ex alto commiſſi cura potiſſimè nos excitat, & inducit, ut inter cæteras Deo devotas, piaſque perſonas religioſas tertij Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati ſinceris non indignè complectamur affectibus, & circa eorum ſtatum ſalubriter dirigendum ſic utilis noſtræ proviſionis opere intendamus, quòd ab omnibus ſubleventur incommodis, ac ſanctæ contemplationi, & devotis laudibus vacantes, proſperis jugiter proficiant incrementis. Sanè pro parte dilectorum filiorum univerſorum Fratrum Ordinis prælibati in Italiæ partibus commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd olim ipſi pia largitione fidelium quàmplura in diverſis Civitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & aliis Italiæ locis, domos, oratoria, atque loca pro ipſorum uſu, & habitatione perpetuis conquiſiverunt, in quibus à mundanis ſemoti occupationibus, ſub ſolito eremitico habitu hactenus laudabiliter vixerunt, & de cætero eò ſinceriùs in illis divinis laudibus, & orationibus vacare proponunt, quò ab externis moleſtiis, curis, & infeſtationibus magis fuerint expediti. Quare pro parte Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eos aliquibus ſtatum ipſorum proſperum concernentibus Apoſtolicis adminiculis confovere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur piam Fratrum eorumdem intentionem plurimùm in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fratribus prædictis præſentibus, & futuris domos, oratoria, atque loca prædicta, quæ Fratres ipſi pacificè poſſident, perpetuò retinendi, & in illis reſidendi, necnon de licentia Ordinarij pariter, & conſenſu capellas, oratoria, & domos de novo fundandi, & conſtruendi, & altaria erigendi, aliaque neceſſaria pro miſſis, & aliis divinis officiis celebrandis faciendi, capellas quoque, & altaria hujuſmodi per aliquem Catholicum Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem conſecrari, ac in eiſdem domibus, oratoriis, & locis hujuſmodi miſſas, & officia per eorum Sacerdotes, & alios pro eorum devotione celebrare volentes celebrari faciendi. Ipſiſque Sacerdotibus confeſſiones dictorum Fratrum in domibus, oratoriis, & locis hujuſmodi degentium audiendi, illiſque pro commiſſis, niſi talia fuerint, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit meritò conſulenda, debitam abſolutionem impendendi, & ſalutarem pœnitentiam injungendi, ac Eccleſiaſtica Sacramenta, quoties expedierit, miniſtrandi, parochialium Eccleſiarum juribus ſemper ſalvis. Et inſuper pro ipſorum Fratrum ſtatus directione, ac diſcutiendis eorum vitæ meritis, corrigendiſque, & emendandis defectibus, & erroribus, ac

domorum, & locorum hujuſmodi conſervatione, & manutentione Capitulum congregandi, & in illo unum ex ipſis, qui ſufficiens, & idoneus reputetur, ac eis præſit, necnon per exempla, & vitæ merita præſit, in eorum Viſitatorem, & Patrem principalem, necnon quatuor alios ex eis magis expertos, ac Deum timentes, quorum conſilio, & aſſenſu idē Viſitator occurrentia negotia procurare, & promovere debeat, eligendi, & deputandi, necnon tam locis, & temporibus congruis futura Capitula celebrandi, quàm etiam omnia, & ſingula ad conſervationem, & augmentum perſonarum, & locorum dicti Ordinis neceſſaria, & opportuna ſtatuendi, & ordinandi; ac etiam delationi habitus aliquid, per quod à ſimplicibus Eremitis, qui nullius Ordinis ſunt, diſcernantur, honeſtè tamen addendi, vel immutandi. Necnon in ſingulis domibus, Oratoriis, Capellis, & aliis eorum locis, & hoſpitalibus ſingulos Miniſtros idoneos deputandi, & eligendi. Ipſique ſic electi, & deputati abſque alterius Apoſtolicæ, vel ordinarię conſervationis adminiculo in ſpiritualibus, & temporalib⁹ juxta ipſius Ordinis mores, & inſtituta regularia tegāt, præſint, & gubernent, & revoluto triennio hujuſmodi viſitationis officium ceſſet. Prӕterea Viſitatori prædicto, & aliis in eodem celebrando Capitulo pro tempore deputatis Viſitatoribus domos, oratoria, Capellas, hoſpitalia, ac loca hujuſmodi, eorumque perſonas, quoties expedierit in capite, & membris viſitandi, & reformandi, & ſi opus fuerit, corrigendi, & puniendi, ac perſonas eaſdem ab ipſarum domorum, oratoriorum, Capellarum, Hoſpitalium, & locorum regiminibus realiter amovendi, illoſque privandi, & eis habitum auferendi, ac ad hujuſmodi regimina alios idoneos ponendi, & deputandi, ipſoſque privatos, & amotos, ſi dictis Viſitatoribus videbitur, ad prima regimina reponendi; Contradictores quoque, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, ac etiam, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilium invocandi, omniaque alia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, & etiam poteſtatem: Vniverſis etiam Fratribus ejuſdem Ordinis, qui in ipſis locis pro tempore reſidebunt, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, indulgentiis, libertatibus, & exemptionibus Ordini præfato, ac illius domibus; locis, & perſonis per Sedem Apoſtolicam, vel aliàs quomodolibet conceſſis uti, & gaudere liberè, & licitè valeant, eadem authoritate concedendi. Non obſtantibus &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ &c. anno 1447. 13. Kalendas Auguſti Pontificatûs noſtri anno primo.

147. Cupientes igitur, ut dictæ litteræ, & earum effectus inviolabiliter obſerventur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios Viſitatori, & Patri principali univerſorum Fratrum, necnon etiam quatuor Fratribus ejuſdem Ordinis, qui per Generale Capitulum eorumdem Fratrum nuper, & ſucceſſivis temporibus per eos celebrandum ad conſervationem, & augmentum tam perſonarum, quàm locorum dicti Ordinis unà cum Viſitatore, & Patre Principali præfato pro tempore eligentur, & eorum cuilibet efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, non permittatis eos, nec ipſorum aliquem conjunctim, vel diviſim contra conceſſionem noſtram, atque litterarum hujuſmodi continentiam, atque formam per locorum Ordinarios, aut quoſcumque alios quomodolibet impediri, aut aliqualiter moleſtari. Et inſuper etiam vobis, & cuilibet veſtrum hujuſmodi Capitulum in loco congruo, ubi vobis magis videbitur expedire, tam pro hac prima vice, quàm etiam ſucceſſivis temporibus de triennio in triennium, & etiam quoties opus fuerit, & neceſſitas exegerit, convocandi, mandandique, & præcipiendi univerſis, & ſingulis Fratribus ejuſdem Ordinis per Italiam dumtaxat conſtitutis, ut ad Capitulum, & locum hujuſmodi perſonaliter ſe conferre, & convenire omninò debeant, authoritate Apoſtoloca tenore præſentium facultatem concedimus, & etiam poteſtatem, contradictores quoſlibet, & rebelles in præmiſſis omnibus, & ſingulis per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia opportuna appellatione poſtpoſita

poſita compeſcendo.non obſtantib⁹ &c. Dat. Romæ 1447. 13. Kal. Auguſti Pont. noſtri anno primo.

Vvad.t.6. in Reg. bull. 20. Calixt.III. 148. In Hibernia etiam Calixtus III. expedito Brevi *Diſpenſatione Divina &c. Datum Romæ nono Kal. Aprilis* 1456. Generalem ſuper illius diſtrictus monaſteria conſtituit P. Thomam Ornayn, cum facultate data Cœnobiis, ut alium poſt ipſius mortem poſſent eligere. Deinde

Bordon. in Bullar. Bulla 155. Paulus II. datis litteris: *Exitat arcanum noſtra &c. Kalendis Iunij* 1467. privilegia omnia Tertiariis Leodienſibus, videlicet in Belgio, & per Hiſpanias à prędeceſſoribus ſuis Eugenio IV. & Nicolao V. conceſſa ad Italos Lombardicæ Congregationis extendit. Exindè Sixtus IV. privilegia prefata Italis conceſſa confirmans, ut Fratres Eremitas viſitare poſſent, & corrigere, facultatem indulſit; ut ex ipſius litteris apparet.

## SIXTUS PAPA IV. &c.

Bordon. in Bullar. fol. 275. bull. 158. 149. Sedes Apoſtolica æqua in omnibus ſemper diſtributrix ea, quæ pro divini cultus augmento, & piorum locorum, ac perſonarum præſertim ſub religioſo habitu in eis degentiū utilitate providè facta ſunt, libenter, cùm ab ea petitur Apoſtolici roboris firmitate communiri; Necnon quidquid à perſonis religioſis, & divino adſcriptis cultui contrarium eorum Ordini, & honeſtati præſumitur, ad Dei gloriam, & Religionis augmentum ſalubriter corrigi opportunè mandat, & benigno favore ea, quæ ſunt pro animarum ſalute, libenter concedit. Dudum ſiquidem fœl. rec. Paulus Papa ſecundus prædeceſſor noſter omnia, & ſingula privilegia, facultates, indulta, & gratias, quæ, & quas piæ memoriæ Eugenius IV. & Nicolaus V. ſummi Pontifices etiam prædeceſſores noſtri dilectis filiis Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci *de Pænitentia* nuncupatis in Regnis Caſtellæ, & Legionis, ac Diœceſis Leodienſis commorantibus conceſſerant, ad dilectos filios Fratres Congregationis Lombardiæ ejuſdem Ordinis in diverſis locis ipſius Lombardiæ ſub obſervantia, & in communi, ac ſub habitu eremitico viventes, maximè in S. Maria de Pichitono; & de Vairano, ac de Piazano, necnon S. Salvatoris de Caſalbutano Laudenſis, & Cremonenſis Diœceſis; ac S. Donati extra muros Comanos commorantes, & quos inibi in futurum commorari contigerit; Necnon ad alios Fratres aliorum locorum dicti Ordinis eamdem Congregationem ipſorum Lombardiæ in poſterum ingredientes per ſuas litteras extendit: & illa etiam eis conceſſit, ſine tamen præjudicio Fratrum Regnorum, & Diœceſis Leodienſis prædictorū. Et inſuper quòd ipſi Fratres dictæ Congregationis omnibus gratiis, Indulgentiis, libertatibus, exemptionibus, & privilegiis Fratribus dicti Ordinis quomodocumque conceſſis in omnibus, & per omnia uti, & gaudere poſſent, ac uterentur, & gauderent, indulſit, prout in litteris dicti Pauli prædeceſſoris, quas cum aliis Eugenij, & Nicolai prædeceſſorum præfatorum litteris ſuper his in Camera Apoſtolica exhiberi, & diligenter inſpici fecimus, pleniùs continetur. Et deinde exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris, & Miniſtri Generalis, ac Fratrum dictæ Congregationis Lombardiæ petitio continebat, quòd multi gerentes habitum eremiticum ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui ipſorum Fratrum dictæ Congregationis, malè viventes, & per mundum vagantes in propria libertate plurima ſcandala faciunt in præjudicium maximum, & infamiam ipſorum Fratrum dictæ Congregationis, cùm illius eſſe credantur; & ſcandalum plurimorum. Quòdque ad ipſos Fratres dictæ Congregationis in locis eorum hujuſmodi undiquè Chriſti fideles ex devotione confluunt pro confeſſione, & pœnitentia ſalutari. Quare pro parte ipſorum Viſitatoris, & Miniſtri principalis, ac Fratrum dictæ Congregationis nobis fuit humiliter ſupplicatum; ut privilegia, facultates, indulta, & gratias prædictas; necnon omnes, & ſingulas prædictorum, & aliorum locorum, quæ hactenùs pacificè poſſederunt, prout poſſident de præſenti, receptiones hactenus per eos factas approbare, & confirmare; Nos piis &c. Ac ſi ipſi Viſitatori, ſeu Miniſtro principali omnia loca Fratrum dicti Ordinis habitum eremiticum gerentium, etiam non dictæ Congregationis, ubicumque ſint in Italia, viſitandi, ac reformandi, ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quàm in membris in ſpiritualibus, &

temporalibus corrigendi, ac delinquentes punendi, & ſi expedierit, exinde amovendi: necnon omnes portantes dictum habitum eremiticum vagantes caſtigandi, & habitu prędicto ſpoliandi, ac aliàs etiam (ut præfertur) corrigendi, & puniendi licentiam; necnon ipſis Fratribus dictæ Congregationis in Sacerdotio conſtitutis, quòd omnes, & ſingulas utriuſque ſexus perſonas ad eos pro confeſſione, & pœnitentia accedentes audire, & abſolvere (exceptis caſibus Epiſcopalibus) & pœnitentiam ſalutarem injungere poſſint facultatem dicta authoritate elargimur (jure tamen parochialis Eccleſię cujuſlibet in omnibus ſemper ſalvo.) Non obſtantibus &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ &c. 1471. 5. Kal. Decembris Pontif. noſtri anno primo.

150. Deinde per litteras, quas appono declaravit, illorum vota in profeſſione emiſſa, & emittenda eſſe ſolemnia, eoſdemque, & ſingulos producere effectus, quos cæteris in Religionibus approbatis votum ſolemne producit.

## SIXTUS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 7. 1480. n. 40. AD Chriſti Vicarij præſidentis in ſpecula Apoſtolicæ dignitatis providam circumſpectionem pertinere dignoſcitur, quarumdam perſonarum Altiſſimo ſub regulari habitu mundanis oblectationibus abjectis, ſedulò famulantium qualitates attendere, ſicque ferventer invigilare profectibus, ut ab eis omnis dubietatis materia, quæ ſalutem animarum obnubilare videtur, auferatur, & contemplationis ſuavitate quieſcere valeant, ac tranquillius Domino reddere famulatum. Sanè jam dudum accepimus, quòd quidam Fratres, & Sorores tertij Ordinis B. Franciſci, ex ſpeciali conceſſione noſtra, vel prædeceſſorum noſtrorum collegialiter viventes, poſt annum probationis in manu ſui Miniſtri, ſeu Miniſtræ, ab eorum Collegio canonicè electi, vel electæ vovent, & promittunt obedientiam, paupertatem, & caſtitatem perpetuam ſolemniter coram toto ſuo Collegio: Dubitatur à pleriſque, an tale votum ſit ſolemne, & obliget ſicut tale? Nos igitur, qui Ordini prædicto, & in illo Altiſſimo famulantibus perſonis, ut vota ſua firmiori ſtatu Chriſto, cui voverunt, quietiùs perſolvere valeant, & animarum periculis, quantùm poſſumus, providere intenſis deſideriis affectamus; Authoritate Apoſtalica tenore præſentium decernimus, & ſtatuimus, ut votum præfatum (ſicut præmittitur) emiſſum, vel quod emittetur in futurum, de cætero habeat vim, & validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicunque de Religionibus è Sede Apoſtolica approbatis; diſtrictè præcipiendo mandantes omnibus, & ſingulis, cujuſcunque gradus, dignitatis, Ordinis aut conditionis fuerint, ſub quorum cura, aut juriſdictione Fratres, vel Sorores prædicti degunt, vel morantur, aut degere, vel morari contigerit in futurum, ne de cætero Fratres, vel Sorores prænominatos præfatum votum modo prædicto emittentes matrimonium contrahere de cætero, ſeu ante contractum conſumare, aut Religionem ipſam dimittere, & ad ſæcularem vitam reddire permittant; quòdque ſi ipſi Fratres, vel Sorores contrarium fecerint, matrimonium hujuſmodi nullum fuiſſe, & eſſe cadem authoritate decernant, ac ipſos Fratres, vel Sorores id facientes excommunicationis ſententia innodatos fore, tam diu denuncient, donec ad cor revertentes habitum dictæ Religionis reaſſumant, & votum, ac profeſſionem ſuam juxta ſtatuta, & conſuetudines dicti Ordinis prædicto modo collegialiter viventes obſervent, meruerintque ab hujuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis Superioribus abſolutionem obtinere. Non obſtantibus &c. Datum Romæ &c. 1480. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno decimo.

151. Singulari favore à Iulio II. Pontifice impetrarunt, ut ampliſſima facultate privilegiis omnibus Ordini Minorum, etiam Regularis Obſervantiæ quomodocumque conceſſis, vel concedendis frui poſſent, & Capitula Generalia ad illorum exemplum celebrare; tranſitu ad alias Religiones graviter interdicto.

IVLIVS

IVLIUS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bordon. in Bullar. bull. 190. fol. 339.

DEcet Romanum Pontificem ea, quæ per prædeceſſores ſuos religioſorum Ordinum quorumlibet incremento, ac perſonarum ſub ſuavi religionis jugo, ac regulari Obſervantia Altiſſimo famulantium conceſſa ſunt, approbare, & confirmare, ſuarumque litterarum præſidio communire, ut eò firmiùs maneant, quò majori fuerint munimine roborata, & alia de novo concedere, prout cognoſcit in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Viſitatoris Generalis, & Fratrum domorum tertii Ordinis S. Franciſci ſub habitu eremitico *de Pænitentia* nuncupati per totam Italiam Nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd aliàs fœl. rec. Eugenius IV. Nicolaus V. Paulus II. & Sixtus IV. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri diverſa privilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta Fratribus dicti Ordinis tertij ſub habitu eremitico, & regulari Obſervantia viventibus conceſſerunt, prout in diverſis litteris deſuper confectis dicitur pleniùs contineri. Quare pro parte Viſitatoris, & Fratrum prædictorum aſſerentium, privilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta hujuſmodi eſſe in uſu, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut illis robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliáſq; in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, & ſingulas domorum receptiones, libertates, immunitates, indulgentias (non tamen plenarias) & peccatorum remiſſiones, aliaſque conceſſiones, privilegia, & indulta illorum omninm tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur pro expreſſis habentes, quatenus ſint in uſu (ut præfertur) authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela illa de novo, ac omnia, & ſingula privilegia, indulta ſpiritualia, & temporalia, exemptiones, libertates, immunitates, & peccatorum remiſſiones, aliaſque gratias, & conceſſiones Ordini Fratrum Minorum, etiam Regularis Obſervantiæ, & illius domibus, & Fratribus in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſa, eidemque Ordini *de Pænitentia* nuncupato, illiuſque domibus, & Fratribus præſentibus, & futuris eadem authoritate concedimus, & ad Ordinem de Pœnitentia, illiuſque domos, & Fratres prædictos extendimus, & eis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter eis conceſſa fuiſſent decernimus. Ac quòd in Capitulis Generalibus dicti Ordinis procedatur ad electionem Viſitatoris Generalis ſecundùm morem, & ordinationes Regulares dicti Ordinis Fratrum Minorum. Quòdque Fratres dicti tertij Ordinis ad alium Ordinem etiam mendicantium ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna tranſire non poſſint, niſi priùs petitâ licentiâ à Viſitatore Generali, ſeu ejus Vicario Provinciali pro tempore exiſtente, authoritate, & tenore præmiſſis ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus &c. necnon quibuſvis litteris Apoſtolicis, etiam noſtris, illis præſertim, quibus inter alia caveri dicitur expreſsè; quòd Fratres dicti tertij Ordinis hujuſmodi ſeſe conformare aliis dicti Ordinis *de obſervantia* nuncupati &c. Quibus etiamſi &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ &c. 1508. *6.* Idus Ianuar. Pontif. anno *6.*

152. Leo X. Regulam à Nicolao IV. deſcriptam pro Tertiariis utriuſque ſexus in domibus propriis habitantibus ad Tertiarios Regulares utriuſque ſexus in clauſtro commorantes, in ſequenti diplomate appoſitam accommodavit.

*Dilectis filiis Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis B. Franciſci ſub tribus votis eſſentialibus in Congregatione viventibus.* Leo Papa X. Dilecti filij, ac filiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cætera noſtro regimini credita, ea nos potiſſimè ſolicitos reddunt, per quæ frænatis mundi, carniſque concupiſcentiis, primæque pacis cœlitus collatę tranquillus ſtatus ad ſuam primævam reduci cognoſcitur originem. Dudum ſiquidem hujus gratiâ Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter tertiam Regulam B. Franciſci, quam *de Pænitentia* appellavit, per quam almus Confeſſor homines utriuſque ſexus fideles ſpiritu Dei plenus ſalvare contendebat, confirmavit, & approbavit.

Bordon. in Bullar. bull. 207. fol. 380.

bavit. Verùm quia temporis decurſu, ſpirante illo Spiritu Sancto, non ſolùm viri conjugati,mundique hujus incolæ, pro quibus à B. Franciſco præfata tertia Regula edita fuerat, verùm etiam innumerarum Virginum Chori, tribus eſſentialibus, & à quibuſdam etiam clauſuræ noſtra authoritate aſſumptis votis, conſtructiſque monaſteriis quàmplurimis, non ſine militantis Eccleſiæ fructu multiplici,& ædificatione,præfati tertij Ordinis jugo ſua colla ſubdiderunt.Et quoniam in dicta tertia Regula quædam maritatis accommoda,cœlibi verò,virgineoque ſtatui ſub hujuſmodi tertia Regula Domino famulantibus nullatenus decentia innectuntur,ob quod caſtorum animorum nitidi affectus ab ingreſſu dicti Ordinis nonnumquam avertuntur; Nos juxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes,eandem tertiam Regulam in modum, qui ſequitur, diſtinctam de novo confirmamus, & approbamus, ac vobis, & ſucceſſoribus veſtris ſervandam tranſmittimus, cujus tenor ſequitur, & eſt talis &c.(*Regula ipſa habetur per extenſum in Bordono fol.* 380.) Datum Romæ apud S.Petrum ſub annulo piſcatoris die 20. Ianuar.1521. Pontif. noſtri anno 8.

153. Clemen. VII. petentibus eiſdem Lombardis omnia ſuo Ordini conceſſa privilegia cõfirmans,ipſaLombardis ipſis de novo conceſſit,datis litteris *Benignitas Sedis Apoſtolicæ &c. Datum Bononiæ quinto Idus Decembris* 1529. Paulus III. ex Regula,quam Leo X. pro Regularibus hiſce deſcripſerat, necnon ex antiqua Nicolai IV. tres Regulas ab invicem diſtinctas compoſuit ad hoc, ut una pro viris Clauſtralibus, altera pro Monialibus, tertia pro utriuſque ſexus conſodalibus in propria domo viventibus fierent omnino propriæ;quas omnes in ſua bulla: *Ad uberes fructus &c.Dat. Romæ quinto nonas Iulij* 1547. per extenſum inſertas ad Hiſpaniarum Tertiarios ſimul,& Indiarum tranſmiſit ad hoc, ut per Generalem Ordinis Minorum omnibus reſpectivè intimarentur.

Bordon. in bull. 214.

Ibid. in bull. 215.

154. Quomodo B. Pius Miniſtrum, Viſitatorem,& Vicarium Generales eiſdem ademerit, ſub Fratrum Minorum de Obſervantia juriſdictione conſtituerit; & quomodo majori ex parte fuerint per Sixtum V. ſub proprio Viſitatore Generali in Italia reſtituti jam diximus in Superioribus,at pleniùs dicetur infra cap. 10. & 12. Huic autem Lombardicæ Congregationi, & conſequenter ſub Viſitatore Generali Clem. VIII. Expedito Brevi,*Pro noſtri Paſtoralis &c. Datum Romæ die* 2.*Septembris*1602. Dalmatinam, atque Iſtinopolitanam Provincias voluit eſſe incorporatas, atque ſubjectas. Quod idem de Congregatione Zepperenſi, quæ tractum Germano-Belgicum amplectitur,ſtatutũ fuiſſe legimus ab Innocentio X. datis litteris, *Pro noſtri Paſtoralis &c.ſub die* 27.*Iunij* 1650. An verò hæc ultima incorporatio realiter, & cum effectu fuerit adimpleta,mihi adhuc conſtare non potuit.

Ibid. bull. 250.

Ibid. bull. 292.

155. Gregorius XV. per diploma ſuum *Aliàs à fœl. rec. Sixto Papa V. &c. ſub die* 27. *Iuny* 1622. Viſitatori Generali Tertiariorum conceſſit, ut ubi Patrum Minorum Conventualium, aut de Obſervantia Conventus non exiſtunt, Chordigerorũ Confraternitatem poſſit erigere, eamque Archiconfraternitati in Eccleſia S.Franciſci Fratrum Minorũ Conventualium Aſſiſij aggregare. Quæ ulteriùs ad ipſorum celebranda Capitula, ad Superiorum electiones, ad Indulgentias, ad privilegia,& ad ſtatuta quomodocunque attinere noſcuntur, in Antonio de Sillis,& in Bordonij Bullario, atq; Chronologio, necnon in hiſtoria ſuæ in Galliis reformatæ Congregationis, atque in aliis permultis ad ſatietatem eſt videre. Quomodo autem, & quando ipſorum in Luſitania,Hiſpania,& Gallia Provinciæ fuerint erectæ, propriis in locis ſingulariter enarrabimus, ſicut & Provincias, quæ ſub Italicæ Congregationis Generali Viſitatore gubernantur.

Ibid. bull. 272.

156. Denique,ut de ultimi hujus ſæculi Pontificib⁹ teſtimonia proferam irrefragabilia, quæ ſtatum Tertij hujus Ordinis Franciſcani Regularem atteſtantur: Clemens VIII. in Bullis *Decet Romanum Pontificem &c.*an.1595.*Vt ea,quæ pro &c.* anno 1600. *Ex injuncto Nobis &c.* 1603. Paulus V.in Bullis *Iuſtis,& honeſtis fidelium &c.*1608.*Injuncti nobis Apoſtolici &c.*1609. *Inter Graves Paſtoralis &c.* 1613. necnon *Gratos Domino &c.* 1613. Gregorius XV. in litteris, *Decet Romanum Pontificem &c.* & *Injuncti nobis &c.*1621. Vrbanus VIII. per litteras *Paſtoralis officij &c.* 1624. *Divinæ Majeſtatis &c.* atque *Ex debito Apoſtolicæ*

P. Veron. in hiſtoria Tertij Ord. tom. 3 art. 5.

*ſtolicæ ſervitutis &c.* 1616 ubi eos anathemate percuſit, qui de hujuſce Tertij Ordinis religioſo ſtatu, votorumque ſolemnium validitate in dubium revocare præſumerent: quod in alia *Salvatoris noſtri &c.* anno 1641. fuſiùs confirmavit, & iterum revalidare voluit anno 1648. Innocentius X dato Brevi *Aliàs fel.rec.&c.* Denique Alexander VII. per diploma ſuum *Nuper emanavit &c.* anno 1655. ſolemnem Tertiariorum hujuſmodi profeſſionem, vitamque Regularem ampliſſimè confirmarunt.

157. Ex omnibus ſupra recenſitis colligo, Fratres de Pœnitentia nuncupatos, ſub tertia Regula S.Franciſci primo ſuæ inſtitutionis ſæculo domos habuiſſe communes ad convivendum, quod ut ſanctiùs exequerentur, Bonifacius Papa VIII.oratoria benignè conceſſit in principio ſecundi ſæculi. B. Angela Fulginas congregandis ad exercitia ſpiritualia Confratribus, & Cõſororibus habitaculũ commune, quaſi Conventum in Patria erexit, & Congregationem inſtituit; clauſuræ verò, vel Religionis votum ibi fuiſſe non comperio; In ipſo ſecundo ſæculo Congregationes Leodienſem, & Trajectenſem, & alias in Germania inferiori, cum ſolemni voto caſtitatis, & obedientię ad modum veræ Religionis: tandẽ in Italia ineũte tertio illius ſęculo àB. Angelina de Corbaria ſtabilitam fuiſſe ſub omnimodo Religionis approbatæ rigore ipſorum Regularitatem oſtendimus; quod Pontifices quàmplurimi, Sixtus IV. præ cæteris, & Leo X. ampliſſimè confirmarunt; quos tandem Clemens VII. Fratres tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia voluit appellari.

158. De Sororibus itidem tertiam S. Franciſci Regulam in perfecta Communitate profitentibus, quòd communes domos, vota vel caſtitatis, vel etiam paupertatis, & obedientiæ, denique veram Religionis ſpeciem vel à S. Elizabeth Turingiæ Domina, vel paulò poſt ab ipſius devotis habuerint, ne jam ſcripta reſcribam, ex allegatis hoc in Capitulo litteris Apoſtolicis, aliiſque apud Bordonium conglomeratis ſufficienter conſtare crediderim. Quando verò integram, atque perfectam Regularis vitæ formalitatem, atque privilegia, in Italia præſertim meruerint, ſingulari ſine difficultate puto non poſſe decidi. B. Angelam Fulginatem, quæ ſanctitatis, & miraculorum gloriâ longè conſpicua anno 1309 abiit à mortalibus, nonnulli faciũt Regularis hujus inſtituti matrem, & fundatricem; eò quòd concurrentes undique viros, ac mulieres diſtinctis in domibus collocatos cœleſtibus propè vitæ documentis, & exemplis, doctrinam miraculis confirmando, erudire incœperit. Cæterùm, cum ſolemnia Religionis vota eos emiſiſſe, vel à Sede Apoſtolica confirmationem impetraſſe, non conſtet, non ab ipſa, ſed ab alia Sãctiſſima fœmina Angela de Corbaria veriorem ſui originem ſe ſe recognoſcere tutiori fundamento glorientur. Vvad.t.3. à num. 11.

159. Ergo Angelina Corbariæ in Veſtinis nobili genere nata ab ipſa infantia ſe totam pietatis operibus, & Chriſto per illibatæ Virginitatis votum vix facta duodennis mancipavit. Tertiò inde anno poſt efficaces proteſtationes coacta fuit à Patre ad contrahenda cum Ioanne de Thermis Civitatulæ in Veſtinis Comite, & Domino connubia. Choræas inter, & feſtiva aliorum de ſuo ſponſalitio gaudia, ipſa ſola in cubiculum ſecedens Deum ſuæ Virginitatis defenſorem ardentibus lachrymis implorabat: Et ecce Angelus Domini ad eam confortandam apparens, per januæ rimulas à ſponſo conſpectus, & auditus, illum adegit, ut effracto oſtio de conſodali (quem conthoralem erediderat) ardentiùs inquireret, & interrogaret. Quare Angelina ſponſo ſatisfactura in genua provoluta, & lachrymis madẽs votum ſuum de perpetua Virginitate confeſſa, & violentiam, qua à Patre fuerat ad nuptias coacta; Angelum addidit à Deo fuiſſe immiſſum, qui eam in ſancto propoſito confirmaret de futura victoria ſecuram; acquievit dicto Comes, & extemplò votum cum ea perpetuæ Virginitatis emiſit, quam in thoro maritali, dum vixerunt, illibatam ſervaverunt. Ibid .t.4. 1392.n.7.

160. Sponſo interim paucis poſt annis defuncto, Angelina ſtatim cum ancillis ſuis, & Damicellis habitum tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia induta, viros ad pœnitentiæ ſanctæ exercitia, nobiles filias ad virginitatis vota, alias plurimas ad habitum de tertio Ordine adducere toto conatu ſatagebat; Quare ab invidis, & zelo typis Procorum tur- Ibid.

bis Ladiſlao Regi Neapolitano, ut magiæ rea, ac de hæreſis ſuſpecta defertur; quibus auditis Ladiſlaus eam igni comburendam (ſi vera hæc eſſent) in ſola ſua mente decrevit: comparuit ad diem dictum Angelina ardentes prunas illæſo ſinu deferens, & Ladiſlai ſecretum mentis conſilium exemplò publicavit; quo duplici miraculo, veluti duobus teſtibus omni exceptione majoribus pro ſe dicentibus, & titulo innocentiæ, & titulo ſanctitatis venerata fuit; eoque magis, quò paucis inde diebus nobilem juvenem jam ad ſepulturam delatum invocato Deo reſuſcitavit; quare populi honores declinatura, & magnam Portiunculæ indulgentiam lucratura Aſſiſium ſeceſſit.

161. Hinc cœleſti monita viſione Fulgineum contendens, ubi perfectum Sororum de tertio Ordine monaſterium erigeret, communicato cum Epiſcopo loci conſilio, ac impetrato Romani Pontificis aſſenſu; primum hujuſmodi Cœnobiũ Fulginei erexit ſub titulo Glorioſiſſimæ S. Annæ Virginis Deiparæ Matris, in quo & Angelina, & ſociæ ejus ſolemnia Religionis vota ad tertiam S. Franciſci Regulam nuncuparunt; tantâque perfectionis, & ſanctitudinis famâ celebratæ ſunt, ut quàm citiùs nova ibidem monaſteria ad excipiendam concurrentium multitudinem fuerint extruenda; quæ deinde per Italiam, per Hiſpanias, per Orbem univerſum, & ad Indias uſque magnâ ſanctitatis famâ multiplicata ſunt, ac inſignibus Dei famulabus (illâ præſertim ſanctitatis prodigio Ioannâ de Cruce) ſemper abundarunt, & in dies abundare non ceſſant.

Ibid. t. 5. 1418. n. 17. 162. Multis aucto monaſteriis inſtituto, communi conſpirarunt conſilio Sorores, ut peterent, ſibi præfici Miniſtras in ſingulis monaſteriis, quarum una cæteris imperaret generali poteſtate, quæ per omnes etiam Conventus diſcurreret, & Viſitationis munus impenderet. Conceſſit ſumma liberalitate, atque raro exemplo Pontifex Martinus V. omnia, quæ cupierunt, elegeruntque ſibi Generalem Miniſtram, quæ ſtatutis temporibus monaſteria viſitaret. Nouum privilegiũ & confirmavit, & adauxit Eugenius IV. indulgens, ut Generalis Miniſtra Vicariam ſibi poſſet ſubſtituere. Diplomatum exhibeo tenores.

## MARTINUS PAPA V.

*Venerabili Fratri Epiſcopo Tudertino.*

163. SAcræ Religionis, ſub qua dilectæ in Chriſto filiæ Angelina S. Annæ Fulginatenſis, Catharina S. Ioannis Tudertin. Ceccha S. Honophrij Florent. Paula S. Margaritæ Eſculan. Thomaſia S. Quirici Aſſiſinaten. & Clara S. Agnetis Viterbien. domorum tertij Ordinis S. Franciſci *de Pœnitentia* nuncupati. Sorores devotum, & ſedulum exhibent Domino famulatum promeretur honeſtas, ut earum piis, & rationabilibus votis, quantùm cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Sanè pro parte dictarũ, & aliarum domorum earumdem Sororũ nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd nuper ipſæ ſpe hæc ab Apoſtolica Sede obtinendi ob frugem melioris vitæ, & ut ſub debito obedientiæ, ut puta ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtiùs vivendo, earum converſatio Deo fieret acceptior, & quietiùs, ſalubriùſque in eo proficere valerent, in ſingulis eiſdem domibus aliquas religioſas Sorores dicti Ordinis in ſuas, & Domorum earumdem Miniſtras, ſive Gubernatrices concorditer elegerunt, & aſſumpſerunt, deſiderantes ſub obedientia, & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum, & in poſterum aſſumendarum vitam continuare religioſam. Quare pro parte dictarum Sororum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis attentis, necnon pro earum pace, & quiete, ſuæque Religionis augmento, ac domorum prædictarum laudabili directione, quòd electę Miniſtræ hujuſmodi, & quæ in futurum in dictis domibus eligentur, eis incumbens officium regiminis exercere, ac prædictæ, & alię domorum earumdem Sorores hac primaria vice, & deinceps quoties in dictis domibus aliquas Miniſtras deeſſe contigerit, alias idoneas Sorores dictum Ordinem profeſſas loco deficientium in Miniſtras eligere, & aſſumere, quibus præfatæ Sorores parère, & obedire in licitis, & honeſtis teneantur, quòdque ſic electæ Miniſtræ domibus, in quibus electæ fuerint, ac earum Sororibus præfatis præeſſe, ipſaſque Sorores regere, & gubernare, necnon à mulieribus ad hoc

Vvad. t. 5. in Reg. 1418. bull. 103. Martini V.

idoneis, dictum Ordinem profiteri volentibus, profeſſionem per Sorores dictarum domorum emitti conſuetam, ac eas in ipſas domos recipere, & admittere; præfatæ quoque Miniſtræ electæ, & eligendæ unam aliam Generalem domorum, & Sororum prædictarum Miniſtrã, quæ Miniſtras, & Sorores eaſdem viſitare, & propter earum exceſſus juxta canonica inſtituta dicti Ordinis punire, & corrigere debeat, eligere; quòdque Generalis hujuſmodi ſic electa Miniſtra quaſcunque alias Sorores domorum partium Italiæ præfati Ordinis ſub ejus cura, & adminiſtratione ſponte venire volentes recipere: Miniſtri inſuper, & Viſitatores præfati Ordinis prędictas Generalem, ac cæteras dictarum domorum Miniſtras dumtaxat viſitare liberè, & licitè valeant, licentiam concedere &c. dignaremur. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus de prædictis omnibus, & ſingulis authoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi repereris, præmiſſa de jure, & ſecundùm præfata inſtituta dicti Ordinis fieri poſſe, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Sororibus præſentibus, & futuris, dictarumque Miniſtras eligendi &c. eadem authoritate licentiam largiaris. Et nihilominùs Miniſtris, & dictarum domorum Sororibus præfatis, ac eiſdem domibus, quòd omnibus, & ſingulis privilegiis, indulgentiis &c. quomodolibet conceſſis perpetuò uti, & gaudere valeant, prælibata authoritate concedas. Datum Genezani Præneſtrin. Diœceſ. 14. Kalendas Septembris, anno undecimo.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 5. 1436. bulla 83. Eugen. IV.

164. Æternæ beatitudinis &c. ſanè dudum pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Angelinæ S. Annæ Fulginaris, Catharinæ S. Ioannis Tudert. Cecchę S. Honophrij Florent. Paulæ S. Margaritæ Eſculan. Thomaſiæ S. Quirici Aſſiſinat. & Clarę S. Agnetis Viterb. & aliarum domorum tertij Ordinis S. Franciſci, *de Pœnitentia* nuncupati Sororum, fel. record. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quòd aliàs ipſæ ſpe ea ab Apoſtolica Sede obtinendi ob melioris vitę frugem, & ſub debito obedientię, utpote ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtiùs vivendo, earum converſatio Deo fieret acceptior, & quietiùs, ſalubriùſque in eo proficere valerẽt, in ſingulis dictis domib⁹ aliquas religioſas Sorores dicti Ordinis in ſuas, & domorum earumdem Miniſtras, ſive Gubernatrices concorditer elegerant, & aſſumpſerant, deſiderantes ſub obedientia, & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum, & in poſterum aſſumendarum vitam continuare religioſam, dictus prædeceſſor Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Tudert. ejus proprio nomine non expreſſo per alias litteras dedit in mandatis, ut de pręmiſſis omnibus, & ſingulis ſe diligenter informaret, & ſi per informationem hujuſmodi reperiret, pręmiſſa de jure, & ſecundùm dicti Ordinis inſtituta fieri poſſe, Sororibus præſentibus, & futuris dictarum domorum Miniſtras eligendi, ac tunc electis, & in antea eligendis Miniſtris domos, & earum Sorores prędictas regẽdi, & gubernandi, necnon à mulieribus ad hoc idoneis dictum Ordinem profiteri volentibus profeſſionem per Sorores dictarum domorum emitti conſuetam, ac eas in dictas domos recipiendi, & admittendi; necnon Generalem Miniſtrã hujuſmodi eligendi, ipſique Generali Miniſtræ delinquentes Sorores viſitandi, corrigendi, ac puniendi, & Sorores dictarum partium ad ejus curam, & adminiſtrationem ſponte venire volentes etiam admittendi; necnon Miniſtris, & Viſitatoribus prædictis Generalem, & cæteras Miniſtras hujuſmodi dumtaxat ſimiliter viſitandi, licentiam largiretur, ac Miniſtris, & Sororibus domorum hujuſmodi, necnon eiſdem domibus, quòd omnibus, & ſingulis privilegiis &c. conceſſis perpetuò uti, & gaudere valerent, concederet. Poſtmodum verò, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Angelinæ, Catharinæ, Cecchæ, Paulæ, Thomaſiæ, & Claræ prędictarum petitio continebat, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut licentiæ, largitioni, & cõceſſioni prædictis &c. robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere &c. dignaremur. Nos itaque &c. licentiam, largitionem, & conceſſionem prędictas, necnon omnia alia, & ſingula in eiſdem litteris contenta, ac quæ

quæcunque inde ſecuta rata habentes, & grata, ea omnia Apoſtolica authoritate confirmamus,& approbamus &c. Nulli ergo &c.noſtræ confirmationis,approbationis,cōmunicationis, & ſuppletionis infringere &c. Dat. Florentiæ anno &c. 1435. ſexto nonas Martij anno quinto.

EVGENIVS PAPA IV.

*Dilectæ in Chriſto filiæ Miniſtræ Generali pro tempore exiſtenti domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati &c.*

165. AD ea ex Apoſtolicæ Sedis &c.
Ibidem. Hodie ſiquidem ad inſtantiam
Bulla. 84 dilectarum in Chriſto filiarum Angelinæ S. Annæ Fulginat. Catharinæ S. Ioannis Tudertin. Cecchæ S. Onophrij Florentin. Paulæ ſanctæ Margaritę Eſculan. Thomaſiæ S.Quirici Aſſiſinat.& Claræ S. Agnetis Viterbien. & aliarum domorum tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Sororum nonnulla indulta in favorem dicti Ordinis per fœl. rec. Martinū Papam V. prædeceſſorem noſtrum conceſſa, per alias noſtras litteras gratioſè confirmavimus, prout in illis plenius continetur. Nos inſuper ut præfata conceſſiones, & indulta robore potiori ſubſiſtant &c. providere volentes, Angelinæ, Catharinæ, Cecchæ, Paulæ, Thomaſiæ, & Clarę prædictarum, cum qualitas negotiorum exegerit, ut officio ſui Miniſtratus durante, authoritate propria unam ex dictis Sororibus quam duxerit eligendam, in ipſius Vicariam Generalem, vel ſpecialem domorum earumdem, quę ſimilem, vel limitatam in pręmiſſis habeat poteſtatem ad tempus, de quo eidem Miniſtrę Generali videbitur, in debito loco ſui ſubſtituere &c. valeat &c. indulgemus &c. Nulli ergo &c. noſtrę conceſſionis infringere &c.Datum Florentiæ anno &c. 1435. Sexto nonas Martij anno quinto.

Ex Bullar. Bord. 166. Hæc omnia eum Eugenius ipſæ variis alibi monaſteriis extendendo conceſſiſſet, ut per ipſius Litteras *Sacræ Religionis &c.* Kal. Julij anno 1436. & *Sacræ Religionis &c.* Sexto nonas Maij 1439. aliaſque permultas, quas in Vvadingo, necnon in Bullario Bordonij eſt videre: tandem petentibus iiſdem Miniſtris totius rei ſeriem repetens ab initio, omnia de novo per integrum confirmavit, dato ſequenti diplomate.

EVGENIVS PAPA IV.

*Ad futuram rei memoriam.*

APoſtolicæ Sedis providentiæ &c. Sanè petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ S. Annæ Fulginat. Franciſcæ S. Onophrij Florent. Cæciliæ S. Ioannis Tudertin. Margaritæ S. Quirici Aſſiſinat. Claræ S.Margaritæ Eſculan. aliarumque Sororum ſub Regula, & Obſervantia tertij Ordinis, quem B. Franciſcus inſtituit, & qui *de Pœnitentia* nuncupatur, viventium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd dudum fœl. rec Martinus Papa V. prædeceſſor noſter quondam dilectæ in Chriſto filiæ Angelinæ de Fulgineo ejuſdem Ordinis profeſſæ, ut ipſa quarumcumque mulierum ſemotiùs à ſæculo pro divino ſervitio ſe conſtituere, & ſe ſub ſtrictiori ejuſdem Ordinis Obſervantia, & Regula,quàm Ordo ipſe inſtituit, vivere volentium, congregationem facere,& eas non ſolùm in monaſterio S. Annæ de Fulgineo ipſius Ordinis,ſed etiam in aliis domibus per eamdem Angelinam in aliis partibus propterea erigendis, in quibus Mulieres ipſæ ſæculum fugientes Deo liberiùs,& quietiùs famulari poſſent, recipere, & aggregare valeret, vivæ vocis Oraculo dumtaxat gratioſè conceſſit; cujus conceſſionis vigore dicta Angelina de ipſa conceſſione confiſa plura domos, & loca ad hoc erexit;& deinde ad nonnullorum Religioſorum conſilium, & exhortationem, ut conceſſio ipſa majoris obtineret roboris firmitatem, pro parte ipſius Angelinæ, & plurium aliarum Sororum dicti Ordinis Martino Papæ V. Prædeceſſori noſtro extitit ſupplicatum, ut ipſe conceſſionem hujuſmodi,& erectionem, ac omnia alia geſta, & facta per dictam Angelinam, & Sorores eaſdem,etiam de electione, & ordinatione Miniſtrarum in monaſteriis,domibus,& locis hujuſmodi, & Viſitatoribus earumdem, ac de domorum Miniſtras, & Viſitatores hujuſmodi eligendi, & ordinandi poteſtate eis per dictas Sorores attributa, confirmare, & approbare, ac illa eis de novo concedere vellet, ipſeque Martinus

nus prędeceſſor de iis tunc,ut aſſerebat, notitiam non habens, bon. mem. tunc Antonio Epiſcopo Tudert. per ſuas certi tenoris litteras dedit in mandatis, ut ipſe de petitis tunc,& expoſitis hujuſmodi ſe diligenter informaret,& ſi reperiret,ea de jure, & ſecundùm Ordinis inſtituta fieri poſſe,illa omnia juxta dictarum Sororum petitionem authoritate Apoſtolica concederet, & confirmaret, prout in litteris ipſis, quarum tenorem hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, pleniùs continetur; ipſeque Epiſcopus ad executionem præmiſſorum tandem procedens de juris-peritorum conſilio,ut aſſeruit, omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta de jure, & inſtitutione ipſius Ordinis fieri poſſe decrevit, & dicta Apoſtolica authoritate confirmavit, ac eiſdem Sororibus juxta ipſarum petitionē cōceſſit,ut in proceſſu deſuper habito,ipſius etiam ſigillo munito,cujus tenorem hîc etiam haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, pleniùs continetur. Et deinde Nos ad dictarum Sororum nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium inſtātiam omnia,& ſingula in litteris, & proceſſu prædictis cōtenta,& narrata ſimiliter cōfirmavimus,& approbavimus, ſupplendo omnes defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem. Cùm autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, à nonnullis Iuris-peritis aſſeratur, litteras, & proceſſus prædictos, ac omnia inde ſecuta fore invalida, illaque ſecundùm inſtituta dicti Ordinis, & de jure fieri nequiviſſe, maximè ob quandam extravagantem conſtitutionem fœl. recor. Ioannis Papæ XXII. ſimiliter prędeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Sancta Romana Eccleſia*, qua cavetur expreſsè, ne Fratres, vel Sorores dicti Ordinis Congregationem faciāt;pro parte miniſtrarum prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum &c. Nos igitur &c. omnia loca prædicta, receptiones, omniaque geſta, & conceſſiones hujuſmodi valere decernentes, approbantes, & de novo confirmantes, Sororibus ſingulorum locorum prædictorum unam particularem, quæ Sororibus locorum prædictorum præſit, ac omnibus omnium locorum hujuſmodi unam aliam Generalem Miniſtrā ſingulis trienniis, quæ cum Viſitatoris pro tempore exiſtentis conſilio loca hujuſmodi reformare, particulareſque locorum eorumdem Miniſtras malè ſe gerentes deponere, ipſaque Generalis Miniſtra Sorores delinquentes punire valeat, eligendi,necnon eidem Generali Miniſtræ in ejus abſentia alij, vel aliis ex Sororibus dictorum locorum, prout ſibi videbitur, in præmiſſis vices ſuas committendi, ac mulieres loca ipſa intrare volentes recipiendi, eiſque regularem habitum exhibendi, & ad profeſſionem locorum hujuſmodi Sororibus ſolitam admittendi, & loca earum vendendi, & alia magis accommoda emendi, necnon illa permutandi, ac nova conſtruendi,& recipiendi, jure parochialium &c.ſalvò. Chordam inſuper loco corrigiæ gerendi, ac eis, & earum cuilibet idoneum Presbyterum ſæcularem, vel Regularem cujuſvis Ordinis in Confeſſorem eligendi &c. eidem Confeſſori cum eiſdem Sororibus ſuper quibuſcumque votis (Caſtitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis) diſpenſandi, illaque in alia pietatis opera commutandi Sororibuſque ipſis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrandi plenam, & liberam concèdimus &c. fcultatem: volentes, quòd eadem Generalis Miniſtra eo ipſo, quòd electa canonicè fuerit, confirmata eadem authoritate cenſeatur. Et inſuper Miniſtris, & Sororibus locorum, & domorum hujuſmodi, ac eiſdem domibus, atque locis, ut omnibus, & ſingulis privilegiis &c.conceſſis, aut concedendis perpetuò uti, & gaudere valeant, extravaganti prædicta, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus,eadem authoritate concedimus per præſentes. Nulli ergo &c. noſtræ Conſtitutionis, approbationis, confirmationis, conceſſionis, & voluntatis infringere &c. Dat. Florentiæ anno &c. 1440. ſexto Nonas Maij anno 10.

167. Ampliſſimum hoc Miniſtræ Generalis privilegium ſeminiarum diſcordiarum non eſſe non potuit, quippe qui cum Miniſtræ hujuſmodi diſcutrere per ſe ipſas ad viſitanda monaſteria, & Vicarias ſibi ſubſtituere, & alias etiam titulo devotionis ad varia loca licentiare prætenderent: Hæc autem infirmo, & fragili ſexui minimè expedirent,& longā experientiā Patres comperireot diſcurſus triennales ad Capitula,&Congregationes,conceſſaſque à Miniſtra licen- Vvad.t.5. 1428.n.17. Vvad.t.6. 1458.n.35.

rias ad loca ſacra Romæ, Aſſiſij, Montis-Alverni, & ſimilia peregrinandi offendiculis non caruiſſe, decreverunt, ut Vicarij, intra quorum terminos commorabantur, eis perſuaderent, ut miſſa hæc facerent, & abrogari conſentirent, ſin aliter ab eis regendis abſtinerent. Cumq; creſcentibus in dies ex hujuſmodi Bizocharum diſcurſu incommodis, Ludovicus Obſervantium Vicarius Generalis (quod & à Baptiſta de Levanto prædeceſſore ſuo intentatum fuiſſe cognoverat) eas ab Ordinis gubernio dimittendas eſſe ubique ſuaderet; & Paulus de Luca Eutruſcæ Provinciæ Vicarius ipſas dimittere cœpiſſet; è contra verò maximis Prælatorum favoribus ad eas regendas quaſi compellerentur; egerunt Patres cum Pio II. Pontifice, ut inane, atque indecens Mulieribus officium tolleretur; Annuit ille dato hoc Diplomate.

## PIVS PAPA II.

*Dilectis filiis Vicariis Generali, & Provincialibus Ordinis Minorum B. Franciſci de Obſervantia &c.*

168. VT tollatur diſcurſus Sororum tertij Ordinis de Congrega- Uvad. t. 6. 1461. n. 21. tionibus veſtræ curæ commiſſis, videlicet S. Annæ de Fulgineo, S. Honophrij de Florentia, S. Quirici de Aſſiſio, S. Margaritæ de Aſculo, S. Agnetis de Viterbio, S. Antonij de Peruſio, S. Eliſabeth de Aquila, S. Mariæ de Ancona, & S Claræ de Reate, quæ omnes hactenus convenire ſolebant ſingulis trienniis ad eligendam, & præficiendam ſibi unam Generalem Miniſtram, quæ etiam cum nonnullis hinc inde Sororibus diſcurrendo viſitabat, miniſteriatus officia adimplendo juxta conceſſiones ſibi factas per Summos Pontifices fœl. rec. Martinum V. & Eugenium IV. prædeceſſores noſtros, quibus pro honeſtate ipſarum ſervanda in hac parte tantummodo derogamus; quia periculoſum, & minùs honeſtum eſt mulieribus, præſertim juvenculis, per alienas diſcurſare ſedes, veſtris, & earumdem Congregationum ſupplicationibus annuentes tenore præſentium authoritate Apoſtolica concedimus, & declaramus, atque decernimus, ut amora præſenti Generali Miniſtra, amodò nulla alia eligatur, ſed unaquæque dictarum Congregationum Miniſtra in familia ſibi commiſſa, omnibus, & ſingulis privilegiis &c. gaudeat, quibus ipſa Generalis Miniſtra in ſuo officio, & in omnibus utebatur, univerſis, & ſingulis libertatibus, & indultis tertio Ordini B. Franciſci, & Congregationibus ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſis, in ſuo robore permanſuris.

Præterea declaramus, & volumus, vobiſque per præſentes concedimus, quatenus Vicarius Provinciæ S. Franciſci, & Guardianus S. Mariæ de Portiuncula, ſive de Angelis prope Aſſiſium cum ſuis Fratribus liberè, & licitè utantur, & gaudeant omnibus, & ſingulis privilegiis, & conceſſionibus Apoſtolicis factis Conventui S. Franciſci de Aſſiſio, quibus utuntur, & gaudent in dicto Conventu Miniſter, & Guardianus Conventualium, ſicut hactenus ſervatum eſt; illis tamen exceptis, quæ Regulari Obſervantiæ ſunt contraria. In contrarium facientibus &c. non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum &c. die 3. Decembris 1461. Pontif. noſtri anno quarto. Ibid. n. 22.

169. Eò uſque inter Patres de Obſervantia ex una, atque inter hujuſmodi Bizzocas, ſeu Tertiarias ex altera parte, quæ in Seraphica potiſſimùm Provincia tum numero, tum favore potentium abūdabant, querimonias, apertaſque controverſias excreviſſe legimus, ut de iſtis à ſuo regimine omnino repellendis illi ſæpiùs cogitarint, niſi ad omnimodum clauſuræ rigorem pro religioſæ vitæ honeſtate ſeſe obligare conſentirent. Cùm ergo ad arcendos ſexus infirmi diſcurſus regulas plurimas fruſtra ſtatuiſſent, communi Patrum Capitularium voto decreverunt, illas, quibus honeſta clauſura non placeret, à ſuo gubernio dimittere; Decreti confirmationem Apoſtolicam à Sixto IV. impetrarunt, datis litteris; *Exponi nobis feciſtis &c. die* 24. *Septembris* 1482. Dolentes verò Sorores, ſe vel in domibus recludi, vel à Fratrum regimine excludi, nullum non moverunt lapidem, ne quidquam circa ſuum ſtatum innovaretur, multiſque advocatis apud Pontificem interceſſoribus diploma novum obtinuerunt; *Quantò contentiones &c.* 17. *Kalend. Ianuarij eodem anno* 1482 per quod eis concedebatur, tum ex propriæ mendicitatis titulo, tum ut majori devotionis Vvad. t. 7. 1482. num. 96. & 97.

devotionis progreſſu ad viſitandas Eccleſias poſſent accedere ; ad clauſuram non poſſent obligari , nec tamen à Fratribus dimitti juxta Eugenij IV. conſtitutum.

Uvading. 1483.n.37. 170. Nec tamen inde controverſiarum finis , ſed potiùs augmentum. Sorores etenim per Vmbriam univerſam domos habebant copioſas , benè audiebant in populo , potenteſque habebant fautores, amicos , & conſanguineos ; qui modis omnibus rogabant, hortabantur, compellebant Fratres , ut rejectum gubernium reſumerent , ſed inaniter , volentibus Fratribus prudenter vel honeſtati, & famæ fragilis ſexus conſulere , vel ſuo nomini , & conſcientiæ cavere. Anno itaque 1483. Julianus Cardinalis Pontificis nepos, & Ordinis Protector, & Gabriel Cardinalis Agrienſis Minorita Pontificem rogarunt , ut ſua vellet authoritate controverſiam componere , diſſidentes compeſcere , ne graviores turbas excitarent ; quod ille per ſequentes litteras voluit adimplere.

## SIXTUS PAPA IV.

*Dilecto filio Fratri Petro de Neapoli Vicario Generali Fratrum Minorum de Obſervantia Ciſmontano.*

171. INtelleximus, quòd longo jam tempore dilectæ in Chriſto filiæ Sorores tertii Ordinis ſancti Franciſci , in Congregatione viventes in pluribus Civitatibus, & Terris Provinciæ dicti Sancti ſub cura fuerint, & regimini dilectorum filiorum Vicarij , & Fratrum Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum prælibatæ Provinciæ, & quòd nuper dilectus filius frater Baptiſta de monte Falcone ejuſdem Provinciæ tunc Vicarius de conſenſu, & voluntate Provincialis Capituli pro zelo majoris honeſtatis , & perfectionis voluit , quòd dictæ Sorores, quæ extra monaſteria eorum egredi ſolebant, clauſuram ſervarēt. Cujus ordinationi quia prælibatæ Sorores aſſenſum præſtare noluerunt , ipſe Vicarius ſecundùm voluntatem Fratrum prædictorum eas à cura, & regimine ſui, & præfatorum Fratrum penitùs abdicavit, ſuper quo multæ nobis hinc inde ſunt allatæ querelæ, & rationes adductæ, nec tamen hactenùs voluerunt ad concordiam revocari. Nos igitur attendentes , quòd Obſervantia clauſuræ licèt majoris ſit honeſtatis , quia tamen pertinet ad ſtatum ſupererogationis , & aſperioris Obſervantiæ , & ad eam nulla debet cogi invita ; & conſiderantes nihilominus, quòd nimia multarum evagatio eſſet valdè periculoſa, & ſtatui Religionis non multum convenit , volentes prout decet , hujuſmodi querelæ finem ponere, & utrique parti debitæ providere , Te, de cujus prudentia , & religionis zelo non parùm confidimus , hortamur in Domino, ac in virtute Obedientiæ ſanctæ proprio motu , non ad alicujus oblatæ petitionis inſtantiam , præcipiendo tibi mandamus , quatenùs ad dictam Provinciam perſonaliter accedens prædictas differentias intelligas, & præter articulum clauſuræ , quam Sororibus invitis nolumus te poſſe injungere, eas tamē à ſuperfluo diſcurſu aliqualiter coerceas, ut non paſſim, & ſine neceſſaria, aut legitima cauſa diſcurrant , ſed earum egreſſus cum aliquali moderamine, prout honeſtati convenit , & religioni , refrœnetur, prout tibi videbitur , cujus conſcientiæ inhæremus , præcipientes ipſis Sororibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna , omni appellatione, & reclamatione remotis, quòd cum moderaminibus hujuſmodi à te circa earum egreſſum diſponendis ſe regimini , & curæ ſubjiciant dictorum Vicarij , & Fratrum præfatæ Provinciæ ; Fratribus & ipſis ſub pœna eadem mandantes , quòd omni appellatione poſtpoſita , ſi illæ ſe ſubjicere voluerint , earum curam cum moderaminibus ſupradictis ſuſcipiant , & eis omnia Sacramenta miniſtrent, ſicut ante præfatam controverſiam miniſtrabant. Non obſtante quacumque appellatione, ſeu reclamatione facta , vel fienda , ac litteris per nos, & Sedem Apoſtolicam cuivis ipſorum Ordinum univerſaliter, vel particulariter , ne præfatæ Sorores ad moderandum earum egreſſum compelli, vel ne Fratres ſe prædicti earum curam recipere per quemvis inferiorem cogi poſſint inviti , ſub quacumque verborum forma conceſſis , vel impoſterum concedendis, ac ſi foret hujuſmodi de verbo ad verbum earū expreſſa mentio facienda, necnon omnibus, & ſingulis privilegiis contrariis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis

Vvad.t.7. 1483.n.38.

ſtolicis, vel Ordinum prædictorum, & aliis in contrarium facientibus quibuſcumque &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. ſeptembris 1483. Pontif. noſtri anno 13.

Ibid. 1484. n. 55. 172. Nihilominus Obſervantes in Provincialibus Comitiis anno ſequenti celebratis ſtatuerunt in Decreto aliàs à ſe facto perſiſtere: Admiratus ideo Pontifex, motuſque precibus Sigiſmundi Fulginatis ſui Secretarij præcepit ſtrictiſſimè, ut ſaltem monaſterij S. Annæ in eadem Vrbe curam ſuſciperent, expedito

Ibid. 1488. n. 43. Diplomate, *Sæpe ad noſtrum auditum &c.* die 8. Aprilis 1484. quod pro monaſterio ſanctæ Cęciliæ de Civitate Caſtelli anno 1488. Innocentius VIII. datis ad Vicarium Provinciæ S. Franciſci litteris etiam ordinavit; Fratribus tamen in ſuo primo Decreto ſemper perſiſtentibus; adeò ut etiam anno 1553. in Salmaticenſi Generali Capitulo ſub Iulio III. Pontifice renovatum fuiſſe legamus, ut Tertiariæ Italæ in communi viventes, ad omnimodum clauſuræ rigorem adinſtar Clariſſarum omninò redigantur, vel renitentes indiſpenſabiliter ab Ordinis cura dimittantur; quòd Iulius Pontifex in

Ex Chronol. Seraphica. ſtatutorum illorum Apoſtolica confirmatione ſpeciali advertentia confirmavit, & obſervari mandavit; ut aliàs ex Chronologia Ordinis adnotavimus. Vnde tandem acceptatâ clauſurâ, ampliſſimiſque privilegiis decoratæ (ut in tertia parte dicemus) ſub Fratrum obedientia ſanctitatis fructibus abundare non ceſſant.

173. Denique cùm Innocentius Papa VIII. anno 1488. ipſas declaraſſet ſub Bizzocarũ nomine olim à Ioanne XXII. condemnatarum non comprehendi, cujus bullam ſupra deſcripſimus; Fratrum Minorum de Obſervantia regimini, atque juriſdictioni per omnia ſubjectæ, per Leonem X. declaratæ ſunt, quòd toto rigore ſint veræ Religioſæ. Diploma tum tenores exhibeo.

## LEO PAPA X.

*Dilectis filiis Vicariis Generalibus Ordinis Minorum de Obſervantia, ac Provincialibus, & Viſitatoribus dicti Ordinis præſentibus, & futuris.*

174. NVper per alias noſtras in forma Brevis ſub datum certa die Pontificatus noſtri præſentis anni tertij, ad comprimendum inſolentiam Fratrum veſtri Ordinis, qui à debita, & regulari obedientia ſe ſubtrahere non erubuerunt, vobis indulſimus, & conceſſimus nonnulla privilegia, quorum exemplo, & tenore tam dicti Fratres oberrantes, quàm aliæ perſonæ utriuſque ſexus religioſæ dicti Ordinis ad rectam viam ſeſe reducere, & in Ordine continere debuiſſent. Tamen cùm, ſicut accepimus nonnullæ ex dilectis in Chriſto filiabus Sororibus *de Pœnitentia*, ſive tertij Ordinis S. Franciſci nuncupatis, ſub habitu religioſo in ordinata, & approbata Regula in Congregatione viventes, quarum cura, & regimen vobis, & prædeceſſoribus veſtris commiſſa dicitur, timore Dei poſtpoſito, & ſoluto pudore, ſub colore certi aſſerti indulti ab hac Sancta Sede extorti, à veſtra Obedientia ſe ſubtrahere, & diſciplinam regularem negligere, & à recta via declinare fortè non erubeſcunt. Ad reducendum dictas Sorores ad veram, & debitam obedientiam veſtram, ac ad ſuadentis inimici humanæ naturæ tollenda diverticula, qui per illa ſexui fœmineo plùs nocere ſe poſſe confidit: tenore præſentium committimus, ut Moniales ipſas ſic aberrantes ad rectam Regulæ, & obedientiæ viã reducatis, ac injũctâ eis pœnitẽtiâ pro modo culpæ corrigatis, caſtigetis, reformetiſq; vobiſque ulterius concedimus, & indulgemus &c. privilegiis, & indultis Apoſtolicis Monialibus conceſſis, ac dictr Ordinis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque &c. Dat. Romæ &c. die 12. Martij 1516. Pontif. noſtri anno tertio. Vvad. t. 8. Reg. 1516. bull. 12.

## LEO PAPA X.

*Dilecto filio noſtro Chriſtophoro tituli S. Mariæ de Ara-cœli Presbytero Cardinali.*

175. DIlecte &c. Ea, quæ per Sedem Apoſtolicam providè ſtatuta, & ordinata, ac declarata eſſe noſcuntur, nonnumquam Romanus Pontifex illa ſucceſſu temporis, ne impugnationi ſubjaceant, cùm ab eo petitur, approbare, ac aliàs deſuper ordinare, & diſponere conſuevit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fœl. rec. Sixtus Papa IV. pędeceſſor noſter Ibid. bull. 17.

ſtatuit

ſtatuit, & ordinavit, Sorores tertij Ordinis S. Franciſci tria eſſentialia vota emittendo collegiabiliter viventes, verè Religioſas eſſe, & votum obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis à Sororibus tertij Ordinis S Franciſci collegialiter viventibus, in manibus ſuorum Superiorum tunc emiſſum, aut ab ipſis pro tempore exiſtentibus ex tunc in futurum emittendum, habere vim, & validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducere effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicumque ex religionibus approbatis à Sede Apoſtolica, ac impedire matrimonium contrahendum, & dirimere jam contractum. Et licèt nos in Sacro Lateranenſi Concilio noviſſimè celebrato pro pace, & unitate inter præfatos, & perſonas religioſas conſervanda, eodem Sacro approbante Concilio ſalubriter ordinaverimus, voluerimus, & decreverimus, quòd Fratres, & Sorores tertij Ordinis prædicti illius habitum deferentes, ac collegialiter virginalem, ac vi lualem caſtitatem, ſeu cœlibem vitam expreſſo voto ducentes, omnibus privilegiis Fratrum Minorum gaudere deberent, prout in noſtris, & præfati prædeceſſoris litteris pleniùs reſpectivè continetur. Nihilominus ſicut tua circumſpectio nobis nuper retulit, nonnulli Prælati, & Rectores Parochialium Eccleſiarum, maximè in Galliis, & Germania, dictas Sorores aſſerunt non eſſe Religioſas, & eas propterea privilegiis prædictis gaudere non poſſe, ac Oratoria, & Cœmiterium, & in ipſis Oratoriis Sacramentum Euchariſtiæ, & Oleum ſanctum habere, ac Miſſas decantari, & aquam benedictam benedici facere non permittunt, ſed ut meras ſæculares ad audiendum Miſſas, & ſuſcipienda Eccleſiaſtica Sacramenta in Parochialibus Eccleſiis compellere nituntur in ipſarum Sororum maximam perturbationem, & ſcandalum plurimorum. Quare tu, qui officio Generalis Miniſtri dicti Ordinis Fratrum Minorum ex conceſſione Apoſtolica fungeris, nobis humiliter ſupplicaſti, quatenus declarationem dicti Sixti prædeceſſoris hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis &c. authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et inſuper omnibus, & ſingulis Prælatis tam Regularibus, quàm Sæcularibus, & Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, cæteriſque perſonis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna inhibemus, ne dictas Sorores, juxta privilegia dictorum Fratrum, Oratoria cum Campanili humili, & campana, ac in illis Sacramentum Euchariſtiæ in loco decenti, & honeſto, necnon Oleum Sanctum pro ipſarum uſu tantùm, & cœmiterium benedictum habere, in quo Sororum decedentium corpora per earum Confeſſorem ſepeliri poſſint, ac in eiſdem Oratoriis aquam benedictam ſolemniter benedici, Miſſaſque ſecundùm eorum devotionem cantari, & celebrari facere liberè, & licitè poſſint. Quòdque ad audiendum Miſſas, & alia divina officia in alio loco, quàm in dictis Oratoriis, aut ſuſcipiendum Eccleſiaſtica Sacramenta ab alio, quàm Confeſſore ſæculari, vel Regulari eis per earum Superiores aſſignando, nullatenus per dictos Prælatos, & Rectores, aut quoſvis alios compelli, aut deſuper quoquomodo moleſtari valeant; ipſeque Confeſſor, ſi ſæcularis fuerit, quandiu officium confeſſionis hujuſmodi à dictis Superioribus ſibi impoſitum continuaverit, per locorum Ordinarios in præmiſſis impediri nequaquam poſſit. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanis, ſeu Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, qui deſuper pro parte dictarum Sororum requiſiti fuerint, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eiſdem ſororibus, aut earum domibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eas pacifica poſſeſſione privilegiorum hujuſmodi gaudere, non permittentes, eas deſuper per Ordinarios, & Prælatos, ac Rectores prædictos, aut quoſcumque alios indebitè moleſtari, contradictores, & inobedientes, & rebelles appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Datis Romæ &c. die ultima Auguſti 1517. Pontificatus noſtri anno quinto.

176. Quas Leonis litteras Clemens Papa VII. in ſuis inſertas, *Decet ex Roma-* Bordon. bull. 211.

ſii Pontificis &c. die 26. Martij 1526. prout in Vvadingo tomo 8. & in Bordonio bulla 211. eſt videre, ampliſſimè confirmavit.

177. Anno eodem Leo præfatus datis litteris: *Dudum fœl. rec. Sixtus Papa IV, &c. ſub die 27. Maij*, quas in Bordonij Bullario ſub num. 201. eſt videre per extenſum, privilegia omnia Clariſſis Monialibus quomodocumque conceſſa Sororibus de tertio Ordine Clauſtralibus amplè communicavit, quibus & privilegiorum Conſervatores Apoſtolicos aſſignavit.

Bullar. Bordon. bull. 201.

178. Vt autem de vitæ rigore aliqualiter appareat, ſub quo magnis ſpiritualis vitæ profectibus exemplariter vivunt, præſertim in materia jejuniorum, quæ rigoroſè nimis tum à Leone X. in ipſarum Regula, tum à Ven. P. Franciſco Ximenio Ex minorita Toletano Antiſtite, & Cardinali in ſtatutis pro ſuo S. Ioannis Complutenſi monaſterio fuerant appoſita; Sed à Paulo III. prudenter moderata, ſequentes ejuſdem Pauli litteras cenſui non immeritò hîc apponendas.

## PAVLVS PAPA III.

*Dilecto Filio Miniſtro Provinciali Provinciæ Caſtellæ ſecundùm morem Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ.*

179. EXponi nobis nuper feciſti, quòd poſtquam aliàs fœl. rec. Eugenius IV. & Sixtus etiam IV. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri reſpectivè conceſſerant, quòd Moniales S. Claræ, ac Sorores tertij Ordinis S. Franciſci ſolummodo tenerentur ad jejunia, quibus Fratres Minores Obſervātiæ tenebantur, ac eiſdem cibis tempore quadrageſimali uterentur, quibus Fratres prædicti, exceptis Sororibus debilibus, & infirmis; temporibus verò quatuor temporū, vigiliarū, & aliorū jejuniorum, ſervarēt conſuetudinem regionis, in qua eſſent, ſecundùm quam liceret eis etiam ova, & lacticinia comedere; bon. mem. Franciſcus Ximenes Cardinalis Toletanus nuncupatus ejuſdem Ordinis Minorum Profeſſor dum quoddam monaſterium Sororum tertij Ordinis prædicti ſub invocatione *S. Ioannis de Pœnitentia* in Oppido Complutenſi Toletanæ Diœceſis Provinciæ Caſtellæ fūdavit, & dotavit, & nonnulla ſtatuta, ſive Regulā dicti tertij Ordinis Apoſtolica, ſive alia authoritate in forma ſtatutorum, quibus ſorores dicti monaſterij S. Ioannis ad continuum, & perpetuum jejunium totius anni, feſto Dominicæ Nativitatis, vel manifeſta, aut alia neceſſitate exceptis, obligari videntur, edidit, & ordinavit. Et deinde recol. mem. Leo Papa X. ſimiliter prædeceſſor noſter priorem Regulam ejuſdem tertii Ordinis, quoad omnes ſorores præſentes, & futuras collegialiter viventes, & inter alia, quòd ſorores huiuſmodi perpetuis futuris temporibus ſecunda, quarta, & ſexta feriis, ac Sabbato, Dominicæ Nativitatis feſto excepto, carnes non comedere, & à feſto Omnium Sanctorum uſque in diem Reſurrectionis Domini; quarta, & omni ſexta feriis totius anni, & à feſto S. Martini uſque ad Nativitatem, & tota Quadrageſima univerſali omnibus diebus jejunare tenerentur, dè novo reformavit, confirmavit, & approbavit, prout in litteris Eugenij, & Sixti, ac Leonis X. necnon Franciſci Cardinalis prædictorum pleniùs dicitur contineri. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, tàm monaſterii S. Ioannis de Pœnitentia, quàm omnes aliæ ſorores tertii Ordinis huiuſmodi ex aliis locis, & capitulis Regulæ, conceſſionum, & ſtatutorum prædictorum, ubi agitur de obligatione in illis contentorum, ad jejunia prædicta ſub pœna peccati mortalis credant, ſe non teneri, nec obligatas fore, aut eſſe, ac Eugenii, & Sixti conceſſione uti poſſe: nihilominus ad omne dubium, & ſcrupulum conſcientiæ tollendum, ac imbecillitati fœminei ſexus, & penuriæ piſcium in illis partibus communiter exiſtenti ſubveniendum, nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur te, & prædictas ſorores ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quòd omnes, & ſingulæ ſorores præſentes, & futuræ tertii Ordinis S. Franciſci Provinciæ Caſtellæ ſub tuis regimine, & admiſtratione, ac aliorum dicti Ordinis Minorum Obſervantiæ Prælatorum collegialiter viventes, & ſubſiſtentes, præmiſſis Eugenii, & Sixti

Sixti conceſſionibus abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo perpetuis futuris temporibus uti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, ita quòd ad nulla alia jejunia, nec abſtinentiam quovis alio tempore, & jejuniis Adventus, & aliorum dierum, quibus Fratres prædicti ſub pœna mortalis peccati ſunt obligati, ſorores prædictæ ſub dicta pœna mortalis peccati minimè teneantur, ſed ſecundùm propriam Regulam dicti tertij Ord. tantùm perpetuis futuris têporibus teneri, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, & ordinamus, ac de novo concedimus, & indulgemus; necnon quatenus opus ſit, cum eiſdem Monialibus deſuper diſpenſamus. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ &c. die 11. Octobris 1538. Pontif. noſtri anno quarto.

180. Illud unicum pro ipſarum potiſſima gloria placuit adnotare, quòd à primæva ſui perfectione numquam declinantes, quamvis in immenſum ampliatæ, ad majorem perfectionis gradum ſemper anhelantes, maxima populorum ædificatione fructificare comprobantur.

## CAPVT VIII.

### *De Monialibus Vrſulinis.*

Vvad. t. 8. 1535. n. 21. 181. DE iſto Sanctimonialium Ordine ſub Seraphico vexillo militare gloriantur, quæ à S. Vrſula novæ ſuæ Congregationis Patrona *Vrſulinæ* nuncupantur; de quibus quoniam pauca, quæ hucuſque videre potuerim, occurrunt, paucis me expediam: cætera, ſiquæ à Provinciis tranſmittentur, ad propria Provinciarum loca reſervando.

Ibid. 1540. n. 16. 182. Angela nata Diſenzani ad Benanũ lacum inter Veronam, & Brixiam à teneris anni cœpit variis modis corpuſculum affligere, orationi inſiſtere, Sanctorum vitas legere, & imitari. Major effecta Deo ſe dicavit ſub pœnitenti habitu de Tertio Ordine Franciſcano: humi recumbens, magnam anni partem in pane tranſegit, & aqua, diebus multis nihil præter Euchariſticum Panem admittens. Humilitate, paupertatis ſtudio, aliiſque clara virtutibus, contemplandis aſſueta cœleſtibus aliquando viſa eſt à terra elevari. Chriſti Crucifixi amore ſuccenſa anno 1524. Ieroſolymorum ſacra inviſit loca, ſingula percurrens, & lachrymis rigans Salvatoris veſtigia. In longa peregrinatione ſæpè experta divinæ providentiæ ſubſidia, Romam perrexit, ubi Apoſtolorum, Martyrumque venerata ſepulchra, ad montem Varalli conceſſit, quæ Ieroſolymis oculis conſpexit, & præſens adoravit, hîc iterum ſub umbra, & ſpecie miro ordine diſpoſita noſtræ fidei incunabula contemplatura.

183. Brixiæ cœpit cogitare de inſtituẽdo Sodalitio Vrginum ſub invocatione ſanctæ Vrſulæ, quod dudùm in viſione per Angeli miniſterium fuerat oſtenſum. Sed uſque adeò diſtulit arduum opus, ſuam imbecillitatem, & vilitatem conſiderans, ut non niſi correpta ab Angelo illud aggreſſa, brevi temporis ſpatio ſeptuaginta ſex habuerit diſcipulas. Inſtitutum probavit Epiſcopus Brixienſis, & pleriq; alij Antiſtites, qui per ſuas Diœceſes propagari voluerunt, præſertim ſanctus Carolus Borromæus, qui ſimul cum Paulo Leone Epiſcopo Ferrarienſi obtinuit, ut à Gregorio XIII. approbaretur anno 1572. die 24. Novembris. Per Galliam mirabiliter crevit Sodalitas extructis ibidem multis monaſteriis. Itaque ſub tertio S. Franciſci Inſtituto, quod ipſa profeſſa fuerat, additis ab Inſtitutrice propriis Conſtitutionibus, approbante poſt Epiſcopum Brixienſem Paulo III. Pontifice, religioſè vivebant Vrſulinæ in propriis quidem domibus magno puellarum bono, & civium exemplo; donec Franciſcus Gonzaga ex totius Ordinis Generali Miniſtro Epiſcopus Mantuanus optimis hoc Inſtitutum legibus ad communem vitam communire voluit, ſub quibus hactenus glorioſè perſeverant. De quo fuſiùs, & clariùs, in Provincia Brixienſi, & Veneta dicemus.

## CAPVT IX.

### *Electiones Officialium in Tertio Ordine S. Franciſci.*

184. QVomodo Officiales ſuos, potiſſimùm verò Miniſtros, & Viſitatores eligere debeant, in ipſa illorum Regula declaratur expreſsè, & jam omnia

nia adamuſſim obſervantur, maximè in Hiſpaniis, & Luſitania, ubi majori ſolemnitate floret hæc ſæcularium Tertiariorum Congregatio. Additur tamen ipſis Commiſſarius ex Religioſis de Obſervantia, zelo, doctrina, & vitæ probitate conſpicuus, qui in Capitulis, & Capitularibus Congregationibus ipſorum Obſervantium eligitur: Hic omnibus ipſorum Tertiariorum Congregationibus, & conſiliis, & electionibus aſſiſtit, quaſi præſideat, per vota tamen omnino libera eliguntur ab ipſis ſui Miniſtri, cæterique officiales.

Ex Bullar. Rodrig. 185. Ex quo verò in Regularitatem aſcenderunt ſuum ſibi Miniſtrum, vel Viſitatorem Generalem, & Provinciarum Miniſtros, cęteroſque Conventuum Officiales per canonicam electionem obtinuerunt, prout diverſimodè variis temporum ſucceſſibus vel ſubjecti, vel independentes fuerunt ab Obſervantibus. B. Pius V. dum eos per bullam ſæpiùs allegatam Obſervantibus ſubjecit, præcepit, ut ſub pœna nullitatis omnium actorum nullum Capitulum, vel Congregationem celebrare valerent, niſi ſub aſſiſtentia, & præſidentia Miniſtri Generalis, aut ejus Commiſſarij delegati, vel Miniſtri Provincialis, intra cujus Provinciæ terminos reperiuntur: cæterùm hujuſmodi ſub Præſidente congregati Viſitatorem ſuum, cæteroſque Officiales per ſe ipſos, per vota ſecreta, & eo modo, quo inter Obſervantes fieri ſolent electiones, eligere poſſint, & debeant: Prædicatores verò, & Confeſſarios pro Sororibus ejuſdem tertij Ordinis non ipſi Tertiarij, ſed Miniſter Generalis, vel Provincialis Obſervantium eligere debeat, & deputare. Iam cum Provincias habeant ſeparatas etiam ubi Miniſtro Generali ſubjecti perſeverant, Commiſſarium Viſitatorem, atque Capituli Pręſidem recipiunt ab ipſo Miniſtro; de cætero ſuas omnes electiones omninò liberè ad modum Fratrum Minorum celebrant ſine ulla prorſus ab Obſervantium Provinciali dependantia; quæ omninò ſublata fuit, cùm Patres eorum in Luſitania, & Bethica, & Andaluſia contra gravamina ab Obſervantibus illata reclamarunt, ut infra fuſiùs dicetur.

Arch. Aracœl. Cur. Vltramon. t. 1. f. ult. 186. Poſtquam verò ex beneficio Sixti V. reſtitutum in Italia Viſitatorem Generalem, cum quatuor Diffinitoribus Generalibus habere potuerunt, qui univerſæ præſiderent Italicæ Congregationi, ſtatutum fuit inter eos, ut pro ipſorum electionibus omnium Conventuum, & domorum Priores, ideſt Miniſtri, atque Diſcreti ad Generale Capitulum cum voto electivo in quolibet triennio covenirent. Quæ tamen, cum proceſſu temporis multiplicatis eorum Provinciis gravia nimis, & diſpendioſa Religioni, atque in ipſis electionibus incommoda, & tumultuaria potiùs, quàm utilia viderentur; Clemens VIII. ad ipſius Viſitatoris Generalis inſtantiam Priores ipſos, & diſcretos ab hujuſmodi acceſſu, & voto electivo in Capitulis Generalibus voluit eſſe ſemotos, præcipiens, ut ſolis Ex-Viſitatori, Diffinitoribus Generalibus, Miniſtris Provincialibus, Cuſtodi unico, & Diſcreto ex qualibet Provincia ad Viſitatoris, & Diffinitorum Generalium electiones accedere, votumque habere liceret. In electionibus verò novorum Provincialium, Cuſtodum, & Diffinitorum Provincialium in Capitulis Provincialib⁹ facienda Provinciales præteriti, Diſcreti Provinciales, Priores, & Diſcreti Conventuum, necnō Diffinitores Generales actuales, ac tandem Procurator Generalis tunc exiſtens votum habeant: Ad Priorum verò, & Diſcreti Provincialis electionem Provincialis, & quatuor Diffinitores Provinciales tantùm procedant, cœteraque diſponuntur, quæ ex ipſius litteris magis erunt manifeſta.

## CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

187. DEcet Romanum Pontificem in his authoritatis ſuæ partes libenter interponere, per quæ Religioſorum ſtatui, eorumque proſpero regimini opportunè conſulitur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris Generalis, & aliorum Superiorum, ac Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nobis fuit expoſitum, quòd cum aliàs prædictus Ordo non ita propagatus eſſet, ſtatutum fuit, dilectos filios Priores, & Diſcretos Conventuum, ac Domorum dicti Ordin. Capitulis Generalibus, quæ quolibet triennio pro electione novi Viſitatoris Generalis, & quatuor Diffinitorum Arch. Aracœl. Cur. Vltr. t. 1. fol. 303.

rum Generalium fieri ſolent, intereſſe, & vota cum cæteris in eo habere debere. Cùm autem dictus Ordo in varias Provincias benedicente Domino diffuſus, & auctus ad præſens exiſtat, valdèque moleſtum ſit,& diſpendiuſum, tot Fratres ad Capitula Generalia convocare, cùm confuſio ob ingentem numerum multiones inde provenire ſoleat: Nos cupientes his, & aliis incommodis opportuna ratione occurrere, dicti Viſitatoris Generalis ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica Authoritate tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus in electione novi Viſitatoris Generalis, ac etiam Diffinitorum Generalium in ipſis Capitulis Generalibus facienda, Viſitator Generalis prætеritus, necnon ex qualibet Provincia unus Provincialis, ac Diſcretus, & Cuſtos ſimiliter Provinciales, & non alij Generalibus Capitulis intereſſe, ac votum habere poſſint. In electione verò novorum Provincialium, Cuſtodum, & Diffinitorum Provincialium in Capitulis Provincialibus facienda,Provinciales præteriti,Diſcreti Provinciales,Priores, & Diſcreti Conventuum, necnon Diffinitores Generales actuales, ac demum Procurator Generalis tunc exiſtens vota habeant; Ad Priorum verò, & Diſcreti Provincialis electionem Provincialis, & quatuor Diffinitores Provinciales tantùm procedant. Mandamuſque, ut electiones omnium, & quorumcumque ſupradictorum per vota ſecreta in ſchedulis conſcripta fiant, & ſtatim facta electione ſchedulæ comburantur, ita ut eligentium vota numquam publicari poſſint. Ac prohibemus, ut nullo pacto in Capitulis Generalibus electiones Provincialium, ac Priorum fiant, ſed tantùm in qualibet Provincia ſuus Provincialis, Diſcretus Prov. & Priores creentur; Decernentes omnes, & ſingulas Viſitatoris Generalis, Provincialium, & Diſcretorum,& Cuſtodum, etiam Provincialium, necnon Priorum,& Diffinitorum prædictorum, ſeu quorumvis eorum electiones, quas contra hìc traditam formam fieri pro tempore contigerit, eo ipſo nullas, & nullius momenti eſſe, & fore, illiſque non obſtantibus ad alias electiones juxta hujuſmodi formam procedi poſſe, ac debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ die 29. Iulij 1595. Pontificatus noſtri anno quarto.

188. In Congregatione Gallicana ordinavit Clemens ipſe per bullam infra citandam, ut Miniſtri Provincialis electio fieret ab ipſis Tertiariis, præſidente in Capitulo Miniſtro Generali, vel Commiſſario Generali Vltramon. vel Commiſſario Nationali,aut alio ex Obſervantibus à præfatis deputato; quo in Capitulo Generali cæteræ complerentur electiones, quod etiam poſt obtentum, & ſuppreſſum proprium Viſitatorẽ Generalem fuit obſervatum. Quoniam verò hæcGallicana Congregatio Conventum habet Romæ ſub titulo S. Mariæ Miraculorum, qui pro tota ſua natione debet inſervire; licèt anno 1641. facta fuerint nova ſtatuta pro illarum Provinciarum fœliciori regimine, Præſidente inCapitulo Generali P.Ioanne de la Haye Pariſino toti Orbi Clariſſimo (ſed de Diſcalceatis S. Didaci in Bethica Provincia) quæ per Vrbanum VIII. datâ bullâ: *Aliàs nobis &c. die* 13. *Iunij* 1641. fuerunt confirmata; Cùm tamen nihil ibi actum eſſet de hoc Conventu, Vrbanus VIII. ipſe dato Brevi Apoſtolico: *Nos pro parte &c. die* 15. *ſeptembris* 1641. mandavit, ut Conventus iſte Gallicanæ Congregationis Provinciis debeat eſſe communis; atque interim durante ſuſpenſione Viſitatoris Generalis, à ſolo Miniſtro Generali totius Ordinis viſitari poſſit: ejus verò familia de conſenſu Miniſtrorum, & Diffinitorum Provincialium totius Congregationis eligatur, ita ut Guardianus ſit ex una Provincia, & ex alia Vicarius, Procurator ex tertia;& ſic proportione ſervata diſtribuantur Sacerdotes, qui duodenarium numerum excedere non poſſint; Laici ad ſenarium computentur.

## CAPVT X.

*Reformatio Tertiariorum de Pœnitentia Regularium, & præſertim in Congregatione Gallicana.*

189. CVm viciſſitudines ſuas cæterarum ad inſtar ſublunarium re-

rum intra Regularitatem, præſertim ſacer hic Ordo Tertiarius de Pœnitentia, licèt tot jam Sanctorum ſplendoribus clariſſimus, toleraſſet; eorum aliqui ex Fratrum Minorum exemplo, vel ut ab introductis relaxationibus recederent, vel quòd ad majoris perfectionis gradum anhelarent, de ineunda reformatione ſancto fervore tractarunt. Horum ſanctis deſideriis ut ſatisfaceret Rodulphus Pius Cardinalis Carpēſis totius Seraphici Ordinis Protector (ut clariùs in Bulla B. Pij V. videbimus) datis litteris die 28. Aprilis 1549. ampliſſima ſtatuta, & ordinatiſſima ediderat, in quibus Regulam hujuſmodi Tertiariorum, atque vivendi methodum, abuſibus ex integro reſecatis, amplè deſcripſerat, per quæ ad veræ reformationis perfectionem, veræque Sanctitatis proſecutionem de cætero educarentur.

190. Cùm verò ex humanæ fragilitatis conditione, aut ex Superiorum incuria (ut ait Pontifex) ſtatuta hujuſmodi abſque deſiderato fructu in diſſuetudinem abiiſſent, B. Pius V. editâ bullâ, quam ſtatim apponam, præfatam Cardinalis Pij Reformationem voluit ex integro reſtituere, pro cujus pleniori executione S. Carolo Borromæo tit. S. Praxedis Cardinali totius Ordinis Seraphici Protectori, necnon totius Ordinis Miniſtro Generali negotium omne commiſit; atque hæc potiſſima fuit in Pontifice cauſa, ut Tertiarios Minoritis voluerit eſſe ſubjectos: Diplomatis tenorem exhibeo.

## PIVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

EA eſt officij noſtri ratio, ut cum de cæteris Eccleſiæ nobis commiſſæ Ordinibus, vel in ſua integritate continendis, vel ad inſtitutum revocandis curam perpetuam capiamus, majori tamen ſollicitudine eadē illa in Religioſorum ſodalitatibus requiramus, quos ideo Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregavit, ut cæteros fideles viam doceāt, qua & ipſi æternæ ſalutis beatitudinem conſequantur.

Bull. Rom. t. 2. bulla. 63. Pij V. fol. 195.

§. 1. Itaque inter cæteras Religiones, Fratrum quoque Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, in Congregatione viventium, ac tribus votis ſubſtantialibus adſtrictorum ſtatus nos commovet, ut ad illud reformandum ſtudia noſtra conferamus, quando vel ex tam multis, quæ bonæ mem. Rudulphus Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis Carpenſis nuncupatus, dicti Ordinis Protector, Sedis Apoſtolicæ Authoritate fretus in reparanda horum diſciplina præclarè, & ſalubriter edidit, Religionem hanc parùm admodum profeciſſe agnovimus.

§. 2. Proinde nos hac præcipua morbi cauſa ex propria præſidentium, & aliorum Miniſtrorum negligentia, vel inſcitia comperta, in communem dicti Ordinis ſalutem alia ratione intenti, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine officia Miniſtratus, & Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuò extinguimus, & abolemus, ac Miniſtrum Viſitatorem, & Vicarium Generalem ejuſdem Ordinis officio, uſu, & exercitio omnimodè interdicimus, edictoque prohibemus, ne ullus poſthac Miniſter, Vicarius, ac Viſitator Generalis de dicto Ordine habeatur.

§. 3. Cæterùm ut deinceps Ordo ipſe utiliorum Rectorum conſilio, & opera dirigatur, nos diverſorum etiam prædeceſſorum noſtrorum ordinationem ſequentes, univerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, Profeſſos, & Converſos, necnon Domos, monaſteria, & loca virorum, ac mulierum, ac Cuſtodias, & Provincias per univerſum Orbem conſtitutas, gregemque ipſum univerſum tertij Ordinis utriuſque ſexus Generali, ac Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, prout in earum Provinciis conſiſtunt, ita perpetuò ſupponimus, ut Miniſter Generalis in univerſo Ordine, Provinciales verò Ordinis Minorum de Obſervantia in ſuis quiſque Provinciis plenum jus, liberamque authoritatem, ac in ſpiritualibus, & temporalibus juriſdictionem omnimodam habeant, domos omnes, ac monaſteria, & loca quæcumque, necnon perſonas utriuſque ſexus tam in capite, quàm in membris viſitandi, & corrigendi vagantes, & quoſcunque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, interdicendi, & reſtituendi &c.

§. 4. Præcipimus igitur in virtute S. Obedientiæ univerſis, & ſingulis Fratribus

tribus, & Sororibus tertij Ordinis prædicti ubilibet conſtitutis, ut Generalem, & Provinciales Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia tamquam Patres,& Superiores ſuos,eorumq; monita, & mandata humiliter,& devotè recipiant, & ea ipſa adimplere procurent, alioquin contradictores quoſlibet, & rebelles ſententiæ cenſuræ, & pœnæ, quas quiſque ipſorum ritè tulerint in eoſdem, ipſo facto voluimus ſubjacere.

§. 5. Pari quoque ratione eis Cardinalem Protectorem Fratrum de Obſervantia in Protectorem tribuimus, qui eam in eoſdem omnes curam, & authoritatem obtineat, quam alius quiſque pleniſſimè huc uſque comperiatur habuiſſe.

§. 6. Statuentes præterea, quòd futuris omnibus Capitulis Provincialib9 Fratrum tertij Ordinis hujuſmodi pro Viſitatorum Provincialium, & aliorum officiorum electione, Fratrum diviſione, & ſalubri cujuſque Provinciæ directione annis ſingulis celebrandis, aut Generalis, aut ejus Commiſſarius, aut in cujus Provincia Capitulum illorum habebitur, Provincialis Miniſter Ordinis Min. de Obſervantia hujuſmodi ſemper præſideat, aliter verò celebrata, ac omnia in eis decreta pro irritis habeantur.

§. 7. In ipſis autem Capitulis Provincialibus Viſitatorum Provincialium electio, de idoneis Fratribus tertij Ordinis hujuſmodi per ſecreta ſuffragia, & aliàs eo modo, quo de Fratrum Minorum de Obſervantia Provincialibus celebretur, celebrata per Miniſtrum Generalem prædictum ante omnia confirmetur.

§. 8. Hæc verò officia annualia dumtaxat eſſe, & in ſingulis Capitulis Provincialibus prædictis reſignari debeant, ita ut lapſo primo anno illa vacare cenſeantur. Poterunt tamen ipſimet Viſitatores Provinciales rurſus in ſequentem annum, & eo finito etiam in tertium, ſi idonei reperirentur, eodem modo eligi, & confirmari, ſed omnes ſuis hujuſmodi officiis quãtumcumque perfuncti, denuo ad illa, niſi tranſacto ſexennio, nequeant revocari.

§. 9. Cæterùm omnes, & ſinguli Fratres,& Sorores tertij Ordinis hujuſmodi in ſua quiſque Provincia Viſitatori ſuo tamquam Superiori in omnibus,quæ ſuis Regularibus Inſtitutis non abverſantur, obediant. Omnes verò Viſitatores Provinciales hujuſmodi ſic electi, tamquam Vicesgerentes Miniſtrorum Provincialium Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, & illis ſubditi prædicandi, & docendi munus in ſingulis utriuſque ſexus Domibus, Conventibus, & locis ſuæ cujuſque Provinciæ obire, eamque in ſibi ſubditos Fratres, & Sorores juriſdictionem, quam ipſimet Miniſtri Provinciales Ordinis Minorum de Obſervantia obtinent, in omnibus, & per omnia exercere, ac quandocumque opus erit, confeſſiones omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum tertij Ordinis hujuſmodi per ſe, vel alios ſuæ Regulæ Sacerdotes idoneos audire,illoſque ab omnibus, & ſingulis ſententiis &c. dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda foret, in foro conſcientiæ dumtaxat abſolvere, & pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac cum Clericis, & Preſbyteris ejus Ordinis ſuper irregularitate, ſi quam ſententiis, & cenſuris hujuſmodi illaqueati Miſſas,& alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, vel aliàs ſeſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſare liberè,& licitè valeant.

§. 10. Ad hæc nullus omnino Fratrum, & Sororum tertij Ordinis hujuſmodi, qui prædicta tria vota ſubſtantialia fecerint,etiam prætextu quorumcumque privilegiorum, diſpenſationum,indultorum, permiſſionum Apoſtolicarum, aut etiam inveteratæ conſuetudinis voto repugnantis,ſeu quacumque alia cauſa proprium quicquam, aut privatum liceat obtinere, ſed omnia etiam privatim, & intuitu cujuſcunque perſonæ donata, oblata, & conceſſa, ubique communia, & indiviſa omnibus Religioſis eſſe debeant. Quicumque verò pecuniam, aut aliam rem qualẽcumque, ſibi quacumque cauſa conceſſam Prælato ſuo celaverit,furti reus cenſeatur,& tamquam fur puniatur. Eam tamen diligentiam Superior cujuſque domus adhibeat, ut ex communi ipſius domus ſingulis juxta exigentiam conſulatur.

§. 11. Præterea Sorores dicti tertij Ordinis in communi in domibus,monaſteriis, vel hoſpitalibus, aut alia Congregatione viventes, & dicta tria vota ſubſtantialia Religionis emittentes

ſub perpetua clauſura maneant, nulluſque Frater,aut Confeſſor earum,vel quicumque Prælatus ad domos, monaſteria, vel alia loca ſororum hujuſmodi in communi, aut collegialiter viventium, niſi quibus ex officio iucumbit,& in caſibus neceſſariis à jure permiſſis, & tunc cum uno vel duobus ſociis provectis, & honeſtis ingredi audeat; qui ſecùs fecerit, carceribus mancipetur, omnibuſque adminiſtrationibus, & officiis deponatur.

§. 12. Ipſarum verò Sororum, & omnes alij Confeſſores,& ſacri Concionatores perGeneralem,vel Provincialem Miniſtrum approbentur.

§. 13. In cæteris autem omnibus, quæ ad Religioſam vitam pertinent,illa prædicti Fratres,&Sorores tertij Ordinis obſervare teneantur; quæ à prædicto Rodulpho Epiſcopo,& Protectore 28. Aprilis, anno Domini 1549. fuerunt ordinata ſubſtantiam totius hujuſmodi Regulę maximè continentia,quam fœl. rec. Nicolaus Papa IV. Prędeceſſor noſter ad incrementum fidei Catholicæ approbavit, ita tamen, nt præſentibus nullatenus adverſentur.

§. 14. Quæcumque verò dubia in eis contigerit exorori; illa omnia Generalis,& Provinciales Miniſtri OrdinisMinorum hujuſmodi debeant declarare, quorum declarationi, & determinationi eorum Regulæ, & præſentibus non contrariç ſtarę debeat.

§. 15. Ac decernentes, præſentes litteras de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu nullo unquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe,aut debere, nec adverſus eas, & in eis contenta quæcumque reſtitutionem in integrum,aut reductionem ad terminos juris, vel aliud quodcumque gratiæ,ſeu juſtitiæ remedium quiſquam impetrare, vel etiam ab aliis impetrato, aut motu proprio conceſſo uti valeat ex quavis cauſa quantumlibet rationabili, ac omnia, & ſingula præmiſſa aliquibus ejuſmodi Ordinis ſtatutorum,ac quibuſvis aliis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus generalibus, vel ſpecialibus per quoſcumque Romanos Pontifices ſucceſſeres noſtros pro tempore factis non cõprehendantur,ſed ſẽper ab illis excepta ſint. Sicque per quoſcumq; Iudices &c.

§. 16. Inſuper univerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis hujuſmodi, eorumque domibus, monaſteriis, & locis omnia, & ſingula privilegia,indulgentias, diſpenſationes,& indulta Apoſtolica Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis Minorum de Obſervantia, etiam quoad Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & receptionem quomodolibet conceſſa, & concedenda, quæcumque ſint,& fuerint (prę ſentibus tamen non repugnantia) itaut illis omnibus, & ſingulis pariformiter,& æquè principaliter uti, potiri, & gaudere liberè,& licitè valeant, concedimus, & indulgemus.

§. 17. Cœterùm omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis hujuſmodi diſtrictiùs injungimus, ut præſentes noſtras litteras humuliter recipiant,& quæcumque in eis expreſſa, ac per eas ſtatuta,decreta,& mandata ſunt, alia deſuper à nobis non expectata juſſione,aut mentis noſtræ declaratione firmiter cuſtodiant,& in hominibus ſtudioſè obedire procurent.

§. 18. Quin etiam dilectis filiis noſtris tit. S. Praxedis Preſbytero Cardinali Borromæo nuncupato dicti Ordinis Protectori, & illius Miniſtro Generali per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſi, vel eorum alter eaſdem præſentes, ac quidquid pro earum executione, & obſervatione in dictis fumris Capitulis Provincialibus, vel etiam extra illa à Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia hujuſmodi ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus domibus, monaſteriis, & locis virorum, & mulierum, ac ab omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis hujuſmodi inviolatè faciant per ſe, vel alium,ſeu alios obſervari; Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium,vel favorem pulicè, vel occultè, directè, vel indirectè quovis quæſito colore, vel ingenio præſtantes, tàm Eccleſiaſticos, quàm Laicos, cujuſcumque dignitatis, gradus, Ordinis,vel conditionis fuerint, per ſententias, cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras,

cenſuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis &c.

§. 19. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, & piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Tertij Ordinis, illiuſque domorum, ac etiam mulierum monaſteriorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Superioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac aliàs ſub quibuſcumque tenoribus, & formis &c. Quæ omnia contra earumdem præſentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

§. 20. Per prædicta tamen non intendimus Reformationi Fratrum, & Sororum tertij Ordinis in Hiſpaniarum Regnis conſtitutis in aliquo præjudicare, quo minùs litteræ deſuper editę, & quęcumque illarum vigore, pro rerum, locorum, & perſonarum qualitate, & exigentia facta ſunt præſentibus non conformia, poſſint quoquomodo impediri, vel retractari.

§. 21. Denique volumus &c. Datum Romæ &c. 1568. Nonis Iulij, Pontif. noſtri anno 3.

191. Cum verò rumor ideò in Hiſpaniis invaleſceret, voluiſſe per hæc Pontificem Tertiarios ipſos extinguere, & graviùs fortè à Superioribus haberentur; Pontifex ipſe ſequentes dedit ad ſuum per Hiſpanias Nuntium Apoſtolicum.

## PIVS PAPA II.

*Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Bullar. Roder. bull. 33. Pij V. fol. 426.

GEneralem, & alios Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentes, fraternitas tua certiores his acceptis litteris facere curet, nobis non eſſe in animo extinguere tertium Ordinem S. Franciſci de Pœnitentia vocatum, nec eorum habitum, vel Regulam immutare, ſed tantùm eos ad obſervantiam ipſius Regulæ reformare; & ſi quorum exceſſus puniendi fuerint, ea debita animadverſione corrigere perinde monebis ipſum Generalem, & alios Superiores nomine meo, ne eos moleſtiâ ullâ, ultra ea, quæ ad reformationem pertinent, afficiant. Dat. Romæ apud S. Petrum &c. die 15. Iulij 1568. Pontif. noſtri anno 3.

192. In Galliis tamen ob bellorum tumultus, hæreticorumque ſæviſſimas invaſiones, in hac, ſicut nec in cæteris Religionibus; ſanctus Pontificum zelus pro Reformatione non potuit effectû habere ſalutarem; donec circa annum 1595. ſuſcitaverit Deus ſpiritum pueri ſui Vincentij Muſſart Galli, qui rigidiorem præ reliquis, quæ unquam ex hoc Tertio Ordine fuiſſe legantur, Reformationem in Galliis excitaret, atque glorioſis profectibus promoveret.

Ex Hiſt. Generali P. Ioan. Mariæ. Vernon. de tertio Ordine t. 3. art. 18. & ſeqq.

193. Anno 1570. die 13. Aprilis Pariſiis intra S. Germani Parochiam natus Vincentius, tum animæ, tum corporis ſpectalibus dotibus ornatus, jam ab infantia Dei prævenientę gratia ſæculi cōtemptor, & ſolitudinis amator, vir alti ingenij, magnæ prudentiæ, & fortitudinis ad ſuperandas quaſcunque difficultates natus eſſe videbatur. A Patre ſuo illius piæ intentionis obſervantiſſimo inter Capuccinos deſiderabatur, pro quibus Pariſiis Syndicum Apoſtolicum agebat; Deo autem aliter diſponente, jam ſacro Subdiaconatus Ordine inſignitus, ſacris Confraternitatibus, & ſpecialiter Cbordigerorum adſcriptus, factus omnibus omnium virtutum exemplar, virginitate, quam Deo, Virginique Deiparæ voverat, illæsâ conſervata, tandem ſolitudinem ingreſſus larga precum, & pœnitentiarum continuatione, pro inquirenda Dei circa ſe voluntate ſolicitus orabat.

194. Tandem præmiſſis in Vrbe in illa ſub directione Patris Alexandri Georgij de Societate Ieſu exercitiis ſpiritualibus, in ſolitudinem reverſus Antonium Poupon Tertiarium Eremitam famâ ſanctitatis celebrem, à quadam nobili matrona Belgica de tertio Ordine S. Franciſci ſæcularium piis eleemoſy-

nis ſuſtentatum invenit. Ambo itaque ſancto charitatis fœdere uniti ad quoddam Eremitorium olim Tertiariorum in ſolitudine divertentes, eo rigore in vitæ mortificatione, in abſtinentia, & oratione perſeverabant, ut Vincentius trimeſtri morbo gravatus, quamquam interiùs ex Dei conſolationibus recreatus, levando tamen corpori ſimul cum Collega Pariſios contendere fuerit coactus. Per viam ab hæreticis militibus peſſimè habitus, Deo tamen protegente liberatus, primùm in domo paterna, dehinc in Capuccinorum valetudinario ex cauſa prædicta curatus, priſtinæ, ſanitati fuit reſtitutus; unde aliquorum falſa invaluit opinio, Vincentium aliquando fuiſſe Capuccinum.

195 Cum recuperata valetudine in Vallis Adæ ſolitudinem ad Antonium Collegam rediiſſet, conſodales excepit Franciſcum Muſſart Vencentij Germanum Fratrem, & Hieronymum Seguin, qui omnes Eremiticam vitam ſimul profitentes, Superiorem ſibi, vitæque Magiſtrum Vincentium concorditer elegerunt. Commodiorem exinde locum quęritantes ab Eremitorio S. Sulpitij in Diœceſi Senbnenſi repulſi, ad Francovillam ad radices cujuſdam collis in Diœceſi Bellovacenſi opportunum Eremitorium ex pia D. de Obeyllet loci Domini liberalitate dono receperunt; Epiſcopo, juxta Concilij Tridentini decretum, favorabiliter annuente impetrarunt, ut in eo exercitia omnia Communitatis religioſæ perficerent. Ibi orationibus, & pœnitentiis pro exploranda Dei voluntate perſeveranter intenti, tertiam S. Franciſci Regulam de Pœnitentia ſibi fore amplectendam, facta Antonio Conſodali revelatione, cognoverunt.

196. Lectâ itaque hujuſmodi Regulâ per Nicolaum IV. deſcriptâ, Vincentio non arridebant, quæ promiſcuè pro ſæcularibus, & Regularibus ejuſdem Ordinis Confratribus, & Sororibus includit, ſed per Dionyſij Richelij Cartuſiani ſuper eamdem Regulam Commentaria omnia pleniſſimè diſtinguens, Regularem hanc tertij Franciſcani Ordinis vitam ardentiùs concupivit: atque adjunctis ſibi etiam aliis, ſcilicet Bonaventurâ de Pleſſis, Petro Meaux, Ivone de Pontoſio, Iacobo Zitteo, Ludovico Bourdin, Nicolao Doueet, Ambroſio Simone, Archangelo Vignon, Petro Gauſſier, Bernardino de Remis, Anſelmo Pariſienſi, & Angelo Piccardo (qui ferè omnes poſtmodum ſacro Sacerdotio inſigniti, Prædicatores fuere clariſſimi) hi tribus antedictis uniti ſub Vincentij ſanctiſſima diſciplina, & exemplo miræ auſteritatis, paupertatis, & ſanctitudinis vitam traducebant. Vincentius præ reliquis non tàm acquiſita, quàm infuſa doctrina clariſſimus in celeberrimis Galliarum Eccleſiis, Pariſiis præſertim incredibili omnium admiratione, maximo plurimorum fructu concionabatur; itaut alter Ioannes Baptiſta ad converſionem peccatorum è cœlo miſſus paſſim diceretur.

197. Exinde ad Tertiarios in Conventu de Braſſis veniens in Piccardiã ab Hugone de Govin eorũ ibi, vel Guardiano, vel Miniſtro fuit cum ſociis ſuis ad ſolemnẽ profeſſionem cum omnibus juribus, & privilegiis ſui Tertij Ordinis admiſſus; necnon cum litteris patentibus ſub die 6. Novembris 1593. dimiſſus; quibus in litteris præfatus Hugo adnotatum voluit, ſperare ſe non indubiè, Tertium hunc Ordinem de Pœnitentia aliquando favente Deo per Vincentium, ejuſque ſocios fore in Gallia reſtaurandum. Vt autem Vincentius de B. Pij V. Conſtitutione; *Ea eſt officij &c.* quam ſupra deſcripſimus, cognovit, tum Pontifici pariturus, tum negotium ſuum majori ſtabilitate firmaturus, ad Fratres Minores de Obſervãtia in Provincia Pariſienſi contendens, præmiſſo probationis anno, ad ſolemnia hujuſce Tertij Ordinis vota die 3. Septembr. 1595. fuit cum ſuis à Miniſtro Provinciali receptus: quam profeſſionem anno dehinc 1598. die 24. Innij expeditis litteris, majorique Ordinis ſigillo munitis confirmavit Bonaventura de Calatagyrone Seraphici Ordinis Miniſter Generalis; necnon Vincentio, ut ſæculares, quos noverit idoneos, poſſet ad habitum, & profeſſionem admittere, novaque ſervatis ſervandis Cœnobia recipere, perhumaniter indulſit.

198. Vincentius ergo, recepta Bonaventuræ Generalis ampla facultate, Ordinem ſuum ex integro reformare cœpit ad veſtium vilitatem, jejuniorum obſervantiam, orationis frequentiam, & præcipuè ad graviſſimam paupertatem;

Conventus

Conventus novos erexit, novitios recepit: Pariſiis ad locum, qui *Picpus* dicitur, anno 1601. de licentia Ordinarij in Burgo S. Antonij Conventum fundavit ad Eccleſiam, quam olim à Canonicis, deinde à Ieſuitis, tandem à Patribus Capuccinis poſſeſſam, & his denique aliò tranſlatis, occupavit P. Vincentius, & inſignem omninò Conventum erexit.

Ibid. art. 20.

199. Vt verò Conventus ſuos novos cum veteribus uniret, ut unitos legibus plenæ Reformationis accomodaret, authoritatem Apoſtolicam ſibi neceſſariam judicavit, & impetravit à Clem. VIII. Bullam *Ex injuncto nobis &c.* die........ 1603. qua ipſis Tertiariis Reformatis concedebatur, ut ſingulis bienniis, vel trienniis Capitulum cogerent Provinciale, in quo ſibi ex ſuis, & per ſe ipſos Miniſtrum Provincialem eum plenitudine poteſtatis ad inſtar aliorum Provincialium eligerent, ſed præſidente ipſi Capitulo Miniſtro Generali totius Ordinis Seraphici, vel Commiſſario Generali Vltramontano, vel Commiſſario Nationali (qui, ut in ipſa Bulla dicitur, tunc temporis ſeptem Provincias Galliarum gubernare ſolebat) modo infra dicendo, ipſorumque Miniſtrum Provincialem, & Fratres omnes Tertiarios Reformatos præfatos ex integro Miniſtro Generali, vel Commiſſariis præfatis reſpectivè voluit eſſe ſubjectos. Quæ omnia deinde per Paulum V. fuere confirmata, ut ſequitur.

Arch. Ara-cœl. Cur. Vltr. reg. 2. fol. 104. in alia bulla Pauli V.

P. Vernon Ibid. art. 29.

PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

200. Aliàs fœl. rec. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter volens proſpero ſtatui, & fœlici regimini Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci in Regno Franciæ exiſtentium opportunè proſpicere; motu proprio, & ex certa ſua ſcientia, ac matura deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, univerſos Fratres dicti tertij Ordinis S. Franciſci Franciæ Regni, eorumque Conventus, ſeu domos quaſcumque dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ac Commiſſario Generali Vltramontanæ Familiæ prædicti Ordinis, necnon Commiſſario Generali Nationali Franciæ; quem prædictus Miniſter Generalis, vel Commiſſarius Generalis pro tempore deputaſſet, qui, ut dictus Clemens prædeceſſor noſter acceperat, in ipſorum Miniſtri, & Commiſſarij Generalis abſentia ſeptem Provincias dicti Ordinis Minorum de Obſervantia Regni Franciæ gubernare ſolebat; authoritate Apoſtolica perpetuò ſubjecit, ipſiſque Miniſtro, & Commiſſario Generalibus Vltramontanæ Familiæ, necnon Commiſſario Generali Nationali Franciæ reſpectivè, ut eorum ſinguli per ſe, vel alios ſui Ordinis Fratres ad hoc idoneos reſpectivè deputandos, domos, & Conventus, ac Fratres tertij Ordinis S. Franciſci ſupradictos, tam in capite, quàm in membris viſitare, corrigere, reformare, & caſtigare, necnon electionem Miniſtri Provincialis, ut infra faciendam, ſervatâ formâ Decretorum Conc. Trid. facere, & confirmare poſſent, facultatem conceſſit, & impartitus fuit. Præterea cùm tunc prædicti tertij Ordinis Fratres Miniſtrum Provincialem non haberent, voluit, & eadem authoritate ſtatuit, & ordinavit, quòd Fratres prædicti tertij Ordinis, ſeu eorum Conventuum Superiores, & alij Vocales in unum congregarentur juſſu dicti Miniſtri Generalis Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ſeu Commiſſarij Nationalis Franciæ, & ex ſe ipſis unum Miniſtrum Provincialem per vota ſecreta eligerent, qui ſic electus ab eodem Miniſtro Generali, vel Commiſſario Nationali Franciæ, aut alio, qui eorum nomine hujuſmodi electioni præfuiſſet, confirmari deberet, ac omnibus privilegiis, facultatibus, & authoritate ſuper omnes dicti tertij Ordinis Conventus, & Fratres Regni Franciæ, quibus alij Miniſtri Provinciales aliarum Provinciarum tertij Ordinis S. Franciſci hujuſmodi ubivis exiſtentium frui, & gaudere poterant, & poſſent quomodolibet in futurum, ſine aliqua differentia frui, & gaudere poſſet, & deberet, prout ei ad hoc nominatim facultatem conceſſit, & indulſit. Voluit etiam, quòd ſingulis bienniis, ſeu trienniis iidem Fratres vocales tertij Ordinis prædicti Capitulum Provinciale celebrarent; ante cujus celebrationem tunc exiſtens Miniſter eorum Provincialis teneretur à dicto Generali Miniſtro Fratrum de Obſervantia,

Arch. Ara-cœl. Curiæ Vltr. to. 2. f. 204. p. 2.

vantia, vel à Commiſſario Generali Vltramontanæ Familiæ, ſeu à Commiſſario Generali Franciæ nationali ejuſdem Ordinis de Obſervantia Viſitatorem petere, qui eorum Provinciam viſitaret, & electionem novi Miniſtri Provincialis, ut ſupra, faceret, & confirmaret; verùm ſi hujuſmodi Viſitator intra duos, aut tres menſes ad ſummum non acceſſiſſet, ſupradicti Fratres tertij Ordinis ad celebrationem Capituli, & electionem novi Miniſtri Provincialis abſque interventu dicti Viſitatoris procedere valerent, de qua electione Viſitatorem poſtea accedentem, qui eum confirmare teneretur, certiorem facere deberent; ſed ſi poſt factam hujuſmodi electionem, & dictis Superioribus notificatam electio prædicta intra ſex menſes ab eis confirmata, vel infirmata non foret, ipſa electio Apoſtolica authoritate cenſeretur confirmata eo ipſo, & aliàs prout in dicti Clementis Prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Brevis expeditis litteris pleniùs continetur. Cùm autem, ſicut iidem Fratres tertij Ordinis hujuſmodi Reformati Regni Franciæ nobis nuper exponi fecerunt, ipſi plurimùm cupiant, litteras Clementis prædeceſſoris prædictas, quo firmiùs ſubſiſtant, & ab omnibus inviolabiliter obſerventur, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri: Ideò nobis humiliter ſupplicari fecerũt, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictos Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excomm. &c. necnon dictarum litterarum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati litteras Clementis prædeceſſoris prædictas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, quatenus ſint in uſu, ac minimè revocata, aut ab aliquibus revocationibus non comprehenſa, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes, illa omnia, & ſingula ſic, & non aliter perpetuò obſervari debere, ac irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerab. Fratribus Lugdunen. & Tholoſan. Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ Nuncio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quandoopus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere: non permittentes, illos deſuper à quoquam quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti tertij Ordinis S. Franciſci, etiam juramento &c. Quibus omnibus, & ſingulis &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 27. Octobris 1610. Pontificatus noſtri anno ſexto.

201. Coactis itaque Comitiis, omnium votis concurrentibus etiam ex Normandia, & Piccardia antiquis, & non Reformatis, electus eſt in primum novæ Provinciæ Miniſtrum ipſe pater Vincentius Muſſart; ante quem nullus fuerat in Gallia Tertiariorum Miniſter, ut expreſsè notatur in Bullis bis citatis, licèt dicat perperam hîc P. Vernon. jam de duobus ante Provincialibus legi aliquas notitias, quos ibi nominat. *Pater Vernon. loc. cit. art. 20.*

202. Ad clavum Provinciæ novæ ut ſedit Vincentius, eam univerſam ad ſanctæ Reformationis perfectionem redigere volens, ut Pontificis expreſſam intentiom adimpleret; ad quod dulcioribus mediis judicavit eſſe leniter procedendum; ſed nec hoc modo, nec rigoribus flecti potuit aſſueta libertati, & relaxationi aliorum conſuetudo antiquorum; quocirca juxta Pontificis voluntatem ſæculare brachium implorans, Henrici IV. Regis fortiſſimos favores, & Parlamenti de Normandia pro aſſiſtentia efficaci duo decreta; 1604. unum, 1608. alterum, nec ſine graviſſimis ob *Ibidem.*

con

contradictores difficultatibus impetravit; quorum virtute cùm nullatenus quoquomodo flecti potuerit illorum ſenum inveterata conſuetudo, ad hoc tandem ventum eſt, ut interdicta penitùs illis in poſterum Novitiorum receptione, ipſi in aliquibus ſeparatis à Reformatione Conventibus vitam ſuam abſolverent. Verùm P. Quintinus, qui inter eos jam fuiſſe Provincialis perperam dicebatur, ut dixi, pro Normandia, & Piccardia, & magna pietate inter eos vixiſſe, ut ſantæ Reformationis progreſſus aſpexit, ex intima conſolatione exclamaſſe fertur illud S. Simeonis; *Nunc dimittis ſervum tuum Domine &c.* Vincẽtius autem eo fervore Reformationis negotium promovit, ut præter novos Conventus erectos, antiquos etiam tum in materiali, tum in moralibus, & in ſpiritualibus de novo formaſſe dici potuerit.

Ibidem. 203. Cùm verò P. Vincentius in vim Clementini Decreti jam allegati ſuper Tertiarios Galliæ univerſæ conſtitutos, in Occitanicos Conventus Reformationem vellet extendere, indignati Patres illorum libertati aſſueti ad ſuos Italicæ Congregationis Conſodales ſcripſerunt ut eis nomen darent, & aſſociarentur, quibus libenter auditis, Vicarius, ſeu Viſitator Generalis Italiæ, aliquos è ſuis de Sicilia deſtinavit in Aquitaniam, ut illorum Toloſani præſertim, regimen aſſumerent, donec Henricus Rex de his informatus, eo vel maximè, quòd ſe inſcio Galliam pro gubernio fuiſſent ingreſſi, Italos iſtos è Galliis ejecerit, ſequẽtibus eorum nonnullis, qui in Galliã illos evocaverant. Cęteris tandem Reformationi conſentientibus, per Galliam univerſam reformatus fuit ſub unica Congregatione Ordo Tertiariorum S. Franciſci de Pœnitentia ſtrictioris Obſervantiæ nuncupatus.

Ibidem. 204. Sub uno Miniſtro Provinciali ex ſuis per ſe ipſos electo, & ſub omnimoda dependentia à Miniſtro Generali, ejuſque Commiſſariis juxta citatam Clementis VIII. Conſtitutionem vivebant in Congregatione Gallicana, ſua Provincialia Capitula in pace celebrantes, primum Francovillæ die 14. Maii 1608. ſecundum ad S. Mariæ de Gratiis ad Picpus Pariſiis die 8. Novembris 1607. tertium ibidem 23. Novembris 1609. præſidente Archangelo de Meſſana totius Ordinis Seraphici Miniſtro Generali, in quo decretum eſt, ut Provincia hæc ſub invocatione S. Elzearij de tertio Ordine S. Franciſci titulum exciperet: anno verò ſequenti Paulus V. expedito Brevi *Aliàs &c.* ut ſupradictum eſt, præcitatas Clementis VIII. litteras pro hujus Reformationis inſtituto confirmavit; utque Religioſi iſti gratiis omnibus, juribus, & privilegiis, indultiſque Apoſtolicis uti propriis ex integro fruerentur, quæ Minoribus de Obſervantia Regulari fuiſſent unquam per Sedem Apoſtolicam vel conceſſa, vel concedenda, indulſit.

205. Interea temporis cùm ad S. Franciſci Regulam à Nicolao IV. & Leone X. deſcriptam ſimpliciter viventes, nulla adhuc ſtatuta ſibi propria haberent, paucis ordinationibus exceptis, quæ in Capitulis edebantur, illa in tertio ſuo Capitulo Provinciali anno 1609. ordinare cœperunt ad vitæ reformationem facili methodo, miraque ſuavitate accommodata, quæ ab Archangelo de Meſſana tum Ordinis Minorum Generali Miniſtro poſt debitam diſcuſſionem fuerunt ſequenti Decreto confirmata: [ Nos Frater Archangelus à Meſſana totius Ordinis Fratrum Minorum, necnon Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis S. Franciſci Miniſter Generalis, & Servus. Ibidem. art. 21. fol. 135. Viſis in Capitulo totius Ordinis Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorũ in Francia conſiſtentium ſtatutis, dictorumque Fratrum Conſtitutionibus, pro Reformatione ſua editis, ſtrictè, diligenterque ab iis obſervatis, pro dignitatis noſtræ officio, ut ea, quæ pro hujus Reformationis utilitate hactenus ſtatuta, & ordinata ſunt, firma, & illibata ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur iis libenter adjicimus, approbamuſque, & quia dicti Fratres juxta Seraphici P. N. Franciſci exemplum non ſolùm verbo, ſed & exẽplo fructus in vinea Domini in dies producunt uberrimos, cumque magis ad Dei cultum, vitæque integritatem incendantur, magnum pietatis ſpecimen toti Galliæ Regno prælibantes, non ſine magno Catholicæ Religionis incremento, & animarum ſalute, ea ratione ducti, pro majori dictorum Fratrum ſolatio, ipſorum Reformationis Conſtitutiones, ſuamque vivendi normam juxta Concilij Triden-

tini Decreti denuò confirmamus, & approbamus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras manus noſtræ ſubſcriptione, ac majoris officii noſtri ſigillo muniri volumus. Dat. Parſiis in Conventu B. Mariæ de Gratia die 13. Novembr. anno Domini 1609.]

206. Ano verò 1611. in quarto ſuo Capitulo decreverunt, ut Provincia illa in quatuor dividi deberet, quæ Gallicæ Coronæ Dominium omnes comprehenderent; interim verò cum Fratrum, & Conventuū numerus ad huius diviſionis effectum non ſufficeret, duæ tantùm aſſignarentur, Francica nempe, & Aquitanica opportuno tempore ſubdividendæ, ut Vna ſub titulo S. P. Franciſci in Francia, Altera ſub S. Ivonis nomine in Normandia, Tertia ſub invocatione S. Ludovici in tractu Lugdunenſi, Quarta denique in Aquitania ſub S. Elzearij titulo cum ſuo reſpectivè Miniſtro Provinciali, & quatuor Diffinitoribus ſubſiſtere deberent. Decretum etiam ibidem, ut pro fœliciori ſuo gubernio Vicarium, ſeu Viſitatorem Generalem unum de ſuis, & à ſuis eligendum (Miniſtro tamen Generali totius Ordinis Minorum juxta Pij V. Conſtitutionem per omnia ſubiectum expeterent) qui Provincias illas in ſuo triennio viſitare, triennio autem expleto Vocales ad Generalia Comitia pro ſucceſſoris electione, necnon ad cætera Congregationis negotia pertractanda convocare teneretur, quāvis præcitatam B. Pij V. Bullam in hoc à Sixto V. non revocatam ex parte obſtare cognoſcerent. Statuta hujuſmodi, & cætera ibidem ordinata Reverendiſſimo Ioanni de Jerro Miniſtro Generali in ordine ad confirmationem præſentata, prævia Generalis in Curia Ordinis Procuratoris approbatione fuere confirmata, prout ſequitur [ De mandato Reverendiſſimi Patris Fratris Ioannis de Ierro Miniſtri Generalis vidi huiuſmodi Ordinationes Fratrum tertii Ordinis S. P. N. F. quæ mihi videntur juſtæ, rationi, bono regimini, & religioſo ſtatui maximè conſentaneæ. Dat. in hoc Conventu Aracœli 20. Iunii anno Domini 1612. Frater Rodericus de Portillo Theologiæ Lector, & Procurator Generalis Fratrum Minorum de Obſervantia in Curia Romana.] Ibid. art. 21 fol. 138.

207. [ Nos Frater de Ierro totius Ordinis Fratrum Minorum, necnon Fratrum Pœnitentium tertii Ordin. S. Franciſci Miniſter Generalis, & ſervus. Cum à divina providentia in ædificationem, & in augmentum Religioſæ perfectionis ad hunc Generalatus gradum evecti fuerimus, ut ſcilicet quæ pro illius incremento, ac ſtabilitate ordinanda ſunt ordinemus, & jam ordinata, quantùm in nobis eſt, ſtabiliamus; hinc eſt, quòd ſtatuta, & Conſtitutiones Fratrum Pœnitentium tertii Ordinis S. Franciſci Reformatorum totius Regni Galliæ (quæ Conſtitutiones, & ſtatuta à Reverendiſſimo Patre Archangelo à Meſſana prædeceſſore noſtro viſa, & diligenter conſiderata, necnon approbata fuerunt) denuò, & ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras manus noſtræ ſubſcriptione, ac majori officii noſtri ſigillo muniri volumus. Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ de Aracœli 8. Kalend. Iulii anno Domini 1612. Frater Ioannes de Ierro Miniſter Generalis.] Dehinc à Paulo V. confirmata fuerunt, ut ſequitur.

## PAULUS PAPA V. &c.

208. GRatos Domino, & Regno Franciæ, totique Reipublicæ Chriſtianæ utiles fructus, qui ex tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia, ſtrictioris Obſervantiæ nuncupati, in dicto Regno, inſtitutione, ac fœlici progreſſu provenire noſcuntur, intra cordis noſtri arcana revoluentes, his, quæ pro huiuſmodi Ordinis regimine, & propagatione, divinique cultus augmento, necnon animarum ſalute providè ſtatuta, atque ordinata fuiſſe dicuntur, dum à nobis petitur, Apoſtolici muniminis adjicimus firmitatem. Bordon. in Bull. Tert. Ord. f. 607

1. Sanè pro parte dilecti filii Petri de de Villars dicti Ordinis in Regno prædicto profeſſoris, & eiuſdem Ordinis in Curia Romana Procuratoris exhibita nobis nuper petitio continebat, quòd Superiores, & aliæ perſonæ eiuſdem Ordinis capitulariter congregatæ ea, quæ ad reformationem neceſſaria, & ipſius Ordinis regimini, communi judicio conducere viſa ſunt, tractarunt, & ex iis decreta, & conſtitutiones, ac ſtatuta compegerunt, eaque quia paſſim erant diſperſa,

ſa, variiſque libellis diſtincta, ac diviſa, ut in oculis, ac manibus Religioſorum frequentes eſſe poſſent, in compendium, & certam methodum redegerunt, ſuperfluis amputatis, addendis additis, moderandis moderatis, & iis, quæ contraria videbantur, reconcialiatis.

2. Videlicet circa ſæculares ad probationis habitum admittendos, ac de iis, qui pro laicis recipiendi ſunt; necnon de Conventibus ad Novitios educandos eligendis, & de iis, quæ in Novitiatus exordio, & aliis, quæ quotidie, iterumq; aliis, quæ in hebdomada, menſe, & anno noviciis agenda, prout etiam de iis, quæ tempore Novitiatus ejuſdem cavenda ſunt, ac de officiis novitiatus, zelatoris ſcilicet, & Sacriſtæ, ac Magiſtri ipſorum Novitiorum, eiſdemque Novitiis ad profeſſionem admittendis, & de juvenibus profeſſis, & clericis, qui ſacris ſunt initiandi; necnon de veſtimentorum ratione, colore, & qualitate, ac de tonſura, & voto mandatorũ Dei, ac ſatisfaciendi tranſgreſſionibus, diſtinctione culparum, & pœnitentiis propter illas imponendis, de voto obedientiæ, ac reverentia, & ſubmiſſione Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, cæteriſque Prælatis, & Superioribus dicti Ordin. exhibenda, de voto paupertatis, de laboritiis, & negotiis ad honeſtatem minimè pertinentibus; de eleemoſynis pro Prædicatoribus, & Confeſſoribus oblatis, ipſiſque eleemoſynis quærendis; de fabricis, & fundationibus, ac piis legatis recipiendis; de Syndicis ſæcularibus, vel Procuratoribus Fratrum; de Proviſoribus Conventuum, de ſubſtitutis Syndicorum ſæcularium; de debitis non contrahendis, & de ſolvendis jam contractis; de depoſitis nullo in loco recipiendis, de expenſis pro euntibus ad Capitulum generale faciendis; de computis ſingulis menſibus reddendis; de conſervatoribus delegendis, & de patentibus litteris pro illis delectis; de Archiviis, quæ in eis ſunt aſſervanda; de voto caſtitatis, & de ſuſpectis conſortiis evitandis, de jejunio, de ſilentio, de examine conſcientiæ; de ſacro-ſancta Miſſa celebranda, & audienda, de verbo Dei Fratribus proponendo; de divino officio tàm Clericorum, quàm Laicorum; de Confeſſione, de caſibus reſervatis, prima quidem eorum, qui ſecundùm conſtitutionem fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri Generali, aut Provincialibus Miniſtris, altera verò tabellis eorum, qui ex generalibus Ordinis Conſtitutionibus eiſdem Miniſtris Provincialibus, ac etiam Cuſtodibus reſervantur.

3. Necnon de ſacra Communione, de Prælatorum, & officiorum ordinatione, de electionibus in genere, & quot debeant eſſe numero, & à quibus eligendi, ſeu inſtituendi ſint Inquiſitores, & de qualitatibus eorum, qui ad prædicta officia promovendi ſunt; & de Generali Miniſtro, ejuſque officio, & poteſtate, de modo, quo Generalis Miniſter in unoquoq; dicti Ordin. Conventu recipi debeat; ac de frequentioribus Comitiis, ſeu Congregationibus, & iis, quæ ante Congregationem Generalem agenda, & quæ in ea peragenda ſunt; itemque illis, qui ad Congregationem Generalem ſunt evocandi, & de Cuſtodibus eligendis, ac de forma generalis abſolutionis in omnibus Capitulis tàm Generalibus, quàm Provincialibus ante electiones canonicè, & ritè celebrandas ſervanda; de habentibus votum in electione Viſitatoris Generalis, illiuſque publicationis forma; de Diffinitoribus in Capitulo, & Congregatione Generali eligendis, & de iis, quæ poſt electionem Viſitatoris Generalis, & Diffinitorum peragi debent; de Patrum acclamationibus, & ſequentibus illa ſuffragiis. De Viſitatore Generali, ejuſque officio, & poteſtate, & de iis, qui ad Provincialia Capitula quovis jure, vel conſuetudine accedere debent, de habẽtibus in eis votum, eorũque qualitate, qui ad prędicta officia ſunt promovẽdi, necnon Cuſtodibus, cæteriſque officialibus in Capitulis Provincialibus eligendis, de Diffinitoribus Provincialibus, & iis quæ poſt electionem ejuſmodi agenda ſunt, & quales Guardiani ſint inſtituendi, de Miniſtris Provincialibus, eorumque officio, & poteſtate, & illis, qui jam officio functi ſunt, & iis, qui ex hac vita in officio decedunt, de capitulis localibus, etiam pro electione Capitularis Decreti, de reſidentia, & titulis, de præcedentia, & ſigillis, ac de modo interiùs, & exteriùs converſandi.

4. Ac de Fratribus quavis de cauſa ad curias accedentibus, de vanis, & curioſis vitandis, de cura infirmorum, de viſitatione

tione, quam Prælati debent facere circa Fratres, & Sorores, de Venerabili Sacramento, Sanctorum reliquiis, & oleo Sancto, ſacriſque Altaribus, & Capellis, ſedibus, Confeſſionalibus de Eccleſiis generatim de Sacriſtia, de loco Infirmariæ, Aromataria, & hoſpitiis, ac viſitandis Fratrum Cellis, de Fratribus coram Viſitatore viſitationis gratiâ ſingillatim evocandis, de incorrigibilibus debitè compeſcendis, vel ab Ordine ejiciendis, de Apoſtatis, de officiis mortuorum, de ſepulturis, de obligatione contentorum in Regula, ac de ipſiſmet Decretis, Conſtitutionib9, & ſtatutis, necnon de ſubornatorib9, & revelantib9 ſecreta, necnō de verbis indebitè prolatis, ac minis, & manibus violentis, & conſpirationibus, ac Ordinis diviſionem, ſeu novitatem in eo procurantibus, & ad tribunalia ſæcularia, ac favores recurrentibus, & falſificatoribus, ac litteras intercipientibus, necnon in Iudicio deponentibus, de ſimoniacis, necnon libellis famoſis, & Fratrum defectibus opportunè detegendis, ac ludis evitandis, & criminibus in genere, & Fratribus ad triremes, & ad perpetuos carceres damnatis, & iis, qui apud Sāctiſſimum Inquiſitionis officium abjuraverint, ac de ſpuriis, necnon punitionibus non differendis, ac hoſpitibus, & diverſis delinquentibus, ac rebellantibus, necnon pœnis impoſitis, & appellatione. Necnon ſæcularibus tertij Ordinis utriuſque ſexus recipiendis, ac ejuſdem tertij Odinis Monialibus, & ipſorum Decretorum, Conſtitutionum, & ſtatutorum, obſervatione facta, omnium præſertim inſigniorum graviſſimis culpis debitarum.

5. Videlicet privationis activę, & & paſſivæ vocis, & actuum legitimorum, & officiorum Ordinis, ac proprietariorum, & carceris, necnon contra inobedientes, & contumaces, ac talionis, & apoſtaſiæ, necnon excommunicationis, & earum, quibus Prælati, & Patres qualificati ſunt afficiendi, & contra infamatores, & falſos teſtes præſcriptarum, ac denique in genere pœnarum recapitulatione, & repetitione, prout in eiſdem decretis, conſtitutionibus, & ſtatutis pleniùs dicitur contineri.

6. Cùm autem dicta Decreta Conſtitutiones, & ſtatuta de mandato noſtro per dilectos filios noſtros S. R. E. Cardinales ſuper cauſis, & controverſiis ad Epiſcopos, & Regulares ſpectantibus præpoſitos examinata, & approbata fuerint, pro parte ejuſdem Petri fuit Nobis humiliter ſupplicatum, quatenus decretis, conſtitutionibus, & ſtatutis prædictis robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliiſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

7. Nos igitur dicti tertij Ordinis, ac illius Fratrum indicto Regno fœlici ſtatui, & augmento conſulere cupientes, ipſumque Petrum à quibuſvis excommunicationis &c. Ac Decretorum, & Conſtitutionum, & ſtatutorum hujuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula Decreta, Conſtitutiones, & ſtatuta prædicta, ut præmittitur, compacta, & redacta, dummodo non ſint revocata, nec ſub revocatione ſimilium gratiarum comprehenſa, ſacriſque canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Decretis Concilij Trident. necnon dicti Ordinis inſtitutis regularibus non repugnent; Apoſtolica authoritate, ac tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, omneſque, & ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi qui intervenerint, aut interveniſſe dici poſſent, in eiſdem, ſupplemus.

8. Et nihilominùs omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, Monialibus, Noviriis, & Perſonis, quatenus Decreta, Conſtitutiones & ſtatuta prædicta libenter ſuſcipiant, & amplectantur, ac tamquam legem, & normā vitæ ſuæ inviolabiliter obſervent, in virtute S. Obedientiæ eiſdem, authoritate, ac tenore præcipimus, & mandamus.

9. Ita tamen, ut ſi quis contra Decreta, Conſtitutiones, & ſtatuta hujuſmodi deliquerit, aliis pœnis, quàmquæ in ipſis Decretis, Conſtitutionibus, & ſtatutis comminantur, non ſubjaceat, aut obligetur.

10. Ipſaque Decreta, conſtitutiones, & ſtatuta nullo unquam tempore à Superioribus ejuſdem Ordinis, vel aliis quavis authoritate fungentibus, inconſulta Sede Apoſtolica abrogari, reſcindi, aut in aliquo immutari, vel alterari poſſe, volumus.

vel

11. Sicque per quoſcumq; Iudices &c.

12. Quocirca omnibus,& ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis in dicto Regno exiſtentibus,eorumque Officialibus, ac dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in eodem Regno Nuntio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe,vel alium præſentes litteras,& in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Petri, ſen aliorum dicti Ordinis Superiorum, & Fratrum, ac Monialium fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra, Superiores, & Fratres, ac Moniales hujuſmodi præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes, illos deſuper àquoquam quavis authoritate indebitè moleſtari.

13. Contradictores quoſcumque per cenſuras &c.

14. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictique tertij Ordinis, & illius domorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica,vel quavis firmitate alia roboratis antiquis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis tertio Ordini, & illius domibus regularibus,Superioribus, Fratribus, Monialibus, & aliis quibuſcunque perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, & approbatis, & innovatis &c.

15. Nulli ergo omnino hominnm &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1613. decimo ſexto Kal. Maij Pontificatus noſtri anno octavo.

209. Horum virtute ſtatutorum cum expreſſa Ioannis de Ierro Miniſtri Generalis licentia, & deputato per ipſum magni Conventus Pariſienſis Guardiano in Præſidem, die 17. Iulij 1613. ſuum primum Generale Capitulum Pariſiis *ad Picpus* celebrantes, unanimi conſenſu Vincentium ſuæ Reformationis Primicerium elegerunt in Vicarium, ſeu Viſitatorem Generalem, duarum exinde Provinciarum Miniſtros, ſimul & quatuor Diffinitores Generales; quam regiminis methodum, etiam poſt ſubdiviſas haſce Provincias ad annum uſque 1642. retinuerunt; quando Vrbanus VIII. ab ipſorum Tertiariorum Procuratore,aliiſque nonnullis contra hujuſmodi muneris inſtitutionem, & continuationem ſupplicatus, cauſam Epiſcopis nonnullis in Gallia diſcutiendam commiſit, quorum audita relatione, necnon utriuſque partis rationibus longa maturitate diſcuſſis, Vicariatum, & Viſitatoriatum ipſum pro interim ſuppreſſum eſſe voluit; quem deinde Innocentius X. totaliter extinguens, Tertiarios ipſos ad antiquam, & omnimodam ſolius Miniſtri Generalis, & Commiſſarij, ut ſupra dictum fuerat, necnon Cardinalis noſtri Protectoris obedientiam, & juriſdictionem voluit eſſe reſtitutos; prout ex Apoſtolicis ipſorum litteris clariùs apparebit.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

210. Salvatoris D. N. I. Chriſti, qui charitas eſt, & Deus pacis, vices meritis licèt imparibus gerentes in terris, in his, per quæ Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim Altiſſimo ſub ſuavi religionis jugo famulantium tranquillitati, & fœlici gubernio conſulitur, paſtoralis officij noſtri partes libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem Verabilibus Fratribus Carnoten. Melden. & Sylvanecten. Epiſcopis commiſimus, ut quæ inſtitutionem, & ſtatum officij Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nnncupati concernunt, & quæ ab ejus directione dependent examinarent, ac informationes deſuper captas ad Nos, & Apoſtolicam Sedem tranſmitterent, & aliàs, prout in noſtris in ſimili forma Brevis die 13. Iunij proximè præteriti deſuper expeditis litteris, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis haberi volnmus, pleniùs continetur. Cum autem Epiſcopi Carnot. & Melden. prædicti relationem, & captas informationes per eos ſnper præmiſſis ad Nos tranſmiſerint, à quibus ab alia parte ad Nos appellatum fuit. Nos, ut negotium hujuſmodi maturiùs diſcuteretur, illud tum à nonnullis gravioribus Ordinis Regularis Patribus, tum

tum ab aliquibus Romanæ Curiæ Prælatis, & tandem ab iiſdem coram dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentij in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato S.R.E. Vicecancellario, noſtro ſecundùm carnem ex fratre Germano Nepote, dictique Ordinis apud nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore, auditis pluries partibus examinari mandavimus quorum audita ſententia, Nos eorumdem Fratrum paci, & quieti conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, officium Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis præfatum cum omnibus ab illo dependentibus, & illi annexis tenore præſentium ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum ſuſpendimus, & quouſque à nobis, vel Sede Apoſtolica aliter in præmiſſis diſpoſitum fuerit, illud pro non inſtituto ex nunc haberi volumus, & mandamus; ac inſuper, ut Ordo præfatus in Regno Franciæ proſperè in Domino dirigatur, motu, ſcientia deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, earumdem tenore præſentium volumus, ſtatuimus, & ordinamus, ut omnes, & ſingulæ Fratrum prędictorum Provincię, & Miniſtri Provinciales ſoli Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci nunc, & pro tempore exiſtenti, unà cum Conventu S. Mariæ Miraculorum nuncupato de Vrbe Fratrum tertij Ordinis præfati immediatè ſubſint, & ad dictum Miniſtrum tantùm, necnon ad dictum Franciſcum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Ordinis præfati Protectorem, Romanamque Curiam in caſibus occurrentibus recurrere teneantur. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari debere, neq; illis per quaſvis alias, etiam contrarias diſpoſitiones, etiam motu ſimili emanandas ullatenus derogari, nec derogatum cenſeri poſſe, niſi de illis, eorumque totis tenoribus, ac data ſpecialis, & individua mentio fiat, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionib⁹, & ordinationib⁹ Apoſtolicis, etiā Cōciliaribus, necnon ordinationibus Provinciarum, vel Conventus præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica &c. contrariis quibuſcumque Dat. Romæ &c. die 20. februarij 1642. Pontificatus noſtri anno 19.

## INNOCENTIVS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam*

112. ALiàs fœl. rec. Vrbano Papæ VIII. prædeceſſori noſtro pro parte tunc exiſtentis Procuratoris Generalis Congregationis Gallicanæ tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum expoſito, quòd multa præ cæteris ipſius Congregationis ſtatuta Apoſtolica authoritate confirmata, electionem, durationem, & authoritatem Viſitatoris ſui Vicarij Generalis dictæ Cōgregationis concernentia reperiebantur, quòdque ipſum Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis hujuſmodi officium authoritate legitima inſtitutum nullatenus apparebat; ſubinde idem Vrbanus prædeceſſor noſter, ut ea, quæ inſtitutionem, ac ſtatum Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis hujuſmodi concernebant, & quæ ab illius directione dependebant, exactè, accuratéque expenderentur, tunc exiſtentibus, Carnoten. Melden. & Sylvanecten. Epiſcopis, ſeu eorum Officialibus dedit in mandatis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, ac aliàs ſub certis modo, & forma tunc expreſſis inſtitutionem, ac ſtatum Officij Viſitatoris Generalis præfati, illiuſque directionem diligenter, & maturè examinarent, parteſque hinc inde in præmiſſis juridicè, prout occaſio tuliſſet, reique qualitas exegiſſet, audirent, illiſque auditis, quæ circa Inſtitutionem, ac ſtatum officij Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis hujuſmodi, illiuſque directionem reperiſſent, egiſſentque, illa, & informationes deſuper captas, eidem Vrbano prædeceſſori, & Sedi Apoſtolicæ referrent, & tranſmitterent, ut quæ pro fœl. proſperaque dictæ Congregationis, ejuſque Provinciarum directione ſtatuenda, & ordin

Arch. Aracœl. Cur. Vltr. Reg. 6. fol. 15.

ordinanda fuiſſent, matura conſultatione adhibita decerneret;poſtmodū eidem Vrban. prædeceſſori expoſito,quòd præfati Carnoten. & Melden. Epiſcopi relationem, & captas per eos informationes ſuper præmiſſis ad eumdem Pontificem tranſmiſerant,& ab eis à parte contraria ad eum appellatum fuerat; Idem Vrbanus prædeceſſor, ut negotium hujuſmodi maturiùs diſcuteretur, illud tum à nonnullis ex gravioribus Ordinis profeſſoribus, tum ab aliquibus Romanæ Curiæ Prælatis, auditis pluries hinc inde partibus,examinari mādavit,eorumq;auditâ deſuper ſententiâ motu ſuo proprio, deq; Apoſtolicæ plenitudine poteſtis officium Viſitatoris,ſeu Vicarij Generalis hujuſmodi præfatum cum omnibus ab illo dependentibus, illique connexis ad ſuum,& Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendit,& quouſque ab eo,vel dicta Sede aliter in præmiſſis diſpoſitum fuiſſet, illud pro nō inſtituto ex tunc haberi voluit, & mandavit. Ac inſuper,ut Tertius Ordo prȩfatus in Regno Franciæ proſperè dirigeretur,motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuit, & ordinavit, ut omnes, & ſingulæ Fratrum prædictorum Provinciæ, & Miniſtri Provinciales ſoli dumtaxat Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum pro tempore exiſtenti, una cum Domo regulari, ſeu Conventu S. Mariæ Miraculorum nuncupator. de Vrbe Fratrum Tertij Ordinis præfati immediatè ſubeſſent,& ad dictum Miniſtrum Generalem, necnon ad pro tempore exiſtentem apud Sedem eamdem dicti Ordinis Protectorem, Romanamque Curiam in caſibus occurrentibus recurrere tenerentur, & aliàs,prout in dictis ejuſdem Vrbani prȩdeceſſoris in ſimili forma Brevis litteris deſuper 1641. & 1642. annis reſpectivè emanatis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, uberiùs continetur.Cùm autem,ſicut accepimus, quietis dictæ Congregationis plurimùm intereſt, ut ſupradictum Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis officium de cujus, ut præfertur, legitima inſtitutionie hactenus non apparuit,minimè remaneat ampliùs in ſuſpenſo, ſed illud perpetua noſtra, dictæque Sedis Apoſtolicæ ſuſpreſſione in futurum tollatur; idcirco Nos ad uberes fructus,quos ijdem Tertij Ordinis præfati Fratres dictæ Congregationis, vel ab ipſius primordio in Eccleſia Militanti magno cum Reipublicæ Chriſtianæ ſpirituali commodo attulerunt, & in dies afferre noſcuntur, paternè dirigentes conſiderationis intuitum,& ſperantes (Deo dante) quòd eadem Congregatio fœlicioribus deinceps in Vinea Domini proficiet incrementis, necnon eoſdem dicti Tertij Ordinis Fratres ſpecialibus favoribus,& gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excōmnicationis &c. harum ſerie abſolventes,& abſolutos fore cenſentes, de Venerab. Fratrum noſtrorum S R. E. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, quibus præmiſſa examinanda ſpecialiter demandavimus, & commiſimus, auditis partibus, & re maturè diſcuſſa motu proprio, & ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, officium Viſitatoris, ſeu Vicarij Generalis dictæ Congregationis prædictum, quòd vigore præfatarum litterarum,motu proprio,ut præfertur,ab eodem Vrbano prædeceſſore in ſuſpenſo remanſerat, tenore præſentium perpetuò ſupprimimus, & tollimus cum omnibus, & ſingulis ipſius dependentiis annexis,&connexis,ipſamque Congregationem, illiuſque Provincias, & perſonas nunc, & pro tempore exiſtentes,una cum præfata domo Regulari B.Mariæ Miraculorum de Vrbe Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum pro tempore exiſtenti de cætero ſubeſſe, ad ipſum dumtaxat, & ad Sanctam Sedem recurrere reſpectivè debere, & teneri. Cum hoc tamen, quòd pro tempore exiſtens Miniſter Generalis eorumdem Fratrum Minorum de Obſervantia, Provincias præfatas per ſe, vel ſuos ſpeciales delegatos Viſitatores, juxta præſcriptum ſtatutorum generalium dicti Ordinis, viſitatare,corrigere, ac in eis omnimodam Superioris Generalis juriſdictionem toties, quoties opus fuerit, exercere liberè,& licitè poſſit,& valeat, volumus, declaramus,perpetuumque deſuper ſilentium imponimus, ſalva tamen in præmiſſis ſemper authoritate eorumdem Cardinalium; Decernentes, præſentes litteras ſemper, & perptuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore,

re, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere ac ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernũt, & concernent quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari, ſicque per quoſcunque Iudices Ordinarios, & delegatos, ac quoſvis Cõmiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Card & de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari &c. Non obſtantibus &c. Volumus &c. Dat. Romæ &c. Die prima Octobris 1648. Pontificatus noſtri anno IV.

In hiſt. Priſ. Vernon loc. cit. 212. Notandum tamen, quòd cum anno 1638. P. Ignatius le Gault de S. Dionyſij Provincia Recollectus ſuper univerſos de Ordine S. Franciſci Fratres, & Sorores per Breve Vrbani VIII. fuiſſet inſtitutus Vicarius Generalis, ſuper Tertiarios tamen juriſdictionem exercere non potuit, eo quòd Pontifice de proprio Tertiariorum Vicario non informato, Breve illud de ſubreptitione fuerit ſuſpectum. Vnde cùm poſt Ignatium præfatum P. Fortius magni Conventus Pariſienſis Guardianus, & Definitor Generalis in Vicariatu ſucceſſiſſet, declaravit ſubitò, nullam ſuper Tertiarios ſibi competere authoritatem.

213. Gallicana itaque Congregatio Fratrum Reformatorum tertij Ordinis de Pœnitentia S. Franciſci nuncupata anno 1595. à Ven. P. Vincentio Muſſart, primi zeli, grandiſque perfectionis viro inchoata, à Clemente VIII. Pontifice ſtabilita, ſub Obſervantiæ Regulagularis de Ordine Minorum Superioribus gñalibus pro fœliciori directione ſubjectata, ut in ſeparatis ſuis Comitiis proprios de ſuis Miniſtros Provinciales eligerent, impetravit. Paulus V. prædicta omnia potiori ſtabilitate confirmans, habitum illorum à Capuccinico diſtinxit, (de quo inferiùs,) utque mobilia, & immobilia juxta Concilij Tridentini Decretum in communi poſſiderent, indulſit. Frater Achangelus de Meſſana Miniſter Generalis illos enixè fovit, altè commendavit, electionibus eorum præſedit, & ſtatuta confirmavit. Quæ dehinc ampliata Ioannes de Ierro itidem Miniſter Generalis, addito Vicario Generali, confirmare non renuit, dividique Provincias illorum, expreſsè conſenſit; demum ut ad habitum, & profeſſionem tertij Ordinis in domo propria commorantium adventantes excipere poſſent; litteras etiam (ut vocant) *Filiationis* benefactoribus ſuis concederent indulſit, quæ deinceps Pauli V. litteris Apoſtolicis legimus fuiſſe confirmata.

PAVLVS PAPA V. &c.

214. QVæ pro augenda Chriſti fidelium Religione providè facta fuiſſe dicuntur, ut ad Dei gloriam, & ſuarum animarum ſalutem magis in dies charitate illi ferveant, libenter Apoſtolico præſidio communimus, prout in Dño conſpicimus ſalubriter expedire. Ibid. f. 601.

1. Siquidem exponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Villars tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci de pœnitentia Reformat. nuncupati, Regni Franciæ profeſſor, & ejuſdem Ord. in Romana Curia Procurator, quòd dilectus filius Ioannes de Ierro Ordinis Fratrum S. Franciſci de Obſervantia etiam nuncupati Miniſter Generalis, cui dicti Fratres Reformati Authoritate Apoſtolica ſubjecti exiſtunt, habitâ notitiâ, quòd jam nonnullæ ſumma pietate fulgentes perſonæ in Regno Franciæ exiſtebant, quæ ad imitationem S. Ludovici, & S. Ivonis ejuſdem nationis ad Tertiam Regulam S. Frãciſci pro ſæcularibus à fœl. rec. Nicolao IV. prædeceſſore noſtro editam recipi deſiderabant.

2. Dictus Ioannes Miniſter Generalis, piis illorum votis volens benignè annuere, ex indulto ſibi à Sede Apoſtolica conceſſo plenariam, & omnimodam poteſtatem Provinciali, omnibus Guardianis domorum Fratrum dicti tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum ejuſdem Regni Franciæ conceſſit, ut quaſcumque utriuſque ſexus perſonas ad obſervationem dicti Nicolai prædeceſſoris Regulæ, juxta ejuſdem Ordinis ſtatuta recipere, veſtire, regere, & aggregare liberè, & licitè poſſint, & valeant. Et ſi eatenùs aliquæ à dictis Fratribus Reformatis factæ fuiſſent receptiones hujuſmodi perſonarum, tanquam validas conformavit, & approbavit. Inſuper Provinciali, & Guardianis præfatis poteſtatem plenam conceſſit, ut quibuſcunque

que perſonis de ſua Congregatione benè viſis, quæ ipſius bonorum omnium ſpiritualium participes fieri deſiderabãt, litteras filiationis nuncupatas, piè, benignèque impendere poſſint.

3. Prohibuit etiam Fratribus dicti Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, ne quemquam habitu Tertiariorum abſque dicti Provincialis conſenſu veſtiant, vel eos recipiant, ſed tantùm liceat eiſdem Provinciali, & Superioribus prædictis eoſdem veſtire, & recipere, prout in patentibus litteris ipſius Ioannis Miniſtri Generalis pleniùs dicitur contineri.

4. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Petrus plurimùm cupiat, conceſſione, litteraſque patentes prædictas pro illarum firmiori ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5. Nos igitur dictum Petrum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. Hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, ac deſuper confectas litteras patentes hujuſmodi, omnia que, & ſingula in illis diſpoſita Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

6. Et nihilominus modernis pro tempore exiſtentibus Provinciali, omnibuſque Guardianis Domorum Fratrum dicti tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum ejuſdem Regni Franciæ, ut quaſcumque utriuſque ſexus perſonas ad obſervationem Regulæ per dictum Nicolaum prædeceſſorem, ut premittitur, editam, juxta ſtatuta prædicta recipere, & ad habitum in dicta Regula deſcriptum admittere.

7. Et perſonæ ſic admiſſæ omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indultis, & gratiis, quibus in aliis Regnis, & Provinciis ad habitum hujuſmodi admiſſi de jure, uſu, & conſuetudine, aut aliis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum quomodolibet, & pariformiter. Quoad exemptionem tamen juxta præſcriptum Lateranenſis Concilij ultimo loco celebrati, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

8. Decernentes, præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, dictiſque Fratribus Reformatis in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, ac irritum, & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

9. Quocirca venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, & Toloſano Archiepiſcopis, ac dilecto filio, noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ pro tempore exiſtenti Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel aliũ, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra, illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes, illos deſuper à quoquam quomodolibet indebitè moleſtari.

10. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

11. Non obſtantibus &c. Volumus autem &c. Datum Romæ &c. die 14. Martij 1613. Pontif. noſtri anno VIII.

215. Advertendum tamen in hoc diplomate, & alio infra in c. 11. recitando, quòd quamvis de prohibitione per Generalem Miniſtrum ſuis Obſervantibus facta, ne ad habitum tertij Ordinis ſæcularium quemquam admittant &c. in narrativa dicatur; cum tamen de hoc authenticè non conſtiterit, & aliqualiter ſuſpecta videri debuerit ſupplicantium expoſitio; nihil ſuper eam in Pontificis ordinatione legitur fuiſſe appoſitum.

216. De benigno illorum apud Aram-

cœli hoſpitio, donec proprium in Vrbe Conventum habuerint, de Franciſcanæ chordæ, atque calepodiorum conceſſa aſſumptione, hæc habemus in Ordinis Regeſtis.

*[ Nos Fr. Archangelus à Meſſana totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, necnon Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis S. Franciſci Miniſter Generalis, & ſervus, omnibus præſentes inſpecturis ſalutem.*

Arch.Aracœl. Curiæ Vltr. to. 2. fol. 103. CVm Fratribus noſtris tertij Ordinis S. Franciſci Reformatis de Francia Romam venientibus nullus adhuc locus, in quem ſe recipere, vel recipi poſſint à prædeceſſoribus noſtris aſſignatus fuerit. Volentes dictorum Fratrum tam animi, quàm corporis tranquillitati, cum ſint filij noſtri, & ſub obedientia noſtra conſtituti, pro dignitatis noſtræ officio proſpicere, volumus, injungimuſque noſtro Commiſſario, ſive Procuratori pro tempore exiſtenti pro Vltramontana Familia, ut poſt hac quoties aliqui illorum ex dicta Franciæ Provincia Romam legitimè à Superiore ſuo miſſi fuerint, oſtenſa dicto Commiſſario, ſive Procuratori noſtro Provincialis ſui obedientia, in Conventu noſtro Ara-cœli ab iiſdem retineantur, ubi cum Fratribus noſtris primi Ordinis habitare, degere, convictitareque poſſint tamdiu, quamdiu prædicti Commiſſarius, & Procurator judicabunt; Quibus, omnibuſque dicti Conventus Superioribus dictos Fratres commendamus, & eos pro poſſe tamquam proprios Fratres noſtros cum omni charitate, amore, & benevolentia excipiant, tractent, ampleçtanturque. Quoties autem opus fuerit iiſdem Fratribus ut ſua negotia in Vrbe tractare valeant, licentiam egrediendi è Conventu benigniter impendant: Quod cùm Fraterno amore præſtiterint, certo ſciant, ſe à Deo opt. max. qui eſt fons, & auctor omnium bonorum, centuplū accepturos, nobiſque rem gratiſſimam peracturos. Datum Romæ in prædicto Aracœli Conventu die 15. Aprilis 1610.

Locus † Sigilli *Fr. Archang. à Meſſana, qui ſup. manu prop.*

Ibidem. 217. Idem Reverendiſſimus Pater Generalis Archangelus à Meſſana dictis Fratribus tertij Ordinis S. Franciſci Reformatis de Francia in Capitulo ſuo Provinciali Pariſiis in Conventu B. Mariæ de Gratia, die 23 Novembris 1609. edito mandavit, juſſitque, ut depoſita corrigia, tamquam veri filij S. P. Franciſci cingulum crineum aſſumerent, defferentque in poſterum non obſtant. contrariis quibuſcumque.

*[ Fr. Ludovicus à S. Ioanne Evangeliſta Ord. S. Franciſci Regularis Obſervantiæ, necnon Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci Vltramontanæ Familiæ cum plenitudine poteſtatis in Romana Curia Commiſſarius Generalis, & ſervus, omnibus præſentes inſpecturis, lecturis, vel audituris ſalutem & pacem in filio pacis.*

CVm ex parte Fratrum Pœnitentium tertij Ordinis Regni Galliæ multoties apud Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. D. S. R. E. Cardinalem Pamphilium S. D. N. Pauli divinâ providentiâ Papæ V. Vicarium Generalem, necnon totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervãtia, & Pœnitentium tertij Ordinis Viceprotectorem inſtantia fuerit facta, & humilis ſupplicatio, ut depoſita corrigia, quam hucuſque dicti Fratres de Pœnitentia portare conſuevêre, chorda crinea, ſive canapea uti poſſint. Sua tandem Illuſtriſſima D. hujuſmodi ſupplicationi annuit; Quapropter de Ordine, & ſpeciali mandato ejuſdem Illuſtriſſimi D. authoritate præſentium omnibus, & ſingulis Fratribus tertij Ordinis S. Franciſci in Regno Galliæ exiſtentibus liberam concedimus licentiam, & facultatem, ut rejecta, ſive depoſita corrigia prædicta, chordam crineam, vel canapeam impoſterum queant aſſumere, ac deferre. Item idem Illuſtriſſimus D. dictorum Fratrnm votis, ac devotioni conſulens licentiam eiſdem impartivit, ut ſicuti ab initio ipſorum Reformationis viginti ab hinc duobus cerciter annis continuò ſandalia, zocoloſve pro ipſorum velle geſtavere, ad præſenſque gerunt, ſic & deinceps geſtare, ac ferre liberè valeant. Non obſtantibus conſtitutionibus Generalibus in contrarium facientibus. Dat. Romæ in Conventu S. Mariæ de Ara-cœli die 17. Maij 1610. Ibidem.

Locus † Sigilli *Fr. Ludovicus de S. Ioanne Evangeliſta, qui ſup. manu propr.*

218 Deinde

Ibid.Reg. 5.fol. 35. 218. Deinde annuente etiam Pontifice, proprium in Vrbe Conventum pro ſuarum quatuor Provinciarum Fratribus,& negotiis ad portam Flaminiam ſub Miniſtri Generalis obedientia, & formis in Brevi Apoſtolico deſcriptis impetrarunt,de quo ſuo loco dicemus, & jam ſuperiùs innuimus.

In Hiſt.P. Vernon. cit.art.21. 219. Dum verò tanta fœlicitate in Dei laudem profectus ſuos promoverent in Gallia, venit inimicus homo, & ſuperſeminavit zizania, contra ſuorum in profeſſione votorum ſolemnitatem,& validitatem dubietate ſuſcitata. Primarias inter hujus Congregationis tribulationes hæc fuit una de principalibus, dum invidi nonnulli, ſuæque profeſſionis immemores publicè docere non erubeſcerent, Ven.P. Vencentium Muſſart legitima ad hæc authoritate non munitum Congregationem in illa excellentia conſtituere non potuiſſe, ut profeſſorum ſuorum vota ſolemnia valida dicerentur, ideoque ad Religionem obligantia. Benignus Miniſter Generalis, dum Gallicanas Provincias viſitaret, ſuper hiſce primò interpellatus, adhibito Fratris Hugunis Cavelli Theologi in toto Ordine celeberrimi,& deinc Archiepiſcopi Ardmachani, aliorumque inſignium virorum conſilio, cauſâque accerrimè diſcuſsâ, & ſcripturis pro utraque parte diligentiùs examinatis, anno 1622. in Generali eorum Capitulo publicatâ ſententiâ pro ſolemnitate, atque validitate votorum hujus Congregationis in ordine ad veræ Religionis obligationem pronunciavit.

220. Anno iterum 1625. cum aliqui inquieti tantæ deciſioni non acquieſcerent, iterum ad Franciſcum Barberinum Cardinalem Vrbani VIII. Nepotem, & ad Galliæ Regem Legatum à Latere pro hujus cauſæ deciſione recurrerunt; qui, ut pro rei dignitate negotium tota majeſtate decideretur, Rolandum deſtinavit Archiepiſcopum Burgenſem, ut cum aſſiſtentia Andrææ de Valle in Sorbonica Vuiverſitate Regij Theologi, & Patris Claudij Guillani è Societate Ieſu doctiſſimi in paucis, Capitulo eorum,& huic deputationi præſiderent: Deputati ergo partes ſæpiùs tota quiete audierunt, ſcriptas eorum rationes ſeriùs examinarunt, tandemq; concluſerunt die 4. Iulij 1625. ſuper indubitabili horum votorum ſolemnitate,validitate,ac perpetuitate nullum potuiſſe eſſe ambigendi locum. Cardinalis Legatus audita eorum relatione, iiſdem iterum coram ſe evocatis, ſuparaddidit D. Spadam Archiepiſcopum Barienſem in Belgio Nuntium etiam Apoſtolicum, ſed tunc Pariſiis hærentem; deinde S. R. E. Cardinalem) & Ioannem Baptiſtam Pamphilium ſacræ Rotæ Auditorem (qui demum fuit Pontifex ſub nomine Innocentij X.) ſimul cum eis Nicolaum Iſambert inter Sorbonicos primi nominis Theologum, & Patrem Stephannm Guerry è Sacra Societate Ieſu doctiſſimum: ab his omnibus coram ſe unitis punctum hujus difficultatis acerrimè diſputari, & examinari præcepit, ex quorum tandem unanimi ſententia ſedens pro tribunali, authoritate Apoſtolica definivit, & pronuntiavit, citra omnem dubietatem vota Patrum Tertiariorum Gallicanæ Congregationis, atque Monialium ab his dependentium in eodem Ordine veriſſimè religioſa eſſe, ſolemnia, valida, & perpetua; quæ ſententia ſubitò in pleno ipſorum Tertiariorum Capitulo Generali ad S. Mariæ de Gratiis *ad Picpus* publicata fuit,& acceptata. Vrbanus autem Pontifex, Cardinalis Legati Patruus ad ipſorum Tertiariorum ſupplicationes præfatas deputatorum,& Cardinalis ſententias in ſuis litteris Apoſtolicis per extenſum recitatas, expedito Brevi Apoſtolico, quod hîc appono, in perpetuum confirmavit.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

221. EX debito Apoſtolicę ſervitutis, quam divina Majeſtas, nullis nos juvantibus meritis, ſed ex ſuæ bonitatis abundantia noſtris humeris impoſuit, his, quæ pro exortis circa emiſſas per Perſonas Regulares ſolemnes profeſſiones dubiis ſubmovendis, ut ipſæ perſonæ Regulares intra profeſſionum ſuarum hujuſmodi limittes reddant Domino debitos fructus, rectè facta, & ordinata fuiſſe dicuntur, Apoſtolicæ firmitatis numimen libenter adjicimus, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius Ambroſius Lexovienſis Ex lib. Conſtit. ipſorum.

Fratrum

Fratrum tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati ſtrictiori Obſervantiæ Congregationis Galliæ Procurator Generalis, quòd aliàs imminente proximè celebrati Capituli Generalis dictæ Congregationis celebratione, pro parte dilectorum filiorum Fratrum Ordinis, & Congregationis hujuſmodi dilecto filio noſtro Franciſco S. Agathę Diacono Cardinali Barberino nuncupato, noſtro ſecundùm carnem ex fratre germano nepoti, tunc ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Frãcorum Regem Chriſtianiſſimum, & univerſum Franciæ Regnum, illiuſque Provincias, Dominia, Civitates, Oppida, Terras, & loca eidem Regi ſubjecta, & dicto Regno adjacentia, ceteraque alia loca, ad quæ illum declinare contigiſſet, noſtro, & Sedis Apoſtolicæ de Latere Legato, expoſito, ipſos Capitulum hujuſmodi in domo Regulari S. Mariæ de Gratia nuncupatæ Pariſienſis ejuſdem Congregationis, pro electione Viſitatoris Generalis, ac aliorum Superiorum Ordinis, & Congregationis prædictorum, necnon diverſis negotiis Ordinem, & Congregationem hujuſmodi concernentibus, tunc propediem celebrari debere, in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdum dubia, ac differentias in maximum totius Ordinis præjudicium oriri ſolere, & propterea pro parte eorumdem Fratrum eidem Franciſco Cardinali, & Legato humiliter ſupplicato, ut in præmiſſis opportunè providere de ſuſceptæ Legationis ſuæ officio dignaretur. Idem Franciſcus Cardinalis, & Legatus, Vener. Fratrem Rolandum Archiep. Biturien. in præſidem dicti Capituli, necnon Andræam *du-Vall* Preſbyterum in Academia Sorbonica Pariſienſi ſacræ Theologiæ Profeſſorem, ac unum ex Patribus alicuius à Sede prædicta approbatæ Religionis à dicto Capitulo eligendum, dilectos filios in eius abſentia Aſſiſtentes authoritate ſui Legationis officij conſtituit, & deputavit, prout pleniùs continetur in litteris dicti Franciſci Cardinalis, & Legati, quarum tenor eſt, qui ſequitur: videlicet: Franciſcus miſeratione Divina S. Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus, ad Sereniſſimũ Principẽ Ludovicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, ac univerſum Franciæ Regnum, illuſque Provincias, Dominia, Civitates, Oppida, Terras, & loca eidem Regi ſubiecta, & dicto Regno adjacentia, cæteraque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Vrbani divinâ providentiâ Papę VIII & Sedis Apoſtolicæ de Latere Legatus: Cum ſicut nobis nuper dilecti nobis in Chriſto Patres tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Franciæ exponi fecerunt, ipſi Capitulum eiuſdem Congregationis in Domo Regulari S. Mariæ de Gratia nuncupatæ ejuſdem Ordinis Pariſienſi, tàm pro electione Viſitatoris Generalis, ac aliorum Superiorum dictorum Ordinis, & Congregationis, quàm etiam pro diverſis negotiis Ordinem, & Congregationem huiuſmodi concernentibus propediem celebrare debeant; in ſimilibus verò Capitulis nonnulla interdum dubia, ac differentię in maximum totius Ordin. præjudicium oriri ſoleant. Quare pro parte eorumdem Patrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportunè providere de ſuſcepto Legationis noſtræ officio dignaremur. Nos, qui pacem inter perſonas quaſlibet, præſertim ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantes, vigere ſinceris exoptamus affectibus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Reverendiſſimum Rolandum Modernum Archiepiſcopum Bituricen. in præſidem dicti Capituli, necnon dilectum nobis in Chriſto Andræam *du-Vall* Preſbyterum in Academia Sorbonica Pariſienſi Theologiæ Profeſſorem, ac unum ex Patribus alicuius à Sede Apoſtolica approbatæ Religionis à dicto Capitulo eligendum in Aſſiſtentes, Apoſtolica authoritate, quâ fungimur in hac parte, tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, eiſque Capitulum prædictum cõgregandi, & negotia, quæ in eo proponentur juxta ſacros Canones, ac eorumdem Ordinis, & Congregationis inſtitutum terminandi, abuſus, ſi qui in electione prædicta intervenerint, tollendi, dubia, difficultates, quæ durante eodem Capitulo occurrere poterunt, reſolvendi, cæteraque omnia, & ſingula, quæ circa præmiſſa neceſſaria fuerint, faciendi, dicendi, cognoſcendi, & exequendi plenam, & liberam authoritate, & tenore præmiſſis concedimus facultatem. Quocirca eiſdem Domino Rolando Archi

Archiepiſcopo, & Aſſiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, ut negotium hujuſmodi libenter ſuſcipiant, & illa, quæ conſideratione circa præmiſſa digna fuerint, nobis ad effectum illa reſolvendi referant Patribus verò Capitularibus prædictis in virtute S. Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus omni mora, & ſubterfugio ceſſantibus ordinationes, & ſalubria mandata eorum Præſidentis, & Aſſiſtentium circa præmiſſa libenter ſuſcipiant, ac ita illis in præmiſſis obediant, ut finito hujuſmodi Capitulo noſtram, & Sedis Apoſtolicæ benedictionem conſequi mereantur. Datum Burgi Reginæ Pariſienſis Diœceſis anno 1625. die 17. Iunij, Pontif. ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ Vrbani anno II. Cùm autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, in dicto Capitulo Rolandus Archiepiſcopus Præſes, & Andræas prędicti, necnon dilectus filius Claudius Guillain Presbyter Societatis Ieſu Aſſiſtentes Capituli hujuſmodi, ſuper validitate profeſſionum Fratrum, & Monialium Ordinis, & Congregationis prædictorum, Decreta tulerint tenoris ſubſequentis, videlicet: Nos Rolandus Dei, & Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Bituricenſis, Patriarcha, & Primas Aquitaniæ, ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali Barberino nuncupato, ad Regem Chriſtianiſſimum Franciæ, & Navarræ á Latere Legato Commiſſarius deputatus, cum duobus aſſiſtentibus Magiſtro Andræa *du-Vall* Doctore Sorbonico, & Regio Theologiæ Profeſſore, & Reverendo Patre Claudio Guillain Presbytero Societatis Ieſu; ad pręſidendum Capitulo Generali Cõgregationis Gallicanæ Tertiariorum Reformatorum, ſuper dubio à nonnullis ipſius Congregationis circa ſuarum profeſſionum validitatem negantibus, aliis, iiſque numero pluribus, eam aſſerentibus: Quorum Religioſorum rationibus utrinque allatis, patienter auditis, diligenter examinatis, atque perpenſis, necnon viſis, lectis, matureque conſideratis inſtrumentis authenticis ex Archivio monaſterij noſtræ Dominę de Gratia propè Lutetiam nuncupati, nobis exhibitis, prædictorumque omnium relationem ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Legatum facta, Profeſſiones ipſas validas eſſe, & fuiſſe cenſuimus, & cenſemus, nec in dubium poſſe, aut potuiſſe ullo modo revocari declaravimus, & declaramus, nullumque in eis ulla ex parte defectum interceſſiſſe decrevimus, & decernimus. Prohibentes diſtrictè, & in virtute S. Obedientię, ne quis Religioſus cujuſcunque conditionis, aut dignitatis in prædicta Congregatione fuerit, contra harum Profeſſionum validitatem quicquam impoſterum aſſerere, aut eas in dubium revocare audeat. Actum in prædicto monaſterio tempore Capituli Generalis die 4. Iunij 1625. Nos Rolandus Dei, & S. Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Bituricenſis, Patriacha, & Primas Aquitaniæ, Commiſſarius, & deputatus ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D D. Cardinali Barberino nuncupato in Gallia à latere Legato, ad præſidendum Capitulo Generali Congregationis Tertiariorum, cum Magiſtro Andræa *du-Vall* Doctore Sorbonico, & Regio Theologiæ Profeſſore, & Patre Claudio Guillain Presbytero Societatis Ieſu, ſuper quæſtione à nonnullis mota, an Profeſſiones Monialium ipſius Congregationis Tertiariorum validæ eſſent, & ratæ? Cenſuimus, & judicavimus, eas validas eſſe, nec in dubium ullo modo poſſe revocari. Dat. in prædicto Capitulo Generali die 4. Iulii anno 1625. Nos dictorum Decretorum inviolabili firmitati, quantùm cum Domino poſſumus, conſulere, ac Ordinis, & Congregationis prædictorum Fratres ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſupplicationibus dicti Ambroſij nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati; decreta præinſerta Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti, & ſubſtantiales quantumvis defectus, ſi qui in illis forſan intervenerint, ſupplemus. Decernentes præſentes litteras, necnon Decreta prædicta ſemper, & perpetuò valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis dictorum Ordinis, & Congregationis Patribus, aliiſque quibuſcumque, ad quos nunc ſpectat, & in futurum ſpectabit, inviolabiliter obſervari,

obſervari, ſicque per quoſcunq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum &c. Quocirca Venerab. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Regno Franciæ exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel aliū, ſeu alios, quoties pro parte Fratrum Ordinis, & Congregationis prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, decreta prædicta ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari. Contradictores quoſlibet, & rebelles &c. Non obſtant. &c. Quibus omnibus &c. expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris, die 16. Decembris 1626. Pontificatus noſtri anno quarto.

Habetur originaliter Pariſiis in Conventu S. Mariæ de Gratia.

222. De Tertiariorum verò, & ſervitricum, ſeu ancillarum votis longè aliter diſſerendum eſt, qui, vel quæ in Fratrum, vel Monialiū Conventibus ad ſervitiā deputati; ad vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ profitenda licèt admittantur, non tamen per ſolemnem profeſſionem à Prælato recipiuntur.

Ibi.art.20. 223. Gregorius XV. ad majorem hujuſce Gallicanæ Reformationis excellentiam, atque firmitatem, expedito Brevi, quod appono, decrevit, ut nulli hujuſmodi in Congregatione ſolemniter profeſſo ad quamcumque de reliquis mendicantibus abſque ſui Provincialis licentia in ſcriptis obtenta Religionem tranſmigrare liceret.

## GREGORIVS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid.f.132. ROmanum decet Pontificem univerſo gregi Dominico divina diſpenſatione præpoſitum paſtorali ſolicitudine providere, ut perſonarum Regulariū Ordines in militanti Eccleſia ad divini nominis laudem, & gloriam piè, & providè iſtituti, fœlicibus in dies proficiāt incrementis. Cum itaque ſicut dilectus Filius Franciſcus de Creſpy Miniſter Provincialis Provinciæ Franciæ Fratrū Reformatorum tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia nuncupati, Congregationis Galliæ, pro negotiis ejuſdem Congregationis in Romana Curia deputatus nobis nuper exponi fecit, Congregatio præfata ſub ſtrictis Reformat. Regulis, in omnibus ferè Galliæ Provinciis benedicente Domino effloreat: Nos proſpero ejuſdem Congregationis ſtatui, quantùm cū Domino poſſumus, benignè conſulere, dictumq; Franciſcum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ne qui Prælatorum, aut Superiorum, ſeu Fratrum aliorum Ordinum mendicantium quemquam dictæ Congregationis profeſſum, ſub quovis prætextu, & colore, abſque ejuſdem Congregationis Miniſtrorum Provincialium licentia in ſcriptis, recipere audeat ſub pœna excommunicationis, ac aliis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, arbitrio noſtro infligendis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ die 5. Iulij 1621. Pontificatus noſtri anno primo; unde & ſequens Decretum emanavit in facti contingentia.

224. [ Sacra Congregatio S. R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis, & audito Procuratore Generali Fratrum Minorum de Obſervantia, viſiſque omnibus, & maturè diſcuſſis, referente Eminentiſſimo Brancaccio cenſuit, Fratris Spiritus à S. Antonio receptionem, & tranſitum à tertio Ordine reformato S. Franciſci Congregationis Gallicanæ ad Ordinem Fratrum Minorum de Obſervantia nulla, & invalida extitiſſe, ac propterea illi redeundum eſſe ad ſuam tertij Ordinis præfati Religionem, cujus Regulam profeſſus eſt; prout redire præſenti decreto mandat, & præcipit. Romæ 3. Auguſti 1657.] Ibidem.

225. Quoniam verò hac in Congregatione, non tantùm Fratres, quos *Laicos* vocant, ſeu Converſos, ſed & oblatos, ſeu ſervientes ad manualia recipiunt, illos immediatè ad ſtatum Religioſum, hos nonniſi poſt duos integros in novitiatu

ſtatu annos, & addito quarto in ſua profeſſione voto de non procurando nnquam alio, quàm ſuo ſervientium ſtatu; quin & Laici ad nulla negotiorum Religionis conſilia intervenire poterant ex ſuis conſtitutionibus; plurimas, eaſque graves legimus ſuper hiſce agitatas fuiſſe controverſias: ſiquidem Vrbanus VIII. anno 1641. & anno 1642. pro ſervientibus, ſeu oblatis aliqua diſpenſavit: Innocent. X. Laicos aliqualiter in publicis Conſiliis votum habere voluit. Alexander VII. aliqua ſuper utriſque voluit immutata; & tandem Clemens X. ſuorum prædeceſſorum Decreta recitando, lites omnes ſua determinatione compoſuit: hæc omnia in ſequentibus Bullis apparebunt: litteris Vrbani exceptis, quas utpote ab Alexandro relatas, non eſt cur repetere debeam.

## INNOCENTIVS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bullar. Lantuſ. t. 5. bull. 35. Innoc. X. fol. 503.

226. DEcet Romanum Pontificem diſſenſionum, & controverſiarum materias inter eccleſiaſticos, præſertim verò perſonas Regulares è medio tollere, ac præcidere, prout in Domino ſalubriter conſpicitur expedire.

§. 1. Cùm itaque, ſicut pro parte dilectorum filiorum Renati Pariſienſis, & Iuſtini Aurelianenſis Fratrum Laicorum ſeu Converſorum antiquorum tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Galliæ Procuratorum cæterorum Fratrum laicorum tam antiquorum, quam novorum Provinciarum Franciæ, ſive S. Franciſci, & Lugdunen. ſive SS. Ludovici, & Elzearij Ord. & Congregationis hujuſmodi, Nobis nuper expoſitum fuit ipſi jus ſibi competens vigore generalium Conſtitutionum dictæ Congregationis authoritate Apoſtolica confirmatarum, dandi votum, ſeu ſuffragium in contractibus, & quibuſdam aliis actibus Capitularibus ſuorum Conventuum declarari deſiderent.

§. 2. Idcirco Nos fœlici eorumdem Fratrum L. corum ſtatui, quantùm Nobis ex al conceditur, conſultum eſſe cupientes, ipſoſque exponentes ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati e De Venerab. Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum conſilio, qui ſæpiùs eoſdem exponentes nomine prædicto, & illis contradicentes Sacerdotes, alioſque Clericos earumdem Provinciarum, eorumque Procuratores in Vrbe audierunt, necnon Conſtitutiones generales præfatas, ac litteras Apoſtolicas in ſimili forma Brevis à Sanctæ mem. Vrbano Papa VIII. prædeceſſore noſtro de annis 1641. & 1644. pro Fratribus oblatis, ac novis Laicis dictæ Congregationis deſuper emanatas, viderunt; Præfatis Fratribus Laicis tantùm antiquis, vigore earumdem Conſtitutionum, & earum ſubſequutæ obſervantiæ præfatum jus dandi votum in Contractibus, & quibuſdam aliis actibus Capitularibus ſuorum Conventuum hactenus potuiſſe, ac poſſe competere, Apoſtolica authoritate tenore præſentium declaramus.

§. 3. Verùm pro bono pacis, & ad æqualitatem ſervandam inter Fratres Laicos antiquos, & novos hujuſmodi, & ad tollendam cauſam ulterioris diſſidij, ſtatuimus in poſterum, ut omnes, & ſinguli prædicti Fratres Laici dictarum Provinciarum, poſt quartum annum ab emiſſa profeſſione habeant votum deciſivum in omnibus contractibus & aliis negotiis temporalibus gravioris momenti tam intra, quàm extra Conventum ineundis, in quibus omnes Sacerdotes, & alij in ſacris conſtituti ex ſtatutis ordinariis, ſeu ex laudabili conſuetudine intervenire ſolent, aut debent. Item vocem activam in electione Vicarij, quando illum à Conventu eligi contigerit: Necnon in electione Diſcretorum localium ad Capitula mittendorum: Ac in receptione quorumcumque Novitiorum ad profeſſionem: Demum vocem paſſivam in electione Proviſoris, ſeu Procuratoris Conventus tantùm, non autem Diſcretorum, in omnibus, & per

omnia juxta formam prædictarum Conſtitutionum generalium dictæ Congregationis à Præfato Vrbano prædeceſſore de anno 1626. confirmatarum, ſupranominatis litteris Apoſtolicis nun obſtantibus, firmis tamen in reliquis permanentibus. Et ita per eos, ad quos ſpectat, obſervandum eſſe pariter ſtatuimus, & ordinamus. Partibuſque hinc inde perpetuum deſuper ſilētium imponimus; ſalva tamen ſemper in præmiſſis tantùm authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 4. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ipſiſque Fratribus Laicis pleniſſimè in omnibus, & per omnia ſuffragari.

§. 6. Non obſtantibus &c. & litteris Apoſtolicis quibuſvis dictæ Congregationis Sacerdotibus, Clericis, & aliis perſonis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis &c. Dat. Romæ &c. die 6. Aprilis 1648. Pontificatus noſtri Anno IV.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull.Rom. Lant. bull. 80. Alex. VII. f. 116. tom. 6.

227. Aliàs pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, & Diffinitorum Provinciæ Sanctorum Ludovici, & Elzearij Congregationis Gallicanæ tertij Ordinis S. Franciſci nobis expoſito, quòd Regula dicti tertij Ordinis Cap. 11. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. determinant unum annum probationis pro Novitiis, Conſtitutiones verò Generales ejuſdem tertij Ordinis ab hac Sancta Sede approbatæ determinant duos annos pro Novitiatu Fratrum oblatorum, ſeu ſervientium, qui emittunt tria vota ſolemnia Religionis, ac inſuper quartum votum de non procuranda alia conditione à ſua cap. 1. §. 11. de Fratribus oblatis; fœl. autem recordationis Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter per quamdam ſuam Conſtitutionem die 19. Martij 1603. ordinavit, ut unaquæque Religio ſua ſpecialia inſtituta obſervare teneatur circa Fratrum oblatorum receptiones.

§. 1. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, quòd pro conſolatione quorumdam Fratrum, qui tunc in dicto tertio Ordine exiſtebant, Superiores ipſius tertij Ordinis conſenſerunt aliàs, ut à recentis memoriæ Vrbano Papa VIII. prædeceſſore pariter noſtro, procuraretur diſpenſatio pro dictis Fratribus Oblatis ſuper ipſorum quarto voto, & licentia tranſeundi ad ſtatum Fratrum Converſorum, ſeu Laicorum eum aſſumptione Caputij, ſicut de facto idem Vrbanus Prædeceſſor die 26. Aug. 1641. diſpenſavit eum Fratribus Oblatis, qui tunc in dicto tertio Ordine exiſtebant, quòdque ab illo tempore in aliquibus Conventibus dictæ Congregationis tertij Ordinis diverſis, & differentibus modis factæ fuerunt receptiones dictorum Fratrum Oblatorum, ſiquidem alij Superiores ſibi perſuadentes, prædictas Conſtitutiones Generales tertij Ordinis determinātes duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, eſſe contrarias Regulæ tertij Ordinis, & Concilij Tridentini decretis, requirentibus unum tantùm annum probationis in Novitiis, admittunt in Ordinem Fratres oblatos ſine Caputio cum uno tantùm anno probationis.

§. 2. Et ulteriùs, occaſione litterarum dicti Vrbani prædeceſſoris in ſimili forma Brevis ſuper præmiſſis emanatarum, per quas ipſe Vrbanus prædeceſſor diſpenſavit cum ipſis Oblatis, qui tunc erant in Ordine, ſuper quarto voto, eiſque conceſſit tranſitum ad ſtatum Laicalem poſt decem annos à ſua receptione; Fratres Oblati, qui de novo recipiuntur in Ordine, quartum votum ab Oblatis emittendum non emittunt, ac poſt rempus aliquorum annorum aſſumunt Caputium ſine ulla authoritate hujus Sanctæ Sedis, & diſpenſatione conſtitutionum Generalium dicti Tertij Ordinis, contra quas novus ſtatus, ſeu conditio in Religionem inducitur.

§. 3. In aliis verò Conventibus Tertij Ordinis, & Congregationis hujuſmodi admittuntur dicti Fratres Oblati, ſeu ſervientes juxta formam Conſtitutionum generalium Ord. cum quarto voto de non procuranda alia conditione à ſua; idque eo magis, quòd cum ſit diſpenſatio, ipſa eſt de voto jam facto, non verò de faciendo, & prædictus Vrbanus prædeceſſor diſpenſavit cum oblatis, qui votum emiſerant, & tunc temporis in Ordine exiſtebant, maximè verò ordinavit

navit aliquid circa Oblatos in futurum recipiendos, aut quo ad hoc conſtitutiones Generales Ordinis immutavit. Iſtas autem diverſas, & differentes Fratrum Oblatorum receptiones non minimam parere in dicta Congregatione Tertij Ordinis confuſſionem, & plures ſcrupulos, ac dubia ingerere in animos; Et propterea Nobis humiliter ſupplicato, ut dignaremur declarare.

§. 4. Primò an Conſtitutiones generales d. Tertij Ord. requirentes duos annos probationis in oblatis, ſeu Fratribus ſervientibus vota ſolemnia emittentibus ſint contrariæ tàm Regulæ ejuſdem Tertij Ord. quàm decreto Conc. Trid. unum annum probationis exigentibus in Noviciis; Secundò an occaſione relaxationis, & diſpenſationis factæ à memorato Vrban. prædeceſſore cũ Fratribus Oblatis, qui tunc temporis exiſtebant in Ordine ſuper ipſorum quarto voto de non procuranda alia conditione à ſua, & ſuper aſſumptione Caputij poſt decem annos, poſſint de novo recipi Oblati, ſeu ſervientes cum uno anno ſolùm probationis, ac admitti ad Caputium, & ad ſtatum Laicorum; poſſitque talis uſus, & ſtatus novus introduci contra generalia ſtatuta Ord. ſine debita authoritate Sedis Apoſtolicæ. Tertiò an Fratres Oblati, qui in tali ſtatu novo, & non approbato à Sede prædicta fuerunt admiſſi in Religionem, ſint verè Religioſi, & Profeſſi. Quartò an dicta diſpenſatio conceſſa ab Vrbano prædeceſſore prædicto pro Oblatis, qui tunc temporis exiſtebant in Ordine, impediat quo minus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Conſt. generalium d. Tertij Ordin. ab eadem Sede approbatarum.

§. 5. Nos negotium hujuſmodi Venerab. Fratribus Æmilio Camerinen. & Carolo Cluſin. Epiſcopis demandavimus, à quibus emanavit decretum tenoris, qui ſequitur videlicet: Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi D.D. de Alteriis Epiſcopus Camerin. & D. de Vecchis Epiſcopus Cluſin. authoritate Apoſtolica ſibi ſpecialiter commiſſa, omnibus maturè perpenſis cenſuerunt, & declaraverunt, ſicuti hoc præſenti decreto cenſent, & declarant. Primò non obſtare Concilium Tridentinum, nec Regulam Tertij Ord. quo minus Oblati ſeu ſervientes juxta tenorem conſtitutionum generalium d. Ord. debeaut biennio integrò probari, & eo expleto ad profeſſionem admitti; Secundò non poſſe admitti ad Caputium, ſeu ſtatum Laicorum Fratres Oblatos, ſeu ſervientes, qui admiſſi ſunt in Religionem poſt breve S. mem. Vrbani VIII. cum dictum Breve loquatur tantum de illis Oblatis, qui tunc exiſtebant in dicto Ordine Tertio; dictos Oblatos de novo receptos in ſtatu novo, & non approbato à S. Sede non eſſe veros Religioſos: Quartò dictum Breve Vrbani non impedire, quominus recipiantur in Ordinẽ Fratres Oblati juxta formam conſtitutionum generalium d. Tertij Ordin. à S. Sede approbatarum, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium. Romæ 9. Octobris 1659. Æ. Epiſcopus Camerin. Secret. C. de Vecchis Epiſcop. Cluſin. S. C. C. Secret.

§. 6. Cumque ſicut prædicti exponentes nobis denuò nuper exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia Apoſtolicæ confirmationis noſtræ robore communiri ſummopere deſiderent: Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 7. Decernentes, eaſdem præſentes litteras ſemper firmas &c.

§. 8. Non obſtantibus &c. Dat. Romę &c. die 10. Decembris 1659. Pontif. noſtri anno 5.

228. Cum verò ſac. Congregatio expedito decreto ſub die 10. Martij 1661. anteriora ſui ipſius decreta ſub die 14. Novembris 1659. & die 9. Iulij, & 20. Auguſti, & 1. Octobris de anno 1660. necnon Apoſtolica Brevia deſuper ſubſecuta innovando ordinaſſet, ne Oblati, ſeu ſervientes hujuſmodi, niſi prævio biennali Novitiatu, & quarto voto ut ſupra omnino reciperentur, pro firmiori eiuſdem decreti confirmatione Alex. VII. Apoſtolicas litteras, prout ſequitur, expediri mandavit, in quibus etiã alia circa Laicorum conſenſum in contractibus Conventuum dandum ſtabilivit. Arch. Aracœl. Reg. 7. fol. 308.

ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Bull.Lant. 229. bull.66. fol.99. CVm, ſicut dilecti filij Renatus Pariſien. & Simon Lugdunen. Procuratores Fratrum Laicorum Provinciarum S. Franciſci, & S. S. Ludovici, & Elzearij Congregationis Gallicanæ Tertij Ordinis ejuſdem S. Franciſci Nobis nuper exponi fecerunt, licèt controverſiæ inter prædictos Fratres Laicos ex una, necnon eorum Superiores, & Fratres Preſbyteros, & Clericos dictarum Provinciarum ex altera partibus vertentes per quædam decreta Congregationis Venerab. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ ſub diebus 9. Iulij, ac 6. & 20. Auguſti, & 1. Octobris proximè præteritorum emanata, & per quaſdam noſtras in ſimili forma brevis litteras die 13. Septembris etiam proximè præteriti deſuper expeditas reſpectivè confirmata terminatæ fuerint; nihilominus dilecti etiam filij Athanaſius de Villa-nova prædictæ S. Franciſci, & Ricardus de Aumala S. Ivonis Provinciarum Congregationis prædictæ reſpectivè Procuratores diverſas oppoſitiones, & proteſtationes contra decreta, & litteras noſtras huiuſmodi debitam illorum exequutionem impediendi ergo, facere auſi fuerint.

§. 1. Cumque prędicti exponentes propterea plurimùm cupiant, opportunè in præmiſſis à nobis provideri, ac inſuper ordinari, ut conſenſus Vniverſitatum, Conventuum dictæ Congregationis in omnibus contractibus creationis cenſuum activorum, & paſſivorum, fundationum, hypothecationum, acquiſitionum, venditionum, aliarumque alienationum bonorum ad ipſos Conventus ſpectantium, quorum valor in capitali, ſeu ſorte, quantùm quidem ad bona ſtabilia, viginti quinque, quantùm verò ad mobilia, & fructus reſpectivè pertinet, decem ſcutorum auri ſummam excedat, neceſſarius ſit.

§. 2. Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis &c. ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui partes abundè hinc inde informantes audiverunt, remque diligenter, & maturè denuo diſcuſſerunt, conſilio, juxta aliàs reſoluta ſub diebus 14 Novembris 1659. 9. Iulij 20. Auguſti, & 1. Octobris 1660. ac noſtras in forma brevis deſuper ſubſecutas litteras authoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, Oblatos, ſeu ſervientes in omnibus huiuſmodi Provinciis Reformationis Tertij Ord. in Regno Galliæ conſiſten. nec recipi, nec ad profeſſionem admitti poſſe, niſi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non quæren. ſeu procuranda alia ab huiuſmodi oblatorum, ſeu ſervientium conditione ad præſcriptum eiuſdem Ordin. conſtitutionum. Ac proinde ſub pœnis privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quæcumque obtinenda, prædicti Ordinis Superioribus, Officialibus, & aliis quibuſcumque, ad quos ſpectat, ſeu ſpectare quomodolibet poterit in futurum, atq; invaliditatis, & nullitatis ſecus geſtorum, & gerendorum, earumdem tenore præſentium præcipimus, ac prohibemus, ne aliter quàm modo, & forma præmiſſis huiuſmodi Oblatos, ſeu ſervientes exinde recipiant, nec quidquam erga, vel circa ſtatum, & conditionem tàm dictorum ſervientium, quàm etiam Fratrũm Laicorum ſive in Capitulis Provincialibus, ſive extra, & contra prædictarum conſt. & præſentium litterarum formam, & tenorem, ſub jam dictis pœnis attentare, ſeu innovare audeant, aut præſumant.

§. 3. Super contractibus verò cenſuum tàm activorum, quàm paſſivorum, impoſitionnm, & fundationum, bonorum acquiſitionum, permutationum, venditionum, hypothecationum, & aliarum quocumque titulo, & nomine alienationum, quando agitur de ſtabilibus, & cenſibus, ſi ſummam viginti quinqne ducatorum aureorum in ſorte, de mobilibus autem, & redditibus decem ſimilium excedat, tunc totius communitatis, ſeu Capituli Conventuum, de quorum re agitur, conſenſum, & conſenſus requiri, & adhiberi pariter decernimus.

§. 4. Quo autem ad numerum Fratrum Laicorum, & ſervientium prædictorum ad dilectum filium Miniſtrum generalem

lem pro ſuo arbitrio, & prudentia providen. remittimus; eidemque præmiſſorum omnium, & ſingulorum executionem committimus; & demandamus; Injungimuſque, ut ſub memoratis, ac aliis Eccleſiaſticis pœnis, & cenſuris juxta prędicta obſervari faciat, & præcipiat. Contradictores, & rebelles quoſcunque prædictis, ac aliis juris mediis opportunis compeſcendo.

§. 5. Decernentes etiam eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas &c.

§. 6. Non obſtantibus in contrarium allatis, necnon appellationibus, proteſtationibus &c. Datum Romæ &c die 2. Aprilis 1661. Pontificatus noſtri anno quinto.

Arch. Ara- cœl. Cur. Vltr. to. 3. fol. 384. 230. Cum autem Conſtitutionibus hiſce non obſtant. nonnullos ex præfatis ſervientibus, ſeu Oblatis ad Caputium, & ſtatum Laicalem conſtaret bona fide fuiſſe aſſumptos; ſac. Congregatio ad ipſorum inſtantiam edito decreto ſub die 16. Martij 1662. decrevit validas fuiſſe. aut pro validis haberi diſpenſavit, ſervatis tamen aliàs ſervandis, firmiſque remanentibus recitatis decretis impoſterum, atque Bullis Apoſtolicis.

Denique Clemens X. expedito Brevi, quod appono, omnia voluit in pace componere.

## CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull. Lant. bull. 61. fol. 419. com. 6. 231. INjuncti nobis cœlitus paſt. officij ſolicitudo Nos admonet, ut paternā Chriſti fidelium, qui è fluctib⁹ ſæculi in portum vitæ religioſæ confugerunt, curam gerentes, enatas inter eos controverſias, quæ amabilis concordiæ, fraterneque charitatis ſerenitatem obnubilare poſſent, opportunæ proviſionis remedio recidere, ac illorū ſtatui, & quieti, quantùm nobis ex alto conceditur, conſulere ſtudeamus.

§. 1. Dudum ſiquidem fœl. rec. Vrbanus Papa VIII. predeceſſor noſter ad ſedandas inquietudines, atque animi perturbationes, quas major pars tunc exiſtentium Fratrum Oblatorum, ſeu ſervientium Tertij Ord. S. Franciſci Congregationis Gallicanæ in ſuo hujuſmodi ſtatu patiebatur, per quaſdam ſuas in ſimili forma Brevis die 26. Auguſti 1641. emanatas litteras cum eiſdem Fratribus Oblatis, ſeu ſervientibus ſuper quarto voto per eos emitti ſolito de non procurando alio, quàm ſuo Fratrum Oblatorum, ſeu ſervientium hujuſmodi ſtatu, ad effectum infraſcriptum authoritate Apoſtolica diſpenſavit, quartumque votum hujuſmodi illis relaxavit; necnon eiſdem Fratribus Oblatis, ſeu ſervientibus tunc in dicto Ord. exiſtentibus; quòd ipſi poſtquam per ſeptem annos continuos ab eorum profeſſione numerandos, ac per alterius anni ſpatium in aliquo Recollectionis loco à Miniſtris Provincialibus, & Diffinitoribus hujuſmodi in Capitulo, aut Diffinitorio Provinciali aſſignando fuiſſent commorati, ad caputium, & ſtatum laicalem admitti, & inter ipſos Fratres Laicos hujuſmodi Ord. juxta eorum antiquitatem, necnon etiam inter Clericos, qui nondum quatuor annos à ſua profeſſione expleverant, juxta conſtit. præfatæ Congregationis Gallicanæ ſedere poſſent, conceſſit, & indulſit. Ea tamen lege, ut nec hujuſmodi Fratres Oblati, ſeu ſervientes ad caputium, & ſtatum Laicorum aſſumpti, nec Laici, qui nondum ſuffragiorum jure potiti fuerant, nec denique alij, qui deinceps ad ſtatum Laicalem in dicto Ordine admitterentur, ullo ſuffragiorum jure gaudere valerent, niſi in receptione Novitiorum ad profeſſionem ejuſdem cum in eis ſtatus, & conditionis. Voluit inſuper dictus Vrbanus prædeceſſor, & pariter indulſit, ut ſi quis ex dictis Fratribus Oblatis, ſeù ſervientibus hujuſmodi poſt ſupradictos ſeptem à ſua profeſſione annos ſuum hujuſmodi ſtatum immutare nollet, de Superiorum cōſenſu in eo permanere, necnon eiſdem privilegiis, quibus alij gaviſuri eſſent, qui accepto caputio ſtatum ſuum mutaviſſent, gaudere liberè & licitè poſſet, & aliàs prout in præfatis Vrbani prædeceſſoris litteris, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cum autem, ſicut dilecti filij Superiores dictæ Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ſuper præmiſſis, ſeu eorum occaſione ſubinde in eadem Congregatione variæ exortæ fuerint controverſiæ ſuper quibus

bus aliæ ab eodem Vrbano prædeceſſore die 25. Maij 1644. ac à rec. mem. Innocentio X. die 6. Aprilis 1648. & Alexand. VII. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus pariter noſtris die 10. Decembris 1659. ac die 13. Septembris 1660. ac die 11. Aprilis 1661. reſpectivè expeditæ fuerunt pariter in forma brevis litteræ, ac tandem die 4. Maij 1663. decretũ à Congregatione tunc exiſtentium S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita eamanavit; nec tamen exinde memoratæ Congregationis Gallicanæ tranquillitati ſufficienter proviſum reperiatur, ſed pręnarratæ perturbationes, & inquietudines denuo reviviſcentes novum in præſens paternæ charitatis, & providentię noſtræ præſidinm expoſcat; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eorumdem Superiorum votis hac in re, quantùm cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicarionis &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerab. Fratrum noſtrorum ejuſdem S.R.E. Cardinalium ſuper hoc negotio à nobis ſpecialiter deputatorum, qui dilectum etiam filium Procuratorem generalem, ſeu Commiſſarium Curiæ familiæ VltramontanæOrdinis S. Franciſci audiverunt, ac rem maturè examinarunt, conſilio, diſpenſationem, relaxationem, & indulta, quæ memoratus Vrbanus prædeceſſor per ſuas litteras primodictas præfatis Fratribus Oblatis tunc temporis exiſtentibus, ſicut ſupra ſcriptum eſt, conceſſit dilectis filiis hodiernis, & per ſubſequentia perpetua tempora futuris Fratribus Oblatis, ſeu ſervientibus dictæ Congregationis Gallicanæ, authoritate Apoſt. tenore præſentium pariformiter concedimus. Statuentes non ſolũ Fratres Oblati, ſeu ſervientes, qui eo tempore, quo primodictę Vrb. prædeceſſoris litteræ emanarunt, in præfata Congregatione Gallicana erant, ſed etiam alii hodierni, & per ſubſequentia perpetua tempora futuri Fratres Oblati, ſeu ſervientes Congregationis hujuſmodi, necnon quicumque alii, qui ad ſtatum laicalem in eadem congregatione immediatè, ſeu in ingreſſu Religionis âſſumentur, nullo unquam tempore ſuffragiorum jure gaudere valeant, niſi in receptione Novitiorum ad profeſſionem ejuſdem cum eis ſtatus, & conditionis, ac ſuper controverſiis præfatis perpetuum partibus ſilentium eadem authoritate harum ſerie imponimus.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas &c.

§. 5. Non obſtant. præfatis aliis Vrbani, ac Innoc. & Alex. prædeceſſorum litteris, & decreto memoratæ Congregationis Cardinalium, ac quibuſvis conſtitutionibus &c.

§. 6. Volumus autem &c. Datum Romæ &c. die 12, Maij 1672. Pontificatus noſtri anno tertio.

## CAPUT XI.

### *De habitu Tertiariorum Ordinis S. Franciſci.*

232. IAm ſupra in lib. 3. de habitu Minoritico differentes diximus ad ſufficientiã, quòd quamvis habitus non faciat Monachum, *ex cap. Porrectum.* 13. *de Regul.* indicat tamen, cujus Religionis ſit, qui habitum portat; unde cum habitus delatio ſit una ex principalibus aſperitatibus, quæ in probationis anno à Novitio probari debet, nullus abſque ipſo validè profiteri poteſt, ex Conc. Trid. ſeſt. 25. decreto 15. unde per S. Thomam inter Religionis eſſentialia computatur. Hinc eſt, quòd ad diſtinguendos ab invicem diverſarum Religionum habitus, Sedes Apoſtolica, ſalva ſua majeſtate per annorum curricula tota ſerietate adlaborare non judicarit indignum. D. Thom. 2.2.q. 186. art. 6.

233. Ergo de habitu Fratrum, & Sororum tertij Ordinis de pœnitentia S. Franciſci non incongruè tractandum occurrit, & primò de ſæcularibus, ideſt de illis, qui non emittunt intra Clauſtra vota ſolemnia Religionis, de cæteris ſubſequendo dicemus. A Seraphico Patriarcha in cap. 3. Regulæ pro eiſdem compoſitę decretum fuiſſe legimus, ut habitus eorum vilis eſſe debeat ex panno griſeus, ſive beretinus, & à ſæcularium

cularium vanitate diſtinctus; quòd panneus ſit, ad pœnitentiam pertinet; quòd griſeus, videlicet ex albo, & nigro contextus, ad humilitatem refertur, indeque vilis, & à ſæcularinm vanitate diſtinctus, ut profeſſionem ſuam etiam in exteriori conteſtetur. Cùm verò quaſi in non tempore ultra fidem ubique terrarum excreverint, etiam in habitus forma alicubi diſcrepare cœperunt. In Luſitania præſertim diverſimodè induebantur, alij enim tunica talari griſea cum fune ad renes præcincto; alij caputium, ſed à Minoritico longè diſcretum addebant; quamvis enim in eorum Regula nihil expreſsè de caputio, vel de Caparone dicatur; dicit tamen Dionyſius Carthuſianus in expoſitione ipſius Regulæ cap. 14. *nec Regula iſtud excludit, & D. Papa illud concedere potuit.* Vnde ante Nicol. IV. fuiſſe conceſſum, inde probare contendit Bordonius, quòd S. Iuonem, B. Thomam, ſeu Thomaſſuccium, B Iacobum, & alios Caputio aliquali uſos fuiſſe legatur; de S. autem Ludovico Francorum Rege ſingulare illud habemus, quòd cum à quodam Comitis Gheldriæ Legato viſus fuiſſet cum caputio capitis ſuper ſcapulas ex adverſo ſuſpenſo; in Gheldriam reverſus Legatus, factum irriſoriè referens, *vidi* (inquit) *vidi illum miſerum pellardum Regem caputium habentem capitis ſuper ſcapulam ex adverſo ſuſpenſum*; & alta irriſione Regem pro aſſumpto S. Franciſci habitu de pœnitentia inſimulare continuabat, donec magno miraculo in memento temporis, facie ejus ad tergum converſa, divinam punitionem recognoſcens, peccatnm ſuum confeſſus eſt, Regemque ſanctum miſſis internunciis pro venia ſupplicavit. Hæc Vvading. ex Cantipratano Prædicatorij Ordinis in lib. de Apibus refert litteraliter. An verò hujus libri auctor ſit Bartholomæus Glamuillus Minoritici alibi dicemus.

Chron. Prov. Portugal.

Bord. in Chron. Terr. Ord. c. 11.

Vvad. t. 2 ann. 1254 n. 29. ex Cant. lib. 2. apum, c. 57. n. 63.

234. Iam verò ad hoc ventum eſt, ut Tertiarij hujuſmodi propriis in Domibus habitantes, tunicam griſeam ad genua, vel etiam ad talos uſque protenſam deferant cum canapæo fune, vel ſubtus, vel deſuper ad veſtes ſæculares ſine caputio; licèt in Hiſpaniis aliqui quodam ſcapulari è collo ab utraque parte pendente ſint contenti. Corrigiam, de qua in ipſorum Regula ſermo habetur, docet acutè Vvad. non de cinctorio renum, ſed de corrigiis burſarum, quæ tunc temporis erant in uſu, quas S. Pater ex ſimplici corio abſque auri, vel ſerici intextura, & ſine floſculis eſſe mandavit, non verò de cingulo corporis eſſe intelligendam.

Vvad. in Apolog. de Præter. Mon. S. Fran. ſect. 6. §. 5.

235. Qui Eremum, & ſolitudinem, ſivè ſolitariè, ſivè collegialiter incolunt, groſſum, griſeumque habitum cum fune aſſumunt; quòd autem aliqui horum Eremitarum etiam caputia quomodocumque uſurpare præſumant, ſive à Superioribus Regularibus, ſivè ab locorum Ordinariis (quod longè pejus eſt, & ſine ullis indulgeutiis) excommunicationem Papæ reſervatam, & carceris pœnam ipſo facto incurrunt, ſuper quo nec à Generali totius Ordinis, nec ab ipſo Sedis Apoſtolicæ Nuntio valent diſpenſari, ut in Vrbani VIII. diplomate infra recitando videbimus. Tertiariis in Fratrum Minorum, & Monialium Cœnobiis ad manualia deputatis, habitus, ſeu Tunica Minoritano conſimilis, ſed cum collari, & genua vix excedente cum fune, & calceamentis omninò ſine caputio præſcribitur.

236. Vbi autem collegialiter vivere cœperunt, tunc ſimul exortas fuiſſe legimus controverſias pro habitu ipſorum à cæteris Regularibus diſtinguendo.

Scapulare primò Tertiariis in ſacris jam Ordinibus conſtitutis à Martino V. fuiſſe conceſſum, ut ſequitur, invenimus,

## MARTINVS PAPA V. &c.

237. §. 1. Humilibus, & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum Provinciæ Hiſpalenſis petitio continebat, quòd licèt ipſi ſub regulari profeſſione dicti Ordinis Deo jugibus degunt obſequiis, & ad certum per eos geſtandum habitum juxta præfati Ord. inſtituta minimè ſunt adſtricti, nihilominus quemdam habitum per nonnullos Eremitas de paupere vita nuncupatos deputari ſolitum deferre conſueverint.

Bull. Bord. fol. 99. bull. 47.

2. Pro parte eorumdem Fratrum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut pro decore dicti Ordinis, & ut inter eos, &

dictos Eremitas, qui nullius Obſervantiæ Regularis exiſtunt,& hujuſmodi habitu aliqualis diverſitas appareat, ipſis Fratribus Tertij Ord. tàm præſentibus, quàm futuris quoddam ſcapulare decentis longitudinis dicto per eos geſtato habitui, in colore conformi per eos deferẽdum cõcedere, & aſſignare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur &c. diſcretioni tuæ &c.

3. Madamus, quatenus, ſi diligenti &c. eiſdem Fratribus Tertij Ordinis, dummodo in Sacerdotio, aut ſacris Ordinibus conſtituiti exiſtant, præſentibus, & futuris ſcapulare hujuſmodi coloris, & formæ, ac longitudinis congruentis, per eos, ut præfertur geſtandum, authoritate noſtra concedas, pariter & aſſignes. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum 6. Idus Maij anno 6. 1423.

Caputia ut haberent uniformia, Flandrenſibus indulſit Eugenius IV. ſequenti diplomate.

EVGENIVS PAPA IV.

*Dilectis filijs univerſis Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatis in partibus Flandriæ Morin. Diæceſ. commorantibus.*

Uvad. t. 5. in Reg. Bull. 98 f. 234. ann. 1436.

238. DEvotionis augmentum &c. Cum itaque &c. vos longa, & dilecti filij Fratres veſtri Ord. Villæ de ſancto Audomaro Morinen. Diœceſ. alterius formæ caputia, licèt ſitis unius, & ejuſdem Ordin. deferatis, voſque qualis veſtrorum forma caputiorum in veſtra provincia vobis data fuerit in prima inſtitutione ſitis immemores, & incerti. Cumque etiam congruat utique, & deceat, quòd cum vos, dictique Fratres ejuſdem eſſe Religionis noſcamini, & Obſervantiæ Regularis, uñiformia, uninſque diſpoſitionis caputia inter vos in antea habeatis: Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati tàm vobis, quàm aliis futuris domorum veſtrarum Fratribus omnibus, & ſingulis, ut vos, & illi ejuſdem diſpoſitionis, ſive formæ, cujus Fratres villæ prædictæ deferre ſolent caputia, veſtris penitus derelictis, perpetuò habere, & geſtare licerè, liciteque poſitis, atque debeatis dicta inſtitutione, ac veſtrarum prædictarum, & Fratrum dictæ Villæ Domorum, dictique Ord. juramento, confirmatione Apoſtolica &c. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Dat. Bononiæ &c. 1436. iv. Kal. Ianuar. anno 6.

Alias plures omitto ex ſimilibus Apoſtolicis conſtitutionibus, quæ ad Flandrenſes præſertim directè, accidentaliter tantùm de hujuſmodi habitus forma pertractant, cum enim ex alia occaſione referantur, & in Bordonio, aut Vvad. legantur, pondus in hac hiſtoria non efficiunt particulare.

239. Nicolaus V. de caputio, & ſcapulari, aliiſque de multis ſequentia conſtituit.

NICOLAVS PAPA V. &c.

1. GRatioſa benignitas piis fidelium, præſertim ſtudio piæ vitæ vacantium votis annuit, ut honeſtis ſupplicum precibus favorem benevolum impartiamur. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & univerſorum Fratrum Tertij Ord. S. Franciſci de Pœnitentia nuncup. in certis domibus, in Civitate, & Diœceſi Leodienſi conſiſtentibus degentium petitio continebat, in Civitate, & Diœceſi præfatis ſint qnàm plures tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares perſonæ dictum Ordinem profeſſæ, quarum aliquæ ſingulariter in earũ propriis, quædam verò majoris Religionis zelo ſuccenſæ in ſimul in certis domibus in communi, & ſub Obſervantia Regulari ejuſdem Ord. Altiſſimo famulantur; & pro eo quòd omnes, & ſingulæ perſonæ prædictæ unum, & eumdem, ac prorſus indifferentem habitum gerant, ſicque diſtinctè cognoſci nequeant. Bull. Bord. bull. 134. fol. 220.

2. Ac quandoque nonnulla inhoneſta, & ſcandaloſa per perſonas in propriis domibus, & abſque obſervantia degentes prædictas committantur, ita quòd eorum aliquæ incontinentię vitio laborant, aliquę verò per mundum vagantes tranſeunt, unde plura ſub Obſervantia degentibus perſonis ſcandala, & inconvenientia ſubſequuntur. Pro parte eorumdem Miniſtri, & Fratrum inſimul ſub Obſervantia viventium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis, & ſtatui ſuo

ſuo ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3. Nos igitur, ut dicti Fratres, qui ut aſſerunt, tria ſubſtantialia vota emittere conſueverunt, & emittunt in eiſdem domibus inſimul viventes ſublatis quibuſvis diſpendiis in humilitatis ſpiritu vota ſua Altiſſimo commodiùs exolvere valeant, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta

4. Mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis authoritate noſtra diligenter te informes, & ſi per informationem hujuſmodi ea fore vera repereris, ſuper quæ tuam conſcientiam oneramus, præfatis in eiſdem Domibus in communi, & ſub Obſervantia viventibus Fratribus præſentibus, & futuris, quòd eorum Caputia ad modum parvæ cucullæ ſuper mantellum cum ſcapulari quemadmodum Fratres dicti Ordin. in Zelandiæ, & Holandię partibus geſtant, & portant, geſtare, & portare liberè, & licitè poſſint, eadem authoritate concedas, nec habitum ipſum per alias perſonas in communi, & ſub obſervantia non vivẽtes prædictas geſtari permittas.

5. Et nihilominus quòd omnes, & ſinguli Fratres, etiam ſub Obſerventia non viventes præfati ſingulis annis, vel quoties generalia Capitula per Miniſtrum, & alios Fratres prædicti Ordinis in præfata Diœceſi Leodienſi, ſeu alibi ſecundùm uſum, & conſuetudinem dictæ Regulæ celebrari contigerit, ad hujuſmodi Capitula accedere, illique intereſſe, juxta ejuſdem Ordin. Regularia inſtituta, ac privilegia Apoſtolica deſu per eis conceſſa teneantur, & ſint adſtricti.

6. Quòdqne eorum generalis Miniſter, ſeu deputatus, vel deputati ab eis, aut majori parte eorum, inobedientes, vel delinquentes Fratres juxtà criminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, ac inſtituta prædicta corrigere, incarcerare, ac punire; & eos, ac eorum Domos, & loca viſitare, corrigere, & reformare; necnon omnia, & ſingula in præmiſſis, ac circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exequi.

7. Quòdque omnes, & ſinguli Fratres ſub Obſervantia non viventes prædicti, uuum, & eumdem in colore habitum portare, nec alium habitum aſſumere valeant, ac ſub obedientia, & devotione unius Generalis Miniſtri in charitate vivere debeant juxta privilegia eis per bonæ mem. Ioannem de Erkal Epiſcopum Leodienſem conceſſa; & per fœl. rec. Nicolaum PP. IV. prædeceſſorem noſtrum confirmata ſtatuas, & decernere. Ipſoſque Fratres ad obſervandum præmiſſa cogere, & compellere authoritate noſtra procures.

8. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita cõpeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus &c. Dat. Romæ apud S. Petrum &c. anno 1447. 14 Kal. Septembr. Pontif. noſtri anno 1.

240. Quod idem datis executoribus Ibid. bull.
Cameracenſi, & Lovanienſi Præpoſitis, 138.
atque Officiali Leodienſi renovavit in bulla; *Apoſtolica Sedis benignitas &c. nono Kal. Maij* 1459.

241. In Regula, quam Itali de Tertio hoc Ordine Regulari per Apoſtolicas conſtitutiones obſervant, ſic habetur [Noſtratum habitus ſit tunica talaris cum ſcapulari veſte, ſive cucullo utrinque angulari, poſteriori tamen angulo funiculum attingente; Pallium verò inſtar impluviæ, nulla vel coloris, vel formæ differentia, ut eodem modo, & colore, quem berettinum appellant, omnes veſtiantur.]

242. Cum verò in ipſa habitus forma, cum Patribus Minoribus primi Ordinis aliqualiter convenirent, Iulius II. editâ bull. *Viſis, ac diligẽter perſpectis &c. die* 25. *Maij* 1508. (quam ex bullario de Sillis citat Bordonius in Chronol. c. 11.) pręcepit, ut Fratres de Tertio Ordin. habitum à Minoritico diſtinctum portare deberẽt, necnõ capparronem ad minus ſuper ſcapulas deſcendentem per quatuor digitos, tantæ longitudinis, quòd ab ananteriori, & poſteriori parte cingulo poſſit alligari; & ad nigredinem potiùs, quàm ad albedinem inclinet. Qua conſtitutione vel ad diſtinctionem perfectam non ſufficiente, vel ad effectum non deducta, cum circa annum 1590. & ſequentes tum de Ord. Min. tum Patrum Minimorum, ſeu S. Franciſci de Paula querelas graviſſimas oriri contingeret, præſertim in Luſitania, eo quòd ob nimiam

miam habitus uniformitatem per ſæculares quaſi ab invicem non diſtinguerentur, Cardinalis Matthæyus Ord. Protector pro majori, evidentique diſtinctione decretum edidit ſub die 19. Aprilis 1595. quod deinde per Clementem Pontificem dato ſequenti diplomate fuit confirmatum.

CLEMENS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

243. 1. Ut ea, quæ pro Religionum, & perſonarum in ipſis degentium bono, & quiete per ipſarum Religionum Superiores ſtatuta, & ordinata ſunt, firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adjicimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

Bull.Bor. bull.247. fol. 553.

2. Cùm igitur, ſicut accepimus, dilectus filius noſter Hieronymus Card. Matthæyus nuncupatus, Ord. Min. S. Franciſci de Obſervantia, ac Fratrum Tertij Ord. de Pœnitentia nuncupati Protector, Corrector, & Gubernator, pro majori ipſorum Fratrum de Obſervantia, & Pœnitentia, tranquillitate, & pace, per ſuas litteras ſub datione, anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, die 19. menſis Aprilis mandaverit, ſtatuerit, & ordinaverit, quòd prædicti Fratres Tertij Ord. de Pœnitentia in Regno Portugaliæ exiſtentes, juxta eorum regulam, & indulta Apoſtolica, habitum geſtare deberent, quódque talis habitus eſſet ex humili, & vili panno contextus, eo videlicet modo, ut ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & abſque aliqua tinctura contextæ, & una parte lanæ etiam naturaliter candidæ talis habitus fieret, & quòd ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ adderetur una libra lanæ albæ, & aliàs, prout in ipſis Card. Matthæi litteris deſuper confectis latiùs dicitur contineri.

Arch. Aracœl. Cur.Ult.t. 2. fol.43.

3. Nos igitur litterarum prædictarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, litteras illas authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tàm juris, quàm facti, aliosque ſubſtantiales etiam defectus, qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus, eaſque contra omnes, & quaſcumque revocationes validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, & ſingulis Fratribus Tertij Ordinis de Pœnitentia nunc, & pro tempore exiſtentibus, & in Portugaliæ Regnis degentibus inviolabiliter obſervari debere decernimus.

4. Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis ipſius Ord. de Pœnitentia Miniſtris, & Prælatis tàm præſentibus, quàm futuris in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ, officiorumque, & dignitatum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ipſo facto incurrendis pœnis, ne poſthac alium habitum geſtare poſſint, aut à ſuis fratribus geſtari permittant, niſi ſecundùm modum, & formam ſibi in dictis litteris præſcriptam, ab habitu Fratrum Minorum de Obſervantia quo ad colorem, & formam omnino diſtinctam.

5. Quocirca, dilectis filiis ſpoliorum jurium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ debitorum in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Collectori generali, ac ipſius Ordinis Conſervatoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum de Obſervantia, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari, non permittentes eos deſuper à quoqnam quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari.

6. Contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas prædictas, aliaſque Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

7. Non obſtantibus præmiſſis, aliiſque Conſtitutionibus &c. Datum Romæ ap. S. Petrum ſub Annulo piſc. die 27. April. 1600.

1600. Pontif. noſtri anno nono.

244. Cùm verò Controverſiæ nihilominus nulla ex parte ſopirentur, immo potius variis in partibus excreſcerent; tum Archangelus de Meſſana Miniſter Generalis, tum Card. de Camerino Minimorum Ord. Protector, ſimul & Card. Pamphilius Ord. Min. Vice Protector, à S. Congregatione, necnon à ſummo Pontifice ſpecialiter delegati pro ſtabilienda inter ipſos concordia, & ſufficienti habitus diſtinctione, decreta ſua ediderunt, quæ Paulus V. Apoſtolico diplomate voluit eſſe confirmata; quorum tenores per extenſum exhibeo.

*Fr. Archangelus à Meſſana totius Ord. Min. Miniſter Generalis &c.*

Ibid.f.106. 245. Expedit ad pacem, & tranquillitatem ſervandam inter nos Fratres Minores, & dicti tertij Ordinis S. Franciſci, inſuper & illos, qui dicuntur S. Franciſci de Paula, ut Fratres dicti tertij Ordinis induantur ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & abſque ulla tinctura, & una parte lanæ etiam naturaliter albæ ſimiliter ſine tinctura, prout ſtabilitum eſt à ſanctiſſimo P. P. Clemente VIII. & quod magis expedit, eſt, ut forma habitus ipſorum Tertiariorum ſit, ſicut ſanctiſſimus Iulius Papa ordinavit, nempe, ut habeant caparronem latum, ut deſuper ſcapulas deſcendat ab utraque parte per quatuor digitos; in longitudine verò tam in parte anteriori, quàm poſteriori attingat infra Cingulum, ut ſuper illud poſſit cingi, ut conſtat ex noſtri ſacri Ordinis monumentis, de quo fidem facimus. &c.

*Fr. Archangelus à Meſſana Miniſter generalis.*

*Nos Marianus Perbenedictus Epiſcopus Tuſculanus Card. de Camerino Ord. Minimorum S. Franciſci de Paula Protector, & Hieronymus Tit. S. Blaſij de Annulo Preſbyter Card. Pamphilius Ord. Fratrum Minorum de Obſervantia Vice-Protector.*

246. CVm S. D N. Paulus divinâ providentiâ Papa V. ſacraque Illu-
Ibid.f.107. ſtriſſimorum Cardinalium Congregatio negotiis Regularium præpoſita nobis expreſsè commiſerint cauſam vertentem inter Fratres tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupatos Vltramontanæ familiæ, præſertim Hiſpanorum, & Gallorum ex una, & Fratres S. Franciſci de Paula partibus ex altera, ſuper colore habitus geſtandi à dictis Fratribus tertij Ordinis, ut à Fratribus S. Franciſci de Paula apertè diſtingui poſſent, nos ſępè ſæpiùs prædictis partibus in voce, & ſcriptis auditis pro majori dictorum Fratrum intereſſe, quiete, & tranquillitate multoties, & maturè à nobis conſiderato hujuſmodi negotio, volentes iis, quantùm in Domino poſſumus, conſulere, cupienteſque ſublatis controverſiis omnibus, quæ hactenùs inter illos intervenerunt, quietiùs, & ſecuriùs in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulari valeant, judicavimus, decernimus, & ſtatuimus, ac per pręſentes mandamus, & ordinamus, ut juxta ipſorum Regulam, indultaque ſummorum Pontificum, præſertim fœl. mem. Clementis VIII. habitus prædictorum Fratrum Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupatorum ſit ex humili, & vili panno confecto hoc modo, videlicet ex quatuot partibus lanæ naturaliter nigrè, & ſine aliqua tinctura contextę, & una parte lanæ etiam naturaliter candidæ, ita quòd ſingulis quatuor libris lanę naturaliter nigrę addatur una libra lanę albę, prout in brevi Clemētis VIII. latiùs continetur; qnamobrem denuo ordinamus, necnon ſtatuimus, ut poſthac elapſis ſex Menſibus dicti Fratres omnes Tertij Ordinis Vltramontanæ familię præſertim Hiſpanorum, & Gallorum, habitu illo prædicto modo contexto induantur, & in futurum utantur. Quæ omnia, & ſingula ita fieri, & obſervari ab omnibus dictis Fratribus in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœna privationis officiorum, & inhabilitatis ad ſimilia officia in poſterum obtinenda, necnon excommunicationis latę ſententię, & aliis gravioribus pœnis arbitrio noſtro imponendis, mandamus, atque præcipimus; In quorum fidem, ac teſtimonium has præſentes noſtras ſubſcripſimus, ſigilliſque noſtris muniri juſſimus. Dat. Romæ in Palatiis noſtris die 30. Aprilis 1610.

*Marianus Perbenedictus Card. de Camerino Protector Minimorum de S. Franciſco de Paula.*

*Hieronymus Card. Pamphilius Ord. Fra-*

*trum Minorum de Obſervantia Vice-Protector.*

## PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Bord. bull. 259. fol. 592.

247. 1. Inter graves paſtoralis officij noſtri curas, quib⁹ aſſiduè pręmimur, hæc potiſſimùm Nos urget, ut Chriſti fideles, præſertim regularem vitam profitentes, ſemotis litium anfractibus, unanimi voce ſub concordiæ legibus Altiſſimo vota exolvant, & ſi quæ inter eos exortæ ſint lites, & diſcordiæ, illæ prout jus, & æquitas poſtularet, eliminentur, & ne in futurum reſurgant, opportunis remediis provideatur.

2. Aliàs ſiquidem per nos accepto, quòd lis, & cauſa inter dilectos filios FF. tertij Ord. S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatos Vltramontanæ familiæ ex una, & Fratres Ordinis S. Franciſci de de Paula partibus ex altera, ſuper colore habitus geſtandi à dictis Fratribus tertij Ordinis, ut à præfatis Fratribus S. Franciſci de Paula apertè diſtingui poſſet, pendebat.

3. Nos litem, & cauſam hujuſmodi Fratri noſtro Mariano Epiſcopo Tuſculano de Camerino, & dilecto filio noſtro Hieronymo Pamphilio tit. S. Blaſij de Annulo S.R.E. Presbyteris Cardinalibus nuncupatis Minimorum S. Franciſci de Paula, & Fratrum Minorum de Obſervantia Ordinum hujuſmodi apud Nos, & Apoſtolicam Sedem reſpectivè Protectori, & Vice-Protectori, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas, omni, & quacumque appellatione remota commiſimus.

4. Qui qnidem Mrianus, & Hieronymus Cardinales in executionem commiſſionis hujuſmodi ſæpę ſæpiùs præfatis partibus in voce, & in ſcriptis auditis, multotieſque, & maturè ab eis conſiderato hujuſmodi negotio, pro majori dictorum Fratrum intereſſe, quiete, & tranquillitate judicarunt, decreverunt, & ſtatuerunt, ut juxta ipſorum Regulam, indultaque ſummorum Pontificum, præſertim fœl. rec. Clementis VIII. prædeceſſoris noſtri, habitus præfatorum Fratrum tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupatorum ſit ex humili panno confectus hoc modo, ut ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & ſine aliqua tinctura contextæ, & una parte lanæ etiam naturaliter candidæ; ita quòd ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ addatur una libra lanæ albæ. Et aliàs prout in eorumdem Mariani, & Hieronymi Cardinalium decreto deſuper facto pleniùs dicitur contineri.

5. Cum autem utriuſque Ord. prædicti Fratres Nobis nuper exponi fecerint, quòd ipſi plurimùm cupiant, Decretum hujuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia, & inviolabili obſervatione à nobis confirmari, & approbari; ideo nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

6. Nos igitur illorum votis, quo quietiùs, & ſecuriùs in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulari valeant, annuere, eoſque ſpecialibus favoribus &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati.

7. Decretum præfatum, & omnia, & ſingula in eo contenta Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque omnibus, & ſingulis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus; omneſque, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, vel interveniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus, eaque omnia, & ſingula, valida, & efficacia fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, & ſingulis utriuſque Ordinis præfati Fratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus inviolabiliter obſervari debere, decernimus.

8. Mandantes nihilominus omnibus, & ſingulis ipſius Ordinis de Pœnitentia Fratribus, Miniſtris, & Prælatis Vltramontanæ familiæ, præſertim Gallorum, & Hiſpanorum tàm præſentibus, quàm futuris in virtute S. Obedientiæ, ac ſub privationis officiorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinenda; necnon excommunicationis latæ ſententiæ incurrendis pœnis, ut poſthac elapſis ſex menſibus, dicti Fratres omnes Tertij Ordinis habitu illo præfato modo contexto induantur, & in futurum utantur.

9 Quocirca Venerab. Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntiis

tiis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quęcumque nbi, & quandò opus fuerit, & quoties pro parte utriuſque, ſeu alterius Ordinis Fratrum hujuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicari; eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam, quavis authoritate quomodolibet indebitè moleſtari.

10. Contradictores quoſcumque per cenſuras, & Eccleſiaſticas pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

11. Non obſtant. &c. Quibus omnibus &c. Dat. Romæ ap. S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Aug. 1610. Pontif. noſtri anno ſexto.

Arch. Ara- cœl. Curię Vltr. f. 108. pag. 2. c. 2. 248. Cùm etiam ex Iulij I I. decreto jam olim decretum fuiſſe legatur, ut Tertiarij Fratres Regulares Capparonem in forma per ipſum aſſignata portare tenerentur: Congregationis hujuſmodi Gallicanæ profeſſores, ne cum Patribus Minimis in poſterum controverſias habere contingeret; Paulum V. Pontificem ſupplicarunt, ut ad potiorem condiſtinctionem præfatum Capparonem reaſſumere ſibi liceret; qui audito priùs ſuper hoc Archangelo de Meſſana factum approbante, & ad concordiæ firmitatem collaudante expedito Brevi 1 *Poſtulat ratio paſtoralis &c. ſub die 6. Decembris* 1610. hæc inter alia ſtatuit.

249. [Fratres Reformati Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupati Regni Frãciæ habeant, & deferant Capparonem latum, ut deſuper ſcapulas deſcendat ab utraque parte per quatuor digitos in lõgitudine, ut tam à parte anteriori, quàm poſteriori attingat infra Cingulum, ut ſuper illo cingi poſſit, prout aliàs per dictum Iulium prædeceſſorem noſtrum ordinatum, & præſcriptum fuit, Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus; decernentes, dictos Fratres Reformatos ſuper forma habitus, ut præfertur, deſignati ullo umquam tempore à quoquam quavis authoritate moleſtari non poſſe, quocirca Venerabilibus Fratribus Lugdunen. & Toloſan. Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & dictæ Sedis in dicto Regno Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe &c.]

250. Similiter & pro Canapæa fune, atque calepodiis ad inſtar Minoritarum aſſumendis, licentiam ab Archangelo Generali conceſſam confirmavit, ut ſequitur.

## PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

VT ea, quæ pro Religionum bono, & perſonarum in ipſis degentium quiete per ipſarum Religionum Superiores ſtatuta, & conceſſa, ordinataque ſunt, firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, Apoſtolicę confirmationis robur libenter adjicimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Fratrum tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum Regni Franciæ Nobis nuper expoſitum fuit, quòd dilectus pariter filius Archangelus à Meſſana Ordinis Fratrũ Minorum ſancti Franciſci de Obſervantia Miniſter generalis injunxit dictis Fratribus, ut depoſitâ corrigiâ cingulum canapæum, ſeu Crineum, ut vocant, aſſumerent, & in poſterum deferrent, & inſuper eiſdem, ut Zoccolis ſi, & prout hactenùs uſi fuerint, uti, & ſicut ab initio Reformationis magno cũ pietatis exemplo geſtarunt, & gerunt, prout in ipſo Archangeli Miniſtri generalis decreto deſuper facto, dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dicti Fratres plurimùm cupiant, Decretum hujuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Ideo nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benegnitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictos Fratres Reformatos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis &c. eorum hac in parte ſupplicationibus inclinati; Decretum præfatum Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque inviola

Arch. Ara- cœl. Cur. Vltr. t. 2. f. 106. p. 2.

inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tàm juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus. Non obſtantibus conſtitutionibus &c. Quibus omnibus &c. Dat. Romæ &c. die prima Decembris 1610. Pont. noſtri anno 6.

251. Contra nonnullorum Eremitarum abuſum, qui uſurpata authoritate, nec etiam ab Ordinis Superioribus, ſed vel à ſe ipſis aſſumptum, vel à Locorum Ordinariis receptum habitum Gallicanæ Reformationis Tertiariis conſimilem deferre non verebantur, Paulus V. ſequentem edidit Conſtitutionum; quam deinde pro habitu Franciſcano omnibus quomodocumque Eremitis, graviùs interdicendo Vrbanus VIII. renovavit, & ampliavit, quam ſupra retulimus.

PAVLVS PAPA V. &c.

1. EX paſtoralis officij noſtri debito illis, quæ pro tollendis abuſibus, & ſcandalis evitandis providè facta fuiſſe dicuntur, Apoſtolicæ confirmationis robur libenter adjicimus.

Bull. Bord. f.[illegible] .buii. 264.

2. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Villars Tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci de Pœnitentia Reformatorum nuncupati in Regno Franciæ profeſſor, & ejuſdem Ord. in Curia Romana Procurator, quòd dilectus etiam filius Ioannes de Ierro Ordin. Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia etiam nuncupatorum Miniſter Generalis, cui dicti Fratres Reformati Apoſt. authoritate ſubjecti exiſtunt, providè conſiderantes, quòd in dicti Regni Provinciis complures habitum Eremiticum ſimilem, vel quaſi ſimilem dictorum Fratrum portantes non ſine gravi ſcandalo malè vivunt, & per dictum Regnum vagantur, authoritate ſui officij, & inhærens privilegiis à Sede Apoſtolica dicto Ordini conceſſis nunc, & pro tempore exiſtenti Provinciali dicti Tertij Ord. quoſcumque habitum Eremiticum ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui dictorum Fratrum Reformatorum portantes, non ſine gravi ſcandalo malè viventes, & per dictum Regnum Franciæ vagantes, prædicto habitu ſpoliandi, caſtigandi, & incarcerandi, juxta Roman. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum privilegia eiſdem ordinibus conceſſa, authoritatem ſuam, licentiamque conceſſit.

3. Prohibuit etiam Fratribus ſui Ord. ne quemquam abſque prædicti Provincialis conſenſu veſtiant, aut recipiant, prout in patentibus litteris ipſius Miniſtri Generalis deſuper confectis pleniùs dicitur contineri.

4. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, dictus Petrus plurimùm cupiat licentiam, facultatem, & prohibitionem præfatas; necnon litteras patentes deſuper confectas ejuſmodi pro illarum firmiori ſubſiſtentia, & validitate Apoſt. noſtræ confirmationis robore communiri; Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5. Nos igitur dictum Petrum ſpecialibus favoribus &c. hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, licētię impertitionem, & prohibitionē, ac litteras patentes deſuper confectas prædictas, omniaque, & ſingula in eis contenta Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus; illiſque inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Ac omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti, defectus, ſi qui deſuper, quomodilibet intervenerint, ſupplemus. Et nihilominus d. Tertij Ordinis nunc, & pro tempore exiſtenti Provinciali, & quoſcumque habitum Eremiticum ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui Fratrum Reformatorum hujuſmodi portantes, & cum gravi ſcandalo malè viventes, ac per dictum Regnum vagantes habitu hujuſmodi ſpoliare, & caſtigare, ac etiam carceribus mancipare liberè, & licitè valeant authoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus, ac impartimur. Decernentes præſentes litteras validas, firmas &c. Quocirca Venerab. Fratribus Lugdnn. & Toletan. Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Francię pro tempore exiſtenti Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quęcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis

defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacificè frui, & gaudere &c. Contradictores &c. Dat. Romæ &c. die 14...... 1613. Pontif. noſtri anno 8.

Denique pro Congregationis Italicæ Tertiariorum cum Patribus Minoribus Conventualibus ſtabilienda in facto habitus concordia, videndæ ſunt conſtitutiones Apoſtolicæ in Bullario Bordonij.

## CAPUT XII.

### *Qualis ſit dependentia Tertij Ordinis de Pœnitentia ab Ordine Minorum.*

252. TErtij Ordinis de Pœnitentia profeſſores, quamvis à Seraphico Patriarcha tertio loco geniti, nullam tamẽ à primo, videlicet à Seraphica Minorum Religione dependentiam ex vi ſuæ ipſorum Regulæ, qualem Clariſſis conſtat impoſitam fuiſſe, habere comprobantur: quinimmò Miniſtros pro dando devotis fidelibus habitu, in cap. 2. Regulæ, & in tertio Viſitatores pro ſui correctione fuiſſe legimus ipſis aſſignatos; quos Viſitatores ex aliqua approbata Religione Sacerdotes tempore opportuno depoſcerent, S. Pater admonuit. Nicolaus IV. Papa ubi primùm Regulam eorum Apoſtolico diplomate, *Supra Montem &c.* jam in ſuperioribus deſcripto confirmavit; & Tertiarios ipſos graviter hortatus eſt in eadem Regulæ deſcriptione, ut in reverentiã Seraphici Patris, à quo ſuam gloriantur originem profiteri, Viſitatores ſuos de ipſius S. Patriarchæ filiis, ideſt de Fratribus Minoribus per Cuſtodes, & Guardianos ſuos deputandos aſſumerent. Piiſſima Papæ conſilia cum aliqui debita humilitate ſuſciperent, alij renuere non contenti, primos etiam impiis rationibus, & violentiis ab hujuſmodi Minoritarum poſtulatione alienare non verebantur. Indignatus Pontifex, hoſce ſuæ exhortationi tanto ardore, tam poſitivè fieri contrarios, graviter eos increpando, & per locorum Ordinarios compeſci jubendo, tanti Patris degeneres filios appellat; è contra verè ſuo acquieſcentes conſilio, quod juri naturali, & æquitati non immeritò dicit eſſe conforme, ſpecialibus gratiis, & benedictionibus voluit replere: ex ipſo diplomate meliùs omnia conſtabunt.

## NICOLAUS PAPA IV.

### *Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, &c.*

253. UNigenitus Dei Filius, cujus livore ſanati ſumus, & ſanguinis fonte regenerati, ſolus ſuam fundavit Eccleſiam, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, Beatoque Petro Apoſtolorum Principi æternæ vitæ clavigero cœleſtis, & æterni ſimul imperij jura commiſit, diſperſos Iſrael ad ovile ſuum miniſterio Paſſionis inductos ligandi, atque ſolvendi ſibi, & in eo ſucceſſoribus tradito principatu. Quarè Romano Pontifici, ejuſdemque Principis in principatu hujuſmodi ſucceſſori hæ vigiliæ præcipuæ, & ſolertiæ ſedulæ, ſtudia, & deſideria non vacua imminent, ex debito Apoſtolicæ ſervitutis, ut Eccleſiam ipſam novo ſemper fœtu multiplicet, & congreget illi gregem & diſciplinis, & regulis informatum. Nam humanæ naturæ conditio tamquam vas figuli ſubjecta frangitur, & facilè reparatur; propterea ſiquidem fideles ejuſdem Eccleſiæ, ut in azymis ſinceritatis, & veritatis alitos vigilanter oportet cavere, ne ſucceſſuris ejuſdem Principis ordinationibus, vel doctrinis minorando detrahant, vel quoquomodo labiis detractionis obſiſtant, cum ſecundùm Apoſtolum ordinationi ſit obvius, qui poteſtati reſiſtit. Cum itaque ille glorioſus B. Franciſcus Confeſſor eximius, igne charitatis ſuccenſus, verbo, & opere Apoſtolorum diſcipulus ad ampliãdam in domo Domini familiam plenus ſpiritu veritatis cõſurgens, ut ambulantiũ in tenebris pedes eruditionis ſine litteris dirigeret in viam ſalutis æternæ, quemadmodum Ordinem inſtituerat Pœnitentium titulo inſignitum, in quo normam tradidit promerendi æterna. Nos Ordinem ipſum opportunis favoribus proſequi, & ad ejus augmentum benigniùs intendentes, ut quod in zelo ipſius Confeſſoris extiterit, incrementis augeretur virtutis;

Vvad. t. 2. Reg. f. 194. bull. 45. Nicol. IV.

ejuſdem Ordinis profeſſores adjectione noſtræ ſolicitudinis magis, ac magis de virtute proficiat in virtutem, Ordinem ipſum approbando, ordinationes nonnullas ſalutaris perſuaſionis noſtris litteris in eodem Ordine duximus obſervandas. Inter cæteras eiſdem Fratribus paterno conſulentes affectu, ut hujuſmodi normam vivendi ſequerentur, & ſequendo amplecterentur eamdem. Et cum naturalis perſuadeat ratio, & rationi æquitas acquieſcat, ut prædicti Ordinis profeſſores ob ipſius Confeſſoris reverentiam dilectorum filiorum noſtrorum Ordinis Minorum dirigantur, & regulentur doctrinâ, (quia utriuſque almus extitit Inſtitutor) de Ordine ſupradicto Fratrum Minorum Viſitatores, & Procuratores aſſumere. Verùm quia, proh dolor: nonnulli ex Ordine prędicto Pœnitentium, Eccleſiæ, & Confeſſoris eorumdem degeneres filij adverſum perſuaſionem, & conſilium hujuſmdi conſurgentes non metuunt affirmare, quòd hujuſmodi noſtro conſilio acquieſcentes, illoſque ſequi volentes ſalvari nequeant in eodem Ordine Pœnitentium, nec formidantes præſumptuoſiùs agere in hac parte, callidis ſuggeſtionibus ſubvertunt ipſi conſilio adhærere cupientium voluntates, illudque adimplentes prohibitionibus præſumptuoſis, & moleſtationibus gravibus perſequendo. Nos præſumptores hujuſmodi nolentes conniventibus oculis pertranſire, prohibemus, ne quis onus hujuſmodi profeſſionis, cujuſcumque conditionis, & ſtatus exiſtat, auſu nefario præſumat impedire, quatenus omnes dicti Ordinis Pœnitentium regulam obſervantes, qui hujuſmodi noſtrum cupiunt ſequi conſilium, illud adimpleant, & ſequantur. Decernentes omninò proceſſus contra hujuſmodi noſtro conſilio adhærentes habitos, & habendos nullius exiſtere firmitatis. Cęterùm quoniam cupimus vehementer hujuſmodi noſtrum ſalubre conſilium adimpleri, omnes, qui illud ſuſceperint, & adimpleverint reverenter, Apoſtolicæ, & noſtræ benedictionis gratiam ampliùs conſequantur, & gaudeant privilegiis ejuſdem Ordinis Pœnitentium ab eadem Sede conceſſis, & impoſterum concedendis. Impedientes verò, quò minus pręmiſſum adimpleant conſilium, quòd ab hujuſmodi impedimento deſiſtant, per locorum Ordinarios compeſci volumus, & mandamus. Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis ſub quacumque forma verborum obtentis, per quæ effectus præſentium poſſet quodammodo impediri. Et inſuper volumus, quòd hujuſmodi Fratres noſtro ſalubri conſilio adhærentes debeant habere Miniſtros de ſe ipſis juxta formam in prædicta Regula comprehenſam. Dat. apud. Vrbem veterem 6. Idus Auguſti Pontif. noſtri anno tertio.

254. Cum verò Innocentius IV. jam per ſuas litteras hujuſmodi Tertiariorum Congregationem Fratrum Minorum viſitationi, atque obedientiæ ſubjeciſſet; non obſtante præfata Nicolai IV. prima conſtitutione, atque ſimplici conſilio per plures ſubſequentes Pontifices fuerunt ex integro facti Minoribus ſubjecti, per alios ſuæ libertati reſtitui; ex quo potiſſimùm Collegialiter, & demùm Regulariter vivere cœperunt; nec ad noſtra uſque tempora controverſiæ hujuſmodi ceſſare potuerunt; do plurimarum Apoſtolicarum conſtitutionum exemplaria, ut majori tandem ex fundamento litis terminationem, vel ultimum ſtatum liceat apponere.

INNOCENTIVS PAPA IV. &c.

*Dilectis filiis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Siciliam conſtitutis.*

255. VOta devotorum Eccleſiæ, quę fructum ſalutis æternæ continere perſpicimus, ad effectus gratiam pio dirigere favore debemus. Cum itaq; dilecti filij Miniſtri, & Fratres Ordinis de Pœnitentia in Italia, & Regno Sicilię conſtituti cupiant, ſic ad illa devotionis augmenta proficere, per quæ æreræ fœlicitatis prœminm eis poſſit faciliùs provenire: Nos eorum precibus annuentes, diſcretioni veſtræ præſentium authoritate mandamus, quatenùs ipſis opportunis temporibus per vos, vel Fratres veſtri Ordinis ad hoc idoneos viſitationis Officium impendentes, & inſtruenres regularibus diſciplinis corrigatis, & reformetis e[illegible]dem tam in capite quàm in membris, qu[illegible]rectionis, & viſitationis officio noveritis indigere, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam

Uvad. t. 4. in appendic. ad t. 1° f. 10. bul. 2.

cam

cám compeſcendo. Datum Lugduni Idibus Iulij Pontificatus noſtri anno quarto. Conſequenter ad Innocentium decreverunt & Ioannes XXII. & Martinus V. prout ſequitur.

## IOANNES PAPA XXII.

Vvad. t. 5. Reg. 1414. bull. 28. 256. CVm de privilegiis, & litteris Apoſtolicis ambigitur, expedit, ut illa per oraculum ſummi Pontificis declarentur. Dudum ſiquidem per fœl. rec. Innocentium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd quidem dilecti filij Miniſtri, & Fratres Ordinis de Pœnitentia in Lombardia cupiebant in illis devotionis augmento proficere, per quæ fœlicitatis æternæ præmium eis poſſet faciliùs provenire; dictuſque prædeceſſor propereà precibus dictorum Miniſtrorum, & Fratrum annuens, dilectis filiis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum de Lombardia per ſuas litteras mandavit, ut ipſos Miniſtros, & Fratres de Pœnitentia opportunis temporibus per ſe, & Fratres dicti Ordinis Minorum, ad hoc idoneos viſitationis officium impenderent, & inſtruerent regularibus diſciplinis, corrigendo, & reformando ibidem tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noſcerentur indigere; Contradictores per &c. compeſcendo. Deindè piæ mem. Nicolaus Papa IV. etiam prædeceſſor noſter, qui eidem Innocentio in apice ſummi Apoſtolatus ſucceſſit, inter alia multa, quæ pro ſalubri ſtatu ipſius Ordinis de Pœnitentia noverat profutura, etiam per ſuas litteras ſtatuit, ut Miniſtri, & Fratres, ac Sorores de Pœnitentia hujuſmodi cujuſlibet civitatis, & loci, ubi pro tempore morarentur, Viſitatorem haberent Sacerdotem, qui alicujus probatæ Religionis exiſteret; quique illis de commiſſis exceſſibus injungeret pœnitentiam ſalutarem; nec quivis alius poſſet eis ejuſmodi viſitationis officium exhibere: quòdque ipſum officium ſemel exerceretur in anno, niſi neceſſitate aliqua ſuadente foret pluries faciendum. Incorrigibiles verò, & inobedientes monitio trina prævenire deberet, qui ſeſe corrigere non curarent, de ipſius Ordinis de Pœnitenria conſortio expellerentur: Ac conſulvit, ut Viſitatores, & Reformatores hujuſmodi de Fratribus præfati Ordinis Minorum aſſumerentur, quos Cuſtodes, vel Guardiani ejuſdem Ordinis Minorum, cum ſuper hoc requiſiti forent, ducerent aſſignandos. Noluit tamen Miniſtros, Fratres, & Sorores de Pœnitentia hujuſmodi à laico viſitari, prout in eorumdem Innocentij, & Nicolai prædeceſſorum litteris pleniùs continetur. Cum igitur, ſicut ex relatione dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum domus, ſeu Conventus Ferrarien. Ordinis antedicti accepimus, à nõnullis vertatur in dubium, an Miniſtri, & Fratres ipſi poſſint dictos Miniſtros, & Fratres, ac Sorores de Pœnitentia viſitare. Nos volentes præfatos Miniſtros, & Fratres gratiis, & favoribus proſequi gratioſis, ac hujuſmodi dubium amputare, ipſis Miniſtris, & Fratribus quidem Miniſtros, Fratres, ac Sorores de Pœnitentia hujuſmodi, opportunis temporibus per ſe, ac Fratres dicti Ordinis Minorum ad hoc idoneos, in capite, & in membris, in Civitate, & diœceſi Ferrarien. viſitare, ac exceſſus eorum corrigere, & punire, ipſoſque regularibus diſciplinis inſtruere, necnon alia facere, quæ officio viſitationis incumbunt, vigore litterarum Innocentij ſupradicti liberè, & licitè poſſint, authoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus; præmiſſis conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo &c. Datum Bononiæ 16. Kalendas Iulij anno quinto.

## MARTINVS PAPA V. &c.

*Venerabili Fr. Jordano Epiſcopo Albanen.*

257. LIcèt inter cetera Regularis Obſervantiæ vota &c. Sanè pro parte dilectorum filiorum Antonij de Maſſa Generalis, & ſingulorum Provincialium Miniſtrorum, univerſorumque Fratrum Ordinis Minorum petitio continebat, quòd nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares utriuſque ſexus perſonæ in diverſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum, Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes, & à B. Franciſco nomen aſſumentes, *de Tertia Regula* dicti Ibid. f. 140. bull. 165. an. 1426.

Sancti, aliàs *de Pœnitentia* ſe appellant, tam ex privilegiis, ut aſſerunt, conceſſis, quàm etiam propria authoritate nonnunquam in communi, quandoque verò ad partem ſub quadam vivendi norma, quaſi in propriam libertatem, & abſque debita ſubjectione, & obedientia religioſam vitam ducere ſe aſſerunt, & præſumunt; undè dicti Ordinis non ſolùm confuſio generatur, & contemptus, verùm etiam ſic ſimplices decepti in diverſas inducuntur hæreſes, & errores, pluraque ſcandala, & pericula proveniunt animarum. Quarè pro parte Generalis,& Provincialium Miniſtrorum, ac Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper præmiſſis opportunè providere &c. dignaremur. Nos itaquè attentè conſiderantes incongruum exiſtere,quòd hujuſmodi perſonę habitum de dicto Sancto cōceſſum gerant, & ſe de Tertio Ordine nominare præſumant,& juriſdictionem, aut diſciplinam Superiorum dicti Ordinis Minorum ſuſcipere parvipendant, ac aliàs ſubjecti præfato Ordini non exiſtant, ac ſuper his ſalubriter occurrere cupientes, circumſpectioni tuæ &c. mandamus, quatenùs ſi ita eſt, omnes & ſingulos Fratres, & Sorores *de Tertia Regula* S. Franciſci, aliàs *de Pœnitentia* nuncupatos tam præſentes, quàm futuros, cujuſcumque gradus, vel conditionis exiſtant, & ubicumque conſiſtant, eidem Ordini, & ejus Superioribus, in omnibus eorum tamen vivendi, & continendi formâ ſemper ſalvâ authoritate noſtra ſubjicere, ipſoſque prædictis Generali, & Provincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus quemadmodum cæteri, & veri dicti Ordinis Fratres,& Sorores ſubjecti exiſtunt,ſubjectos eſſe decernas; ſtatuens, & ordinans authoritate prædicta, quòd præfati Miniſtri Fratres de tertia Regula,& Sorores prædictos, quoties expediens fuerit, per ſe, vel alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes, ac excedentes pro demeritis punire, & emendare, eorumque confeſſiones audire, eiſque pœnitentiam ſalutarem injungerere, & omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemque aliam (quę tamen illorum obſervantiæ,ſeù continentiæ pœnitùs non obvient) juriſdictionem exercere valeant in eoſdem; contradictores &c. compeſcendo. Non obſtantibus privilegiis &c.quibus,quantùm præmiſſis contraria fuerint, derogamus; necnon conſtitutionibus Apoſtolicis &c. quibuſcumque. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos 5. Idus Decembris, anno decimo.

258. Præfatas tamen Martini litteras, tamquam ad generalis Miniſtri ſupplicationem expeditas,revocavit Eugenius IV.& Tertiarios ex integro ſuæ libertati voluit eſſe reſtitutos, ecce diplomatum tenores.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

AD Apoſtolicæ Sedis apicem &c. Dudum ſi quidem fœl. rec. Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia litteras conceſſit tenoris ſubſequentis. *Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia tàm præſentibus, quàm futuris ſalutem &c. ſuper Montem Catholicæ fiedei &c. uſque ad ſe noverit incurſurum. Datum Reate* 15. *Kal. Septemb. Pontificatus noſtri anno* 2. Poſtmodum verò pro parte dilectorum Antonij de Maſſa Generalis, & ſingulorum Provincialium Miniſtrorum, univerſorumque Fratrum Ordinis Min. bonæ memoriæ Martino Papæ V. etiam prædeceſſori noſtro expoſito, quòd nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæculares utriuſque ſexus perſonæ in diverſis partibus mundi conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes,& B. Franciſci nomen aſſumentes, *de Tertia Regula* dicti Sancti, aliàs de Pœnitentia ſe appellabant, tam ex privilegiis eis, ut aſſerunt, conceſſis, quàm etiam propria authoritate nonnūquam in communi, quandoque verò ad partem ſub quadam vivendi norma, quaſi in propria libertate, & abſque debita ſubjectione, & obedientia vitam religioſam ducere ſe aſſerebant, & prę ſumebant; undè dicti Ordinis non ſolùm confuſio generabatur, & contemptus, verùm etiam ſic ſimplices decepti

Ibid. f. 193. bull. 15. ann. 1431.

ad

ad diverſas ducebantur hæreſes,& errores, pluraque ſcandala, & pericula proveniebant animarum; dictus Martinus prædeceſſor per ſuas litteras Venerabili Fratri noſtro Iordano Sabinen. tunc Albanen. Epiſcopo dedit in mandatis, ut omnes, & ſingulos Fratres, & Sorores de Regula, vel de Pœnitentia hujuſmodi nuncupatos tàm præſentes, quàm futuros, cujuſque gradus, vel conditionis eſſent, & ubicumque exiſterent, eidem Ordini, & ejus Superioribus in omnibus, eorum tamen vivendi, & continendi formâ ſemper ſalvâ, ſubjicere, ipſoſque prædictis Generali, & Provincialibus Miniſtris, pro tempore exiſtentibus, quemadmodum cæteri, & veri dicti Ordinis Fratres,& Sorores ſubjecti exiſterent, ſubjectos eſſe debere decerneret, ſtatuens, & ordinans, quòd prædicti Miniſtri Fratres de Regula, & Sorores prædictos, quoties expediens foret, per ſe, & alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes, & excedentes pro demeritis punire, & emendare, eorumque confeſſiones audire, & ipſis Pœnitentiam ſalutarem injungere, ac omnia Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, omnemque aliam, quæ tamen illorum obſervantiæ, ſeù continentiæ penitus non obviaret, juriſdictionem in illos exercere valerent, prout in litteris Martini prædeceſſoris hujuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſæ pendentes, necnon ſcandala, & inconvenientia plurima prodierint hactenus, & de majoribus, niſi deſuper Apoſtolicæ Sedis proviſio quantociùs adſit, veriſimiliter formidetur, & quia donec præmiſſa daretur occaſio quietis, votivæque directionis ubertate progreſſus ipſorum FF. de Pœnitentia, & Sororum ſtatus omnino redderetur intranquillus. Nos igitur &c. attentè recenſentes, congruum non exiſtere, quòd ipſarum dicti Nicolai prædeceſſoris noſtri, quæ tàm digeſtæ, tantæque maturitatis, & libraminis adminiculo proceſſerunt, & quibus aliàs longævis adeò temporum curriculis derogatum non fuit, litterarum ſeries alicujus debeat facto præſumptionis immutari, præmiſſis quoque ſcandalis,& inconvenientiis, quantùm nobis ex alto permittitur, obviare, necnon ſalubre remedium adhibere cupientes, ac omnes prædictas lites penitùs extinguentes, litteras Martini prædeceſſoris, illarumque prætextu facta, ut præmittitur, ſtatuta,& ordinationes hujuſmodi, ac quæcumque inde ſecuta, authoritate Apoſtolica præſentium ſerie de certa ſcientia revocamus, caſſamus, & irritamus, ac nullius volumus exiſtere firmitatis; decernentes, ipſas litteras ejuſdem Nicolai prædeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem proindè in omnibus, & per omnia, ac ſi prædictæ litteræ dicti Martini prædeceſſoris nullatenùs emanaſſent; irritum quoque, & inane, ſi quidquam in contrarium à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac diſtrictiùs inhibentes Miniſtris, & ipſius Ordinis Minorum Fratribus prædictis, nè prætextu litterarum Martini prædeceſſoris hujuſmodi Fratres de Pœnitentia, Sororeſque prædictos, vel eorum aliquam vexent quomodolibet, aut moleſtent. Non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque contrariiſquibuſcumque. Nulli ergo &c. noſtræ extinctionis caſſationis, irritationis, conſtitutionis, inhibitionis, & voluntatis infringere &c. Datum Romæ &c. anno 1431. 17. Kal. Decembris anno primo.

259. Dehinc executores dedit ut ſequitur. *Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Compoſtellan. & Epiſcopo Peruſin. ac dilecto filio Archipresbytero Sanctorum Celſi, & Iuliani de Vrbe.* Hodie noſtras fieri mandavimus tenoris ſequentis: Eugenius ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem &c. ut ſupra. Cupientes igitur, ut hujuſmodi noſtræ litteræ progreſſu temporis irrefragabiliter obſerventur, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ipſis Fratribus, & Sororibus opportunę defenſionis auxiliis aſſiſtentes, non permittatis eos, vel aliquem illorum contra noſtras conſtitutionem,& inhibitionem prædictas &c. Dat. ut ſuprà &c.

## EUGENIUS PAPA IV.

*Venerabilibus Fratribus Caſtellanen. & Serviſen. Epiſcopis.*

260. AD Sacram Petri Sedem divina diſpoſitione vocari &c. Dum Ibid. f. 240. bull. 111.

 dum

dum ſiquidem fœl. rec. Nicolaus Papæ IV. prædeceſſor noſter inter cætera ſtatuit, quòd Miniſtri, & Fratres, ac Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci *de Pænitentia* nuncupati civitatis, & loci cujuſlibet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel Eccleſia, ubi locum hujuſmodi contigerit deeſſe, convenirent, & Viſitatorem haberent Sacerdotem, qui alicujus approbatæ Religionis exiſteret, ac illis de commiſſis exceſſibus injungeret pœnitentiam ſalutarem, nec quivis alius poſſet eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere, prout in ipſius prædeceſſoris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum, ac dilectarum in Chriſto filiarum Miniſtræ, & Sororum domorum loci de Venetiis dicti Ordinis Canſtellan. Diœceſ. petitio continebat, quòd Generalis, & Provincialis Miniſtri, necnon Guardianus domus eiuſdem loci de Venetiis Ordinis Fratrum Minorum contra ſtatutum, & litteras huiuſmodi, quorum veriſimiliter ignari non ſunt, ipſis Miniſtro, & Fratribus, necnon Miniſtræ, & Sororibus Domorum Tertii Ordinis huiuſmodi etiam renitentibus, & invitis præfatum viſitationis officium conentur impendere, necnon eos deſuper præſumpſerint hactenùs multipliciter moleſtare, plurimis inde ſcandalis, inconvenientiiſque ſubortis, & aliis, niſi deſuper Apoſtolicæ proviſionis adminiculum ſuccedat, veriſimiliter emerſuris; ipſique Miniſter, & Fratres, necnon Miniſtra, & Sorores domorum Tertij Ordinis huiuſmodi, quominus eis, ac dicto Tertio Ordini conceſſis privilegiis, & libertatibus uti, gaudereque pacificè poſſint, progreſſu tēporis timeāt impediri. Nos igitur &c. fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos, vel alter veſtrum ſtatutum prædictum, cui authoritate Apoſtolica, quoad Miniſtrum, & Fratres, necnon Miniſtram, & Sorores domorum Tertij Ordinis huiuſmodi; ut ipſum Viſitatorem de conſilio, & aſſenſu alicuius veſtrum, quoties opus fuerit, eligant, & aſſumant, per præſentes adjicimus, ubi, & quandò expedire videbitis, authoritate Apoſtolica ſolemniter publicantes, ac Miniſtro, & Fratribus ipſis, necnon Miniſtræ, & Sororibus domorum Tertij Ordinis huiuſmodi, quoties ſuper hoc pro parte ſua deſuper requiſiti fueritis, efficacis præſidio defenſionis aſſiſtentes, non permittatis, aliquem ex eis per Generalem, & Provincialem Miniſtros, ac Guardianum prædictos, vel quempiam ipſorum, vel quoſvis alios contra ſtatutum, privilegia, & libertates hujuſmodi, ſeu ſuper eorum juribus, & bonis impediri quomodolibet indebitè, vel moleſtari, aut ipſis gravamina, damna, vel injurias irrogari facturi Miniſtro, & Fratribus, ac Miniſtræ, & Sororibus domorum Tertij Ordinis hujuſmodi ſuper pręmiſſis omnibus, in illis videlicèt, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicij, in aliis verò, prout eorum qualitas exegerit, juſtitiæ complementum. Contradictores quoſlibet, & rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, Ordinis, & conditionis exiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit, authoritate prædicta per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; Non obſtantibus tàm pię mem. Bonifacij Papæ VIII. &c. quàm aliis quibuſcumque conſtitutionibus à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris &c. Volumus inſuper, & eadem authoritate decernimus, quòd quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico præpeditus, quòdque à data cum ſit vobis, & cuilibet veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cœptis, præſentibus, & futuris perpetua poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cœptis, & nō cœptis, pręſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi præmiſſa omnia coram vobis cœpta fuiſſent, ac juriſdictio veſtra, & cujuſlibet veſtrum in præmiſſis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modū alium perpetuata legitimū extitiſſet; conſtitutione prædicta ſuper Conſervatoribus, & alia qualibet in contraria edita non obſtantibus, præſentibus perpetuò valituris. Dat. Bononiæ &c. 1437. 6. Idus Octobris anno 7.

261. Verùm non multò poſt Tertiarios ipſos ejuſdem Provinciæ S. Antonij Vicario Provinciali Obſervantium voluit

luit eſſe ſubjectos dato diplomate, *Expoſcit dilectorum &c.* quod ſupra deſcripſimus. Pius II. univerſum hoc ſodalitium in regnis Caſtellæ Minoribus de Obſervantia ſubjici, & obedire præcepit, ut ſequitur.

PIVS PAPA II. &c.

*Venerabili Fratri Archiepiſcopo Toletan. &c.*

Uvad. t. 6. Reg. ann. 1462. bull. 10. 262. PIa Deo, & Eccleſiæ deſideria &c. ſanè pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Thereſiæ de Guevara, & aliarum perſonarum in Regno Caſtellæ ſub Regula Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatarum viventium nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd quamvis ab exordio dicti Ord. S. Franciſcus inſtituerit, ut religioſæ perſonæ utriuſque ſexus ſub eadem Regula Tertij Ordinis pro tempore degentes, eſſent ſub cura Ordinis Fratrum Minorum, fuerintque poſtmodum nonulli Reges, & Reginæ, aliæque nobiliſſimæ utriuſque ſexus perſonæ ſub regula dicti Tertij Ordinis viventes, qui in Dei Eccleſia honoris, & honeſtatis fructus uberrimos attulerunt; verumtamen, quia nonnulli Fratres dicti Tertii Ordinis quaſdam à Sede Apoſtolica litteras, per quas perſonæ ſub regula tertii Ordinis hujuſmodi degentes ab obedientia Prælatorum dicti Ordinis Fratrum Minorum, ſub qua erant, eximuntur, ac eis totalis juriſdictio ſuperioritatis, & prælaturæ ſuper religioſas perſonas utriuſque ſexus dicti tertij Ordinis conceditur, obtinuiſſe dicuntur, magna exindè incommoda, diſſolutiones, homicidia, & quaſi totalis ejuſdem tertij Ordinis deſolatio, maximè in regno antedicto (proh dolor!) ſubſecuta ſunt. Quare pro parte tàm Thereſiæ, quæ, ut aſſerit, dilecti filij nobilis viri Eneci de Guevara magni Senoſcalli Regni Siciliæ citra Farum Soror extitit, quàm aliarum perſonarum prædictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eas Cuſtodibus, & Guardianis dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, infra quarum loca perſonæ Tertij Ordinis hujuſmodi, ad præſens commorantur, & pro tempore commorabuntur, ſubjicere, & ad priſtinum, ac illum ſtatum, in quo erant, antequam litteræ hujuſmodi emanarent, reducere, aliáſque ſtatui earum in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui pacem, & quietem ſingularem religioſarum, ut devotiùs Altiſſimo vota ſua exſolvere poſſint, procuramus, ac diſſenſionibus, & ſcandalis, ne illa eveniant, quantùm cum Deo poſſumus, obviamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, quorum intereſt, de præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, authoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris, eadem authoritate noſtra decernas, quòd ſingulæ perſonæ dicti Tertij Ordin. utriuſque ſexus in prædicto Regno nunc, & pro tempore commmorantes, ſalva authoritate Diœceſanorum, ſub receptione, cura, viſitatione, correctione, prælatura omnimoda Cuſtodum, & Guardianorum locorum de Obſervantia hujuſmodi, in quibus dictæ perſonæ religioſæ Tertij Ordinis morantur, & pro tempore morabuntur, in omnibus, & per omnia, ac ſi dictæ litteræ ab eadem Sede nullatenus emanaſſent, permaneant. Non obſtantibus &c. Datum in Abbatia S. Salvatoris Cluſin. Diœceſan. 1462. 3. Idus Iulii Pontif. noſtri anno 4.

263. Sixtus IV. in orbe univerſo ipſorum ſubjectionem ad Ordinem Minorum voluit eſſe dilatatam, cuius diplomatis tenorem exhibeo

SIXTVS PAPA IV. &c.

*Dilectis filiis Zaneto de Vtino Generali, & univerſis Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum per univerſum Orbem conſtitutis &c.*

ROmani Pontificis providentia &c. dudum ſiquidem per fœl. recor. Innocentium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd Miniſtri, & Fratres tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti cupiebant ad illa devotionis augmenta procedere, per quæ fœlicitatis æternæ præmium eis poſſet fœliciùs Ibid. anno 1471. bul. 3

prove

provenire. Idem prædeceſſor eorum Miniſtrorum, & Fratrum ſupplicationibus inclinatus, unverſis Miniſtris Provincialibus veſtri Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum præfatum conſtitutis ſuis litteris mandavit, ut opportunis temporibus per eos, aut dicti eorum Ord. Fratres ad hoc idoneos, Miniſtros, & Fratres dicti Tertij Ordinis in Italia, & Regno prædicto conſiſtentes pro tempore viſitarent, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, corrigerentque, & reformarent ibidem tàm in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio cognoſcerent indigere, prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos cupiatis prædictas, & quaſcumque alias Apoſtolicæ Sedis litteras vobis aliquam ſuperioritatem, poteſtatem, & authoritatem in eoſdem Miniſtros, & Fratres Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupatos quomodolibet concedentes, & in illis contenta pro ſubſiſtentia firmiori noſtræ approbationis munimine roborari, & ad Miniſtros, ac Fratres dicti Ordinis extra Italiam conſiſtentes extendi: Pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut prædictas litteras Innocentij prædeceſſoris præfati, necnon omnia, & ſingula alia privilegia vobis in ipſos Miniſtros, & Fratres dicti Tertij Ordinis poteſtatem, & authoritatem aliquā quomolibet concedentes, approbare, roburque perpetuæ firmitatis obtinere debere decernere, ac aliàs vobis, & eorumdem Fratrum Tertij Ordinis proſperiori, ac fœliciori regimini opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictas, & quaſcumque litteras alias hujuſmodi, per quas vobis aliqua ſuperioritas, præeminentia, & authoritas in ejuſdem Tertij Ordinis Fratres, & Sorores tribuitur, Apoſtolica authoritate, præſentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & ad vos Miniſtros Generalem, & Provinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis veſtri de Obſervantia nuncupatorum, necnon Miniſtros, Fratres dicti Tertij Ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ hujuſmodi per univerſum orbem conſiſtentes, eadem authoritate extendimus: necnon vobis, & ſucceſſoribus veſtris pro tempore exiſtentibus Generali, ac Provincialibus Miniſtris, & Vicariis prænominatis de Obſervantia dicti Ordinis Fratrum Minorum, ac eoſdem Miniſtros, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ubilibet infra provincias vobis, & eiſdem ſucceſſoribus veſtris, Generali, & Provincialib⁹ Miniſtris, & Vicarias præmiſſas conſiſtentes, charitativè in capite, & in membris viſitandi, & juxta regularia inſtituta dicti Ordinis inſtruendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus Tertij Ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit, corrigendi, & reformandi: volenteſque ad ipſum Tertium Ordinem, & illius vivendi modum aggregari recipiendi, & habitum, ſive mantellum juxta morem dicti Ordinis eis exhibendi; ac ipſis Miniſtris, Fratribus, ac Sororibus Tertij Ordinis Viſitatorem, ſive Cōfeſſorem dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, vel de Obſervantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id moribus, vitæ ſanctimoniâ, & ætate idoneum, qui etiam illis omnia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare habeat, pro tempore in veſtris provincialibus Capitulis, vel congregationibus dictorum Fratrum de Obſervantia nuncupatorum, vel extra prout opportunum videbitur, aſſignandi, eadem authoritate licentiam concedimus, & etiam facultatem: diſtrictiùs inhibentes locornm Ordinariis, & aliis quibuſcumque perſonis cujuſvis ſtatutus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quacumque authoritate fungantur, ne prætextu quarumlibet litterarum, & facultatum eiſdē forſan conceſſarum, & pro tēpore concedendarum de præmiſſis, quæ ad vos ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumant, ac decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcumque aliis forſan circa præmiſſa eis per Sedem Apoſtolicam conceſſis facultatibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romę &c. anno 1471. 18. Kal. Ianuar. Pontif. noſtri anno 1.

264. Quæ omnia graviori edicto contra

tra nonnullorum contumaciam confirmavit, expedito Brevi *Pridem per alias noſtras &c. Dat. die 21. Aprilis 1476.* & habetur ſub n. 164. in bullario Bordonii. Deindè ſpecialiùs pro Tertiariis in Belgio, ut Minoribus de Obſervantia in Provincia Franciæ ſubderentur, ſequentem edidit conſtitutionem.

## SIXTUS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Uvad. t. 7. Reg. anno 1477. bull. 28.

265. EX Apoſtolicæ ſervitutis officio &c. Dudum ſiquidem per fœl. record. Innocentium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd tunc Miniſtri, & Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti cupiebant ad illa devotionis augmenta procedere, per quæ fœlicitatis æternæ præmium eis poſſet faciliùs provenire, idem prædeceſſor eorumdem Miniſtrorum, & Fratrum ſupplicationib⁹ inclinatus, univerſis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum præfata conſtitutis ſuis litteris dedit in mandatis, ut opportunis temporibus per eos, aut dicti Ordinis Minorum Fratres ad hoc idoneos, Miniſtros, & Fratres dicti Tertij Ordinis in Italia, & Regno prædictis conſiſtentes pro tempore viſitarent, & eos in regularibus diſciplinis inſtruerent, corrigerentque, & reformarent ea ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio cognoſcerent indigere. Noſquè poſtmodum prædictas, & quaſcumque alias litteras, per quas dilectis filiis Zaneto de Utino Generali, ac univerſis Provincialibus Miniſtris dicti Ordinis Minorum aliqua ſuperioritas, præeminentia, & authoritas ejuſdem Tertij Ordinis Fratres, & Sorores tribuebantur, per alias noſtras litteras approbavimus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevimus, & ad eoſdem Miniſtros Generalem, & Provinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis Minorum de Obſervantia nuncupatorum, necnon Miniſtros, & Fratres dicti tertij Ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ hujuſmodi per univerſum Orbem conſiſtentes eadem authoritate extendimus, necnon Generali, & Provincialibus Miniſtris, ac Vicariis prædictis, & eorum ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus eoſdem Miniſtros Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, videlicèt infra Provincias eis, & eiſdem ſucceſſoribus commiſſas conſiſtentes charitativè in capite, & in mẽbris viſitandi, & juxta regularia inſtituta dicti Tertij Ordinis inſtruendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus dicti tertij Ordinis, ſi id caſus gravitas exigeret, corrigendi, & reformandi. Volentes quoque ad ipſum Tertium Ordinem, & illius vivendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſive mantellum juxta morem dicti tertij Ordinis eis exhibendi, eadem authoritate licentiam conceſſimus, & etiam facultatem, diſtrictiùs inhibentes locorum Ordinariis, & aliis quibuſcumque perſonis cujuſvis ſtatus, gradus, vel conditionis exiſterent, & quacumque authoritate fungerentur, ne prætextu quarumvis litterarum, & facultatum eis forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum de præmiſſis, quæ ad ipſos Generalem, & Provinciales Miniſtros, ac Vicarios ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumerent, ac decrevimus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis &c. occaſione, vel cauſa latis contigerit attentari, prout in eiſdem litteris pleniùs continetur. Cum autẽ ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarũ in Chriſto filiarũ Miniſtrarum, & Sororum Bruxellen. & Aleſten. ac aliarum domorum Cameracen. & Morinen. ac Tornacen. diœceſ. dicti Tertij Ordinis petitio continebat, Miniſtra, & Sorores domus Bruxellen. hujuſmodi per viginti ſex annos ſub cura, & regimine Vicarij etiam Fratrum dicti Ordinis Minorum provinciæ Franciæ de Obſervãtia nuncupatorum ſecundùm morem ejuſdem Ordinis Minorum extiterint, ac ipſæ, quæ ſub eadem Provincia Franciæ ſunt, aliarum domorum, ac domus Aluſten. Miniſtræ, & Sorores hujuſmodi privilegiis, & gratiis, & immunitatibus à pluribus Romanis Pontificibus, etiam prædeceſſoribus noſtris conceſſis, tanquam de dicta Provincia Franciæ cõmuniter uti conſueverint, & ab aliquibus revocetur in dubium, an Miniſtræ, & Sorores ipſarum Bruxellen. & Aluſten. domo

domorum, quæ in limitibus provinciæ Coloniæ ſecundùm dictum morem, ut aliqui aſſerunt, conſiſtunt ſub cura, & regimine Vicarij, & Fratrum provinciæ Franciæ hujuſmodi vivendo, ſicut antè litteras noſtras prædictas vixerant, privilegiis, gratiis, & immunitatibus prædictis gaudeant, & Miniſtræ dictarum domorum, Sorores ad earum modum recipere, & eis habitum dicti tertij Ordinis exhibere poſſint, ſinè earum Regulæ, quæ id per Miniſtros ipſius tertij Ordinis fieri præcipit, & dictarum litterarum noſtrarum tranſgreſſione. Pro parte Miniſtrarum, & Sororum Domorum prædictarum, quæ, ut ipſæ Miniſtræ, & Sorores aſſerunt, viginti quinque numero ſunt, & quarum Sorores tria ſubſtantialia vota authoritate Apoſtolica emittunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaquè hujuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd Bruxellen. & Aluſten. domus prædictæ ſub cura, & regimine Vicarij Provinciæ Franciæ hujuſmodi permanere, necnon privilegiis, gratiis, & immunitatibus prædictis gaudere debeant, & eadem authoritate decernimus, & declaramus, quòd Miniſtræ domorum prædictarum Sorores de dicti Vicarij provinciæ Franciæ, ſeù Viſitatorum ab eo deputatorum pro tempore conſenſu ad earum modum vivendi recipere, & eis habitum dicti Tertii Ordinis exhibere poſſint abſque Regulæ, & litterarum noſtrarum prædictarum tranſgreſſione; necnon dicto Vicario provinciæ Franciæ, ut ipſarum Miniſtrarum, & Sororum curam, & regimen non dimittat mandamus, ac Miniſtro tertij Ordinis hujuſmodi ne ſe de Sororibus domorum prædictarum intromittat, inhibemus ſub cenſura Eccleſiaſtica authoritate ſupra dicta. Non obſtantibus præmiſſis &c. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Dat. Romę &c. anno 1477. 17. Kal. Novembris Pontif. noſtri anno ſeptimo.

266. Contra Henricum quemdam, qui in Germania ſuperioritatem in Tertiarios exercere prætendebat, ab Innocentio VIII. ſequentes litteras expeditas fuiſſe comperimus.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

*Venerabilibus Fratribus Argentin. & Baſilien. ac Conſtantien. Epiſcopis.*

EXhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum univerſorum Miniſtrorum, & Fratrum, necnon dilectarum in Chriſto filiarum Matrum, ſivè Miniſtrarum, & Sororum domorum in Germaniæ partibus conſiſtentiũ tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati petitio continebat, quòd licèt juxta ſtatuta, & conſuetudinem dicti Ordinis Viſitatores perſonarum, & domorum illius, non ejuſdem Tertij, ſed alterius Ordinum eſſe debeant. Et fœl. recor. Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter, quaſdam piæ mem. Innocentij Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri litteras, per quas perſonas prædicti tertij Ordinis in Italia degentes, per Miniſtros Provinciales pro tempore exiſtentes, & alios Fratres idoneos Ordinis Fratrum Minorum, & in Italia conſtitutorum viſitari voluit, ad Generalem, & etiam Provinciales Miniſtros, ac Vicarios, necnon ad omnes, & ſingulas perſonas, & domos Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, & tertij Ordinis prædictorum ubilibet etiam extra Italiam conſiſtentes extendit, eaſque quoad illos obſervari mandaverit; tamen dilectus filius Henricus Bueſuis de Depholt, Frater dicti tertij Ordinis falsò prætendens prætextu quarumdem litterarum Apoſtolicarum per eum à nobis ex certa ſcientia noſtra, ut dicebat, ſuper hoc ſubreptitiè, & obreptitiè impetratarum, ſe in eiſdem partibus dicti Tertij Ordinis uſque ad illius futuram Generalis Miniſtri in dictis partibus electionem, legitimum Vicarium ejuſdem tertij Ordinis perſonarum utriuſque ſexus Viſitatorem, & correctorem inter alia eſſe, ac omnes, & ſingulos præfati Ordinis profeſſores tribus ſubſtantialibus religionis votis aſtrictos, ac in preſbyteratus Ordine in eiſdem partibus conſtitutos, & in communi viventes, ad unum convenientem locum pro præfati Generalis Miniſtri dicti tertij Ordinis celebranda electione hujuſmodi die ad eligendum præfixa convocare, & eoſdem ſic convocatos, & convenientes unum ex eis

Ibid. r. 7. Reg. 1492. num Bull. 47.

eis in ejuſdem tertii Ordinis Generalem Miniſtrum in prædictis partibus illa prima vice,& ſucceſſivè toties, quoties opus ſit, perpetuis futuris temporibus eligere, ipſumque ſic pro tempore electum, in omnes dicti Tertii Ordinis profeſſores utriuſque ſexus in partibus ipſis poteſtatem, & Superioritatem ordinariam talem, qualem habent Generales Miniſtri, Magiſtri, & Priores Ordinum Mendicantium in eorum Ordinibus, & profeſſoribus illorum habere, ac omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, libertatibus, immunitatibus, quibus Generales Magiſtri, Miniſtri, & Priores præfati utuntur, potiuntur, & gaudent, abſque Ordinariorum præjudicio uti, potiri, & gaudere poſſe. Vicariatus, & viſitationis, ac correctionis hujuſmodi officium in Argentinen. & Baſilien. ac Conſtantien.diœceſ. & alia exercere, & præmiſſa ad effectum deducere, ac nonnulla alia minus licita, & debita facere niſus fuit hactenùs, & nititur minus juſtè in Miniſtrorum, Fratrum, Matrum, Sororum, & tertij Ordinis prædictorum præjudicium non modicum,ac ſcandalum plurimorum, & gravamen. Quare pro parte Miniſtrorũ, FF. Matrum,& Sororum eorũdem nobis fuit humiliter ſupplicatum,ut ſubreptionis, & obreptionis dictarum litterarum illarum,omniumque, & ſingularum per eundem Henricum,& quoſcumque alios in tertij Ordinis, & illius ſingularum perſonarum prædictorum præjudicium circa præmiſſa geſtorum, invaliditatis, & nullitatis, & quas ipſi Miniſtri, Fratres,Matres, & Sorores, contrà præfatum Henricum, & alios dicti tertij Ordinis Fratres, ac clericos, & laicos, & in hac parte adhærentes ſuper eis circa omnia,& ſingula præmiſſa facienda perpetui ſilentij impoſitione, & aliàs ſuper ſuperioritate, facultatibus, & aliis præmiſſis in illos, & illorum occaſione movere intendunt, cauſas aliquibus probis viris in partibus illis committere, & aliàs in præmiſſis eis, & dicto tertio Ordini opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum vocatis eodem Henrico, & aliis,qui fuerint evocandi,auditiſque hinc indè propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione remota decernatis, quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari faciatis. Teſtes &c. Non obſtantibus recol. mem. Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque Datum Romæ &c.ann.1492. Nonis Aprilis Pontificatus noſtri anno octavo.

267. Nec difformiter Alexander VI. pro Tertiariis Bruxellenſibus ſtatuiſſe legitur.

## ALEXANDER PAPA VI. &c.

RAtioni congruit &c.Dudum ſiquidem fœl. rec. Innoc. Papæ VIII. prædeceſſori noſtro pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum domus B.Mariæ in Bethleem nuncupatæ tertij Ordinis S. Franciſci de pœnitentia nuncupati oppidi Bruxellen. Cameracen. diœceſis ſub tribus ſubſtantialibus votis Altiſſimo famulantium expoſito, quòd olim tunc Vicarius Generalis Vltramõtanus Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum providè attendens, quòd aliquæ ex dictis Sororibus ſecundùm morem dicti Ordinis Fratrum Minorum ſub Vicarij Provincialis Ordinis, & Obſervantiæ, aliæ verò ſub Miniſtri tertij Ordinis prædictorum cura, & viſitatione vivebant, & à Fratribus Ordinis prædictorum viſitabantur. Aliæ verò ſub eodem Miniſtro tertij Ordinis vivere volebant; & propterea inter Fratres, & Sorores domorum dicti Tertii Ordinis ejuſdem oppidi diverſę contentiones oriebantur; omnes Sorores dicti tertij Ordinis ejuſdem oppidi ab omni juriſdictione, & ſuperioritate Vicarij Provincialis, & Miniſtrorum,ac Miniſtrarum dicti tertii Ordinis Provinciæ Franciæ juxta morem dicti Odinis abſolverat,& penitùs liberaverat,eaſque juxta tenorem quarumdam litterarum piæ mem.Sixi Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ *Romani Pontificis providentia* incipiebant, viſitationi, correctioni, & directioni Vicarii Provincialis dicti Ordinis Fratrum Minorũ de Obſervantia provinciæ Coloniæ iuxta dictum morem,ut quietè Altiſſimo famulari poſſent, ſubmiſerat, prout in quibuſdam

Vvad. t. 7. Reg. 1492. bull. 2.

buſdam litteris authenticis ipſius Vicarij Generalis deſuper confectis dicebatur pleniùs contineri, ac in eadem expoſitione ſubjuncto, quòd cum dictus Vicarius Generalis de triennio in triennium mutaretur, & ab eius officio abſolveretor, dubitabant ſi contingeret, per alios futuros Vicarios Generales aliquid contra abſolutionem, liberationem, & ſubmiſſionem prædictas innovari, quòd altercationes, & contentiones, antequam ſuſcitarentur, ac pro parte ipſarum Sororum eidem Innocentio prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut abſolutioni, liberationi, & ſubmiſſioni prædictis prò eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem Innocentius prædeceſſor ipſas Sorores, earumque ſingulas à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtarent ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolvens, & abſolutas fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub data videlicet 16. Kal. Auguſti Pontificatus ſui anno ſexto, abſolutionem liberationem, ſubmiſſiones prædictas, ac prout illas concernebant, omnia, & ſingula in dictis litteris contenta authoritate Apoſtolica approbavit, & confirmavit, ſupplevitque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ne antem de abſolutione, approbatione, confirmatione, & ſuppletione hujuſmodi, pro eò quòd ſuper illis ipſius Innocentii prędeceſſoris litteræ, eius ſuperveniente obitu, confectę non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari i dictæque Sorores illarum fruſtrentur effectu: volumus, & prędicta authoritate decernimus, quòd abſolutio, approbatio, confirmatio, & ſuppletio prædictæ perindè à dicta die decima ſexta kal. Auguſti ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Innocentii prędeceſſoris litteræ, ſub ejuſdem diei data confecta fuiſſent, prout ſuperiùs enarratur, quòd que prę́ſentes litterę ad probandum plenè abſolutionem, approbationem, & ſuppletionem Innocentij prædeceſſoris hujuſmodi ubiquè ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo &c. ſi quis &c. Dat. Rom. &c. 1492. 7. Kal. Septemb. Pontif. noſtri anno primo.

268. Idipſum clariùs habetur in ejuſdem Alexandri bulla, *Exponi nobis &c. die 16. Maij* 1500. quę eſt 184. in Bullario Bordonij, per quam Superioribus Ordinis Minorum de Obſervantia, ut Tertiariis aſſignare valeant Confeſſarios, etiam ſæculares, vel alterius Ordinis ſub formis in bulla pręſcriptis, expreſsè conceditur. Iulius II. qui antè adeptum Pontificatum totius Ordinis Minorum fuerat ultra annos 24. Protector, & ideò tum de Minorum, tum de Tertiariorum juribus pleniſſimè informatus, ut in ſequentibus bullis ipſe teſtatur, primò datâ bullâ, *Cum multa &c.* ſub die 16. Iunii 1506. quæ eſt 188. in bullario Bordonij, præcepit, ut tùm Conventuales, tum Obſervantes ſua reſpectivè Tertiariorum monaſteria, & Congregationes retinerent. Deindè omnes ubique terrarum Tertiarios Minoritis voluit eſſe ſubjectos; quod in Provincia S. Iacobi expreſsè renovavit; ſed de Congregatione Lombardiæ voluit poſtmodum fieri exceptos. Diplomatum tenores exibeo.

## IVLIVS PAPA II. &c.

*Generali, & Provincialibus Miniſtris, &c. Ordinis Minorum &c.*

269. Exponi nobis feciſtis, quòd cùm fœl. rec. Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter univerſis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum Siciliæ conſtitutis ſuis litteris mandaverit, ut per ſe, aut dicti Ordinis Fratres idoneos Miniſtri, & Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci in Italia, & Regno prædicto pro tempore conſiſtentes perpetuò viſitarentur, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tā in capite, quàm in mēbris corrigerent, & reformarent ea quæ correctionis & reformationis officio cognoſcerentur indigere. Et recolendæ memoriæ Sixtus Papa IV. & prædeceſſor noſter eaſdem ſuperioritatem, pręeminentiam Bull. Bordon. bull. 189.

nentiam, & authoritatem in FF. & Sorores dicti Tertii Ordinis per prædictas litteras Innocentii eiſdem Miniſtris Provincialibus Italiæ, & Regni prædicti conceſſas, & attributas approbaſſet, & illas robur perpetuæ firmitatis obtinenere decreviſſet, & eaſdem litteras ad Miniſtros Generales, & Provinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis Conventuales, & de Obſervantia nuncupatos, ac Miniſtros, & Fratres dicti Tertii Ordin. etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ per univerſum Obem conſiſtentes eadem authoritate extendiſſet ea, tunc, & pro tempore Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Vicariis Conventualium, & de Obſervantia prędictis dicti Ord. Fratrum Minorum eoſdem Miniſtros, Fratres, & Sorores Tertii Ordinis ubilibet infra provincias, eis, eorumque ſucceſſoribus Generali, & Provincialibus Miniſtris, & Vicariis prædictis commiſſis conſiſten. in capite, & in membris charitativè viſitantibus, & juxta regularia inſtituta dicti Ordinis inſtruen. reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem Mantelli, & habitus dicti Tertii Ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit, corrigendi, & reformandi, ac volentes ad ipſum Tertium Ordinem, & illius vivendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſive mantellum iuxta dicti Ordinis morem eis exhibendi, ipſis Miniſtris, Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Confeſſorem dicti Ordinis Fratrum Minorũ Conventualinm, ſeu de Obſervantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id moribus vitæ ſanctimoniâ, & ætate idoneum, qui illis beneficium abſolutionis, & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtret, pro tempore in ſuis Provincialibus Capitulis, vel Congregationibus dictorum Fratrum Conventualium, vel de Obſervantia nuncupatorum, vel extra prout opportunum videbitur, conſignandi licentiam conceſſiſſet, & facultatem; diſtrictiùs inhibendo locorum Ordinariis, & aliis quibuſcumque perſonis cujuſvis gradus, ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, ac quacumque authoritate fungentibus, ne prætextu quarumcumq; litterarum, & facultatum eis conceſſarum, & pro tempore forſan concedendarum de præmiſſis ad vos ſpectantibus ſe quomodolibet intromittere præſumant, decernentes irritum, & inane ſi ſecus fieret, prout hæc, & alia in Innocentii, & Sixti prædeceſſorum prædictorum litteris pleniùs continetur. Et nihilominus nonnulli dilecti filii Miniſtri, Fratres, Sorores dicti Tertii Ordin. provinciæ veſtræ S. Iacobi contra litteras prædictas venientes ab obedientia, ſuperioritate, correctione, & coercitione veſtris ſe ſubtrahunt, neque vobis Conventualibus, aut vobis de Obſervantia nuncupatis Fratribus, ac veſtræ obedientiæ, correctioni, aut aliàs iuxta dictarum litterarum Sixti formam, & tenorem ſubeſſe volunt, ſed ex ſe ipſis Superiorem inter ſe non ſine magno dicti Ord. ſcandalo habere præſumunt. Super quibus, ut aſſeritur, ultrà ſcandala prædicta magnæ, & immortales lites inter vos, & prædictos Tertii Ord. Fratres exoriri formidantur, prout in dicta Provincia S. Iacobi inter eos, & vos deſuper exortæ ſunt. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Innocentii, & Sixti prædeceſſorum litteras prædictas authoritate Apoſtolica cõfirmare, & approbare, ac vobis in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Religioſorum quietem, & tranquillitatem, ut Altiſſimi ſervitio prõptiores ſe exhibeant, intimis deſideramus affectibus, omnes, & ſingulas cauſas, ſuper præmiſſis tàm inter ipſos Miniſtros, Fratres, & Sorores dicti Tertii Ordinis prędictę Provinciæ S. Iacobi, quàm quoſcumque alios ejuſdem Tertii Ord. Miniſtros, Fratres, & Sorores univerſi Orbis, & vos coram quibuſcumque Iudicibus quacumque authoritate fungentibus, & in quibuſvis inſtantiis pendentiis, quorum nomina, & cognomina, ac ipſarum ſtatus præſentibus pro ſufficienter expreſſis habemus; ad Nos, & Sedem prædictam advocantes, & lites penitus extinguentes, dictas Innocentii, & Sixti, & quaſcumque alias Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteras, & prout illas concernunt, omnia, & ſingula in eiſdem litteris contenta perpetuò confirmamus, ac illis robur perpetuę firmitatis adjicimus, ſupplemuſque omnes, & ſingulos earum juris, & facti defectus, ſequi forſan intervenerint in eiſdem.

Necnõ omnes, & ſingulos Miniſtros, Fratres, & Sorores dicti Tertii Ord. ubique locorum per univerſum Orbem conſiſtentes, ac iuxta dictarum litterarum Sixti IV. formam, & tenorem ſubditos ſub correctione, coercitione, ſuperioritate, & obedientia veſtris perpetuò ſubjicimus, & vos in eos ſuperioritatis juriſdictionis, viſitationis, correctionis, & coercitionis exercere poſſe, & debere juxta formam dictarum litterarum Sixti decernimus, & declaramus, & pro potiori cautela vobis in Miniſtros, Fratres, & Sorores dicti Tertii Ordinis ſuperioritatem, juriſdictionem viſitationem, correctionem, & coercitionem perpetuis futuris temporibus damus. Et univerſis, & ſingulis Miniſtris, Fratribus, & Sororibus dicti Tertii Ordinis prædictis per univerſum Orbem conſtitutis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis mantelli, ſive habitus, & domorum, quas obtinent, pœnâ eo ipſo, niſi parverint, cum effectu incurrenda mandamus, quatenùs infra ſex menſes à die generalis intimationis, in qualibet dicti Ordinis univerſi Orbis provincia computandos, obedientiam veſtram Miniſtrorum Generalium, & Provincialium, Conventualium, vel de Obſervantia nuncupatorum eligant, & obedientes ſe ſubjiciant. Quocirca Venerabilibus Fratribus Burgen. & Hilopotanien. Epiſcopis, ac dilecto filio Priori monaſterii S. Vincentii Salaman. & eorum cuilibet mandamus, quatenùs per ſe, vel alium, ſeu alios faciant vos confirmatione, approbatione, & defectuum ſuppletione prædictis pacificè uti, frui, & gaudere, ac Miniſtros, Fratres & Sorores dicti Tertii Ordinis, ut vobis obedientiam, & reverentiam præſtare cogant, contradictores ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis, & alia juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo: Invocato etiam ad omnia præmiſſa, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt. ſtatutis quoq; & cõſuetudinib⁹ dicti Ord. juramento, & confirmatione Apoſtol. roboratis, noſtris, & piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. de una, & duabus dietis, ac quibuſvis litteris Apoſtolicis per nos, aut Sedem prædictam quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac ſi de eis omnibus, & ſingulis ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas mentio in præſentibus habenda foret. Quibus ſpecialiter, & expreſsè ſufficienter derogamus, cæteriſque contrariis qubuſcumque. Datum Romę die 15. Octobris 1507. Pontificatus noſtri anno quarto.

## IVLIVS PAPA II. &c.

270. ROmani Pontificis provida circumpectio nonnunquam geſta per eam, nè ſub ignorantia facti moleſtationibus affligantur indebitis, & ſcandalorum fomentum parturiant, dilucidat, prout negotiorum, & perſonarum qualitate inſpecta conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiqnidem certos Conſervatores dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum S Franciſci nuncupatorum, qui eoſdem Fratres Minores à manifeſtis injuriis defenderent, & contra ſubtrahentes ſe ab eorum obedientia cogerent, & compellerent ad eis parendum, & obediendum, conſtituimus, & deputavimus, prout in noſtris inde confectis litteris, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, pleniùs continetur. Cum autem nunquam fuerit, nec ſit noſtræ intentionis, quòd dicti Conſervatores de domib⁹ dilectorum filiorum FF. Tertij Ord. ejuſdẽ S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, regulari obſervantiæ ſub habitu eremitico Congregationis Lombardiæ degentium, quę per diverſa privilegia Apoſtolica, etiam per nos conceſſa, & approbata ab aliis, quàm à Viſitatore Generali dictæ Congregationis viſitatari, aut earumdem domorum Fratres coram aliis, quàm dicto Viſitatore ad judicium trahi non poſſint, ſe intromitterent, nec ad inſtantiam ſupradictorum Fratrum Ordin. Min. nuncupatorum contra dictos Fratres Tertii Ordin. S. Franciſci de Pœnitentia nuncnpati obſervantiæ cõgregationis hujuſmodi procedere poſſent. Voleneſque pro debito officii nobis divinitus injuncti eiſdem fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati ſuper his ſalubriter providere, authoritate Apoſtolica tenore præſentium eiſdem Conſervatoribus, & nunc judicibus, & pro tempore à dictis Fratri

Bull. Bordon. bull. 191.

Fratribus Ordinis Minorum à nobis, vel à Sede Apoſtolica contra eoſdem Fratres tertij Ordinis hujuſmodi pro tempore impetratis, in virtute ſanctę Obedientiæ. & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam ſi contrafecerint eo ipſo incurrant, diſtrictè præcipiendo mandamus, ne aliqui prædictorum, aut quorumcumque aliorum forſan in poſterum ſub quibuſvis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis concedendorum, de domibus dicti tertij Ordinis, & illarum Fratribus intromittere, aut illos ad inſtantiam dictorum Fratrum Ordinis Minorum directè, & indirectè moleſtare præſumant, ſed onus viſitandi domos, & Fratres tertij Ordinis hujuſmodi Viſitatori, & deputatis ab eo relinquant. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Florentino, & Cremonenſi, ac Imolenſi Epiſcopis per præſentes mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios eiſdem Fratribus tertij Ordinis in præmiſſis omnibus ad omnem Viſitatoris Congregationis Tertij Ordinis, & illius Fratrum prædictorum requiſitionem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant, eos per prædictos Conſervatores à dictis Fratribus Minorum pro tempore depntatos, ſeù aliquem ex eis contra privilegia ipſis Fratribus tertij Ordinis (ut præfertur) conceſſa, quomodolibet moleſtari; contradictores authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictorum Ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon privilegiis, & indultis illis ſub quibuſcumque tenoribus conceſſis: quibus hac vice ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſqne contrariis quibuſcumque. Datum Romæ &c. die 8. Februarii 1508. Pontificatus noſtri anno ſexto.

IVLIVS PAPA. II. &c.

271. EXponi nobis feciſtis, quòd fœl. rec. Innocentius IV. prædeceſſor noſter univerſis Miniſtris Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum Siciliæ conſiſtentibus ſuis litteris mandavit, ut per ſe, aut dicti Ordinis Fratres ad hoc idoneos, Miniſtros, & Fratres tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatos in Italia, & Regno prædicto conſiſtentes pro tempore viſitarent, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tam in capite, quàm in membris corrigerent, & reformarent, quòdque recolendæ mem. Sixtus Papa etiam IV. ſimiliter prædeceſſor, & ſecundùm carnem Patruus noſter litteras Innocentij prædeceſſoris hujuſmodi approbando, eaſdem ad Miniſtros, & Vicarios Generales, & Provinciales dicti Ordinis Conventuales, & de Obſervantia reſpectivè, ad Miniſtroſque, & Fratres dicti tertij Ordinis extra Italiam, & Regnum prædictum per univerſum Orbem conſiſtentes authoritate Apoſtolica extendit, ut prædicti Miniſtri, & Vicarij Ordinis Minorum prædictos Fratres, & Sorores tertij Ordinis regularibus diſciplinis inſtruerent, charitativè viſitarent, & tam in capite, quàm in membris corrigerent, & etiam per ablationem mantelli, vel habitus, ſi dignum ſibi videretur, caſtigarent, & prædictum tertium Ordinem recipere, volentes ad habitum, ſivè mãtellum juxta morem dicti Tertij Ordinis reciperent, inhibendo locorum Ordinariis, & aliis quibuſcumque perſonis, nè prætextu quarumcumque litterarum Apoſtolicarum de præmiſſis ſe intromittere præſumerent, decernendo irritum, & inane quidquid ſecus fieret. Sed quoniã aliqui de prædicto tertio Ordine, maximè in veſtra præfata provincia S. Iacobi prædictis litteris non obtemperabant. Nos quieti, & tranquillitati prædicti tertij Ordinis conſulentes, ut ſuperioritatem, & præeminentiam prædictis Miniſtris, & Vicariis per prædictos prædeceſſores conceſſam ſalubriùs exercere valerent, prædictas litteras confirmavimus, ac potiori pro cautela de novo conceſſimus, & ut præfati tertij Ordinis Fratres, & Sorores infra ſex menſium ſpacium à die Bull. Bord. bull. 192.

à die intimationis obedientiam Fratrum Conventualium, ſive de Obſervantia juxta prædeceſſorum prædictorum litteras eligerent, ac certis ibidem deputatis iudicibus, ut prædictas noſtras litteras certo modo, & formâ executioni demandarent, commiſimus, & mandavimus advocationem,& extinguentes omnes cauſas, & lites inter vos, & præfatos tertij Ordinis Fratres,& Sorores penden. prout hac, & alia tàm in prædeceſſorum noſtrorum, quàm in noſtris litteris pleniùs continetur. Verùm quia poſtmodum ad ſupplicationem Viſitatoris, Miniſtrorum, & Fratrum, ac Abbatiſſarum, ſeù Matrum, & Monialium monaſteriorum, ſeù domorum prædicti tertii Ordinis veſtrę præfatę Provinciæ S. Iacobi in Compoſtella ortas, Nicolai IV. & Eugenii etiam IV. aliorumque prędeceſſorum noſtrorum Apoſtolicas litteras, ac indulta, privilegia, & gratias tam modum vivendi, & temporalitatem, quàm etiam ſpiritualitatẽ concernendo, eidem Tertio Ordini, illiuſque Fratribus, Abbatiſſis, & Sororibus conceſſa, ac omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinationes prædictorum Pontificum authoritate edita, & facta regulari Obſervantię non derogantia, & indè ſequuta quæcumque approbavimus, & confirmavimus, ac potiori pro cautela de novo conceſſimus,& regulam Tertij Ordinis prędicti, prout S. Franciſcus inſtituit, & prædicti prædeceſſores declararunt, ab omnibus in dicto Tertio Ordine pro tempore profitentibus, abſque alia comparatione cum aliis duabus regulis dicti Sancti,ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis pœnis obſervare debere ſimiliter juſſimus, & mandavimus cum certis derogationibus,& corroborationibus, prout in litteris ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris Fratrum, & Sororum tertij Ordinis habitis etiã pleniùs continetur: prædicti Viſitatorum Fratres, & Sorores tertij Ordinis præfati, vel aliqui eorum in prædicta veſtra provincia veſtram obedientiam præfatam eligere noluerunt, neque à vobis reſpectivè viſitari, corrigi, & reformari juxta prædeceſſ. noſtrorum, & prædictas noſtras litteras permiſerunt, neque de præſenti permittunt,prętendẽtes prætextu cõfirmationis noſtrę prędictæ eis factæ, & in eadem confimatione contentarum derogationum, vel aliarum litterarum eis fortè conceſſarum,ab obedientia, viſitatione, correctione prædictis eſſe liberatos, ex quo, ſi permitteretur, non ſolùm in prædicta provincia viſitationis,& correctionis hujuſmodi fructus juxta intentionem prædeceſſorum præfatorum, & noſtram ceſſaret, ſed etiam ut ſimiliter in aliis provinciis,quod viſitationis, & correctionis jugum ſubterfugeretur per ſimilem, & per alias vias præberetur occaſio. Quarè pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis Paternâ curâ, juxta prædicti Tertij Ordinis conſervationem providere dignaremur. Nos igitur, qui dum Cardinalatus fungebamur honore, prędicti veſtri Ordinis Protector fuimus, & indè de omnibus tribus S. Franciſci Ordinibus multa tractavimus, vidimus, & intelleximus, quique illa, quæ per prædictos prædeceſſores, & maximè per præfatum Sixtum IV. qui non ſolùm dũ ad Cardinalatus honorem aſſumptus fuit, veſtri prædicti Ordinis Generalis Miniſtri fungebatur officio, ſed etiam ab ineunte ejus ætate in prædicto Ordine fuit nutritus. Vnde opportunitatum, pacis,quietis, & augmenti trium præfatorum Ordinum in diverſis ſtatibus, & temporibus veriſimiliter eſt certam ſciẽtiam habuiſſe circa prędictas viſitationem, & correctionem ordinata fuerunt ſalubria, utilia, & neceſſaria, & nullatenùs alterando prędicto Ordini, ac aliis duobus eſſe putantes, tenore pręſentium declaramus, noſtræ intentionis fuiſſe, & eſſe per prædictas noſtras, & alias quaſcumque ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris, Miniſtrorum, Fratrum,& Sororum, vel cujuſlibet eorum, aut alterius cujuſcumque perſonæ in ſui favorem habitas litteras modum vivendi, ſeù regulam prædictorum Fratrum, & Sororum tertij Ordinis tàm circa ſpiritualitatem,quàm circa temporalitatem, ac eorum conſtitutiones, & ſtatuta,quæ authoritate Apoſtolica,vigore litterarum prædictarum Nicolai, Eugenij, & aliorum ſummorum Pontificum facta fuerũt, & per præfatum Sixtum rerum hujuſmodi expertiſſimum, & per nos fuerunt immutata, dumtaxat fuiſſe per nos confirmata, & de novo conceſſa. Et ideò locorum Ordinariis,prout prædictus Sixtus prædeceſſor inhibuit,maximè Venerabilibus

rabilibus Fratribus noſtris Patriarchæ Alexandrino, & Archiepiſcopo Compoſtellan.ac Epiſcopo Salaman. authoritate, & tenore præfatis inhibentes, ac lites inter vos, & prædictos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores ſuper viſitatione, & reformatione præfatis, prout in prædictis noſtris litteris ad nos advocavimus, & extinximus, nunc ſimiliter advocantes, & extinguentes authoritate, & tenore præſentium prædictorum, Innocentij IV.& Sixti etiam IV. & noſtras litteras ſuperioritatem, viſitationẽ, reformation. & correctionẽ præfatas cõcernentes confirmamus, & approbamus, ac omnia in eis, & eorum ſingulis contenta potiori cautela nunc de novo concedimus. Mandantes, quòd omnes dicti Tertij Ordinis Fratres, & Sorores, qui virtute prædictarum Sixti IV.præfati,& noſtrarum litterarum, vel quarumlibet earum, aut alio quovis modo in veſtra prædicta provincia obedientiam cujuſlibet veſtrum elegerunt, in eiſdem juxta earumdem litterarũ tenorem reſpectivè perpetuò remaneant. Illi verò, qui obedienriam alterius veſtrum ſemel electam dimiſerunt, ad eamdem intra ſpatium decem dierum à die inſtitutionis præſentium revertantur, in ea ſimiliter juxta dictarum litterarum tenorem permanſuri; Fratres autem, & Sorores,qui obedientiam cujuſlibet veſtrum, juxta formam dictarum Sixti, & noſtrarum litterarum, ſeù alio quovis modo hucuſque non elegerint, infra prædictorum decem dierum ſparium alterius veſtrum obedientiam eligere, & in eiſdem juxta prædictarum Sixti, & noſtrarum litterarum tenorem ſub pœnis in eiſdem contentis ſimili modo perpetuò remanere reſpectivè teneantur. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Siponi.& Epiſcupo Leſinen. ac dilecto filio Priori S. Vincentij Ordinis S. Bedediçti Saleman. Civitatis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alinm,ſeù alios in præmiſſis efficaci defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant omnia, & ſingula præmiſſa firmiter obſervari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachii ſæcularis,non obſtantibus conſtitutionibus fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. quibus cavetur, nè quis extra Civitatem, diœceſim, niſi in certis caſibus expreſſis, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, ſed omnia judices Apoſtolici extra Civitatem, & diœceſim, in qua videlicet deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in conſilio generali, necnon omnibus, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus, aliiſque litteris Apoſtolicis præfatis Fratribus, & Sororibus dicti Tertij Ordinis, vel cuilibet eorum, aut aliis quibuſvis perſonis in eorum favorem tã ſuper dicta confirmatione, quàm aliàs conceſſis, ac etiam illis, quas prædeceſſores noſtri, & nos in omnibus in veſtrum favorem conceſſis litteris voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quæ omnia, & indè ſecuta quæcumque, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, quatenus prædictorum Innocentii, & Sixti, ac noſtris in veſtrum favorem conceſſis litteris ſunt contraria, caſſamus, revocamus, annullamus, ac nullius eſſe momenti jubemus. Decernentes irritum,& inane qnidquid ſecus à quoquam ſcienter, vel ingnoranter factum fuerit. Dat. Romæ die 7.Ianuarii 1509 Pontificatus noſtri anno 6.

272. Quæ verò informante,atque ſupplicante Antonio de Tablada, qui ſe ſe Generalem Tertii Ordinis cum pacifica & abſoluta poteſtate dicebat eſſe per Hiſpanias, conceſſerit Clemens VII. ex ipſius litteris hîc apparebit.

## CLEMENS PAPA VII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

Vvad.t. 8. Reg.1527. bull. 22.

AD uberes fructus, quos Sacer Ordo de Pœnitentia, quem Seraphicus ille hominnm verè piſcator, ut animas omnes lucrifaceret Creatori, nemoque ſe abſconderet à charitatis calore, Spiritu ſancto illuminatus B. Franciſcus inſtituit, in horreum Domini hactenùs adduxit,& in dies fertiliori manu afferre non ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, & intra noſtræ mentis arcana revolventes, quòd ipſe Ordo nedùm coniugatis utriuſque ſexus, verùm

verùm etiam Fratribus, & monialibus in communi viventibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, florere jam diù cœpit, & in dies magis effloreſcit, ipſorumque Fratrum, & monialium vita eſt adeò exemplaris, ut cum virtus laudata creſcat, prędeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, cogamur ipſum Ordinem ſpecialibus prærogativis extollere, & ea, quæ pro conſervatione, & augmento regularis obſervantiæ in eodem Ordine providè conceſſa ſunt, prout in Domino conſpicimus expedire, ac ſtatuta, & ordinata eſſe dicuntur, ut firma, & illibata perpetuò perſiſtãt, libenter cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roborare; & ne quęrentes quæ Ieſu Chriſti non ſunt, & ſub prætextu contemptus mundi falcem in alienam meſſem ponere, ac præeſſe omnibus anhælantes, ipſos Fratres, & Moniales in hujuſmodi ſuo ſancto opere perturbare poſſint, ſalubriter providere. Sanè pro parte dilecti filij Antonij de Tablada moderni Viſitatoris Generalis, & Magiſtri principalis perſonarum dicti Ordinis Caſtellæ, Legionis, Galiciæ, Andaluciæ, ſeù Vvandaliæ, etiam regnis, & partibus degentium nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd dudum fœl. rec. Nicolaus Papa IV. prædeceſſor inter alia, ut recipiendus in dicto Ordine, antè receptionem hujuſmodi, de fide Catholica, & erga Romanam Eccleſiam obedientia diligenter examinaretur, eique onera ejuſdem Ordinis apertiùs exponerentur & poſt unius anni ſpacium, ſi idoneus reperiretur, promitteret, ſe omnia divina præcepta ſervaturum, ac etiam ut conveniret, ſatisfacturum de tranſgreſſionibus, quas contra hunc vivendi modum committeret, cum interpellatus ad Viſitatoris exiſteret voluntatem, & hujuſmodi ab eo facta promiſſio per manum publicam in ſcriptis redigeretur, & Fratres, ac Sorores dicti Ordinis veſtibus colore non prorſus albo, vel nigro, non pompoſis, ſed honeſtis certo modo tunc deſignatis uterentur, & ab inhoneſtis conviviis, & ſpectaculis, ſivè choræis penitùs abſtinerent, & ſecunda, quarta, & ſexta feriis, dieque ſabbati carnibus non veſcerentur, niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaderet, & à feſto omnium Sanctorum, uſque ad Paſcha Reſurrectionis Dominicæ quarta, & ſexta feriis hujuſmodi, & à feſto Sancti Martini uſque ad diem Nativitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimę uſque ad Paſcha diebus ſingulis, exceptis Dominicis, jejunarent, niſi aliud fortaſſis infirmitas, vel alia neceſſitas ſuaderet, & ter in anno, videlicet in Nativitatis, ac Reſurrectionis dominicæ, ac Pentecoſtes feſtivitatibus peccata propria confiteri, & Euchariſtiam devotè ſuſcipere, & horas Canonicas, videlicet ſcientes Pſalterium, pro prima, Deus in nomine tuo, & Beati immaculati, uſque ad Legem pone, ac alios horarum pſalmos, juxta Clericorum Ordinem cum Gloria Patri; illiterati verò pro matutinis duodecim, & pro qualibet alia hora ſeptem vicibus Pater noſter cum Gloria Patri dicere non omitterent, additis ad primam, & Completorium Symbolo minori, & qui velint Pſalmo Miſere mei Deus; & qui horas hujuſmodi temporibus ad id ſtatutis non recitarent, dicere deberent tribus vicibus *Pater noſter*, infirmi verò ad horas hujuſmodi, niſi vellent, non tenerentur, & quilibet infra tres menſes poſt ejus in Ordinem hujuſmodi ingreſſum immediatè ſequentes conderet teſtamentum, & Viſitator pro tempore cum Fratribus, & Sororibus univerſis ſuper jejuniis, abſtinentiis, auſteritatibus Ordinis hujuſmodi ex cauſa legitima diſpenſare, ipſique Viſitator, ac Miniſtri, & Congregatio Ordinis hujuſmodi Fratres, & Sorores incorrigibiles ab eadem Congregatione expellere poſſent, nullus tamen ipſorum ob tranſgreſſionem regulæ Ordinis hujuſmodi ad mortalem culpam remaneret obligatus, ſtatuit per quaſdam ſuas litteras: & deinde piæ mem. Eugenius etiam IV. attendens, quòd Fratres dicti Ordinis in dictis regnis conſiſtentes domos, & loca communia haberent, ac communiter, & laudabiliter vivebant, & in eorum generali Capitulo per eos tunc ultimo loco celebrato nonnulla ſtatuta, & ordinationes ediderunt, tunc præſentibus, & futuris dicti Ordinis Fratribus degentibus in domibus, & locis infra dicta Regna pro tempore conſiſtentibus, ut eorum generale Capitulum perpetuis futuris temporibus celebrare, & in eo unum ex ipſis in Sacerdotio conſtitutum in eorum, ac hujuſ

hujuſmodi domorum, & locorum Viſitatorem juxta eorum ſtatuta eligere, & deputare, & ipſe Viſitator ſic electus, ac deputatus omnibus, & ſingulis domibus, ac locis, & Fratribus tum præſentibus, & futuris, eorumque bonis præeſſe, & ipſorum curam gerere, exercere, ac de conſilio aliquorum Fratrum dicti Ordinis ad id per hujuſmodi Capitulum pro tempore deputandorum omnes, & ſingulos vagantes, ac ſtatutis, & ordinationibus dicti Ordinis tunc editis, & edendis contravenientes ſecundùm eorum delicta punire, & incarcerare, & quæcumq; alia deſuper opportuna facere, & exequi, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, invocato etiam auxilio brachij ſæcularis. Ac per ſe ipſum Capitulum generale hujuſmodi congregare, illique præeſſe, ac idoneos ex ipſis Fratribus ad officia domorum, & locorum prædictorum deputare, ac omnes, & ſingulos fratres, & ſorores dicti Ordinis ab omnibus, & ſingulis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, & pœnis, quib⁹ pro tempore irretiti forent, in foro conſcientiæ abſolvere, & cum clericis, & preſbyteris ex eis ſuper irregularitate, ſi qua ſententiis hujuſmodi ligati, miſſas, & alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebrando, vel ſe illis immiſcendo pro tempore contraherent, diſpenſare; ac etiam per ſe, vel alios ex ipſis Fratribus preſbyteris idoneis omnium ſingulorum fratrum, & ſororum prædictorum, ac illorum, & illarum ſervitorum pro tempore confeſſiones audire, & eis pro commiſſis debitæ abſolutionis beneficium in caſibus Sedi Apoſtolicæ non reſervatis impendere, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare valeret, licentiam, & facultatem conceſſit: ac quòd officium Viſitatoris pro tempore electi hujuſmodi ad triennium dumtaxat à die ſuæ electionis computandum duraret, ac omnes, & ſinguli fratres, & ſorores Ordinis hujuſmodi pro tempore eidem Viſitatori tamquam eorum Superiori in omnibus juxta eadem ſtatuta plenariè obedire, & intendere tenerentur: quòdque omnia eorum, & cujuſlibet ipſorum bona in domibus, in quibus profeſſionem pro tempore facerent, illis, de quibus infra tres menſes à die illorum in dicto Ordine ingreſſus computandos teſtati fuiſſent, dumtaxat exceptis, & jure uxorum, & filiorum eorumdem pro tempore in dicto Ordine poſt obitum parentum ſuorum hujuſmodi remanere volentium, in omnibus ſalvo, communia exiſterent, & ad domos, & loca hujuſmodi liberè pertinerent, nullique ex eis poſt profeſſionem per eum emiſſam matrimonium contrahere, ac abſque licentia ſpeciali dicti Viſitatoris ſibi ex neceſſitate, & ad tempus dumtaxat, & non aliàs concedenda extra domos, ſeu loca hujuſmodi reſidere, vel alicui beneficio Eccleſiaſtico inſervire poſſet, & commorantes, vel inſervientes pro tempore extra domos cum licentia hujuſmodi id totum, quod interim licitè acquirerent, ac eis ſupereſſet, domibus, in quibus profeſſionem feciſſent, integrè dare deberent, etiam ſtatuit, & decrevit, ac conceſſit per alias. Et poſtmodum recol. mem. Sixtus ſimiliter IV. quòd Ord. prędicti loca, & utriuſque ſexus perſonæ eiſdem privilegiis, immunitatibus, gratiis, favoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis ſpiritualibus, & temporalibus Fratrum Prædictorum, & Minorum Ordinibus, ac illorum profeſſoribus, domibus, locis, & perſonis quomodolibet conceſſis, & imposterum concedendis, quatenùs earum ſtatui, & ſexui non contradicerent, liberè, & licitè uti poſſent, & deberent in omnibus, & per omnia prorſus, & ſinè ulla penitùs differentia, perinde ac ſi locis, & perſonis utriuſque ſexus Ordin. de Pœnitentia hujuſmodi nominatim conceſſa fuiſſent, & concederentur expreſsè, ſtatuit per alias. Et ſucceſſivè cum Viſitator, & Miniſtri, ac Fratres, necnon Abbatiſſæ, ſeu Matres, & Moniales, aliæque perſonæ dicti Ordinis de Pœnitentia monaſteriorum, ac domorum Provinciæ S. Iacobi in Cõpoſtella, eò quòd ſub obedientia Fratrum dicti Ordinis Minorum nunquam fuerant, nec exiſtebant, ſed ſub ſui Prælati Viſitatoris juxta regularia inſtituta dicti Ordinis de Pœnitentia de triennio, in triennium obedientia degebant, ac illi, & Miniſtris ſingulorum monaſteriorum, ac domorum Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi ſuberant, dubitarent ſtatuto Sixti prædeceſſoris hujuſmodi poſſe uti, ſanctæ mem. Iulius II. omnia, & ſingula privilegia, gratias, & indulta per Sixtum prædictum, & alios Romanos Pontifi-

ces prædeceſſores ſuns,& Sedē Apoſtolicam Ordini Fratrum Minnrum, & illius Fratribus cnnceſſa ad monaſteria, & domos Provinciæ, ac Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi, illorumque fratres, & perſnnas juxta ſtatutum Sixti prædeceſſoris hujuſmodi extendit, & pro potinri cautela illa eis de novn conceſſit per litteras Apoſtolicas;& idem Iulius per alias ſuas in forma Brevis Fratribus, & Sornribus Provinciç Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi, ut dnmos, & oratoria, & loca, quæ publicè pnſſidebant, & in poſterum acquirerent, recipere, & perpetuò retinere, ac in illis reſidere, & in communi vivere, & eorum conſuetum habitum, videlicèt tunicam, & mantellum cum caputio ante, & retrò acuto, & chorda ſub dicto mantello, prnut omnes Fratres, & Sorores ejuſdem Ordinis de Pœnitentia eatenùs geſtare cnnſueverunt, geſtare liberè, & licitè valerent,conceſſit,ac diſtrictiùs ſub excōmnicationis latæ ſententiæ pœna, nè Miſtri, Abbatiſſæ, & Fratres Provinciæ, & Ordinis de Pœnitentia hujuſmndi domos, quas eatenùs poſſederant, & in futurum poſſiderent, illarumque, ac perſonarum earumdem obedientiam abſque dicti Viſitatoris licentia ſpeciali alienare, vel aliis ad inhabitandum concedere, nevè illas alii recipere, aut inhabitare valerent, ſub ſimili pœna inhibuit: & per quaſdam alias Apoſtolicas dictum Ordinem de Pœnitentia Fratribus Ordinis Minorum ſubjicientes à Sede præfata emanatas revocavit,& in ipſum Ordinem eiſdem Fratribus Ordinis Minorum minimè ſubjici voluit. Ac deniquè fœlicis mem. Leo X. Romanus Pontifex predeceſſnr nnſter regulam de Pœnitentia hujuſmodi, illiuſque declarationem, ſtatuta, & cnnſuetndines laudabiles, necnnn privilegia, indulta, & Apoſtolicas, aliaſque litteras eidem Ordini de Pœnitentia, illiuſque Fratribus, Sororibus,domibus,& locis, tàm per Nicnlaum,& Eugenium, & Inlium prædictos, quàm alios Romanos Pnntifices prędeceſſores ſuos conceſſa, & inde ſecuta quæcumque approbavit, & cnnfirmavit, ſuppleviтque qunſcumque defectus, ſi qui forſan intervenifſent in eiſdem: necnon qnòd Viſitator, & univerſi Fratres, ac Sorores dicti Ordinis de Pœnitentia in Caſtellç, ac Leginnis regnis, ac Galliciæ Provinciæ Cnmpoſtellanæ prædictis commorantes eligere, ac deputare Viſitatores,Miniſtros, Vicarins, & alios Officiales eis neceſſarins, ac per ipſns juxta cujuſlibet eorum nfficia regi, gubernari, viſitari, cnrrigi, & caſtigari poſſent, & deberent decrevit, & declaravit;illaque nmnia, & ſingula,prnnt per prædictos prędeceſſores conceſſa fuerant, de nnvo conceſſit, & ab omnibus ſub excommunicatinnis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis, ac interdicti, & privationis actuum legitimorum pœnis ipſo factn incurrendis, invinlabiliter obſervari mandavit, ac litteras dicti Iulii prædeceſſoris Fratribus Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi Cnngregationis Lombardiæ conceſſas, per quas ipſe Iulius prædeceſſor inter alia vnluerat, & mandaverat,ne Conſervatnres,& Iudices per Fratres dicti Ordinis Minnrum, vel ad eorum inſtantiam per qunſcumqne alios, ſub quibuſvis veborum formis, & clauſulis impetrati, & ex tunc in poſterum impetrandi, & quicumqne alii Iudices, & Conſervatores contra Fratres Ordinis de Pœnitentia Cnngregationis hujuſmodi procedere, vel de illis, eorumque domibus ſe intrnmittere aliquatenùs præſumerent, viſitandi domos, & fratres Ordinis de Pœnitentia, & Cnngregationis hujuſmodi, ac de illis, illorumque rebus,& negotiis cognnſcendi; Viſitatnri dictæ Cnngregationis, & aben deputatis relinquerent, diſtrictè præcipiendn mandaverat, ac illas inter alia ad domos, & fratres, ac ſnrnres Regnorum, & Provinciæ prædictnrum extendit, & ampliavit,& quaſcumque alias litteras à Leone, & aliis Romanis Pnntificibus, ſeu Sede prædictis cnntra præmiſſa,ad quorumcunq; ſupplicationē prn tempore extnrtas caſſavit, revocavit, & annullavit, ac pro infectis haberi voluit.Et qnòd regula Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi, prout ſanctus Franciſcns prædictus inſtituerat, & fecerat, & ab omnibus illam prn tempore profitentibus cum tranquillitate, & pace animarum, abſque alia commixtinne cum aliis regulis,& Ordinibus ejuſdem Sancti,illnrumque fratribus, & ſornribus ſervaretur,& cuſtodiretur, perpetuò ſtatuit, & nrdinavit per reliquas ſuas ſimiliter in forma Brevis litteras,prnut in ſingulis prædictis litteris pleniùs continetur. Et licèt

cèt regula de Pœnitentia per S. Franciſcũ inſtituta, & per Nicolaum prædeceſſorem approbata huiuſmodi, prout in ea apparet, pro Chriſti fidelibus conjugatis, & aliis in ſæculo exiſtentibus ordinata fuerit, ac à tempore dicti Eugenii prædeceſſoris, ut ex eius litteris prædictis etiam apparet, Fratres Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi domos, & loca in communi habitare cœperint, & abindè citra benedicente Domino in diverſis, præſertim Hiſpaniarum partibus vita communis huiuſmodi multiplicaverit, ac in dictis, & Andaluciæ, ſeù Vvandaliæ Regnis Fratres Ordinis de Pœnitentia huiuſmodi in communi viventes unum Viſitatorem Generalem eiuſdem Ordinis de Pœnitentia de triennio in triennium juxta litteras Eugenii prædeceſſoris hujuſmodi eligere, & illi ſubeſſe, & ne ipſe Viſitator paſtoris officio abutatur, Capitulum generale in aliqua domo Ordinis, & Regnorum, ac partium huiuſmodi quolibet triennio celebrare, & ad illud ex qualibet domo Ordinis, & Regnorum, ac partiũ prædictorum unus Miniſter, & alius per illius FF. in procuratorẽ, Diſcretum nũcupatũ, electus accedere, & in eo unus in Præſidentem, & quator diffinitores, ac unus in Notarium, vel ſcribam ex eiſdem Fratribus per Miniſtros, & Diſcretos hujuſmodi eligi, & tunc Viſitator flexis genibus corã Præſidente, & Capitulo hujuſmodi confeſſionem generalem facere, & officio Viſitatoris in manibus Capituli hujuſmodi renunciare; & deindè Præſidens, & Diffinitores prædicti in loco ad id deputato querelantibus de dicto Viſitatore, ac de aliis juſtitiam miniſtrare, & poſtmodum votis juratis per Miniſtros, & Diſcretos prædictos Viſitator ex Fratribus in communi viventibus dicti Ordinis de Pœnitentia, nullius alterius Ordinis eligi, & publicata electione Viſitator ſic electus unà cum ipſis Præſidente, & Diffinitoribus conſtitutiones, & ordinationes jam factas innovare, aliquandò verò alterare, aut immutare, vel aliàs de novo facere, prout eidem Ordini de Pœnitentia expedire arbitratur; & finito Capitulo Viſitator prædictus ad viſitandum domos, & monaſteria Fratrum Ordinis de Pœnitentia, & Regnorum, ac partium hujuſmodi accedere, illiſque de Miniſtris, ac Abbatiſſis juxta exigentiam loci providere, & conſtitutiones, & ordinationes juxta ipſius loci, & illius perſonarum exigentiam edere, & cum Fratribus, & monialibus ſuper veſtibus, & jejuniis, & auſteritatibus Ordinis de pœnitentia, ac conſtitutionum, & ordinationum hujuſmodi diſpenſare, & Præſidenti, ac Diffinitoribus, necnon toto Ordini de pœnitentia hujuſmodi in Regnis prædictis, & forſan aliis partibus, illorumque domibus, monaſteriis, Fratribus, & monialibus in communi viventibus, necnon Eremitis, ac dictis conjugatis, & in ſæculo exiſtentibus ejuſdem Odinis preeſſe: & ſi durante triennio hujuſmodi contra Deum, aut hujuſmodi Ordinem, vel ejus bona deliquerit, ſibi per Præſidentem, ac Diffinitores prædictos pœnitentia ſalutaris imponi, & ejus demeritis jure id exigentibus, per majorem partem Capituli in tali caſu, etiam dicto triennio durante Præſidens, & Diffinitores prædicti convocari, & ſervatis ſervandis puniri, & privari, & ejus loco alius modo, & formâ præmiſſis eligi, ipſeque Viſitator Fratres dicti Ordinis de Pœnitentia prout animarum ſuarum ſaluti, ac dicti Ordinis de pœnitentia conſervationi expedire cognoſcit, de una domo ad aliam, & aliquandò Moniales de uno monaſterio ad aliud transferre, & ſi viſitando aliquod monaſterium, vel domum repererit illius Miniſtrum, vel Abbatiſſam minus habilem exiſtere, ſeù malè gubernare, talem Miniſtrum, aut Abbatiſſam amovere, & alium, ſeù aliam loco ejus deputare, & ſi finito tempore adminiſtrationis alicujus Miniſtri, vel Abbatiſſæ ipſe Viſitator ad monaſterium, ſeù domum hujuſmodi pro Miniſtri vel Abbatiſſæ illius proviſione facienda accedere non valeret, officium antiqui Miniſtri, vel Abbatiſſæ uſque ad conveniens tempus prorogare: Necnon, quia domus, & monaſteria Ordinis de pœnitentia hujuſmodi in dictis Regnis, & partibus ſufficientes redditus pro majori parte non habent, cum Fratribus, monialibus, Sororibus, & Eremitis dicti Ordinis de Pœnitentia ſuper voto paupertatis tàm in communi, quàm in particulari ad vitam, ſeù aliud tempus diſpenſare, necnon omnia, & ſingula alia, quæ Generales, aliorum Ordinum Men-

 dicantium

dicantium Prælati exercere, & facere conſueverunt, ac Sedis prædictæ aliàs immediatè ſubiectos eſſe, & venientes à ſæculo, cupienteſque in domibus, & monaſteriis dicti Ordinis de Pœnitentia Altiſſimo famulari in eis recipi, ipſiſque habitum dicti Ordinis de Pœnitentia exhiberi, & finito anno probationis, ac aliquandò etiam antè iuxta devotionem talis Novitii, tria ſubſtantialia, videlicèt obedientiæ, caſtitatis, & in particulari paupertatis vota ſolemniter profiteri, & color habitus Fratrum, & Monialium Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi potiùs ad nigredinem, quàm ad albedinem tendere: & Fratres clerici, ac moniales in communi viventes Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi officium divinũ ſecundùm uſum S. Romanæ Eccleſiæ, converſi verò ex eis, & in ſæculo exiſtentes conjugati, ac vidui ſecundùm litteras Nicolai prędeceſſoris hujuſmodi horas canonicas recitare, & pro defunctis orare, fratreſque in communi viventes hujuſmodi victum, & neceſſaria oſtiatim mendicare, & prout alij Religioſi Ordinum Mendicantium quærere, & mulieres religioſæ ejuſdem Ordinis de Pœnitentia in communi viventes moniales appellari. Necnon Fratres in communi viventes, & Moniales dicti Ordinis de Pœnitentia, illorumque domus, & monaſteria privilegiis Ordinibus de Mendicantium hujuſmodi cõceſſis uti, potiri, & gaudere: ac Fratres dicti Ordinis de Pœnitentia, præſertim in Galicia, ſeù Provincia Compoſtellana, beneficia Eccleſiaſtica per clericos ſæculares teneri ſolita juxta inſtitutionem, & antiquam conſuetudinem Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi obtinere, & quod eis ex fructibus beneficiorũ hujuſmodi ſupereſt, in ſubventionẽ pauperum domorum, ac alias neceſſitates Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi per illius Viſitatorem generalem pro tempore converti: & pro Fratribus, ac Sororibus conjugatis, ac in ſæculo exiſtentibus pro tempore decedentibus orationes in litteris Nicolai prædeceſſoris hujuſmodi contentæ, pro Fratribus verò in communi viventibus, & monialibus dicti Ordinis de Pœnitentia pro tempore decedentibus miſſæ, exequiæ prout Ordinibus Mendicantium celebrari, & fieri: & Eremitæ dicti Ordinis de Pœnitentia ex licentia Viſitatoris generalis hujuſmodi extra domos dicti Ordinis de Pœnitentia vivere, & bona in particulari poſſidere, ac habitum quaſi ſimilem, quem Fratres in communi viventes Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi deferunt, deferre, & tam Fratres, & Moniales in communi viventes, quàm etiam Sorores eremitæ, & conjugati, ſeù vidui utriuſque ſexus, & in ſæculo viventes infrà tres menſes poſt eorum in Ordinem de Pœnitentia hujuſmodi ingreſſum, ſuum condere teſtamentum, & ipſis vitâ functis omnia, & ſingula ad ipſos religioſos, etiam ratione cujuſvis hæreditatis ſpectantia bona, ad monaſteria, ſeu domos in quibus profeſſionem fecerint; ſi autem profeſſionem hujuſmodi extra Monaſterium, ſeù domum ipſius Ordinis emiſerint, ad propinquius monaſterium, ſeù domum Fratrum ejuſdem Ordinis de Pœnitentia, ubi religioſos hujuſmodi decedere contigerit, legitimis hæredibus non exiſtentibus, & aliàs iuxta litteras Nicolai prædeceſſoris hujuſmodi devolvi, & devenire. Nec non Viſitator Generalis, ac Præſidens, & Diffinitores Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi quolibet triennio in loco ad id per eos deputato eorum Capitulum generale pro ipſo Viſitatore generali, ut præfertur eligendo, ac aliis negotiis, pro dicti Ordinis de Pœnitentia conſervatione peragendis facere conſueverint. Tamen dudum Viſitatot generalis Præſidens, Diffinitores, & Capitulum præfati, nonnullis legitimis, & rationabilibus cauſis eos moventibus, in ultimo per eos tunc celebrato Capitulo congregati, locum prædicto Capitulo generali quolibet triennio de cętero perpetuis futuris temporibus celebrando, domum monaſterium. S. Mariæ de Valle Aſturicen. diœceſ. nuncupatum prope oppidum de Benavente, de expreſſo conſenſu totius Ordinis de Pœnitentia, & Capituli hujuſmodi nominarunt, in eoque, & non alibi de cætero Capitulum generale dicti Ordinis de Pœnitentia fieri, & celebrari ſingulo quoque triẽnio voluerunt, ac etiam quamplurimas alias conſtitutiones, & ordinationes, & ſtatuta in Capitulis generalibus, ac monaſteriis, & domibus dicti Ordinis de Pœnitentia fecerunt, ediderunt, ſtatuerunt, alterarunt, & immutarunt, prout in Nicolai, Eugenii

genij, ac Sixti, Iulii, & Leonis prædeceſſorum litteris prædictis, ac Capituli prædictorũ, ſcripturis deſuper reſpectivè confectis dicitur pleniùs contineri. Quare pro parte dicti Antonij aſſerẽtis, ſe ex dictis regnis non ſine magnis periculo, & laboribus ad dictam Romanam Curiam obtinendæ confirmationis hujuſmodi causâ perſonaliter acceſſiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras prædeceſſorum, ac conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, conſuetudines, ac omnia, & ſingula alia in Capitulis, monaſteriis, & domibus prædictis quomodolibet geſta, ordinata, edita, alterata, & immutata, necnon Regulam Ordinis hujuſmodi de Pœnitentia pro illorum ſubſiſtentia firmiori confirmare, & approbare, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui ſingulorum fidelium, præſertim religionis jugo adſtrictorum, & ſtudio piæ vitę Altiſſimo famulantium ſalubrem, & fructuoſam diſpoſitionem mirum in modum cupimus, præfatum Antonium à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, aliarum conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, conſuetudinum, ſcripturarum, & prædictorum regulæ veriores tenores, & formas præſentibus pro expreſſis habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium litteras, ac conſuetudines, & ordinationes, ſtatuta, & regulam prædictam, & prout illam concernunt omnia, & ſingula in dictis litteris, & ſcripturis contenta confirmamus & approbamus, ac litteras ipſas innovamus, & etiam approbamus; ſupplentes omnes, & ſingulos tàm juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan in eiſdem conſtitutionibus, & ordinationibus, & ſtatutis, ac conſuetudinibus, & regula intervenerint, ac præmiſſa omnia, & ſingula in quibuſcumque Hiſpaniarum partibus, ac ubique perpetuæ firmitatis robur obtinere, & in dictis, & in quibuſcumque Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partibus inviolabiliter per quoſcumque ſic de cætero obſervari debere decernimus. Et nihilominus quòd Præſidens pro tempore electus dationi votorum pro electione Viſitatoris Generalis hujuſmodi minimè intereſſe, ſed tunc temporis per domum, in qua Capitulum tunc celebraretur, ne conventicula, vel monolopium aliquod fiat, diſcurrere, & quòd Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi, ſi eum circa finẽ triennij poſt Capitulum generale celebratum in Curia Regia pro negotiis ipſius Ordinis de Pœnitentia reſidere contigerit, celebrationem futuri Capituli hujuſmodi ad medium annum, & ſi in Curia Romana fuerit ad unum annum, & ſi forſan aliqua infirmitate, vel alia juxta causâ impeditus eſſet, uſque ad tres menſes, à fine dicti triennii computandos celebrationem Capituli hujuſmodi prorogare, & extendere, ac dictus exiſtens Viſitator generalis ſic electus, ut præmittitur, univerſo Ordini, illiuſque domibus, monaſteriis, ac utriuſque ſexus perſonis, & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & provincia prædictis exiſtentibus præſit, ac Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ utriuſque ſexus, & in ſæculo exiſtentes perſonæ ipſi Antonio, & pro tempore exiſtenti generali Viſitatori dicti Ordinis de Pœnitentia in omnibus, & ſingulis ipſum Ordinem concernentibus obediant, & ſub ejus obedientia exiſtant; ac ipſe Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator generalis durante ſuo triennio Sedi prædictæ, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat, & non alteri præterquam in caſibus, in quibus Præſidentem, Definitores, & Capitulum dicti Ordinis de Pœnitentia hactenùs corrigi, & puniri cenſueverint, ſubſit: & ipſe ſolus, & ab eo pro tempore ſpecialiter deputati, & nullus alius venientes à ſæculo, ſeu aliàs in Fratres, ſeu Moniales, vel Sorores utriuſque ſexus dicti Ordinis de Pœnitentia recipiant, nec ad profeſſionem admittant, & aliter habitum dicti Ordinis de Pœnitentia recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non Fratribus ipſius Ordinis de Pœnitentia habeantur, vel habitum hujuſmodi deferre poſſint: dictuſque Antonius, & pro tempore exiſtens generalis Viſitator ſuper voto paupertatis tàm in communi, quàm in

in particulari ad vitam, ſeu ad tempus, prout hactenùs eſt conſuetum,cum Fratribus, & Monialibus, ac Eremitis Ordinis de Pœnitentia diſpenſare, etiam de cætero liberè, & licitè valeat. Quique promiſſione, impreſſione, minis, vel alia quacumque illicita via públicè, vel oculte quovis modo ſe, vel alium in Viſitatorem, Præſidentem, ſeu Definitorem, vel Miniſtrum, aut Abbatiſſam,ſeu alium ipſius Ordinis Officialem eligi procuraverit; eo ipſo quocumque officio dicti Ordinis per enm tunc obtento privatus, & per decennium ex tunc computandum ad quæcumque prælaturam,officium,& actus legitimos dicti Ordinis de Pœnitentia tàm activè, quàm paſſivè inhabilis exiſtat. Nec aliquis cujuſcumq; ſtatus,dignitatis,ord gradus,& conditionis Viſitator generalis dicti Ordinis, de Pœnitentia ullatenus ſit, niſi ipſum Ordinem antea profeſſus, & per majorem partem Miniſtrorum, & Diſcretorum in Capitulo generali ejuſdem Ordinis de Pœnitentia canonicè electus fuerit: ipſeque Viſitator, & nullus alius ipſius Ordinis qnæcumque dubia in Ordine, regula, conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, & omnibus, & ſingulis aliis præmiſſis, & infraſcriptis pro tempore occurrentia interpretari, declarare, judicare, & decidere valeat. Necnon Fratres,Moniales, & Sorores,ac Eremitæ, & quicumque alii,etiam conjugati, & in ſæculo viventes Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi quibuſvis ſecundis feriis, quibus eſus carnium ab Eccleſia Romana non eſt prohibitus, ac à feſto S. Martini uſque ad Dominicam Adventus Domini, per eandem Eccleſiam celebratur, carnibus veſci. Et tàm ipſi, quàm eorum domns,monaſteria,Eccleſię, Prælati,ſervitores,ſervitrices, benefactores,perſonæ,res,& bona quæcumq; omnibus,& ſingulis exemptionibus,privilegiis immunitatibus,prerogativis,indulgẽtiis, indultis, favoribus, conſervatoriis,& gratiis,quibus Fratres, & Moniales Minorum, & Prædicatorum, & S. Claræ, ac aliorum quorumcumque Ordinum Mendicantium, etiam de Obſervantia nuncupatorum, illorumque domus,monaſteria, Eccleſiæ, Prælati, ſervitores, ſervitrices, benefatores, perſonæ, res, & bona quæcumque quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri,& gaudere poterunt quomodolibet in futurum,non ſolùm ad inſtar, ſed æquè principaliter abſque ulla penitùs differentia liberè uti,potiri, & gaudere, ac Fratres dicti Ordinis de Pœnitentia beneficia quęcumq; non tamen capitularia per clericos ſæculares teneri ſolita,prout hactenus conſueverunt,tenere liberè, & licitè poſſint, ac debeant, & pro conſervatione dicti Ordinis de Pœnitentia, ac regulari modo vivendi in Capitulo generali ipſius Ordinis tunc primùm celebrando, idem generalis Viſitator,Præſidens, & Definitores nonnulla pro Fratribus, & Sororibus conjugatis,ac in ſæculo viventibus, necnon etiam alia pro eremitis, ac alia pro Fratribus in communi viventibus, necnon etiam alia pro Monialibus dicti Ordinis de Pœnitentia conſtitutiones, ſtatuta, &conſuetudines diſticta, & ſeparata cuilibet eorum, pro quibus fient ſtatui convenientia, quæ regula dicti Ordinis de Pœnitentia perpetuis futuris temporibus exiſtat, ac nuncupetur cum procemio, & capitulis ad id congruentibus, & neceſſariis, & quæ inviolabiliter obſervari debeant authoritate Apoſtolica condere, ſtatuere, & edere liberè, & licitè poſſint; ac conſtitutiones,ſtatuta, conſuetudines, & regulam hujuſmodi in omnibus, & ſingulis domibus, & monaſteriis dicti Ordinis de Pœnitentia, ipſorumque refectoriis, prout in domibus, monaſteriis, & refectoriis aliorum Ordinum Mendicantium prædictorum ſolitum eſt, legi, ac tranſgreſſores conſtitutionum, ſtatutorum, conſuetudinum, & regulæ hujuſmodi per Viſitatorum hujuſmodi,& eorum Miniſtros puniri debeant, ita quòd nullus ob trangreſſionem illorum ad mortalem culpam, ſeu peccatum obligetur. Necnon Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator generalis Ordinis de Pœnitentia hnjuſmodi officium generalis Viſitatoris ipſius Ordinis facere,& exercere, ac perſonas ſibi ſubjectas in ſingulis caſibus, in quibus, & pront Miniſtri, & Magiſtri,ac Vicarii generales aliorum quorumcumque Ordinum Mendicantium,etiam deObſervantia,&Congregationis Reformatorum juxta eorum regularia inſtituta, & eis conceſſa privilegia Apoſtolica abſolvere, & diſpenſare, ac facere, & exercere, abſolvere, & rehabilitare, & cum eis diſpenſare; necnon

non quæcumque ſtatuta, ordinationes, & conſtitutiones, licita tamen, & honeſta, ac etiam ſacris canonibus non contraria, & ad ſtrictorem Obſervantiam regularem ipſius Ordinis de Pœnitentia tendentia condere, & alterare, ac immutare, & edere licitè, & liberè valeat. Quas quidem ordinationes, conſuetudines, & ſtatuta condenda, alteranda, mutanda, & edenda hujuſmodi poſtquam condita, inſtituta, alterata, mutata, & edita fuerint, & regulam hujuſmodi ex nunc prout ex tunc confirmamus, & approbamus, ac inſuper Fratres, Moniales, Sorores, & Eremitas de Pœnitentia, veros religioſos in communi viventes Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia hujuſmodi fore, & eſſe, necnon ſacrum Ordinem, & regulam S. Franciſci de pœnitentia hujuſmodi, & illius Fratres, & Eremitas, Moniales, & Sorores utriuſque ſexus perſonas, etiam in omnibus, & ſingulis ſcripturis, & actibus publicis, tam per ipſos, quàm per alios quoſcumque, etiam de Obſervantia, & Minorum nuncupatorum Ordinum prædictorum, & alias eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, conditionis, & excellentiæ exiſtant, conficiendis, Fratres, & Moniales, Sorores, & Eremitas Ordinis S. Franciſci de Pœnientia, non verò Fratres *Terceros*, aut alio minus honorabili vocabulo appellari debere i ipſorumque monaſteria, domos, aut res, & bona quæcumque ingredi, atque illa, eorumque Fratres, Moniales, & Sorores quæcumque per Miniſtros, ſeù Magiſtros, ſeù Vicarios Generales, vel Provinciales dicti Ord. Min. ſeù Regnorum, Provinciæ etiam Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partium per Ordinarios, aut quoſcumque alios Prælatos viſitari, aut quoquomodo inquietari, turbari, vel moleſtari, aut eis, vel eorum Generali Viſitatori in obedientia, viſitatione, correctione, ſuperioritate, & officio, ſeù alias quovis modo præjudicari publicè, vel occultè non poſſe, etiam vigore quarumcumque litterarum Apoſtolicarum ſub excommunicationis, ac privationis dignitatum, prælaturarum, ac officiorum quorumcumque, & inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda in perperuum pœnis, quas contrafacientes ipſo facto ex nunc, prout ex tunc, & è contra incurrere, & à quibus ab alio, quàm a Romano Pontifice pro tempore exiſtenti abſolvi non poſſint concedimus, ac ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, decernentes ſic, & non aliter per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales judicari, ſententiari, & definiri, declarari, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter, judicandi, ſententiandi, definiendi, declarandi, & interpretandi, etiam in quavis inſtantia, facultate, & authoritate, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis, etiam Apoſt. authoritate, quomodolibet contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis Ordinum prædictorum, juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis &c. cæteriſque contrariis &c. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1526. ſexto Idus Martij Pontificatus noſtri anno quarto.

273. Quæ tamen omnia fuerunt citiùs ad terminos juris communis à Paulo III. Pontifice redacta, Tertiariis iterum in obedientia Obſervantium reductis, ut ſequitur.

PAVLVS PAPA III. &c.

*Dilectis filiis Toletan. & Hiſpalen. ac Salmaticen. Officialibus, & eorum cuilibet.*

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filij tàm Generalis, quàm per Provincias Caſtellæ, & Legionis Regnorum conſtituti univerſi, & ſinguli Provinciales Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ, quòd licèt ipſi, qui juxta privilegia, & indulta Apoſtolica tam per fœl. rec. Nicolaum IV. Eugenium etiam IV. ac Sixtum ſimiliter IV. & Alexandrum VI. Iulium II. & Leonem X. quàm alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros dicto Ordini conceſſa, quibus inter alia cavetur expreſsè, quòd Moniales, vel Sorores, & aliæ utriuſque ſexus perſonæ tàm conventualiter, quàm in ſæculo degentes, Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, quin etiam conjugati in ipſo conjugio permanendo juxta regularia ipſius tertij Ordinis inſtituta, profiteri poſſunt, illorumque domos, & (Vvad. t. 8 ann. 1535. bull. 20.)

& monaſteria viſitationi, correctioni, ac regimini, curæ, & adminiſtrationi Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ hujuſmodi omninò ſubjacere debeant, fuerint hactenùs, prout adhuc exiſtunt, in poſſeſſione, vel quaſi juris viſitandi,corrigendi, & reformandi monaſteria, & domos, illorumque Moniales, ſeù Sorores, & alias perſonas Ordinis hujuſmodi. Nihilominus dilectus filius Antonius de Tablada, qui pro Fratre Miniſtro, ac Viſitatore Generali monaſteriorum, ac utriuſque ſexus perſonarum dicti tertij Ordinis in quibuſdam Provinciis tunc expreſſis Regnorũ eorumdem, ſe gerit, prætextu quarumdam litterarum Apoſtolicarum aliàs pro parte ſua à piæ mem.Clemente Papa VII. ſimiliter prædeceſſore noſtro impetratarum, per quas dictus Clemens omnes Fratres,ſeù Sorores dicti Tertij Ordinis, tam conventualiter viventes,quàm eremitas, & conjugatas perſonas in ſæculo exiſtentes, ipſorumque domos, & monaſteria eidem Antonio, & pro tempore exiſtentibus ſucceſſoribus ſuis Miniſtris ſubjeciſſe dicebat; exponentes præfatos, ſeù ab eis pro tempore deputatos Viſitatores, quò minùs juxta privilegia, & indulta hujuſmodi moniales, & Sorores,illorumque domos, & monaſteria, aliaſque utriuſque ſexus perſonas dicti tertij Ordinis, in quorum poſſeſſione fore dignoſcebantur, ut præfertur, viſitare, & reformare poſſent, & valerent, impedivit, & perturbavit, & per ſe ipſum, vel ejus aſſertos Commiſſarios, ſeù Viſitatores velle impedire, aut perturbari velle, ſe iactavit,& iactat. Vndè exponentes præfati deſuper impediri, vel perturbari poſſe formidantes, propter diſſenſiones, & ſcandala, quæ in dies exoriri veriſimiliter ſuſpicantur, ad nos recurſum habuerunt. Quare pro parte dictorum exponentium nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras prædictas, quatenùs per illas eiſdem exponentibus, vel illorum juribus præjudicatur, ad terminos juris perduci mandare, aliaſque ſibi ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos veriſimiliter præſumentes, non fuiſſe mentis, & intentionis ipſius Clementis prædeceſſoris, qui juſtitiam colebat, per dictas ſuas litteras velle in aliquo juribus ipſorum Fratrum Minorum præjudicare, ac ſcandalis, & diſcordiis hujuſmodi viam aperire, dictarum litterarum tenores, & formas præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeù alios vocatis dicto Antonio Miniſtro, & aliis qui fuerint vocandi, litteras prædictas, quatenùs per illas eiſdem exponentibus, vel illorum juribus præjudiciũ generari repereritis, ad terminos juris reducatis, ipſaſque litteras quoad monaſteria, domos, loca, & perſonas dicti tertii Ordinis, in quorum viſitationis,& obedientiæ poſſeſſione, vel quaſi dicti exponentes fuerunt, & exiſtunt, ac pro tempore erunt, locum ſibi minimè vendicare, ſed litteras ipſas de illis dumtaxat Fratribus,monialibus, Sororibus, domibus, & monaſteriis, aliiſque perſonis tertii Ordinis huiuſmodi, quæ ſub obedientia, & viſitatione dictorum exponentium nunquam extiterunt, intelligendas fore: ſicque per quoſcumque Iudices, & Cameræ Apoſtolicæ cauſarum Auditores judicari, diffiniri, & interpretari debere, ſublata eis, & ipſorum cuilibet aliter diffiniendi, & interpretandi facultate, & authoritate, irritum quoquè, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, authoritate noſtra decerneatis. Nos enim vobis, & veſtrum cuilibet Antonium præfatum, & quoſcumque alios ſua in præmiſſis intereſſe putantes, etiam per edictum publicum conſtito ſummariè, & extra iudicium de non tuto acceſſu citandi, ſibiquè, ac quibus, & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis. & aliis arbitrio noſtro imponendis pœns inhibendi, ac contra eos, & alios contradictores quoſlibet, & rebelles, cenſuras, & pœnas prædictas iteratis vicibus aggravandi, ac interdictum eccleſiaſticum apponendi, & auxilium brachij ſæcularis, quatenùs opus fuerit, invocandi, per eaſdem præſentes, facultatem concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac fœl. mem. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita deduabus dietis,dummodò ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad judicium non trahatur; ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus

nibus, & ordinationibus, privilegiis quoque,& indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam *Mare magnum*, vel aliàs nuncupatis ipſis Fratribus Tertij Ordinis hujuſmodi ſub quacumque verborum forma conceſſis,confirmatis, & innovatis, quibus omnibus &c.hac vice dũtaxat,illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter,& expreſsè derogamus,cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum anno 1537. 18.Kalend. Octobris Pontif. noſtri anno 3.

274. Poſtmodum dato Brevi, *Paſtoralis Officij &c.* pridie Idus Aprilis 1549. Paulus ipſe III. Congregationis Italicæ ſtatuta pro pacis conſervatione in ſui Generalis, aliorumque Officialium electionibus obſervanda, plenè confirmavit. Dehinc Pius IV. per litteras ſuas, *Sedes Apoſtolica &c.* 4. Idus Iunij 1563. conceſſit, ut proprium haberent Miniſtrum Generalem ad ſexennium duraturũ: quas litteras cum executor citat ex Vaticano P. Alva in Indiculo ſui bullarij: Verumtamen B. Pius V. illorum ſanctiori, & firmiori ubique terrarum Reformationi ſedulo intendens, expedito diplomate, *Ea eſt officij noſtri ratio &c.* quod jam ſupra integrum excripſimus, ſuppreſſo totaliter eorum Miniſtro, vel Vicario, vel Viſitatore Generalibus, ipſos Generalibus,& Provincialibꝰ FF.Min.Regularis Obſervantiæ, horumque Cardinali Protectori eſſe voluit in orbe univerſo ſubjectos. Hujuſmodi tamen rigorem à Sixto V. moderatum fuiſſe legimus pro ſola Congregatione Lombardiæ; cui tametſi nec proprium Protectorem, nec Miniſtrum, aut Vicarium, vel Commiſſarium Generales reſtituerit, reſtituit tamen cum ampliſſima poteſtate Viſitatorem Generalem, ſed cum dependentia non mediocri ab Ordinis Minorum Miniſtro Generali; ut in litteris ipſius eſt videre.

## SIXTUS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Bull.Rom. t.2.bull.28

275. ROmani Pontificis providentia circumſpecta nonnunquam ea, quæ per prędeceſſores ſuos rationabilibus, & honeſtis ſuadentibus cauſis, pro quibuſcumque Eccleſię Ordinibꝰ, vel in ſua integritate cõtinendis, vel ad inſtitutum revocandis, ſtatuta,& ordinata fuerunt,ex aliis non minus juſtis cauſis moderatur, & revocat, prout id conſpicit in domino ſalubriter expedire.

§. 1. Aliàs ſiquidem fœl. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, officia Miniſtriatus, & Viſitatoris Generalis Tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia nuncupati perpetuò extinxit, & abolevit,ac Miniſtrum, Viſitatorem, & Vicarium Generalem ejuſdem Ordinis officio,uſu, & exercitio quoquomodo interdixit,edictoque prohibuit,nè nllus Miniſter, Vicarius, & Viſitator generalis de dicto Ordine haberetur.

§. 2. Inſuper univerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, profeſſos,& converſos, necnon domos, Monaſteria, & loca virorum,& mulierum, ac Cuſtodias,Provincias per nniverſum Orbem conſtitutas, gregemque ipſum univerſum Tertij Ordinis utriuſque ſexus Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum, prout in eorum Provinciis conſiſtebant, ita perpetuò ſuppoſuit, ut Miniſter Generalis in univerſo Ordine, Provinciales verò Ordinis Minorum de Obſervantia in ſuis quiſque Provinciis plenum jus, liberamque authoritatem in ſpiritualibus, & temporalibus juriſdictionem omnimodam haberent, domos omnes, ac monaſteria, & loca quæcumque,necnon perſonas utriuſque ſexus tàm in capite, quàm in membris viſitandi,& corrigendi vagantes, & quoſcumque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, Ordinibus, Officiis, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi,& reſtituendi, ac etiam ſuper iis, & cæteris omnibus Ordinem ipſum, illiuſque domos, & perſonas ntriuſque ſexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ, & ſacris canonibus, & litteris tunc deſuper confectis non contrariis, ſtatuendi, mutandi,innovandi,& exequendi,quemadmodum illis erat in ſuo proprio Ordine attributum, ac aliàs ſtatuit,& ordinavit, prout in ipſius prædeceſſoris litteris ſub data videlicèt 5. nonas Iulii Pontificatus ſui anno 3. deſuper confectis, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pleniùs continetur.

§. 3. Nos itaque, quibus nuper innotuit,

tuit, quòd Fratres Tertij Ordinis hujuſmodi ſub obedientia Miniſtri Generalis, & Provincialium Fratrum de Obſervantia prædictorum manentes nihil in vinea Domini profecerunt, immò in eodem Tertio Ordine varij abuſus tàm circa Regulæ obſervationem, quàm etiam Fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum; & aliàs delinquentiū caſtigationem irrepſerunt. Ac conſiderantes, quòd ſi Fratres ipſi Tertij Ordinis eorum Viſitatorem Generalem juxta ſua regularia inſtituta ante litteras dicti prædeceſſoris faciebant, eligere poſſent, & ſic electo tamquam eorum Superiori obedirent; præmiſſis, & aliis malis, quæ occurrere poſſent, plurimùm conſultum foret. Propterea ex his, & aliis cauſis animum noſtrum moventibus, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, ipſos Fratres Tertij Ordinis adverſus litteras dicti prædeceſſoris (illis quoad Prætectoris deputationem in ſuo robore permanentibus) in priſtinum, & eum, in quo antequam ipſæ litteræ emanaſſent, erant, ſtatum reſtituentes, & plenariè reintegrantes, eiſdem Fratribus Tertij Ordinis per univerſam Italiam exiſtentibus, quòd perpetuis futuris temporibus juxta eorum regularia inſtituta ſingulo triennio Capitulum generale dicti Tertij Ordinis convocare, & celebrare, ac in eo Viſitatorem generalem, & alios Miniſtros, & Officiales (non tamen Commiſſarium generalem) eiſdem modo, & forma, quibus antequam litteræ prædictæ emanaſſent, conſueverant, eligere, eumdemque Viſitatorem Generalem peracto triennio hujuſmodi in alio Capitulo generali poſteà faciendo confirmare liberè, & licitè valeant, perpetuò Apoſtolica authoritate concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes, Viſitatorem ſic electum omnimodam poteſtatem, authoritatem, juriſdictionem, & ſuperioritatē in omnes, & ſingulos dicti Tertij Ordinis Fratres, & Miniſtros, & Officiales per univerſam Italiam conſiſtentes, eorumq; domos, & loca, ac res, & bona habere, necnon Fratres, & Miniſtros, ac Officiales Tertij Ordinis hujuſmodi ei ſic electo tamquam vero Superiori morem gerere, ejuſque mandatis ſalubribus obedire teneri, ipſoſque per Miniſtrum Generalem, ac alios Fratres de Obſervantia, quominùs ad electionem prædictam, prout ante dictas litteras faciebant, procedere valeant, nequaquam impediri, aut moleſtari poſſe. Et ita per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos quavis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate judicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus litteris prædictis, quibus, ac omnibus aliis, quæ præmiſſis obeſſe poſſent, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd dictus Viſitator eligendus infra duos menſes à die ſuæ electionis computandos confirmationem electionis hujuſmodi à Miniſtro Generali de Obſervantia petere omninò teneatur, quā petitā, & non obtentā, vel denegatā, idem Viſitator Tertij Ordinis Apoſtolica authoritate confirmatus cenſeatur, quòdque dictus Miniſter de Obſervantia per ſe ipſum dumtaxat, unâ cum duobus aliis ſui Ordinis profeſſoribus poſſit ſingulo quadriennio poſt viſitationem à Viſitatore Tertii Ordinis hujuſmodi factam, & non ante, Tertium Ordinem, ac Fratres, domos, loca, res, & bona prædicta viſitare, eaque tàm in capite, quàm in membris, prout opportunum fuerit, juxta regularia inſtituta dicti Tertii Ordin. corrigere, & moderari.

§. 6. Ac quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, dictique Protectoris, aut Viſitatoris Tertii Ordinis hujuſmodi ſigillo munitis, aut manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ &c. die 29. Martii 1586. Pontif. noſtri anno primo.

276. Bordonius in opuſculo de antiquitate Religionis Tertii Ord. S. Franciſci cauſam aſſignat hujus Sixtinæ moderationis; primò quòd in Hiſpania Tertiarii Regulares ex Piina, quam retulimus, conſtitutione Obſervantibus ſubiectati, ad his multiformiter aggravati, quòd Conventus ſibi adimerent, & ſuos ſodales in Andaluzia præſertim, ad profitendum in Obſervantia cogerent, & aliis modis ferè ad non eſſe reducti, ad B. Pium V. reclamantes prællegatam

Bordon. in opuſ. de antiquit. ſuæ Religion.

legatum declarationem ab ipſo impetrarint. Deindè allegantes, quòd Viſitatorem Provinciarum ſuarum ad Apoſtolica decreta non haberent; quòd in Bethica, & Luſitania Conventus primarios ab Obſervantibus occupatos quotidiè deperderent, quòd Novitios, nosque Conventus recipere, & ſub titulo S. Franciſci Eccleſias erigere, aut eleemoſynas mendicare prohiberentur; quòd ſuos vel doctrinæ, vel alio laudabili titulo fulgentes ad Obſervantiā transferrent, quòd publicas ſcripturas ab Archiviis ſibi ſubjectorum abſtraherent, aliaque diverſa congerit; ex quibus omnibus coacti primùm Itali à Sixto V. præfatam revocationem, deindè etiam Hiſpani ad Cardinalem Matthæjum Ordinis Protectorem recurrentes decretum ab ipſo receperunt, annuente pariter Clemente Pontifice, quo cavebatur, ne Miniſtri Provinciales Fratrum Minorū de Obſervantia primùm in Luſitania, deindè in Bethica in attinentibus ad regimen Tertiariorum ullatenùs ſub quovis titulo ſe intromitterent, ſed à Viſitatore Provinciali per ſe ipſos, & de ipſis per vota ſecreta eligendo gubernari deberent; Miniſtro tamen Generali Ordinis Minorum, necnon Commiſſario Generali Vltramontano, atque Commiſſario Generali Nationali per eoſdem in Luſitania deputando in omnibus, & per omnia ſubjecti. Quin & Novitiorum receptionem eiſdem reſtituit; aliaque gravamina voluit aboleri; Conventuſque illorum in Regno Granatæ conſtitutos eiſdem vel reſtitutos, vel ſtabilitos ſub unica Bethicæ Provincia Tertiariorum conſervari præcepit; Cardinalis Protectoris decreta ſub die 30. ſeptembris 1594. ſub die 15. Ianuarij, & die 10. Maij, & 19. Aprilis anno 1595. expedita, ſaltem ex parte à Clemente VIII. per litteras Apoſtolicas. *Cum ſicut acceptmus &c.* die 11. ſeptembris 1596. dicuntur fuiſſe confirmata; decretum verò Cardinalis ejuſdem pro ſtabilienda Bethicæ Provincia, reſtituendiſque eiſdem Conventibus ſub die 18. Ianuarij 1600. propriis in locis dabimus per extenſum cum cæteris ad haſce Provincias attinentibus.

Archiv. Aracœl. Reg. 1. Vltram. f. 6. 7. & 41.

277. Vniverſa ergo Congregatio Tertiariorum Lombardiæ, ſeù Italiæ nuncupata, quæ plurimas, ut infra dicemus, Provincias complectitur, ſub proprio Viſitatore Generali per Sixtum V. reſtituta, quamvis proprium vel Miniſtrum Generalem, vel Vicarium, vel Cardinalem Protectorem à Protectore, & à Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum recuperare nunquam potuerit, proprio ſub regimine Viſitatoris ſui glorioſe perſeverat, illo tamen reſervato, ut Viſitator ipſe à Miniſtro Generali Minorum confirmationē expoſceret; atque terminata in triennio ipſius viſitatione, poſſit anno quarto præfatus Miniſter Generalis Congregationem ipſam ex integro viſitare: Italicæ Congregationi Dalmatinam, & Iuſtinopolitanam Provincias Clemens VIII. expedito Brevi; *Pro noſtri Paſtoralis &c. die 2. ſeptembris* 1602. & Innocentius X. Cōgregationem Zeppenſem, ideſt Germano Belgicam unitas eſſe voluerunt; de quibus ſuo loco dicemus. In Luſitania verò, & in reliqua Hiſpania, necnon in Gallia omnes, & ſingulæ Tertij Ordinis Provinciæ, Conventus, & Religioſi omnimodæ Generalis Minorum juriſdictioni ſubjacere non detrectant; Vndè Romanis in Comitiis anno 1625. ſub Bernardino de Senis cautum fuiſſe legimus, ut in poſterum Tertiarij tùm de Hiſpania, tum de Gallia in Generalibus Ordinis congreſſibus vocem activam in Miniſtri, & Commiſſarij Generalium electione reſpectivè haberent; *Fratres enim noſtri ſunt.* In Capitulo Valliſoletano anno 1670. ſub Franciſco Maria Rhini de Poſtrio Generali ſtatutum fuit, ut præfati de Galliis, & Hiſpaniis Tertiarij unum ſemper habere deberent Generalem Diffinitorem. Ex quibus apparet, quàm legitimo titulo de Hiſpania, & Luſitania ipſi Tertiarij ad Vrbem venientes ad Aram cœli commorentur, ſicut & Galli morabantur antequam proprium haberent ibidem Cœnobium.

Chronol. Seraph.

Ex tabula Cap. Generał. Valliſol. 1670.

278. Omnia itaque recolligendo ſupradicta, deducendum videtur evidentiſſimè, voluiſſe Pontifices, ut Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum tamquam veriſſimo Seraphici Patriarchæ ſucceſſori, ob ſuam in Ordine Vniverſo excellentiam, etiam ſuper omnes vel ſæculares, vel Regulares de Tertio Ordine profeſſores ubiquè Terrarum conſervetur auctoritas, & præeminentia; In Italia quidem modo ſupradicto, extra Italiam cum

omnimoda poteſtate ſuper Fratres, Moniales,Conventus, Provincias, Congregationes, atque Capitula.

Ex Arch. Aracœl. in lib.m.S. de hac Controverſ.

279. In Italica verò Congregatione hujuſmodi ad Miniſtrum Generalem totius Odinis dependentiam, quaſi ex non uſu neglectam, deperditam fuiſſe prætenderunt : ſed reclamante Ioanne de Neapoli ſtetiſſe in ſuo vigore non dubitatur; hic enim anno 1645. ad Generalatum evectus, ubi Romam appulit, volens ex officio ad Tertiariorum viſitationẽ procedere, præhabitis doctiſſimorum de Vrbe conſultis, ad Innocentium X. Pontificem pro majori quiete ſupplicans, eo mandante ad Cardin. Iuſtinianum venit ( qui Barberino in Gallia profecto datus fuerat Ordini cũ poteſtatis plenitudine Comprotector ) omnia in pace compoſiturus. Quoniam verò de Iuſtiniano credidit non ſibi promittendum, utpote Tertiariis favorabile, ad Papam recurrens evicit, ut cauſa S. Congregationi Cardinalium, & per Congregationem Cardinali Cœſio fuerit commiſſa, qui rem ſeriùs diſcuteret,diſcuſſamque Congregationi referret. Hinc doctiſſimorum de Vrbe productis pro utraque parte cõſultis; difficultatis nervus in eo poſitus erat; An non uſus privilegij ſpatio 62. ut dicebant, annorum ( ſed à Sixtina de anno 1586. edita, ad litis conteſtationem 1646. non niſi 60. anni numeratur ) Generali noceret,atque ad favorẽ Tertiariorum præſcribere potuerit, quod hi prætendebant: Reſponſum verò fuit pro parte Generalis primò hoc non eſſe privilegium,ſed jus fixum in corpore juris inter extravagantes à pluribus Pontificibus collocatum, à nemine revocatum, neque perſonam reſpicere, ſed officium; Vndè negligentia unius alteri nocere non poteſt. 2. negando ſuppoſitum, ſcilicèt non uſum juriſdictionis, cum per tres Patrum graviſſimorum ſenum juratas atteſtationes conſtet, ſæpiſſimè ad Miniſtrum Generalem recurriſſe ad Aram-cœli Tertiarios Italos, & eorum aliquos etiam ibidem fuiſſe à Miniſtro Generali caſtigatos: id ſpecialiſſimè de Gonzaga legimus, qui Tertiariorum Capitulum generale in Vrbe celebravit electumque Viſitatorem confirmavit. Idẽ de Bonaventura Calatagirone, & Archãgelo de Meſſana Gonzagæ ſucceſſoribus legimus; quod autem hoc à Generalibus Hiſpanis neglectum videatur, non obſtat,cum in Hiſpaniis ut plurimùm reſideant, & hanc juriſdictionem alteri delegare non valeant: quod inde efficaciùs ſubſiſtit,quia Miniſtrum ſuum Generalem, vel Cardinalem Protectorem ſibi proprium,à Pio V. ſuppreſſos,nunquam recuperare potuerunt; ſed Protector Obſervantium,ſtatim à ſua deputatione ſuper Obſervantes, etiam ſuper ipſos Tertiarios intelligitur conſtitutus; dum autem Generalis favorabile decretum ad momenta expectat ab ipſa Congregatione,Cardinalis Iuſtinianus Tertiariis adhærens egit in ipſa S. Congregatione, ut cauſa hæc ſibi, atque aliis duobus, ſcilicet Palottæ, & Franciotto Cardinalibus committeretur; quam dum protrahunt in longum, Generalis ipſe in Hiſpanias ad Generalem Congregationem anno 1647. ire coactus ex officio,ibidem mortali vitæ,atque agitatæ cauſæ finem appoſuit; Itaque non ex ſilentio actoris fuit terminata lis ipſa, ut dicit Bordonius ad finem capitis noni in ſuo Chronologio, ſed ex morte illius fuit interim ſopita,donec ſub alio actore terminetur.

## CAPVT XIII.

*Status præſens hujus Tertij Ordinis S. Patris Franciſci de Pœnitentia.*

280. EX commendato S. Gamalielis conſilio, Tertium hunc Sancti Franciſci Ordinem de Pœnitentia Eccleſiæ ſanctæ fuiſſe à Deo ſpeciali favore conceſſum,apertè comprobatur; quoniam quinto jam ſæculo non ſolùm integer perſeverat, ſed & in dies augetur, & perficitur, adeò ut ex ſolis ejus clauſtralibus multa fratrum millia in quadrigentis circiter Conventibus, per plurimas Provincias diviſis numerentur; Moniales in immenſum excreverint; illi verò, qui in propriis domibus magno animarum fructu Altiſſimo famulantur, numerari præ multitudine non poſſint; quibus Reges, & Monarchæ, Imperatrices, & Reginæ cum vilioribus è plebe recenſeri non erubuerunt. Act. c. 5.

281. Itaque prima ſui paritione in clauſtrales, & ſæculares dividitur, illi in Fratres, & Moniales ſubdividuntur; Fratres ipſi in Conventuales, & in Regula- P. Lequile in Hierarch. Seraph.

ris,

ris,ac Strictioris Obſervantiæ:ſæculares verò in paternis laribus vivere permiſſi, duplici ſunt in differentia; aliqui enim nullo emiſſo voto, illam Tertij Ordinis regulam ſub nulla obligatione ad culpam profitentur, quos virgines,& cœlibes,vel conjugatos eſſe, nil officit; alij nonnullis votis obligantur, qui etiam in duas claſſes dividuntur; Bizzochæ namque;(hoc vulgari nomine nuncupantur) habitu Religionis indutæ caſtitatem, & obedientiam in manibus Miniſtri Provincialis, ex ordine Minorum, vel ejus delegati emiſſo voto profitentur, cum nullo niſi in primo gradu conſanguineo, vel affini habitare poſſunt; & ſi cæteris polleant conditionibus in bullis Apoſtolicis expreſſis,privilegio gaudent & fori, & canonis,ac exemptionis ab Ordinarij juriſdictione, & propriam in communi habere poſſunt ſepulturam, & alia ſibi propria privilegia; Ad modum Bizzocharum ſunt Tertiarij, vel Eremitæ,qui à Prælatis Ordinis recipientes habitum, in eorum manibus vota ſimplicia emittunt, & vel in Congregatione quadam inter ſe,vel in ſolitudine vivunt, vel alicujus Eccleſiæ temporali ſervituti deputantur; Alij ſunt, qui ſimpliciter Tertiarij dicuntur, & ad ſervitium publicum in Conventibus admittuntur, habitu minoritico ad genua decurtato, cum chorda, ſine caputio induuntur, calceamentis utuntur,ut à veris minoritis poſſint coram populo diſcerni:poſt biennalem probationem, ad caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ ſimplicia vota recepti (qui in cæteris Religionibus oblati, vel donati vocitantur) ſpecialiter ad Fratrum, & Monialium in temporalibus ſervitium admittuntur,officium cum noſtris Laicis recitant, & Regulam pro poſſe ſine obligatione ad peccatum obſervant; Religioni poſt profeſſionem obligantur, ſicut etiam ad eos ſemper ſuſtendandos mutua obligatione Religio ipſa tenetur;ſed ante completum vigeſimum ætatis annum, & ex antiquis ſtatutis, & ex noviſſimo Clementis X. 1675. decreto, non licet eos recipere. Quos tamen Barberinus in ſui Protectoratus initio, ab omnibus Reformatorum cœnobiis expoliatos dimittendos eſſe præceperat.

Ex Archiv. S. Frãc. de Vrb in lib. bull. & decret. f. 115.

282. Puri verò ſæculares, qui domos ſuas inhabitant, habitum minoriticum, niſi in colore conſimilem deferre cum chorda, nullo vel fori, vel canonis, vel exemptionis realis, aut perſonalis privilegio gaudere permittuntur, licèt hæc habuerint à principio per Honoriũ III. Gregorium IX. & alios (aliquibus exceptis)ne videlicet ad ſolemne iuramentum(preterquàm in cauſa teſtium,vel pacis,vel fidei,vel calumniæ)adigantur, ſupra cæteros ſæculares aggravari non poſſunt à poteſtate ſæculari,nec ad obedientiam Fratribus Minoribus vovendam recipi, niſi fortè ex quadam congruentia; omnibus tamen Minorum indulgentiis, & plurimis ſpecialibus privilegiis infra recenſcendis, pleno jure fruuntur, & cæterarum Confraternitatum exemplo ſuos ſibi poſſunt eligere officiales.

283. Genera ergo hominum ſeptem, in hoc Tertio Franciſcano Ordine militantia recenſentur; Clauſtrales ſeu Regulares viri laxioris vitæ, Regulariſque Strictioris Obſervantiæ, Clauſtrales Sorores, Eremitæ, Bizzochæ, Tertiarij ad ſervitutem recepti temporalem, & puri ſæculares in domo propria plena libertate viventes: Vndè liquet, ad ipſum nullo pacto attinere poſſe, & in errore maximo verſari Tertiarios illos, ſivè Eremitas, qui habitum Franciſcanum, vel propria, vel Ordinarij authoritate nulliter ſuſcipiunt, quin & habitu aſſumpto indulgentiis, & privilegiis hujus tertij Ordinis ſe ſe gaudere falſiſſimè credunt; quin etiam invocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, expoliari debent. Habitum verò cum capucio aſſuto, vel diſſuto Tertiariis, aut Eremitis, nec Provincialis Miniſter, nec Generalis Ordinis, nec Apoſtolicus de Latere Nuncius omninò cõcedere poſſunt; & qui monitus ipſum non deponit ultra excommunicationis latæ ſententiæ, etiã carceris pœnam ipſo facto ex decreto Vrbani VIII. incurrit, quod appono.

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

284. CVm ſicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrũ Minorum Regularis Obſervantiæ S. Franciſci Nobis nuper exponi fecit,quã plures abutentes habitu Fratrum Tertiariorum

Bull. Rom. t. 5. bull. 231.

riorum Ordinis ejuſdem S.Franciſci,vel ſimplicem Tunicam oblongam cum mãtello,vel ſine eo abſque Superiorum prędictæ Religionis licentia deferant, vel etiam eis capucium, aut Tunicæ adjunctum, aut ipſi mantello conſutum ſuperaddant, eorumque nonnulli extra clauſtra degentes tum ſcandaloſè, & inopportunè ſub ſpecie peregrinationis, aut alterius emendicati prætextus divagentur,tum etiã aliquas Eccleſias, ſeu Capellas adſcito ſibi Eremitarum nomine incolant, exindeque maxima apud ſæculares ſcandali materia, & pravæ opinionis erga prædictam Religionem ingeratur; Nobis propterea dictus Procurator generalis humiliter ſupplicari fecit,ut tot incommodis, & ſcandalis opportunum aliquod remedium adhibere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Procuratorem Generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis,& interdicti,aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,& pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, & ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati; Omnibus, & ſingulis locorum Ordinariis, ac noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nunciis ubivis terrarum conſtitutis,& degentibus tenore præſentium diſtrictè præcipiendo mandamus, nè de cætero quemquam prædictam tunicam oblongam cum, vel ſine mantello abſque Superiorum prædictæ Religionis Minorum de Obſervantia, & cujuſvis Inſtituti, ſeu Congregationis Ord. ejuſdem S. Franciſci licentia in ſcriptis obtenta quomodolibet deferre permittant, utque,ſi aliquem præmiſſorum tranſgreſſorem repererint, illum carceri mancipandum, tali habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremiſſibiliter curent; & præterea nemini licitum faciant,etiamſi prędictæ Religionis Minorum de Obſervantia, & cujuſvis Inſtituti, ſeu Congregationis univerſi Ordinis hujuſmodi Superiorum ſcripta, ſeu quovis alio prætextu roborata licentia deſuper acceſſerit, & habitum hujuſmodi cum prædicto Capucio vel Tunicæ, ſeu Mantello, ut præfertur, conſuto deferant ſublata ejuſdem Ordinis Superioribus, ipſiſque locorum Ordinariis, ac Nunciis Apoſtolicis, & eorum cuilibet quavis authoritate licentias hujuſmodi cuiquam concedendi,ac demum earumdem tenore præſentium volumus, & ordinamus,ut ſi quiſpiam tale deferens Capucium,vel cum licentia, vel ſine ea inventus fuerit,carceris detentione, habitus privatione, & aliis arbitrariis pœnis ab eiſdem Ordinariis, & Nunciis omninò puniatur. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate alia roboratis ſtatutis,& cõſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis,& innovatis; Quibus, omnibus, & ſingulis, illorum omnium tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Vt autem præſentes noſtræ litteræ ad omnium,quos illæ concernunt, notitiam faciliùs deveniant, volumus,quòd illarum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem ubique fides in judicio,& extra illud adhibeatur,quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Datum Romæ &c. die 5. Octobris 1638. Pontificatus noſtri anno 16.

285. Circa pueros integro Minorum habitu induendos tantus devotionis titulo abuſus invaluerat, ut paſſim etiam poſt duodecimum ætatis annum illo induti incedere vellent; Vndè S. Congregatio de ſpeciali mandato Sanctiſſimi ſub die 10. Ianuar. 1627. pueros omnes in ingreſſu ſeptennij habitu hujuſmodi eſſe expoliandos ordinaverit. *Auda in Theat. Regular.*

Quoad præcedentiam verò Religionis litigaverunt contra ipſos Tertiarios Clauſtrales Patres Minimi S. Franciſci de Paula, qui litem vicerunt, illis non probantibus fundationem ſuam, vel materialiter titulo Clauſtralium, vel formaliter ex approbatione Sedis Apoſtolicæ coram Nuncio Apoſtolico per Hiſpanias, qui proinde favoribilem ſententiam

tiam pro Minimis tulit ſub Vrbano VIII. Poſtmodum verò cum ad favorem Tertiariorum inventæ fuerint bullæ anteriores ad Minimorum fundationem, Vrbanus ipſe de omnibus pleniùs informatus, Tertiarios Clauſtrales in integrum reſtituit, ut cauſam ſuam juridicè defendere poſſent, expedito Brevi Apoſtolico, quod appono.

VRBANVS PAPA VIII. &c.

286. Dilecti filii &c. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati, quòd lite, & controverſia inter ipſos exponentes ex una, & dilectos Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula in Civitate Hiſpalenſi, aliiſque Hiſpaniarum partibus conſiſtentes ſupra præcedentiam in proceſſionibus, aliiſque actibus publicis, in quibus convenire tenentur, debent, & conſueverunt in diverſis inſtantiis, & ultimo loco coram dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio in Regnis Hiſpaniarum commorante, pendente &c. Idem Nuncius nulliter, & de facto procedens, tertiam ad favorem Fratrum Minimorum, & contra exponentes prædictos ſententiam protulit, illis propter prætenſam anteriorem inſtitutionem Ordinis, & priorem Sedis Apoſtolicæ confirmationem jus præcedendi adjudicando; cum autem, ſicut eorum expoſitio ſubjungebat, materialis dicti Tertii Ordinis Inſtitutio, & formalis Sedis Apoſtolicæ confirmatio longè anteriores ſint inſtitutione, & confirmatione Minimorum, cum primò dicti Ordinis confirmatio emanaverit à fœl. record. Ioan. XXII. & Martino V. necnon Nicolao etiam V. & Eugen. IV. necnon Paulo II. & aliis prædeceſſoribus piæ mem. Sixti IV. etiam prædeceſſoris noſtri, qui ſecundò dictum Ordinem confirmaſſe dicitur. Cumque confirmationes Ordinis dictorum exponentium tempore latæ ſententiæ per dictum Nuncium eiſdem exponentibus notæ non eſſent, & per illas ſententię contra eoſdem exponentes latæ reddantur injuſtæ; ac proinde quatenus illæ ſunt tres & conformes, nihilominus eiſdem exponentibus competat reſtitutio in integrum, Ideò Nobis humiliter ſupplicari fecerunt exponentes prædicti, quatenus aliquibus probis viris in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis in partibus illis, & eorum cuilibet, ut ipſos exponentes adverſus prædictas tres ſententias conformes in integrum, prout de jure reſtituant, & ſi reſtitutioni locum eſſe repererint, cauſam, & cauſas &c. audiant, & decidant, cum poteſtate, quos opus fuerit, citandi, eoſque inhibendi, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis arbitrariis pœnis, cæteraque facere &c. exequendi &c. opportunè præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus &c. eis in prēmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſtatum, & merita cauſæ, & cauſarum hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, ipſoſque exponentes, & eorum ſingulos &c. cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtrę per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum &c. authoritate noſtra faciatis, prout de jure fuerit faciendum &c. Datum Romæ &c. die 8. Auguſti 1625. Pontif. noſtri anno. 3.

Arch. Aracœl. Reg. 3. Vltram. f. 73. pag. 2.

287. Bullæ verò pro Tertiariis noviter inventæ ſunt ſequentes.

1. Ioannis XXIII. Perſonas vacantes &c. 7. kal. Novembr. anno 1413. Vvad. & Bullar. Tertii Ordinis fol. 14.

2. Martini V. Ex Apoſtolicę Sedis Providentia &c. Dat Romæ 1430. 13. kal Iulij apud Vvad.

3. Eugenii IV. Injunctum nobis deſuper &c. 8. Idus Februar. 1442. apud Vvad. & in libro Tertii Ordinis fol. 30.

4. Nicolai V. Paſtoralis officii &c. kal. Auguſti 1447. in libro Tertii Ordinis fol. 33.

5. Pauli II. Excitat arcanum &c. 7. kal. Iunii 1466. in Bullar. Tertij Ordinis fol. 44.

6. Sixti IV. Sedes Apoſtolica &c. 3. kal. Decembr. 1471. in ipſo Bullario Tertii Ordin. fol. 45. Et aliæ plurimæ ad id facientes, tum Ioannis præfati, tum aliorum Pontificum, quæ jam in Bullario ipſo Tertii Ordinis legi poſſunt.

## CAPUT XIV.

*Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia primarij honores.*

289. ILla eſt hujus Seraphici membri de Tertio Ordine gloria ſingulariter inſignis, quòd cum Religiones omnes adinſtar omnium rerum ſublunarium à primæva ſua perfectione ſenſim ſinè ſenſu declinare ſentiantur; hic de Pœnitentia Franciſcanus Ordo potiùs ad perfectionem ſemper proficiſci ſe dignoſcatur, juxta propheticum dictū.
Pſal. 83. *Ibunt de virtute in virtutem*, promiſcuè pro utroq; ſexu à S. Fundatore inſtitutus, in quo viri, & mulieres ſub certis regulis domi ſuæ pœnitentiam agere, & ad Deum tutiori via procedere valerent; ad maxima pœnitentiæ, ac pietatis exercitia congregari cœperunt, ut fuſiùs habetur in Chronicis, præſertim Luſitanicis, Belgicis, & aliis; deindè ad formāda collegia, ad conviendum in domibus, & Eccleſiis collegialiter uniri, ut longè majori perfectione in via Domini proficerent; exindè ſolēnia Religionis vota intra clauſtra ex Apoſtolicæ Sedis approbatione emittere voluerunt, undè tantò majori gloria inter Regulares, & Religiones approbatas numerari meruerunt. De ſola regularitate necdum contenti renunciatis privilegiis multis, & libertatibus ſub Regularis Obſervantiæ titulo per Hiſpanias adinſtar Minorum de Regulari Obſervantia, ſub eorum Miniſtri Generalis obedientia vivere eligentes; poſtremò in Galliis ſub titulo Strictioris Obſervantiæ ad ultimum reformationis anhelantes, vilibus, & rudibus pannis veſtiti, nudis pedibus calepodia geſtantes, & in nobili paupertate mendicantes ſingulariſſima ſæcularium ædificatione, inter Religiones maximè reformatas jam recenſentur; Moniales etiam (quæ dederunt potiùs, quam receperint ſanctæ reformationis exemplum) in Orbe Chriſtiano ad majorem in dies rigorem, non ad libertatem proficientes, alto ſæcularium applauſu vivunt cum maxima ſanctitudinis opinione.

290. Sæcularium etiam Congregationes, per Hiſpanias præſertim, & in Luſitania, & ubiquè terrarum tanta cum exemplaritate nobiliora pietatis exercitia plublicè profitentur, ut Vrbibus, & Regnis fiant in exemplum, & in teſtamentis devotorum fidelium præcipua charitatis opera his Tertiariorum Congregationibus exequenda demandentur.

291. Hinc adeò firmam in cordibus fidelium obtinuerunt ſanctitudinis opinionem, ut ex piorum eleemoſynis Ordo illorum tum Regularium, tum ſæcularium ſinè numero multiplicatus, ex prima nobilitate, ex infima plebe per Galliam, & per Germaniam, & Italiam effloreſcat, in Hiſpaniis autem, & Luſitania, præſertim in Vrbibus primariis paucos eſt invenire, ſaltem qui qualemcumque animæ ſuæ zelum proferant, qui in hac ſacra Congregatione nomen dediſſe, & aſſiduo concurſu in ſuis ditiſſimis, & ornatiſſimis oratoriis in pietatis operibus ſe ſe exercere non comprobentur, de quo fuſiùs jam ſupra tractavimus. De Regibus autem, & Reginis, cæteriſque Principibus hunc Ordinem profeſſis in tertia parte dicemus abundanter.

292 Ne verò dicantur multiplicaſſe gentem, & non magnificaſſe lætitiam, à ſanctitatis veriori nobilitate Seraphici hujus inſtituti de Pœnitentia glorias retinere non debemus; quippè qui præter S. Elizabet Portugalliæ Reginam ab Vrbano VIII. ſolemniter canonizatam, & prævio rigoroſo examine, de Tertio hoc Ordine declaratam, præter ſeptemdecim Iaponicos Martyres ab eodem Vrbano glorioſo Beatorum Martyrum titulo anthentica ſolemnitate donatos, præter innumeras Beatorum, & Beatarum cohortes, qui in Chronicis, & Annalibus leguntur, quos longa ſeriè in tertia hujus hiſtoriæ parte deſcribemus, jam ab anno 1547. de principalioribus, & antiquioribus ejuſdem Ordinis Sanctis habemus Pauli III. glorioſiſſimum diploma. Bull. Rom. t. 5.

## PAVLVS PAPA III. &c.

293. TRium ſtatuum tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Regnorum Hiſpaniarum, & Portugalliæ profeſſoribus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt, & honeſtum, Bord. in Bullar. 31. bull. 224.

tum

tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Sanè cum, ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos juxta privilegia, & indulta Apoſtolica vobis, & veſtro Ordini hujuſmodi concesſa, quodcumque interdictum, & ceſſationem à divinis in veſtris Conventibus, & Eccleſiis, tam Apoſtolica, quàm ordinaria authoritatibus pro tempore poſitum in illis diebus, in quibus feſta, & celebritates Sanctorum, & Sanctarum dicti Ordinis occurrunt, à primis eorum veſperis uſquè ad ſecundas veſperas, & per totam illorum octavam, necnon etiam diebus illis, in quibus ejuſdem Ordinis Fratres, ac Moniales habitum dicti Ordinis ſuſcipiunt, & profeſſionem emittunt regulares, ac etiam in primis Miſſis per ipſos Fratres pro tempore celebrandis, necnon tempore tam eorum, quàm Monialium earumdem obitus; ſimiliter à primis veſperis uſquè ad ſecundas veſperas alterius diei reſpectivè, prout alij Fratres quatuor Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium juxta illorum privilegia, & indulta eis per diverſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſa, qnibus vos, non adinſtar illorum, ſed per communicationem, ac pariformiter, & abſqnè ulla penitus differentia utimini, potimini, & gaudetis, ſuſpendere, & tollere conſueverunt, authoritate Apoſtolica ſuſpendere, & tollere, ac pro Sanctis veſtri Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi S. Lncium, S. Ludovicum Francorum Regem, S. Rochum, S. Yvonem, & S. Elzearium Confeſſores, ac S. Roſam de Viterbio Virginem, & S. Angelam, ac Eliſabeth Vngariæ Regis filiam, continentes habeatis, & habere conſueveritis, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut privilegia, & indnlta hujnſmodi confirmare, & approbare, aliàſque vobis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, privilegia, indulta vobis, ut præfertur, conceſſa prædicta, quatenùs ſint in uſu ad effectum, ut interdictum, & ceſſationem à divinis in omnibus, & ſingulis diebus præmiſſis tollere, & ſuſpendere valeatis, authoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus. Quòdque circa obſervationem interdicti hujuſmodi in diebus prædictis omnibus, & ſingulis facultatibus, privilegiis, & indultis, quibus alij Religioſi tam Mendicantium, quàm non Mendicantium prædictorum, ac etiam Ciſtercienſium Ordinum in genere, vel in ſpecie præmiſſorũ occaſione eis quomodolibet conceſſis utuntur, potiuntur, & gaudent, uti potiri, & gaudere liberè, & licitè valeatis, quatenùs vos in illorum eſtis pacifica poſſeſſione, vel quaſi, vobis concedimus, & pariter indulgemus. Non obſtantibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, ac Provincialibus, & ſynodalibus ordinationibus, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; &c. Nulli ergo &c. ſi quis autẽ &c. Dat. Rom. 1547. pridie Kal. Martij Pont. noſtri anno quarto decimo.

294. Ad Mare Atlanticum etiam in RegnoCongi habitationem ſuam ex Luſitanica Provincia nulli parcentes vel labori, vel vitæ incommodo, non ſine grandi animarum fructu ſuſtinentes, tùm Chriſtianis in viam mandatorum Dei promovendis, tùm Infidelibus ad fidem Catholicam adducendis inceſſanter adlaborant. *Chron. Prov. Luſitan. tertij Ordinis.*

295. Titulo etiam doctrinæ, tum pro ſuggeſtu declamando, tùm ad aliorum inſtructionem glorioſè ſcribendo, inſigniter enitere non ceſſant: quibus omnibus ritè penſatis quanto apud Sedem Apoſtolicam, & apud ſæculi Principes fuerint in pretio, ex ampliſſimis privilegiis, quibus Ordinem cohoneſtare voluerunt, altè conſtabit, quæ omnia fuſiùs in tertia parte deſcribentur.

annos inſtitutum approbavit Gregorius XII. deindè aſſumptâ regulâ S. Auguſtini, confirmavit Eugenius IV. & multis munivit privilegiis. Profeſſores nativo leucophæi coloris vellere in memoriam prioris habitus, inquit Marianus, amiciuntur, pallio rugato à ſummo ad imum ſciſſo, ſcortea zona tunicam cingunt, & calepodiis pedes Franciſcano more ad noſtram uſque ętatē muniebant. Congregationem hanc Feſulanam ab Hiſpana diverſam facit Siguntinus. Obiit Carolus Fundator Venetiis anno 1419. caput in domum Feſulanam, ubi Ordo ſumpſit initium, translatum eſt. Claruit etiam hoc tempore ſub eodem inſtituto Pœnitentium S. Franciſci Fr. Stupa Fulginas, ſocius B. Thomaſucij, de quo ſatis egimus ſuperiùs, ſpiritu prophetiæ illuſtris multa protulit, & ſcripſit vaticinia.] Originem hujuſmodi à Franciſcanis Tertiariis multò evidentiùs confirmatam legimus in ipſo Vvadingo, dum hujuſmodi Congregationis factam diviſionem in habitu, aliquibus eorum antiquum Franciſcanum retinere volentibus, aliis novum novæ Religionis adaptare quærentium ex Apoſtolicis litteris, quas appono, producit; dolet tamen, quòd ad magis elucidandam hiſtoriam aliud his in litteris allegatum diploma habere non potuerit.

Ibid. 1465. n. 18.

## PIUS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam*

4. SUper gregem dominicum &c. pervenire. Dudum ſiquidem, videlicet ſub datum 13. kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno 2. dilectis filiis Iacobo de Alexandria tunc Priori Generali, & univerſis Fratribus ſocietatis S. Hieronymi, Ordinis ejuſdem ſancti, & eorum ſucceſſoribus ejuſdem ſocietatis præſentibus, & futuris, tunc ab eorum primęva inſtitutione talem habitum, qualem Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, & nonnulli Eremitæ gerunt, deferētibus, & ab ipſis Eremitis, & Fratribus Tertii Ordinis hujusmodi in habitu differentiam habere cupientibus, differentem habitum ad cautelam dumtaxat ab eiſdem Eremitis, & Fratribus Tertij Ordinis, ejuſdem tamen coloris recipiendi, & receptum perpetuò geſtandi per alias noſtras conceſſimus, ſtatuentes, & eadem authoritate decernentes, quòd omnes, & ſinguli Fratres dictæ ſocietatis in hujuſmodi receptione, & geſtatione habitus ſe conformarent, quòdque poſtquam differentem habitum recepiſſent, ſi eorum aliquis ad aliquem ex Ordinibus approbatis tranſire vellet, ab eorum Congregatione recedere, & ſuſceptum differentem habitum hujuſmodi, infra triduum à die receſſus ejuſdem, ſub excommunicationis pœna omninò dimittere teneretur; per hoc autem Congregationem ipſam nullatenus approbando, prout in dictis litteris pleniùs continetur. Cum autem, ſicut eadem exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nonnullorum Fratrum dictæ ſocietatis in primo habitu remanere volentium, petitio continebat, quòd plures ex Fratribus dictę Congregationis, quorum aliqui in habitu Eremitico hujuſmodi per quadraginta annos, & ultra perſeverarunt, confidentes, quòd non venuſtate habitus, ſed in amplitudine charitatis acquiritur Regnum Dei, ſua primæva vocatione contenti, cupiant ſub eodem, quod hactenùs vixerunt, habitu perpetuò remanere, & ſua Altiſſimo, prout hactenùs fecerunt, in humilitatis ſpiritu vota perſolvere; pro parte univerſorum Fratrum Ordinis, & ſocietatis, ac primi habitus remanentium hujuſmodi, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ne privati propriis domibus in opprobrium religionis errare cogantur, duas dictæ ſocietatis veſtræ S. Hieronymi Paduani, & S. Petri Vicentini domos pro eorumdem dumtaxat prima habitus remanentium Fratrum uſu, & habitatione perpetuis concedere, ipſoſque ab aliis Fratribus dictæ ſocietatis habitum mutantibus hujuſmodi ſegregare, ac aliàs ipſis, & eorum ſtatui opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd diverſa plerumque diverſis reſpectibus poſſunt in unum benè agendi propoſitum convenire, quòdque nemo ab ejus primęva Spiritus ſancti vocatione debet ad aliam cum animi rancore transferri, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, S. Hieronymi Paduani, & S. Petri Vincentini domos prædictas cum omnibus earum bonis, juribus, & pertinentiis eiſdem Fratribus in

Vvad. t. 6. Annal. 1460. n. 43.

in primo habitu remanere volentibus, pro ipſorum uſu,& habitatione perpetuis authoritate Apoſtolica tenore præſentium ex nunc deputamus, concedimus, & aſſignamus, eadem authoritate ſtatuentes pariter, & decernentes, quòd Fratres remanentes hujuſmodi ab omni ſuperioritate, & obedientia, ac ſocietate Fratrum mutantium habitum Prælatorum ſint penitus exempti, & ſeparati, necnon etiam quòd quilibet tàm ex remanentibus, quàm ex habitum mutantibus Fratribus hujuſmodi infra ſex menſes dumtaxat à datis præſentium computandos, vel habitum ipſum mutare, vel qui jam mutaverint, ad priſtinum redire teneantur, quòdque ſi contingat ex duabus partibus Fratrum mutantium, & remanentium hujuſmodi alteram deficere,ita quòd nullus Frater dictæ deficientis partis inveniatur, domus,& loca partis deficientis hujuſmodi ad alios Fratres partis ſuperſtitis eo ipſo devoluantur,& applicentur: necnon Fratres remanentes hujuſmodi deinceps perpetuis temporibus Fratres S. Hieronymi ſocietatis Fratris Caroli de Monte Granello, qui ſocietatem ipſam inchoavit, ſub regula S.Auguſtini degentes nuncupentur. Volumus autem, quòd Fratres remanentes hujuſmodi ſolis locorum Diœceſanis, in quibus domus prædictæ ſunt, vel pro tempore fuerint, ſubſint, & ſubeſſe cenſeantur, quòd aliàs omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & gratiis eidem ſocietati conceſſis,prout hactenùs uſi fuere,perpetuò uti, & gaudere, & eleemoſynas in quibuſcũq; locis,ſeu terris quęrere,ſeu mendicare liberè,& licitè poſſint, & valeant. Non obſtantibus &c. Per hoc autem tàm remanentium,quàm habitum mutantium hujuſmodi ſocietatem aliter approbare non intendimus Nulli ergo &c. ſi quis &c. Datum Senis anno 1460. 12. kal. ſeptembris anno ſecundo.

5. Hoc autem longè ampliùs ex appoſito diplomate conſtabit,ut ait Vvad. ipſe.

## PAVLVS PAPA II.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Vvad. t. 6. Annal. 1465. n. 7. IIs, quæ pro perſonarum quarumlibet, præſertim &c. adjicimus firmitatem. Dudum ſiquidem poſtquam fœl. rec. Pius Papa II. prædeceſſor noſter dilecto filio Iacobo de Alexẽdria tũc Priori gen. & dilectis filiis univerſis FF. S Hieronymi de Feſulis Ord ejuſdẽ ſancti,& eorum ſucceſſoribus ejuſdem ſocietatis præſentibus, & futuris tunc ab eorum primæva inſtitutione talem habitum, qualem Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, & nonnulli Eremitæ gerunt, deferentibus,ab ipſis Eremitis, & Fratribus Tertij Ordinis hujuſmodi in habitu prædicto differentiam habere cupientibus, differentem habitum ad cautelam dumtaxat ab eiſdem Eremitis, & Fratribus Tertij Ordinis, ejuſdem tamen coloris, recipiendi, & receptum perpetuò geſtandi per quaſdam litteras conceſſerat,& nonnulla alia ſtatuerat,& ordinaverat;eidem Pio prædeceſſori pro parte nõnullorum Fratrum dictę ſocietatis in primo habitu remanere volentium expoſito, quòd nonnulli Fratres dictæ Congregationis ſua primæva vocatione contenti, cupiebant ſub eodem, quo eatenùs vixerunt, habitu perpetuò remanere. Idem Pius Prædeceſſor S. Hieronymi Paduanam, & S. Petri Vincẽtinam domos dictę ſocietatis cum omnibus eorum bonis, juribus, & pertinentiis FF. in primo habitu remanere volentibus pro ipſorum uſu,& habitatione perpetuis per alias ſuas litteras deputavit, conceſſit, & aſſignavit;ſtatuens pariter,& decernens,quòd Fratres remanentes hujuſmodi ab omni ſuperioritate, & obedientia, ac ſocietate Fratrum mutantium prædictorum eſſent penitus exempti,& ſperati; necnon etiam quòd quilibet tàm ex remanentibus, quàm habitum mutantibus Fratribus hujuſmomodi infra ſex menſes à data poſteriorum litterarum dicti prædeceſſoris computandos, vel habitum ipſum mutare,vel qui jam mutaſſent, ad priſtinum redire tenerentur; quòdque ſi contingeret, ex duabus partibus Fratrum mutantium, & remanentium hujuſmodi, alteram deficere, ità quòd nullus Frater dictæ deficientis partis inveniretur, domus,& loca partis deficientis hujuſmodi ad alios Fratres partis ſuperſtitis eo ipſo devoluerentur, & applicarentur, prout in ſingulis litteris prædictis pleniùs cõtinetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Prioris Generalis, & fratrum novi habitus

tus hujuſmodi petitio continebat; Dilecti filij Philippus de Corono, & Dominicus, & Hieronymus, necnon Elias, Fratres primi habitus hujuſmodi, electi per Capitula ſuorum Conventuum Domorum prædictarum pro bono pacis, & concordiæ coram dilecto filio Hieronymo tunc Priori Generali totius Congregationis, & nonnullis FF. novi habitus hujuſmodi, ac certo Notario publico, & nonnullis teſtibus fide dignis, omnia ſua jura, rationes, & actiones, quę in dictis domibus habere poterant, & habebãt certis calicibus, & ornamentis Eccleſiaſticis, ac ac aliis utenſilibus pro eorum neceſſitate ab eorumdem Generali receptis ſpontè, & liberè ceſſerint, prout hæc omnia in quodam publico inſtrumento deſuper confecto, pleniùs continentur; Pro parte Prioris Generalis, & Fatrum novi habitus hujuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ceſſioni hujuſmodi, ac omnibus, & ſingulis dicto inſtrumento contentis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ cofirmationis cum inſertione dicti inſtrumenti adjicere, ac ſuper his opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui inſtrumentum hujuſmodi in Cãcellaria Apoſtolica inſpici, & examinari fecimus diligenter; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ceſſionem, ac omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta eandem concernentia rata habentes, & grata, illam, ac contenta hujuſmodi authoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, ſupplẽtes omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, tenor autem dicti inſtrumenti ſequitur, & eſt talis; in Nomine D. N. Ieſu Chriſti Amen. anno ab ipſius Nativitate 1465. Indictione 13. die Iovis, nono Menſis Maij, in refectorio monaſterii, & Conventus S. Petri in Vivarolo extra muros Civitatis Vicentinę, pręſẽtibus Venerabilib9 viro Domino Preſbytero de Malerbis de Venetiis, Domino Preſbytero Germano de Cogola Domino Preſbytero Ioanne Chryſoſtomo de Gardellis ambobus Manſionariis Eccleſiæ Cathedralis Vicentinæ, & Domino Preſbytero Gratiadeo de Albania, Rectore Eccleſiæ Montiſecelli Vicentinæ Diœceſis, omnibus teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter, & rogatis, & in præſentia Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Angeli Faſalo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopi Feltren. & Comitis Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Marci Barbo Epiſcopi Vicentini, Ducis, Comitis, & Marchionis, Locumtenentis Generalis. Cum hoc ſit, quòd dudum religioſis viris Fratri Iacobo de Alexandria, tunc Priori Generali, & univerſis Fratribus ſocietatis S. Hieronymi, Ordinis ejuſdem Sancti, & eorum ſucceſſoribus ejuſdem ſocietatis præſentibus, & futuris, tunc ab eadem primæva inſtitutione talem habitum, qualem Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati, & nonnulli Eremitæ gerunt, & ab ipſis Eremitis, & Fratribus Tertii Ordinis hujuſmodi in habitu differentiam habere cupientibus, differentem babitum ad cautelam dumtaxat ab eiſdem Eremitis, & Fratribus Tertii Ordinis, ejuſdem tamen coloris, recipiendi, & receptum perpetuò geſtandi authoritate Apoſtolica per litteras conceſſum fuiſſet, & nonnulli ex ipſis Fratribus in primo babitu remanere voluerint, ſibique eadem authoritate Apoſtolica conceſſum fuerit, quòd in eodem habitu remanere valerent, & pro eorum uſu, & habitatione ſibi deputatæ fuerũt S. Hieronymi Paduani, & S. Petri in Vivarolo Vicentina domus cũ omnib9 eorum bonis, juribus, & pertinentiis, & quòd ipſi fratres remanentes in hujuſmodi primo habitu, & habitatione perpetua dictarum domorum ab omni ſuperioritate, obedientia, & ſocietate Fratrum mutatinum habitum prædictorum eſſent penitus exempti, & ſeparati, prout in litteris Apoſtolicis, ſub data Senis anno 1460. 12. kal. Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri D. Papæ Pij II. anno 2. pleniùs continetur &c. *Prout ſuperiùs in Bulla.* Quibus omnibus & ſingulis, præfatus Dominus Epiſcopus Locumtenens ſuam, & qua fungitur pro R. D. Epiſcopo Vicentino interponit authoritatẽ pariter, & judiciale decretum. Nulli ergo &c noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis, & ſuppletionis infringere &c. ſi quis &c. Dat. Romę apud S. Petrum anno 1465. 12. Kal. Iulii anno 1.

6 Aliam itidem ſub eiuſdem S. Hieronymi titulo Eremitarum Congregationem

nem ex Tertio Ordine S. Franciſci ortam fuiſſe anno 1431. ſic recenſet Vvad.

Vvad. t. 8. in addition. t. 5. f. 678. n. 5. [ Congregationem Feſulanam Ordinis S. Hieronymi exordium accepiſſe à Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci ſuo diximus loco, aliam nunc monemus Congregationem ſub invocatione ejuſdem S. Doctoris, antè hoc tempus incœpiſſe Petrum de Gambacurta Piſanum, ſocium Fr. Angeli de Corſica prædicti Tertij Ordinis profeſſoris viri piiſſimi, à quo & potiſſima rudimenta eremicolatus, & prima ſuæ Congregationis domicilia, licèt ejuſdem Ordinis non fuerit, Petrus accepit: primùm in Monte Scolchæ 11. M. P. ab Ariminenſi civitate per Angelum in fundo ſibi à Carolo Malateſta Ariminenſi Regulo ſub annũ 1393. conceſſo fabricatum; alterum in Regione, ſeù Contrada Veneta S. Raphaelis Caſtellanæ diœceſis; tertium S. Hieronymi propè Vrbinum; quartum S. Mariæ Angelorum de Nuvilaria Piſaurienſis, ac quintum S. Mariæ de Miſericordia Ferrariẽſis diœceſum. Primum locum renunciavit Fr. Angelus Galeotto Roberto de Malateſtis tunc Domicello Ariminenſi ejuſdem Tertij Ordinis profeſſori, qui prædicto Carolo ſuo patruo in Principatu ſucceſſit, hoc ipſo anno, uti paulò antea narravimus, deceſſit. Aliqui contendunt ſocios omnes Angeli huic novæ Congregationi Petri ſe aggregaſſe, quod aliquantulum innuere videtur Bulla Eugenij Pontificis confirmatoria hujus donationis, ſeù renunciationis hoc anno data, quam ſubjungo, ex qua totius tranſlationis, ſeù donationis ſeries clarè percipietur. De his Congregationibus S. Hieronymi ex Tertio Ordine prodeuntibus, illorumque habitu alibi dicetur.

## EVGENIVS PAPA IV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Ibid. n. 6. 7. APoſtolicæ ſervitutis officium nobis deſuper injunctum nos excitat, & requirit, ut ad ea deligenter intendamus, per quæ Chriſti fideles, illi præſertim, qui ſub humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulantur, ab indebitis moleſtiis releventur, & eorum quieti, quantùm cum Domino poſſumus, ſalubriter conſulatur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Petri de Piſis, & ſociorum ejus pauperum Eremitarum in diverſis Eremitoriis degentium nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licèt olim quondam Angelus de Corſica Fr. Tertij Ordinis S. Franciſci quædam, & præſertim unum in loco, qui dicitur *la Scolcha* propè Ariminum; in manibus dilecti filij nobilis viri Galeotti Roberti de Malateſta Domicelli Ariminen. & alium in contrada S. Raphaelis de Venetiis, & alium S. Hieronymi, & alium S. Mariæ de Angelis de Nuvilaria, & alium S. Mariæ de Miſericordia Caſtellan. Vrbinaten. Piſaurien. & Ferrarien. diœceſum domos, ſivè Erimitoria loca nuncupata, quæ dictus Angelus nomine ſuo, & ſociorum ſuorum Fratrum dicti Ordinis pro ipſorum uſu, & habitatione ſivè donationis, ſivè emptionis, aut alio titulo acquiſiverat, & ſeù quæ eleemoſynis fidelium cum ſuis, & eorumdem ſociorum laboribus fundaverat, & conſtruxerat, ſeù fundari, & conſtrui fecerat, in manibus dicti Petri ejus ſocij renunciaſſet, ac regimen, & gubernationem eorumdem locorum ipſi Petro, quantùm in eo fuit, conceſſiſſet, ipſeque Petrus locum *della Scolcha* præfatum ſibi per eumdem Galeottum Robertum denuò conceſſum, ac alias domos, & loca prædicta pro ſe, & ſociis ſuis, & ejuſdem Angeli tenuiſſet, & poſſediſſet, ac teneat, & poſſideat de præſenti; tamen quia dictus Angelus præfati Ordinis profeſſor fuit, & nonnulla inſtrumenta acquiſitionis domorum, & locorum prædictorum dicant, quòd idem Angelus domos, & loca hujuſmodi pro ſe, & ſociis dicti Ordinis acquirebat, ac Petrus, & alij, qui præfati Angeli ſocij fuerunt, præfati Ordinis Profeſſores exiſtant; dubitant Petrus, & ejus ſocii prælibati ſuper domibus, & locis hujuſmodi in poſterum moleſtari Quarè pro parte Petri, & ſociorum eorumdem nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur conceſſionẽ per præfatum Galeottum Robertum, ut præfertur, factam, & alia inſtrumenta prædicta habentes præſentibus pro expreſſis, & attendentes quòd Petrus, & ſocij dicti Ordinis profeſſores non fuerint, neque ſunt etiam de præſenti; & quòd domos, & loca hujuſmodi, unà cum dicto Angelo

acquiſive

acquiſiverunt, & etiam conſtruxerunt, nè ſuper eiſdem domibus, & locis Petrus, & ſocii præfati in poſterùm moleſtentur, conceſſionem, renunciationem, & alia inſtrumenta prædicta rata, & grata habentes, ea authoritate Apoſtolica,& ex certa ſcientia approbamus,& confirmamus,ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan ob ſolemnitatis juris omiſſas intervenisſent quomodolibet in eiſdem: & nihilominus *della Scolcha*, ac alias domos, & loca prædicta ad eoſdem Petrum, & eius ſocios præſentes, & futuros ſpectare, & pertinere, & non ad Fratres eiuſdem Ordinis tenore præſentium volumus, decernimus, & declaramus; Non obſtantibus &c. Nulli ergo &c. Dat. Romæ &c. 1432. nonis Iulij Pontif. noſtri anno 2.

## CAPVT II.

### *De Equitibus Immaculatæ Conceptionis ſub regula S. Franciſci.*

8. Bellum, quod tartareis poteſtatibus pœnitentiæ, orationis, prædicationis,ſanctæquè exemplaritatis ſpiritualibus armis Pauperum Patriarcha S. Franciſcus indixerat, etiam materiali gladio (ſicut ipſe in ſuæ converſionis initio prætenderat) per filios ſuos Capiſtranum,Ximenium,& alios longa ſerie infra in tertia parte recenſendos, proſequi magna cum laude cõtendit: hoc unũ ad gloriæ plenitudinem ei deeſſe videbatur, ut ſacram Militiam contra Dei, & Eccleſiæ ſanctæ viſibiles inimicos ex profeſſo deputatam armaſſe probaretur.

Archiv. Aracœl. Curiæ.Viteram. Reg. 3. 9. Igituranno 1623. Ferdinandus Gonzaga Mantuæ Dux, præmiſſo in Aracœlitan. Conventu cum Carolo Nivernienſium Duce, & Alphonſo Comite Althano de Alemania novitiatu, inito conſilio ſe ipſos, fortunas, & arma ſua in defenſionem S. Romanæ Eccleſiæ, atque Immaculatæ Conceptionis, ad Chriſtiani Nominis exaltationem,atque Infidelium cujuſcumque generis depreſſionem Deo conſecrare decreverunt. Aprobante itaque Vrbano VIII. Pontifice Ordinem militarem Equitum Regularium ſub titulo Immaculatæ Conceptionis, ſub regula S. Franciſci, ſub protectione S.Michaelis Archangeli, & S. Baſilij Epiſcopi inſtituerunt, atque in manibus ejuſdem Vrbani Pontificis die 21.Ianuarij ann. 1624 profeſſionem emiſerunt. Eorum inſtitutum hoc fuit, ut Equites Militiæ Chriſtianæ dicerentur ſub titulo Immaculatæ Conceptionis, & ſub regula S. Franciſci, juramento ſolemni, atque voto ad Militiam terra, mariquè in quavis occaſione contra quoſcumque Romanæ Eccleſiæ inimicos ſe ſe obligarent. Apoſtolica hujuſce tùm erectionis,tum confirmationis, tum ſtatutorum diplomata juvat hic apponere.

### VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

10. Imperſcrutabilis divinorum Iudiciorum Altitudo ſtatim atque humilitatem noſtram ad Pontificiæ dignitatis culmen, nullo licèt meritorum ſuffragio, evexit, inter multiplices, graviſſimaſque Apoſtolatus noſtri curas ad Militares Ordines, qui anteactis temporibus maximo Chriſtianæ Reipublicæ bono inſtituti,in Catholica re firmanda, varia terra,mariquè diſcrimina ſubeuntes glorioſè deſudant, peculiari ſollicitudinis officio mentis noſtræ aciem jure optimo convertimus. Quemadmodum enim ſpiritualibus Evangelicæ juſtitiæ armis inviſibiles Militantis Eccleſiæ hoſtes fœlici certamine profligantur, ita adversùs perditas gentes, quæ ſuperno fidei lumine deſtitutæ, Chriſtianoquè nomini infenſæ eidem Eccleſiæ perniciem afferre moliuntur,viſibilium armorum uſu Orthodoxa Religio opportunè propugnatur.Quamobrem inæſtimabili gaudio perfundimur, cum Principes viri vel ad veteres eoſdem Ordines amplificandos, vel ad novos Apoſtolica authoritate inſtituendos animos generoſè convertunt. Verùm præcipuè in Domino oblectamur,dùm inſtitutionem unius Militaris Religionis ſub invocatione Conceptionis Deiparæ Virginis Immaculatæ meditantur, quam Chriſti fideles omnes propitiam apud Vnigenitum Filium ſuum nacti ſunt Advocatam; Vtpote quæ Mater gratiæ, & pietatis pro humani generis ſalute ſedula oratrix apud Regem, quem genuit, ſemper intercedat, ſperantes hujuſmodi inſtitutionem ejuſdem Virginis Cœlorum Reginæ

Bull Rom. t. 4. foll. 228. bull. XI. Vrb. VIII.

ginæ interceſſione præfatæ Chriſtianæ Reipubli. æ uberrimos fructus allaturam, præterquam quòd hoc pacto Eccleſia ipſa circumamicta varietate, cœleſtis ejus ſponſi jucundiorem ſe præbet obtutui;ac terribilis ut Caſtrorum acies ordinata diſſipat gentes, quæ bella volunt, divinoque ſuffulta præſidio, nunquàm adversùs ſe portas Inferi prævalituras oſtendit. Hinc verò fit, ut eorum qui ſaluberrimum hujuſmodi opus ſedulò promovere ſtudent, & porrectas Nobis preces pronis auribus excipiamus, & piè conceptis votis Pontificiæ benignitatis memores, quantùm in Domino poſſumus, annuamus.

§. 1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantuæ, & Caroli Nivernienſium Ducum, & Adolphi Comitis ab Althan petitio continebat, quòd nuper ipſi Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes animos ad cœleſtia erigentes, probèque cognoſcentes, nihil Chriſtiano Principi convenientius eſſe poſſe, quàm ad Dei optimi Maximi bonorum omnium Largitoris cultum promovendum, Fidem Catholicam propagandam, Chriſtianorum omnium defenſionem, Orthodoxæ fidei hoſtium depreſſionem, cogitationes operaſque ſuas convertere: Spiritu ſancto inſpirante, unius Militiæ Chriſtianæ inſtitutionem, in qua omnium nationum, qui Chriſtiano nomine cenſentur nobiles, & ingenuè nati viri, pro fide Catholica, & adversùs illius hoſtes terra, mariquè exigente occaſione, certaturi recipiantur, meditati ſunt. Cumquè (ſicut eorum petitio ſubjungebat) multi jam ex variis nationibus Catholici hoc inſtitutum amplecti, taliquè Militiæ ſe adſcribere ſummoperè deſiderent, ſperandumque ſit, eam (ſi Sedis Apoſtolicæ authoritate inſtituatur) Reipublicæ Chriſtianæ non ornamento tantùm, ſed etiam adjumento futuram. Quarè ijdem Ferdinandus, & Carolus Duces, & Adolphus Comes deſiderantes, pium hoc, & laudabile opus auſpiciis noſtris ad effectum perduci, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenùs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui divini cultus augmentum, Fideique Catholicæ propagationem ubique vigere, ſinceris deſideramus affectibus, eoſdem Ferdinandum, & Carolum Duces, ac Adolphum Comitem in tàm laudabili Militiæ Chriſtianæ promovendæ propoſito confoventes, ipſoſque, & eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi qui b⁹ quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectũ præſentiũ dumtaxat cõſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, unam Militiam Chriſtianam nuncupandam ſub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, quam Ferdinandus, & Carolns Duces, & Adolphus Comes præfati ſemper habuerunt, & habent apud miſericordem Filium ſuum Advocatam, ac ſub regula S. Franciſci, necnon ſub protectione S.S. Michaelis Archangeli, & Baſilij, pro uno Magiſtro, qui Magnus nuncupetur, & ipſius Militiæ Caput, & Superior exiſtat, cujuſque Sedes, & Conventus in loco apto, & commodo ei aſſignando, ſit; & qui in ipſius Militiæ Capitulo eligi, & infra tres menſes à die ſuæ electionis computandos, illius confirmationem à Sede Apoſtolica, à qua confirmari, vel infirmari debeat, prout Ordo exegerit rationis, impetrare teneatur.

§. 3. Necnon Militum, ac Miniſtrorum numero eidem Magiſtro beneviſo.

§. 4. Qui Magiſter, & Milites habitum ipſius Militiæ geſtare.

§. 5. Et quilibet pro ſua receptione, ſeù admiſſione, ſeù (ut dicitur) Paſſagio ducenta ſcuta aurea ad rationem duodecim juliorum pro quolibet ſcuto hujuſmodi Conventui, ſeù illius Theſauro, vel communi Erario ſolvere.

§. 6. Et Novitiatum, ſeù Probationem in aliqua dictæ Militiæ regulari domo eis à Magiſtro Militiæ hujuſmodi, ſeù ab eo ad id deputando, aſſignanda, facere.

§. 7. Et poſtea Caſtitatis conjugalis, ac paupertatis, juxta ſtatuta, ſeù ſtabilimenta dictæ Militiæ, ac obedientiæ vota, & profeſſionem fidei, ac juramentum fidelitatis Sedi Apoſtolicæ, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præſtandæ emittere.

§. 8. Et

§. 8. Et quotieſcumque eis præcipietur, aut occaſio, vel neceſſitas poſtulaverit, terra, mari que contra Infideles, ac S. R. E. ac fidei Catholicæ hoſtes militare teneantur.

§. 9. Et ad habitum, ſeu Crucem, ac profeſſionem dictæ Militiæ nobiles, & ingenuè nati viri, etiam qui cum unica, vel eâ defunctâ, cum altera tantùm Muliere Virgine, vel etiam Vidua conjugati ſint, vel fuerint, & non aliàs abſque diſpenſatione Apoſtolica admittantur; ſeu ipſi Milites non conjugati, etiam dicta profeſſione emiſſa, matrimonium cum unica, vel eâ mortuâ, cum altera tantùm Virgine, vel Vidua abſque ſimili diſpenſatione contrahere poſſint.

§. 10. Cum Menſa Magiſtrali, Officiis, Iuribus, Iuriſdictionibus, & inſignibus conſuetis adinſtar aliarum hujuſmodi Militiarum ubivis inſtitutarum, ſine tamen alicujus præjndicio Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò erigimus, & inſtituimus.

§. 11. Illique ſic erectæ, & inſtitutæ, pro ejus dote omnes, & quaſcumque pecnniarum quantitates ex receptione, ſeu admiſſione, *vel paſſaggio*, cujuſlibet Militis provenientes; ita ut illæ in alios, quàm dictæ dotis uſus, donec aliter à Sede Apoſtolica mandatum fuerit, converti nequeant, nec non alia bona, non tamen Eccleſiaſtica, ſed merè laicalia ei à quibuſvis, quandocunq; & quomodocunque pro tempore aſſignanda, eroganda, & elargienda, ſalva ſemper Conſtitutione fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Romanum decet Pontificem &c.* ſub dat. Rom. &c. pridie nonas Iulij Pontificatus ſui anno X. ex nunc, prout ex tunc, & è contrà, poſtquam aſſignata, erogata, & elargita fuerint, etiam perpetuò applicamus, & appropriamus.

§. 12. Ipſamque Militiam, ac illius Conventum, Prioratus, Præpoſituras, Eccleſias, & loca, necnon Magiſtrum, Priores, Præpoſitos, Milites, tàm Eccleſiaſticos, quàm Laicos, eorumque Miniſtros, Perſonas, Vaſſallos, Servitores, & Colonos, ac res, prædia, grangias, & bona quæcunque ratione dictæ Militiæ ad eos ſpectantia, à quorumvis Primatum, Patriatcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Ordinariorum, & aliorum Prælatorum juriſdictione, & ſubjectione eximimus, & liberamus, illoſque, & illa Nobis, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjicimus, ac ſub noſtra, & dictæ Sedis tutela, & protectione ſuſcipimus.

§. 13. Præterea dictæ Militiæ Magiſtro, & Militibus (ut etiamſi mattimonium cum nnica, vel eâ defunctâ, cum alia Virgine, vel vidua contraxerint, vel contrahant) unam, ſeu plures penſiones annuas, quæ tamen in totum trecenta ſcuta monetæ Romanæ ad rationem decem juliorum pro quolibet ſcuto hujuſmodi, in ſingulas perſonas non excedant, ſuper Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & aliarum etiam Abbatialium, Conventualium, & Capitularium menſarum, nec non Monaſteriorum, etiam Conſiſtorialium, Prioratuum Canonicatuum, & Præbendarum, dignitatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum, & officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſæcularium, & qnorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium, qualitercunque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, ac etiam diſtributionibus quotidianis, aliàs ſibi canonicè reſervandas, recipere, percipere, exigere, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere, ipſaſque penſiones unà cum Præceptoriis, Prioratibus, aut aliis Beneficiis quibuſcumque dictæ Militiæ, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè poſſint.

§. 14. Eiſque Magiſtro, & Capitulo Generali dictæ Militiæ, ut quaſcumque Conſtitutiones, Statuta, Ordinationes, Capitula, & Stabilimenta, & proſperam dictæ Militiæ directionem facientia, licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibns, Concilijque Tridentini decretis minimè contraria, à dicta Sede tamen approbanda condere, illaqne pro rerum, & temporum qualitate, & varietate alterare, revocare, mutare, moderari, corrigere, & alia de novo condere poſſint; quæ poſtquam condita, alterata, revocata, mutata, moderata, correcta, & de novo edita, & à dicta Sede approbata fuerint, & non aliàs, valida, & efficacia exiſtant, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiantur, & per Milites Fratres Religioſos, & alias ejuſdem Militiæ perſonas inviolabiliter obſervari debeant, ita, & taliter, quòd Milites, & alij Religioſi dictæ Mi-

litiæ ab illis nullo modo reſilire poſſint, ſed ad illorum obſervationem teneantur; & obligati exiſtant, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis cogi, & compelli poſſint.

§. 15. Et quoniã juſtis ex cauſis electio Magni Magiſtri Militiæ per præſentes erectæ uſque ad Capitulum generale in Vrbe in feſtivitate SS. Pentecoſtes anni 1625. celebrandum differenda eſt, nè interim præfatæ Militiæ progreſſus retardetur, & ut ad illius habitum admitti volentium devotioni ſatisfieri poſſit: eidem Carolo Duci, ut duodecim ejuſdem Militiæ Milites in Orientalis, Meridionalis, Occidentalis, & Septentrionalis diſtrictu directores, unum videlicet Eccleſiaſticum, & duos alios ejuſdem Militiæ Milites pro quolibet diſtrictu hujuſmodi deputare, ipſiſque directoribus ſic deputatis, ut pro fœlici directione dictæ Militię aliqua ſtatuta, & Ordinationes, quæ ad locorum, rerum, & temporis qualitatem ſecundùm eorum conſciẽtiam accommodata judicaverint, ab ipſis Militiæ Militibus in dictis reſpectivè diſtrictibus obſervanda, uſquè ad dictum Capitulum generale, & tempus, ut præfertur, ad illud celebrandum præfixum, & non ultra; licita tamen, & & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis minimè repugnantia condere, & præſcribere, & per ſe, vel alios ab eis reſpectivè deputandos, quibuſvis perſonis idoneis, & qualificatis præfatæ Militiæ ſe adſcribi petentibus habitum illius tradere, & eos ad Militiã hujuſmodi admittere, aliaque ad id dicto medio tempore neceſſaria facere, & exequi reſpectivè poſſint, amplam, liberam facultatem, & poteſtatem, authoritate, & tenore præfatis concedimus, & impartimur.

§. 16. Præſentes verò litteras etiam ex eo quòd cauſa, ſeu cauſę propter quã, ſeu quas illæ à Nobis emanarunt juſtificatæ, & verificatæ, & intereſſe forſan habentes ſeu habere prætendentes vocati non fuerint, ſeu quibuſvis aliis ex cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullatatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, aut impugnari, ſeu ad viam, & terminos juris reduci non poſſe, ſed ſẽper validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

§. 17. Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Vicelegatos, necnon dictæ Sedis Apoſtolicæ Nuncios in quacunque inſtantia, ubicunque, & quomodocunque judicari, decidi, diffiniri, ac etiam terminari poſſe, atque debere authoritate Apoſtolica, & earumdem tenore præſentium decernimus.

§. 18. Poſtremò eiſdem Magiſtro, Militibus, & aliis dictæ Militiæ perſonis pro tempore exiſtentibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione (ſi id commodè fieri poterit) refectis, tam die illorum profeſſionis, ſi verè pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione præfata refecti, quàm quocunque die, quo alicui expeditioni, vel functioni, aut prælio contra fidei Catholicæ hoſtes interfuerint, ſi ſaltem contriti fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem elargimur.

§. 19. Non obſtantibus &c.

§. 20. Volumus autem, quòd exemptio præfata non comprehendat Eccleſias, neque perſonas in eis, quæ ad animarum curam pertinent; in quibus decreta Concilij Tridentini omninò ſervari debeant.

§. 21. Nulli ergò &c Dat. Romæ. &c. anno 1623. pridie Idus Febru. Pontif. noſtri anno 1.

11. *Subſequitur ampliatio authoritatis Magni Magiſtri, & gratiarum Militum ejuſdem Militia.*

## VRBANVS PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam*

CVm nos nuper Militiam Chriſtianam Conceptionis Deiparæ Virginis Apoſtolica authoritate erexerimus, & & inſtituerimus, ac ſub noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperimus, illique, ejus Militibus, & ac Magno Magiſtro varia privilegia, indulta, immunitates, prærogativas, gratias, & favores, prout in litteris erectionis prędictę Militiæ ſub. Datum Romæ &c. pridiè Idus Februar. Pontificatus noſtri anno primo expeditis, pleniùs continetur, Apoſtolica authoritate conceſſerimus. Ibid. Bull. 11. fol. 131.

§. 1.

§. 1. Ad ampliandum eo magis dictæ Militiæ fœliciſſimũ incrementum, ita ut Militantis Eccleſiæ infenſiſſimi hoſtes tàm potentum,&Illuſtrium Virorum fortitudine, quàm Eccleſiaſticorum Principum majeſtate,&authoritate perterriti ab aſſiduis,quas erga Chriſtianam Rempublicam moliuntur, inſidiis deſiſtant, & Catholicæ Fidei propagatio in dies magis augeatur. Motu proprio non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraq; deliberatione noſtris,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ejuſdem Militiæ Magño Magiſtro pro tempore exiſtenti, ſeu ab eo delegandis, vel deputandis, ac ejuſdem Militiæ Inſtitutionibus plenam, & omnimodam facultatem concedimus per præſentes,ut quoſcumque Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, necnon Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericos, Protonotarios de numero participantium, necnon utriuſque ſignaturæ noſtræ Referendarios, qui ſaltem per biennium actu officia ſua exercuerint, Sedis Apoſtolicæ ſervitiis realiter inſiſtendo ſecundùm dictæ Militiæ ſtatuta, & conſtitutiones à nobis approbatas, abſque aliis ab eis faciendis probationibus in eandem Militiam recipere, admittere,ac illis habitum, & Crucem per ejuſdem Militiæ Milites geſtari ſolitum conferre liberè, & licitè poſſint.

§. 2. Qui omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, præeminentiis, prærogativis, gratiis, favoribus, immunitatibus, & exemptionibus,quibus alij dictæ Militiæ Milites utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, uti frui, potiri, & gaudere, ac habitum, & Crucem hujuſmodi geſtare, necnon vocem activam, & paſſivam in Capitulis, conſiliis, etiam ſupremo ſecundùm dictæ Militiæ conſtitutiones faciendis, ſi ad hoc deputati fuerint,ac aliis dictæ Militiæ actibus habere, & in tali habitu, ac ſuis dignitatibus, quas obtinent, remanere, necnon ad quoſcunq;alios majores,& nobiliores gradus aſcendere ſimiliter poſſint, necnon quæcunque, quotcunque, qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica, Prioratus, Præceptorias, Commendas, Præpoſituras, Abbatias, Perſonatus, Adminiſtrationes, ac officia, dignitates, Canonicatus, ac Præbendas in Cathedralibus, ſeu Metropolitanis, vel Collegiatis Eccleſiis, ſi ſibi aliàs canonicè conferantur, aut ipſi eligantur, præſentenrur, vel aliàs aſſumantur ad illa, & inſtituantur in eiſdem, recipere, ac dummodò plura ſimul non ſint, quàm quæ à Concilio Tridentino permittuntur,quoad vixerint,retinere, & quaſcunque penſiones annuas uſque ad quamcunque ſummam ſuper Cathedralium, etiam Metropolitanarũ, & Abbatialium, Conventualium, & Capitularium menſarum, necnon monaſteriorum, etiam Conciſtorialium, Prioratuum, Canonicatuum, ac Præbendarum, dignitatum, Perſonatuum, Adminiſtrationum,& Officiorum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſinè cura ſæcularium,& quorumcunque Ordinum, & Militiarum regularium qualitercunque qualificatorum fructibus, redditibus proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis,ac etiam diſtributionibus quotidianis, aliàs ſibi canonicè reſervãdas percipere,exigere,& in ſuos uſus, & in utilitatem convertere, ipſaſque penſiones,unà cum Præceptoriis,& Beneficiis quibuſcumque, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè poſſint, & valeant Apoſtolica authoritate tenore præſentium indulgemus, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri decernimus.

§. 3. Non obſtantibus &c. Datum Rom. ſub annulo Piſcatoris die 14. Novembris 1624. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

12. Deindè datâ bullâ, *Cum nos nuper &c.* die 26. Septembris 1624 Iudicem deputavit ſuper probationes eorum, qui ad Ordinem recipi poſtularent. Anno ſequenti expeditis litteris. *Aliàs ſupplicationibus &c. die* 24. *Maij* 1625. ipſorum ſtatuta confirmavit, quibus ordinandis præfixum fuiſſe præ cæteris legimus Fratrem Ioannem de S. Bernardino ex Provincia Portugalliæ inſignem Theologum, tunc temporis in Romana Curia Generalem Cõmiſſarium. Conſtitutiones ipſe per decem Capitula diſtinctæ agunt in Primo de titulo Religionis,ejuſq; ſanctis Patronis; Secundo de Vexillo, de Sigillo, atquè de habitu ejuſdem; Tertio de his, qui poſſunt approbatos ad Religionem admittere; Quarto de reci-

Bull. Rom. t.4. impreſ. Lug. bull. 29. & 43.

Chron. Portugal.

piendorum conditionibus; Quinto de modo illos recipiendi; Sexto de votis emittendis; Septimo de profeſſionis formula; Octavo de his, quæ tùm Equites, tùm Fratres præſtare debent; Nono de ſupremo Conſilio, atque Capitulo generali; Tandem in decimo de Magiſtri Generalis electione, quæ omnia diffuſiùs in eorum libro ſunt perlegenda.

13. Imaginem Immaculatę Conceptionis Franciſcano fune circumcinctam habent in pallio, & Crucem ad pectus eadem chorda itidē circumcinctam è cœrulea vitta pendentem. In majori ſuæ Religionis vexillo Ieſu Crucifixi Imaginem habent ex una parte, cum Imagine B. Virginis Mariæ de pietate à dextris, & S. Michaelis Archangeli à ſiniſtris, ex altera parte cœrulea Crux (ſui Ordinis inſigne) ex alto prominere debet, Imago Immaculatæ Conceptionis in medio, cui S. Franciſcus à dextris ſacra Stigmata oſtentans, & S. Baſilius à ſiniſtris depicti aſſiſtunt.

14. Nemo non nobilis ex utraque linea ad quartum gradum admitti poteſt ad hanc militarem Religionem, ex materna tamen parte aliqua conceditur in nobilitatis defectu diſpenſatio; quæ nobilitas per Commiſſarios ſuos comprobari debet; nemo inſuper, qui ſextum decimum ætatis annum non excedat, qui ad tertias nuptias tranſierit, ſivè cum Virgine, ſivè cum Vidua contraxerit; nemo qui ducentos aureos ex annuis ſuis proventibus non habeat; nec ut belli Socius (gradus hic eſt infra Equites minor) qui centenis ſaltem annuis aureis de proprio non polleat; his ſuppoſitis conditionibus, quilibet ingenuus, & nobilis, ſivè Eccleſiaſticus ſit, ſivè ſæcularis poteſt inter hos Equites Immaculatæ Conceptionis profeſſionem emittere: Paupertatem ſecundùm ſua ſtatuta, caſtitatem conjugalem, & integram voveat obedientiam; Magiſtrum Generalem ſui Ordinis exemplo Fratrum Minorum habeat ad ſolum ſexennium: & in Fratrum Minorum Eccleſiis, ubi ipſi proprias non habeant, ad habitum, & profeſſionem ſunt per deputatum recipiendi.

## CAPUT III.

*De Mulieribus in Clauſtro pœnitentibus.*

15. IAm S. Ludovicus Galliarum Rex ſanctiſſimo zelo mulierum illarum cœtum Pariſiis collegerat, quæ laboris impatientes, turpis lucri quæſtu venale corpus exponere non erubeſcebant, eiſdem ad Palatium quoddam, vel cœnobium, quod *domus filiarum Dei* nuncupabant, inſimul collectis neceſſaria ad victum, & veſtitum, nil ultra expetentibus ſuppeditari voluit; quo facto lupanar illis expoliavit, quæ ſolius inopiæ titulo peccare conſueverant, quibus & in ſancto propoſito conſervandis, in teſtamento ſuo ad victum ſufficientia legavit.

Gaufrid. de bello loco. c. 16. in vita S. Ludovici. Artur. in Martyrol. die 7. Auguſt. §. 8.

16. Neapoli Regina Sancia circa annum 1324. B. Patris Philippi Aquerij Confeſſoris ſui conſilio, & operâ, propriaque ſua ſolicitudine plures hujuſmodi miſerabilium mulierum centurias ad veram pœnitentiam Neapoli adductas, in duobus monaſteriis S. Mariæ Magdalenæ, & S. Mariæ Egyptiacæ, ampliſſimis proventibus ditatis ſub cura, & regimine Fratrum Minorum Apoſtoſtolica authoritate concluſit, quæ tamen monaſteria proceſſu tēporis pro ſolis Monialibus Virginibus fuerunt deputata.

Uvad. t. 5. ann. 1324. n. 21. & 1335. n. 14.

[Anno 1345. inchoavit in Civitate Valentiæ in Hiſpania aliud pro mulieribus lubricis ad pœnitentiam converſis, quædam pia fœmina Tertij Ordinis S. Franciſci, nuncupata *Seriana*, cui ex Senatus conſulto talia adhibita ſunt auxilia, ut brevi opus compleverit, bipartita domo, parte una deſignata pro iis, quæ nubere volunt; parte altera, & ampliori pro reliquis, quæ ſe Deo conſecrant ſub perpetua clauſura. Subeſt domus Archiepiſcopo ſub regula S. Auguſtini, & invocatione S. Gregorij, ſed Confeſſarios habent Franciſcanos, inchoato à Franciſcano monaſterio] hæc Vvadingus.

Uvad. t. 4. in addit. ad t. 3. fol. 54. in fine.

17. Quàm multæ pœnitentium hujuſmodi mulierum cohortes, per S. Bern. Senenſis, Bernardini Feltrenſis, Iacobi de Marchia, aliorumque Obſervantiæ Regularis Heroum Apoſtolicos labores fuerint collectæ, conſtat in Ordinis Annalibus, cum verè à ſacris Virginibus in ſuum conſortium non admitterentur, nec omnibus ad matrimonium dotandis ſufficerent eleemoſynæ, maximo periculo illarum plurimæ in ſæculo remanere cogebantur; donec Fratris Ioannis Tiſſerandi ſaga providentia meliùs per omnia providit.

18. Ergò Ioannes Tiſſerando, quem & Textorum

Vvad. t. 6. 1468. n. 16. apud. Artur. in Martyrol. Fráс. die 7. Aug. §. 8. Textorium dicunt ſummi nominis, & totius efficaciæ Prædicator Apoſtolicus, anno 1468. Pariſios evocatus, & Annæ Reginæ à ſacris confeſſionibus conſtitutus, ibidem integro decennio per ſingulos dies per Parochias diſcurrendo, indicibili omninò animarum fructu cōcionatus eſt, ita ut verùs illius ævi Apoſtolus nuncupatus fuerit, peccatores in ſtabilem, & perfectam pœnitentiam adducens: verùm in convertendis meretricibus, & publicis, & ſecretis ſingulariùs enituit, quarum cum maximam multitudinem Pariſiis ad veras compunctionis lachrymas adduxiſſet, nè iterùm ad vomitum prolaberentur, collectis abūdè eleemoſynis, eas omnes in ſeparatas domos ad monaſterij formam redegit, in quibus ſub habitu cinericio, & Franciſcano, & conſtitutionibus per ipſum compoſitis, & per Superiores approbatis, in communi extra relapſus periculum; pœnitentiæ ſanctæ fervoribus inſiſterent; vitam quodammodò religioſam traducerent. Quibus demùm habitum, & ſtatuta præfigens novum Ordinem inchoavit, de quo Robertus Cœnalis Abricenſis Epiſcopus, *de tuendo ſacro cælibatu tom. 2. ante medium. Ordo*, inquit, *Pœnitentiũ fœminarum anno Domini* 1490. *exoritur, authore Fratre Ioanne Textore (Gallicè Tiſſerant) Minorita, primumquè hujus Ordinis Cœnobium erigitur apud Lutetiam Pariſiorum.*

19. De Pariſiis ad alias Galliarum Provincias digreſſus eodem Apoſtolico zelo eoſdem Apoſtolicos fructus ſumma omnium admiratione, & applauſu collegit, ex lupanaribus præſertim monaſteria formando, animas ſine numero jam carni, & diabolo deditas Chriſto lucrifecit. Quod pœnitentium mulierum inſtitutum per Galliam, Italiam, & per Europam univerſam abundè dilatatum, & ad Clauſuræ formam ſub habitu, & conſtitutionibus Franciſcanis adductum, cum incredibili animarum fructu ubiquè commendatur. Ita cum Roberto ſcribunt Volaterranus lib. 21. Antropolog. Picquetus, & Foderetus in deſcriptione Provinciæ Burgundiæ pag. 81. Convent. 6. in quo ipſe B. Ioannes requieſcit. Genebrardus lib. 4. Chron. in Alexandro VI. Galterius in tabula Chronolog. ſæcul. 15. Dionyſius Sylveſter, in Carolo VIII. Reg. Franc. ad ann. 1493. Spondanus ad ann. 1494. Hiſtor. univerſal. Gall. ſeu Franc. in Ludovico XI. Reg.

20. Taurini in Pedemontio ſub Archiepiſcopi cura in ampliſſimo monaſterio commorantur, quibus ſæpiſſimè Strictioris Obſervantiæ Patres, tum pro excipiendis earum confeſſionibus, tùm ad prædicandum Verbum Dei, ſanctæque pœnitentiæ fervorem ſubrogantur, Tertiariarum, quę de S. Elizabeth dicuntur, regulam, ut plurimùm profitentur, cum quarto perpetuæ clauſuræ voto, ſed additis propriis conſtitutionibus, majoribuſque vitæ rigoribus, eo præſertim, ut poſt emiſſam profeſſionem à ſæcularibus nullatenùs videantur, & laudabili pœnitentiæ gloriâ celebrantur; quod cæteris in locis eodem modo ut plurimùm obſervari crediderim.

21. Primum Convertitarum monaſterium in Vrbe ſub titulo S. Mariæ Magdalenæ inſtituit Leo X. per Bullam *Salvator Noſter &c. Dat. 4. Kal. Iunij* 1520. *anno* 8. & vocari voluit Moniales S. Mariæ Magdalenę: quibus licèt Regulam S. Auguſtini, ut pote tolerabiliorem à principio præſcripſerit ſub cura Fratrum Minorum, dicit tamen §. 2. ſe hoc monaſterium inſtituiſſe ex relatione Alberti de Sabaudia Comitis Carpenſis, qui dixerat, in certis Galliarum Civitatibus, & locis à pauco tempore citra, nonnulla monaſteria ſimilium mulierum olim incontinentium conſtructa fuiſſe, & ibi uberes fructus dante Domino in dies exercere. Bull. Rom. t. 1. bull. 36. Leon. X.

22. Tandem harum Convertitarum curam, & regimen præſcriptis vivendi legibus commiſit Confraternitati Charitatis de Vrbe; undè à Gallicana inſtitutione provenire non dubitamus. Verùm Pius IV. dato Brevi *In Apoſtolica dignitatis &c. Dat die* 16. *Novembr.* 1564. earum curam commiſit Archiconfraternitati duodecim Apoſtolorum in eodem Conventu duodecim Apoſtolorum Fratrum Minorum Conventualium erectæ; quæ Confraternitas curam, & regimen monaſterij Monialium haberet Domus Piæ nuncupati, regionis S. Euſthachij de Vrbe, ſub regula S. Claræ dicti Ordinis, mulierumque ibi pro tempore degentium noviter erecti, & ab ipſa Confraternitate trahentis originem, ut habetur in eadem Bulla. Ibid. t. 2. bulla. 90. Pij IV.

23. Facultates autem Cardinalium Protectorum

Ibid. bull. 52. Gregorij XIII. tectorum, & Iudicum cauſarum Domus Piæ declaravit, & ampliavit Gregorius XIII. in Bulla. *Cupientes domum Piam &c. die 12. Februarij* 1576. ipſarumque mulierum Convertitarum curam, & regimen eidem Confraternitati duodecim Apoſtolorum confirmavit, ut prædictas Pœnitentes recipere poſſent, & piè alere, donec deliberarent, an nubere vellent, vel monaſterium intrare. Tandem earum cura Cardinalibus ejuſdem Domus Piæ Protectoribus, & Congregationi deſuper inſtitutæ totaliter fuit cōmiſſa, ut notavit Laertius in Rubrica hujus Bullæ. Pluribus in locis ſub Regula minùs aſpera S. Auguſtini conſervantur.

24. Quanta indè Angelorum exultatio, quot graviſſimorum criminum myriades ſint ſuppreſſæ, quanta ab Angelis aſſiſtentia animæ illæ jam ſibi, & aliis æternæ mortis cauſa, in vitam æternam cuſtodiantur, quanta denique S. Patriarchæ Frāciſco, & filiis ejus apud Deum gloria hinc ſpecialiter accreſcat, aliis judicandum dimitto.

---

## CAPUT IV.

*De Ordine ſacro P.P. Minimorum, ſeù S. Franciſci de Paula.*

25. DE ſacro Patrum Minimorum Ordine, qui à S. Franciſco de Paula omnimodam recognoſcere originem non dubitatur, actùrus, qualem nempè ad Seraphicam Minorum Religionem dicat relationem, novitates odioſas videat induxiſſe, nec verbum quidem de meo apponendum eſſe judicavi, ſed litteraliter ex Vvadindo, quæ ſequuntur exſcribere, [ Hoc anno (1507.) S. Franciſcus Paulanus mortalitatis exutus ſpolio in cœlum conſcendit, de quo noſtrarum rerum Scriptores agendum eſſe judicarunt, indè ſuum ſtatuentes, quòd religioſæ vitæ tyrocinium apud ipſos in domo S. Franciſci Marcopolis, ſivè Vrbis S. Marci in Calabria compleverit. Atqui Patrum Minimorum profeſſores, præſertim hiſtorici id ægrè ferentes ſummo ſtudio probare conātur, nō inſtituti probationem illo anno ſubiiſſe, Oblati cultum exhibuiſſe. Id longiori diſceptatione, & acerbiori ſermone Lucas Monayanatus exagitat; breviori, ſed non mitiori Franciſcus La Novius, vir alioquin doctus, ſtylo gravis, noſter amicus perſtringit.

Vvad. t. 8. 1507. n. 17. uſque ad 30. incluſivè.

26. Ego porrò à ſanctiſſimi viri vita, geſtiſque ſcribendis eò libentiùs abſtineo, quò diligentiùs ſtudeo religioſorū Ordinum offenſas, & amicorum declinare querelas. Meo labore aliorum conflare invidiam, opere pretium non reputarim; dum itaque ad nos ſpectare virum iſtum pernegant, & injuriæ loco reponunt quòd tamquam noſtrum veneremur, noſtriſque inferamus Annalibus, ad ipſorum hiſtorias lectorem remittimus, in quibus ſatis ſuperquè, quæ ad Sancti viri laudes attinent, poterit invenire. Attamen ſi quod ſinè offenſione eſt, præſtiterim, & ex ipſis Minimorum Scriptoribus exſcripſerim, quæ arctiſſimum S. Frāciſci Paulani cum Aſſiſiate vinculum demonſtrarent, & cognationem illius inſtituti cum Minoritano conficiant, nullam me querelæ anſam miniſtraturum exiſtimabo.

27. Nicolaus Roillartus Minimus ait, S. Franciſcum de Paula S. Franciſci Aſſiſiatis præſagio venturum, & Minimorum Ordinem inſtitutnrum, fuiſſe prænunciatum. Paulani parentes cum diù prole caruiſſent, voto facto, Frāciſci Aſſiſiatis precibus eum ſuſceperunt, oblata in primis conditione nominis ſui puero, qui naſceretur, imponendi. Hinc igitur Franciſci nomen inditum eſt, Paulani cognomen à loco nativitatis. Puerulo periculum ex maligno ad oculum tubere mater deprehenderat, ſed poſtquàm nulla Chirurgorum remedia profecerant, & propè erat, ut per illam noxam lumine privaretur, vovet genitrix puerum, ſi convaluiſſet, S. Franciſci veſte, dum per ætatem liceret, indutum iri, & per annum in proximiori Ordinis Conventu operam ſuam religioſis miniſteriis, & rebus divinis impenſurum. Hieronymus Roman. ex aliorum relatione ſcribit, votum fuiſſe de ſubeundo inſtituto S. Franciſci. Auditæ Matris preces explendi per tempus voti neceſſitatem induxerant. Puer in ſomnis admonitus ab ipſo S. Franciſco ſibi apparente, tempeſtivum eſſe, ut fierent, quæ mater promiſerat, parentibus perſuadet, ut quod circa ſe promiſerant, efficiant. Illum itaque annum circiter decimum tertium agentem

agentem juxta votum per eos emiſſum, domui S. Franciſci Civitatis S. Marci obtulerunt, in qua puer in ſortem Domini electus anno per eum exacto, nullaque profeſſione emiſſa vocatis parentibus, eos ut ſe ad Eccleſiam S. Franciſci de Aſſiſio, & S. Mariæ de Angelis devotionis causâ ducere vellent, enixè rogavit. Qui pio ejus deſiderio annnuentes ſe ſe itineris comites præbnerunt. Proſper Stellarius in procemio ad regulā Minimorum ita hęc compendioſè recenſet: Iuxta parentum ſacrum votum Ordinem Minorum eum amplexus eſſet, deſiderio viſitandi corpus S. Franciſci exæſtuans, eò proficiſcendi licentiam obtinuit adhuc novitius. At non eſt poſtmodum ad Novitiatum reverſus; qua de cauſa adhuc incertum eſt.

28. Hæc illa prima neceſſitudinis argumenta, ptout ab ipſis potiſſimùm Patribus Minimis referuntur, hæc ſacri nexus, pia vincula, quibus ad ſe partim ſpectare S. Franciſcum Paulanum contendunt Minoritæ, inde arctiora reputantes, quo non tàm devotionis, aut educationis, quàm probationis, aut tyrocinij gratiâ adoleſcentulum ſibi commiſſum eſſe dijudicant. Præter Minoritas Hieronymus Roman. Eremita Auguſtinianus ab aliis dictum narrat, votum vel à parentibus, vel ab ipſo Paulano emiſſum de ſubeundo inſtituto Minorum, ab aliis in hunc finem receptum, novitium fuiſſe, & noviciatus tempus compleviſſe. Et quidem ipſa habitus forma, quam geſtavit, novitiorum erat, uti ipſe Montayanus reliquis diſertiùs tradit, eandemque ipſos Minimos adhuc geſtare confirmat. Illud ipſum caputij genus, quod Minimi deferunt, tyronum Franciſcanorum eſt, in regula à S. Franciſco *caparonis* nomine expreſſum; in quibuſdam Provinciis adhuc retentum. Humilia cænobij miniſteria, & in culina obſequiū, quibus eum Cœnobiarcha, teſte Montoya, deputaverat, adminicula ſunt hujus opinionis; neque enim tàm facilè vilibus obſequiis addiceret adoleſcentulum Guardianus, quem civiliter potiùs educandum, quàm arduis experimentis probandam à parentibus exceppiſſet.

29. Ea verò ſola difficultas, quam Lanovius ex adverſo objicit, ſcilicet duodennem puerum emittendæ profeſſioni non fuiſſe matutum, facilè diluitur Leonis X. teſtimonio in Apotheoſis inſtrumento aſſerentis, annum circiter decimum tertium egiſſe, quandò cœnobio S. Marci oblatus eſt, ex quo conficitur ſub curriculum alterius anni, quo illic permanſit, annum ciciter quartum decimum eſſe cenſendū. Nulla verò tūc lege cautum erat, ne ſub hanc ætatem quis poſſet ſe Deo religionis votis devincire, neque adeò immatura erat hæc annorum menſura, quin ſub ea potuerit, ſi vellet, jugum domini portare: ſed & alij præclariſſimi viri ſub minori dierum numero generoſis auſibus ſe Deo conſecrarunt.

30. Hæc de pueri oblatione, ſive tyrocinio abſque offenſione dicta ſunt: de religione poſteà ab eo inſtituta mihi liceat, etiam ex eiſdem Minimorum authoribus adjicere, quæ inter utramque ſodalitatem, Paulani ſcilicèt, & Aſſiſiatis connexionem, aut ſueceſſionem aliquam videntur indicare. Ab illo itaque anno religioſè, & piè inter Minoritas tranſacto, & ab illa peregrinatione, quam Aſſiſium inſtituerat (uti Lanovius ait, ex quo potiſſimum argumenta iſta conſcribo) hi fructus prodierunt. Oratorium, ſive Eccleſiam ſui Ordinis primam in fundo paterno apud Paulam ſub titulo *S. Franciſci* fabricavit, uti præter Minimorum hiſtorias, Pyrrhus Archiepiſcopus Coſentinus, & Sixtus IV. ſuis litteris, quas Lanovius in ſuo Bullario exſcripſit, apertè teſtantur. Ædem hanc idem S. Franciſcus Aſſiſias, cui eam conſecraverat Paulanns, voluit ampliotem. Cum enim prima fundamenta delineaſſet extruendi oratotij, eaque pro modulo facultatum ſtricta, & anguſta conſtituiſſet, adfuit humana quidem ſpecie, ſed revera divus ipſe Franciſcus Aſſiſias, qui dirui hæc, quæ cæperant, imperavit, longéque ampliora, & auguſtiora parari; non defuturum operi ſubſidinm neceſſarium, ſi modò in Deum confideret, promittens. Verbo nec fiducia, nec fides defuit, nam extempore præſtò fuit nobilis Eques Baro Belmontij, qui multa in impenſas contulit, nec prolixiorem largitatem deſideratum iri ſpopondit.

31. Diſcipulos duodecim, & deindè tertium decimum ad inſtar S. Franciſci admiſit Paulanus, quos etiam, uti & reliquos

liquos ſui ſectatores *Eremitas S. Franciſci* appellavit,ut haberent,quem ſibi pro ponerent in exemplum vitæ, & religioſæ converſationis, utque ejus vitam imitarentur aſſiduè, ita admonuit ex nomine. His inſuper Sixtus IV. S. Franciſci alumnus, qui Summorum Pontificum primus probavit hoc inſtitutum, ea conceſſit privilegia, indulgentias,& gratias, quibus Fr. Petrus de Piſis nuncupatus, cæterique illius Eremitæ potiebantur, & gaudebant. Petrum autem hunc,ejuſque ſocios Eremitas fuiſſe conſocios Fratris Angeli à Corſica Tertij Ordinis S. Franciſci Aſſiſiatis docebit bulla à me producenda in additionibus ad calcem hujus tomi ſub annum 1432. eoſque tandem in Congregationem S. Hieronymi coaluiſſe ſcribit Ioſephus Siguſtinus in ſuis Chronicis. Ordinem autem S. Hieronymi,tàm illum,qui eſt in Italia,quàm illum qui floret in Hiſpania, propaginem fuiſſe S.Franciſci Aſſiſiatis,oſtendi ſuis locis opportunè,& documentis confirmavi Vaticanis.Patres Capuccini non aliter, quàm ſub eremitica vita incœperunt, & *Eremitæ S. Franciſci Aſſiſiatis* dicti ſunt,ſicut & diſcipuli Cæſarei Spirenſis; necnon alij poſteriores alumni B. Angeli de Cingulo Eremitæ S.Franciſci appellati ſunt, licèt veri, & genuini S. Franciſci filij ſint habiti, & debeant nuncupari.

32. Sed & habitum,& regulam S.Franciſci Aſſiſiatis præcipua ex parte Paulanum ſuis præſcripſiſſe,qui quatuor unius regulæ formulas, quas variis temporibus dictaverat, percurrere voluerit, clarè perſpiciet. Habitus forma eadem eſt, ac Minoritarum Novitiorum; niſi quòd Caputium Minimorum pertingit ad fœmora; Minorum autem tyronum caputium uſque ad cingulum dumtaxat protendatur;quod etiam in ſuis novitiis obſervari Paulanus inſtituit. Hieronymus Roman. ita obſervavit: [ Habitus Minimorum forma eadem eſt, ac Novitiorum Ordinis Minorum, quia ipſe fuit hujus Ordinis Novitius.differentia tantùm eſt in colore, veſtis enim Minimorum color ſubniger nativi velleris,& cinguli materia à Franciſcana diſcrepant, cæterùm conveniunt. ] Nudipedes juſſit Paulanus ſuos incedere in zoccolis, ſive calepodiis, aut ſoleis, ſive ſandaliis, aut calceis deſuper à apertis, uti incedunt Minoritæ, quibus uti ſuus inſtitutor, dum neceſſitate coguntur, indulſit portare calceamenta; ita Minimis S. Franciſcus Paulanus permiſit,ut Superioris diſcreta diſpenſatione relaxarentur à pedum nuditate.

33. Primam ſuam regulam magna ex parte non ſolum ex regula S. Franciſci Aſſiſiatis Paulanus eduxit; ſed & ijſdem verbis exſcripſit, uti Lectori per multos centones fidem aſtruemus ocularem.

Cap. 1. [ Ad hoc congregati ſumus, ut Evangelium Domini Noſtri Ieſu Chriſti obſervemus, vivendo ſub voto paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ. ] Regula Minorum capite 1. [ Vita Fratrum Minorum hæc eſt, ſcilicèt Domini N. I. Chriſti ſanctum Evagelium obſervare, vivendo in obedientia, ſinè proprio, & in caſtitate. Regula Minimorum eodem cap. 1. [ Vitam iſtam, & regulam obſervantes, nunquam de illa exire intendamus, quia nemo ponens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. ] Habentur iſta in cap. 2. regulæ Minorum.

Cap. 2. Fr. Franciſcus de Paula promittit obedientiam, & reverentiam SS. D. N. Alexandro Papæ VI. & ejus ſucceſſoribus canonicè intrantibus, & Eccleſiæ Romanæ, & alij Fratres &c. teneantur Fr. Franciſco, & ejus ſucceſſoribus obedire.] Habentur hæc ipſa verba cap. 1. Regulæ Minorum, niſi quòd pro *Alexandro* ſit Honorio.

Ibidem [ Petant Superiores à D. N. Papa unum de S. R. E. Cardinalibus, qui ſit Gubenator, Protector, & Corrector iſtius Religionis. ] ex cap. 12. Regulæ Minorum.

Cap. 3. quæ habet de officio divino, tàm clericorum, quàm laicorum, ſeu converſorum,decerpta ſunt verbatim ex cap. 3. Minorum. Eodē cap. vetat,neſcientes litteras eas diſcere &c. Habentur cap. 10. regulæ Minorum. Ibidem, quæ habet de modo prædicandi, habentur cap. 9. regulę Minorum.

Cap. 6. [ Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed ſint tamquam peregrini, & advenæ in hoc ſæculo, Domino famulantes. ] Infra. [ Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos chariſſimos Fratres meos hæredes, & Reges Regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus

bus fecit, virtutibus ſublimavit, hæc ſit portio veſtra, quæ perducit in terram viventium.] Omnia ad verbum habentur etiam cap. 6. regulæ Minorum. Ibid. [ Singulis Fratribus, noſtris pecunias accipere perpetuò indicitur.] habentur c 4.

Cap. 7. [ A feſto Omnium Sanctorum excluſivè uſque ad Nativitatem Domini jejunent.] Infra. [ Tempore verò peregrinationis, aut alicujus manifeſtæ neceſſitatis non teneantur Fratres jejunio corporali, ex cap. 3.

Cap. 8. [ Vt Obediant ſuis Superioribus in iis, quæ non ſunt contra Deum, & animam ſuam, & regulam noſtram.] ex cap. 10.

Cap. 11. [ Quos vident homines mollibus veſtimentis, aut colaratis indutos, uti cibis, & potibus delicatis, non deſpiciant, neque judicent, ſed magis unuſquiſque judicet, & deſpiciat ſemetipſum.] exp. cap. 2.

Ibidem. [ In via, ſivè in domibus non litigent, neque contendant verbis &c. ſed ſint modeſti, manſueti, & humiles, honeſtè, & caſtè omnibus loquentes] ex cap. 3.

Ibidem. [ Nec habeant ſuſpecta conſortia, vel conſilia mulierum, nec fiant compatres earum, & ne ingrediantur monaſteria monacharum, abſque Sedis Apoſtolicæ expreſſa licentia, ne hac occaſione inter Fratres, vel de Fratribus ſcandalum oriatur.] ex cap. 11.

Cap. 13. [ Vniverſi Fratres unum de iſtius Congregationis Fratribus teneantur ſemper habere in Generalem Correctorem triennalem, & Summum totius Religionis.] ex cap. 8.

34. Et licèt vir Sanctus ter recognoverit hanc regulam, omnia fermè iſta in tribus ſubſecutis formulis, etſi mutata phraſi, retinuit. *Miniſtrum* etiam *Generalem* ſuæ religionis in primæ recognitionis Bulla, ipſum eundem S. Franciſcum nuncupavit Alexander VI. Quo nomine appellantur Ordinis Minorum Præfati Generales. Kalendarium, & index feſtivitatum idem ipſe erat, quo tunc utebantur Minores, uti conſtat ex eo, quem Patres Minimi ediderunt Nigeoni, ut primùm eorum Inſtitutor in Sãctos eſt relatus, in quo peculiaria feſta Ordinis Min. Ord. & Tertij à S. Franciſco Aſſiſiate inſtituti, continentur, & feſtum Conceptionis cum Octava, ut in kalendario vetuſto Minorum indicatur.

35. Tres inſuper Paulanus inſtituit Ordines adinſtar S. Franciſci Aſſiſiatis, & Minimorum regulam adaptavit ſanctimonialibus, uti fecit Aſſiſias, eaſdemque Indulgentias, facultates, & privilegia Leo X. conceſſit Fratribus, & Sororibus tertiæ regulæ S. Franciſci de Paula, quæ Sixtus IV. conceſſit Tertiariis S. Franciſci Aſſiſiatis.

36. Vbi tot ergo ſunt inter utramque religionem ſimilitudines; ubi tot ſpiritualis cognationis vincula; ubi tot regularis vitæ, inſtitutæque religionis à S. Franciſco Aſſiſiate accepta ſunt adminicula, & manifeſta ſubſidia, ubi tot ſunt Authores, qui tyrocinium inculcant, & S. Franciſcus Paulanus non eſt dedignatus in tot, tantiſque rebus Aſſiſiatem imitari, & ſectari, ejuſque nomen ſuper ſuos Alumnos invocare, non ſuos, ſed *S. Franciſci Aſſiſiatis Eremitas* appellando, neſcio cur adeò ægrè ferat R. P. Lanovius, quod aliqui dixerunt de tyrocinio ſui Inſtitutoris apud Minores paracto, & alij de propagato Minimorum Inſtituto ex Minoritico, eorumque nomine ab iſtis deducto. In harum etenim aſſertionum authores ita vehementer excanduit, ut in hæc verba proruperit. *vani autem ſunt, aut ſtupidi, qui Minimorum nomen ideò à Minoribus deductum, & inflexum volunt, quòd à Minorum Ordine noſter ſit propagatus, aut ex illis certè propagatus videatur, ut non nemo ſcripſerit, hoc nomen à Minoribus uſurpatum in vim cujuſdam Reformationis, ut loquitur, quò nihil eſt abſurdius, ut nihil jam opus ſit inſolens commentum à nobis refutari. Et quidem non unus, aut alter in eo errore ſunt, ut credant, Ordinem noſtrum Minoritani propaginem eſſe, in quo tamen illi, ſicut & in pleriſque aliis ſupinitatem, aut ignorantiam ſuam ludibrio expoſuerunt.* Et alibi aſſertionem de tyrocinio vocat *caducam*, aut *abſurdam opinionem.*

37. Accerrima quidem iſta omnem hanc diſſertationem extorſerunt, & vel nolentem compulerunt, ut ex ipſis eorum monumentis hæc objicerentur argumenta, quæ neque opinionem dici *caducam*, aut *abſurdam*, neque aſſertores *vanos, ſtupidos, ſupinos* appellari permittent. Obiter autem hîc monuerim P. Lanovium, Clericos Regulares ad S. Laurentij in Lucina Romæ non *Minimos*, ſed *Minores* cognomi

nominari, neque aliter haberi in marmorea inſcriptione ad interiorem non templi,ut ille habet,ſed cœnobij januam, quam ille hoc ſcriptionis vitio in ſuum tranſtulit apparatum. Sed & ſub eo cognomine *Minorum* à Sixto V. Minorita fuit hic Ordo confirmatus. Montoyanus etiam in eo non ſemel oberrat, quòd corpus S. Franciſci Aſſiſiatis in æde ſuburbana S. Mariæ Angelorum dicat requieſcere.

## CAPUT V.

### *De Equitibus Sancti Sepulchri Ieſu Chriſti.*

38. Balduini primi ( nomine, non cognomine ) pietate inſtitutionem accepit Hieroſolymis ſacra hæc, & militaris Religio, cui ad Sanctiſſimi Salvatoris Ieſu Chriſti Sepulchri cuſtodiam, & defenſionem militare, & vigilare incumberet ex officio : nec Paleſtinâ jam ſub Turcarum tirannide depreſsâ periit hæc ſacra Religio, ſed in Europæ regnis, in Flandria præſertim, ſub Fratrum Minorum cura, utpotè Sanctiſſimo Chriſti Sepulchro præſidentium, glorioſa perſeverat, & à Patre
Uvad.t.3. Guardiano Montis Syon habitum, &
ann. 1342. profeſſionem Equites ipſi recipiunt;quo-
Harold. circa à Franciſcana Religione Religio
Ibid.n.55. ipſa Equitum Sanctiſſimi Sepulchri ali-
ad.59. quo modo dependens fuit hic recenſcenda, ſed in compendio; Videndus eſt de hac fuſiùs Vvadingus, & Haroldus ad annum 1342. à numero 55. ad numerum 59. Quareſmius in ſua TerraSancta, & alij,qui ex profeſſo de ipſa tractarunt.

39. Nobilitate in primis fulgere debet, & ad victum proventus annuos poſſidere, qui in hac ſacra militia adſcribi deſiderat; ſtatutorum inſuper ejuſdem militiæ obſervantiam ſub juramento promittere, quæ ſequuntur. 1. Sacro pro poſſe ſingulis diebus adeſſe. 2. Ad bellum cōtra Infideles, maximè ſi de recuperanda Terra Sancta tractetur, quoties occurrit, perſonaliter accedere; vel dato impedimento legitimo, militem ſaltem unū, ſuis ſumptibus conſcribere. 3. In ea ſacri belli expeditione, nec bonis ſuis temporalibus,nec etiam propriæ vitæ indulgere. 4. Eccleſiam Catholicam ejuſque Prælatos, & Miniſtros, & contra Infideles, & contrà perſecutores quoſcunque pro poſſe defendere. 5. Iuramenta execrabilia, perjuria, ſacrilegia, rapinas, uſuras, homicidia, ebrietates, loca ſuſpecta, perſonas infames, turpes quæſtus, indigna ſtipendia, duella, torneamenta, & bella injuſta vitare. 6 Inter Chriſtianos Principes, & homines pacem procurare, Chriſtianæ Reipublicæ bonum, & quietem, pupillos, viduaſque defendere. 7. Tandem ad Dei,ejuſque Catholicæ Eccleſiæ ſervitium in operibus pietatis dignam Equite Chriſtiano vitam tranſigere.

40. Candidatus ergo ſacra Confeſſione, & Communione expiatus,ad hujuſmodi ſacram Militiam recipi expoſtulans, per ipſos Fratres Minores intra Sepulchrum Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti ad Apparitionis Capellam introducatur. Ibi Pater Guardianus ( cui ex authoritate Apoſtolica hujuſmodi Equites conſecrare ex officio incumbit ) Pontificalibus indutus gravem, & efficaciſſimum ſermonem habeat ſuper hominem, & onus ab ipſo ſuſcipiendum; indè poſt invocatum ſolitis orationibus Spiritum ſanctum, & productas nobilitatis ſuæ,atque proventuum ad vitam nobilem ſufficientium probationes, & præmiſſorum ſtatutorum obſervantiam(quæ majori, alta, & intelligibil voce leguntur) in manibus Patris Guardiani ſolemnem profeſſionem emittit Candidatus in hæc verba ( Ego N. Profiteor, & promitto Deo Omnipotenti & Ieſu Chriſto Filio ejus, & Beatiſſimæ Virgini Mariæ hæc omnia pro poſſe,ut bonus, & fidelis Chriſti miles obſervare ( cui P. Guardianus hæc verba reſpondet ) Et Tu N. eſto fidelis, & ſtrenuus miles Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fortis, atque robuſtus Eques Sanctiſſimi ejus Sepulchri,ut cum electis ejus militibus in cœleſti Curia adſcribi, & collocari valeas. Amen. Deinde per formulam, & verba in cæremoniali deſcripta aurea primum calcaria, enſem benedictum (quem Gotifredi primi Hieroſolymorū Regis fuiſſe ſcribit Cottovicius) quem in vagina incluſum ei cingit ad latus, & ipſemet Candidatus è vagina eductū Guardiano redonat, & genuflexus caput ſuper ſanctiſſimum Chriſti Sepulchrum inclinatum humiliter tenet, dùm interim Guardianus eodem enſe ter in formam

formam Crucis ſuper ejus humeros leviter percutiens, formulam ad Equitum ordinationem recitat. Ego conſtituo, & ordino te N. Militem, & Equitem ſanctiſſimi ſepulchri Domini Noſtri Ieſu Chriſti. In Nomine Patris † & Filij † & Spiritus Sancti † Amen. Torquem auream cum Cruce ab eo pendente ei poſtmodum collo appendit, & oſculo pacis ſalutat, cum oratione in cæremoniali deſcripta; dum interim Hymnus *Te Deum Laudamus* ſolemniter decantatur, & cæteræ orationes complentur charitatis,& congratulationis ſigna à Fratribus, & à Peregrinis per oſculum pacis accipit; Orationem propriam ad hoc ſuſuper ejus caput recitat Guardianus,qua functionis celebritate terminata, ille inſignia omnia, quæ in tali ordinatione receperat ſuper ipſum Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſepulchrum iterato deponit, & propriis induitur. Quæ omnia in Cotovicio Florendo ſancti Sepulchri Equite,& Patre Thoma de Navaria, in Quareſmio, in Vvadingo, Haroldo, & aliis fuſiùs eſt videre.

## CAPVT VI.

### *De Ordinibus Aſcenſionis,& Militiæ Ieſu Chriſti.*

41. ORdo Aſcenſionis Ieſu Chriſti Regulam Fratrum Minorum jam ſub invocatione S. P. Franciſci aſſumens,ſed additis quibuſdam ſpecialibus conſtitutionibus, habitum quoque variando, novam quodammodo Religionem inſtituit. De iſto loquuntur Arturus in præfatione ad Martyrologium Franciſanum §. 108. & 179. Chronica Provinciæ Portugalliæ in par 1. præludio 9. n.1.citando Petrumde Alva in tabula 12. De iiſdem Vvad.in tom.1.Annalium,ubi congregationes omnes, quæ in Ordine Minorum numerantur,ſingilatim recenſuit,ſic habet. *Fratres hos etiam hanc ſibi*
Uvad.t.1. 1223.n.14 *delegerunt formulam vivendi peculiaribus conſtitutionibus ſua vita rationi adaptatam Fratres Ordinis Aſcenſionis*; ego autem nihil de novo potui hucuſque ſuperaddere.
Chron. Provin. Portugal.l. 8.c.30.n.7. 42. Frater Stephanus Minorita de Luſitaniæ Provincia, Regis Dioniſij fideliſſimus Miniſter,& Conſiliarius,& poſtremò Confeſſarius,à Clemente V. Pontifice creatus Epiſcopus Portuenſis in Luſitania,deindè ob eximias ſuas virtutes ab eodem Chriſti Vicario plurimùm commendatus, ad Vliſſiponenſem Eccleſiam tranſlatus, cum anno 1313. ad ipſum Clementem Regius Orator veniſſet pro impetrandis Templariorum tunc extinctorum Commēdis, Regi perſuaſit,ut pro faciliori illius negotij expeditione, novum Ordinem)ſub titulo *Militia Chriſti Æquitum* inſtitueret, cui præfatæ Commendæ poſſent applicari;Rex autem inſtituto ſodalitio,quod poſtulabat,à Pontifice Ioanne impetravit,expeditâ Bullâ. *Cum horum bonorum &c.* anno 1319 die 14. Martij.

## CAPVT VII.

### *De aliis ſacris Congregationibus à Franciſcana aliquo modo dependentibus.*

43. CÆteras à recenſitis minoris entitatis Congregationes, quæ à Minoritica quoquomodò dependentiam aliquam habuerunt, juvat hic obiter, & ſuccinctè recenſere. Inter has primò nunmeranda occurrit Congregatio Domi- Uvad.t.2.
narum de Robando, quæ adhuc ſecun- an.1282.
dùm Vvad. Marſiliæ cum ſanctitatis opi- n. 11.
nione floret: hîc ergo B.Pater Hugo de Digna Minorita ſacrâ doctrinâ,efficaciâ prædicationis,prophetico ſpiritu, & Miraculis clarus (de cujus jam Canonizatione actum fuiſſe ſcribit Rodulphus) tertij Ord. S. Franciſci, ſeu de Pœnitentia Regulam preſcripſit,ſed ſuperadditis aliquibus conſtitutionibus, novam ex eis
erexit Congregationem,in qua cum aliis Chron.
plurimis ſanctè vixit,& ſanctiſſimè obiit Ord.part.
B. Dulcina,ſeu Dulcellina ipſius Hugo- 2.lib.5.c.1.
nis germana Soror,ut notant Vvadingus, vel 8.
Marcus Vliſiponenſis, & Chronica Pro- Chron.
vinciæ Portugalliæ Fratris Emanuelis de Portugal.
ſpe. præl.9.n.4.
44. Ordo Charitatis de S. Maria in opidoChaullenſi in Gallia inſtitutus fuit per Ibid.
Guidonem Caſtri S.Georgij Dominū,& Præl.10.
per alium ejus ſocium de tertio Ord. S. n.7.
Franciſ. cōſodales, quorū ſcopus fuit hoſ- Hyeron.
pitari peregrinos,& curare infirmos,ſub Boni.
ipſa Tertia S. Franciſci Regula fuit ap- apud ipſū.
probatus à Bonifacio VIII. anno 1296. poſtea verò Regulam S.Franciſci;differt tamen hic à monaſterio de Rates in villa de Conde in Luſitania, licèt enim de

Charitate dicuntur, tamen Regulam Benedictinorum Cluniacenſiũ profitentur.

Ibid. n. 12. Chron. Monaſ. Luſitan. lib. 2. c. 11.

45. Congregatio infirmorum pauperum (quę Obregonũ dicitur) per ſervum Dei Bernardinum de Obregones inſtituta fuit anno 1566. die 20. Maij de Nuncij Apoſtolici licentia Matriti mirabili gentium applauſu. Hic depoſitis S. Iacobi nobilibus inſignibus habitum S. Franciſci pœnitentię aſſumpſit, & in Hoſpitali, quod de Aula dicitur, publicam Tertiariorum S. Franciſci profeſſionem emiſit, quo majori authoritate ſuum firmaret inſtitutum, quod deinceps maximo bono in Luſitaniam traſtulit, Vliſipone, & Villæ-vitioſæ in Hoſpitalibus deputatis conſodalibus.

46 Bernardinus ipſe Vliſipone Collegium erexit pro colligendis orphanis, quod poſt varias viciſſitudines, ſub titulo de Mercedibus, ſeu Gratiis fuit ſtabilitũ.

47. Diſciplinatorũ, & aliæ Confraternitates, atque Confallonis Archiconfraternitas à S. Antonio de Padua, & à S. Bonaventura, & S. Bernardino de Senis ſua recognoſcunt primordia, ut fuſiùs in tertia parte infra dicetur.

Ex Chron. Provinc. Algarb.

48. Anno 1540. de licentia Pauli III. Ludovicus Regis Emanuelis Filius Cœnobiũ erexerat in Oppido Extremotij pro Monialibus S. Ioannis Hieroſolimytani (eo quòd ipſe tunc Prior de Crato inſignem poſſideret Prioratũ) ad illarũ inſtar, quę Hieroſolymis fuerunt deſtructę per Turcas: ſtatuta ipſa pro Monialibus, approbante Papa, compoſuit, quò Fundatrices ex Beyæ Immaculatæ Conceptionis Cœnobio adductæ, ex Clariſſarum habitu, & Regula (Papa diſpensãte) ad habitũ S. Ioannis, & Regulam ſub dictis ſtatutis fuerunt immutatæ ſub Regum Patronatu, ſed ſub Miniſtri Provincialis Algarbiorum Franciſcani obedientia maximo vitæ rigore perſeverant.

Chron. Provinc. Portugal. p. part. præl. 9. n. 10.

49. S. Franciſcam Romanam, atque S. Brigidam, quæ Ordines novos ſub S. Salvatoris altera, altera ſub S. Benenedicti Regula fundaverunt, in tertio S. Franciſ. Ordine de Pœnitentia profeſſionem priùs emiſiſſe teſtantur, nec ſine aliquo fundamento Arturus in Martirologio Franciſcano, Bordonius in Chronologio, & Bullario Tertij Ordinis, Chronica Provincię Portugalliæ ad partem 1. alijq; non pauci apud ipſos allegati; & quidem de S. Franciſca legimus, quòd primùm ſub Patris Bartholomæi Minoritæ Confeſſarij ſui ad Conventum S. Franciſci trans-Tiberim obedientia, & directione omnia ſua conſilia ſine diſpenſatione promoverit: Ego autem contentiones ſupra modum exoſus, firmiorem de hiſce deciſionem ab aliis expecto.

Artur. ad diem 9. Mart.

50. De S. Patriarcha Ignatio, utrum in Alma ſua Societate Ieſu tàm glorioſè fundata; ſimiliter & de ſancta Thereſia in ſancta ſuæ Carmelitanæ Religionis Reformatione, an ab Ord. Minorum aliquid acceperint, alibi diſſerendum interim omitto &c.

Laus Deo, Immaculatæ Deiparæ, Seraphico Franciſco, & omnibus Sanctis.

INDEX

# INDEX
## BVLLARVM ET DECRETORVM APOSTOLICORVM
### Ac litterarum diverſarum, quæ in hoc Tomo continentur.

BRAVE Clementis VI. ad inſtantiam Farinerij Min. Gen. contra Regulæ zelatores. fol. 2. ejuſd. aliud revocatorium præcedentis. fol. 3

Breve Innocentij VI. revocatorium præcedentis. fol. 4

Breve Martini V. concedentis Obſervantibus facultatem admittendi, & conſtruendi ubique domos. fol. 16

Diploma Bonifacij IX. concedentis F. Petro de Villanova facultatem ſibi eligendi unam vel alteram domum in Aquitania pro Obſervantiæ fundatione. fol. 18

Bulla Alexandri V. revocatoria omnium conceſſionum eximentium Fratres ab obedientia Miniſtrorum Gen. vel Provincialium. fol. 19

Bulla Joannis XXIII. coofirmatoria Bullæ Alexand. V. præcedentis, fol. 21

Diploma Nicolai V. varias gratias concedentis Fratribus Obſervantibus Eremiticam vitam ducentibus in partibus Ultramontanis. fol. 27

Diploma Greg. XI. commendantis Heorico Regi Caſtellæ quatuor Viſitatores Apoſtolicos in illud Regnum deſtioatos. f. 28. Ejuſdem aliud conſtituentis Didacum de Placentia, & alios prædictos Viſitatores ſub immediata obedientia F. Arnaldi de Serraoo. ibid. Ejuſdem aliud deſtinantis F. Arnaldum de Campania &c. ad reformationem Ordinis In Regno Caſtellæ. f. 29. Aliud ejuſdem concedentis ipſis Reformatoribus facultatem eligendi ſibi coadjutores. ibid.

Diploma Bonifacij IX. ordinantis Provinciali Angliæ, ut mittat ad Reformandam Provinciam S. Jacobi. fol. 31

Diploma Bonifac. IX. injungentis Provinciali Angliæ, quòd mittat ad Reformandam Provinciam S. Jacobi. f. 31. Aliud ejuſdem ad id deſtinantis F. Didacum Arias. fol. 32

Bulla Martini V. confirmantis concordata inter Clauſtrales, & Obſervantes in Caſtella. f. 37

Bulla Eugenij IV. confirmantis Obſervantibus gubernium per Vicarios à Martino V. conceſſum, fol. 41

Breve Eugenij IV. deſtinantis F. Sancium de Canalis Viſitatorem & Reformatorem ſuper Obſervantes &c. per Hiſpanias. fol. 42

Diploma Nicolai V. confirmantis receptiones, & erectiones domorum pro Obſervantibus in Caſtella. fol. 42

Bulla Martini V. erigentis in Cuſtodiam Cooventus Obſerv. in Aragonia, & Valentia. fol. 43

Bulla Martioi V. conformantis Obſervantes Caſtellæ ad formam Decreti Conſtantien. f. 44

Bulla Eugenij IV. cooeedeotis Obſervantibus Luſitaniæ 5. Conventus, & electionem Vicarij Provincialis. fol. 45

Diploma Martini V. Pro ſtabiliendo Convento Heydelbergen. in aſſumpta reformatione, fol. 47. Ejuſdem concedentis Conventibus Palatinatus &c. facultatem eligendi ſibi Vic. Provincialem. fol. 48

Breve Nicolai V. cooeedentis B. Capiſtrano facultatem recipiendi In tota Germania pro Obſerv. qoot Conventus judicat neceſſarios. f. 52 aliud confirmatorium geſtorum in Provincia Caſtellæ. fol. 57

Breve Eugenij IV. renovantis facultatem Obſervantibus recipiendi novas domos prius revocatam. f. 59. Aliud ejuſdem coocedentis ſingulis Vicariis Prov. Obſerv. ſex domos vel admittendas, vel conſtruendas. ibid.

Bolla Martini V. confirmatoria Decreti Conſtantien. fol. 61

Diploma Eugeoij IV. confirmantis S. Bernardin. Senen. Vic. & Commiſſ. Gen. in tota Italia. f. 67. Ejuſdem aliud confirmativum electionis Capiſtranenſis, & Joannis Mauberti in Vicarios Gen. Citta, & Ultra montes. f. 72. Ejuſdem aliud ampliativum authoritatis Vicariorum Gener. & Provincialium Obſervantiæ f. 73. Aliud, quo Miniſtro Gen. rememorat aliqua inter Ipſos conſtituta circa regimen Obſervantiæ ſervanda. f. 75. Ejuſdem Bulla renovans authoritatem Vicarior. Gen. & Provincial. Obſervantiæ. fol. 76

Bulla Nicolai V. ad tranquillandas conſcientias Ultramootanorum agitatas pro ſubjectione ex regula debita Miniſtr. Gen. & Provincialibus. f. 78. Ejuſdem Breve commendaritium Capiſtrani apod Gen. in Capit. Gen. celebrando. fol. 80

Bulla

# Index Bullarum,


Bulla Calixti III. dicta *de Concordia* ioter Conventuales & Obſervantes. f. 87

Diploma Pij II. Pro ſedandis controverſiis inter Conventuales, & Obſervantes. fol. 87

Breve Martini V. Indicens Capitulum Generaliſſ. Aſſiſij pro reformatione, & unione Ord. celebrandum. f. 89. Aliod ejuſdem conſtituentis Cardin. Cervantes Præſidem Præfati Capitul. f. 90

Brevia tria Calixti III. Pro concordia in Ordioe ſtabilienda, Unum Baptiſtæ de Levanto Obſerv. Vic. Gen. Ciſmentano f. 102. Alia duo ad Generalem, Provinciales, Vicarios &c. Aſſiſij congregatos. fol. 103

Bulla Calixti III. ad Archiepiſcopos Toletan. & Compoſtellan. pro executione bullæ *Concordiæ*. fol. 114. Aliud ejuſd. ut Vic. Gen. Obſervant. perita à Mioiſtr. Gen. confirmatiooe ſuum munus exerceat. f. 118. Aliud ad Mioiſtr. Gen. ut concedat confirmationem Vic. Gen. ibid

Diploma Pij II. ad univerſam Obſerv Familiam confirmatorium bullæ coocordiæ. f. 121. Breve ejuſdem ad Regem Galliæ Obſervantioæ Familiæ commendatitium. fol. 122

Bulla Alexand. VI. ionovatoria bullæ Pij II. & proviſoria pro ſecuritate quæſtuationum in favorem Obſervantiæ. fol. 123

Breve Jolij pro libera Obſervantium prædicatione, & mendicatione. fol. 124

Breve ejuſd. ad Vic. Gen. Ciſmont. pro indicendo Capitulo Generali. f. 129. Bulla ejuſd. ſuper tranſlatione Conventuum, & tranſitu Conventualium ad Obſervantes, & econtra. f. 130. Breve ejuſdem revocatorium litterarum ab ipſo per Raynaldum Min. Gen. cootra Obſervantes extortarum. fol. 132

Bulla Calixti III. confirmatoria bullæ Nicol. V. ſuper occupatione Conventoum, quam & ſuæ inſerit. fol. 136

Bulla Pij II. præſcribentis tranſitum reciprocum inter Conventuales, & Obſervantes, & prohibentis, ne hi occupent Conventus fratrum, ſeu Monialium Convẽtualibus ſubjectarũ. f. 140

Bulla Pauli II. pro componendis diſſidiis inter Conventuales & Obſerv. pro tranſlatione Conventuom. fol. 141

Bulla Sixti IV. ad Vic. Gen. Ultramont. innovatoria litterarum Eug. IV. & Paul. II. pro Ordinis concordia. f. 144. Ejuſdem alia pro eadem concordia ad univerſum ordinem. ibid. Ejuſd. alia conſtituentis Cardinalem Protect. executorem præcedentium ſuarum. f. 147. Ejuſd. alia confirmatoria bullæ Paul. II. ſuper Obſervantibus à Conventualibus non recipiendis ſine eorum ſuperiorum licentia. f. 148. Ejuſd. alia ſuper eodem ad B. Angelum de Clavaſio Vic. Gen. Ciſmont. ibid. Ejuſd. alia ſuper eodem ad Vic. Gen. Ultram. f. 149. Alia ejuſd. ſup. eodem ad Vic. Gen. Ciſmont. fol. 150

Bulla Alexandri VI. confirmatoria bullarum Pauli II. & Sixti IV. Super domorum tranſlatione, & mutuo tranſitu inter Conventual. & Obſerv. fol. 152

Bulla Julij II. Innovatoria, & confirmatoria bullarum Eug. IV. Pauli II. & Sixti IV. pro Ordinis coocordia. f. 154. Alia ejuſdem innovatoria bullarum ſuorum prædeceſſor. prohibentium tranſitum Obſervantium ad Conventuales. f. 156. Ejuſd. alia confirmatoria concordatorum inter Miniſtr. & Vic. Generales in Hiſpaniis. fol. 157

Diploma Sixti IV. ſuper authoritate Vicariorum Gen. de Obſervantia noviter electorum, & prædeceſſorum. fol. 160

Bulla Jolij II. concedentis Obſervantibus facultatem conſtruendi Conventus ubicumque à populis vocati ſint. fol. 161

Bulla Leonis X. quæ appellatur *Unionis*. f. 163 Alia ejuſd. abſolventis Obſervantes ab oneribus Miſſar. celebrandar. adnexis Conventibus, qui erant Conventualium. f. 168. Alia ejuſd. concedentis Obſervantibus præcedentiam ſuper Conventuales. f. 173. Alia ejuſd. injungentis omnibus Archiep. Epiſcopis &c. ut requiſiti moneant Conventuales de obſervantia bullæ *Concordiæ*. f. 174. Alia ejuſdem attribuentis præcedentiam Obſervaotibus ſuper omnes alios Regulares. fol. 175

Bulla Clem. VII. confirmantis pro Obſervantib. præcedentiam præ aliis Regularibus. f. 177

Bulla Innoc. XI. confirmatoria decreti ſac. Cong. pro præcedentia Obſervantium præ Capuccinis. fol. 178

Bulla Clem. VII. pro commendandis Obſervantibus omnium Chriſti fidel. charitati. f. 190

Bulla Innoc. XI. declaratoria & confirmatoria in toto corpore Obſervantiæ non vigere ullum privilegium regolæ relaxativum. f. 188

Bulla Leon. X. confirmantis Obſervantibus retention. & uſum paramentorum pretioſorum oblatorum ſalva regulæ puritate. f. 191

Bulla Clem. VII. pro compoſitione legatorum perpetuorum Obſervantibus factorum. f. 193

Bulla Paoli III. præcipientis admovendam Capſam pro excipiendis eleemoſynis pecuniariis ex diſpenſatione Clem. VII. conceſſam. f. 193

Bulla Alexand. VI. declarantis hæreditatis incapaces Obſervantes traoſeuntes ad Conventual. pro parentum hæreditate adeunda. f. 194

Breve Jul. II. conſtituentis F. Franciſcum Zenum Commiſſarium, & Nuntium Apoſtol. ad publicandas indulgentias in ſubſidium fabricæ Baſilicæ S. Petri de Urbe. fol. 201

Litteræ Innoc. VIII. deputantis tres Fratres de Obſerv. ſocios B. Joannis de Popula. f. 272. Aliæ ejuſd. concedentis B. Joan. de Popula facultatem erigendi duos Conventus, & Cuſtod. Angelorum immediatè dependentem à Min. vel Vic. Gen. fol. 273

Litteræ Alexand. VI. revocatoriæ omnis facultatis conceſſæ B. Joan. Guadalup. fundandi Conventus &c. fol. 275

Bulla Julij II. reſtituentis B. Guadalup. in priſtinam facultatem. f. 277. Ejuſd. alia plura concedentis Petro Melgario in favorem Diſcalceatorum. f. 279. Ejuſdem revocatoria omnium Melgario conceſſorum. fol. 285

Bulla Urb. VIII. confirmatoria bullæ Gregor. XIII. pro immediata Deſcalceatorum dependentia vel à Gener. Min. vel ab aliquo Diſcalceato. fol. 289

Bulla Sixti V. ſupprimentis Conventus Deſcalceator. à Joan. Bapt. Piſaurienſi in Italia ſine facultate fundatos. fol. 290


Breve

Breve Clem. VIII. ad Nuntium Apoſt. Hiſpaniar. pro convocandis Provinciarum, & Cuſtodiar. vocalibus ad Vicariatum general. confirmandum, vel infirmandum. fol. 293

Breve Greg. XV. concedentis Diſcalceatis Hiſpan. & Indiarum unum Hoſpitium, & Procuratorem Generalem in Vrbe. fol. 295. Bulla ejuſdem ſtabilientis Vic. Gen. pro Diſcalceatis Hiſpan. & Indiar. Diffinitores etiam Gen. Commiſſarios &c. cum independentia ab omni alio, quàm à Min. Generali. fol. 296

Bulla Vrban. VIII. revocatoria omnium conceſſionum à Greg. XV. in favorem Diſcalceatorum factarum. f. 302. Alia confirmatoria præcedentiæ omnium verè Reformatorum præ aliis Regularibus f. 303. Alia pro eodem. f. 305. Alia ad idem. f. 307. Alia interdicens Lectoribus Diſcalcat. titulum Jubilationis, & ex-Provincialibus privilegium Paternitatis. f. 310. Alia interdicens Diſcalceatis commorationem, convictum &c. extra clauſtra in domibus ſæcularium. fol. 311. Alia interdicens provincialibus Diſcalceatis votum in Diffinitorio; & concedens ipſis Diſcalceatis Hiſpan. ut mittant ſuos Procuratores ad Vrbem pro negotiis Provinciarum; Indis autem ut vivant ad normam Hiſpanorum. f. 311. Alia confirmatoria bull. Clem. VIII. in favorem Prov. Diſcalceator. S. Joan. Baptiſtæ cum conceſſione aliarum gratiarum. fol. 315

Bulla Clem. VIII. eximentis Diſcalceatos Prov. S. Joſeph ab omni moleſtia &c. Obſervantium; & ab omni onere Miſſarum celebrandarum; eique incorporantis Provinciam S. Gabriel. Philippinarum. fol. 318

Bulla Vrban. VIII. concedentis Prov. S. Gabrielis Diſcalceat. ut condat ſibi ſtatuta particularia, & gaudeat omnibus gratiis, quibus aliæ. f. 321. Alia concedens omnibus Diſcalceatis facultatē ſepeliendi ſæculares in ſuis Eccleſiis &c. & harum exemptionem à juriſdictione Parochorum. f. 322. Alia eximens Diſcalceatos Prov. S. Didaci ab obligatione accedendi ad publicas proceſſiones. fol. 325

Bulla Alexand. VII. communicantis omnibus, & ſingulis Provinc. Diſcalceator. omnes gratias &c. in particulari, vel in communi à Sede Apoſt. conceſſas Diſcalceatis fol. 325. Alia, ne Diſcalceati tranſeant ad aliam Religionem, niſi ſub formis &c. ab ipſo præſcriptis. fol. 326

Bulla Clem. VII. ad ſtabiliendam ſtrictior. Obſervantiæ Reformam. fol. 337

Bulla Pauli III. ne Obſervantes tranſeant ad Capuccinos, & ut Capuccini olim Obſervantes ad ſuos redire poſſint. fol. 346. Alia decernens aſſignationem domorum Recollectionis in qualibet Prov. intra duos menſes, ſin ſecus concedens Obſervantibus tranſitum ad Capuccinos. fol. 347. Alia pro eadem aſſignatione domorum Recollect. & interdicens mutuum tranſitum inter Obſervantes, & Capuccinos. fol. 348

Bulla Clement. VIII. concedentis Cuſtodibus Reformatis receptionem novitiorum ſub aliquibus conditionibus extra Capit. & Congreg. fol. 352

Breve Sixti V. diſpenſativum ſuper contiguitate aliquorum Conventuum Reformatis aſſignatorum. fol. 352

Bulla Clem. VIII. confirmativa, & ampliativa bull. Gregor. XIII. in favorem ſtric. Obſerv. fol. 355

Bulla Gregorij XIII. recitata, & confirmata per bull. Clem. VIII. in favorem ſtric. Obſerv. fol. 355

Diploma Clem. VIII. pro deputatione Viſitatorum Apoſtolicorum in univerſas Italiæ Prov. Reformatas. fol. 362

Bulla Vrb. VIII. deſtinantis duos Viſitatores Apoſtolicos Reformationis Italicæ. fol. 368

Diploma Clement. VIII. ſubjicientis Reformatos Commiſſ. Generali Ciſmont. fol. 370. Aliud declarantis Reformatos veros, non novos religioſos Minoritas, Regulam purè obſervantes, & gaudentes omnibus privilegiis, quibus Fratres de Familia. fol. 371

Bulla Pauli V. declarativa authoritatis Miniſtrorum Gen. & Provinc. ac Cuſtodum Reformatorum, & præſcribens receptionem Novitiorum; & tranſitum Fratrum, ac tranſlationem Conventuum à Familia ad Reformam. 372

Bulla Gregor. XV. confirmativa conſtitutionum Gregor. XIII. & Clem. VIII. & ordinativa plurium aliorum in favorem Reformæ. f. 374. Alia pro inſtitutione Vic. Gen. ſuper Reformatos Italiæ. f. 375

Bulla Vrban. VIII. abrogantis Vic. Gen. Reformatorum, quos totaliter ſubiicit Miniſtro Gen. f. 380. Alia erigens Cuſtodias Reformatas Italiæ in Provincias. fol. 384. Alia præſcribens lectiones Theologiæ miſticæ, & Regulæ, receptiones novitiorum &c. fol. 386

Bulla Clem. VIII. confirmatoria Decreti Cardinal. Mathæij de transferendis Conventibus ab Obſervantibus ad Reformatos ſalva ſuppellectili. fol. 389

Bulla Vrb. VIII. pro validanda omni tranſlatione Conventuum ab Obſervantibus ad Reformatos. fol. 390

Bulla Gregor. XV. concedentis Reformatis receptionem Conventuum non quæſito conſenſu aliorum Regular. um. fol. 391

Diploma Clem. VIII. ad Cardin. de Ioyoſa pro introducenda Reformatione in Provinciam Aquitan. fol. 402. Alia confirmatoria erectionis Reformationis in Provinciis Galliar. ad leges Reformationis Italicæ. fol. 402. Ejuſd. breve ad Archiepiſcopos &c. Galliarum, quòd provideant Reformatis de Conventibus pro multitudine venientium ad Reformationem. fol. 404. ejuſd. bulla declarans Reformatos non novos, nec filiales, ſed veros Fratres Min. Regulæ Obſervatores, tutos in Conſcientia erſi Cuſtodibus, & non Miniſtris ſubjectos, ac gaudentes omnibus gratiis &c. quibus Fratres de Familia. fol. 405. Alia pro receptione Novitiorum, celebratione Capitulorum & Congreg. ac receeptione Conventuum Fratrum de Familia. fol. 407

Bulla Pauli V. concedentis Recollectis facultatem celebrandi ſua Capitula Cuſtodialia ſeparatim à Provincialibus, & recipiendi FF. de familia in ſua, vel in viciniori Cuſtodia. fol. 407. Alia confirmatoria concordatorum inter Obſervantes, & Recollectos in Galliis. fol. 414. Alia pro

Cuſtodia Aquitaniæ Antiquioris erigenda in Provinciam Recnllectum. fol. 415

Bulla Greg. XV. Declarantis, nuvas Prov. Recollectas Galliæ. gaudere iiſdem privilegiis, quibus Cuſtodiæ, à quibus ſolo nomine diſcrepant. fol. 416

Bulla Vrb. VIII. pro tranſitu reciproco inter Obſervantes, & Recollectos in Galliis. fo. 417 Alia. 418.

Bulla Clem. VIII. conſtituentis Reformatos Belgic. ſub propriis Cuſtodibus. fol. 421

Breve Greg. XV. adgratulantis Duci Bavariæ pro reformæ in illa Provincia ſtabilimento. f. 426. Ejuſd. diploma confirmativum litterarum Pauli 5. prohibentium introductionem reformæ in Poloniam. fol. 428

Bulla Vrbani VIII. confirmantis Cuſtodiarum Reformatar. in Polonia erectionem, & Italicæ reformationis adoexionem. fol. 434. ejuſd. breve pro deſtinando Michaele de Caſentino in Viſitatorem tum Regolar. tum ſtrict. Obſerv. in Polonia. fol. 435. Aliud ejuſdem deſtinaotis Paulum Lauden. ad viſitandam Refurmam Polonicam. fol. 486

Diploma Clem. VIII. declarantis in quibus Eccleſiis poſſint reformati habere organa, & vaſa pretioſa. fol. 444

Bulla Pij V. mandantis aſſignationem duarum domnrum ad recollectionem per ſingulas Provincias. fol. 459

Bulla Paoli V. concedentis Recollectis unum Diffinitorem in qualib. Prov. Indiarum occident. fol. 406

Bulla Greg. XIII. erigentis domos recollectas Valentiæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ in Prov. recollectam Terraconenſem. fol. 464. Alia confirmans concordata inter Obſervaotes, & eaſdem domos Recollectas. fol. 469

Bulla Greg. XV. ſupprimentis Provinc. Recollectam Terraconen. fol. 474

Bulla Alexan. VII. confirmatoria decreti S.C. modificantis concordata inter Obſervantes, & recollectos provinciæ Valentinæ. fol. 476

Bulla Clem. VIII. Interdicêtis aliis Regularibus extructionem novorum Conventuum inter confinia Conventuum Recollect. in Provinc. Concept. Hiſpanica. fol. 477

Bullæ Vrb. VIII. in favorem Recollectorum Granaten. circa regimen. fol. 481. De non extrahendis libris &c. à bibliothecis, & ornamentis ab Eccleſiis. fol. 482. & pro dimiſſione non recollectè viventium à recollectione. fol. 483

Bulla Innocentij IV. concedentis noſtris Eccleſiis conventualitatis titulum. fol. 488

Bullæ Martin. V. diſpenſativæ in paopertate Franciſcana; altera pro Generali, ejuſque Comitatu; fol. 494. altera pro toto Ordine circa bona immobilia. fol. 496

Bulla Engen. IV. revocatoria dinſpenſationum per præcedentes Martini 5. factarum. f. 498. Alia abſolotoria Gullielmi Min. Generalis à juramento de non petendis, aut acceptandis dipenſationibus in regula f. 499. Alia ſuſpenſiva præd. revocatoriæ uſque ad Capit. Gen. f. 500. alia præcedentis revocatoriæ revocatoria, & Martinianæ confirmatoria. ibid.

Bulla Sixti IV. confirmatoria diſpenſationum à prædeceſſoribus factarum in regula, & conceſſoria ſucceſſionum in bonis parentum, acſi Fratres eſſent in ſæculo. fol. 501

Bulla Leon. X quæ dicitur *Concordia* ſegregans Conventuales in unum Corpus ab Ordin. Communitate diſtinctum. f. 505. ejuſdem breve confirmatoriũ Antonij Marcelli in Magiſteriatu, non in Miniſteriatu Gen. Conventualium. f. 512

Bulla Pauli III. confirmantis privilegia Conventualium, & concordata cum Obſervantibus fol. 513

Bulla Pij IV. coofirmantis conſtitutiones pro reformatione Conventualium. fol. 516

Bulla Pij V. continens conſtitutiones pro reformatione Conventualium. f. 518. Alia pro reſtauranda reformatione. ibid. Alia præcedentia confirmativa. f. 520. alia confirmativa præcedentium ad idem. ibid.

Bulla Vrbani VIII. confirmantis conſtitutiones pro Conventualibus reformatis. fol. 521

Bulla Nicol. V. confirmantis donationem Eccleſiæ parochialis S. Salvatoris *de Unda* in Vrbe factam Procuratori gen. Conventual. ibid.

Bulla Clem. VII. confirmantis eandem donationem. fol. 523

Breve Alexan. VI. ad Reges Catholicos, ut ſuperſedeantur reformationi Religionum à Ximenio in Hiſpaniis prætenſa. fol. 526

Breve Clem. VII. ad Miniſtrum Prov. Burgen. Obſervantiæ pro reformandis omnibus Conveotibus Conventualium, & Monialium ipſis ſubjectarum in Regno Navarræ. fol. 527

Bulla Pij V. indicentis reformationem omnium Conventualium cujuſcumque Religionis in Hiſpaniis f. 529. Alia pro reformatione Monialium. fol. 531. Alia pro reformatione Tertiariorum cum applicatione redditũum &c. in ſubſidium pauperum Monialium. fol. 532

Breve Clem. VIII. deputantis Archiepiſcopum Toletan. pro applicatione redditũum &c. Conventualium, & Tertiariorum in Hiſpaniis Reformatorum in ſubventionem pauperum Monialium. fol. 534. Alia pro ſuppreſſione Conventualium in Provinciis Aquitaniæ, & S. Ludovici. fol. 538

Bulla Leon. X. confirmantis tranſitum Conventualium Daniæ ad Obſervantes. fol. 541

Bulla Sixti V. concedentis Conventualibus reformaris facultatem recipiendi in Provinciis Sicula, & Napolitana Novitios &c. fol. 543

Bulla. Vrb. VIII. ſuprimentis Conventuales reformatos. fol. 547

Bulla Clem. IX. confirmantis quædam ſtatuta Conventoalium reformatorum. f. 549. Alia pro ſuppreſſione finali eorumdem. fol. 550

Breve Clem. VII. revocantis factas facultates Mathæo à Baſcio, & ſociis vivẽdi in eremitoriis independenter à Miniſt. gen. f. 559. Aliud. f. 560. Ejuſdem diploma pro erectinne Congreg. Capuccinorum. fol. 562

Bulla Panli III. confirmantis erectionem congregationis Capuccinorum ſub proprio Vic. Gen. &c. fol. 564

Diploma Clem. VII revocantis omnes facultates factas Obſervantibus tranſeundi ad vitam

tam eremiticam. fol. ſ68.

Bulla Clem. VII. interdicentis Capuccinis receptionem Obſervantium. fol.ſ70

Bulla Pauli III. interdicentis eandem receptionem donec &c. fol.ſ71

Bulla Sixti V. interdicentis eandem receptionem. fol.ſ7ſ

Bulla Pauli III. interdicentis tranſitum reciprocum inter Obſervantes, & Capucinos. f.ſ79 & Capuccinis ne ſe transferant Ultramontes. fol. ſ80

Bulla Pauli V. concedentis Capuccinis facultatem extruendi domos per totam Hiſpan. f.ſ81 Alia abſolventis eos ab omni dependentia à Conventualibus. f. ſ83. Alia eos declarantis veros Fratres Minores. fol.ſ84

Bulla Urban. VIII. declarantis Capuccinos fuiſſe, & eſſe ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros Fratres Ord. S. Franc. f.ſ8ſ.

Bulla Greg. XIV. eximentis Capuccinos ab audiendis ſæcularium confeſſionibus. fol.ſ86

Bulla Clem. VIII. concedentis Diffinitorio gen. Capuccinorum facultatem eligendi de Capitulo generali in capitul. gen. aliquos Religioſos ad audiendas ſæcularium confeſſiones. f.ſ87

Bulla Greg. XIII. imponentis Tertiariis Conventualium in Sicilia geſtationem habitus diverſi à Capuccinico. fol.ſ88

Bulla Greg. XIV. interdicentis Eremitis Acephalis geſtationem habitus ſimilis Capuccinico: & Conventualibus receptionem Capuccinorum. fol.ſ89

Bulla Pauli V. concedentis Capuccinis geſtationem propriæ Crucis in publ. proceſſionibus. fol. ſ92

Bulla Pij V. interdicentis tranſitum reciprocum inter Capucinos, & Minimos ſine ſpeciali Sedis Apoſt. licentia. f.ſ94

Bulla Innoc IV. confirmatoria Regulæ S. Benedicti pro Clariſſis. f. 604. Alia confirmatoria regulæ paupertatis eiſdem à S. Franciſci traditæ. f.617

Bulla Urban. IV. continens regulam 2. pro Clariſſis, quæ *Urbaniſtæ* vocantur. f.618

Bulla Innoc. IV. præſcribentis Clariſſis formam habitus. f.637

Bulla Alex. IV. declarantis Clariſſas fundatas à S. Franc. & ſupprimentis mulieres vocitantes ſe *Sorores Minorum*. f.638

Diploma Greg. IX. renuentis confirmare ad inſtantiam B. Agnetis Bohemæ regulam tertiam compactam ex Franciſcana, & Pontificia. f.641

Diploma Innoc. IV. declarantis Clariſſas non obligatas ad obſervantiam regulæ Benedictinæ. fol. 643

Diploma Nicol. III. declarantis, Clariſſas etſi non poſſidentes non comprehendi in decreto Concilij Lateran. f.64ſ

Diploma Innoc. IV. reducentis Clariſſas à multiplici ad unam vivendi methodum. f. 646

Diploma Alex. IV. confirmantis unionem duorum monaſteriorum ad portam Imolæ jam Benedictinorum ſub regula Clariſſar. f. 6ſ1. Aliud pro ſupprimendo monaſterio S. Joan. de Legano ibid.

Diploma Innoc. IV ſubjicientis Minor. directioni Damianitas, quibus & præſcribuntur forma habitus & alia plura. f. 6ſ3. Aliud eximentis Minores à cura Monialium habenda ſine ſpeciali Sedis Apoſt. licentia. f. 6ſ6. 7.

Diploma Alexan. IV. confirmantis Minoritis Alemanis eandem exemptionem. f.6ſ7. Aliud pro injungenda Provinciali Aragoniæ cura monaſterij Clariſſarum Barchinon. f. 6ſ8

Diploma Urban. IV. committentis Minoritis curam de Clariſſis tantùm ex charitate. f.6ſ9

Bulla Clem. X. ad petitionem Recollectorum transferentis ab ipſorum ad Ordinarij juriſdictionem monaſterium S. Claræ Tarlaten. f. 662

Diploma Innoc. IV. committentis curæ Minorum monaſterium Clariſſarum. S. Angeli Æſculani. f. 66ſ. Aliud aſſignantis modum gubernij de Clariſſis per Minoritas habendi. ibid.

Diploma Bonif. VIII. confirmantis bullam Urb. 4 præſcribentis Minoritis modum, & juriſdictionem in gubernio Clariſſar. f.666

Bulla Clem. VI corroborantis præcedentem bullam Bonifacij. 8. f.667

Bulla Joan. XXII. confirmantis ſtatuta per prædeceſſores ſuos circa idem gubernium. ibid. Alia inſtituentis Gerardum de Oddonis in Protectorem Clariſſarum donec &c. f. 676. Alia pro Clariſſarum exemptione à gabellis &c. quatenus Minoribus ſubjectarum. f.678

Breve Leon X. declarantis, & obfirmantia integram Clariſſarum ſubjectionem ad Ord. Minorum. fol. 680

Diploma Pauli III. decernentis reducenda ad obedientiam Miniſtrorum Monaſteria Clariſſar. detrectantia. fol. 981

Bulla Urban. VII. confirmantis ſententias emanatas contra Moniales Monaſterij S. Margaritæ Santaren. rebellantes, eaſque item Ordini ſubjicientis. fol. 684

Bulla Nicolai V. præſcribentis electionem, & durationem in officio Abbatiſſarum, & authoritatem Confeſſariorum in abſolvendis Monialibus fol. 688

Diploma Clem. VIII. confirmatorium decreti Cardin. Matthæi interdicentis Obſervantibus procuratorîas &c. Monialium. fol.690

Litteræ Innoc. VIII. concedentis facultatem inſtituendi Ordinem Conceptioniſtarum, & aſſignantis formam habitus, & methodum vivendi. fol.692

Bulla Iul. II. Confirmantis omnes conceſſiones à prædeceſſoribus factas Conceptioniſtis f.69ſ. Alia præſcribentis eiſdem novam regulam. f.698

Diploma Leon. X. concedentis Conceptioniſtis omnia privilegia, quibus gaudent Minores, Clariſſæ, & Tertiarij. fol.704

Bulla Clem. X. modificantis præceptum Conceptioniſtis impoſitum de non alloquendo poſt profeſſionem in perpetuum ſæculares neque Genitores ipſos. fol. 70ſ

Bull. Leon. X. approbantis, confirmantis, & ampliantis regulam Annuntiatiſtarum. f. 708. Alia concedentis Annuntiatiſtis varias indulgentias. fol. 71ſ

Bulla Pauli III. committentis F. Germano Aubert examen ſtatutorum antiquorum Annuntiatiſtarum, quas ſubjicit Protectori Minorum, eiſ-

que confirmat privilegia. fol.718

Bulla Pauli V. confirmantis omnia privilegia Annuntiatiſtis conceſſa. fol.819

Breve Ioan.XXII. committentis F.Michaeli de Ceſena reformationem Monaſterij S. Ant.Ferrarien. fol.720

Breve Greg. X.deſtinantis Arnaldum &c.Serranum ad reformandas Minores, & Clariſſas in Hiſpan.f.721.Aliud ordinantis Clariſſis,ut eidem Arnaldo &c.in ipſarum viſitatione provideant de neceſſariis expenſis. fol.722

Brevia Eugen. IV. injungentis Gullielmo Miniſtro Gen. reformationem aliquorum Monaſteriorum Clariſſar.722.3. Bulla ejuſdem interdicentis Monaſterio Monticellano receptionem Monialium inde ob relaxationes expulſarum. f. 724. Alia ſubjicientis omnimodæ correctioni &c. Generalis Minorum omnia, & ſingula Monaſteria Clariſſ. fol.725

Breve Ioan. XXIII. injungentis Antonio de Maſſa Gen. Min.reformationem aliquorum Monaſteriorum in Tuſcia. fol. 726

Breve Julij II.concedentis Minorum Generali facultatem cogendi ad reformationem Clariſſas. fol. 728

Bulla Sixti IV. concedentis plura privilegia ſpiritualia Minoribus, & Clariſſis. fol.749

Bulla Greg. IX. confirmantis aliqua circa clauſuram pauperum *Monialium Incluſarum S. Damiani*.. fol.753

Diploma Innocent. IV. pro revocandis Clariſſarum converſis extra Monaſterium vagantibus. fol. 754

Breve Clem. VI. concedentis Sanciæ Reginæ Clariſſæ egreſſum extra Clauſuram cum duabus Monialibus ad opera pia. fol.754

Bulla Leon. X. ne licentiæ Sæcularibus factæ intrandi Monaſteria Clariſſarum valeant ſine prævio Monialium, & Superiorum conſenſu. f.755.Alia graviſſima contra Fratres pro ingreſſu Monaſteriorum,etiam Tertiariarum. fol.756

Bulla Greg. XIII.revocatoria licentiarum conceſſarum Duciſſis &c. intrandi Monaſteria Monialium. fol.757

Bulla Pauli V.eaſdem licentias modificantis.f.758. Alia ejuſdem revocatoria omnium prædictarum licentiarum. fol.759

Bulla Urbani VIII. ut licentiæ prædictæ non ſuffragentur, niſi accedente conſenſu Monialium capitulariter,& per ſecreta ſuffragia præſtando.f. 760.Alia pro expellẽdis è Monaſterio Matritenſ. Mulieribus,ſeu puellis ingreſſis prætextu recipiẽdi habitum, & ſuo tempore emittendi profeſſionem,quæ poſt annum hoc non præſtant. fol.760

Bulla Alexand. VII. contra mulieres, quæ variis extortis licentiis cellas ad inhabitandum conducebant in Matriten. S. Claræ monaſterio. fol.762

Bulla Clem.VIII. declarantis Tertiarias Oppidi de Carrion obligandas ad Clauſuræ cuſtodiam,ſaltem ex decreto Conc. Tridentini. f.764

Bulla Greg IX.ſupprimentis Chordularias,ſeu Minoriſſas, ſeu Clariſſas fictas. fol.765

Bulla Greg. IX.concedentis Monaſterio Clariſſar. de Burgis electionem propriæ Abbatiſſæ. fol.766.

Bull.Sixti V.determinantis gubernium Abbatiſſarum Clariſſ. ad triennium, & poſt officium eas obligantis ad rationem reddendam. f. 767

Bulla Pauli V.confirmantis idem gubernium ad triennium. fol.768

Bulla Clem. X. confirmatoria decretorum attribuentium Clariſſis omnibus libertatem in electione Abbatiſſæ. fol.769

Bulla Clem. VI. interdicentis Monialibus Converſis Monaſt. Corp.Chriſti Neapolitan.velum nigrum,& benedictionem. fol. 770

Bulla Pauli III. decernentis litteras etiam Apoſt.pro transferendis à Monaſterio ad Monaſterium Monialibus ſemper intelligendas:*Si Superiorum ſuorum aſſenſus interveniat*. fol.771

Deciſio Pauli III.ſuper lite duorũ monaſteriorum pro dote,& bonis unius Monialis, quæ de uno ad aliud tranſierat. fol.772

Deciſio Pauli IV. ſuper lite plurium Monaſteriorum prætendentium bona Mariæ de Meneſos, quæ in illis ſucceſſivè legitimam profeſſionem emiſerat. fol.775

Diploma Clem. VI. concedentis Monaſterio S. Crucis Neapolitano ſex probas mulieres ad Monialium ſervitia. fol.776.

Bulla Pauli III. concedentis omnibus Monialibus Generali Minorum ſubjectis aliquas honeſtas mulieres ſæculares intra clauſtra ex legitimis cauſis occurrentibus repellendas. f. 777. Alia fol. 778

Breve Greg. XII.indulgentis Clariſſar. Hiſpanar. ſingulis denariis ſingulas ancillas. f.779

Bulla Alexandri VII. confirmantis decretum, quo ſac. Congreg.declaravit Tertiariarum inſervientium Clariſſis Lugdunenſib. vota eſſe ſimplicia,eaſq; ex cauſis aſſignatis dimittẽdas f. 779

Bulla Clem. V. confirmatoria regulæ Tertij Ord.S.Franc. f.789

Diploma Joan. XXII. pro vindicando Tertio Ord. à calumnia de errore Fraticellorum &c.fol. 793. Aliud contra Epiſcopum, & Officialem Baſileenſes à præfatia calumnia poſt ejus ſententiam pertinaciter non recedentes f.794. aliud committens locorum Ordinariis examen Tertiariorum de erroribus imputatis. f. 796. aliud declarans eorum innocentiam & veram pietatem. f.797

Bulla Eug. IV. conferentia Vicario Prov. S. Antonij Obſerv. gubernium omne Tertiariorum cum expreſſa facultate eos admittendi ad habitum, & profeſſionem. f.802

Bulla Alexan. VII. confirmatoria plurium S. C. decretorum prohibentium Capuccinia traditionem habitus Tertij Ordin. ſæcularibus maximè mulieribus. f. 804

Bulla Clem. X. confirmatoria præcedentium bullæ Alex. 7. & decretorum ſac. Cong.& interdicens abſolutè talem habitus traditionem. f.805

Bulla Alexan. VII ſubjicientis quoſlibet ſæculares Tertiarios Superioribus Ord. Min.ad quos ſpectet eos ad habitum recipere, corrigere &c. fol. 817.

Bulla Pauli II.concedentis tertiariis ſæcularibus in Congregat. viventibus, varias gratias ob pietatis obſequia infirmis &c.in hoſpitalibus impenſa. f 820

Diploma Eugenij IV. committentis Jordano Card.

Card. Sabinen. deciſionem dubij ; an Tertiarij ſæculares ſint inhabiles ad matrimonium , aut obligati ad caſtitatem. fol. 8a4

Bulla Bonifacij VIII. concedentis Fratribus tertij Ordio. in Alemannia in commune viventibus oratoria , & Capellas. fol. 8a6

Bulla Urban. V. accipientis ſub protectione Sedis Apoſt. bona Tertiariorum in Congregatione Zepperenſi adunatorum. ibid.

Bulla Bonif. IX. coocedentis Tertiariis in diſtrictu Trajecten. facultatem celebrandi Capitulum, & eligendi ſibi Superiorem Generalem. fol. 727

Bulla Ioann. XXIII. approbantis ſolennem trium votorum profeſſionem per Tertiarios regolares in Flandria ab anno 1410. emiſſam , & vivendi methodum regularem. fol. 8a7

Bulla Eugenij IV. concedentis Tertiariis Hiſpanicis celebrationem ſuorum Capitulorum Generalium , & Viſitatorem cum aſſignatione poteſtatis. fol. 832

Bulla Nicolai V. præcedentem facultatem pro Italia amplianțis. fol. 833

Bulla Sixti IV. confirmantis pro Italis omnes conceſſiones aliàs factas pro aliis cum facultate Viſitatori viſitandi , corrigendi &c. Eremitas &c. fol. 835. Alia declarantis eorum vota in profeſſione eſſe ſolemnia ad inſtar aliorum Religioſorum. fol. 836

Bolla Julij II. extendentis ad ipſos omnia privilegia Ordini Minorum conceſſa cum facultate celebrandi ſua Capitula Generalia , & prohibitione tranſitus ad alias Religiones. fol. 837

Bulla Leon. X. accommodantis Tertiariis Regularibus utriuſque ſexus in clauſtro regulam deſcriptam pro ſæcularibus in propriis domibus commorantibus. ibid.

Bulla Martini V. concedentis B. Angelinæ. & ſociis Tertiariis regulariter profeſſis Miniſtras pro ſingulis Monaſteriis , & unam Generalem ſuper omnia, quæ viſitare poſſit. fol. 840

Bulla Eugenij IV. confirmatoria bullæ Martin. V. præcedentis fol. 841. Alia concedens Miniſtræ gen. Tertiariarum unam Vic. Gen. f. 842. Alia totum ab initio repetens , & confirmans. ibid.

Diploma Pij II. ſupprimentis authoritatem , & electionem Miniſtræ gen. Tertiariorum Monialium. fol. 844

Diploma Sixti IV. ad componendas controverſias inter Minores , & Tertiarias moniales circa clauſuram ab his ſervandam , nec ne. f. 845

Diploma Leonis X. ſubjicientis Obſervantium juriſdictioni Tertiarias Regulares fol. 846. Aliud declarantis eaſdem eſſe veras religioſas. ibid.

Litteræ Pauli III. modificantis rigoroſiora jejunia Tertiariarum regularium. fol. 848

Bulla Clem. VIII. præſcribentis Tertiariis regularibus modum eligendi ſuos Superiores Generales , Provinciales , Conventuales & alios Congregationis Officiales. f. 850

Bulla B. Pij V. pro reformatione Tertiariorum, quos Miniſtris Generali , & Provincialibus Minorum facit totaliter ſubjectos. fol. 85a

Bulla Pauli V. confirmantis Tertiariis Reformatis facultatem celebrandi ſingulis bienniis, vel trienniis Capitulum provinciale &c. fol. 857

Bulla Pauli V. confirmatoria variorum ſtatutorum à Capitulis FF. de tertio Ordine pro ejuſdem Ordinis reformatione editorum. fol. 806

Bulla Urbani VIII. ſupprimentis Vicariatum, ſeu Viſitatoratum generalem Tertiariorum regularium reformatorum. fol. 863

Bulla Innocentij X. totaliter extinguentis eundem Vicariatum generalem , & iterum reducentis eoſdem Tertiarios ad antiquam omnimodam dependentiam à Miniſtro , & Commiſſ. gen. necnon à Protectore Obſervantium. f. 864

Bulla Pauli V. confirmantis varias conceſſiones à Miniſtro gen. Obſerv. factas Congregationi Reformatæ Tertiariorum. fol. 666

Bulla Urban. VIII. confirmantis ſententiam à Card. Franciſco Barberino latam de validitate votorum emiſſorum à Tertiariis Galliarum ſub Vicariatu gen. Vincentij Muſſart. fol. 869

Bulla Greg. XV. prohibentis Tertiariis tranſitum ad quamcumque aliam religionem ex mendicantibus ſine Prov. ſui in ſcriptis licentia. f. 872

Bulla Innoc. X. concedentis Tertiariis reformatis Converſis votum in aliquibus publicis Conventus conſiliis ad publicum Conventus regimen ſpectantibus. fol. 873

Bulla Alexandri VII. terminantis varias lites, reſpondentis ad aliquot dubia circa acceptationem Oblatorum in Congregatione tertij Ordinis Gallicana ad caputium , & ſtatum Converſorum profeſſorum, præſcribentis etiam modum ejuſmodi acceptationis. f. 874. Alia pro confirmatione aliquorum decretorum S. Congreg. ad prædictam Oblatorum acceptationem ſpectantia, & pro declaratione contractuum, & conſiliorum Conventus , in quibus poſſunt habere votum Converſi profeſſi. fol. 876

Bolla Clem. X. componentis omnes differentias in Congregatione Tertiariorum Gallicana ſuper acceptationem Oblatorum ad caputium , & ſtatum Converſorum , & votum quod in publicis Conventus negotiis , & conſiliis habere poſſunt Converſi. fol. 877

Bulla Nicolai V. ob inconvenientia ex uniformi ſæcularium , & regularium Tertiariorum habitu provenientia conſtituentis varia de Caputio , & Scapulari, ac de aliis. fol. 880

Bulla Clem. VIII. confirmantis decretum Card. Matthæi Protectoris, quòd habitus Tertij Ordinis in Portugallia ſit ex vili panno contexto ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ , & una naturaliter alba. fol. 88a

Bulla Pauli V. confirmantis decretum Cardinalium Mariani Perbenedicti Protectoris Minimorum, & Hieronymi Pamphilij Viceprotectoris Minorum deputatorum pro componendis controverſiis inter ipſos Minimos , & Tertiarios vertentes pro habitu à Tertiariis geſtando diverſo ab habitu Minimorum. fol. 884. Alia pro confirmanda licentia Tertiariis ab Archangelo à Meſſana Miniſt. gen. facta geſtandi cingulum crineum , ſeu canapæum , ac calepodia. fol. 885. Alia , quâ interdicitur Eremitis geſtatio habitus ſimilis habitui Tertiariorum Cong. Gallicanæ. fol. 886

Bulla Nicolai IV. ſubjicientis Viſitationi &c.

Minorum Tertiarios eidem voluntariè, juxta Pontificiam cohortationem non acquieſcentes, acquieſcentes verò gratiis &c. replentis. fol. 887

Bulla Innocentij IV. ſubjicientis viſitationi &c. FF. Minorum Congregationem Tertij Ordinis in Italia, & Sicilia. fol. 888

Bulla Joann. XXII. eandem ſubjicientis in Lumbardia. fol. 889

Bulla Martini V. eandem ſubjectionem abſque limitatione innovantis. ibid.

Bulla Eugen. IV. eandem Congregationem ex integro ſuæ libertati reſtituentis. fol. 890. cum aſſignatione executorum. fol. 891. Alia ad eam eximendam in Caſtella. ibid.

Bulla Pij II. eandem Congregationem omnino ſubjicientis in Caſtella. fol. 893

Bulla Siati IV. eá ſubjiciẽtis in orbe univerſo. ibid. Alia pro ſpeciali ſubjectione in Belgio. f. 895

Bulla Alexand. VI. ſubjicientis Tertiarios Bruxellenſes. fol. 897

Bulla Iulij II. confirmantis bullas Innocentij IV. & Siati IV. pro ſubjiciendis in univerſo Orbe Ordini Minorum Tertiariis. fol. 898. Alia pro eximendis Tertiariis Lumbardiæ à ſubjectione Conſervatorum à FF. Minoribus deputatorum. fol. 900. Alia confirmatoria bullarum Innocentij IV. & Sixti IV. & ſuarum pro ſubjectione eadem in Italia, & regno Siciliæ. f. 901. n.

Bulla Clem. VII. confirmantia in officio Viſitatoris Generalis cum omnimoda poteſtate ſuper totum Tertium Ordinem per Hiſpanias, & Luſitaniam Antonium de Tablada. fol. 903

Bulla Pauli III. reducentis Tertiarios ad obedientiam Obſervantium. fol. 911

Bulla Vrbani VIII. cootra Eremitas ſine debita Superiorum de Ord. Min. licentia habitum Tertij Ordinis geſtantes. fol. 917. Alia ejuſdem committentis reviſionem cauſæ Tertiariorum contra Fratres Mioimos pro præcedentia. f. 919

Bulla Pauli III. confirmatoria cujuſdam conventionis inter aliquos Fratres de Tertio Ord. Conventuum Superiores. fol. 920

Bulla Pij II. ſuper lite Tertiariorum de S. Hieronymo circa habitum antiquum vel retinendum, vel mutandum. fol. 923

Bulla Pauli II. ſuper eodem. fol. 924

Bulla Eugenij IV. confirmatoria donationis loci pro conſtructione primi Conventus Congregationis Feſulanæ S. Hieronymi. fol. 926

Bulla Urbani VIII. pro erectione, & confirmatione Militiæ Equitum Immaculatæ Conceptionis fol. 927. Alia ejuſdem ampliatoria authoritatis Magni Magiſtri, & gratiarum Militum prædictæ Militiæ. fol. 930

# DECRETA

## SACRARVM CONGREGATIONVM,

## & Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Protectorum, & aliorum.

a

DECRETVM Card. Pilei Apoſt. Sedis Legati concedentis F. Pauluccio facultatem recipiendi domos, communicandi cum ſchiſmaticis &c. fol. 11.

Decretum Concilij Conſtantien. eximentis FF. regularis Obſerv. ab immediata obedientia Miniſtrorum; eoſque conſtituentis ſub obedientia Vicariorum Generalium, & Provincialium. fol. 21

Decretum Concil. Baſilien. confirmatorium decreti Conc. Conſtantien. in favorem Obſervantium. fol. 25

Decretum Concil. Conſtan. pro Conventuum & Fratrum Galliæ tranſitu ad Obſervantiam, à qua non poſſint exire ſine ſpeciali licentia Vic. Gen. fol. 135

Decretum Card. Gregorij Coſtæ Vice-Protectoris ſuper tranſitu Obſervantium ad Conventuales, ad Clarenos &c. abſque licentia Superiorum. fol. 15

Decretum ſac. Congreg. Inſertum in bulla Innoc. XI. confirmatoria ejuſdem pro præcedentia Obſervantium præ Capuccinis utpote filialibus. fol. 178. Aliud ſuper eodem confirmativum præcedentis. ibid.

Decreta à Congreg. Prælatorum Viſitationis Apoſtolicæ publicata ex vivæ vocis oraculo Vrb. VIII. ſuper concordia Obſervantium, & Reformatorum. fol. 184

Decretum S. C. Indicis permittens Capuccinis iteratò impreſſionem annalium Boverij jam ſuſpenſorum, adhibita tamen correctione &c. fol. 198

Litteræ patentes Cardin. Bonaventuræ Calatagyron. Ord. Generalis pro deputatione Viſitatorum Cuſtodiarum Reformatarum. fol. 365

Decretum Card. Matthæij Protectoris pro tranſitu Obſervantium ad Reformatos, petita, etſi non obtentâ licentiâ ſuorum Superiorum. f. 392. Decreta diverſa S. C. pro pace Ordinis fol. 394

Decretum Cardin. de Joyoſa authoritate Apoſtolica erigentis Reformationem in Prov. Aquitaniæ. fol. 402

Decretum Cardin. Pompei Aragonij Protect. pro mutuo tranſitu inter Obſervantes, & Recollectos in Galliis. fol. 417

Litteræ patentes Cardin. Veralli Protect. de ſpeciali mandato. Greg. 15. deſtinantis F. Alexandrum

xandrum Paravionm Commiſſ. Apoſt. ad introducendam Reformam in Poloniam. f. 417

Decretum Cardin. de Torres Nuntij Apoſt. in Polonia pro Reforma inibi ſtabilienda f. 430

Decretum S. C. pro præcedentia Reformatis debita ab aliis Regularibus, ſive ſoli, ſive cum Familia incedant. f. 445.

Litteræ Cardin. Veralli Viceprotect. proviſoriæ pro querelis Recollectorum Aquitaniæ, quòd inviti traherentur per Provinciales à domibus recollect. f. 478. Aliæ pro novitiis ſive perpetuis, ſive liberam recollectionem eligentib. f. 479

Inſtrumentum Marcelli Lantes Auditor. Cur. Cam. Apoſtolicæ deinde Cardin. Protect. Conventualium confirmativum concordatorum inter Obſervantes, & Conventuales. f. 509

Decretum Cardin. Laurentij Puccij Major. Pœnitentiarij concedentis Matthæo à Baſcio, & ſociis facultatem vivendi vitam eremiticam ſub Mag. Gen. Conventualium. f. 558

Sententia interlocutoria trium Card. deputatorum ſuper controverſias inter Obſervantes, & Capuccinos. f. 571

Litteræ Raynaldi Cardin. Oſtien. authoritate Apoſt. confirmantis Regulam à S. Franciſc. Clariſſis traditam. f. 613

Litteræ Cardin. Joannis tit S. Nicolai Ordin. Protect. transmittentis ad Clariſſas Regulam 2. ab Urbano IV. traditam. f. 618

Litteræ Cardin. Philippi de Cabaſſole Protect. ad ſingularem inſtructionem Prælatorum Ord. in regimine Clariſſ. f. 668

Litteræ Cardin. Franc. Barberini Protect. concedentis Ordin. Superioribus in regimine Clariſſ. idem, quod ſuus prædeceſſor. f. 675

Decretum S. C. Regul. continens narrationem, & deciſionem cauſæ inter Ordinem, & Moniales Monaſt. S. Margarit. Santarenen. rebellantes f. 684

Decretum S. C. remittentis Cybo Card. Protectori libellum ſupplicem Ioſeph Ximenij Gen. pro dimittendis Monialibus quarum Confeſſarij coguntur eſſe Factores &c. f. 691

Decretum Card. Alderani Cybo Protect. pro dimittenda cura Monialium quarum Confeſſarij coguntur adminiſtrare earum bona. f. 691

Litteræ patentes Card. Firmani Protect. delegantis F. Franciſcum à ſaxo ferrato ad Viſitationem, & reformationem omnium Clariſſar. in Italia. f. 727

Literæ Cardin. Quinnonij authoritate Apoſt. indulgentis omnibus Clariſſis, ut incipiant adventuale jejunium à feſto S. Andreæ. f. 730

Decretum Cardin Barberini Protect. confirmantis decretum Diffinitorij Gen. pro omnium Clariſſarum libertate in Abbatiſſæ &c. electione. f. 769

Litteræ Card. Rainutij Pœnitentiarij in cauſa contra Urſulam, & Beatricem ſorores Moniales, utpote de veneno Abbatiſſæ propinato ſuſpectas &c. f. 773. & ſeqq.

Decretum ſac. Congreg. declarans Superioribus Regularibus licere recipere ad habitum Tertiariorum Mulieres, non tamen Capuccinis. f. 803

Alia plura præcedentis confirmativa cum exceptione Capuccinorum à traditione habitus tertij Ordinis maximè mulieribus. ibid. & f. 804. Aliud conſimile confirmatorium præcedentium, & bullæ Alexand. VII. obſervantiam præcipiens. f. 805

Sententia Philippi Pirovani ſac. Palatij Apoſt. cauſarum Auditoris ſpecialiter deputati decidentis, jus recipiendi ſæculares ad habitum &c. Tertij Ordinis pertinuiſſe, & pertinere ad FF. Minores privativè quoad FF. Tertiarios Regulares. f. 814

Decretum Cardin. Franc. Barberini Protect. quod PP. Tertij Ord. poſſint conferre ſæcularibus habitum de Pœnit. cumulativè cum Minoribus, ſed dependenter ab horum Miniſt. Generali &c. f. 816.

Decretum ſac. Congreg. declarans nullum, & invalidum transſitum Spiritus à S. Antonio Tertiarij de Congregat. Gallicana ad Minores Obſerv. à quibus jubetur redire ad ſuos. f. 872

Decretum Cardin. Mariani Perbenedicti Protectoris Minimorum, & Cardin. Hieronymi S. Blaſij de annolo Minorum Viceprotectoris à Paolo V. deputatorum pro componendis controverſiis inter Minimos, & Tertiarios de Pœniten. ſuper forma habitus ab his geſtandi diverſa ab habitu Minimorum. f. 883.

EPISTOLÆ

# EPISTOLÆ,

## ET LITTERÆ PATENTES REGVM, Miniſtrorum Generalium, & Provincialium.

LITTERÆ Petri de Sota Min. Prov. Tuſciæ refundentis in F. Pauluccium ſuam authoritatem in favorem Reformationis. fol. 9

Litteræ F. Matthæi de Amelia Prov. S. Franciſci Min. ſubjicientis gubernio F. Pauluccij duodecim ſuæ Prov. Cœnobia. f. 9

Litteræ F. Gullielmi Aſtenſis Prov. S. Franciſci Miniſtri concedentis F. Pauluccio facultatem percurrendi Italiam in ſuæ Familiæ beneficium. f. 10. Ejuſdem eidem concedentis facultatem ubique recipiendi domos, & ſæculares ad habitum ibid.

Litteræ F. Henrici Min. Gen. concedentis F. Pauluccio de Camerini &c. f. 13

Epiſtola Thomæ Farenſis Ep. in Boſna Legati Apoſt. ad B. Capiſtran. pro mittendis Fratribus ad culturam Regis, & Regni ad fidem converſorum. f. 46

Epiſtola F. Marci Bononien. Vic. Gener. conquerentis ad Regem Boſinæ quòd cogeret ſubditos ad neceſſaria Fratribus ſubminiſtranda. f. 47

Epiſtola Card. Sbignei Epiſc. Cracovien. invitatoria B. Capiſtrani ad ſe conferendum in illud Regnum. f. 49

Epiſtola Regis Poloniæ pro eodem ad eundem. f. 50

Epiſt. B. Capiſtrani ad Capitulum Gen. Barchinone pro electione Vic. Gen. Ultramontani electione congregatum. f. 56

Litteræ patentes Gullielmi Min. Gen. conſtituentis S. Bernardinum ſuum Vic. & Commiſſ. in tota Italia. f. 67

Litteræ patentes Antonij de Ruſconibus Min. Gen. Conſtituentis cum plenaria poteſtate Capiſtranum Vic. gen. Citram. pro Obſervantibus. f. 69. Aliæ ejuſd. ad eundem pro juriſdictione ſuper Moniales conferenda. f. 71

Litteræ Antonij de Ruſconibus Min. Gen. confirmantis B. Capiſtranen. in Vicariatu Generali. f. 80

Epiſtola Joan. Columnæ rogantis B. Capiſtran. ut laboranti familiæ ſuæ Obſervantinæ adeſſe, & ſua præſentia ſolari dignetur. f. 96

Epiſtolæ Æneæ Silvij in favorem Obſervantiæ ad B. Capiſtranum, ad ſummum Pontificem f. 98. Et ad Cardinales Firmanum, & S. Angeli f. 100

Epiſtolæ Cæſaris in favorem Obſerv. ad inſtant. B. Capiſtrani ad Cardinales Firmanum fol. 99. & Sancti Angeli f. 100. Et ad Magiſtrum Henricum Senſt. blen. ibid.

Epiſtola B. Capiſtran. rogantis Calixt. III. ne immutet à prædeceſſoribus in favorem Obſer. ſancita. f. 111. Alia ad Cardin. Firmanum pro patrocinio implorando. f. 112.

Epiſtola Cæſaris ad Calixtum III. pro Obſervantiæ indemnitate ad inſtantiam B. Capiſtran. fol. 113

Epiſtola Baptiſtæ de Levanto Vicarior. Vicario ad Vicarios Prov. Obſerv. inſtructoria pro Obſervantia bullæ concordiæ. f. 114

Epiſtola B. Jacobi à Marchia ad Provinciales Conventuales, ut compeſcant ſubditos à querimoniis contra decreta bullæ concordiæ. f. 116

Epiſt. Bapt. de Levanto Vic. Gen. ad Guardianos Mediolani, & Papiæ deſtinatos ad ſuo nomine reverentiæ obſequium, litteraſque ſuas Miniſtro Gen. conſignadas juxta decreta bullæ concordiæ f. 117. Ejuſdem alia ad Miniſtr. Gen pro confirmatione petenda. f. 118

Epiſt. Iacobi de Mozanlga Miniſt. Gen. confirmantis in officio Vic. Gen. Baptiſtam de Levanto. f. 12

Epiſtolæ Archangeli de Meſſana Miniſt. Gen. ad Italiæ Miniſtros pro ſtabilienda in Obſerv. ſanctitate fragmenta quædam. f. 180

Epiſtola B. Capiſtran. pro confirmando Conventu Cracovien. in rigore Obſervantiæ. f. 186.

Proteſtationes Vicarior. Gen. Ciſ. & Ultramontan. coram DD. Cardinalibus delegatis ad Ordinis unionem procurandam de ſtando ordinationibus Pontificis. f. 162. & 163.

Epiſtola B. Capiſtran. ad excitandos Fratres Conv. Cracovienſis ad opera meritoria ſupererogationis. f. 186

Litteræ Henrici IV. Gallorum Regis inhibentis omnem moleſtiam, & injungentis ſuis Officialibus omnem aſſiſtentiam in negotio Reformationis f. 409. Aliæ acceptatoriæ Litterarum Apoſtolicarum ad didem cum injunctione executionis earum. ibid

Litteræ patentes Magni Conſilij Franciæ pro approbatione, & continuatione Recollectionis ad inſtantiam Cleri Gallicani Pariſiis congregati. fol. 410.

Litteræ Henrici IV. Gall. Regis pro executione Decreti magni conſilij intimanda Provincialibus Obſerv. pro aſſignatione tot, & toties Conventuũ Recollectis, quot quoties opus habebunt. f. 418

Epiſtola enciclica F. Antonij à Galbiato Commiſſ. Viſitat. Provinciæ Argentinenſis ad eandem Prov. f. 424

Litteræ Paſtorales F. Alexandri Patavini Apoſtol. Commiſſ. pro Reformatione in Polonia ſtabilienda. f. 431

Litteræ patentes S. Bonaventur. General. ad F. Laurentium in Miniſtratu Tuſciæ Viſitatorem

Monialium

Monialium. f.660

Inſtrumentum Clariſſarum declarantium curam de ipſis per Minoritas habendam ex charitate, non ex debito. f.661

Litteræ Henrici Miniſt. Gen. intimantis Provinciali Romano Litteras Cardin. Barberini Protect. circa regimen Clariſſar. f. 675

Litteræ F. Pauli de Sulmona Commiſſ. Gen Ciſm. præſcribentis modum aſſidendi curæ Monialium. f. 687

Litteræ Gullielmi de Caſali Min. Gen. publicantis ſtatuta pro Clariſſis Coletanis. f.731

Litteræ Goodiſalvi Min. Gen. de oraculo Bonif. XI. declarantis Provinciali Toſciæ, quibus caſibus FF. Min. intrare poſſint Monaſteria Clariſſarum. f.751

Statutum Generale pro Clariſſarum libertate in Abbatiſſarum electione ſervanda. f. 760

Epiſtola Miniſt. Tertij Ordinis Cracovien. ad Capiſtran. informatoria de Tertij Ordin. ampliatione, & ſpirituali progreſſu in Polonia, opera F. Ladiſlai Viſitatoris. f. 791

Decretum Archangeli de Meſſana Gen. confirmatorium primorum ſtatutorum pro reformatione tertij Ordin. f.859

Decretum Roderici de Portillo in Curia Procuratoris gen. approbantis de mandato Joannis de Jerro Miniſtri Generalis ſtatuta à Capitulo Tertiariorum in Gallia pro Ordinis ſui reformatione edita. fol.860

Decretum Joan. de Jerro Miniſt. gen. pro confirmandis prædictis ſtatutis. ibid.

Decretum Archangeli à Meſſana Miniſt. gen. de Tertiariis reformatis apud Aram-cœli hoſpitio recipiendis donec &c. fol. 868

Decretum Ludovici à S. Joanne Evangeliſta Obſervantium, & Tertiariorum in Curia Commiſſ. gen. de mandato Cardin. Pamphilij Protect. Ordinantis eiſd. Tertiariis, ut depoſita corrigia aſſumant cingulum crineum, vel Canapeum. f.868

Decretum Archangeli à Meſſana Min gen. intimantis executionem Conſtitutionis Clem. VIII. ſuper habitu Tertiariorum Regularium quoad colorem, & Caparonem. fol. 883



# INDEX

## RERVM NOTABILIVM,

### Quæ in hoc Tomo continentur, in quo deficientibus numeris marginalibus a. primam, b. ſecundam paginæ col. notat.

A.

ABBAS quaſi Pater amans. fol. 648. n. 155. titulus omnibus Superioribus cœnobitis competens. ibid.

Abbatiſſa Clariſſarum quando, quibus de cauſis &c. ab officio abſolvi poſſit. fol. 670. n. 207. 8. monaſterij S. Margaritæ Santaren. cum aliquibus Sororibus rebellat ab Ordinis obedientia. f. 683. n. 227. litigans contra Ordinem per plures ſententias obligatur ad obedientiam. n. 228. ad 236. Clariſſa à quibus eligenda, & quantùm in officio duratura. fol. 688. n. 239. Conceptioniſtarum poteſt in neceſſitatibus Monialium diſpenſare circa habitum. f. 700. n. 260. & jejunium. f. 701. n. 261. à quo, & qualis eligenda. n. 262. Annuntiſtarum à quo pariter, & qualis eligenda. f. 712. n. 291. quando, & circa quæ obligatoria diſpenſare poſſit cum Sororibus. f. 715. n. 295. Clariſſarum Coleranarum quando diſpenſare poſſit circa abſtinentiam. f. 736. n. 343. qualiter mittere, & recipere, & concedere Sororibus, ut mittant, & recipiant litteras. f. 738. n. 349. quomodo, & qualis eligenda. f. 739. n. 350. 51. 52. f. 766. n. 416. 17. qualiter ſe habere debeat cum infirmis. f. 743. n. 361. 62. 63. quantùm durare poſſit in officio, & poſtea vacare debeat ante reelectionem. f. 766. n. 419. 20. f. 768. n. 421. 22. expleto officio tenetur reddere computa. fol. 766. n. 419. 20. eligenda à Monialibus liberè. f. 769. n. 424.

Adamus Pobroſzeuius Theologus colaborat pro fundatione Conventus Refomat. Piuzelovien. f. 427. n. 298.

Adrianus Konrrizieam colaborat pro introducenda in Poloniam Reforma. ibid.

Adrianus Neapolitanus Reform. eximius Concionator. f. 450. n. 358

Ægydius Delphinus Gen. toto officij tempore Obſervantiæ deſtructionem, & totius Ordinis ſubjectionem intentat. fol. 127. a. b. variæ ejus artes ad intentum. ibid. fruſtra ab Obſervantibus congregatis expetit unionem. f. 128. a. multis accuſationibus oneratus ſpontanea ceſſione ſui depoſitionem ab officio prævenit. fol. 129. b. inanem dat Pontifici ſpem uniendi Ordinis. ibid. idem procurat media promotione Prælatorum zelantium f. 208. b. fol. 497. n. 19 item medio Capitulo generaliſſ. f. 284. n. 28. ſed fruſtra. f. 505. n. 30. reſtituit B. Guadalupenſi, & Melgario gubernium ſuorum Diſcalceatorum f. 283. n. 25. fruſtra conatur amovere Reformationis rigorem in Hiſpaniis, & Galliis. f. 536. n. 91. Ximenium Card. ad hoc in multis defert ad Regem Hiſpan. ibid.

Æquivocatio fallaciæ organum. fol. 204. b.

B. Agnes Soror S. Claræ ejus precibus à ſæculo converſa, & à Conſanguineorum violentiis defenſa. f. 601. n. 14. 15. mittitur ad regimen monaſterij Monticel. Florentiæ. f. 631. n. 107 quantùm doleret de abſentia S. Claræ, & ſociar. n. 108. mittitur ad regenda monaſteria Mantuanum, & Venetum. f. 632. n. 109

S. Agnes Filia D. Opportuli mundi neſcia, clauſtrum ingreſſa in ſumma ſimplicitate perſeverat, B. Claræ chariſſima f. 630. n. 103. ejuſdem cilicium per diem ſuſtinere non poteſt. ibid. duas habet mirabiles viſiones, & ſanctè obit. ibid.

Agnetis Perandæ, & Claræ è S. Damiani Aſſiſienſis monaſterio in Hiſpanias miſſarum miraculoſa Barchinonem appulſio, & monaſterij inibi fundatio. f. 632. n. 111

B. Agnes Bohemiæ Regum Filia præmonſtratur Matri futura Sancta. f. 633. n. 113. ſpreto Regio connubio fit Clariſſa. ibid. Franciſcanam paupertatem imitatur. fol. 640. n. 135. petit, nec obtinet confirmationem regulæ compactæ ex traditis à S. Franciſco, & Pontifice. fol. 641. n. 137. 38. agitata ſcrupulis circa Obſervantiam duarum regularum tranquillatur per diploma Pontificium. fol. 643. n. 139. 40. quare petierit prædictam tertiæ regulæ confirmationem. fol. 649. n. 159. 60.

B. Albertus à Sarthiano pietate, zelo regul. Obſervantiæ, ac prædicationibus inſignis. f. 14. a. edita apologia tutatur honorem Obſervantiæ contra infamem ſcripturam Podij Brandolini. fol. 94. a. ejus dotes, & pro Obſervantia propaganda labores. fol. 203. a. in litteris Apoſt. dictus ſimpliciter *Ordinis Min.* f. 248. a.

Albertus Calaber Minorita. fol. 16. b.

Albertus Archidux obtinet ſuſpenſionem gubernij Cuſtodialis in Belgio. fol. 423. n. 288.

Albertus Comes de Monte acuto Tertiarius. fol. 808. n. 88

# Index Rerum Notabilium.


Aldonza Ducum Nazaræ Filia Abbatiſſa monaſterij Clariſſarum Burgen. f. 773. a. b. litigat cum Fratribus duarum Monialium, & repentè moritur cum ſuſpicione de veneno. ibid.

Alexander V. ex Minorita doctus &c. ex recto fine concedit Conventui Camberiacenſi privilegium regulæ relaxativum. f. 19. a. b. f. 493. n. 82. examinatur decretum conceſſionis. ibid.

Alexander Paravinus Commiſſarius Apoſt. pro ſtabilienda Polonica reforma f. 427. n. 299. ſexagenario major Cracoviam laborioſè pervenit, & contradictiones ab Obſervantibus patitur. fol. 428. n. 300. item ab Epiſcopo Cracovienſi. fol. 429. n. 302. ſtabilitur in ſua Commiſſione. f. 430. n. 305. inſtituit duas Cuſtodias Reformationi Italicæ incorporatas, optimis legibus communitas. f. 431. n. 307. 8. fundato Conventu Vvarſavienſi obit. f. 433. n. 309

Alexander Roſeti Obſervantinus Commiſſarius Apoſt. pro ſingulis Conventualium domibus in Galliis reformandis. f. 538. n. 98

Alexandri Mutij de Foſſano Conventual. devotio, zelus & obitus. fol. 552. n. 149

Ven. Aloyſia de Carrion per Hiſpan. famâ pietatis celebris. f. 301. n. 56. conſultata ſuper ſtabilimento Vicariatus Gen. Diſcalceatorum ſuſtinet non expedire. ibid. n. 59

Aloyſius ex Romana Cuſtodia unus ex quatuor Viſitatoribus Apoſt. Cuſtodiarum Reformat. Italiæ. f. 364. n. 166

Aloyſius de Cruce omnibus titulis conſpicuus in Vic. gen. eligendus quare non eligatur. f. 378. n. 193.

Aloyſia Duciſſa Angoliſmen Franciæ Rectrix obtinet domos Conventual. adjudicari Obſervantibus. fol. 538. n. 98

Aloyſia Franciſca Portugalliæ Regina Tertiaria. fol. 799. n. 54

Alphonſus Braxovius prudenti gubernio in Hiſpaniis dilatat Obſervantiam. f. 57. a. b.

Alphonſus de Maſanete ſocius Ioan. Paſchaſii in inſtitutione Cuſtodiæ SS Simonis, & Judæ. fol. 288. n. 37

Alvarus Pelagius quo ſenſu ſe dixerit *Conventual.* apud Aram-cœli fol. 253. b. non approbando, ſed exprobrando &c. recitat relaxationes. fol. 262. b.

Alvarus de la Inojoſa favet Diſcalceatorum initiis. fol. 279 n. 81

Alverniæ Mons quando tranſierit ad Obſervantes. f. 54. b. à Conventualibus per vim denuo occupatus &c. quomodo iterum devenerit ad Obſervantes. ibid.

Amadæus de Bohemica reformatione in re ſcholaſtica Scriptor notiſſimus. f. 451. n. 359

Amata S. Claræ Neptis ejus hortatu à ſæculi vanitatibus ad Chriſtum converſa mirè proficit, & ſanctè obit in monaſterio. f. 630. n. 101.

Amatus de Spe adlaborat Tertio Ord. propagando in Luſitania. f. 799. n. 53

Ambroſius Ciſtercienſis monaſteriorum Clariſſar. Viſitator. fol. 652. n. 169

Ambroſius Simon ſocius Vincentij Muſſart Tertiariorum Reformatoris. f. 856. n. 196

Andræas de Peruſio miſſus in Hiſpan. ſocius B. Joannis de Popula. fol. 272. n. 23

Andræas à Soto Theologia, zelo &c. clarus Commiſſarius gen. adlaborans pro ſtabilienda reformatione in Belgio exturbatur. f. 423. n. 287

Andreæ de Guadaluppe Commiſſ. gen. Indiarum judicium circa ſubrogationem in deceſſu unius Definitoris. f. 485. n. 73

Andræas Inſulanus Recollect. zelantiſſimus eligitur Miniſter Gen. f. 486. n. 81

Andræas Rodulphi Conventualis Græcorum Antagoniſta ad Epiſcopatum, & Vice-Patriarchatum evectus. fol. 553. n. 159

Andræas de Valle univerſitatis Sorbonicæ Regius Theol. unus ex conjudicibus ſuper validitate votorum emiſſorum à Tertiariis ſub Vicariatu gen. Vincentij Muſſart. f. 869. n. 230

B. Angela Fulginas Tertiaria habitaculum commune cum Fratribus, & Conſororibus Tertiariis ad exercitia ſpiritualia erexit, & Congregationem inſtituit. f. 839. n. 157. ſanctitate, & miraculis conſpicua quando obierit. n. 158.

Angelæ Tertiariæ Fundatricis Congregationis Vrſulinar. Monialium Patria, pietas, pœnitentia &c. f. 849. n. 182. qualiter Congregationem fundaverit. n. 183

Angelica S. Claræ chariſſima jacet apud S. Damianum. fol. 630. n. 104

B. Angelus à Clavaſio electus Vic. gen. Obſerv. obtinet à Min. gen. confirmationem à Sixto IV. negatam f. 127. a. eumdem Pontificem Marco de Bononia iratum placat, & reddit Obſervantiæ benevolum, & beneficum. ibid.

Angeli à Monte Leone doctrina, virtutes, & obitus, f. 14. a. ejus Anima viſa eſt in Cœlum tendere &c. & tres mortuos poſt obitum ſuſcitavit. fol. 203. a.

Angelicus à Fara ex primis Capuccinis à Religione deficit. fol. 558. n. 7.

Angeli Pinciani Procuratoris in Rom. Curia opera in favorem B. Guadalupenſis. f. 283. n. 25. ad 30. idem mandante Julio II. excommunicatus denuntiatus publicè, aggravatus &c. fol. 286. n. 30. recedit à concordato Obſervantium, & Diſcalceatorum. fol. 287. n. 33. ponit Cuſtodiæ S. Evangelij initia. ibid.

Angelus Auda à Lantuſca Reformatus præter alia ſcripta Bullarium Rom. duplici volumine complevit. fol. 451. n. 359

Angeli de Pax obitus, & proceſſus in Ordine ad Beatificationem. f. 453. n. 363. delegatus ad præſidendum primo Capit. Provinciæ Recollec. Taraconen. in Miniſtrum electus fol. 468. n. 34. Obſervantibus opponentibus exauthoratus, ad Pontificem fruſtra recurrens ad Montem aureum ſanctè obiit. n. 35. f. 486. n. 79

Angelus Muſicus Reformatus in veneratione habitus, de cujus Canonizatione agitur. f. 453. num. 363

Angelus Peruſinus Procurator Gen. Conventual. obtinet Eccleſiam S. Salvatoris *de Vnda* in Vrbe. fol. 521. n. 75

Angelus Piccardus ſocius Vincentij Muſſart in reformatione Tertiariorum. fol. 856. n. 196

B. Angelus Corſicus fundator Congregationis S. Hieronymi in Corſica. f. 928. n. 8.

Angelinæ de Corbaria adſcribitur verior origo regularitatis in Tertio Ord. Franciſcano. f. 839. n. 158. ejus nobilitas, ab infantia pietas, virginitas in matrimonio, & Tertij Ordinis ad

Regularitatem evectio. f. 839. n. 159. & ſeqq.

Annales Boverij primò ſuſpenſi, dehine cum correctione permiſſi. fol. 198. b. f 555. n. 1.

Anſelmus Piſaurienſis ſocius Vincentij Muſſart Tertiariorum reformatoris. f. 856. n. 196

Antiquioritas Franciſcana ex triplici cap. dimetienda. f. 204. a. eam ſibi vindicare poſſe contendunt Cōventuales ab antiquioritate Convētuū. ibid. b. Obſerv. autē ea puta regulæ Obſervātia. ibid. & f. 219. a. b. vera quæ. f. 213. b. ejuſdem certiſſima ſigna. f. 214. a. f. 216. 17. pro Conventualibus præ Obſervantibus plures citantur Aothores f. 226. b. eis ſatisfit. f. 227. a. immò contra Conventuales retorquentur. ibid. & ſeqq. ab eſſentiali regulæ obſervatione non aliundè dimetienda. fol. 234 b. f. 235. a. 250. a. b. 256. a. de eadem Sedis Apoſt. inapellabile judicium. f. 235. a. b. non attribuenda Conventualibus ut cuſtodientibus SS. Franciſci &c. Corpora, Magiſteriatus &c. f. 237. & ſeqq. ut à Conventualibus prætenſa quàm S. Franciſco, injurioſa. f. 266. a. ab aliquibus Coovcntualibus adſcripta ſanè interpratanda. f. 252. a. b.

Antonij Bitontini doctrina, & virtus. f. 16. b.

Antonius de Ruſconibus electus in Miniſtrum gen. ab Eugenio IV. confirmatur. f. 69. a. deſtinat ad Obſervantium gubernium B. Joan. Capiſtran. Citram. & Joan. Maubertum Ultramontes. f. 69. b. confirmat Capiſtranen. io Vicarium gen. f. 80. b. Vicarium gen. ab Obſervantibus noviter electum confirmare detrectat. f. 82. a.

Antonius de Maſſa Miniſter gen. in Capit. generaliſſ. amotus officio. f. 91. a. f. 107. b. 241. a. b. ei à Ioanne XXII. aliquorum Monaſteriorum in Tuſcia injungitur reformatio f. 726. n. 319.

Antonius à Terrinca Obſervantinæ Provin. Tuſciæ Chronologus. f. 64. a.

Antonius Montefalcenſis eligitur Vicarios gen. Ciſmontanus. f. 120. b.

Antonius Marcellus à Conventualibus electus ſub titulo Miniſt. gen. repellitur à Leone X. dehinc ſub titulo Magiſtri ab eodem confirmatur. f. 168. b. 215. b.

S. Antonius Patavinus à S. Franciſco ſac. Theologiæ Lector inſtitutus f. 228. b. ejuſdem Domus in capite domorum de Vrbe applicatur Cameræ Apoſt. f. 548. n. 132. Capuccinis attribuitur. f 549. n. 133

Antonius de Troja Obſervantinus deſtinatur Commiſſarius Apoſt. pro ſubſidijs belli ſacri. f. 248. a.

Antonius Rinconius movet, ſed perdit litem pro Obſervantibus contra Diſcalceatos. f. 284. n. 27.

Antonius Daza Commiſſarius gen. Curiæ fruſtra opponitur Vicario Gen. Diſcalceator. inſtituendo f. 296. n. 52. humuli reſponſo revocat Gregorium X V. à propoſito ſubtrahendi ab Ordine Monaſteria Monial. f. 663. n. 193

Antonius de Pacti Siculus unus ex quatuor Viſitatoribus Apoſt. Cuſtodiatum Reformat. Italiæ, deputatis ad ſtatuta pro reformatione condenda. f. 364. n. 166

Antonius Strozi conſtituitur à Greg. XV. Vicarius gen. Reformatorum Italiæ. f. 375. n. 191. modus peculiaris ejus electionis. f. 377. n. 192. ad gubernium inhabilis ante annum Vicariatus expletum ab eodem deponitur. f. 378. n. 195. amandatus Commiſſarius gen. ſuper Obſervantes, & Reformatos in Poloniam graviter delatus, ſed juſtificatus, à Pontifice confirmatur, ac obit. f. 433. n. 310

Antonius de Galbiato virtutibus conſpicuus, Reformatus, Commiſſarius gen. f. 383. n. 205. deſtinatus, Commiſſarius Viſitator Provinciæ Argentin. f. 424. n. 291 intimat eidem Prov. ſuam Commiſſionem hortans ad Reformationem n. 292. ſtabilit reformationem, ac dilatat. f. 425. n. 293. item in Auſtria, Tirolio, Vngaria, & Germania univerſa. f. 426. n. 295

Antonius de Piſtocejo Reformatus, Miſſionum in Ægipto Præfectus. f. 447. n. 354. quàm egregia operatus ſit pro Cophtorum Patriarcha, & populis Eccleſiæ Romanæ uniendis. ibid.

Antonius Hiquæus Hybernus Reformat. in re Theologica egregius Scriptor. f. 451. n. 359

Antonius à Flumine frigido in obitu totius Urbis concurſu veneratus. f 454. n. 363

Aotonio Ortiz ſuper Pervanas Prov. Commiſſario gen. mandatur ſtabilitio Recollectionis in eiſdem. f. 460. n. 17. 18

Antonius de Trejo Vic. gen. in Valentina Prov. ſtat pro Recollectis contra Obſervantes. f. 474. n. 41. humili reſpontione revocat Paulum. V. à propſito ſubtrahendi ab Ordine monaſteria Monial. f. 663. n. 193.

Antonij à Rivera Provincialis Caſtellæ, & ſociorum judicium circa ſubrogationem fiendam ex deceſſu unius Diffinitoris. f. 485. n. 73.

Antonius Fera Conventual. Gen. ſub titulo Magiſtri electus. f. 515. n. 42.

Antonius de Calaſcibeta, Andræas de Navella &c. primi Promotores Congregationis Conventualium Reformatorum. f. 542. n. 111.

Antonius Poupon Eremita ſocius Vincentij Muſſart famâ ſanctitatis celebris f. 855. n. 194. 95

Antonius de Tablada Viſitator gen. Tertij Ord. per Hiſpanias, Luſitaniam in officio confirmatur. f. 903. n 272.

Archangeli de Maſſana conatus, ut occurrat malo Obſervantiæ impendenti. f. 180. a. ejus epiſtola pro ſanctitate in Ord. ſtabilienda ibid. b. confirmat prima ſtatuta pro reformatione Tertij Ord. f. 859. n. 205. quem enixè fovit. f. 866. n. 213

Archangelus Valliſoletanus ſociùs B. Guadalupenſis in fundatione Cuſtodiæ Extremaduræ fol. 275. n. 17.

Archangelus Romanengus Miniſter Prov. Mediolanenſis. f. 382. n. 201

Archangelus Vignon ſocius Vincentij Muſſart Tertiariorum reformatoris. f. 856. n. 196

Archangelus de Meſſana Miniſter Gen. decernit Tertiarios Reformatos hoſpitio recipiendos apud Aracœli donec in Urbe proprium habeant Conventum. f. 868. n. 216 mandat eiſdem Tertiariis ut depoſita corrigia crineum cingulum aſſumant. n. 217

Archidux Albertus pius. & Iſabella favent Reformationi in Belgio. f. 420. n. 283. f. 425. n. 287.

Archiepiſcopi Toletan. & Compoſtel. deputantur executores Bullæ *Concordiæ* in Regnis Caſtellæ, & Legionis. f. 86. a.

Archiepiſcopus Granatenſia adverſatur Diſcalceatis Guadalupenſibus. f.583.n.25

Arnoldus Serranus ſac. Theologiæ Magiſter, & Aquitaniæ Miniſter deputatur cum ſociis ad reformationem Ord. Min. & Clariſſarum in Hiſpan. f.721.n. 310. 11.

Articuli in Congregatione gen. Aſſiſienſi à Conventualibus contra bullam Eugenianam producti.f.104.b.alij ab Obſervantibus.106.b.omnes à B. Jacobo de Marchia in ſimul compacti. f. 108. b.qui Conventualibus concedantur. f.110.a.

Aubertus Mireus diffusè ſcripſit de Monialibus Annuntiatiſtis, & Ancillis B. V. f. 718. n. 302.

Auguſtini de Genua Cuſtodis Reformationis Romanæ, & ſociorum decretum pro iterato tranſitu à Cuſtodia ad Familiam. f. 393. n. 226.

Auguſtinus de Miglionico Conventualis Reformat. piè obiit. f.552.n.144

B.

Baldoinus primus Inſtitutor Militiæ Equitum S. Sepulchri Jeſu Chriſti. f.938. 38

Baltaſſar de Pliego primus Procurator gen.pro Diſcalceatis in Urbe. f.295.n.51

Baltaſſar Vitomiſſienſis pugnat pro Recollectione in Polonia ſtabilienda. f.462.n.22.

Baptiſta deLevanto Vic.Gen.per litteras compeſcit Superiores Obſervant. non acquieſcentes bullæ *Concordiæ* f. 114. b.procurat ut Ultramontani ſtent eidem bullæ f. 118. b. juxta quam deſtinat ad præſtandum nomine ſuo obſequium Generali.ibid. à quo per litteras petit confirmationem.f.118.b.& obtinet. f.119.a.

Bartholomæi de Yano S. Bernadini ſocij,aliorumque plurium dotes, &. geſta, f.16.b.

Bartholomæus de Saluthio Refor. Eccleſiaſtes Apoſt. quàm populis acceptus. f. 450. n. 358. Scripſit aliquot volumina de vitæ ſpiritualis directione. f.451.n.359. magna in veneratione eſt habitus,miraculis claruit,ac ejus proceſſus adCanonizationem vividè reaſſumitur. f.453.n.363

Bartholomæi à Monte Albano Reform. vita ab Ordinario per proceſſum examinata f.453. n.363.

Bartholomæus Bato Tertiarius omnium primus habet à S. Franciſco facultatem recipiendi ad Ord. Pœnitentium. f.801.n.65.

Bartholomæus Cumanus Advocatus à S.Franciſco Tertiariis adſcriptus. f.807.n.38

Baſilicæ S. Petro extructio quanti momenti. f. 201. a.

Beati ex Ord. Min.Siculi apud Conventuales tumulati cur dicantur Minores. f.246.b. f. 247. a. nec ideo Conventuales. ibid.

Beatrix Ferdinandi Luſitani Infantis Vidua quanta cum difficultate induxerit Minoritas ad curam monaſterij Bejenſis Clariſſ. f.662 n.190

Beatrix à Sylva Regia Luſitaniæ ſtirpe nata, in Caſtellam profecta. f. 691. n. 247. ob eximiam ſuam pulchritudinem cauſat rixas, & occiſiones inter Principes. ibid. vovet B. Virgini caſtitatem. ibid. conſolatricem habet Deiparam & S. Antonium cum ſocio, à quibus prædicitur multarum Virginum Mater. n. 248. per annos 40. velo obducta nulli ſe videndam præbuit n. 249. inſpirante Beatiſſ. V. initiat Inſtitutum in ejus immaculatæ Conceptionis honorem.f. 692. n. 249. miraculosè reperit diploma Pontificium pro fundatione Ord. jam deperditum. f. 694. n. 251. habitu ſuſcepto, & votis emiſſis obijt in pervigilio ſtabiliendi Inſtituti.ibid.morienti ſtella in fronte, ipſaque eadem die Joanni de Toloſa apparet. n.252. oritur controverſia circa locum, ubi Corpus deponendum &c. n. 253

Beguardi, Beguinæ, & Fraticelli alij à Tertiariis Franciſcanis, f.792 n.41

Bellorum tumultus, maximè Hæreticorum quàm Religionibus præjudiciales f. 395. n. 232. f. 493. n. 13. præſertim Minoriticæ in Hiſpania. f. 524. n. 71. in Galiis. f. 855. n. 191. in Hiſpan. omnes Religiones deturpant. f. 721. n. 309. 10.

Benedictini ab aliis non emendicant Doctorum, ac Sanctorum ſplendores. f. 635. n. 119. Scriptores per quinque ſæcula nunquam dixerunt S. Claram. & Clariſſas Benedictinas. ibid.

Benedictus Bullalcovias primus Cuſtodiæ Reform. S. Antonij in Polonia Cuſtos. f.432.b.

Benedicti de S. Fradello cognomento *Nigri* Corpus incorruptum annuente Paulo V. expoſitum,& tranſlatum. f.453.n.365

D. Benedictus effrenus Benedictinus vocat Clariſſas de Ord. S. Damiani, non S. Petri Damiani. f.655. n.174

Benevenuta Aſſiſias S. Claræ precibus à ſex fiſtulis ſanata. 630. n. 104. moriens Beatiſſ. Virginem cum ſanctarum Virg. turba ſibi aſſiſtentem. videt. ibid.

Benevenuta Peruſina SS. Claram, ac Agnetem in Clauſtro, & moribus imitari contendit. f. 631.n.105. oratione S. Claræ amiſſam vocem recuperat.ibid. cum ſanctitatis nomine defunctæ oſſa ad S. Gregorium transferuntur. ibid.

Benignus dict. à Genua Miniſt. Gen. Obſervantibus inviſus, quia Reformatis ſavorabilis. f. 184.b. tendens in Hiſpanias eligit in Italia Vic. Gen.Bernardinum Moncalvum f. 373. n. 184. è Galliis reverſus benignè à Greg. XV. excipitur. quem revocat à propoſito deſtinandi Viſitatores extraneos ſuper Ordinem.f. 378. n. 194. ad maximas anguſtias adactus Cardinalis S. Onuphrij aſſiſtentiâ roboratur. f. 383. n. 203. ſeptennio Miniſt. deinde Commiſſ. gen. ibid. n. 205. delegat ad Bavaricæ ProvinciæReformationē Antonium à Galbiato. f.424. n. 291.declarat validam profeſſionem emiſſam à Tertiariis in Gallia ſub Vicariatu Vincentij Muſſart. f.869. n. 219

Bernadinus de Senis Vic. gen. Ultram. poſtea Miniſt. gen. laborat pro Ordine reformando.f. 183.b. pro Religionis quiete Romā ſe confert,& agit apud Urbanum VIII. f. 185. a. pacem Ordini confirmat. ibid. b. modeſtè, ſed graviter contra Vic. gen. Diſcal. ſcribit. f. 301. n. 61. plurimùm laborat in Luſitania pro Tertio Ordin. propagando. f.799.n.53.

Bernardinus Moncalvus ex-Procurator, & Vic. gen. in Italia. f. 184. a.ejus gubernium cum plenitudi

nitudine poteſtatis ſuper Reformatos. fol. 373. n. 184. revecit Greg. XV. à propoſito mittendi extraneos ad Ordinis Viſitationem. n. 185. ob Obſervantium querelas ab Vrbe recedit. fol. 383. n. 202 unitus cum Maſſeo à Taurino faceſſit negotium Commiſſario gen. n. 203

S. Bernardinus de Senis Theologiæ moralis ſtudium in Obſerv. primus inſtituit. f. 55. b. de ejus mandato deſiſtitur ab extructione Conventus Redicodali, & quare fol. 64. b. Obſervantiæ Pater, & columna. fol. 203. a. non inſtituit Obſervantes, ſed in antiqua Minoritica vita ſeparavit. fol. 229. b. quo ſenſu admittatur eis dediſſe formam, & ordinem. fol. 230. a. collapſum Ord. in frugalitatem priſtinam reduxit ex dicto Raphaëlis Volater. & Spond. ibid.

Bernardinus Aſtenſis Recollect. pro ſtrictiori regulæ Obſervantia ſe recipit ad Fontem palumb. fol. 327. n. 84. tranſit cum aliis ad Capuccinos. fol. 345. n. 119. fol. 370. n. 26. quos ab ultima ruina vindicat. ibid. ſemel, & iterum electus Vic. gen. ægrè fertur à Ludovico Foroſempronien. fol. 578. n. 40. ejus prudenti gubernio ſtabilitur, & dilatatur Congregatio. n. 41. ejus labores pro Capuccinorum ſtabilimento, & propagatione. fol. 596. n. 89.

Bernardinus, Georgius, & Ludovicus Fratres Calabres obtinent à Clem. VIII. aliquot Conventus pro Strictiori Obſerv. fol. 319. n. 93. Bernardinus ad jungitur ſocius Ludovico Foroſempron. Capuccinorum Choripheo. fol. 567. num. 21

Bernardinus Obicinus Reformæ Bergomen. Cuſtos, & alij carcerantur, ac tamquam homicidæ exquiſitiſſimè torquentur. fol. 366. n. 172. 73. innocentes reperti relegantur. ibid. revelatis homicidis Bernardinus ad Cuſtodiatum reſtituitur, ad duplicem Provincialatum, denique ad Epiſcopatum aſſumitur. fol. 367. n. 173

Bernardinus Maszovius Diffinitor electus in primo Capit. Cuſtodiæ Reform. S. Antonij Poloniæ. fol. 432. b.

Bernardinus Foliſſo Reformat. f. 453. n. 363

Bernardinus Ochinus electus, & confirmatus Vic gen. Capuccinorum. fol. 578. n. 42. hæreticis erroribus imbutus à Religione deficit, ac à fide, & damnum inde Congreg. allatum. ibid. non Fundator Capuccinorum. fol. 596. n. 87.

Bernardinus de Obregones Fundator Congregationis infirmorum pauperum. fol. 940. n. 45

Bernardus Virolla unus ex præcipuis Recollectionis Gallicæ Fundatoribus. fol. 396. n. 235

Bernardus Samnig Reform. in re Theol. ſcriptor notiſſimus. fol. 451. n. 359

Bernardus de Sabba Miniſt. Provinciæ Obſerv. Terracon. cum ſuo Diffinitorio proponit dubia circa concordatum cum Recollectis. fol. 473. n. 38

Bernardus de Arevalo Recollect. ſui ævi oraculum. fol. 485. n. 75

Blancæ duæ Beatæ Clariſſæ, altera S. Ludovici, altera Philippi Franciæ Regum Filiæ. f. 634. num. 116

Blaſij Mugnana Recollect. ſcriptis, & ſupplicationibus evaneſcit Provincia Recollect. Granaten. ab Vrbano VIII. ordinata. fol. 481. n. 58

Bona Guelfucij familiaris ſocia S. Claræ frequenter S. Franciſcum adeuntis. fol. 600. n. 9.

Bonadonna uxor B. Luchesij prima S. Franciſci Tertiaria. fol. 784. n. 3. opponit ſe mariti pietati, quam poſtea æmulatur. ibid.

Bonaventura de Calatagyrone Miniſt. gen. à Pontifice delegatur in Gallias ad procurandam &c. Principum pacem. fol. 181. b. f. 398. n. 241. omnium virtutum genere, & legationibus Apoſt. clariſſimus. fol. 353. n. 142. ad Reformationem propenſus, & favorabilis. ibid. ſcripſit ad Archiepiſcop. Genuen. in Commendationem Reformationis. n. 143. pro ea edidit conſtitutiones. n. 144. quæ habentur fol. 354. n. 145. tractat de Reforma ſtabilienda, & amplianda. f. 363. n. 164. aſſignat modos. f. 364. n. 165. & impedimenta profectus Reformæ. ibid. electus Cardinalis ſervato uſque ad Capit. gen. Generalatu deſtinat Viſitatores Cuſtodiarum. f. 364. n. 167. mittitur iterum in Gallias ad pacem componendam, & firmandam inter Regem Chriſtianiſſimum, & Ducem Sabaudum. ibid. & f. 369. n. 178. ad Capit. gen. deſtinat Secretarium cum litteris pro publica Ord. utilitate, & profectu. ibid. litterarum ſummarium. ibid. juſſus à Clem. VIII. dilatare Recollectionem Gallicam. per omnes Galliæ, & Belgij Provincias. fol. 398. n. 239. f. 420. n. 283. eam introducit in Prov. Pictavien. f. 399. n. 242. in Pariſien. n. 243. in S. Bonaventuræ, & S. Ludovici. ibid. erigit Reformam in tribus Prov. Belgij. f. 420. n. 283. reſtituit domos Recollectas in Gallia. f. 477. n. 48. confirmat profeſſionem Vincentij Muſſart cum facultate reformandi Tertium Ord. f. 856. n. 197

S. Bonaventura Gen. pro Regulæ integra Obſervantia zelator indefeſſus. fol. 257. b. 58. b. 59. a. quàm ab ipſo alienum, quòd procuraverit privilegium de ſuccedendo in bonis parentum ab inteſtato. ibid. & fol. 491. n. 9. P. Franchino teſte Sanctior univerſis, qui poſt S. Franciſcum Ord. præfuerunt. ibid. cum Capit. gen. decernit, & obtinet à Pontifice exemptionem Fratrum à cura de Monialibus. fol. 658. n. 185. acceptat eamdem curam ex charitate ad inſtantiam Pontificis. fol. 659. n. 185. 86. deſtinat Viſitatores Clariſſar. ad formam concordari. fol. 660. n. 188

Bonaventura Maſſignanus fruſtra opponitur inſtitutioni Vic. gen. pro Reformatia Italiæ. fol. 375. n. 190

Bonaventura Turtius colaborat pro ſtabilienda in Polonia Reformatione. fol. 426. n. 198

Bonaventura à Varallo electus Definitor in primo Capit. Cuſtodiæ reform. S. Antonij in Polonia. ibid. ſubſtitutus Alexandro Patavino in commiſſione Apoſt. fol. 433. n. 309

Bonaventura Caballus reform. eximius Prædicator, & Cæſareæ Epiſcop. f. 450. n. 358

Bonaventura Agrigentinus fortiſſ. & ſanctiſſ. Reformationis reſtaurator in Sicilia. fol. 455. num. 368

Bonaventuræ de Palazzolo geſta, & obitus. f. 453. n. 363 fol. 551. n. 138

Bonaventura Ponſerij Conventual. muniis, pietate, & ſignis refulgens. f. 552. n. 147

Boſnæ Rex cum Optimatibus per Obſervantes ad fidem converſus. f. 46. a. decernit à ſuis ſubditis alimenta Obſervantibus ſuppeditanda, coactis

coactis etiam ad hoc nolentibus, quod tamen valdè Fratribus diſplicuit. fol. 46 47

Brancs Tertiarius Rector Hoſpitalium Fulginei. f. 820. n. 111

S. Brigita inter Tertistias connumeratur. f. 940. n. 49.

Bruna Tertio Ord. à S. Franciſco adſcripta. fol. 784.n.5

Brunus Tertiarius magnæ perfectionis à S. Franciſco habitum ſuſcepit. f. 807.n.88

Bullæ *Vnionis* & *Concordiæ* ex integro in uſu. fol. 225. a. 226. a. b. variæ earumdem confirmationes. ibid.

Bulla Clem. VII. pro ſtabilienda Reforma non plenè executioni mandata. f. 345. n. 119

C.

CÆſar à Pergamo Pedemontanus ſocius P. Angeli de Paz. f. 468. n. 34. apud Recollectos diverſatus, & pro reformatione plurima paſſus. fol. 486. n 79

Calabri apud ſe introducendam Reformam procurant, & obtinent. fol.329 n.93.

Calepodiorum uſus apud Obſervantes initium, & occaſio. f. 6. b. permittuntur Tertiariis Gallicanis. f. 885. n. 250

Calixtus III. antiquas Conventualium, & Obſervantium lites dirimere intentat medio Capit. generaliſſ. ea utriſque Aſſiſij celebrando. fol. 104. b. Obſervantes à Conventualibus diſtinguens, hos Communitatem Ord. illos ſimpliciter fratres Min. vocat, & quare. fol. 245. a.

Candidus Bergomen. Reformatus artis Exorciſticæ ſecuriorem methodum typis evulgavit. f. 451 n. 359.

Capellanus *vide verbo* Clariſſæ, Clariſſæ Vrbaniſtæ. ibid.

Capitulum primum Gen. Obſervantium quando, ubi, & à quo celebratum. fol. 60. b. ſecundum. ibid. generaliſſ. Aſſiſienſe. fol. 65.b. 66.a. gen. Bononien. f. 66,b. Patavinum 2000. Fratrum pro utraque familia. fol. 68. b. Ara-cœlitanum. fol. 76. a. pro Obſervantibus ultramont. celebratum in Conventu S.Aodomari anno 1447. f. 79. b. Florentinum pro utraque familia anno 1449. f. 80. b. generaliſſimum pro Toto Ordin. indictum Leodij, deinde Romæ poſtremò Aſſiſium tranſlatum, anno 1430. f. 89. b. 90. a. Bononienſe anno 1433. f. 92. b. Aquilanum anno 1452. pro Obſervantibus. f. 94. a. Mediolanenſe Conventualium; & Obſervantium ſeparatim, cum narratione quomodo habiti hi ab illis, & à Civibus anno 1457. fol. 120. a. b. Romanum anno 1458. in quo electi fuere Vicarij gen. pro utraque Obſerv. familia. ibid. Romanum generaliſſ. f. 129.- a. 130. b. f. 284. n. 28. Generale Obſervantium in quo Miniſteriatus Gen. cum Sigillo Ord. tranſiit à Conventualibus ad Obſervantes. fol. 162. a. aliud Romanum generaliſſ. an. 1516. f. 168. a. Romanum pro Obſerv. anno 1625. f. 184. a. 85. b. conclamat, nullum privilegium regulæ relaxativum, aut diſpenſativum extare in Regul. Obſerv. f. 184. a. Burgen. decernit, non conferendum Magiſterium Theol. niſi in ſtudiis gen. fol. 239. a. plura declarantia, Ordinem à principio duraſſe in viridi regulæ obſervantia. f. 241. a. b. Aſſiſienſe pro Ord. unione. f. 263. b. Nicienſe in Sabaudia decernit pro Domibus Recollectis. f. 345. n. 120. 21. celebratum anno 1625. f. 468. n. 177. Generalia Obſervantium non admittunt ad Reformationem Conventuales cum privilegiis relaxativis. fol. 537. n. 94. 95. ſpecialiter Leodien. ibid. Piſanum decernit, curam Clariſſar. omnino ab Ord. dimittendam. fol. 658. n. 185. alterius determinatio circa Clariſſar. & Tertiariar. monaſteria à Prælatorum obedientia rebellantia. fol. 987. n. 236. Toletan. & Salmanticen. edunt. decreta ſpecialia pro Tertij Ord. ampliatione. f. 798. n. 50. pro inſtitutione, & in ſpiritualibus directione. ibid. item Segobienſe. f. 800. n. 55. ad 58. etiam aliud Toletan. n. 59. & ſeqq. f. 807. n. 84.

Capitulum Cuſtudiale Reformatorum oon celebrandum niſi interveniente Provinciali, aut Commiſſario. fol. 354. n. 148 quando, quomodo, & à quo. f. 357. n. 157

Capitulum primum gen. à Tertio Ord. de Pœniten. celebratum ubi, & quando. fol. 863. num. 209.

Capſa pro eleemoſynis pecuniariis ex Clem. VII. diſpenſatione apud Eccleſiam Conventus Aprutinen. expoſita ad inſtantiam Fratrum per Paulum. III. amoveri mandatur. f.193. b.

Capuccinorum origo unde. f. 328. n. 87. f. 329. n. 91. augentur ob oppoſitiones, quas patitur Strictior Obſervantia. fol. 344. n. 116. f. 345. n. 118. 19. eorum novitas, & vitæ rigor plures ad ſe trahit ex Obſervantibus. fol. 440. n. 325. primi Fundatores ab Obſervantibus ad Conventuales digreſſi diù ſub iis perſeverant. f. 487. n. 1. Regulam ad purum rigorem profitentur. ibid. in ſuis initiis ſæpiùs vix non extincti per univerſam penè Chriſtianitatem jam dilatati. f. 555. n. 1. eorum reformationis occaſio. ibid. n. 2. caputij pyramidalis author quis. ibid. n. 5. initia Congregationis à quo anno. ibid. Anteſignani ab inſtituto deficiunt. f. 196. a. fol. 557. n. 6. 7. f. 578. n. 40. eorum naturalis conditio. f. 197. a. obtinent facultatem vitæ eremiticæ ſub Magiſtro gen. Conventual. f. 558. n. 8. ſubduntur Miniſtro gen. Obſervantium. f. 559. n. 11. 12. redeunt ad Regularem Obſervantiam. f. 562. n. 13. Congregatio erigitur in vita eremitica cum caputio quadrato, & barba. ibid. & n. 14. gaudent privilegiis Camaldulenſium. ibid. f. 588. n. 66. prima origo ibid. n. 15. ubi obligati ad rigoroſas Regulæ declarationes Nicolai III. & Clementis V. fol. 567. n. 18. primus Conventus. ibid. n. 19. prima Congregatio gen. ubi, & quando celebrata cum editione ſtatutorum. ibid. n. 20. multiplicantur in Marchiana, & Rom. Provinciis. fol. 570. num. 25. obtinent ædes S Euphebij Neapoli, & S. Euphemiæ Rom. ibid. à pluribus Obſervantibus ad ipſos convolantibus ſuſtentantur ibid. n. 26. recipiunt Obſervantes contra Summorum Pontificum determinationes. f. 573. n. 33. 34. Capuccinorum Ordo an ſit idem cum Regulari Obſervantia. ibid. n. 35. an arctior inſtituto Regul. Obſervantiæ. f. 574. n. 36. eorum progreſſus Satan conatur exturbare. f. 578. n. 42. vix non ſuppreſi ob

Ochini

Ochini prævaricationem. ibid. mox in gratiam recepti ubique fœliciter propagantur ibid. & n. 43. eis interdicitur, ne ſe ultra montes transferant. f. 580. n. 45. 46. conceditur facultas extruendi Conveotus ubique terratum f. 581.n.46. Specificatut ſingulariter in variis partibus n. 47. 48.multiplieati plurimùm per univerſam ferè Europam. n. 49. Provinciarum, Cuſtodiarum &c. num. ibid.quibus in mundi partibus fixerint habitacula. ibid. dilatantur etiam per receptionem Conventuum Conventualium refor. extinctorum.n. 50. de Capuccinis extinguendis publicus, ſed falſus rumor Pontificia declaratione ſopitur. f. 582. n. 51. Congregatio à Paulo 3. propriè inſtituta, & quare. n. 52. ſub proprio Vic. gen. ſubjecti tamen Magiſt. general. Conventualium quandiu duraverint. f. 583. n. 53. eximuntur ab omni dependentia à Conventualibus o. 54. Superior gen. gaudet Vicarij, non Magiſtri titulo n.55.In vita eremitica profitentur regulamS.Franciſci ad litteram,non ad declaratiooes Nicol.3.& Clem. 5. f.584. n. 56. priùs Eremitæ,poſtea Capuccini vocantur n. 57. declarantur veri Minores,ſed filiales Obſervantium,& Conventualium. ibid. item veri Fratres Ord. S. Franciſc. ex vera, & nunqnam interrupta linea f. 585. n. 60. hujus declarationis ſenſus præcedenti non contradicens. f. 586. n.61. à ſæcularium confeſſionibus audiendis eximi procurant. ibid. & 62. eorum utilitas, & diſpenſatio ab hac exemptione. f. 587. n. 63. 64. confirmatio conſtitutionum per Greg. XIII. revocatur per Greg. XV. f. 588. n. 65. obtinent proviſiones Pontificias pro ipſorum habitu ab aliis,Mendicantibus diſtinguendo. n. 67. f. 589. o. 68. & oe recipi poſſint à Coonventualibus reformantis. ibid. eorum habitus, & deſtinctivum ab initio Congregationis. f.591 n. 69. caputium debet eſſe quadratum non pyramidale.ibid.ritus officiandi in Choro aſſiſtendi ſepulturis,& ioterveniedi publicis proceſſionibus. f. 592. n. 71. 72. 73. obſervantia Regulæ, exemplaritas, labores &c. n. 74. non perfectiores Reformatis. f. 593. n. 76. ad 79. tranſitus ad Minimos, & vice verſa f. 594. o. 82. 83. ad Carthuſianos. f.595. n. 84. Congregationis primarij Fundatores, ſeu Propagatores. f.596. n.88. Compromotores ſecundarij Obſervantini ad ipſam digreſſi, & qui n. 89. in veneratione habiti, & quàm multiplicati. n. 90.quibus in mundi partibus propagati.f.597. n.90. ſtudia, & prædicationes. n. 91. Cardinales duos habuere. n. 92. peſte infectis aſſiſtunt. n. 93.ab Heorico III. in Gallias expetiti Clariſſarum curæ præficiuntur.n.94. in bello contra Turcas pro militum ſpirituali ſolatio deputati. ibid. poſt B. Fœlicem quinque Servorum Dei cauſas promovent. ibid.

Capuccinæ Moniales quæ, & quare ſic dictæ. f.751.n.379.80. 81

Cardinalis Cervantes præſidet Cap. Generaliſſ. Aſſiſienſi f.65. b. 66. a. Nicænus Protect. deputatus à Pio 2 ad componendas lites inter Conventual. & Obſervantes ſuper ſtabilitate bullar. Eugenianæ, & Calixtinæ. f. 86. a. b. introducit Vic. Gen. ad Pium 2. ut audiatur ſuper eodem. ibid. Dominicus Capranica. Petrus Barbus, & Joan. Carvajalius favent Obſervantibus apud Nicol. 5. f. 94. b. Firmanus Protect. palam Obſervantibus adverſus f. 97. a. Latinus Urſinus verus Obſervant. deffenſor. b. Firmanus ægrè fert, ſe excluſo ſolo Jacobo à Marchia commiſſam compoſitionem articulorum pro unione Ordinis.f. 110. b. eum eodem omnem litem componit. f. 111. a. Suadet Vic. Gen. Obſervantium, ejuſque Conſiliariis fluctuantibus, ut Calixtinas ſeruent intactas, ſi res Obſervant. velint ſalvas. f. 121. a. Nicenus Firmano in Protect.ſuccedens iotroducit Vic. Gen. Obſerv.ad Pium 2. pro exponendis ſuæ Familiæ moleſtiis à Conventualibus. ibid. Philippus Bononien. ſuadet Sixto 4. Fratri Germano io Obſervantes irato, ut eis ſe favorabilem, non contrarium exhibeat. f. 126. b. Julianus Protect. conſtituitur à Sixto 4. executor conſtit. Pauli 2. circa tranſitum mutuum inter Conventual. & Obſervantes. f. 147. a. Idem prohibet tranſitum Obſervantium ad Cooventuales. f. 149. b. Julius à Ruvere Protect. in legatione ad Regem Gall. eum reddit infeoſum Innoc. 8. f. 150. b. ſubſtituit in Vice Protect. Alexandrum Gregor. Coſtam. ibid. Tres ioſtituti Præſides in Cap. gen. Romano ad omnes Ord. Congregatiooes Obſervantiæ uniendas. f.162.b. De Luca tria dicta circa fundationem Ordinis Minor. expenduntur. f. 228.a.b. Ludoviſius Nepos Greg. 15. ſcribit ad Nuntium in Hiſpan. pro ſtabiliendo Vic. Gen. Diſcalceatorum. f. 300. n. 56. De Valle Protect. arguit Quinnon. Generalem de imperioſo regimine, & inſectatione reformatè vivere volentium. f.336. n. 96. Medicæus Protect. cooeedit ſingulis Convent. Reform. io Italia Syodicum Apoſtol. f. 551. n. 133. Burgheſius, qui poſtea Paulus 5. præſidet Capit. gen. f. 375. n. 190. S. Onufrij operâ iotimantur decreta à Reformatis ſervaoda. f.381.n. 200. Matthejus Protect.decernit Convētus ad reformatos transferendos cum mobilibus &c. f. 389. n.219. & tranſitum ab Obſervantibus ad reformatos petitâ,etſi non obtentâ à ſuis Superioribus licentiâ.f. 392.n. 224.5. Barberinos Protect.prohibet tranſitum reciprocum ioter Obſer. & Reform. ſine utriuſque Provinc. licentia donec aliter. f. 395. n. 230. Aragonius aſſiſtit concordatis inter Obſerv.& Recoll. Galliarum. f. 411.n. 269. Verallus Viceprotect. ſuſtinet obſervanda eadem concordata ibid. & f. 413. n. 272. 3. Idem Ordinis,& Montaltus Poloniæ reſpectivè Protectores reſtabiliunt reformam io Polonia. f. 427. n. 298. Verallus ex ſpeciali Pontif. mandato deſtinat ad ſtabiliendam reformam. n. 299 Ludoviſij Gregorij 15. Nepotis protectio pro eodem f. 430. n. 303. De Torres Nuntius Ap. in Polonia mandat publicari decretum pro eadem ſtabilienda Reforma. f.431. n.304. Barberinus nititur ſalvare à gravamine reformam polonicam.f.436.n 317. 18. Matthæjus Protect. approbat conſervandum rigorem Reformæ cum aliqua diſpenſatione circa ſcholares. f. 442. n.333. Verallus Viceprotec.providet recollectis Aquitaniæ dolentibus de invita eorum extractione à recollectione. f. 478. n. 50. Item noviiis perpetuam recollectionem eligentibus, ne à recollectione amoveantur, licèt liberam eligentes amovibiles remaneant. f.479. n. 51. Gaſtavillanus Gregorij 13. Nepos primus Conventual,

tual. Proteꝺ. f. 515. n. 45 De S. Severina primus Capuccioorum Protector. ibid. Spinoſa delegatus pro applicatione redditunm &c. Conventualium, & Terriariorum in Hiſpan. reformatorum in ſubventionem pauperum Monialium obit. f. 533.4.n. 86.87.Quiroga Spinoſæ in eodem munere ſubſtituios,& ipſe obit.ibid.Infanti Portugal. committitur à Pio 5. ſuppreſſio Conventual. in illo regno. f. 535. n. 90. Henrici zelus diſplicet Conventual. in Gallia. f. 536. n. 90.Ex-Conventuales qoor. f. 552. n. 154 Laurentius Pneciua major Pœnitent. concedit Ludovico,& Raphaeli Foroſempronien. ut aſſocientur F. Matthæo à Baſſio. f. 557. o. 6. Eiſdem, & ſociis ut vivant vitam eremiticam ſub Magiſt. gen. Conventual. f. 558. n. 8. Trea deputati ad componendas litea pro tranſitu Obſervantium ad Capuccin.ſententiam ferunt. f. 572 n. 30. Alii ſex deputantur ad idem. n.32. imo, & ſpecialis Congregatio. n. 33. Antonius Caraffa Congregat. præd. Præſes proponit tres qq. Franciſco à Toloſa Ord. Miniſtro gen. f. 573. n. 33. S. Onuphtij ex-Capuccini operâ plurimi Conventus Conventualium Reformatorum in eorum extinctione traditi Capuccinis. f. 582. n. 50. Hugolinus Proteꝺ. tradit Clariſſis regulam S. Benedicti. f. 603. n. 29. aſſiſtit S. Franc. condenti regulam Clariſſar. f. 608. n. 35. dat Clariſſis conſtitutiones. f. 631. n. 106. item. f. 640. cum appoſitione particulæ *Regula S. Benedicti* n.136. Joannes Proteꝺ.transmittit ad Clariſſas ſecundam regulam per Urban. 4. traditam. f. 618. n. 69. Gaetanus Minorum,& Stephanus Hungarus Clariſſarum aſſignantur reſpectivè Protectores. f.659. n. 185. Philippus de Cabaſſole Ordin. Protector, brachium dexterum, & columna firmiſſima.f. 668. n. 204. Ejus litteræ omnino ſingulares ad Prælatos Ordin. pro regimine Clariſſar. ibid. Barberinus Proteꝺ. idem concedit Ord. Superioribus pro regimine Clariſſ. quod prædeceſſor.f.675.n.218. Matthæjus interdicit Obſervantibus factorias &c. Monialium.f.689.n.241. Cybo Proteꝺ. decretum ſuper decreto S. C. pro dimittendis Clariſſ. quarum Confeſſarij cognntur eſſe factores &c. f. 691. n. 248. Joan.Bapt. Ferrarius favet pro confirmat. regulæ Annuntiatiſtarm. f. 707. n. 280. Jordano Urſino Proteꝺ.commiſſa reformatio monaſterij Monticellani. f. 724. n. 316. Dominicus Firman. Proteꝺ. deſtinat F. Franciſ. à Saxo Ferrato Viſitatorem, & reformatorem omniū Clariſſar. per Italiam. f. 725.n. 320. Quinnonius authoritate Apoſt. indulget Clariſſ. omnibus, ut incipiant adventuale jejunium à feſto S. Andrææ. f. 730. n. 325.Gabrielis de Trejo reſponſio encomiaſtica in laudem Tertij Ordinis ab ipſo aſſumpti. f. 790. n. 36. Jordanus Sabinenſis de mandato Eug. 4. reſolvit dubium agitatum, an Tertiariis ſæcularibus liceat contrahere matrimonium. f.824 o. 119. Julianus Sixti 4. Nepos, & Ord. Proteꝺ. & Gabriel Agrienſis rogant Pontificem pro componendis controverſiis inter Minores, & Moniales tertiarias circa harum vagationes extra clauſuram. f. 845. o. 170. Rodulphus Pius Carpenſis Proteꝺ. condit ſtatuta pro Tertij Ordin. reformatione. f. 852. n. 189.S.Carolus Borromæus Ordinis Protector, & Miniſt. gen. conſtituitur à B. Pio 5. executor ſuæ bullæ pro reformatione Tertij Ordin. f.854.§. 18.Franciſc.Barberinus legatos à latere inGalliis decernit examinandam litem circa validitatem profeſſionis emiſſæ à Tertiariis reformatis in Galiis ſub Vicariatu gen. Vincentij Muſſart, quam declarat validam.f.869.n.220. Joan. Baptiſta Pamphilius ſac. Rotæ Auditor ( poſtea Pontif. Innocent.X.) unus ex conjudicibus ſuper validitate votorum emiſſorum à Tertiariis Galliarum ſub Vicariatu gen. Vincentij Muſſart. ibid. Matthæjus Protector præſcribit Tertiariis Portugaliæ habitum.f. 882.n.242.43.

Carolus Galliæ Rex, & alij Principes precantur PP. Concilij Baſileen. pro componendis diſſentionibus in Ordine. f.25.a.

Carolus à Seria Laicus Reform. rudis, ac litteris nunquam addictus tria edidit volumina de miſtica Theologia ſupra humanum captum. f. 451.n.359.f.453.n 363. ejus obitus, & Corporis tranſlatio, ac proceſſus in ordine ad Canonizationem. ibid.

Carolus VIII. Galliæ Rex inhiat Religiooia reformationi. f 536.n.92

B. Carolus de Monte - Granerio Fundator Congregat. eremiticæ de S. Hieronymo. f. 923. n. 2. 3.

Carolus Nivernien. Dux cum ſociis fundat Militiam immaculatæ Coceptionis. f.927.n.8

Caſcia Vic. gen. Conventualium procurat ſuppreſſionem Conventualium Reformatorum f. 547.n.329

Caſimirus Poloniæ Rex efficacibus litteris advocat B. Capiſtranum. f.49. a.

Catharina Cybo Camerini Duciſſa favet Ludovico,& Raphaeli Ferroſempronienſibus,ut ſocientur Matthæo Baſcio. f.557.n. 6. ut erigant ſuam Congregationem eremiticam. f. 562. n. 13. pro obtinendo Conventu Colmenzoni f. 567. n. 19. & S. Mariæ miraculorum de Urbe. n. 20.

Catharinotus Conventual. Doctor Pariſien.& Provincialis perorādo demonſtrat unionem inter Conventuales, & Obſervantes impoſſibilem. f. 129.b. Suadet Obſervantibus totalem à Conventualibus ſeparationem. f. 379.n.196

Cherubino à Spoleto eximio Concionatori morienti ſexaginta ſex Animarum millia ob ejus Apoſt. prædicationem ſalvatarum obviant. f. 200. a.

Cherubini de Calatagytone pro fide martyrium. f.452.n.361

Cherubinus à S. Lucia Reformat. acclamatus ut ſanctus. f.453.n.363

Chiavellus Fabriani Dominos concedit S. Franciſco Ædiculam Eremitæ Vallis ſaxi, & plurima alia ejus beneficia. f.13. b.

Chordulariæ, ſeu Minoriſſæ,ſeu Clariſſæ fictæ ſupprimuntur. f.765 n.414.

Chriſtina S. Claræ in ſæculo familiaris, eam ad clauſtrum moribus ſequitur. f. 630. n. 102

ChriſtophorusForlivien.primus ex Obſervantibus Generalis eligitur. f.168 a.

Chriſtophorus Campus Obſervantium Prov. in Polonia cum ſuis ſe opponit ſtabilimento Reformæ. f.428.o.300

Chriſtophorus Sanchez Provinc. Obſervantiæ Velentinæ evincit litem ſibi intentatam pro carceratione aliquorum Recollectorum ſine interventu Diffinitoris Recollecti. fol. 473. num. 40

S. Clara pauperum Dominarum Choriphæa. fol. 598.n. 1. 2. 3. ipſius ortus Patria, Parentes. f. 599. n. 4. genealogia. num. 5. nomenclatura. n. 6. à teneris annis pietatem colit. n. 7. creſcens creſcit ætate, & pietate. fol. 600. n. 8. S. Franciſcum alloquens inflammatur adChriſti connubia. n. 9. 10. Mundo penitus renuntiat. fol. 601. n. 11. 12. conſanguineorum varij conatus, ut eam à propoſito abducant. n. 13. ducitur ad Ecclesiam S. Angeli de Panſo. n. 14. cjus precibus convertitur, & à conſanguineorum violentiis defenditur ejus ſoror B. Agnes n. 14. 15. migrans cum Sorore ad S. Damianum Clariſſarum Ord. inchoat. f. 602. n. 16.nomen, & ſanctitas per orbem vulgata miros ſanctitatis fructus producunt. n.17.fol.629 n. 98. &. 99. f. 631.n.106. acceptâ paupertatis regulam ſupplicatur confirmari antequam moriatur. fol. 613. n. 52. morti proxima à ſummo Pontifice, & Cardinalibus inviſitur. fol. 614.n. 54. 55. ſuum edit teſtamentum. n. 56. recognoſcit ſuam, & ſociarum gratiam vocationis &c. per S. Franciſcum. n.56.57. hortatur Sorores ad ſtrictè colendam paupertatem, quam promiſerunt. f. 615. n. 58. 59. ad alias item virtutes. f. 616. n. 60. docet quales eſſe debeant ad invicem Abbatiſſa, & Sorores n. 61. obtinet ante mortem à S. Sede confirmationem Regulæ. n. 62. 63. petit, & obtinet paupertatem pro indiſpenſabili privilegio. fol. 617. n. 64. 65. refutat poſſeſſiones, & diſpenſationem à voto paupertatis. n. 65. graviter dolet, multa monaſteria ad privilegia contra paupertatem converti, immò compelli. fol. 618. n. 67. f. 650. n.163. impetrat à Pontifice,non cogenda ad talia privilegia. ibid. ejus diſcipulæ primariæ. f. 624. n. 100. ad 106. ejus converſio, & tranſitus ab Eccleſia S.Pauli ad S.Angeli,deinde S.Damiani f. 636. n. 122. 124. nunquam profeſſione, habitu, & cingulo Benedictina, & probatur. n. 123. 124. f. 637. n. 125. 126. ad n. 141. purè Franciſcana probatur. f. 647. n.154. 155. ad puram methodum à S. Franciſco acceptam ſemper vixit. f. 648. n. 156. f. 649. n 157. f 650. n.160. habitu ſemper Franciſcana. ibid. non probant Claram, & diſcipulas Benedictinas Authores in contrarium adducti. fol.655.n.174

Clariſſarum initium. f. 602. n. 16. Regulam à S. Franciſco fruſtra expoſtulant fol.603. n. 18. 19. Regulam S. Benedicti accipiunt ab Hugolino Card. Protect. ibid. & n. 20. prohibentur exire extra clauſuram. n. 22. ipſis aſſociari volentibus proponenda Religionis aſperitas. n. 23. quales conditiones habere debeant. n. 24. quale officium divin. recitare teneantur. fol. 605. n.25. de ſilentio, & modo loquendi cum aliis Monial. n. 26. de jejunio ſervando. n. 27. de infirmarum cura. n. 28. de indumentis. n. 29. de ſtratis. fol. 606. n. 30 qualiter, & quando admittendæ perſonæ extraneæ intra monaſterium. n. 31. Capellanus qualis eſſe, & qualiter ſe gerere debeat. n. 32. Crates in Capella qualis, & quibus uſibus ſervire debeat. n. 33. de Viſitatore, & viſitatione f. 607. n. 34. de oſtio, & oſtiariis. n. 35. omnia monaſteria præter Aſſiſien. eam regulam acceptant. f. 608. n. 37. Regulam aliam reſcribit Hugolinus à S. Franciſco traditam. ibid. ſecundùm quam qualis ſit Clariſſarum vita n. 38. qualiter recipi debeant. n. 39. de divino officio, jejunio, & communione. fol. 609. n. 40. de electione Abbatiſſæ. n. 41. de ſilentio, & modo loquendi, &c. f. 610. n. 42. non recipiant poſſeſſiones per proprietatem. n. 43. quomodo laborare debeant. n. 44. nihil. ſibi approprient, & de infirmis Sororibus. fol. 611. n. 45. de pœnitentia Sororibus imponenda. n. 46.47. viſitandæ ab Abbatiſſa, & quomodo. f. 612. n. 48. oſtiaria quomodo ſe gerat. n. 49. quomodo viſitandæ à Viſitatose. n. 50. prophetatæ per S. Franciſcum f. 614. n. 56. multæ recurrunt, immò coguntur ad privilegia relaxativa paupertatis. f. 618.n.67. 68. variis denominationibus abolitis Clariſſæ ſimpliciter appellantur. n. 68. fol. 619. n. 70. 71. ad duas regulas rediguntur. ibid. obſervantes paupertatis regulam *Clariſſa*, ſequentes privilegia *Clariſſa de ſecunda reg.* ſeu *Vrbaniſta* dicuntur. fol.618.n.68

Clariſſæ de 2. Regul. ſeù Vrbaniſtæ promittunt vivere in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. f. 620. n. 72. clauſuram perpetuam exceptis aliquibus caſibus.n. 73. quomodo ad Ord. recipiendæ. n. 74 præſcribitur tonſura, & modus veſtiendi. fol. 621. n. 75. lectus, & dormitionis tempus. n. 76. officium à litteratis, & non literatis recitandum. n. 77. frequentia confeſſionis, & communionis, ac modus ſe habendi cum Capellano. f. 622. n.78. capaces ingenij inſtruendæ; ſervitiales laboribus occupandæ, & quomodo. n. 79. ſilentium quomodo ſervandum, de jejunio,& diſpenſatione ſuper eo. n. 82. de infirmarum cura. n. 83. oſtium unicum ad intrandum clauſtrum qualiter muniendum, cuſtodiendum &c.n.84. Rota qualiter munienda,& cuſtodienda. f. 624. n. 85. oſtium aliud pro neceſſitatibus quomodo cuſtodiendum &c. 86. de loquutorio, & modo loquendi in eo. n. 87. cratis ferrea dividens Moniales à Capella qualiter fabricanda &c. fol. 625. n. 88. quas, quandó, & qualiter perſonas extraneas admittere poſſint in monaſterio. n. 89. ſervitiales ad clauſuram non obligatæ ad quid teneantur. f.626.n.90. Capellani obligationes. n. 91. habere poſſunt redditus adminiſtrandos per Pocuratorem. n. 92. Abbatiſſa qualiter eligenda, & de ejus gubernio & obligationibus. f.627. n.93. non dirigant,nec recipiant litteras ſine Abbatiſſæ licentia. ibid. qualiter ſe ad invicem habere debeant. ibid. nequeunt accedere perſonaliter ad Sedem Apoſt. ſine ſpeciali licentia ejuſdem, vel Cardinalis Protectoris. fol. 628. n. 94. de Viſitatore, & viſitatione per eum facienda n. 95. conſignantur gubernio Cardinalis Protect. Ord. Min. f. 629. n. 96. regula eis ſemel in qualibet quindena legenda. n. 97.

Clariſſæ mirabiliter propagantur.f.631.n.106. & ſeq. recipiunt cōſtitutiones ab Hugloino Card. Protect. ibid. propagantur in Italia, ac in variis Europæ Regnis, & in Europa univerſa. n. 109.

ad

ad 116. Principiſſæ Regio ſáguine natæ Clariſſæ, & ſanctæ ex variis Regnis. ibid. in Orbe novo, in America, Philippinis, & China. ibid. habitus forma præſcribitur ab Innocent IV. f. 637. n. 126. non comprehenſæ in decreto Concilij Lateranen. & quare. fol. 638. n. 127. ab Alexandro IV. declarantur inſtitutæ à S. Franciſco. n. 128. 129. ſolo Clariſſarum titulo nuncupandæ, ubi de Regula à S. Franciſco non à S. Benedicto tradita. f. 639. n. 130. ex vi regulæ obligantur obedire S. Franciſco, & ſucceſſoribus, habere Protectorem eumdem, quem Fratres Min. & ex his Viſitatorem. fol. 639. n. 132. pro eis dicendit Benedictinis Neoterici Achilles. f. 640. n. 134. eliditur. ibid. & ſeqq. Clariſſæ multæ vivunt juxta regulam à S. Franciſco traditam. fol. 640. n. 135. item juxta conſtitutiones à Card. Hugolino traditas. fol. 642. o. 138. 39. fol. 644. n. 141. præceptum de obſervanda regula Benedictina quare eis impoſitum. ibid. &. n. 142. fol. 652. n. 167. licèt non poſſidentes declarantur non comprehenſæ in decreto Concilij Lateranen. fol. 645. n. 143. 44. tertiam recipiunt regulam à S. Franciſco dictatam, à Card. Hugolino conſcriptam. fol. 645. n. 146. quartam recipiunt diſpenſativam circa paupertatem in communi. f. 646. n. 147. 48. variæ ipſarum denominationes extinctæ, & ſolâ relictâ Clariſſarum. n. 149. qualiter ſe habuerint circa obſervantiam quatuor diverſarum regularum. o. 150. S. Franciſcum ſolum inſtitutorem, & fundatorem agnoſcunt. fol. 638. n. 118. & ſeqq. f. 647. n. 151. habitus Franciſcanus. fol. 650. n. 162. extra monaſterium Aſſiſienſe varias habent conſtitutiones, & regulam modificatam. n. 163. multæ etiam coactæ ad acceptanda privilegia circa paupertatem, ſed poſtea libertati traduntur. ibid. Damianitæ nunquam Benedictinæ, neque ſic à Pontificibus dictæ. f. 651. n. 164. imò diſtinguuntur. ibid. & n. 165. 66. non dicuntur Damianitæ, quia de Ordine à S. Petro Damiani inſtituto. fol. 652. n. 168. neque translatæ à Benedictinis ad Franciſcanos. ibid. & fol. 653 o. 170. Viſitatores habere debent per regulam ex Ord. Min. ibid. recipiunt conſtitutiones quaſdam de ſubjectione ad Minores. n. 171. Capellanorum conditiones. ibid. non per Capellanos Minoritas à Bedictinis ad Minoritas eductæ. fol. 654. o. 172. non dicuntur Damianitæ à S. Petri Damiani Eccleſia, habitu, & conſtitutionibus, ſed quare. f. 654. n. 173. qualeſcunque ſemper gloriatæ de cohærentia indiſpenſabili ad Minoriticum Ord. fol. 656. n. 175. lis, & concordatum cum Minoritis pro cura de illis per hos habenda. f. 659. n. 185. ſingula penè monaſteria per publica inſtrumenta hoc declarant, de quo habetur exemplar. f. 661. o. 189. Clariſſæ pluribus ex capitulis ſubordinatæ Minoritis fol. 664. n. 194. in quibus ſubjectæ eorum regimini. fol. 665. à n. 198. ad 219. à quibus, quando, qua facultate viſitandæ. f. 669. n. 204. ad 218. regulæ primæ rigor quoad præcepta mitigatus ab Eugenio IV. fol. 676. n. 220. 21. omnia monaſteria intra limites Ciſmontanæ Familiæ ſubjiciuntur Vic. gen. ciſmont. ibid. exemptionum privilegia eis ab Eugenio IV. conceduntur ſolùm quatenus ex integro ſubſunt Minoritis. n. 222. declarantur, & obfirmantur à Leone X. integrè ſubjectæ Ord. Min. f 679. n. 221. f. 681. n. 224 25. à quibus peccatis abſolvi queant per Confeſſores. fol. 689. n. 240

Clariſſæ undè reformari indiguerint. fol. 719. n. 304. non omnes acceptant privilegia diſpenſativa. ibid. variæ regulæ diſpenſativæ in paupertate. ibid. coguntur ad privilegia acceptanda. f. 720. n. 305. aliæ relaxationes. n. 306. incipiunt reformari. n. 307. 8. reformantur per Viſitatores. f. 721. n. 310. 11. per Generalem Ord. o. 313. f. 723. n. 314. per plura Pontificum diplomata mandatur earum reformatio maximè in Regnis Neapolit. & Hiſpan. f. 728. n. 321. ad reformationem cogi poſſunt per Miniſtrum Gen. ex diplomate Julij II. fol. 728. n. 323. diſpenſationes plures in regulæ rigoribus. f. 730. n. 324. una ſpecialis circa jejunium Adventuale. n. 325. litteralis regulæ obſervantia vix apud pauca monaſteria. n. 327. Clariſſarum Coletanarum ſtatuta, & regulæ declaratio. f. 732. o. 330. quomodo obligatæ ad obſervantiam S. Evangelij. ibid. quomodo recipi, & quas conditiones habere debeant volentes hanc reformationem intrare. n. 331. ad 337. habitus forma, & qualitas præſcribuntur quantùm ad tunicam, cingulum, & velum. f. 734. n. 338. officij item divini recitatio etiam tempore interdicti. f. 735. n. 339. ad. 342. de abſtinentia ſervanda, & cum quibus Abbatiſſæ in ea diſpenſare poſſint. fol. 736. n. 343. de Confeſſione, & ſac. Communione, & de Confeſſore, & ſociis. n. 344. Capellanus, ſeu Confeſſor, & ſocij quales, & qualiter habendi. fol. 737. n. 345. omnes profeſſæ exceptis quibuſdam caſibus obligantur ad perpetuam clauſuram. n. 346. etiam ſervientes, non tamen ſæculares, quæ ingrediuntur monaſterium. n. 347. Cratis, locutorium, torneatorium, portæ quot, & qualiter fieri, & adhiberi debeant. f. 738. n. 348. 49. litteras qualiter mittere, & recipere poſſint. ibid. Abbatiſſam qualem, & quomodo eligant. f. 739. n. 350. ad 52. item Diſcretas. f. 740. n. 353. capitulum culparum quoties, & quomodo tenendum. f. 740. o. 354. de ſilentio, & modo eum ſervandi ad etatem, & loqutorium. fol. 741. o. 355. 56. earum quadrageſimæ quando incipiant, & finiantur. fol. 742. n. 357. paupertas excludens omnem proprietatem, poſſeſſionem, redditum &c. n. 358. 59. 60. qualem curam habere debeant de infirmis. f. 743. n. 361. 62. quando, quomodo, & quali laboritio occupandæ. f. 744. n. 364. 65. 66. quot libros habere poſſint in communi. f. 745. n. 366. correctionis delinquentium præſcribitur modus. n. 367. oſtiariæ conditiones, & munia, ac pro extraneorum ingreſſu in monaſteria leges præſcribuntur. f. 745. n. 368. ad 71. Viſitatorem à quo, & qualem petere debeant. f. 747. n. 372. & qualiter ſe habere ad ipſum. ibid. ad n. 375. quantùm & numero, & ſanctitate excreverint. f. 749. o. 376. variis inſigniuntur privilegiis à Sixto IV. o. 378. recognoſcunt à SS. Clara, & Franciſco originem, & à S. Coleta reformationem. f. 750. n. 379. variæ earum denominationes; & unde deſumptæ. fol. 751. o. 381. f. 765. n. 413. ſingu-



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

lariter dicuntur *Pauperes incluſa* , quare.f.753.n. 387.88.

Clariſſarum velum nigrum præcellit albo. f. 766. n. 415. Laicæ ad nulla officia dignitatem præferentia admitti poſſunt. f. 770. n. 425. eiſdem interdicitur velum nigrum, & benedictio n. 426. Novitiæ moribundæ in debita ætate poſſunt ante completum novitiatus annum ad profeſſionem admitti ad Indulgentias Lucrandas, nullum tamen inde jus Monialibus quoad dotem f.771.n.428. tranſire non poſſunt de monaſterio ad monaſterium etiam per litteras Apoſtol. ſine conſenſo Superiorum, n. 419. tranſeuntes amittunt dotem, & alia ſua bona priori monaſterio juſtè acquiſita. n. 430. caſus ad rem practici adducuntur. f.772.n.431.ad 434

Clariſſarum honori præcipuo cedit prima omnimodæ clauſuræ in Eccleſiâ invectio, & paupertatis f. 781. o. 444. quòd tantorum Parentum, SS. Franciſci, & Claræ ſpiritu ſint genitæ. ibid. Aſperitas, & tanta, ac tam ſubita per univerſum orbem multiplicatio. n. 445. etiam inter primarias Principiſſas, Reginas, & Imperatrices.n.446. Evangelicæ paupertatis in extremis etiam orbis partibus tenax poſt tot contradictiones obſervātia. f. 447. Beatarum tot poſt S.Matrem Filiarum tam ingens numerus. f. 782.n.447.quin & Amazones, & verbi Dei publicatrices. n.448

Claudius de Lotharingia laicus Reformat. f. 453. o.363.

Claudius Guillana Societis Jeſo. Doctiſſimus unus ex Conjudicibus ſuper validitate votorum emiſſorum à Tertiariis Gallicis ſub Vicariatu gen. Vincentij Muſſart. f.869. n.220

Clauſtrales cum Obſervantibus concordant pro pace f. 37. a. b. recedunt à concordatis. fol. 40. b.

Clauſura *Vide* Monialium Clauſura.

Clementis à Monelia Gen. zelus, & labor pro extirpandis relaxationibus in Obſervantia. f. 180. a. ſtatim electus ſtatuto gen. ordinat vel omnimodam clauſuræ obſervantiam Tertiariarum regular. vel ab Ordin. dimiſſionem. f. 763 n. 407.

Clemens VII. rogatus à PP. Obſerv. ſtabilit Strictiorem Obſervantiam. f. 337. n. 98. & ſeqq.

Clemens VIII. Religionum omnium Reformationē intendens graviſſima ad hoc edidit decreta.f.183.a.ejus affectus ad Reformæ propagationem. f.353.n.141

Clemens à Placentia Diffinitor gen. Viſitator Apoſt. amandat P. Joannem Franciſcum Blancardum à Soſpitello ad erigendam Prov. Reformatam D. Thomæ Apoſt. f.367.n.175

Clemens à Briſſinone Reformat. cum Fratre Didaco à Valderio laico, & quodam puero diſcipulo pro Euchariſtiæ confeſſione ab hæreticis occiſus. f.452.n.361

B. Coleta Clariſſarum conſortio ſe indignam exiſtimans eiſdem licèt reluctans, Abbatiſſa præficitur. f. 731. n. 327. excitatur ad reſtauranda Min. & Clariſſarum Inſtituta. ibid. partialis ejus ad Viginitatem reverentia. ibid. Reformationem plurimas inter oppoſitiones fœliciter fundat, & dilatat. n. 328. ſtatutorum pro Reformatione confirmationem obtinet à Concilio Baſileen. & publicationem à Miniſtro gener. n. 328. 29

Coletani Prov. Burgundiæ à Conventualibus, quibus ſe ſubjecerant, redeunt ad Obſervantia, & ſe ſubdunt Miniſtro Gen. & Provincialibus f. 86. a.

Collegium S. Bonaventuræ Conventualium in Urbe extructum à Sixto V. f.524.n.70

Comes quidem author mortis P. Jacobi Gandini *Vide* Jacobus Gandinus.

Comiſſarij gen. electio Citra, & Ultra-montes alternatim ordinatur à Leone X. in bull. *Unionis*.f.165.b. Commiſſarij Apoſt. mittuntur à Clem. VIII. ad univerſas Provincias Reformatas Italiæ. f. 361. n. 159. & ſeqq. inſtructiones Pontificiæ ad ipſos f. 363. n. 161.& ſeqq. Commiſſarij gen. in Italia juriſdictio ſuper Reformatos. f. 370. o. 180. 81. 82. f. 373. n. 183. Apoſtolici miſſi in Gallias ad Recollectionem ampliandam, & tuendam f. 401. n. 253. duo deſtinantur ad viſitandas Obſervantiæ, & Reformæ reſpectivè Provincias. f. 436. n. 318. eas ad ſanctam concordiam mediis pactis inducunt. f. 438. n. 320. Generalis Indiarum in Curia reſidens mandat iterato, & inappellabili decreto Commiſſario gen. reluctanti Provinciarum Peruanarum, ſtabiliendam in iis Recollectionem. f. 460. n. 17. 18. Generalis Ultramontanus approbat dimiſſionem Monaſterij Santarenen. f. 683. n. 228. non potuit dimittere. n. 230

Comitiſſa de Dillingen dat aream pro extruendo Monaſterio de Sufflingen. Clariſſarum f.633.n. 114.

Communitas Ordinis in Capit. generaliſſ. Aſſiſien. promittit, & jurat obſervantiam ad præſcriptum regulæ. f. 66. a. ſed citò recedit à juramento, & obtinet privilegia dipſentiva.ibid.introductas diſpenſationes ſequitur. f.231.b. Communitas Ordinis non idem ac Conventualitas. f.239. a. quid ſit. ibid. Obſervantes aliquando ſubjecti Communitati, nunquam tamen Conventualitati. ibid. a.b. quo ſenſu accepta per Miniſtros gen. præfuerit Obſervantiæ ibid. per bullas *Unionis & Concordia* ſtabilitur in Obſervantibus excluſis Conventualibus. ibid. non ad privilegia obligata, ſed in ſuo eſſe permiſſa.f.242. a. non ſolùm privilegiatos, ſed Reformatos continebat. f. 244.a. 245.a.

Concilium Conſtantien. decernit in favorem Obſervantiæ. f. 21. b. conſiderationes aliquæ Uvadingi ſuper hoc decretum. f.242. b. quando in uſu apud Gallos, Hiſpanos, Aragones, in Regnis Caſtellæ, & Legionis, in Portugallia, in Bavaria, in Brandeburgen. Marchionatu, & in Boſina. à f. 60. ad 63. Concilia Conſtantien. & Baſileen. favent Obſervantiæ. f. 231. b. non dederunt ipſi novum eſſe, ſed foverunt, & à laxioribus diviſerunt. f.230.b.

Compromiſſum Diſcalceatorum Hiſpanorum in Reformatis Italiæ, & viceverſa pro electione Miniſtri gener. in comitiis generalibus. f. 303.n.66.

Concordata inter Clauſtrales, & Obſervantes. f. 39. a. b. inter Miniſtrum, & Vicarium in Hiſpaniis generales. f. 157. b. inter Miniſtrum gen. Obſervantiæ, & Conventuales ſuper reformatione

matione Conventuum Conveotualium io Galliis poſt bullam *Concordiæ*.f.271.a.ioter Obſervantes, & Diſcalceatos in Caſtella, & Luſitania.f.286. n. 38. 32. inter Obſervantes, & Recollectos io Galliis. f. 411. n. 369. & ſeqq. non acceptata ab aliquibus Cuſtodiis recollectis.ibid.approbantur, & publicantur à Miniſtro gen. f. 412. n. 270. à Cardinali Viceprotect. ſuſtinentur contra reclamantes obſervanda.f.413.n.271. 3. confirmantur à Paulo V.f.414. n.274.inter Obſervantes, & Reformatos Polonos. f. 438. n. 321. confirmantur ab Urbano VIII. f.439.n.322.in nihilum abeunt, & quare. n. 323. inter Obſervantes, & Recollectos Valentiæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ. f.469. n. 36. alia inter Obſervantes,& Recollectos nominatos *Reformatos*. f. 472. n. 37. Modificata per decretum S. C. confirmatum ab Alexan. VII. f.476.n. 45.Inter Obſervantes, & Conventuales poſt bullam *Concordiæ* inita,& deinde conformata. f. 508. n. 33. f. 509. n. 34. inter Obſervantium Commiſſarium, & Conventualium Vicarium Apoſtolicos in Galliis. f.540.n.103

Concordia, & pax ſtabilitur ioter Regularem, & Strictiorem Obſervantiam ex acceptatione unius communis Miniſtri gen. ſive ex his, ſive ex illis indifferenter eligendi, f.181.a.

Confeſſor Monialium, & ſocius intrantes Monaſterium ſint ambo ſacris induti. f. 747. n. 371.

Confraternitas ſæcularium utriuſque ſexus ſub titulo *De decem virtutibus Virg. Mariæ* inſtitutæ promovente Gilberto Nicolai. f. 717. o. 298.

Confraternitates Diſciplinatorum,Confalonis, & aliæ à SS. Antonio de Padua, Bonaventura, Bernardino initiatæ. f.940. n.47

Congregationes Amadæorum, Clarenorum, Reformatorum de S. Evangelio, & ſimiles non acceptaverunt privilegia diſpenſativa regulæ introducta, f. 261. n. 2. Uniuntur Corpori Obſervantiæ ſub uno Miniſtro gen. de Obſervantia per bullam *Unionis* f. 163. a. b. Reformatorum de Strict. Obſervant.& Capuccinorum initium. f. 179. b. Eas naſcentes Miniſtri gen. fruſtra conantur extinguere. ibid. S.Congregatio ad ſupplicationem Joſephi Ximenij pro dimiſſione gubernij Monialium, quarum Confeſſarij debent eſſe Factores &c.remittit libellum Cardinali Cybo Protect. f.690.n.244

Congregatio infirmorum, quæ dicitur Obregonum quando, à quo, ubi inſtituta f. 940. n. 45.

B. Conradus Tertiarius Eremita f. 808. n. 88.

Conſtantini Gaetani opuſculum de religioſa educat.S.Ignatij inter Benedictinos prohibitum à S. C. f.647.n.152.53

Conſtitutiones Martinianæ in Capitulo generali ſſ. Aſſiſienſi ab univerſo Ord. acceptatæ, mox à Miniſtro gen. & pluribus aliis reijciuntur. f. 66. a. f. 264. a. Generales pro Obſervantibus Ultramontanis eduntur à Capitulo gen. Audomarenſi. f. 76. b. editæ à Bonaventura de Calatagirone gen. f. 353. n. 4. 5. non arrideot Reformatis, ideo obtinentibus confirmationem bullæ Gregorij XIII. in ſui favorem editæ.f.355 n. 154. generales Strictioris Obſervantiæ per quos Miniſtros gen. compoſitæ. f. 443. n. 337. immutabiles per Superiores gen. ex confirmatione Pontificum. ibid. denum pro Italis examinatæ, ordinatæ, & ab Urbano VIII. confirmatæ. ibid.

Controverſiæ inter Conventuales, & Obſervant. circa unionem. f. 86. b. Alia circa obſervationem bullæ Eugenianæ per 30. Doctores deciſa in favorem Obſervantium. f. 95.b. Inter Obſervantes, & Capuccinos circa tranſitum illorum ad iſtos commiſſæ tribus Cardinalibus examinandæ. f. 570. n. 26. deciduntur per ſententiam interlocutoriam f. 571. n. 30. f. 572. n. 32. 33. quam difficulter compoſitæ. ibid. item pro tranſitu mutuo. f. 579. n. 43.Capuccinorum cum aliis Mendicantibus pro habitu,& aliis ſignis diſtinctivis. f. 591. n. 69. deciſæ contra Capuccinos. ibid. eorumdem cum Recollectis Galliarum pro caputio deciſæ in favorem Recollectorum. n.70.cum Obſervantibus pro præcedentia, ſed causâ cadunt. f. 448. n. 354

Conventus ſeu Tugurium Bruliani conceditur Fr. Pauluccio de Trincis f. 6. a. ejus loci conditiones quàm aſperæ ibid.b. ut Obſervantiæ primus ſemper habitus in veneratione inviſitur, & ditatur indulgentiis à Julio II. f. 7. a. alij plures conceſſi Fr.Pauluccio. ibid. item Camerini, Cæſæ Palumbæ ac Murri. f. 13. a. item Fabriani conceſſi à Chiavello Fabriani Domino. ibid. b. S. Mariæ Angelorum de Portiuncula conſignatur Obſervantibus. f. 14. b. & 54. b. S.Juliani prope Aquilam locus ad constructionē præſignatur igneo globo è Cœlo delapſo. f. 15. a. Mirabellanus primus, deinde alij multi traditi Obſervantibus à Concilio Conſtantien. f. 17. b. Mirabellanus bis à Calviniſtis cum varia Fratrum excruciatione ſuccenſus f. 18. a. Camberiacenſis obtinet diſpenſationem circa paupertatem. f. 19. a. & f. 362. a. Sagienſis, de S. Audomaro, de Varennis,de Dola, de Valle, de Elicio, de Ambaſia, de S. Joan. Angeliacen. de Bercorio, de Choleto, de Fontinisco à Concilio Conſtantienſi ſubjecti Vicariis Prov. f.21.b. Angeliacenſis denuo ſe ſubdit Ordinis Communitati. f. 25. a.Salicetanus primus in Hiſpan. Obſervantiæ Reformationem recipit. f. 30. b. tres ab Obſervantibus erecti in Inſulis Balearibus adnectuntur Provinciæ Aragon. f. 46. a. plures à Rege Boſnæ fundati pro Obſervantibus. ibid. b. capaciores deputati pro ſtudiis litterariis. f. 47.b. Ildebergen. reformatur, & in Reformatione ſtabilitur. f. 49. a. S. Crucis Cracovien. fundatur, & ſtabilitur pro Obſervantibus; item S. Bernardini. ibid. b. Vratiſlavienſis cum aliis incorporatur Vicariâ Auſtriæ, & Bohæmiæ.f.51.b. S. Theobaldi Viennen. à Friderico Imper. B. Capiſtranenſi traditus pro Obſervantiæ Tyrocinio ejuſque incrementum f. 52. a. Portiunculæ, & Montis-Alverniæ quando tranſierint ad Obſervantes f.b.54.b. Alvernien. à Conventualib. invaſus, ſed reſtitutus Obſervantibus. f. 55. a. commendatus protectioni artis lanariæ Florentinorum. ibid. Dolæ,& alij Coletani ſe ſubdunt Obſervantibus, ſed cito recedunt. f.80. a. Bethuniacen. Ipren. & Gandaven. à Conventualibus traditi Obſervantibus. f. 127. b. Bethunieen. redit ad Conventuales,ſed non alij etiam poſt longum litigium. f. 128. a. Iſernien. à quo anno inhabi-

tatus à Conventualibus? & à quo ab Obſervantib. f. 222. a. 224 a. b. antiquiores Minoritici pro parte majori quare remanſerint Conventualibus. fol. 222. a. fol. 224. a. b. primus Ordinis non ille ſancti Franciſci Aſſienſis, ſed Sub-aſſiſien. Portiunculæ f. 223. b. Bononien. ob amplitudinem à S. Franc. maledictus, deinde toleratus. ibid. Aſſiſienſis. S. Franc. poſt ejus obitum inchoatus. ibid. multi fundati vivente S. Franc. ibid. S. Franc. Aſſiſien. S. Anton. Paravin. & alij antiquiores quando devenerint ad Conventuales. f. 237. b. 38. a. S. Franc. Aſſiſien. fundatus, & extructus Greg. IX. ſumptibus. f. 237. b. S. Mariæ Angelorum de Portiuncula à S. Franc. ſingulariter dilectus, & ad ſuum obitum electus. ibid. Mater, & Caput Ordinis. f. 238. a. hac conditione datus à PP. Benedictinis. ibid. Rivi-torti fundatus non à S. Franc. ſed à Conventualibus. ibid. ejus ſtatus tempore S. Franc. ibid. b. quo tempore extructus ibid. Portiunculæ probatur Ord. omnium primus. ibid. Conventus Communitatis quare utplurimùm remaſerint Conventualibus. fol. 242. a. Plures fundati ab initio Ord. ante Conventualium nomen adinventum. fol. 250. a. b. exprimuntur plures ad differentiam Eremitoriorum, & Oratoriorum. ibid. Montis Mariani primus primæ Cuſtod. Diſcalceat. in Hiſpan. f. 273. n. 14. S. Mariæ Angelorum Nornacuelos fundatio. f. 274. n. 15. quanta ſemper recollectione coruſcarit. ibid. Obſervant. Cuſtodiis adnumeratur, ibid. S. Mariæ de Luce Truxilli. fol. 274. n. 16. Montis Syon de Salvaleone fundatur. fol. 275. n. 16. Villæ novæ de Fraxino fundatus à B. Guadalupen. deſeritur, ſed mox reſtituitur diſcipulis. fol. 275. n. 17. S. Mariæ Pietatis ad Villam vitioſam fabricatur. ibid. primus Prov. Pietatis ab ipſo denominatæ. ibid. Prope Granatam fundatus. ibid. item alij in Extremadura. ibid. Granatenſis fundatus à B. Guadalupen. f. 283. n. 23. Diſcalceatorum in Caſtella uniuntur Obſervantibus ſub Vic. S. Jacobi. f. 286. n. 31. Luſitani manent ſub obedientia Vic. Gen. Obſervantium. ibid. Omnes à Joanne Bapt. Piſaurien. fundati pro Diſcalceatis tranſeunt ad Conventuales reformatos. fol. 290. §. 2. Fontis palumbæ, S. Joannis de Lauro, & S. Mariæ de Aviliano aſſignantur Reformæ initiis. f. 327. n. 84. Item Fontis palumbæ, Grecij, Arciſantiquæ, & Nazzani, & plures alij. fol. 329. n. 89. f. 345. n. 112. S. Sergij Tropejæ, S. Franciſci Terrenovæ, & S. Philippi Quinque-frondium attribuuntur Reformæ & S. Angeli de Valle Tucis. fol. 336. n. 93. S. Pauli Bononiæ etiam à Sixto V. fol. 344. n. 114. Plurimi à Miniſtris, & Capitulis generalibus Reformæ in initio aſſignati, vel non traditi, vel revocati. ibid. n. 115. Græcij, & Fontis palumbæ jam Capuccinis aſſignati, Reformatis reſtituuntur. f. 344. n. 116. f. 440. n. 325. S. Franc. de Vrbe quando ad Reformatos tranſiit. fol. 350. 130. S. Mariæ de Ponticellis ab Amadæitis tranſit ad reformatos fol. 351. num. 131. Aliquot, etiam aliis Reformatorum non contigui. fol. 352. n. 138. Magni, & parvi ſemper fuerunt in Religione, & ad quid. fol. 353. n. 143. ipſorum differentia quantùm ad religio-nis honorificationem, & conſervationem. ibid. à Miniſtris, vel Commiſſariis aſſignandi reformatis aliis contigui. fol. 356. §. 7. apti ad retinendos 12. ſaltem Fratres. fol. 360. §. 4. Rapiſtanenſis primus conceſſus ad fundandam recollectionem in Gallis. f. 397. n. 236. Nivernen. primus recollectus in Francia Pariſien. fol. 398. n. 241. Idem à quo fundatus, per Anglos deſtructus, & à quo reſtitutus. ibid. primo Reformatis ab Italia vocatis, deinde Obſervantibus, ultimò Recollectis traditus. ibid. Balmetæ extra Angeriā fundamentum recollectionis in Turonia Pictaviē. fol. 399. n. 242. Verdunen. deinde Meten. in Lotharingia tradità Recollectis. n. 243. Condriacen. primus, poſtea Gratianopolitan. tranſeunt ad Recollectos in Prov. S. Bonav. n. 245. Mechlinen. primus reformatur in Belgio. fol. 420. n. 283. Balmetæ in Belgio reformatur. ibid. Nivellanus, & alij Reformatis traditi. fol. 420. n. 284. Biozen. Nivellanus, & Sambrien. deputati pro reformatione. f. 423. n. 287. Monacen. in Bavaria reformatur. f. 425. n. 292. Olmuſcen. primus in Moravia, Glivicen. in Sileſia 2. & Polezovien. 3. Reformatis traditi. f. 427. n. 298. Vvarſavien. in Polonia erigitur pro reformatis. f. 433. n. 309. Pragen. & Tyrnavien. Prov. Reform. Hungariæ aſſignati declarantur adnexi reformationi Italicæ. f. 433. n. 311. Clivicen. incorporatur Prov. reform. Polonicæ. n. 312. Montis Alvernæ, S. Vrbani, de Luco, Grecij, Fontis palumbæ &c. à S. Franc. & ſociis deſtinati ad Recollectionem. fol. 456. n. 2. quin & S. Mariæ de Portiuncula. n. 3. fuere ſemper in Religione magni pro ſtudiis, parui, & ſolitarij pro recollectione. n. 4. S. Catharinæ de Carriora, &c. in Luſitania aſſignati ad recollectionem. fol. 457. n. 7. item ab Obſervātibus in qualibet Hiſpaniarum Provinc. n. 9. plures traduntur in Provinciis Concept. Aragon & Portugal. fol. 458. n. 13. tres in ſingulis Prov. Gallic. aſſignantur ſub gubernio Miniſtrorum Prov. fol. 461. n. 20. Aſſignandi recollectioni quinàm. fol. 462. n. 25. quot pro ſingulis Provinc. fol. 463. n. 26. quomodo diſtribuendi pro 1. & 2. novitiatu. n. 27. Eldenſis cum ſuis attinentiis mandatur conſignari Recollectis. fol. 474. n. 41. Ara cœlitan. quando, & à quo tranſlatus à Conventualibus ad Obſervantes. fol. 521. n. 57. SS. Apoſtolorum de Vrbe ſtabilitur pro Conventualibus. fol. 524. n. 70. plures Conventualium operâ Ximenij traditi Obſervantibus in Hiſpan. fol. 525. n. 74. f. 527. n. 80. Reformantur omnes Conventualium, & Monialium ipſis ſubjectarum in Navarra. n. 82. Uliſſiponen. Conventual. traditur Obſervantibus fol. 535. n. 89. aliqui Conventualium in reformatione aſſumpta permanere coguntur. fol. 537. n. 96. Provinciæ Aquitan. ex decreto Franciſci 1. traduntur Obſervantibus ex Conventualibus n. 97. item Prov. S. Ludovici. fol. 538. n. 98. 99. S. Luciæ de Monte Neapolitan. extructus pro Conventualibus reformatis. fol. 542. n. 110. Idem Licienſis, Grumen. Tripalden. & Caldarolen. exempti à ſuppreſſione Conventualium reformat. fol. 549. n. 133. tandem ſuppreſſi, & aſſignati non Reformatis, ante ipſorum occupationem traduntur Diſcalceatis erecti in Cuſtodiam

diam. fol. 550. n. 136. S. Antonij *in Capite domorum* de Vrbe traditur Capuccinis. fol. 582. n. 50. & noviter erigitur ſub titulo Immaculatæ Concept. ibid. S. Franciſci Toletan. à Conventualibus ad Obſervant. ab his ad Moniales Conceptioniſtas tranſit, mutato *S. Franc.* in *Conceptionis* titulo. fol. 695. n. 255. Aliqui ex antiquioribus Tertij Ord. aſſignantur. fol. 827. n. 129. S. Annæ Fulginen. primus, in quo tertij Ordin. regula ſub triplici ſolemni voto ad regularitatem elevata f. 840. n. 161. Cui plures alij brevi accedunt. ibid. Francovillæ primus pro Tertiariis Regularibus Reformatis. fol. 856. n. 195.

Conventualis, & Conventualitatis nomen unde, & quotuplex f. 133. a. b. fol. 204. b. 205. a. b. 212. b. 213. a. 221. b. 253. n. 4. fol. 487. num. 3. ad, 6. non à S. Franciſco inductum f. 211. b. f. 287. n. 2. ſed ab Eugenio IV. inventum. fol. 212. b. f. 250. a. & à Julio II. affixum, ac à Leone X. confirmatum, f. 213, a. f. 490. n. 6. Non inductum ab initio Ordinis ad differentiam Eremitarum, ſed quando, & ad quid. fol. 229. a. f. 256. b. f. 487. n. 3. prius bullâ *Vnionis* non tamen coævum titulo Obſervantium à Conc. Conſtantien. aſſignato. f. 235. b. adjectivum denominat multa ſubſtantiva, quæ, & qualiter. fol. 204. b. & ſeqq. f. 211. ad 13. f. 253. & ſeqq. quo ſenſu peculiare unius Religionis præ cæteris. fol. 250. a. quando, à quo, & quare Eccleſiis Minoriticis attributum. f. 251. a. conceſſum ad inſtantiam religionis pro Eccleſiis tantùm f. 252. & ſeq. non deſumptum ab ironia, & irriſione parochorum. f. 256. a. b. neque ab inhabitatione Conventuum ad differentiam Eremitarum. ibid. b. ad quid propriè, & à quibus Pontificibus inductum. f. 257. a. quos ſignet in religione Franciſc. f. 487. n. 2. quo ſenſu conceſſum ab Innocentio IV. Eccleſiis Minoriticis. f. 488. n. 4. 5. apud Minores ſignat Congregationem viventem cum privilegiis. f. 489. n. 6.

Conventuales à quo ſic dicti. f. 66. b. f. 187. b. 212. b. 213. a. 221. b. cum aliquibus Obſervantibus conſpirant in Obſervantiam. fol. 81. a. reportant à Calixto III. bullam *Concordiæ*. f. 82. a. b. contendunt cum Obſervantibus ſuper ſtabilitate, & obſervantiâ bullar. Eugenianæ, & Calixtinæ. fol. 86. a. b. accuſant Obſervantes in multis, quæ confutantur à B. Capiſtranen. f. 89. a. quando, & qua occaſione cœperit machinari contra Obſerv. ibid. novi, ſed vani eorum conatus ut Obſervantes ſibi ſubjiciant. fol 92. b. 93. a. fol. 102. a. injurioſè in eos ſe habent in Capitulo gen. Mdiolanen. fol. 120. b. Sixti IV. patrocinium ſperantes denuò, ſed fruſtra eorum ſubjectionem intentant. fol. 125. b. fol. 131. b. ipſorum querelæ, & indignationes, quia à Generali Ex-Conventuali officiis deſtituti, fol. 127. a. b. maximum decrementum. fol. 151. b. querelæ de tranſlatione ſuarum domorum ad Obſervantes. fol. 152. a. Prælati non jam Miniſtri, ſed Magiſtri titulo appellandi. f. 168. a. b. fol. 215. b. fol. 505. n. 31. 32. f. 515. n. 42. quis eorum primus Miniſter gen. fuerit appellatus. ibid. quo fundamento cœperint ſic appellari. fol. 346. a. b. fol. 515. n. 43. quare remanſerint cis antiquiores Ord. Conventus. fol. 222. 23. eorum initium ſecundùm rem, & ſecundùm nomen. fol. 224. b. non primi S. Franc. diſcipuli. fol. 228. a. Ex Pontificiis definitionibus non ſunt Fratres Minores, ſeu S. Franc. ſimpliciter, ſed cum addito Conventualitatis. fol. 240. & ſeq. profitentur obſervare regulam Minor. non ſimpliciter, ſed privilegiis mitigatam. fol. 264. b. vel non fuerunt ab initio Ordinis, vel præſentes alij ab illis. ibid. recuſantes uniri in regulæ puritate ſegregantur in unum corpus ab Ord. Communitate diſtinctum. fol. 231. b. 239. b. 505. n. 31. 32. Eorum Superiores Gen. & Prov. tenentur petere ſuæ electionis confirmationem à Miniſtris Obſervantiæ ibid. & fol. 512. n. 35. tenentur excipere Miniſt. Gener. Obſervantiæ ad ipſos divertentem, ut proprium prælatum, à quo poſſunt paternè viſitari. ibid. debent præcedentiam cedere Obſervantibus in actib. publicis. fol. 212. n. 35. fol. 515 n. 44. quandiu habuerint Protectorem cum Obſervantibus communem. n. 45. coguntur cedere Aracœli Obſervantibus. fol. 521. n. 57. acquirunt Eccleſiam S. Salvatoris *de Vada* in Vrbe, quibus conditionibus. ibid.

Conventuales inhabitabant omnia magnifica, & frequentatiſſima monaſteria in Hiſpania, dicti etiam Clauſtrales. fol. 525. n. 72. eorum reformationi obſiſtunt nobiliores multi, & quare. n. 73. reducuntur ad litteralem regulæ rigorem. fol. 527. n. 80. retinent tamen aliquos Conventus, cæteris ad Obſervantes tranſlatis. ibid. eorum bona regulæ puritati adverſantia quàm piè applicata per Ximenium. fol. 527. n. 81. eorum Conventus in regno Navarræ, ſicut & Monialium ipſis ſubjectarum reformantur. n. 82. ex integro cum omnibus Monialibus ipſis ſubjectis ad regularis Obſerv. leges reformari jubentur. fol. 529. n. 83. reformato Conventu Ulisſiponen. transferunt in Civitatem Portuen. primariam ſedem ſui Provincialis, vocantque Provinciam Portuenſem. fol. 635. n. 89. per totam Luſitaniam Obſervantibus incorporati ſupprimuntur cum Tertiariis, & Monialibus ſibi ſubjectis. n. 90. ob ſuas querelas iterum obtinent. 9. Conventus in diſtrictu Portuen. Cuſtodiæ. fol. 536. n. ibid. ſed tamen in Provinciis repartiti obtento uno Diffinitore per ſingulas Provincias ſenſim extinguuntur. ibid. In Galliis coguntur vel reformari, vel ſuas domos Obſervantibus cedere. fol. 536. n. 92. in Hiſpaniis etiam, Belgio, & Germania. ibid. & n. 93. Provinciæ Conventuales Franciæ, Turoniæ, S. Bonav. & Saxoniæ ultrò tranſeunt ad Obſervantes. n. 94. In Aquitania reformantur omnes Conventus. fol. 537. n. 97. immo in univerſa Gallia n. 98. 9. in provinciis etiam Aquitaniæ, & S. Ludovici. f. 538. n. 99. ſcholares Conventuales non tollerandi in Conv. Pariſien. fol. 540. n. 103. ad ipſorum reformationem in Belgio deputati Viſitatores. n. 104. retinent adhuc duas Prov. & 12. Cuſtodias in Galliis n. 105. in Dania tranſeunt ad Obſervantes, confirmato per Leon. X. tranſitu, n. 106. 107.

Conventualium reformatio quando incœperit f. 516. n. 46. Reformatis uſus pecuniæ, & proprietas

prietas in communi regulatur, in particulari interdicitur. n. 48. ad 52. condunt pro reformatione conſtitutiones à Pio V. confirmatas. ibid. pro ipſorum ſanctiori reformatione edit conſtitutiones quaſdam Pius V. f. 518. n. 53. quæ confirmantur ab eodem. f. 520. n. 54. ipſi ad vitæ puritatem reſtituendam novas ſibi præfigunt conſtitutiones ab Vrban. VIII. confirmatas. n. 55. 56. Reformatorum Congregatio quando inſtituta. f. 542. n. 109. 110. 111. primi Promotores, & qua occaſione. n. 111. ſubjecta Miniſtris Conventual. inquietata à Capuccinis, confirmata à Sixto V. ibid. ſub ſuis tamen Cuſtodibus. f. 543. n. 112. habet facultatem recipiendi Novitios in Provinciis Sicula, & Neopolitana cum licentia Miniſtrorum Conventual. ibid. confirmatur Congregatio cum ſtatutorum præſcriptione. f. 543. n. 114. ad 127 Reformati magna cum exemplaritate viventes augentur in Italia. f. 546. n. 128. 129 patiuntur controverſias à Capuccinis propter habitum, & à Conventualibus. f. 147. n. 129. ſupprimuntur ab Vrbano VIII. ibid. & ſeq. ſalvis tamen paucis Conventibus. f. 549. n. 133. qui & Viſitatorem, & ſtatuta obtinent à Sede Apoſt. confirmata. n. 134. finaliter omnino ſupprimuntur. n. 135. tranſeunt potiùs cum ſuis Conventibus ad Diſcalceatos, quàm ad ſuos Conventual. n. 137. præcipui qui inter eos floruerunt. f. 551. 138

Conventualium primarij honores. f. 551. n. 139. quare habeant Sanctorum Franciſci, Antonij de Padua, aliorumque Ordinis exuvias, & Templa n. 140. plures ex ipſis Servi Dei recenſentur. n. 141. ad 153. ad S. Sedis negotia peragenda, ad Cathedrales, Metrapolitanas Eccleſias, ad ſac. Purpuram plures, & duos ad Pontificatum habent evectos. f. 552. n. 154. Inquiſitoratus etiam plurimos. f. 553. n. 155. 156. 57. Miſſionarios, & aliquot Vice-Patriachas ubi. n. 158. 159. eorum Procurator Gen. quando oret ex officio coram Pontif. ibid. Inquiſitionis univerſalis unum habent Conſultorem. n. 160. litteraturam maximam profitentes plurium Vniverſitatum Cathedras obtinent. n. 161. ſtatus Religionis ad præſens quoad numerum Provinciarum, Conventuum &c. f. 554. n. 162. Conventuales tàm Minores, quàm Minoriſſæ in Hiſpania ad regul. Obſervantiam reformari coguntur. fol. 728. n. 321

Conventuales dicuntur omnes Eccleſiæ, non tamen omnes Fratres Minores, & quare. fol. 251. a. b.

Conventualitas non eſt antiqua Ordin. Communitas. f. 131. b.

Conventualis *Eccleſia, Frater, ſeu Monachus, & Miſſa* quid ſignificent. f. 205. a. f. 212. a.

Cophtorum Patriarcha, & populi cum Eccleſia Roman. uniti per Antonium à Piſticeja Reformat. f. 448. n. 354

Coriolani aſſerta pro Conventualium antiquioritate expenduntur, & explicantur. fol. 230. a.

Cornelius à Zirichzeena fundat Coloniæ Obſervantiam, & ejus egregiæ virtutes. fol. 54. a.

Corthеſius petit, & obtinet à Carolo V. Clariſſas, & Terriarias in Americam tranferri. f. 634. n. 117

Cunegunda Regina Clariſſa. fol. 634. n. 114. 116.

Cuſtodia Aragoniæ, & Valenniæ cõſtituitur, & quandò f. 43. a. obtinet poſſe conformari decreto Conſtantien. f. 44. b. Balearium Inſularum quando, & à quo fundata. f. 46. a. adnectitur Prov. Aragon. ibid. Terræ Sanctæ quando, & quare tranſiit ad Obſervantes. f. 55. a. eiſdem adjudicata. f. 242. b. Angelorum à B. Joan. de Popula, & quando inchoata. f. 268. n. 1. f. 270. n. 14 à Conventu S. Mariæ Angelorum denominata. ibid. & n. 15. à ſua fundatione ſubjicitur immediatè Min. vel Vic. Generali. ibid. S. Mariæ de Luce, & S. Evangelij erectæ à B. Guadalupenſi f. 283. n. 24. Pietatis quibus conditionibus recta per Petrum Melgarium. f. 286. n. 31. 32. f. 288. n. 36. Extremaduræ, ſeu de S Evangelio fundatur. f. 287. n. 33. Hæc, & Cuſtodia Pietatis eriguntur in Provincias n. 35. Cuſtodia S. Evang. accipit nomen S. Gabrielis. ibid. quo anno incorporata Obſervantiæ. n. 36. confirmatur in Cuſtodiam, quibus conditionibus f. 288. n. 26. erigitur in Prov. ibid. SS. Simonis. & Judæ, deinde S. Joſephi dicta fundatur Diſcalceatis. n. 37. Matris Dei erecta in Prov. Diſcalcear. non ſortitur effectum, quare. f. 299. n. 54. Cuſtodiæ omnes Italicæ Reform. proponuntur reducendæ in 4. amplas Prov. pro Reformæ ſtabilimento. f. 364. n. 165. Reformatæ eriguntur in Provincias. f. 383. n. 206. ad 211. plurimæ Recollectæ intra annum ſtabilitæ. f. 400. n. 246. rediguntur in duas Provinc. & unam Cuſtod. ibid. & f. 411. n. 269. S. Antonij in Delphinatu erigitur pro Recollectis. f. 412. n. 270. Ejus erectio confirmata à Paulo 5. f. 414. n. 274. nova reformata in Bavaria erigitur in Prov. f. 425. n. 293. S. Mariæ Angelor. & S. Ant. de Padua reformatæ eriguntur. f. 431. n. 307. 308. confirmatur earum erectio, & Italicæ Reformationi adnexio per Cap. Gen. f. 433. n. 310. 311. Erectio, & incorporatio confirmantur ab Vrb. VIII. f. 434. n. 314. erectio earum in Provincias quare præ aliis in communi bulla exprimatur. f. 439. n. 323. Reformata erigitur ſub Præfecto Apoſtolico pro Miſſionibus exercendis in Tranſilv. f. 449. n. 356. Conſtantinopolitana quatuor habet Convent. ibid. S. Petri de Alcantara Diſcalceatorum Nepolitana (quæ poſtea redacta in Provinciam) quando erecta. f. 550. n. 137.

Cuſtos pro Reformatorum gubernio inſtituitur. f. 338. §. 7. ejus facultas. §. 7. 8. 9. & ſeqq. durat ad triennium §. 11. Cuſtodes Reformatis aſſignati, pauciſſimi, & brevì durant, quare. f. 349. n. 126. eorum gubernium confirmatur. f. 350. n. 127. 28. aſſignantur Provinciis. n. 129. in Provincia Rom. ſemper extitiſſe creditur. f. 351. n. 1[illegible] in Capitulis Obſervantium quando, & à quibus eligeretur Reformatorum Cuſtos. n. 132. Cuſtodes Reformatorum ſemper extitiſſe. n. 131. & ſeqq. non poſſunt Obſervantes ad Reformationem venientes extra capitulum &c. recipere. f. 351. n. 135. poſſunt extra Capitulum & Congregationem Novitios ad Ordinem recipere, & quomodo n. 136. 37. poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis

ſubditis ad Guardianatum eligendis in trigeſimo ætatis anno conſtitutis. f. 352. n. 137. eorum authoritas. f. 354. n. 145. in pluribus locis leguntur, & nominantur. f. 353. n. 139. Cuſtodis officium non conferendum niſi poſt triennium laudabilis Reformationis. f. 355. n. 152. ejus facultas quoad receptionem Novitiorum, & Fratrum de Familia ad Reformationem. f. 356. §. 6. quoad ſuos ſubditos mittendos extra Reformatorum Cuſtodias. f. 357. §. 10. electus in ſuo Capitulo Cuſtodiali debet petere confirmationem à Miniſtro Prov. f. 357. §. 12. intra tridnum non confirmatus à Provinciali habetur pro confirmato f. 358. §. 12. decedente Cuſtode non alius eligendus, ſed Commiſſarius ſubſtituendus uſque ad proximum Capitulum. §. 13. quam poteſtatem habeat in ſua Cuſtodia. §. 14. f. 373. §. 2. 3. 4. mittendus ad Comitia gen. eligendus Reformatus, ſi Miniſter ſit de Obſervantia, & viceverſa. f. 395. n. 229

## D.

SAnctus Damianus, à cujus Eccleſia Clariſſæ dicuntur Damianitæ, eſt S. Damianus Martyr, non Petrus Damiani. f. 654. n. 173

Decreta Urbani VIII. ad reformationem ſpectantia. f. 382. §. 1. commovent Obſervantes. n. 202. non arrident Reformatis. f. 383. n. 203. decreta emanata à Capit. gen. Toletano pro concordia Provinciæ Turonen. Pictavien. cum ſuis domibus recollectis. f. 480. n. 35

Deodati a Pantano Reformati vita authoritate Ordinarij examinata f. 454. n. 363.

Didacus de Vera Diſcalceatus tractatum modeſtum &c. edidit pro abroganda Diſcalceatorum ſeparatione. f. 301. n. 61

Didaci à S. Petro ardentior, ſed imprudentior, & inutilis conatus contra Vicariatum gen. Diſcalceatorum. ibid.

Didacus Bononienſis laicus Gregorio XV. quàm acceptus. f. 373. n. 186. ſupplicatur cum aliis eundem Pontificem pro Strictioris à Regulari Obſervantia ſeparatione. ibid.

Didacus de Lombreras, & Didacus de Villalhon Recollecti Diſcalceatorum Heroës f. 485. n. 74. 75

Diffinitores Generales qui & quomodo eligendi ex decreto Urbani VIII. fol. 385 §. 8. Vnus in qualibet Prov. Hiſpaniæ, & Indiarum occidentalium aſſignatus Recollectis. f. 460. n. 15. 16. ejuſdem Diffinitoris facultas. ibid. ipſi decedẽti ſubrogatur antiquior ex-Diffinitor, vel Guardianus ex Recollectione. f. 461. n. 19. ejuſdem munus f. 469. n. 36. f. 472. n. 37. f. 473. n. 41. Diffinitori decedenti ſubrogatur per ſtatuta dignior Pater f. 485. n. 45. caſus notatu dignus in hac materia. ibid.

Diſcalceatorum in Hiſpaniis origo f. 268. n. 1. eorum inſtitutum quàm amplè dilatatum extra Hiſpanias. n. 2. à prima ſui origine ab Obſervantiæ Provinciis recedunt. f. 269. n. 3. primæ Cuſtodiæ Angelorum initium. f. 273. n. 14. Cuſtodias eligunt S. Mariæ de Luce, & S. Evangelij fol. 283. n. 24. maximas contradictiones, & moleſtias evincunt n. 25. 26. f. 284. n. 26. 27. reſtituuntur in integrum. ibid. & ſeqq. valdè multiplicantur in Caſtella, & Luſitania. ibid. n. 28. ex duabus Cuſtodiis unam conſtituunt Provinciam ibid. n. 30. capitulum ſuum ad primi Provincialis electionem convocant. ibid. coguntur ſe ſubdere Vicario Provinciali Obſervantino S. Jacobi. f. 285. n. 30. eorum initium compendioſè enarratur. f. 287. n. 34. ſubduntur gobernio immediato Miniſtri Gen. f. 289. n. 38. renuunt gubernari per Commiſſarium Obſervantem deputatum à Generali. ibid. viſitandi per Diſcalceatos. n. 41. omnem ab Obſervantibus independentiam ſub Vicario gen. Diſcalceato procurant. ibid. n. 42 eum obtinent à Miniſtro gen. n. 45. ſed non à ſac. Congreg. eum negante, & quare. n. 46. quem poſtea à Clemente VIII. cum ampla poteſtate obtinent. n. 47. impetrant hoſpitium, & Procuratorem gen. pro Diſcalceatis Hiſpaniarum, & Indiarum in Urbe. f. 295. n. 50. & ſeqq. Procuratoris hujuſmodi facultas. ibid. ei ſubſunt omnes Diſcalceati ex Hiſpaniis, & Indiis ad Vrbem accedentes f. 296. n. 51. quomodo eligendus, & quandiù duraturus. ibid. obtinent Hiſpani Vicarium gen. & quatuor Diffinitores per ipſos eligẽdos. f. 296. n. 53. ſtatuta & omnib. generalia, & reſpectivè particularia condenda ordinantur. ibid. facultas conceditur inſtituendi ſibi Commiſſarios in Provinciis, in Indiis, & in Curia Regis Hiſpaniarum. fol. 297. annulato Vicariatu gen. reducuntur ad priſtinam Miniſtri gen. ſubjectionem. f. 301. n. 62. declarantur veri, non novi filij S. Franciſci. f. 306. § 3. gaudent omnibus gratiis &c. quibus Obſervantes. ibid. §. 4. ſeqq. non tamen titulo Lectoris jubilati, nec ex-Provinciales Paternitate. f. 310. n. 69. neque habent ampliùs votum in Diffinitorio f. 311. 312. poſſunt tamen Provinciæ pro ſuis negotiis mittere ad Vrbem Procuratores. f. 313. §. 7. Indi debent vivere, & regi ad formam Hiſpanorum. f. 314. §. 12. Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ conceditur facultas recipiendi quaſcunq; domos ſibi oblatas. f. 316. §. 2. recipiendi quoſcunque ſuum inſtitutum ſuſcipere, & profiteri volentes. §. 3. vivendi ſolùm ſecundùm ſuas reformatas conſtitutiones. §. 4. celebrandi ſuas Congregationes &c. §. 5. habendi ſolùm Viſitatores Diſcalceatos §. 6. quòd Guardiani, ſeu Vocales ob nullas cauſas priventur à Viſitatoribus voce activa, & paſſiva ante celebratum capit. §. 7. ejus Fratres non poſſunt in alias partes mitti niſi de conſenſu capituli, aut Diffinitorij Prov. neque licentiari ad habitandum in domibus ſæcularium. §. 8. eadem Prov. gaudere poteſt omnibus gratiis &c. quibus aliæ §. 9. Provinciæ S. Joſephi eximũtur ab omni moleſtia &c. Obſervantium, ab omni onere Miſſarũ celebrandarum, non aliò mittendi, niſi per Capit. Provinciale, eid. Provinciæ incorporatur Prov. S. Gabrielis Philippinarum. f. 318. 19. n. 83. eadem Provincia poteſt ſibi condere ſtatuta. f. 321. §. 2. gaudet omnibus gratiis, &c. quibus aliæ. §. 3. ejus Fratres poſſunt ſepellire ſæculares in ſuis Eccleſiis, etiam quæ fuerunt militiarum eximuntur à juriſdictione Rectorum Eccleſiarum Parochialium. f. 325. §. 5. 6. extenditur hæc conceſſio ad omnes alias Provincias. f. 324. §. 9. omnibus Provinciis fiunt communes omnes gratiæ &c.

aliis in particulari, vel in communi factæ. f. 325. n. 78. non poſſunt Diſcalceati tranſire ad alias Religiones, niſi ſub conditionibus ab Alexandro VIII. præſcriptis. f. 326. n. Hiſpanorum vitæ auſteritas in principio. fol. 440. n. 330. in utraque India Evangelium diſſeminant. f. 448. num. 355.

Diſcordiæ inter Conventuales, & Obſervantes, atque earum radix præcipua. fol. 135. a. fol. 154. a. in Galliis ſuper reformatione Conventuum &c. terminantur per concordata. f. 171. a. b. aliæ in Galliis. f. 536. n. 91

Diſcretos locales non amplius eligendos decreuit Urbanus VIII. f. 184. b. Reformati accedunt cum voce activa, & paſſiva. fol. 339. §. 9. eorum munus ex declaratione Clem. VIII. f. 354. n. 145. 46. 47.

Diſpenſatio circa ſucceſſionem in bonis Parentum ab inteſtato neque petita, neque conceſſa Ordini à Clem. IV. fol. 491. n. 9. conceſſa quidem à Sixto IV. ſed mox revocata. ibid. & fol. 501. n. 25. 26. circa paupertatem quo petente, quo concedente in Ordinem primò inducta. fol. 494. n. 15. 16. 17. eadem examinatur. fol. 497. n. 18. non ab univerſo Ord. recepta, aut in praxim adducta. n. 19. revocatur ab Eugenio. n. 20. ab eodem ſuſpenditur uſque ad capit. gen. f. 500. n. 23. ablata ſuſpenſione confirmatur diſpenſatio. n. 24. revalidatur per plures ſequentes Pontif. fol. 501. n. 25. præſertim per Sixtum IV. cum additione ſucceſſionis in bonis Parentum ab inteſtato. n. 26. examinatur hæc Sixti diſpenſatio. fol. 503. n. 27. diſpenſationes omnes prædictæ confirmantur ab Alexandro Sexto. fol. 504. n. 28. diſpenſatio alia à Julio II. pro Syndicibus Apoſt. ſingulis annis ad rationem juridicè reddendam cogendis. ibid. diſpenſationes in præceptis de non equitando, de veſtimentorum numero, & qualitate, de jejunio, de non recipienda pecunia quando, & quibus conditionibus factæ. ibid. n. 29. 30. inductæ ad providendum conſcientiarum ſaluti. f. 504. 5. n. 29. 30

Diviſio prima in Ordine à quo, quando &c. f. 208. a. 209. a.

Doctores Sacri quàm multi, & varij in Strictiori Obſervantia. f. 450. n. 357. & ſeqq.

Dominico Gymnaſio Card. Nuntio Apoſtolico in Hiſpania committitur à Clemente VIII. Vicarij gen. Diſcalceatorum confirmatio, vel infirmatio. f. 293. n. 47. & ſeqq.

Dominicus de Gubernatis à Soſpitello Reformatus Ordinis Chronologus poſt quatuor Orbis Seraphici volumina vulgata alia ultra. n. 25. ſperat edenda. f. 451. n. 359

Domus, ſeu Conventus recollectionis fuerunt ab initio Religionis. f. 456. n. 2. 3. ab antiquo fuerunt in Gallia. f. 477. n. 48. reſtitutæ ſunt, cùm evanuiſſent. ibid.

Donatus à Campanea Reformatus ſocius Nicolai Tornieli. fol. 455. n. 368

Dubia ab Obſervantibus propoſita circa bullam Gregorij XIII. confirmativam concordatorum inter Obſervantes, & Recollectos. f. 473. n. 38. 39.

Ducisſæ probantur dignioris conditionis quàm Vice-Reginæ. f. 765. n. 431

B. Dulcinæ, ſeu Dulcellinæ Sororis B. Hugonis de Digua ſancta vita, & obitus. fol. 939. num. 43.

E.

ECcleſiæ Fratrum Min. ex Innocentio IV. poſſunt dici Conventuales, & quo ſenſu. fol. 133. a. b. Eccleſia SS. Apoſtolorum de Urbe per Conventuales inhabitata cur *Fratrum Min.* dicatur à Sixto IV. & Paulo II. fol. 344. b. ſancti Franciſci Aſſiſienſis à Conventualibus inhabitata, quare per Gregor. IX. decernatur inhabitanda per *Fratres S. Franciſci*, vel *Fratres Min.* fol. 245. a. b. Eccleſiæ Min. ſunt Conventuales. & quare. fol. 251. a. b. quæ tamen ſunt Conventus alicujus. f. 252. a. Eccleſia Catholica infallibilis, indefectabilis, & immutabilis eſſentiali mutatione. f. 265. b. capax poſſeſſionis, per quam mutatur tantùm accidentaliter. ibid. Eccleſia Parochialis S. Salvatoris de *Unda* in Urbe quando, à quo, & quibus conditionibus conceſſa Procuratori Gen. Conventual. fol. 521. n. 57. 58. 59. confirmatur conceſſiò. ibid. item. fol. 523. n. 69. S. Damiani Aſſiſij à S. Franciſco reparata Ordinis Clariſſarum Matrix. f. 602. n. 16. Eccleſia, ſeu Sacellum S. Fidis Matrix Ord. Conceptioniſtarum. fol. 692. n. 249. 50.

Elias de Burdovile ex-Conventualis Epiſcopus, Archiepiſcopus, Card. miraculis clarus. f. 551. n. 141.

Elizabetta Caſtellæ Regina aſſignat palatia Gallicana pro fundatione Ordinis Conceptioniſtarum. f. 692. n. 249. 50.

Elizabetta Hungariæ Regina ſuſcepit habitum à Conrado Minorita ſuo Confeſſario. fol. 808. num. 88.

S. Elizabetta Regina Portugalliæ Tertiariorum habitum ubi receperit. ibid.

S. Elizabetta Turingiæ Domina qualiter renuntiaverit mundo &c. & religiosè vivens elevaverit Tertium Ord. de Pœnit. in regularitatem f. 825. num. 123.

S. Elzearius, & S. Delphina Tertiariis per Minoritam adſcripti. f. 808. n. 88

Emanuel Rodericus quo ſenſu dicat, Obſerv. exiiſſe à Conventualibus. f. 232. b.

Epiſcopus quidam ex-Conventualis per tres horas turpiter, & horrendè criminatur Obſervantes coram Martin. V. ſed à B. Capiſtrano confutatur. fol. 89. a.

Epiſcopus Veronenſis conqueritur apud Pontif. quòd reformationem effectantes exagitet. fol. 336. n. 96.

Epiſcopi Cracovienſis judicium ſuper lite inter Obſervantes, & Reformatos circa introductione reformationis in Poloniam. fol. 428. n. 30. & ſeqq.

Epiſcopus Eugubinus jubetur à Nicolao V. reſtituere in Monaſterium S. Margaritæ Moniales ab Ordinis obedientia ſe ſubtrahentes. f. 682. num. 225.

Epiſcopus Chinenſis in cauſa inter Moniales monaſterij ſantarenen. & Ordinem delegatus ſententiat ad favorem Ordinis. f. 683. n. 228

Epiſcopus, & Officialis Baſileenſes caſtigati à Joanna

Joanne XXII. ob pertinaciam in calumniis contra tertium Ord. S. Franciſci poſt ejus ſententiam. fol. 794. n. 43.44.

Evangeliſta de Crema Commiſſ. gen. Curiæ petit, & obtinet proviſionem contra decretum de tranſitu Reformatorum ad Obſervantes horum Provinciali invito. fol. 395.n.230

Evangeliſta Pelleus primus Miniſtri gen. Conventualium titulo gaudens. fol. 515. n. 42

B. Eufroſina Principiſſa Clariſſa. fol. 634. num. 116.

B. Eufroſina per Minores Tertiariis adſcripta habet plures revelationes. fol. 808. n. 88

Eugenius IV, familiariter dicebat ſe ſuper humeros B. Capiſtrani, ejuſque Sociorum requieſcere. f. 200. a. ad capit. gen. etiam ſcribere ſolitus. *Segregate mihi viros in obſequium Sedis Apoſtolicæ ab omni officio Ordinis liberos.* ibid. præcipit aperiri in Obſervantia ſcholas Theologiæ ſcholaſticæ, & juris canonici. fol. 55. b. recta intentione revocat, ſed certioratus reſtituit, & ampliora privilegia concedit Obſervantibus. fol. 59. a. reſtituit Obſervantibus Hiſpaniæ integrum gubernium per Vicarios. f. 68. b. optat, ſed non obtinet in Capit. gen. Patavino electionem Alberti de Sarthiano in Miniſtrum Gen. & quare. f. 69. a. confirmat, etſi invitus Antonium de Ruſconibus in Miniſt. gen. ibid. b. conſuevit Fratres, capitula, Miniſtros, Ordinem &c. Obſervantinorum ſub nomine *Minorum*, vel *S. Franciſci* ſimpliciter exprimere. f. 247. n.89

Examinatores Provinciales quando, & ad quid deligendi. f.354.n.149. quantùm durare debeant. fol. 360. §.7.

Exire quid propriè ſignificet. 232. b. quomodo intelligendum, quòd Fratres Obſervantes exierint à Conventualibus. ibid. & f. 236. a.

F.

FAtinerius Generalis opponit ſe Obſervantiæ initiis. fol. 4. a. explorat vitam geſta &c, Obſervantium. ibid b. ejus operâ carceratur F. Gentilis. fol. 5. 6.

Ferdinandi de Albizzola, & Jacobi de Sarnano Reformatorum mors pro Chriſti fide à ſac. Cardinal. Congregat. commendatur. f.452. num.361

Ferdinandus, & Iſabella Reges Catholici collaborant Franciſco Ximenio ad reformationem religionum in Hiſpaniis. f.524 n.7. & ſeqq.

Ferdinandus Carmelita Diſcalceatus Viſitator Apoſt. Conventualium reformatorum, cauſa extinctionis eorum. f. 547. n. 129

Ferdinandus Gonzaga Dux Mantuæ cum ſociis fundat Militiam Equitum Jmmaculatæ Conceptionis. fol. 927. n. 8

Florentinorum artis Lanariæ erga ſacr. Montem Alverniæ pietas, & beneficentia. f. 55. a.

Fœlix Marovius eligitur primus Cuſtos Cuſtodiæ S. Mariæ Angelorum in Polonia. fol. 432. b.

Fortanerius Gen. favet Obſervantiæ initiis. fol. 2. b. propterea delatus ad Clem. VI. ibid.

Fortius magni Conv. Pariſien Guardianus, & Diffinitor gen. electus Vic. gen. declarat, nullam ſibi competere ſuper Tertiarios authoritatem. f.866. n.312

Fortunatus Hueber Reformat. Scriptor. f.451. num. 359.

Franciſca Clariſſis adſcripta meruit videre Chriſtum puerum in S. Claræ gremio, & in Euchariſtia. f.630. n.104. ſex annos capitis dolore laborans S. Claræ precibus liberatur. ibid.

S. Franciſca Romana dicitur Tertiaria. f.940. num. 49.

S. P. Franciſcus non condidit regulam pro non integrè profitentibus f. 232. a. inſtituit Minores ſuæ regulæ obſervatores, non deſertores. f. 233. a. non cum privilegiis, ſed in apice paupertatis. fol. 235. a. non obiit apud Conventuales, ſed apud Regulæ Obſervatores. fol. 237. b. ejus corpus ubi primò depoſitum, quò poſtea tranſlatum. ibid. quomodo devenerit ad Conventuales. ibid.

S. Franciſcus, ejus ſocij, ac primarij indiviſi Ordinis Heroes neque Obſervantini, neque Conventuales, neque Capuccini dicendi, ſed *Minores* regulam Obſervantes. fol. 514. n. 40. S. Franciſcus fundat Ordinem Clariſſarum. f. 598. n. 9. & ſeqq. Convertit ad Chriſtum Claram Aſſiſiatem. fol. 600. n. 9. recuſat dare regulam Clariſſis, & accipere curam per ſe, ſeu per ſuos Fratres de Monialibus, excepto Convent. S. Damian. fol. 603 n.18.19. f.631. n. 107. fol. 607. f. 683. n. 128. f 639. n. 131. f. 640. n. 135. f. 656. n. 176. f. 663. n. 194. Cum Cardinali Hugolino præſcribit regulam Clariſſis. f. 608. n.37. fol. 645. n. 146. f. 648. n.156. fol. 650. n. 160. prophetat futurum Collegium Monialium, in Eccleſia S. Damiani. f.631 n.107. mittit B. Agnetum ad regimen monaſt. Monticellani Florentiæ. ibid. non fuit Benedictinus. fol. 635. n.118. ejus diſcipuli paupertatis, & regulæ zelo impetrant depoſitionem Eliæ generalis. ibid. Trium Ordinum fundator. fol. 783. n. 1. qui in triplici materiali Eccleſia ab ipſo reparata præfigurantur. fol. 787. n. 24. quanto zelo, fervore, & populorum concurſu concionaretur. fol. 783. n. 2. in tertio Ordine de Pœnitentia duas Congregationes virorum, ac mulierum inſtituit. ibid. primus omnium dat regulam ſæcularibus, ab aliis poſtea imitatus. fol. 788. n. 26.

Franciſcum à Papia Obſervantem ob moleſtias Obſervantiæ illatas cum mœrore orantem Chriſtus ei apparens conſolatur. f. 98. a.b.

Franciſcus Zenus Vicarius gen. Ciſmont. implorat Regum, & Principum patrocinium, ſuoſque ad Conſilium convocat contra gravamen Obſervantiæ imminens. f. 129. a. ſubſtituitur in officio Commiſſarij, & Nuntij Apoſt. pro ſubſidio fabricæ Baſilicæ S. Petri de Vrbe. f. 201. a.

Franciſcus Quinnonius Gen. grandi zelo laborat pro conſervanda rigidiori diſciplina in Obſervantibus jam ad laxitatem inclinantibus f. 179. b. f. 196. b. obtinet à Pontifice amotionem ſuorum Fratrum à Commiſſariatu publicandi indulgentias pro ſubſidio fabricæ S. Petri de Vrbe. fol. 201. b. favet Reformæ in ſuis initiis, f. 269. n. 3. fol. 329. n. 88. 9. &c. ejus zelus pro regulæ integra Obſervantia, & domibus recollectis ſtabiliendis. f. 318. n. 87. 8. f. 458. n. 20.

ſavet plurimùm Recollectioni aſſignatis pluribusConventibus ſub ſanctiſſimis legibus.n.13.& f.484.n. 69. ejus mora in Hiſpaniis dat cauſam Congregationi Capuccinorum. fol. 555.n.2 obtinet tevocationem facultatum factarum F. Matthæo à Baſcio, & ſociis vivendi eremiticè extra obedientiam Miniſtri gen. f. 558. n.9. 10.admittit Moniales Conceptioniſtas ad novam profeſſionem ſub tegula, & conſtitutionibus Franciſcanis. f. 705. n. 272. Sedis Apoſtolicæ negotiis ocupatus ultro ſeſe à Generalatu abdicat. f. 329. num. 91.

Franciſcus Fabrianenſis à B. Pauluccio conſtituitur ſuus Commiſſarius, & Coadjutor.f.13.b. obiit in ædicula Eremitæ. ibid.

Franciſcus Lichetus favet Strictioris Obſervantiæ initiis. f.269. n.3. f. 327. n.81. f.329.n.92. f.336.n.96.n.7.f. 555.n.2. generalem,& particularem Ordinis reformationem affectat, pro qua plurimùm laborat. fol. 327. n. 83. plurimis reformationis zelatoribus à communi conſortiò receiſſum cuncedit. n. 84. eodem zelo per Germaniam divagatur. f. 328. n. 83. ejus zelus, & conſtitutiones pro regimine, & recuperatione monaſteriorum Clariſſarum. fol. 728. n. 322.laboribus, & curis oppreſſus magno reformationis malo occumbit. ibid.

Franciſcus de Baſtia ab Innocentio VIII.miſſus in Hiſpaniam ſocius &c. B. Joannis de Popula. f. 272. n. 13.

Franciſcus Pacechus Commiſſarius Vicarij gen. Obſervantium S. Jacobi. f.286. n. 32

Franciſcus de Frezenal primus Cuſtos Cuſtodiæ S. Evangelij. f. 287. n.33

Franciſcus de Souſa Gen.toto conatu ſe opponit Vicario gen.Diſcalceatorum ſtabiliendo. fol. 292. n.43. 44. quem tamen à ſe ſolo dependentem ultrò concedit. n. 45. obtinet à ſac. Congreg. deputationem Provincialis in Sardania ex Recollectis pro una vice tantùm. fol. 480.n.56

Franciſcus de Angelis à Licheto Gen. delegatus ad reformationem in Sazoniam invehendam. f. 328. n.85

Franciſcus Gonzaga Gen. Reformatos Provincialibus commendatos promovet ſalva Ordinis unitate. f. 350.n.130 ſenſim extinguit Conventuales in Portugalia. f.536. n. 90

Franciſcus Lunianenſis aſſerit faciliorem recurſum ad Sedem Apoſt. pro privilegiis nocuiſſe Ordini. f.360.n. 156. rogat pro Apoſt. litteris examinandis, & compilandis, ſed fruſtra. ibid. petit à S. Sede declarationem dubiorum pro gubernio Reformatorum. f. 361. n.157

Franciſcus de Rupe aſpidis unus ex quatuor Viſitatoribus Apoſt. Cuſtodiarum Reformatarum. f. 364. n. 166

Franciſcus Innes Theolog. miſſus ad fundandam reformationem in Turonia Pictavienſi. fol. 396. n. 234.

B. Franciſcus Doziechi ex præcipuis Recollectionis Gallicanæ propagatoribus.f.396.n.235. ejus Patria, vita, ingreſſus ad Obſervantes.f.397. n. 236. obtinet fundationem reformationis in Conventu Rapiſtanenſi.ibid. ejuſdem, & ſociorum vitæ rigor, & inſtituti dilatatio. ibid. ejus in Cuſtodem electio, & obitus. ibid.

Franciſcus Simonis fundatorum Recollectionis Gallicanæ Coadjutor. f.396. n. 235.n.36. ejus variæ peregrinationes præ reformationis deſiderio. fol. 397. n. 237.

Franciſci Terentini pro fide Martyrium. f.452. num. 361.

Franciſcus à Miſtreto Reformatus pro fide catholica occiſus. ibid.

Franciſcus à Tutricella Reformatus in morte veneratus. f.453. n. 363

Franciſcus Totnicli Reformat. zelo, vitæ puritate &c. conſpicuus per immenſa pericula &c. fundat reformationem in Lombardia. fol. 455. n. 368.poſt tranſitum ad Capuccinos citò redit ad ſuos Reformatos, & quare. fol. 594. num. 79.

Franciſcus Marla Rhini Gen. ſubdit Provincialibus Obſervantiæ varias Recollectionis Cuſtodias. f. 480. n.56

Franciſci Ximenes Recollecti vita compendiata. f. 485. n. 74

B. Franciſcus Solanus Recollectus Indiarum Apoſtolus. f. 486. n. 77

Franciſcus de Ruvere Conventualium Gen. poſtea Sixtus. P. IV. f.524.n.70

Franciſci Ximenij Gen. dehinc Cardinalis zelus Pro reformandis per Hiſpanias Religionibus. f. 524. n. 71. & ſeqq. multas, & maximas patitur difficultates. f. 525.n. 72. & ſeqq. exturbatus ab Alezandro VI. favorem Iſabellæ Reginæ implorat. f. 526. n. 75. 6. 7. ejus patrocinio omnem evincit difficultatem. n. 78. 79. curat ſubjiciendas Minoritis Conceptioniſtas, & ad Clariſſas transferendas. f. 694.n.254. & ad Conventum S. Franciſci. f. 695.n.255

Franciſcus Samſon Conventualium Gen. ſe opponit Religionum reformationi à Ximenio prætenſæ. f. 525.n.75

Franciſcus primus Galliarum Rex decernit Conventualium domos per univerſum Regnum ad Obſervantes transferendas. f.537.n. 97. 98.

Franciſcus Geſſius Conventualis piè obit. f.552. n. 151

Franciſcus à Cartoceto ex primis Capuccinis à Religione deficit. f.557.n. 7.

Franciſcus de Toloſa Gen. ſatisfacit tribus quæſtionibus *Vide verbo* quæſtiones.

Franciſcus à ſaxo Ferrato delegatus ad viſitationem, & reformationem omnium Clariſſarum in Italia. f. 729. n. 320

Franciſcus de Martyribus Theologus adlaborat Tertio Ordini in Luſitania propagando. f. 799. n. 53

Franciſcus Muſſart Frater, & diſcipulus Vincentij Muſſart Tertiariorum Reformatoris.f.856. num. 195.

S. Franciſcus de Paula S. Franciſci Aſſiſienſis præſagio nuntiatus, prece impetratus &c. f.934. n.27.Ejus ad Aſſiſiensē devotio. ibid. quòd fuerit novitius Minorita variæ probabilitates. f. 935. num. 27.8

Franciſcani ante privilegia quomodo vocarentur. f. 212. a.

Fratrum *Minorum* nomen ſimpliciter quandiu duraverit, in religione. f. 133. a. b. aliæ variæ appellationes.ibid.& f. 134. b. non exprimit

mit antonomaſticè Conventuales. fol. 246. 47. ſed Obſervantes ex Sedis Apoſt. & S. Congreg. deciſionibus. fol.247. b. in litteris apoſtolicis, nunc Obſervantes, nunc Conventuales ſignificat. ibid. & fol. 248. de quo plura adducuntur exempla. ibid. *Vide etiam*. V. Minores.

Fratrum de Caputio initium, vita, & ſuppreſſio. f. 275. n. 17.

Fraticellorum ſecta per fratrem Paulucium de Trincis confutata. f. 7. b. expellitur à ſuis Conventibus, qui traduntur Obſervantibus. f. 10. a.

G.

GAbrielis Mutinen. zelus pro Obſervantiæ rigore. f. 53. b.

Gabrielis Fabri Conventualium Procurat. gen. unitim cum Capuccinis vani conatus contra Obſervantes pro præcedentia, titulo, Miniſt. gen. *Totius Ordin.* & pro ſigillo. f. 218. a. b. dicens bullas *Unionis*, & *Concordiæ* pro Obſervantibus eſſe meram ampulloſitatem confutatur. fol. 225. a.

Gabriel Grodoricus Theologus laborat pro ſtabilienda Reforma in Polonia. fol. 426. n. 298.

Gandulphus Siculus Obſervant. Guardianus Montis Sion. fol. 247. b. inſcribitur ſimpliciter *Ordinis Minorum*, & quare. ibid.

Gaſparinus de Caſtignano ad primaria Conventualium munia, & ad Vicepatriarchatum evectus. f. 553. n. 159

Germano Aubert Commiſſ. gen. Ultramont. committitur examinatio, &c. ſtatutorum antiquorum Annuntiatiſtarum. f. 300. n. 301

Generalis Obſervantium denominantur *Miniſter* general. *totius* Ordinis Minorum. fol. 214. 15

Gentilis à Spoleto Obſervantiæ zelatoris imprudens, & irriverens factum f. 4. a. cum duobus ſociis carceratur. f. 5. b. poſt multos inanes pro Obſerv. ſtabilienda labores piè quieſcit Bruliani. f. 202. a. b.

Genus dividitur per oppoſitas differentias, explicatur. f. 242. b.

Gerardus Generalis priùs paupertatis hoſtis, poſtea favet Obſervantiæ præludiis. f. 2. a. f 202. a.

Gerardus de Oddonis Gen. fruſtra conatur pro regula relaxanda. f. 207. a. f. 493. n. 12. ob tentatam paupertatis mitigationem vix ab officio nō depoſitus. f. 264. a. aſſignatur Protector Clariſſarum Protectore carentium donec &c. fol. 676. n. 219.

Gilberti Nicolai doctrina, prudentia, pietas, & devotio in B. Virg. fol. 706. n. 276. quam indidit B. Joannæ Valeſiæ. ibid. à Leone X. vocatus *Fr. Ave-Maria*. ibid. juxta oraculum B. Virg. deſcribit Annuntiatiſtarum regulam. f. 707. n. 279. 80. cujus confirmationē poſt multas difficultates Romæ conſequitur. ibid. in foveam nive plenam immiſſus, illæſus evadit. ibid. Promovet confraternitates ſæcularium ſub titulo Decem virtutum B. V. Mariæ. f. 717. n. 298.

Gometius Fernandus favet Diſcalceatorum initiis. f. 279. n. 21

Gometius Brigantinus Dux favet Guadalupenſium Congregationi. f. 283. n. 24

Gondiſalvus ex Domino de Altamira mundo renuntians Obſervantiam profitetur. f. 33. a

Gondiſalvus Gen. ex Pontificio vivæ vocis oraculo declarat, quibus caſibus Fratres Minores poſſint intrare Monaſteria Clariſſarum. fol. 754. n. 391

Greg. IX. quæ circa pecuniariam collectionem pro Aſſiſienſi S. Franciſci Conventu indulſit, ſtatim revocavit. f. 207. a. Ejus devotio erga S. Franciſcum. f. 237. a. extrui fecit proprio ære ejus Conventum ſubaſſiſienſem. ibid. b. decernens Eccleſiam S. Franciſci inhabitandam à Fratribus Minor. nō intelligendus loquutus de Conventualibus. f. 245. a. b. privilegium aliquod pro eleemoſynis pecuniariis colligendis, nunquam tamen pro poſſidendo, conceſſit. fol. 246. a.

Gregorius XV. deſtinavit Viſitatores Apoſt. Reformatorum. f. 367. n. 175. ejus devotio in Minoritas, maximè Reformatos. f. 373. n. 185. trium Fratrum laicorum Reformatorum titulo pietatis ſingulariter delectatur conſortio n. 186. ſtatuerat ab univerſo Minorum Ord. Monialium monaſteria ſubtrahere, & quare. f. 663. n. 193. removetur à propoſito per Antonij Dazæ humilem reſponſionem. Ibid. ſuo diplomate implicitè Monialium omnium curam Regularibus adimit, ſed à propoſito revocatur. fol. 687. n. 237

Guardiani Reformatorum accedentes ad Capitulum habent vocem activam, & paſſivam. f. 339. §. 9. extra tempus capitulare quomodo eligendi per Cuſtodes, & Diſcretos. f. 354. n. 145. 46. non eligendi niſi poſt ſaltem triennium laudabilis Reformationis. f. 355. n. 151. poſt ſui electionem non egent confirmari à Provincialibus. f. 358. §. 12. poſſunt, immò tenentur cum Diſcretis deponere Cuſtodē non idoneum &c. & alium eligere. ibid. Guardianus S. Franciſci Transtyberim pro tempore conſtitutus Procurator Gen. Reformatorum, quod munus plures Guardiani exercuerunt. f. 361. n. 158. Guardiani in domibus Recollectis qui eligendi. f. 461. n. 20. ex propria, vel aliena Provincia. f. 462. n. 25. f. 472. n. 37. Guardiani Conventuum ubi ſunt monaſteria Monialium Ordini ſubjectarum non poſſunt ea ingredi. f. 688. n. 238

Guido Dominus Caſtri S. Georgij fundator Ordinis Charitatis S. Mariæ. f. 939. n. 44

Gullielmus de Caſali Gen. eligitur. f. 91. a. ejus inconſtantia, ac in Ordinem per eum inducta relaxatio. ibid. b. primo zelatur regulam, deinde omnium primus in Ordinem inducit privilegia relaxativa. f. 208. a. 261. a. b. conatur à Religione tollere relaxationes. f. 449. n. 15. aſſumptum putans impoſſibile petit, & obtinet diſpenſationes. ibid. abſolvitur à juramento de non petendis diſpenſationibus. f. 496. n. 16. obligatur denuo ad Obſervantiam juramenti. f. 498. n. 21. denuo abſolvitur à juramento. f. 499. n. 22. ei injungitur reformatio Clariſſarum. f. 722. n. 313 etiam reformatio monaſterij Montiſcellani. f. 724. n. 316. publicat declarationes, & ſtatuta pro refor-

mationе Coletanarum f.731.n.329
Gullielmus Aſtenſis Miniſter Provinciæ S. Franciſci concedit Beato Pauluccio facultatem percurrendi totam Italiam, recipiendi ſæculares ad Obſervantiam &c. f.10.a.b.
Gullielmus Voſſelini Novitius inter Obſervantes in habitu ſæculari cum licentiâ Romam petens impetrat Breve in favorem Obſervantiæ, f. 25. a.
Gullielmus, & Maximilianus Duces Bavariæ procurant illius Provinciæ ſtabilem reformationem. f.424.n.291
Gullielmus Troullier Provincialis Turoniæ Pictávienſis obtinet à ſac. Congregat. annulationem concordatorum cum Recollectis. f. 479. n. 53.

H.

HÆretici plurima damna inferunt Eccleſiis Min. in Galiis. f.395.n.232.3
Habitus Religioſo quid extrinſecum. f. 204.a. non facit Monacum, ſed diſtinguir, ideo neceſſarius. f.878.n.232
Habitus Tertij Ord. diſtinguendus à Minoritico præſertim Obſervantino. fol.243.b. 244.a.
Habitus Minor. geſtandus à Pueris devotionia cauſâ non ultra ſexennium. f.918.n.285
Heduvigis prima Abbatiſſa in Monaſt.Clariſſar. Vlmenſi. fol.633.n.114
B. Hegvidides Principiſſa Polona Clariſſa. f. 634..n.116
Helias fruſtra laborat pro paupertate Minoritica mitiganda. f.207.a.
B. Heliæ de Puleis Clariſſæ obſervantia, & in morte prædictio mutationem quoad relaxationem, & reformationem futuras in ſuo Monaſterio. f.723.n.315
Henricus Generalis pro poſſe aſſiſtit B. Pauluccio ad Obſervantiæ ampliationem. fol. 12. 13. f. 46. a.
Henricus Herones falsò dicit Damianitarum Ord. inſtitutum à S. Petro Cœleſtino. fol. 655. n. 174
H nricus alter Gen. intimat Provinciali Rom. decretum Card. Franc. Protectoris pro regimine Clariſſar. f.675.n.174
Henrici IV. ſingularis in Recollectos benevolentia, beneficentia, & patrocinium. f.401.n. 254.ad f.409.n.267
Henricus IV. Gall. Rex favet Tertij Ord. reformationi. f. 858.n.202
Henricus Buefuis de Depbol Tertiarins prætendens ſuæ Cong. Superioritatem gen. trahitur ad judicium. f.896.n.266
Herinx Belgicus Recollectus in Theologia eximius ſcriptor. f.461.n.359
Heroës quamplures in Apoſtolico munere Obſervantiam illuſtrant f. 200.a. Primarij, qui tum ſanctitate, tum doctrina ante franciſcan. Ordinis diviſionem floruerunt neq; Conventuales, neque obſervantini, neque Capuccini, ſed Minores regulam Obſervantes dicendi. f. 514.n. 40.Plures Pœnitentium in clauſtro mulierum ſtabilimento adlaborant. f.932.n.27
Hieremias Aſſiſien. Epiſc. ſententiam fert pro Diſcalceatis. f. 284.n.27
Hieronymus Torniellus Commiſſ. & Nuntius Apoſt. pro ſubſidio fabricæ S. Petri de Urbe. f. 201. a.
Hieronymus à Soibo quoad antiquioritatem in Ordine Franciſc. expenditur, & explicatur. fol. 230. a.
Hieronymus Planes per Breve Pontif. Vic. Gen. Diſcalceatorum. f. 300. n.57. in officij executione ſuſtinet à Rege contradictiones. ibid.
Hieronymi Card. Matthæi variæ determinationes in favorem Reformatorum. f. 351. n. 134. f.353.n.141
Hieronymus Sanchez ex Obſervantia Valentin. prætendit inducere Recollectos ad renunciandum bullæ Grgorianæ ſuper concordatis. f.476.n.44
Hieronymus Pallanterius Conventualis Epiſc. miraculis clarus. f.552.n.145
Hieronymus Campanille tantùm memorat Clariſſas ad rigorem regulæ, & ad privilegia viventes. f.655.n.174
Hilation de Tuderto ab Innoc.VIII. miſſus in Hiſpanias ſocius B.Joan.de Popula. f. 272. n. 13
Hilarion Sacchetti Curiæ Procurator, deinde Commiſſ. gen. Ciſmontanus. f. 328. n. 86. conniver, & cooperatur amotioni Reformatorum à locis ſolitariis, ut commiſceantur Obſervantib. ibidem.
Hortulana mater S.Claræ. f.599.n.4. ejus pietas, & peregrinationes.ibid. gravida ex Crucifixo intelligit, quàm clara futura ejus proles.ibid. tres genuit filias virtutis magiſtras. n.5.
Hoſpitalia plura recenſentur in quibus Tertiarij in operibus pietatis ſe exercuerunt.fol. 819. n. 111
Hugo de Digna doctrina, ſanctitate &c. celebris præſcribit conſtitutiones Congregationi Dominarum de Robando. f.939. n.43
B. Humiliana Tertiaria à F. Michaele de Florentia ſuſcepit babitum. f.808.n.87
Humilis de Beſſignano Reform.obiit eum opinlone ſanctitatis. f.453.n.363
Hyacintus Clericus Obſervant. poſt tranſitum ſine Superior.licentia ad Cœleſtinos à ſac.Cong. adjudicatur Obſervantibus, qui tamen ultro cedunt. f.594.n.81

I.

IAcobi Primadicij qualitates, & dotes. f.16.b. ſuccedit B. Capiſtran. in Vicariatu general. Obſervant. f. 76. a.
Jacobus Delphinus primus de Obſervantia Terræ S. Guardianus. f.55.b.
Jacobus Bozalinus eligitur Miniſter gen. & ejus eximiæ dotes, & geſta f. 98. a. confirmat cum amplitudine poteſtatis Baptiſtam de Levanto in Vicariatu gen. f.119.a.b.
Jacobus Sarzuela eligitur Miniſter gen. fol. 120. b. conatur infirmare Bullam Concordiæ. f. 525. a.
B. Jacobus à Marchia communi Conventualium, & Obſervantium approbatione arbiter pro componendis inter utroſque articulis in Generaliſſ. Capit. f. 108. a. per litteras Apoſtolicas dictus

ctus *Ordinis Minorum* ſimpliciter,cùm tamen ſit Obſervantimus. f.248.n.49

Jacobus Gandinus deſtinatur Commiſſarius Apoſtolicus ſuperioris Italiæ f. 362. n. 160. per ſiſtit biennio in Veneta, & Brixienſi reformationibus. f. 363. n.162. f.364. n. 166. ejus doctrina, prudentia &c. & Mediolanenſis Reformationis Cuſtodiatus. f. 366. n. 179. exercet Viſitationis Apoſtolicæ munus in Provinciis ſibi aſſignatis. ibid. obtinet quatuor Conventus in diſtrictu Brixienſi aſſignari Bergomenſi Cuſtodiæ. n. 170. proReformatis à Monialium ſpirituali directione removendis gladiis impiorum occiditur, & quomodo.n. 170. 71. f. 663. n.193. injuſtè incuſatus de nimio zelo, ideóque reputatus à Deo caſtigatus.f.367. n. 174.fuit Miniſter Provinciæ Mediolanenſis, & quando. f.382.n.201

Jacobus Garnetius Chapovinus dictus æquè egregius Concionatorij, & regulæ zelator. f. 399. n. 242.primus Guardianus primi Conventus Recollectorum in Turonia Pictavienſi. ibid. electus primus Provincialis Provinciæ S. Dionyſij ſuſtinetur contra patere nolentes. f.413. n.272

Jacobus Quintana agit in Curia Rom. pro modificatione concordatorum interObſervantes, & Recollectos Valentinos. f.477. n.45

Jacobus Anconitanus Vicarius Apoſtolicos Conventualium in Galliis concordat cum Commiſſario Apoſtolico Obſervantium fol. 540. n. 103. ejus pijſſima vita, & obitus. f. 552. n. 142.

Jacobus Politius Conventual.doctrinâ,& pietate conſpicuus. n.143

Jacobus Montanarius Conventualium Gen. zelo,pietate, doctrinâ conſpicuus. n.148

B. Jacobus Tertiarius Sacerdos bona ſua,& vitam tradidit pro hoſpitalium ſuſtentatione, & cultione. f. 820.n.111

Jocobus Zitteus ſocius Vincentij Muſſart. Tertiariorum Reformatoris. f 859.n.196

Ignatij Garziæ inſignis Prædicatoris labores, & fructus in Tertio Ord. inſtituendo, & in ſtruendo per Luſitaniam. f.799.n.53

Ignatius Legault inſtitutus Vic. gen. ſuper univerſos fratres, & ſorores Ord.S.Franciſci in Galliis, non tamen ſuper Tertiarios, & quare. f. 866.n.112

Ildephonſus à Prado Recollectionis domos commendat, & Diſcalceatos,Recollectos, & Reformatos condemnat. f.463.n.28

Ildephonſus Salizanes Gen.non acquieſcit petitioni Catharinæ Angliæ Reginæ pro erectione Provinciæ Recollectæ Algarbiorum. fol. 481. n. 57.

Illuminatus à Taurino Reformatus duo volumina contra Gebenenſium errores evulgavit. f. 450.n.350.

Indulgentiæ ſtationum de Vrbe conceſſæ Minoribus, & Minoriſſis, & quomodo lucrandæ. f.750.n.378.

Innocentiæ Rizzi Tertiariæ ſub curaReformatorum obitus. f.453.n.363

Innocent.IV.Religionis puritatem zelans Creſcentium Gen. relaxationis amicum deponit. fol. 265. a. Eccleſiis Minorum Conventualis titulum concedit. f.488.n.5.6

Innocentius VIII. deſtinat aliquos Fratres in Hiſpaniam ſocios B. Joan.de Popula. f. 272.n.13

Innocentius Bizzarius poſt ejuratam Chriſti fidem pœnitens pro eadem crudeliſſimè trucidatur. f 452.n.361

Innocentij à Clusis in Vrbe obitus,& tranſlatio ſummè venerantur. f.453.n.363

Inquiſitoris officium antiquum ſed non coævum neque eſſentiale Ordini.238. b. à plurimis ſanctis Minoritis etiam Obſervantibus exercitum.ibid. quomodo remanſerit apud Conventuales. f. 239. a. ab Obſervantia potius dimiſſum quam non receptum. f. 242. a.

B. Joannæ Valeſiæ Ludovici XI. Gall. Regis filiæ ab infantia devotio.f.706.n.276. à B. V. Maria ſexto ætatis anno edocetur novam religionem in ſui honorem fundare. ibid. invita matrimonio copulatur. *Vide verb. Ludovicus Aurelianenſis* accipit mandatum à B. V. de religione fundanda. f. 707. n. 279. deſtinat. F. Gilbertum ſuum directorem Romam pro regulæ confirmatione. 280. confirmationis diplomate reddit uni ex conſororibus ſanitatem. ibid.ſub regula Deo ferventiùs inſerviens divinitus recreatur,& Bituricenſe monaſterium extruxit. f.708.n.281. quando profeſſionem emiſerit. ibid. obiit miraculis glorificata,pro cujus canonizatione ſunt formati proceſſus. ibid.

B. Joanna Regis Navarræ Filia Clariſſa.f.634. n. 116.

B.Joannis Stronconij inſignes virtutes.f.13.b. ejus prudentia. f. 14. b. à B. Paluccio conſtitutus Commiſſar. viſitator Conventuum Obſerv. in Vmbria &c. f.63. b. eidem ſuccedit in Vicariatu gen. & acquirit 5. Conventus,& quos.ibid. quantùm ampliaverit Obſervan. f. 14. b.fundat Convent. S. Juliani Aquilanum.f.15.a.b.ejus geſta, & obitus. f.203.a.

B. Joannes de Vallibus primus regularis Obſerv. promotor. f. 5. 6. Extruxit tuguriolum Bruliani, & ibi requieſcit f.2.b.

B. Joan. Capiſtranenſi commendatur Vicaria Boſnæ, ac viſitatio Religioſorum; atque Regis, cæterorumque fidelium in fide confirmatio. f. 46. b. ejus opera pro dilatatione Obſervant. Vltramontes. f. 48. b. rogatur à Rege Poloniæ,& Epiſcopo Cracov. ad regnum illud incolendum.f.49.50.ingreditur ſummo omnium plauſu Cracoviam ubi mira operatur. f.50. b. Obſervantiam maximo animarum fructu dilatat per ſaxoniam. f. 51. a. In Boëmia præſertim Vratiſlavienſi urbe toto Cleri, & populi occurſu exceptus uberrimos laborum fructus excipit. ibid.item per totam Germaniam.ibid.a.b.f.52.53. ejus Zelus proObſervãtia,pro quo ſcribit adVocales Vltramontes congregatos pro electione Vicarij gen. f. 56. a. b. prædixit Eugenio IV. Summum Pontificatum. f. 58. b. cui Obſervantiam maximè commendat. f. 59. a. condit conſtitutiones Martinianas in Capit. generaliſſimo Aſſiſien. f.66.a.f.187.b. item alias pro Obſervantibus.ibid. ei committitur gubernium Obſervantiæ Citram. f.69.b.ejus deputatio confirmata abEug.IV. f. 72. b.ejus in officio exercendo labores. ibid. convocato Capitulo renuntiat Vicariatui gen. fol.76. a. ad Capit. gen. accedens maximè cõmendatur

Miniſtro

Miniſtro Gen. à Nicolao V. f. 80. a. confirmatur in Vicariatu gen. ibid. b. mita facilitate &c. evertat turpia, & horrenda à Conventualibus contra Obſervantes coram tribus Cardinalibus eructata f. 89. a. in capitulo generaliſſ. de mandato Card. Cervantes ſcribit leges pro unione Ordinis. f. 91. a. & conſtituitur Coadjutor Miniſt. gen. ejuſque zelus. ibid. b. Vicarius gen. indicit ſuæ Familiæ orationes contra moleſtias à Conventualibus illatas. f. 93. a. variis epiſtolis tum propriis, tum Imperatoris, & aliorum Principum occurrit conatui Conventualium intentantium revocationem Eugenianæ, & unitatem Ordinis. f. 96. 97. & f. 111. a. in Germania agens, rogatus inſtantiſſimè ut præſentialiter Obſervantiæ in Italia periclitanti adſit, publicum Chriſtianitatis bonum privato ſui Inſtituti præfe[illegible], & aliter occurrit. ibid. Ejus plurima geſta in Reipublicæ Chriſtianæ utilitatem, & Sedis Apoſt. obſequium. f. 199. 200. in ejus, & ſuorum humeris ſe requieſcere dicere ſolebat Eugen. IV. ibid. in expoſitione regulæ Clariſſar. aſſignat 103. præcepta ſub mortali obligantia. fol. 676. num. 220.

B. Joannes à S. Maria Corduben. electus Vicarius Gen. Obſervant. in Caſtella, & Legione. fol. 62. a.

Joannes Quieſdeber doctus, & zelans ex Vicario Prov. electus Vic. gen. à Miniſtro gen. invito confirmatus. f. 82. a.

Joannes Columna per litteras invitat B. Capiſtran. ad ſubveniendum Obſervantiæ periclitanti. f. 96. a.

Joannes Maubert Vic. gen. Obſerv. Vltramont. deſtinat Cornelium à Zirichacena ad Obſervantiam Coloniæ fundandam. fol. 54 a. Commiſſio illi data de gubernio ultramontano. f. 69. a. commiſſionis confirmatio. f. 72. b. Convocat Capitulum gen. ultramontes, & præſcribit leges ad firmitatem Obſervantiæ. f. 79. b.

Joannes Brixius edidit doctum tractat. de validitate decreti Conſtantien. pro Obſervantibus. f. 92. a.

Joannes Calvius Obſervantium 50. Miniſter Gen. f. 227. a. b. controverſia an fuerit ex Conventualibus, an ex Obſervantibus evincitur pro his. ibid.

Joannes de Vvaja deſtinatur Vic. Prov. pro Obſervantibus Boſnæ. f. 148. a.

Joannis Minij Gen. conatus pro extirpandis abuſibus. fol. 262. b. idem ad Cardinalatum evectus. ibid.

Beatus Joannes de Popula novam Angelorum Cuſtodiam inchoat. f. 268. n. 1. f. 273. n. 14. f. 454. n. 365. Regia ſtirpe clarus renuntiat ſæculo, & ex Hieronymiano Minorita habitum induit, ac profeſſionem emittit in manu Pontificis. fol. 272. n. 12. Aſſiſienſe de Carceribus Cœnobiolum ſeptennium inhabitat. ibid. mandante Pontif. remeat in Hiſpanias Nepotis pupili curam ſuſcepturus. n. 13. tres obtinet ab eodem Pontif. Fratres ſpiritualis vitæ ſocios, & Magiſtros. ibid. & 14. recipit ad ſuam Reformam Diſcalceatorum B. Joannem Guadalupenſem. f. 273. n. 16.

B. Joannes Guadalupenſis prima Diſcalceatorum fundamenta ponit in Hiſpaniis. fol. 268. n. 1. Italos ad Reformationem ſuo exemplo commovet. f. 269. n. 3. f. 327. n. 80. egregius Concionator quando, ubi, quo educatore reformetur. f. 274. n. 16. procurat fundari Conventum Montis Sion de Salvaleon pro Diſcalceatis. fol. 275. n. 16. fundat Cuſtodiam Extremaduræ ſibi, & Miniſtro Gen. tantùm ſubjectam. ibid. n. 17. Obſervantium operâ omnibus Conventibus privatur. ibid. ſed in integrum reſtituitur. f. 277. n. 18. varias ab Obſervantibus patitur contradictiones. f. 279. n. 19. aliquos recuperat Conventus, & fundat Provincias Pietatis, & S. Gabrielis. ibid. Romam profectus obtinet litteras ſuæ Congregationi favorabiles. fol. 284. n. 26. ejus, & ſuorum Regulæ ad litteram obſervatio. ibid. eorumdem paupertas, & vitæ rigor. n. 24. fundat multiplicatis ſociis, & Conventibus Cuſtodias S. Mariæ de Luce, & S. Evangelij. ibid. expellitur cum ſuis Epiſcopatu Granatenſi, Caſtellâ, & Luſitaniâ; unâ cum Conventibus ſe ſubdit Obſervantibus. ibid. n. 25. reſtituuntur ad gubernium ſuarum Cuſtodiarum. ibid. iterum exulare coguntur. n. 26. ſed in priſtinum redeunt. f. 284. n. ibid. Guadalupenſis labores pro Reformatione ſtabilienda, & dilatanda. f. 454. n. 365. ejus obitus ſecundùm Vvad. f. 284. n. 26.

Joannes de Figueroa Dominus de Salvaleon obtinet fundari Conventum Montis Sion de Salvaleon. f. 275. n. 16

Joannes Brigantinorum Dux fundat Conventum S. Mariæ Pietatis. f. 275. n. 17.

Joannes Paſcaſius ſocius B. Guadalupenſis in fundatione Cuſtodiæ Extremaduræ. f. 275. n. 17. inſtituit Cuſtodiam. SS. Simonis, & Judæ, quæ fuit denominata S. Joſephi. f. 288. n. 37.

Joannes Baptiſta Piſaurienſis Diſcalceatos ſine facultate in Italiam introducit. fol. 290 n. 40. ſed omne ab ipſo circa hoc geſtum ſupprimitur. ibid. & §. 1. f. 352. n. 139. f. 546. n. 128. idem cum omnibus ſuis ſociis abſolvitur ab omnibus cenſuris, exceſſibus &c. f. 190. §. 3. ejuſdem pietas, zelus in Miſſionibus, & obitus. f. 511. n. 138

Joannes de S. Maria ex-Miniſter Provinciæ S. Joſeph adlaborat pro Vicariatu gen. Diſcalceatorum ſtabiliendo. fol. 291. n. 42. mandatum recipit à Rege Catholico de non exercendo officio Vicarij gen. f. 299. n. 55. rogat Diſcalceatos Provinciales, ut ſinguli per litteras gratias agant Gregorio Pontif. fol. 300. n. 55. ob ſenilem impotentiam amovetur per Pontificem ab officio. ibd. n. 56. ejus egregiæ dotes. ibid. judicat, & toto conatu procurat pro inſtituti bono abolendum Vicariatum gen. ibid. & n. 59. & fol. 301

Joannes Rada vir conſpicuus in Curia Procurator gen. fol. 292. n. 42

Joannes Ninus publicatâ ſcripturâ in Reformationes omnes propriæ Seraphicæ Religionis falsò, & injurioſè invehitur. f. 301. n. 60. f. 367. num. 174.

Joannes de Neapoli Gen. litigat contra Tertiarios Italos prætendentes non uſum illorum dependentiæ ab Ordine Min. & inf. cta lite decedit. fol. 616. n. 279

Joannis Franciſci Blancardi doctrina, probitas &c. & deputatio ad fundandam Provinciam Reformatam. D. Thomæ. f. 367. n.175. per immenſas difficultates eam fundavit. f.455. n.369.

Joannes Andræas primus Min.Provinciæ Recollectorum S.Bern. in Gallia ſuſtinetur à Cardin. Viceprotectore contra rebellantes. f. 413. n. 273

Joannes de Galbiato electus diffinitor in primo Capitulo Cuſtod. Reformatæ S. Mariæ Angelorum Poloniæ. f. 432. b.

Juannes Baptiſta de Clurticula Papien.Reformæ Theologus ſingularis. f. 447. n.353. doctiſſimas edidit in re Theologica elucubrationes. f. 451.n.359

Joannes Lothariogius Reformatus omnium ſcientiarum excellentiâ notus. ibid.

Joannes de Matha reformatus plura ingenti volumine ſcripſit. ibid.

Joannes de Prado à Mahumetanis in odium fidei occiſus. f. 451. n. 360

Joannes ab Aquila, & ſocij reformati lungum à barbaris pro Chriſti fide ſubeunt martyrium. f. 452. n. 361

Joano. Bapt. à Ponto reformatus à Mahumetanis pro Chriſti fide crudeliter occiſus. n. 361

Joannes Baptiſta Blancardus Senator, Reformatorum receptor ante fundatum Taurinenſem Conventum. f. 453. o. 363

Joannes à Pouva Vic. Provincialis Obſerv. Luſitaniæ aſſignat Recollectioni aliquot Conventus. f.457.n. 6.7.

Joannes de Jerro Generalis mandat conſignandum Recollectus Conventum Eldæ. f. 474. n. 41. confirmat ſtatuta edita pro reformatione tertij Ordinis. fol.860. n.207. permittit celebrari, deputato Præſide, primum Capitulum gen. Tertiariorum Reformat. f.863.n.209.plura eidem Coogregationi concedit. fol.866.n.215

Joannes Calaguritanus Recollectus doctrinâ ſanctitate &c. conſpicuus. fol. 485. n. 75

Joannes de Zumaraga Recollectus, in Americam miſſus, primus Mexicanus Epiſcop. & Indorum Pater evadit. f. 485.o.76

Joannes Motlinus Commiſſ. apoſtolicus pro ſingulis Conventualium domibus in Galiiis reformandis. f. 538. u.92

Joannes Matritenſis Diſcalceatus conſulit B. Nicolaum Factorem ſuper tranſitu ad Capuccinos, & quid ei reſponſum fuerit. f.393. n.78

Joannes Bapt. Rembolus Rotæ Auditor fert ſeotentiam pro Minoritis contra Moniales Santarenenſes rebellantes ab obedientia. fol. 681. num. 236.

Joannes Gonſalvus de Opta, & Joann. de Vlmeta *vide u. Arnaldus Serranus.*

Joannes IV. Rex Luſitaniæ in nocte feſti S. P. Franciſci ſanatus fit Tertiarius, poſtea eum habitu Franciſcano ſepultus. f.800. n.54

Joannes de Solis edito libro reſpondet libro Mattioi de Tordiſilla de habitu dando ſæcularibus per Capuccinos. fol. 806. n.81. ejus fundamenta examinantur, & non ſubſiſtunt. n. 82 84.

Joſeph Ximenes Samaniego Gen. labore ſuo, & diligentia invenit originales ſcripturas ad Obſervantiam Hiſpanisrum ſpectantes. f. 27. b. recollectionis domos in ſingulis Italiæ Provinciis præfigit, & Noviriatus obtinet. f. 181. b. f.462 u.24. Obſervaotiam univerſam ſuo decori, ac paci reſtituit. f. 185.b. ſupplicatur ſac. Congregat. pro dimittendo gubernio Monialium, quarum Confeſſarij coguntur eſſe factores &c. f.690. num. 244.

Joſeph de Caſali edit librum contra libellos à Moncalvo vulgatos. f.185.a.

Joſeph Torculanus, & ſocij Reformati ob Chriſti fidem capite truncati. f.452.n.361

Joſeph à Lopertio Cooventualis de cujus Beatificatione agitur. f. 552. n. 153

Iſabella Hiſpan. Regina favet Ximenio pro reformandis Religionibus. f.526.n.77. 8

Iſabella S. Ludovici Gall. Regis ſoror ædificato Loogi campi monaſterio Clariſſis adſcribitur. f. 634.o. 115. 16

S Iſidori Hoſpitium de Vrbe ſubditur authoritati Generalis. f. 380.n.199

Julius II. ante Pontificatum ultra 24. annos Ord. Protector, informatiſſimus de juribus Tertiariorum eos ſubdit Minoritis. f. 898. o. 268

Ivo de Pontoſio ſocius Vincentij Muſſart tertiariorum reformatoris. f. 859. o. 196

Juramentum præſtitum à Generaliſſimo Capitulo Aſſiſien. à quo tamen Generalis, & plures alij cito recedunt. fol. 66. a.

L.

Ladiſlaus Hungarus primus Guardianus Convent. S. Bernardini Cracovien. f.51.a. admonet Vicarium gen. de relaxationibus, quæ introducuntur. f. 186. a.

Ladiſlaus Guardianus Cracovien. & Viſitator Tertij Ord. in Polonia eundem maximopere numero, & profectione auget. fol. 781. n. 39

Laertius Cherubinus doctiſſimus bullarum collector. f. 229.b. ejus dictum pro Conventualium antiquioritate exponditur. ibid. Lanovij ex Minimis querelæ de tyrocinio inter Minores ſuo Inſtitutui attributo, & ſui à Minoritico Ordinis derivatione. f. 937.n.36.7.

Lauræa Cardin. Conventualium antiquitatem aſſignans ſanè ioterpretandus. f. 252. a. b. ejus doctrina, & munia tum in Religione, tum io ſac. Collegio. f.552. n.154

Laurentius Brancatus Reformat. trium voluminum theologicorum author. f.451. n.359.

Laurentij à Revello Reform. obitus, & tranſlatio. f.453. n.363. fuit adjutor in fundatione Reformæ Pedemontanæ. fol.455. n.369

Laurentius Vacca S. Spiritus Segobien. Commendatarius commentitiis privilegiis opponit ſe reformationi Religionum in Hiſpaniis, ſed operâ Ximenij io vincula conjicitur. fol. 525.n.72.

Laurentius à S. Booaventura Viſitator Clariſſarum in Tuſcia. f.660. n.188

Leandri à Murcia Capuccini munia, tranſitus ad Obſervantes, & regreſſus ad ſuos. fol. 594. num. 8.

Lectiones de Theologia miſtica, & de regulari diſciplina ordinatæ ab Vrbano VIII. fol. 387. a.

Lectoris Jubilati titulus interdictus Diſcalceatis Hiſpanis. f.210. §. 1.2.

Legata perpetua quomodo conveniant Obſervantibus. f. 192. a. b. pia etiam non perpetua, & quomodo exigi poſſint. f. 260.b.f.261.a.Perpetuorum compenſatio ſtabilita per Clem. VII. apud Obſervantes. f. 193. a.

Legault Vicarius gen. Recollectorum in Gall. ſuſpenditur ab officio. fol. 420. n.282.

Leonardus Generalis multum favet Obſervantiæ initiis. fol.7. b.8 b.fol.259. a.

Leonardus Publicius Vic. gen. ſpiritualium, & reformationem affectantium fautor. fol. 345. n. 119. impetrat, ne Obſervantes tranſeant ad Capuccinos. ibid.

Leonardus Statezeroski pugnat pro Reforma in Polonia ſtabilienda. f. 462. n.22

Leonora Regis Siciliæ filia Clariſſa. fol. 634. num. 116.

Leopoldus Imperator petit mittendos in Provincias ſibi ſubjectas Viſitatores ſolùm nationales. f. 426. n.296

Librorum apologeticorum evulgatio prohibetur à Miniſtro gen. f. 185. a.

Lopetius de Salinas Villacretij ſectator Polæ Conventum extruit. f. 35. b. ſub optimis Patronis multiplicat in Caſtella domicilia, quæ gubernat redacta in Cuſtodiam. ibid. incurrit indignationem Patronorum, & graviter abeis traducitur apud Pium II. fol. 36. b. traductionis cauſa. f. 37. a. ejus teſtamentum, quale. ibid.

Lucas Vvadingus Reformat. annales minoriticos æternitati conſecravit. f. 451. n.359. quare parum, aut nihil. de Strictioris Obſerv. initiis, & progreſſibus tractaverit.f.341.n.104.ſcribit ad Cardinalé deTrejo pro honore ab eo illato Tertio Ordini S.Franc. per illius aſſumptionem. fol. 790. n. 36. confutat Bovetium ſugillantem Obſervantiam in ſuis initiis. f 194.5.6.

Lucas de Soias Diſcalceatus conſulit B. Nicolaum Factorem ſuper tranſitu ad Capuccinos, & quid inde. f.593. n. 78

B. Luchesij, ſeu Lucij ante, & poſt converſionem vita. f. 783. n.3. hic & Conjux primi Tertij Ordinis Franciſcani alumni. fol. 784. num. 3. f. 807. n. 88. ejus opera pietatis.fol.818. num. 110.

Ludovica è Regio Sabaudiæ ſanguine Clariſſa. f. 634. n. 116.

Ludovico Palatini Comite, & Bavariæ Duce agente introducitur, & ſtabilitur in ſuis dominiis Obſervantia. fol.47. b.

Ludovicus à Turre Vic. gen. obtinet ab Alexand. VI. declarationem qualiter haberi poſſint à Minoritis paramenta pretioſa. fol. 190.b.

Ludovicus Foroſemponien. ſocius Matthæi à Baſcio in fundationa Congregat. Capuccinorum deficit tandem ab inſtituto.f.196.a.ejus conditiones naturales. f. 197. a.

Ludovicus Calaber impetrat introductionem Reformæ in ſuam Provinciam, & quomodo. fol. 329. n. 93.

Ludovicus XIV. Gall.Rex bellum Batavis inferens ſolos Recollectos voluit in caſtris ad fidem illis in partibus reſtaurandam. f. 449.n.355

Ludovici à Brono Reformati, primarij theologi, fructuoſiſſimi Miſſionarij obitus. fol. 453 num. 363.

Ludovicus de Ambyoſa cognomento *Bonus* Epiſc. Albien.adlaborat reformandæ religioni in Galliis. f. 536.n.92. 93.

Ludovici Guliet Conventualis omni virtute decorati deceſſus. f. 552. n.152

Ludovicus, & Raphael Foroſempronienſes Fratres dant manus in Congregationis Capuccinorum erectione. f. 556. n.5. Ludovicus commendatus, ſubinde graviter culpatus à Boverio. f. 557. n. 5.ejus ingreſſus in religionem, & animi habitudines. n. 6. amborum fuga à Conventu,ut ſe Matthæo Baſcio adjungant.ibid.obtinent ad hoc à Majori Pœnitentiario facultatem. ibid. Camerinenſium Ducum favore ſe ſubtrahunt à Minorum Generalis, & ſe ſubdunt Conventualium obedientiæ. f.559.n.10.coacti redire ad Obſervantiam, non acquieſcentes iterum ſe ſubjiciunt Conventualibus. f. 562. n. 13. impetrant facultatem erigendi Congregationem eremiticam ſub regula S. Franc. ibid. & n. 14. Ludovicus Diffinitor gen. ſufficienter Commiſſarius gen. Matthæo à Baſcio Vic. gen. renuntiante f. 567. n. 20. f. 577. n. 40. obtinet domunculam S. Mariæ miraculorum de Vrbe. fol. 567. n. 20. ſocios multiplicat. n. 19. & ſeqq. reluctanter removetur à gubernio. f. 577.n. 40. tandem à Congregatione deficit. ibidem. Ludovicus, & Raphael per Boverium excluduntur à gloria fundationis, & quare f.595. n. 85. de Ludovico ſpecialiter Boverij judicium. n. 86. primus tamen, & verus eſt Congregationis inſtitutor. fol. 577. n.39. f. 596. n. 89.

Ludovici, & Georgij Calabrorum ex Obſervantibus Capuccinor. labores pro Congregationis propagatione. f. 596. n.89

Ludovicus Aurelianen. Dux ducit invitus B. Ioan.Valeſiam invitam. fol.706.n.276.maritaliter intactam ſemper male habet. ibid.Declarata per Iudices,& Pontificem matrimonij nullitate ducit Annam Caroli VIII. viduam. f. 707. n. 277. repudiatæ ſponſæ calumnias dum molitur, ejus ſanctitatem experitur, & pœnitens confitetur. n. 278.

D. Ludovicus Jacobillus ſacerdos edidit volumen de Sanctis, & Beatis Umbriæ. fol. 820. num. 111.

Ludovicus Vic. gen. Obſervant. decernit ab Ordinis gubernio dimittendas Tertiarias regulares extra Clauſtra diſcurrentes. f. 484. n.196

Ludovicus Bourdin ſocius Vincentij Muſſart Tertiariorum Reformatoris. f. 859. n.196

S. Ludovicus Gall. Rex omnium primus cœpit Pariſiis mulierum impudicarum Collegia aggregare ad Pœnitentiam ſubminiſtratis ad vitam neceſſariis. f. 932. n.15

M.

Magiſtri Novitiorum in domibus Recollectis ex propria, vel aliena Prov.eligendi. f.462. num. 25.

Marcellus Lante Curiæ Cameræ Apoſt. gen. Auditor, deinde Cardin. Conventualium Protector confirmat concordata inter Obſervantes, & Conventuales poſt bullam concordiæ. fol. 508. num. 33. 4.

Marchio de Villena Regis Hiſpan. apud Pontif. Orator adlaborat ſtabiendo Diſcalceatorum Vicariatu gen. f.292.n.47

Marcus Bononienſis, ac plures alij nobilitate, & doctrinâ inſignes Obſervantiam amplectuntur. f. 15. b. ejus egregiæ dotes. f. 16. b. rationes ad procurandam B. Capiſtranenſis electionem in Vicarium gen. f. 113. b. Vicarius gen. conſtanter, & intrepidè ſuſtinet partes Obſervantiæ coram Pontifice, & Cardinalibus. f. 126. a. per Superiores Provinciales implorat favorem Principum apud Pontificem pro Obſervantia. ibid. a. b. Conqueritur apud Regem Boſnæ, quòd compellat ſubditos ad ſubminiſtranda Obſervantibus neceſſaria. f. 46. b. ob ſuam audaciam Pontifici inviſus, & ab eo præceptis iteratis ad ponitionem expetitus, variis aſtibus effugit præſentari. f.126.b.f.203 b.

Marcus Vliſſiponenſis Diſcalceatus, poſtea Epiſcop. Portuen. tertij Ord. in Luſitania non primus inſtitutor, ſed reſtitutor, & dilatator. f.798. n. 49

Margarita Alenſonij Ducifſa Conventualium domos Obſervantibus adjudicari procurat. f.538. n. 98

B. Margarita Cortonenſis ex Crucifixi admonitione fit Tertiaria. f.808.n. 88

Maria Caſtellæ Regina Confirmationẽ gubernij Obſervantium per Vicarios procurat. f.41. a. b. item Viſitatorem Apoſtolicum, & Reformatorem generalem ſuper Obſervantes in Hiſpan. f. 42. a.

B. V. Mariæ decem virtutes in Evangelio cõmemoratæ, ex quibus deſumpta regula Annuntiatiſtarum Monial. f. 707. n. 280. f.709. n. 285. quid legatur de ejus caſtitate in Evangelio n.286. de prudentia. n. 287. de humilitate f. 710. n.288. de fide f. 711. n. 289. de devotione. n. 290. de obedientia. f. 712. n. 291. de paupertate f.713.n. 292. de patientia n. 293. de pietate, ſeu charitate. f.714 n.294. de dolore, ſeu compaſſione. n.295. Ejus imago à Conceptioniſtis geſtata in palio f.700.n.260.

B. Mariæ Lõgæ nobilitas, & pietas. f.751.n.380 fundat monaſterium S. Mariæ in Jeruſalem Neapolit. in quo profeſſa, & Abbatiſſa ſtabilit arctiorem Clariſſarum Obſervantiam. ibid.

Maria de Meneſos Clariſſa profeſſa in uno tranſit mediâ licentiâ ad plura alia monaſteria, & reddit ad primum. f.775.n.433.4

Marius Scribonius Reform. Theologiæ ſummam, & ſuper novum teſtamentum ſcripta edidit. f.450. n.359

Martha de Lecco devotiſſima Tertiaria monet Jacobum Gandinum Viſitatorem Apoſt. ne redeat &c. aliâs occidetur. f.366.n.470

Martialis Boulier Vic. gen. Obſervant. in Hiſpaniis. f. 279.n.19. init concordata cum Diſcalceatis. f.286.n.31.2

Martinus Generalis favet Obſervantiæ. fol. 11. a.

Martinus IV. S. Franciſco devotiſſimus eligit ſepeliri in ejus Aſſiſien. Baſilica in habitu Franciſcano, f.260.b.

Martinus Alphonſus de Villa-Seca favet B. Joan. de Popula in fundatione primæ Cuſto. Diſcalceatorum. f.273.n.14

Martinus Bocrajos Theologiâ, & perfectionis zelo conſpicuus. f. 369. n. 234. mittitur ad fundandam reformationem in Turonia Pictavien. ibid.

Martinus de Valentia Diſcalceatus primus Commiſſarius, Nuntius, & Inquiſitor Apoſt. cum ſociis intrat Americam. f. 447.n.349. magna operatur, & ſuſtinet ingenti cum fructu. ibid. ipſe, & ſocij dicuntur Americæ Apoſtoli, quibus novi Orbis converſio attribuitur. f 448.n.355

Martinus Guſmanius ſocius Stephani Molinæ primarij promotoris Reformæ Italicæ. f.455.n.367

Martinus V. conatur ablegare ab Ordine relaxationes per ſchiſma introductas. f. 493. n. 14. edit conſtitutiones diſpenſativas circa paupertatem pro Generali, ejuſque comitatu. f.494 n.15. 16. & pro univerſo Ordine circa bona immobilia. f.496.n.17

Martinus Polacus non dicit Clariſſas *de Ordine S. Petri Damiani*. f.655.n. 174.

Martinus de Tordiſilla Capuccinus edidit librum probaturus, competere ſuis dare habitum Tertij Ordinis ſæcularibus. f.806. n.81

Martyres quamplurimi per univerſum orbem ex Reformatis. f. 448. n. 355. & ſeqq. ex Pedemontana Prov. unus, & ubi f.449.n. 356. ex Diſcalceatis in variis Indiarum partibus. f.451 n.360 alij plurimi ex Ciſmontana Reformat. n. 361. ex Japponenſibus 17. ſunt Tertiarij f. 808. n. 88.

Maſſæus à Taurino ex Capuccino Reformatus Procurator gen. f. 383.n. 203. unitos Bernardino Moncalvo ſucceſſit negotium Commiſſario gen. ibid.

Matthæus Amerinus Miniſtr. Prov. S. Franciſci favet. B. Paulucio. f.9.b.

Matthæi à Baſcio fuga à Conventu qualis. f. 179. b. dat occaſionem Capuccinorum Congregationi. ibid. egreſſio ab Obſervantibus ad fundandam Congregationem expenditur. f.194. 5. 6. f.328.n.87. Patria, familia, ingreſſus ad Obſervantiam, fervor. &c. f.555.n.3. aſſumit. Caputium *acuminatum*. ibid. & n. 4. habitus Capuccinicus ei, & uni ſocio permittitur. f. 556. n. 4. ejus. & Lodovici Foroſemptonienſis fuga inexcuſabilis ab apoſtaſia. n. 5. Varios acquirit ſocios poſtea à religione deficientes. n. 7. reddit cum ſociis ad Obſervantiam. f. 562. n. 13. revertitur ad Capuccinos. fol. 567. n.19. electus primus Vic. gen. Capuccinor. quietis deſiderio officio ſe abdicat. n.20 f.577.n. 39. Primus caputij acuminati aſſertor. ibid. & f. 596. n.88. tandem redit ad Obſervantiam, & quare. ibid. piè obit Venetiis cum ſanctitatis opinione. ibid. ab initio aſſumpſit caputium quadratum. fol. 591. n. 69. per Boverium excluditur à gloria Fundatoris. f. 595. n. 85.

Matthæus Leopolitanus Obſervantin. tranſit ad Capuccinos. f.567. n.17.

Matthæus Rubius pater Nicolai III. Tertiarius. f.808.n.88.

Maturinus Chayllon Novitiorũ magiſter, fundator Reformationis in Turonia Pictavienſi. f.396. n.234. deinde Commiſſarius Apoſtol. multiplicat Conventus, & fundat Cuſtodiam. S. Franciſci. f.399.n.245.

Mauritius de Portu tot Delphinum Gen. onerat accuſationibus,ut ſit ab officio deponendus. f.129. b.

Mediolanenſium devotio, & liberalitas erga Obſervantes in Capitulo gen. mediolanenſi. f. 120. a. b.

Michael Cordubenſis ſocius B. Guadalupenſis in fundatione Cuſtod.Extremaduræ. fol. 275. num. 17.

Michael de Caſentino Viſitator Apoſt. Obſervantiæ, & Reformæ in Polonia. f.435.n.316. Reformatos concordiæ titulo Obſervantibus commiſcet. f.436. n.317. quare inglorius abjicitur. n. 318. deputatur ad reformationem monaſterij S. Antonij de Paliciano. f. 720.n.308

Michaelis de Collelongo vita per manum Notarij Ordinarij authoritate examinata. fol. 454. num. 363.

B. Michaelina orans audit vocem Crucifixi, & fit Tertiaria in Convent. Minorum. fol. 808. num. 88.

Militia Equitum Immaculatæ Conceptionis ſub regula S. Franc. à quo, ubi, & quando fundata. f. 927. n. 8. ejus erectio, & confirmatio Pontificia com aſſignatione conſtitutionum, & privilegiorum. n. 10.ad 14.

Militia Equitum S. Sepulchri Jeſu Chriſti à quo, ubi, quando, & ad quid erecta. fol. 938. n. 38. ejus Milites habitum ſuſcipiunt, & profeſſionem emittunt in manibus GuardianiConv. Montis Sion. ibid. ad quid teneantur. n. 39.formula, & ritus recipiendi habitus, & profeſſionis. n. 40.

Miniſtri Generalis, & Provinciales ægiè ferentes ſeparationem Obſervantiæ eam toto conatu invadunt. f. 81. a. Dolent ſe obligatos ad Vicariorum gen. confirmationem. f. 82. a. evincunt obtenta unione. ibid. b. Primus Generalis Obſervantinus eligitur. fol. 168. a. Aliquot adlaborant ut occurrant malo ex variarum Congregationum &c. unione Obſervantiæ provenienti. f.180. a. b. Obſervantinus ſtabilitur tam de Regulari, quàm de Strictiori Obſervantia indifferenter eligendus. f. 181. b. Miniſtri, & & Commiſſarij Gen. authoritas eadem ſuper Obſervantes, & Reformatos. fol. 184. a. f. 382. n. 1. Generalis facultas exigendi pecunias à Provinciis pro ſuis, & ſuorum neceſſitatibus. f.208. a. b. authoritas ſuper Tertiarios. f. 225. b.f.801. n.82.*vide etiam V.*Tertiarij. ſuper Conventuales. f. 226.a. f.239. 40.f.512.n.35.ſuper Reformatos ex declaratione Clem. VIII. f. 354.n. 145. & ſeqq. ex declaratione Pauli V. f. 372. §. 1. Miniſtri generalis *totius Ordinis* Min. titulus quando, & à quo Superiori Obſervantium attributus. f. 214. 15. Miniſtri gen. *totius Ordinis Conventualium* titulus numquam apud Minoritas in uſu. f. 215. a. 216. b. Generalis intra quod tempus teneatur confirmare electionem Vic. gen. Diſcalceatorum. f. 297. a. falſum, eum ſupplicaſſe diſpenſationem pro ſucceſſione in hæreditatibus parentum ab inteſtato. f. 491. n. 9. Non acceptat ad reformationem Conventuales cum privilegiis relaxativis. f. 537. n. 94. Miniſtrorum Generalium Zelus paupertatem inviolatam quandiù ſervaverit. f. 207. a. b. f. 209. b.f.216.b. aliqui ab officio depoſiti, quia relaxati. f.209.b. f. 263.b. penè omnes toto conatu ſe oppoſuerunt relaxationibus. f. 233. b. 234. a. f. 263. b. in principio Ordinis plures zelantiſſimi, non tamen Conventuales. f. 238. a. aliquorum oppoſitiones cauſam dant ſeparationis Reformatorum ab Obſervantibus. f. 395. n. 231. qui in componendis Strictioris Obſerv. conſtitutionibus inſudarunt. f. 443.n. 337. Miniſter, Commiſſarius, & Vicarius generales ex qua Familia eligendi. f.385. §. 7. Generalis non poteſt Reformatorum ſtatuta mutare, nec nova condere. §. 10. 11.

Miniſtri Provinciales eligendi ex Reformatis ubi habentur Patres ad id idoneos. f. 184. b. eorum juriſdictio ſuper RecollectosValentinos &c. f. 469. n. 36. f. 473. n. 38. 39. 40. ſuper Clariſſas. f. 669.n.205. quoad ingreſſum in monaſteria. n. 206. & f.675. n. 218. ſuper Cuſtodes, & Reformatos ordinaria ex declaratione Pauli V. f. 328. n. 87. Miniſtri de Familia nullam habent juriſdictionem ſuper Reformatos. f. 374. §. 5.

Miniſtræ Tertiariis, à principio conceſſæ Conventuales, & Generalis cum facultate viſitandi Ordinis monaſteria. f. 840. n. 162.ad 66. inconvenienta inde ſecuta. f. 843.n.167

Miniſteriatus Generalis devolvitur ad Reformatos. f. 162. 3. & f. 165. a.tranſmigrat ad Obſervantes cum titulo *totius Ordinis* Minorum, & Sigillo. f.168. a. f.187. b. f. 225. a. b.& ſeqq.Pro Conventualibus tranſit in Magiſteriatum. f.215. b. f. 219. 20. f. 226. a.

Minores Fratres negligentes in ſcribendis, & conſervandis operum ſuorum notitiis. fol. 57. a. Primi tum ex Regulari, tum ex Strictiori Obſervantia deſtinati in Indias Orientales, & Occidentales. f.200. b. Conventuales,& Obſervantes legibus, locis, habitu, Superioribus, & ſolemnis profeſſionis formâ inter ſe diſcreti. fol. 205. b. Diviſio, ſeu reſolutio in Obſervantes, & Conventuales an quidditativa, & legitima. f. 240. b. 242. a.b. *Minoris* nomen quid dicat. f. 241. a. an prædicetur univocè de Conventualibus.f.242. a. *Fratrem Minorem* exprimere antonomaſticè Conventuales quàm falſum.f.243.a.b. exprimit antonomaſticè Obſervantes ibid.& fol. 244.a.Minorum Ordine indiviſo alij Spirituales, alij de Communitate dicti, & qui.f. 490. n.6.ſub generalatu S.Bonaventuræ renuntiant curæ Clariſſarum, unde exorta lis in curia Romana, f. 637.num.125. eorum jura tranſeunt ad Sedem Apoſtolicam.f.527. n.48.quandiù, & quando eis licuerit hæredem ſibi nominare. ibid. pecuniæ contactus qualis vetitus, & qualis licitus. ibid. n. 49. Petunt, ſed fruſtra, ne cogantur aſſiſtere Clariſſis, & ut his alius Protector aſſignetur. f.654.n.172. f. 656.n. 177. & ſeqq. f. 659. n. 185. Conveniunt cum Clariſſis circa curam de ipſis ex charitate, non ex debito habendam. ibid. quàm exoſam habeant hanc curam.f.661. n.190. obtinent ad hoc proviſiones Apoſtolicas.n. 191. propriæ cedunt quieti, ut aliorum maximè Monialium,& Indorũ profectui vacent. f.663.n.193. compelluntur ad monaſteriorum pluriuorum curam. f. 664. n. 195. 6. eis præſcribitur gubernij modus, & juriſdictio. fol. 665.n.198.9. ad n.214.

apud

apud Annontiatiſtas commorantes poſſuot ſe eis conformare io officio, & Miſſa. f. 711. n. 290. eis plura privilegia conceduntur à Sixto IV. f. 750. n. 378. quàm alieni ab ingreſſu monaſteriorum Clariſſarum, & in quibus caſibus intrare valeant. fol. 753. n. 389. 90. 91. fol. 756. n. 396. quantâ curâ egetint pro tertio Ord. propagando. fol. 798. n. 48. pro reſtaurando, & privilegiis &c. augendo ibid. n. 50. f. 799. n. 51. ad 63. pro Tertiariia Monialibus reducendis ad clauſuram ſervandam. f. 843. n. 167. & ſeqq.

Miſſæ quomodo applicatæ à Recolk&tis. f. 484. n. 65. intra monaſteria monialium quando poſſint celebrari. f. 747. n. 371

Miſſiones, in qoibns per univerſum orbem deſudant Reformati. f. 448. n. 355. & ſeqq. præſertim. f. 451. n. 360. & ſeqq. ubi plurimi Martyres recenſeitur.

Modeſto de Roma, Miſſionum Commiſſario gen. erigitur Cuſtodia Apoſtolica Tranſilvaniæ. f. 449. n. 356.

Modus philoſophicus non variat rationem ejua, cujns eſt, benè tamen moralis, & legalis. f. 205. a.

Monachum facit regulæ profeſſio. ibid. b.

Monaſterium Clatiſſarum Hiſpelli reformatur per Pacificam Guelfueci. fol. 630. n. 100. Florentinom, Venerum, & Mantuanum fundata ſob gubernio B. Agnetis. f. 631. n. 107. 8. 9. Zamorenſe ſub titulo S. Franciſci deinde S. Claræ erectum. f. 632. n. 110. Barcinonenſe prins ſub titulo S. Antoinj, deinde S. Claræ. n. 111. Tridentinum, & Vlmenſe. f. 633. n. 114. ortns B. M. Virginis qnomodo, & quando fundatum, & inhabitatnm. ibid. Vlmæ in Suſflingen Mater plurium aliorum. f. 634. n. 114. quando reformatum. ibid. Longi Campi extructum ab Iſabella S. Ludovici Regia Sorore. n. 115. Mexieannm qnando, & à quo fundatum. n. 117. S. Stephani ac S. Mariæ in Zagonia extra portam Aloni Imolæ Benedictina nniuntur ſub regola Clatiſſarum. f. 651. n. 151. S. Joannis de Logano Benedictinum ſupprimitur. n. 166. Bejenſe Clariſſarum à quo extructum. f. 662. n. 190. conſignatum curæ Minoritarum. ibid. S. Claræ Tarlarenſe adinſtantiam Recollectutum ab ipſorum cura abdicatum ſubjicitur Epiſcopo. n. 191. 92. S. Angeli Æſculani, & alia tredecim committuntur curæ Minorum. f 664. n. 196. 97. Hiprenſe contumacirer rebelle contra Protectotem ad ejus obedientiam per Minores redactum. f. 666. n. 200. alia monaſteria detrectantia obedientiam Miniſtris reducuntur à Paulo III. f. 680. n. 224. Eugubini Ordinis reformationem effugienris, & ad Ordinis regimen coacti hiſtoria. f. 681. n. 225. Santarenenſe in ſui fundatione ſubjectum Minoribus. fol. 682. n. 227. à qoo, & quando fundatum. fol. 764. n. 410. ab obedientia contumacirer rebellans dimiſſum à Diffinitorio, & ab Ordinario receptum. n. 228. poſt longum litigium obligatur ad obedientiam Min. redire. ibid. ad num. 236. Conceptionis Toletanum Caput Ordinis Conceptioniſtarum. f. 692. n. 249. ad 253. S. Petri de las Duennas Benedictinum tranſit ad Clariſſas, & Conceptioniſtas. fol. 694. n. 254. Conceptionia Toletanum convertitur io egregium Xenodocbium. fol. 695. o. 255. capaciſſimum unde plures Fundatrices. ibid. Lanugi fundatum ſub rigidiori Clariſſarum regula. f. 720. n. 305. tranſlatum apud Santarenum cogitur acceptate proventus. ibid. S. Antonij de Pliciano primùm reformatur. n. 307. 8. Monticellanum propè Florentiam poſt maximam relaxationem reformatur juxta prædictionem. B. Helia de Pulcia. f. 723. n. 315. 16. Monialibus ob relaxationem ab eo expulſis interdicitur regreſſus. f. 724. n. 316. 17. nonnulla monaſteria nimia relaxara detrectant reformationem Miniſtri gen. f. 725. n. 318. omnia, & ſingula ſubjiciuntur correctioni ejuſdem. ibid. aliquorum in Tuſcia reformatio injungitur Generali. fol. 726. n. 319. aliquorum relaxatio in Provincia S. Antonij refurmari mandator. f. 727. n. 320. conditiones pro novia monaſteriia Clariſſarum eligendis ex ſtatuto Generalis Licheti. f. 728. n. 322. S. Mariæ in Jeruſalem Neapolit. à quo fundarum, & ad arctiorem Clariſſarum regulam redactum. f. 751. n. 380. monaſteria Tertiariarum Camerini, & S. Hieronymi Caſtillionen. in Tuſcia obtinent velum nigrum ſub aliquibua conditionibus. f. 766. n. 415. Burgenſi per ſpeciale diploma conceditur electio Abbatiſſæ. n. 417. Corporia Chriſti Neapolitan. Converſis obtinuerat Regina Sancia velum nigrum, & benedictionem, quæ poſtea eis interdicuntur, & quare. f. 770. n. 426. S. Marcelli Pariſienſis decretum pro puellis ad ſtatum converſarum recipiendis à Sambucca gen. annulatum, à S. Congreg. confirmatum, ab Alexandro VII. modificatum, à ſac. Congregat. practicari juſſum. num. 427. S. Crucis Neopolitan. conceduntur ſex probæ mulieres ad Profeſſarum ſervitia. f. 776. n. 436.

Monialium Conceptioniſtarum fundatio. fol. 691. n. 246. & ſeqq. profeſſionem etuitront. f. 694. n. 252. defuncta Beatrice fundatrice ſibi præficiunt Beatricem ejus Neptem. ibid. ſubjiciuntur Minoritis, & profitentur regulam Clatiſſatum. n. 254. confirmantur à Julio II. omnia ipſis à Prædeceſſoribus conceſſa. f. 695. n. 256. accipiunt aliam regnlam ad modum Clariſſarum f. 698. n. 257. quid promittant hunc Ord. intrantes. f. 699. n. 258. de receptione Novitiarum, & forma profeſſionis. f. 700. n. 259. præſcribitur forma habitus. n. 260. deferunt in ſcapulari, & in palio imaginem B. Virginis. ibid. habent eumdem Protectorem, quem Minores, quorum gubernio, & viſitationi ſubjiciuntur. n. 261. quomodo, & qualem eligant Abbatiſſam. f. 701. n. 262. Obſervantia paupertatis qualis. n. 263. præſcribitur clauſura ſervanda cum aſſignatione oſtij, rotæ, loquutorij &c. f. 702. n. 264. 65. quas perſonas, & quomodo admittere poſſint in monaſterio. n. 266. præſcribitur officium recitandum, & frequentla Sacramentorum. f. 703. n. 267. Obſervantia jejunij. n. 268. laboritium, ſilentium, & dormitio. n. 269. Minorum Ordini commendatæ, omnino ſubjectæ, incorporatæ quibus privilegiia gaudeant. f. 704. n. 270. ob rigoris, & ſanctitatis famam multiplicantur. fol. 705. n. 271. novam profeſſionem emittunt ſub inſtituto Franciſcano, & ſpecialibus conſtitutionibus. n. 272. emiſſa

prof.ſſione non liecbar in perperuum ſæculares,ne qnidem Genitores aloqui.n.273. hoc nt nimis arduum mitigatum à Clemenie X. n.273. 74

Monialium Annuntiatiſtarum Ordo à B.Juanna Valeſia inſtituitur. f. 707.n. 279.& ſeqq. confirmatur. n. 280.primæ profeſſores profeſſionem emittunt,& propagantur, & ubi.f. 708.n. 281. Ordo à plnribus Pontificibus confirmatus, & & gratiis auctus. n. 282. diverſus ab Ord. Ancillarum. B. V. Mariæ,uterque tamen à Leone X. ſimul unitur ſub regula ex duabus compacta. n. 283. f. 715. n. 296. 97. quæ traditur. f. 708. n. n. 284. Ordo conſiſtir in imiratione decem principalium virtutum B. V. Mariæ. n. 285. quomodo debeant imitari B. V. caſtitatem f. 709. n.286. prudentiam n. 287. humilitatem. f. 710. n. 286. fidem. fol. 711. n. 289. devotionem, ſeu orationem. n. 290. de officio recitando, & communionis frequentia. ibid. item obedientiam. f. 712. n. 291.qualem, & quomodo eligere debeant Abbatiſſam cum præſcriptione formæ profeſſionis. ibid. quomodo imitentur paupertatem. f. 713. n. 292. patientiam. n. 293.pietatem,ſeu charitatem. f. 714. n. 294. dolotem, & compaſſionem n.295. non obligantur ſub mortali niſi ad ſex, & quæ. ibid. quibus privilegiis, & indulgentiis gaudent. f. 715. n. 296. ex hoc Ord. fuerunt quatuor perpetuam clauſuram ſervantes in Capella S. Andreæ Baſilicæ S. Petri de Urbe. ibid. & n. 297. ſubjiciuntur Ordini Seraph. adinſtar Clariſſar. f. 717. n. 299. earum antiqua ſtatuta committuntur examinanda &c. Fr. Germano Aubert. f. 718. n. 301. declarantur ſubjectæ Protectori Ordin. Min. ibid. eis confirmantur omnia privilegia jam conceſſa. n.303

Monialium Clauſura nec de jure naturali, nec nec de divino. f. 751. n. 382. quando incœperit. ibid. à Bonifacio VIII. primò ubique impoſita ſub præcepto, ſed non ubique ſervata. n. 383. à Concil. Trident. injuncta ab omnibus univerſaliter ex voto, vel ex præcepto ſervanda. f. 752.n.383. à Pio V. etiam ſub graviſſimis pœnis n. 384. ejus prima in Eccleſiam introductio ſub voto à SS. Franciſco, & Clara n. 385. 6. 7. ad eam mandatur reducendas Clariſſas converſas extra vagantes. f. 754. n. 392. abuſus ex licentiis conceſſis ſæcularibus ad intrandum provenientes tolluntur. n.394 reſtringitur etiam facultas pro Fratribus. f. 756. n. 396. revocantur omnes intrandi licentiæ conceſſæ Duciſſis &c. f. 757. n. 397. modificantur. f. 758. §. 1. revocantur univerſaliter. fol. 759. n. 400. præſcribitur conſenſus Monialium capitulariter, & per ſecreta ſuffragia præſtitus. f. 760. n. 401. prædictæ licentiæ non favent mulieribus, aut puellis introductis ſub prætextu accipiendi habitum religionis, & emittendi profeſſionem, quæ tamen tranſacto anno eam non emittunt. f.761. n.403. injungitur expulſio mulierum ſub licentiis exortis conducentium celas ad habitandum in Monaſterio S. Claræ Martiten. f. 762. n. 404. 5. Tertiariæ Clauſuram reſpuentes ad ipſam reducuntur. f.763.n.407.8.9.Saltem ex decreto Conc.Trid. f. 764. n.408 .9.Santatenenſes, & Amarantenſes Clariſſæ ultro clauſæ Obſervantiam admittunt ibid. n.410.Vicereginæ probantur non comprehenſæ privilegio Reginis conceſſo intrandi clauſuram. ibid. n 411. Moniales Ordini Minor. ſubjectæ poſſunt retinere intra clauſtra ad earum ſervitia aliquas honeſtas mulieres, ex legitimis cauſis repellendas. f. 777. n. 438. 9. in Hiſpaniis indultum, ut denis quibuſque Monialibus ſingulæ ancillæ aſſignentur ſub quibuſdam conditionibus. f. 779. n. 440. plures etiam conceduntur Monialibus Indis. n. 441

Monialium Urſulinarum Congregatio à quo, & quomodo fundata,& fœliciter propagata. fol. 849.n.191. 2. 3.

Monialium, ſeu Mulierum in Clauſtro Pœnitentium Congregatio quando, & quomodo in variis locis incœperit. fol. 933. n. 15. ad n. 24. earum incrementum & numero, & ſanctitate. ibid.

## N.

Nathanael *le Sage* Commiſſarius Apoſt. & Viſitator gen. miſſus ad Recollectionem in univerſam Galliam introducendam, & firmandam. f. 399. n. 244. toto conatu adlaborat, & ubi. ibid.

Negotia principaliora Apoſt. Sedis, Regum &c. Obſervantibus commiſſa,& mira fœlicitate ultimata. f.199.b.

Nicolaus Rodulphi à Concilio Conſtan. conſtitutus Vic. gen. Obſervantũi in Francia. f.24.b. edit conſtitutiones pro Obſervantiæ ſtabilimento.ibid. celebrat primum Capitulum. gen. Obſervantium, & conſtituit multa neceſſaria. f.60.b.

Nicolaus Antonij de Vzano in Vicariatu Gen. Italiæ ſubrogatur Joanni de Stronconio. f. 64. a. ejus virtutes. ibid.

Nicolaus Auximanus obtinet amplam facultatem pro Vicariis Obſervant. pro quo à Generali corripitur. f.68. a. poſtea reſpondit libello à Roberto Licienſi cõtra Obſervantes vulgato. f.94.b.

Nicolaus V. commendat B. Capiſtranum Antonio de Ruſconibus Generali. f. 80. a. placidè, ſed ſapidè reſpondet cuidam prætendenti unionem Obſervantium cum Conventualibus. f.95.b.

B. Nicolaus de Thomacellis ſanguine, pietate, & Evãgelica prædicatione clarus. f. 328.n. 84. pro Strictiori Obſerv. ſe recipit cum aliis ad ſolitaria loca. ibid. ſtabilit Reformationem Neapolitanam. f.455.n.368

Nicolaus à Peruſio Viſitator Apoſtolicus Reformatorum in Regnis Neapolis,& Siciliæ. f.368. n. 176

B. Nicolaus Factor Recollectus tranſit ad Capuccinos, ſed ſtatim redit ad ſuos. f. 469. n. 35. ejus ſanctitatem teſtatur S. Lodovicus Beltrandus ejus intimus. f. 486. n. 80. ejus poſt reditum à Capuccinis ad Recollectos de utriſq; judicium. f. 593. n. 77. 78. Prophetia de tranſitu, ſed non permanentia P. Lucæ de Solas Diſcalceato ad Capuccinos ibid. de ejus canonizatione ſeriò agitur in Curia. 594.n.78.

Nicolaus Doucet ſocius Vincentij Muſſart. Reformatoris Tertij Ordinis. f.859.n.196

Nigronius ſociet. Jeſu coarctans Diſcalceatos in ſolis Hiſpaniis fallitur. f.268.n 2

Nomina propria cujuſque membri Corporis Ordinis Minoritici explicantur. f. 133. 34.

Nomina Conventualis, & Obſervantis neceſſariò inducta in Ordin. poſt privilegia. f. 211. a. eorum explicatio. f. 240. 41. 42. 43. nominum alia reduplicantia quidditatem, alia diſtinguentia. f. 240. b. & 243. a. nomen *Minoris* quid dicat, f. 241. a. 243. a.

Nominis ſantiſſimi Jeſu adoratio propugnata ab Obſervantibus. f. 200. a.

Nomina Reformati, Strictioris Obſervantiæ, Diſcalceati, Recollecti quàm promiſcuè uſurpata à Summis Pontificibus fol. 270. n. 6. 7.

Nomina Provinciarum Franciæ, Saxoniæ. & Turoniæ. f. 537. n. 94

Novitiatus Obſervantiæ poſt Reformam ſtabilitam variè conceſſi, & adempti fol. 182. 3. 4. Decernuntur ad Urbanu VIII. inter Reformatos. f. 184

Novitij ex tota Obſervantium familia in ſola Reforma recipiendi, & ad profeſſionem admittendi. f. 181. 2. quòd recipiantur extra Capitulum, aut Congregationem ſervatis aliquibus conditionibus conceditur. f. 351. n. 136. probationem non faciãt niſi in locis ad hoc deſignatis, & inter Reformatos. f. 353. n. 141. f. 382. n. 3. habent annum ad deliberandum, an velint manere apud Reformatos. f. 356. §. 4. pro Reforma profeſſi tenentur ad puram regulæ Obſervantiam &c. §. 5. Inter Reformatos non recipiendi extra Capitulum, vel Congregationem. f. 394. n. 229. Non inducendi, nec admittendi ad profeſſionem extra Domos Recollectionis. f. 463. n. 26. poſt profeſſionem non applicandi ſtudiis niſi poſt annum ſaltem ſecundi Novitiatus. n. 27. eligentes perpetuam Recollectionem non poſſunt ab ea amoveri, benè tamen eligentes liberam. f. 479. n. 51

Nuntius, & Commiſſarius Apoſtolicus ad Maronitas in perpetuum ex Obſervantibus per Vicarium General. eligendus, & mittendus. fol. 199. b.

## O.

OBſervantes deprehenduntur recepiſſe aliquos hæreticos. f. 4. b. eis videtur gravis exemptio ab obedientia Miniſtrorum. fol. 26. aliqui inſulas Oceani inhabitantes gratiis à Deo illuſtrantur. f. 24. a. cum Clauſtralibus concordant in variis articulis f. 37. b. in Luſitania denuo ſibi eligunt Vicarium Prov. f. 45. a. eorum labores, & fructus ſpirituales in Boſna. f. 46. a. non patiuntur à Rege ſubditos compelli ad neceſſaria ipſis ſubminiſtranda. f. 47. a. alij doctiſſ. eòdem mittuntur. ibid. in Hungaria à Vicariorum Vicario ad Miniſtri genera. obedientiam petunt transferri. f. 51. a. cauſa procurandi gubernium Vicariorum. f. 60. a. primi illud obtinent in Galliis per Concil. Conſtantien. ibid. b. quando primùm hoc nomine inſigniti. ibid. f. 66. a. b. poſt Gallos vivunt ſub Vicariis in Hiſpania. fol. 61. b. in Luſitania, Bavaria, Palatinatu, Brandeburgen. Marchionatu, Boſna, & Hungaria. f. 62. b. quot in Italia Vicarios gen. habuerint uſque ad Capitulum Generaliſſ. Aſſiſienſe. f. 64. a. celebrant Capitulum general. ſeorſim à Conventualibus. f. 66. a. b. in Hiſpaniis impetrant confirmationem decreti Conſtantien. pro celebrandis ſuis capitulis. f. 68. b. in Caſtella laxati reſtringuntur per Viſitatorem. ibid. pluribus favoribus cumulantur, ut independenter gubernentur. f. 72. b. Ultramontani agitantur ſtimulis pro gubernio independenti à Generali quod videtur contra regulam. f. 78. b. plures reformationem periæſi minima curant negligentes grandia. f. 81. b. per bullam concordiæ uniuntur Conventualibus. f. 82. b. litigant cum Conventualibus ſuper Obſervantia bullar. Eugenianæ, & Calixtinæ. f. 86. a. b. deciditur lis pro Obſervantibus. f. 87. 8. quandiù benè habiti à Conventualibus. f. 89. a. ab eiſdem de multis criminibus falsò accuſati à B. Capiſtranenſi defenduntur. ibid. defenſi à Principibus, ne ſubjiciantur Conventualibus. f. 92. a. eorum unanimis firmitas pro independentia à Miniſtris. f. 94. 5. in nova commotione defenſi à Joan. Columna. f. 96. a. Queruntur de amiſſione plurium privilegiorum operâ B. Jacobi à Marchia. f. 111. a. multi recedunt à bulla *Concordiæ* adhærentes Eugenianæ. f. 117. a. quàm injuriosè habiti à Conventualibus in Capitulo gen. Mediolanenſi. fol. 120. a. in Romano excluſi ab electione Generalis. ibid. iterum exturbati tamquam regulæ tranſgreſſores recurrunt ad Pium II. f. 121. 22. 23. exturbatis circa quæſtuationes aſſiſtit per ſuas litteras Alexand. VI. f. 123. a. b. variis injurioſis titulis, & nominibus afficiuntur. ibid. novas patiuntur moleſtias à Conventualibus, & aliis Religioſis pro vita ſub Vicariis, & mendicatione. f. 124. 5. in Capitulo Generaliſſ. Romano obtinent non ferre ſuffragia in electione Generalis. f. 130. a. reclamant apud Julium II. de litteris ab eo per Raynaldum Gen. contra ipſos extortas. f. 132. a. Ultramontani obtinent facultatem conſtruendi Conventus ubicumque fuerint rogati. f. 161. b. obtinent ad excluſionem Conventualium Miniſteriatum gen. ſigillum, & præeminentiam. fol. 162. a. b. f. 168. a. b. 210. a. 211. a. 215. a. 219. a. 220. 221. f. 231. b. in Capitulo Romano obtinent non uniri Conventualibus. f. 168. a. b. eorum primus Generalis, cui conſignatum ſigillum. f. 168. a. abſolvuntur ab oneribus Miſſarum celebrendarum adnexis Conventibus tranſlatis ad ipſos à Conventualibus. f. 168. 9. à priori rigore, & fervore tepeſcunt poſt bullam concordiæ, & quare. f. 179. 80. perturbantur ob naſcentes Reformæ, & Cappuccinorum Congregationes. f. 179. quàm multos annos, ſervaverint rigores ſuos. f. 186. a. teneri ad omnimodam regulæ litteralem rigorem conclamatur in omnibus Capitulis general. f. 187. 88. & 192. a. poſſunt habere tutâ conſcientiâ, & ſalva regulæ puritate paramenta pretioſa. f. 190. 91. perpetua legata, & ex eis proventus acceptare, & quomodo. fol. 192. a. b. *vide etiam V.* legata. jubentur ad regulæ puritatem ſervandam amovere à ſuis Eccleſiis capſas pro eleemoſynis pecuniariis. f. 193. b. Tranſeuntes ad Conventuales ob parentum hæreditatem adeundam declarantur ejuſdem incapaces f. 194. a. nullæ eis litteræ

teræ etiam Apoſtolicæ favent, niſi de Superiorum ſuorum licentia in obedientiæ derogationem &c. f.197. 98. Plurimi deſtinati ad graviora S. Sedis negotia fœliciter ultimata. f. 200.a.b. & ad fidem Indis orientalibus, & occidentalibus annuntiandam. ibid. b. Quando, & quare ſic nuncupati. f. 210. a. declarantur veri filij S. Franc. ab initio Ordinis, cujus antiquus locus eis attribuitur. ibid. b. & f. 221. b. 231. b. Præcedentiam obtinent. *vide n.* Præcedentia. Obſervantes magni Conventus Pariſien. & quatuor provinciarum confœderatarum tentant tranſitum ad Conventuales. f. 218. b. eorum ſeparatio à Conventualibus quomodo. f. 225. a. 242. a. non habent à S. Bernardino principium, neque à B. Paluccio. f. 229. a. ſed ab hoc habent ſeparationem, ab illo ordinem, & formam. f 230. a. eos *exiiſſe* à Conventualibus quid propriè ſignificet. f. 132. b. 236. a. non novum vitæ genus inducunt, ſed antiquum conſervant. f. 230. b. 233. a. b. 234. a. 236. a. 243. a. non habuerunt originem à Conventualibus, ſed hi ab illis. f. 232. b. 236. a. b. Obſervantes Reformatores, & Reformati præeiant Ordinis diviſioni in Ordinis Communitate. f. 233. s. b. quomodo exierint à Conventualibus. ibid. b. 234. a. b. ut reformarent debent præextitiſſe. f. 235. b. reformant priùs ſe ipſos ſegregando ſe à laxioribus, deinde alios f. 235. 36. eorum hinc concluditur antiquioritas, in qua nullum poſſunt habere competitorem. ibid. a. b. aliquando ſubjecti Ordinis Communitati, numquam Conventualitati. f. 239. a. b. quomodo, & quando ſubjecti Communitati. ibid. b. frequentiſſimè à Pontificibus dicti ſimpliciter de Ordine Min. ſeu S. Franciſci. f. 247. 48. 49. Obſervantis titulus nihil addit eſſentiale ſuper Fratrem Min. ſed ſolùm diſtinguit à non Minoribus. 266. a. inhabitantes Recollectionis domos in Portugalia eriguntur in Provinciam Diſcalceatam. f. 290. n. 39. opponuntur Diſcalceatorum initiis. f. 279. n. 19. 20. erigunt in Hiſpaniis domos Recollectionis. ibid. ægrè ferunt profectum Reformæ, & domorum Recollectionia in Diſcalceatis Hiſpaniarum. f. 328. n. 87. obtinent aſſignationem aliquot Conventuum in qualibet Provincia pro Reformá ſectantibus. f. 337. n. 98. quare. ibid. adverſantur primò Strictiori Obſerv. poſtea eam promovent, & quare. f. 341. n. 116. 17. impediunt tamen tranſitũ Fratrum, & tranſlationem Conventuum ad ipſam, & quare. f. 342. n. ibid. f. 345. n. 118. in Reformatorum confiniis non debent quæſtuare, niſi de eorum Superioris licentia. f. 351. n. 135. tranſeuntes ad Reformationem habent annum ad deliberandum de remanentia. f. 356. §. 4. remanentes, poſt annum habentur ut profeſſi in Reformatione obligati ad puram Regulæ Obſervantiam. ibid. §. 5. toto conatu, ſed fruſtra opponuntur Vicariatui gen. Reformatorum ſub Greg. XV. f. 379. n. 196. cujus amotionem obtinent ab Vrbano VIII. n. 197. & ſeqq. conqueruntur graviſſimè de Moncalvo Gen. & quare. f. 382. n. 202. graviſſimè etiam, ſed fruſtra de ſuorum Conventuum ad Reformatos tranſlatione. f. 388. n. 216. opponuntur maximè introductioni Reformæ in Poloniam. f. 426. n. 297. introductam conantur expellere. f. 427. n. 298. ad cujus everſionem obtinent Viſitatorem Obſervantinum ſuper Reformatos, & Obſervantes. f. 435. n. 315. in Polonia vocantur Fratres *Bernardini*, & quare. fol. 427. n. 298. in Valentia fruſtra conqueruntur, quòd Recollecti principalibus Conventibus præficiantur. fol. 474. n. 41. ægrè ferunt concordata inita cum dominibus Recollectis Valentinis &c. f. 473. n. 38. f. 475. n. 44. plures tranſeunt ad Capuccinos. f. 567. n. 19. f. 568. n. 21. virtute elati, & ſanctitate ſuſtentant Capuccinorum Congregationem. f. 570. n. 26. f. 596. n. 89. eis graviter interdicitur exercere Procuratorias Monialium. fol. 689. n. 241. f. 690. n. 242. 3. 4. f. 691. n. 245

Obſervantiæ duplex ſignificatus. f. 1. a. f. 133. 34. Obſervantia regul. veluti Mare cæteras Ordinis Congregationes ut fluvios recipit. f. 2. a. f. 201. a. non novum inſtitutum, ſed noviter ſeparatum. f. 3. b. ejus zelatores recluduntur in ſolitudine. ibid. a. quæ prima loca habuerit. f. 7. b. ejus initium in Galliis. f. 17. b. in Hiſpaniis ubi, & quando. f. 27. b. 29. b. 30. a. in Aragonia. f. 32. a. in Luſitania. ibid. b. ibidem propagatur, & à quibus. f. 33. a. b. in Gallia quando tale titulum acceperit. f. 34. a. dilatatur per Hiſpanias, & per Orbem novum. f. 35. a. introducitur in Boſnam, Corſicam, & Inſulas Baleares. f. 46. a. in Iberniam, Scotiam, & Coloniam f. 54. a. conſtituitur ſub propriis Vicariis Gen. & Provincialibus. f. 60. a. quàm paucos Doctores habuerit in principio. fol. 55. b. 89. a. aperit ſcholas Theologiæ ſcholaſticæ, & juris Canonici. f. 55. b. in iis profectus quantus. fol. 39. a. ex Chriſti revelatione in duplici humilitate fundata. f. 93. b. ejus Prælati inceſſanter laborant pro bono publico tum Religionis, tum ſæculi. ibid. ei per Conventuales imminet ultimum exterminium ſub Sixto IV. tamen immunis evadit. f. 125. a. ejus incrementum, & Principum, ac Prælatorum. favor. f. 161. a. ejus Promotores varij recenſentur. f. 202. 3. per univerſos terræ angulos Conventus fundare poteſt. ibid. b. commendatur à Clem. VII. omnibus Chriſti fidelibus. f. 190. a. ejus laus, & propagatio. f. 199. a. b. ejus Prædicatores præcipui, & eorumdem fructus. f. 200. a. b. ejus gloriæ ex ingenti numero tum Martyrum, tum Confeſſorum &c. ibid. ejus bonus ſtatus in initio Congregationis Capuccinorum. f. 196. a. b. quo ſenſu originem habuerit à Paulo de Trincis. f. 233. b. quàm ei præjudicialis receptio domorum &c. Conventualium, ac Congregationum Clarenorum &c. fol. 268. a. Regularis, & Strictior in ſola Capitis unitate conveniunt. f. 269. n. 6. quo ſenſu dicantur diſtingui ſolo nomine, & ſitu. ibid. utriuſque initia ad invicem conferuntur. f. 340. n. 101. 2. 5. utraque de ſuis initiis parum, aut nihil ſcripſit, & quare. ibid. n. 103. Regularis Obſervantia poſt Strictiorem introductam integra perſeverat. f. 444. n. 338. ambæ quam proportionem ſervent inter ſe circa Miniſtros, Commiſſarios, & Diffinitores gen. ibid. 339

Octavius Caietanus cur Beatos Minoritas Siculos apud Conventuales tumulatos vocet nomine Fratrum Minor. f. 246. 47

Ordo

Ordo Min. fundatus in vitæ rigore, & omnis poſſeſſionis abdicatione. f. 216. 17. ab initio non conniuebat Obſervantes, & Conventuales. f.124.b.probatur fundatus non ad Rivum Tortũ, ſed ad S. Mariam de Portiuncula. f. 228. a. b. nunquam deſiit, ſed hucuſque interruptè perſeverat in puro eſſe. f. 232. a. probatur à principio duraſſe in viridi Obſervantia ex pluribus Capitulis gen. f. 241. a. b. & antiquus non evanuiſſe reſolutus in obſervantes, & Conventuales. f. 240. a. b. ejuſdem relaxationis cauſa. ibid. ejus diviſio unde originata. f. 241. 42. univerſus conquieſcit ſub Generali Campanea. f. 383. n. 205. ab initio activâ, & contemplativâ vitâ, doctrinâ, ſanctitate &c. celeberrimus. fol. 446. n. 346. teſtimonio Clem. V. in pura Regulæ obſervantia perſiſtit. f. 492. n. 9. f. 493. n. 11. 12. 14. ejuſd. relaxatio unde. n. 13. quanto zelo egerit, ut Moniales omnes ſibi ſubjectas ad clauſurã obligaret. f. 763. n. 46. 7. 8. Ordinum trium à S. Franciſco inſtitutorum variæ figuræ. f. 789. n. 33. figurati etiam in Arca Noemitica. f. 791. n. 37. *vide etiam v. Minores Fratres.*

Ordo eremiticus S Hieronymi ubi, quando, à quo fundatus &c. f. 922. n. 2. & ſeqq. ejus habitus, & dependentia à Tertio Ord. de Pœnitentia. ibid.

Ordo Minimorum an dicat aliquam relationem ad Ordinem Minorum. f. 934. n. 25. horum Ordinum inter ſe connexio, ſeu ſucceſſio. fol. 935. n. 30. & ſeqq.

Ordo Aſcenſionis, & Militiæ Jeſu Chriſti ubi, à quo, & qua occaſione fundatus. f. 939. n. 41.

Ordo Charitatis de S. Maria à quo, ubi, & quando fundatus. f. 939. n. 44

Organa in quibus Eccleſiis habere poſſint Reformati. f. 444. n. 341

Orlandus Chiuſi, qui Montem Alverniæ S. Franciſco dedit, Tertiarius. f. 808. n. 88

Ornamenta &c. aurea, vel inaurata interdicta Reformatis ab Vrbano VIII. f. 387. a.

P.

PAcificæ Guelfucij genus, vita, pietas, ingreſſus ad Ordinem, profectus in ſanctitate. f. 629. n. 100. Miſſa ad reformandum monaſterium Hiſpelli, ubi miraculosè aquæ venam impetrat. ibid.

Pacificus Romanus eloquentiſſimus. f. 16. b.

Pacificus de Romanengo Reformæ Mediolanenſis iteratò Cuſtos. fol. 343. n. 111. præfert ſecretariatum Obſervantiæ Cuſtodiatui Reformæ. ibid. plures Reformatos ſecum trahit. ibid.

Pacificus..... Romanæ Obſerv. Cuſtos Commiſſ. Apoſt. ad viſitandam, & tranquillandam Obſerv. Polonicam. f. 436. n. 318

Palatia Gallienæ Toleti aſſignata pro fundatione Ordinis Conceptioniſtarum. fol. 692. num. 249. 50

Paramenta pretioſa qualiter habere poſſint Obſervantes f. 91. a. 190. b. in quibus Eccleſiis Reformati. f. 444. n. 341

B. Paſchalis Baylon expeditum ad Canonizationem decretum. f. 452. n. 362

Paulus Pauli Civis Aquilanus fundat Conventum S. Juliani prope Aquilam. f. 15. a.

Pauli Lucenſis zeloſa, & intrepida reſponſio ad Sixtum IV. pro Obſervantia. f. 127. a. ejus dotes. ibid.

Paulus Biſnetti de Luca ſecretarius Bonav. de Calatagirone, & ab eo miſſus cum litteris ad capitul. gen. f. 369. n. 178

Paulus Piſotti Gen. convenit cum Conventualibus ſuper reformatione ipſorum Conventuum in Galliis. f. 171. a. procurat revocationem facultatis Matthæo à Baſcio factam ſeparandi ſe ab Ordine. f. 558. n. 9. 10. eligitur priùs Commiſſarius gen. f. 329. n. 90. In utroque officio ſpiritualibus quantùm averſus, & infenſus. n. 91. toto conatu nititur Reformam annihilare. f. 536. n. 94. 95. devenit proinde ad maximas anguſtias. n. 96. 7. ad preces Regum Gall. reducit Provinciam Conventual. Aquitanicam ad Obſervantiam. f. 540. n. 101. graviter proinde à Clem. VII. increpatus excuſat ſe. n. 102. 3. impetrat ne ſui ſubditi tranſeant ad vitam eremiticam, & ad Capuccinos. f. 568. n. 22. 3. 4. decernit de Reforma Brixienſi ſupprimenda. f. 570. n. 24. Conqueritur apud Pontificem de libero tranſitu Obſervantium ad Capuccinos. num. 26. Præſcribit modum aſſidendi curæ Monialium. f. 687. n. 238

Paulus Soncinas ſufficitur Licheto defuncto Vicarius, dehinc Miniſt. gen. f. 328. n. 85. cooperatur ut Reformati educantur à locis ſolitariis, & commiſceantur Obſervantium Communitati. num. 86.

Pauli Morigiæ duo dicta pro Conventualium antiquioritate confutantur. f. 229. a.

Paulus Matritenſis Laicus obtinet pro ſuis Diſcalceatis Hiſpanis proprium in Vrbe incolatum, & Procuratorem gener. fol. 295. n. 50. 51. item Vicarium gen. f. 296. n. 52. 53

Paulus V. Ordini Franciſcano univerſo pacem reſtituit. f. 372. n. 182

Paulus de Liburno, & Paulus Matritenſis Gregorio XV. quàm accepti. f. 373. n. 186. ſupplicantur eidem pro Strictioris à Regulari Obſervantia ſeparatione. ibid.

Paulus Laudenſis Reformat. Commiſſarius Apoſt. ad viſitandam, & pacificandam reformationem Polonicam. f. 436. n. 318. 19

Paulus de Sulmone reformat. eximius Eccleſiaſtes ad Generalatum evectus. f. 450. n. 358

Paulus III. in bulla *Exponi nobis* nullum habet privilegium regulæ relaxativum. fol. 540. n. 103. ejuſdem dictum contra Capuccinorum inſtitutum. f. 579. n. 42.

Paulus à Clodia ex primis Capuccinis à Religione deficit. f. 558. n. 7.

B. Pauluccius de Trineis Fulginas ſtabilit Obſervantinã reformationem in ſolitudine Bruliani. f. 6. a. habitat in Tugurio Aſprimontis. Ibid. ejus, & ſociorum vita approbatur à gen. Leonard. f. 7. a. b. plurima ei conceduntur Cœnobiola, & tuguriola. f. 6. 7. ejus inſignis victoria de hæreticis Fraticellis reportata. f. 8. a. ob quam obtinet Conventum S. Franciſci extra Peruſium. ibid. plures ei gratiæ conceduntur. f. 7. ad 15. conſtitutus Commiſſarius General. à Miniſtria gen.

totaliter dependens. f. 65. a. ampliſſima facultas ei à Generalibus attributa. f. 234. a. in ſua Senectute ex continua lacrymatione obcæcatus. f. 236. a. b. & omnibus virtutibus decoratus. ibidem. b. nunquam Conventualis. f. 237. a. ejus primi educatores, vita, & incolatus in Ordine. ibid. Obſervantinæ ſeparationis petra fundamentalis, laboribus, & ærumnis pro ea confectus, &c. ſanctè quiſcit. f. 102. b. ejus ſocij, & cooperatores, f. 203. a.

Paupertas omnem omninò poſſeſſionem excludens peculiare inſigne, & diſtinctivum Ord. Minorum. f. 206. a. Franciſcana quandiù ex Generalium zelo inviolata permanſerit. f. 207. a. b. 209. b. Non chimerica, metaphiſica &c. in initio Odinis. f. 222. a. In communi, & in particulari conſtituit eſſentisliter Fratrem Minorem f. 266. a.

Peſtis quam relaxationem in Ordinem Franc. induxerit. f. 493. n. 23

Petrus de Villanova Obſervantiæ initium dedit in Aquitania. f. 18. a.

B. Petrus Villacretius primus ſecundum Vvadingum Obſervantiæ in Hiſpanias invector. f. 26. 27. a. aſtruitur tamen veriùs talis non fuiſſe. f. 27. a. Beatum Petrum Regalsdo ſibi agregar. f. 30. b. Hi duo occaſionarij fundandæ Obſervantiæ in Hiſpaniis. f 35. a.

B Petrus de Sanctoyo invexit in Hiſpanias Obſervantiam, & quomodo. f. 30. b. f. 34. 5. 6. ejus Magiſter S. Bernadinus. fol. 34. a. b. quando religionem ingreſſus, & mortuus. f. 35. a.

Petrus de Mili cum pluribus aliis doctis Obſervantibus miſſus ad Boſinæ regnum excollendum. f. 47. a.

Petrus de Nuceto Obſervantiæ tutelaris optimus. f. 95. s.

Petrus Hungarus ex Judæo Chriſtianus, ex Conventuali Obſervantinus condemnat pœnitentiam à B. Capiſtrano ultra regulam inductam f. 186. a.

Petrus de Sora Provinciæ S. Francif. Miniſter favet B. Pauluccio. f. 8. 9.

Petrus Fernandez de Velaſco, & ejus Conjux optimi Petri Sanctoyani Patroni. f. 35. b. deinde apud Pium II. graviſſimi accuſatores. fol. 36. b.

Petrus Marinus Sormanni in Serie Generalium non interrupta calculatur. 73. f. 215. a. fol. 216. a. b.

S. Petrus de Alcantara Diſcalceatorum inſtitutor ..... in Hiſpan. f. 268. n. r. ubi, & quando habitum religionis aſſumpſerit. f. 288. n. 37. Iterato Provincialis, dehinc Commiſſarius Diſcalceatorum inſtituit Provinciam S. Joſeph. ibid. ejus immenſi labores, & progreſſus in Reformatione. f 454. n. 365. dicendus Fundator, & quare. n. 366. in mortis agone petit veniam à ſuo corpore, ne nimis macerato. f. 441. n. 330. ſcripſit de vitæ ſpiritualis directione. fol. 452. n. 359

Puritatis, & pœnitentiæ prodigium. fol. 452. n. 362

Petrus Melgarius ſocius B. Guadalupenſis in fundatione Cuſtodiæ Extremaduræ. f. 275. n 17. Cuſtos moleſtias ab Obſervantibus illatas evincit. f. 279. n. 25. f. 283. n. 24. 5. confirmatus in ſua independentia ab Obſervantibus. f. 284. n. 29. eligitur primus Provincialis Diſcalceatorum. ibid. n. 30

Petrus Aquilanus Cuſtos Reformationis Romanæ. fol. 351. n. 133. Petit, & obtinet Syndicum Apoſt. pro ſingulis Reformæ Italicæ Conventibus. ibid.

Petrus Chamboret ex præcipuis Recollectionis Gallicanæ fundatoribus f. 396. n. 135. 6. ſuccedit in gubernio, & dilatatione Recollectionis B. Franciſco Doziecho Anteſignano. fol. 397. n. 136.

S. Petrus Baptiſta Martyr quæ operatus ſit apud Japoniæ Imperatorem. f. 447. n. 350. f. 448. n. 355. f. 451 n. 360

Petrus Poſnanienſis oppugnat Recollectionem in Poloniam introductam. f. 462. n. 22

Petrus de Caſtello Recollectus invitis Obſervantibus præficitur eorum Conventui Valentiæ. f. 474. n. 41

Petrus Matritenſis pro Diſcalceatorum ſeparatione à Recollectis fruſtra laborat. fol. 481. n. 58

Petrus Antonius Nuvius Coventualium Gen. impetrat pro ſua Congreg. proprium Cardinalem Protectorem. f. 515. n. 45

Petrus de Verdnzzano Commiſſarius Apoſt. per Galliam ad reformandos Conventus. f. 540. n. 103. habuit Concordatum cum Vic. Apoſtolico Conventuali. ibid.

Petrus de Panormo Reformæ Panormitanæ Chronologus. f. 542. n. 109

S. Petrus Damiani quare ſic dictus. fol. 654. n. 173

Petrus de Colle Tertium Ordinem ſuſcepit. f. 784. n. 3. f. 705. n. 88

Petrus de Vineis Federici II. Imp. Secretarius Pomif. & Eeleſiæ hoſtis quanto odio afficiat Minoritas. f. 791. n. 37. quàm aliè tamen loquatur de tertio Ordine. ibid.

Petrus de Neapoli Obſervantiæ Vic. gen. Ciſmont. delegatus ſuper litigiis Minorum, & Monialium Tertiariarum &c. f. 845. n. 172

Petrus Ricordatus quo ſenſu loquatur de Clariſſis fundatis à Petro, vel Damiani, vel Cœleſtino. f. 656. n. 174

Petrus de Prado Diſcalceatus in Regno Feſſano Martyr. f. 449. n. 355

Philippa Neptis Beatricis Fundatricis Conceptioniſtarum eidem defunctæ in Præfectura ſuccedit. f. 694. n. 253. cum aliquibus ſororibus recuſat acceptare regulam Clariſſarum n. 254. & tranſit ad monaſterium S. Elizabeth. ibid.

Philippus Rex Hiſpan. opponit ſe erectioni Prov. Terraconen. pro Recollectis. f. 468. n. 35. procurat confirmationem concordatorum inter Recollectos, & Obſervantes. f. 469. n. 36. Provinciam Terraconenſem iterum conſtitutam procurat ſupprimi. f. 474. n. 42

Philippus Geſualdus Ex-Generali Conventualium Epiſc. vitæ rigoribus, pietate, ac doctrina inſignis. f. 552. n. 146

Philippus Longus Minorita ſuccedit Ambroſio Ciſterrienſi in Viſitatione Clariſſarum f. 651. n. 168. 69. 70

Pileus

Pileus Comes Praten. Card. concedit B. Pauolucci facultatem accipiendi domicilia inter ſchiſmaticos, & communicandi cum eis. f.11.a.

Pius II. conatur terminare lites inter Conventuales, & Obſervantes. f.86 a.

Pogij Brandolini infamis ſcriptura contra Obſervantes confutata. f.92.a.

Poſſeſſio quælibet & in communi, & in particulari Minoribus interdicta. fol.206. a.

Præcedentia attributa Obſervantibus præ Conventualibus. f. 172. b. 174. b. 219. a. b. 220. a. 224. a. 240. a. præ alijs Ordinibus, excepto Prædicatorum. f. 175. b. 177. a. 179. a. præ Capuccinis ſpeciatim. f. 177. 8. 9. f. 224. a. b. Inter Conventus Obſervantium, & Conventualium agitatur, & declaratur. f. 222. a. b. unde metienda. f. 223. b. competit omnibus Franciſcanis Reformatis præ aliis Religionibus. f.304. ad 309. f.445.n.342.3

Præeminentia ſuprema in Ordine Minor. attributa Obſervantiæ. f.162. a.b.

Principum ferè omnium litteræ ſimul in patria exhibitæ Sixto IV. in favorem Obſervantiæ leguntur. f. 126. b. frangunt iratum Pontificis animum. ibid. Principes, & Prælati maximè favent Obſervantibus, & adverſantur Conventualibus. f. 151. b. Eorum nimia in Ordinem liberalitas ejus obſervantiæ præjudicialis. f. 493. n. 13

Principiſſæ plures Clariſſæ Sanctæ. fol. 634. n.156.

Privilegium relaxativum nullum extat in Corpore Obſervantiæ. f. 184. a. f. 187. 88. nullum relaxativum paupertatis in toto Ordine legitur in 2. & 3. ejus ſæculo. f. 207. b. 209. b. f. 262. a. 264. a. b. 263. 64. Diſpenſativa quando, & à quo primò in Ordinem introducta. f. 208. a. b. fol. 261. a. Cauſant diviſionem in Ordine, nec acceptantur à tota Communitate Ordinis jam diſpenſata. ibid. f. 261. b. à Pontificibus ante diviſionem Ordin. conceſſa, ſtatim revocata ad inſtantiam Fratrum. f. 257. a. 263. a. Privilegium pro Minoribus ſuccedendi parentibus ab inteſtato examinatur quando, à quo, ad cujus inſtantiam conceſſum. f. 258. 9. concluditur conceſſum pro ſolo Ordine Prædicator. f. 259. b. de eo neque verbum in bulla Martini IV. f. 260. b. quid de eo dicendum. ibid. & ſeq. Privilegia. & relaxationes à Miranda, &c. Ordini attributa examinantur, & refelluntur. f. 262. 3. Privilegium poſſidendi in Ord. Franciſcano facit alietatem, non alacritatem. f. 264. 65. incompatibile cum repugnantia ad poſſidendum. f. 265. a. Privilegia relaxativa inducta in Ordinem ad quid. fol. 517. num. 49. confirmantur pro Conventualibus. f. 513. num. 38. 9. Non admiſſa ab Obſervantibus in reformatione Conventualium. f. 537. n. 94. 5.

Procurator Gen. Obſervantiæ manutenetur in quaſi poſſeſſione Capellæ Pontificiæ ad excluſionem Conventualis. f. 220. b. idem eſt pro Diſcalceatis Hiſpanis, & pro Recollectis Gallis. f.271. n. 10. *vide etiam V.* Diſcalceati. Procurator Reformatorum particularis ſtabilitur. f 361. n. 158. f. 385. §. 5. eligendus à Protectore. f. 374. §. 4. nunc à Generali nominandus. fol. 395. n. 229. ejus præcedentia, & privilegia. fol. 385. §. 6

Profeſſio ſolemnis Conventualium quæ. f.264 b. 265. b.

Profeſſoria ordinata Reformatis Italiæ. f.387. a. ampliata in priſtinum rediguntur. ibid. n. 213

Protector Ord. debet de triennio in triennium deputare 4. Viſitatores per Italiam fol. 374. §. 4.

Provinciæ S. Bernardini, & S. Angeli fundatæ pro Obſervantibus. f. 63. b. Gallicæ omnium primæ impetrant gubernium per Vicarios. f. 60. b. S. de Alcantara Diſcalceatorum Neapolitana inter Ultramontanas numeratur. f. 271. n. 70. Pietatis, & S. Gabrielis à quo initiatæ. f. 279. n. 20. S. Joſephi à S. Petro Alcantaren. conſtituta quantæ ſanctitatis. f. 288. n. 37. Arabidorum, S. Antonij, S. Joan. Baptiſtæ S. Pauli, S. Didaci, S. Petri de Alcantara, S Gregorij, S. Didaci in Mexico, & Matris Dei conſtituuntur pro Diſcalceatis. f. 288. n. 37. Recollectæ Cathalaunica, S. Didaci Mexicana, & S. Gregorij in Philippinis tranſeunt ad Diſcalceatos. f. 299. n. 54. hæc ultima incorporatur Provinciæ S. Joſephi. f.319. n.83. S. Didaci Diſcalceatorum eximitur ab obligatione accedendi ad publicas proceſſiones. fol. 325. n. 77. Reformatæ ſtabiliuntur plenè. f. 384. n.209. 10. quatuor Gallicæ, quæ dicuntur Unitæ aſſumunt titulum Reformatarum. f. 398. n. 240. S. Dioniſij, & S. Bernardini in Galliis eriguntur pro Recollectis. f. 412. n. 270. confirmatur earum erectio f. 414. n. 274. Flandriæ, S. Andreæ, & Brabantiæ cæteris in eo diſtrictu reformationis Magiſtræ f. 423. n. 289. Hibernica illuſtribus viris glorioſa, & Anglicana dant nomen Reformationi. f. 424. n. 289. Bavarica cæteris Germanicis reformationis exemplum, & occaſio. n. 290. Argentinenſis quando reformata. n. 291. S. Antonij erigitur omnium recollectarum prima in Luſitania. f.464. n. 31. Mater inſignium virorum, & plurium Provinciarum. ibid. Erigitur etiam pari modo Tarraconenſis. n. 32. 3. celebrat ſuum primum Capitulum. f. 468. n. 34. Obſervantium oppoſitionibus agitata ipſis denuo ſubjicitur. n.35

Provinciales Reformati quando Inſtituti. fol. 382. n. 4. & n. 201. habuerunt aliquando Cuſtodem ab eis independentem. ibid. nec ipſi in Cuſtodes, nec Cuſtodes in Provinciales eligendi. ibid.

## Q.

QUadrageſimæ S. Martini, & Major pro Clariſſis Coletanis quando incipiant, & finiantur. f 742. n.357

Quæſtiones tres propoſitæ à Cardinali Caraffa &c. ſuper controverſias inter Obſervantes, & Capuccinos Franciſco de Toloſa Obſerv. Gen. fol. 573. n. 33. ab eodem reſolvuntur. n. 34. ad 37

Querelæ variæ, & graviſſimæ apud Pontific. contra Conventuales. f. 151. b. Conventualium apud Pontifices pro Conventibus Obſervantiæ remittendis. f.223. a. b.

Quæſtuatio lanarum, & fabricatio pannorum

per Pratres ordinstum fol. 366..n. 169

Quinnonins Gen. procurat revocationem facultatis Matthæo à Baſcio factam ſeparandi ſe ab Ordine,f.558. n.9.10. Procurat inſtitui recollectionis domos in Hiſpan. & Italia. fol. 328. num. 87. 8.

Quintinus Tertiarius videns in ſuo Ordine reformationis progreſſus S. Simeonis gaudium imitatur. f. 859.n.202

R.

Ranutius de Michele nobilis Fulginas Tertiarius fundat, & regit hoſpitale in patria. f. 820. n. 111.

Raphaelis Volaterrani dictum proObſervantium antiquioritate. f.230. 2.

Raymundus Sancius unus ex primis fundatoribus Obſerv. in Aragonia. f. 32. a.

Raynaldus Generalis eligitur in capit. generaliſſ. Romano. f. 130. a. ſtatim poſt in capitulo gen. Romæ congregato ab officio removetur, & quare ibid. creatur tamen Epiſcopus Raguſinus. f. 132. a.

Raynaldus Cardin. Hoſtien. inviſit S. Claram ante ejus obitum f. 613. n. 52. authoritate Pontificia confirmat ei regulam à S. Franc. traditam num. 53.

Recipere pecuniam per ſe, vel per interpoſitam perſonam quid ſit. f. 517. n. 48

Recurſus Fratrum ad Miniſtros quando juxta regulam ſciunt, & cognoſcunt &c. ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſervare, quando & qualis eſſe debeat. f. 574. n. 37

Recollecti Gallicani in Aquitania poſt contradictiones plauſibus excepti. f. 398.n.238. dilatantur in univerſas Galliarum, & Belgij Prov. n. 239. quare dicantur Recollecti. n. 240. nomine cum Recollectis Hiſpanis, re cum Diſcalceatis Hiſpan. & Reformatis Italiæ conveniunt. ibid. & f. 400. n. 149. poſt contradictiones in Balmetano Conventu, ibi ſtabiliuntur. fol.399. n. 242. & dilatantur cum grandi pietatis fructu. ibid. Idem in Lotaringia. n. 243. ſtabiliuntur in plurimis Cuſtodiis ſub propriis Cuſtodibus, & Commiſſario gen. f. 400. n. 246. non ſe accommodant legibus eis à Quinnonio gen. præſcriptis. n. 247. petunt, & obtinent poſſe regi ad formam Reformæ Italicæ. n. 248.49. idem obtinent in Belgio. n. 250. mirè proficientes & numero, & pietate obtinent poſſe ubique (ſalvâ decentiâ) fundare Conventus in Gall. f. 401. n. 251. recipere etiam ab Obſervantibus quot quot opus habeant, ac recipere novitios. n.252. f. 407. n. 260. contra malignantes &c. declarantur veri filij S. Franciſci &c. n. 253. obtinent noviter poſſe Capitula, & Congreg. celebrare. f. 407. n. 260. quæ ipſis confirmantur. n. 261. & f. 408. n. 262. Ampla item privilegia impetrant ab Henrico IV. Rege pro ſua ſtabilitate, & dilatatione. f. 409. n. 263. 4. f. 411. n. 267. & à Conſilio Regio f. 410. n. 265. cum Diſcalceatis Hiſpanis ſupplicantur hoſpitari pro majori negotiorum commoditate ad Aracœli.f.411. n. 268. ibi ſubjiciuntur Procuratori, vel Commiſſ. gen. Curiæ, non Procuratori Reformator. ibid. pro pace cum Obſervantibus veniunt ad concordata. n.269. *vide u.* Concordata. Aquitanici non acquieſcunt concordatis, ſed obligantur ad ſtandum. f. 413. n. 272.3. 4. reclamantibus de gravamine, ſatisfit. fol. 413. n. 275. 6. tranquillantur à turbis excitatis per Obſervantes prætendentes eos ſibi ſubjectos. f. 416.n.277. procurantes hoſpitium in Urbe pro natione Gallica exturbantur. f. 419. n. 281. eorum Diffinitoria quibus Patribus conſtent. f. 420. n. 282. Patres Provinciæ in Provinciis S. Bernardini, & S. Mariæ Magdalenæ ſuppreſſi. ibid. eorum converſatio, & multiplicatio. ibid. procurant impetrari Vicarij gen. ut inutilis ſuppreſſionem. ibid. ſoli à Ludovico XIV. in bello contra Batavos electi ad fidem illis in locis reſtaurandam. f. 449. n. 355.

Recollectionis domus, ſeu Conventus in Hiſpania, & Italia procurantur inſtitui. f. 328. n. 87. 8. à Quinnonio qui eas à Licheto in provinciis ſub Miniſtris conſtitutas, ab his firmat independentes. f. 344. n. 117. diſplicent Miniſtris, preſertim Piſotto Generali eas convellere non ceſſanti donec exauthoretur. f. 345. n. 118. in Capit. gen. Nicien. ordinantur ſtabiliendæ in ſingulis prov. pro numero in illis degere volentium. n. 121. item per decretum Pauli III. n. 122. 23. & f. 348. n. 123. non ubique aſſignatæ Reformatis juxta decretum Clem. VII. f. 349. n. 126. benè tamen poſt ultimam bullam Pauli III. ibid. ordinantur ſaltem tres in qualibet provincia per Clem. VIII. f. 353. n. 141

Recollectio Gallicana initium habet in Aquitania. f. 398. n. 238. dilatatur refectis aliquibus Conventibus ab hæreticis deſtructis &c. ibid. introducitur, & grandi cum fama pietatis dilatatur in Turonia Pictavien. f. 399. n. 242. ejus ſtabilitatis, & progreſſus anteſignani, & promotores. f. 396. n. 233. Introducitur in Provincias Franc. Pariſienſis. f. 397. n. 237. f. 399. n. 243. in S. Bonaventuræ, & S. Ludovici. n. 244. dilatatur. ibid. & n. 245. intra annum plurimis in Cuſtodiis ſtabilita floreſcit. f. 400. n. 246

Recollectio Hiſpanica ad impediendos Diſcalceatorum progreſſus introducta. f. 436. n. 1. ad ſinceræ ſanctitatis incrementum deſervit. ibid. diſtinguitur à Gallicana. ibid. Coæva Ordini habuit ab initio devotiſſimos receſſus, ſeu Eremitoria. n. 2. 4. quas leges ei impetrarint Villacretiani diſcipuli. n. 3. ſub formali ratione inſtituta primò in Luſitania, & quando. n. 5. in regularis Obſer. initiis uſu recepta Conventus aliquos obtinet. f. 457. n. 6. 7. deſtituitur, ſed reviviſcit glorioſior. n. 8. quando, quomodo, quo fine Obſervantes ejus extinctionem procurant in Caſtella, & Luſitania. n. 9. Extincta iterum, iterum excitata ſtabilitur ſub rigidioribus ſtatutis per univerſam Hiſpaniam. n. 10. in quo differat à Strictiori Obſervantia, ejuſque vivendi, & gubernij methodus. f. 438. n. 11. quanti ſemper eam fecerint, eique faverint Primarij Patres, & Capitula Gen. n. 12. dilatatur plurimùm in Provinciis Conceptionis, Aragoniæ, & Portugalliæ. n. 13. duæ domus per ſingulas provincias committuntur ei aſſignandæ. f. 459. n. 14. Superiorum patrocinio dilatata erigitur in Provincias, ubi. f. 460. n. 15. obtinet unum

Diffinitorem in quolibet Prov. Hiſpan. & Indias. Occident. n. 16. licèt cum difficultate introducta ſtabilitur in Prov. Guatimale ad ſeminarium Miſſinariorum. n. 17. 18. Capitulum gen. mandat conſervari exiſtentes, & extrui novas ubi non ſunt, domos recollectionis in Indiarum Provinciis. n. 19. commendatur favori, & patrocinio Commiſſarior. Generalium, & Miniſtrorum Prov. ibid. dilatatur in Gallicas, & Belgicas Prov. introducta n. 20. plurium Capitulorum gen. decreta in ejus favorem. ibid. Guardiani, & Viſitatores Recollectionum qui eligendi. f. 461. n. 20. in Galliis non dicitur Recollectio, ſed Reformatio, quare. ibid. n. 21. introducitur, & ſtabilitur in Polonia. n. 22. Capitulum gen. 1664. decernit introducendam cum Conventuum aſſignatione in Boſnam, Croatiam &c. n. 23. idem decernitur. 1676. & 79. de ſingulis Obſervantiæ Ciſmontanæ Provinciis. n. 24. duplici & quali fine introducta in Ordinem. f. 463. n. 29. cogitat de ſui ſubtractione à ſubjectione Miniſtror. Obſerv. n. 30. hoc omnium primi tentant, & conſequuntur Recollecti Luſitani. f. 464. n. 31. quos imitantur Valentini, Aragonici, & Cathalan. n. 32. 33. Hi in Prov. Tarraconen. ſtabiliti. 33. Obſervantium oppoſitionibus exturbantur. f. 468. n. 35. ſed conveniunt cum illis mediis conditionibus à Greg. 13. confirmatis. f. 469. n. 36. In quibus ſubjaceant Miniſtrorum juriſdictioni *vide n.* Miniſtror. Prov. juriſdictio. Diffinitoris ipſorum facultas *vide n.* Diffinitor Recollectorum. Valentini, Aragonici &c. petunt, & obtinent novam erectionem Prov. Tarraconenſis, quæ tamen immediatè ſupprimitur. f. 474. n. 42. Patiuntur moleſtias à Hieronymo Sanchez Provinciali Obſervantiæ Valentin. ob concordata. fol. 475. n. 44. & à Jacobo Quintana, per decretum modificativum concordatorum. fol. 476. num. 45. Intra Prov. Conceptionis confines interdicitur aliis Regularibus novos Conventus extruere. f. 477. n. 47. antiqui in Gallia, ſed vocantur Reformati. n. 48. in Aquitania intentant ſibi erectionem Cuſtodiæ independentis à Provinciali Obſerv. n. 49. ſed eis providetur per Cardinalem Varallum Viceprotect. fol. 478. n. 50. in Turonia Pictavien. intentant ſibi regimen ad inſtar Recollectionis Hiſpanicæ. f. 479. n. 52. deveniunt ad concordata citò à S. C. annullata. n. 53. ſed à Capitulo gen. emanant decreta, quæ habentur. f. 480. n. 53. intentatæ denuo Cuſtodiæ ſilentium perpetuum imponitur per S. Cong. n. 55. idem intentant graviſſimè in Aquitaniæ, Britanniæ, utriuſque Franciæ, aliiſque Provinciis, & Cuſtodiis. n. 56. intentum conſequuti, à Rhini Generali iterum ſubjiciuntur Provincialibus Obſerv. ibid. in Sardinia quando ſtabiliri potuerit Recollectio ibid. in Portugallia evecta in propriam Provinc. ſub titulo S. Antonij. f. 481. n. 57. quod multis ſupplicationibus evincere non potuit Algarbior. Recollectio. ibid. Granatenſis circa plura conqueſta poſt tria brevia Apoſtolica, erectionem propriæ Provinc. Diſcalceatæ, fruſtra reportat. n. 58. Recollectionis vita, & leges. fol. 483. n. 62. ad n. 73. ſupplicatio pro Obſervantia bullarum in ſui favorem. f. 485. n. 71. in quo conveniat, & differat cum Obſervantis. n. 72. Plures, & illuſtres peperit Heroes. f. 485. n. 74. ad 81.

Redicoduli Oppidanorum inhumanitas in Minoritas propè Oppidum Conventum extruentes. f. 64. b.

Reformare, & Reformati quid importent. f. 233. a. b. 235. b.

Reformati Santoyani, & Recollecti Villacreriani in quo differant. fol. 37. a. Reformati nomen quos comprehendat. f. 166. a. b. ita intelligenda bulla *Ite, & vos &c.* f. 445. n. 344

Reformatis, ſeu de Strictiori Obſervantia Vicarius gen. ipſis conſentientibus ademptus. fol. 181. a. f. 292. n. 46. ſoli ex tota Obſervantia poſſunt admittere novitios ad habitum, & profeſſionem. ibid. b. de ipſis eligendi Miniſtri in Provinciis habentibus Partes ad hoc idoneos. f. 184. b. f. 382. n. 4. Itali non ſtatim exempti ab Obſervantiæ Regularis Provincialium juriſdictione. f. 271. n. 8. Hiſpani, & Galli Romam accedentes petunt ad Araecœli recipi n. 10. in Italia ſtabiliuntur per Clem. VIII. f. 338. & ſeqq. ſub Gubernio Cuſtodis Reformati viſitari poſſunt à Provinciali de Familia. §. 8. eorum methodus, & rigor vitæ in principio. f. 342. n. 108. f. 349. n. 125. eis plurimùm obſunt aliqua, & quæ. n. 109. præſtantiores alliciuntur ad Obſervantiam graduum exhibitione. f. 343. n. 111. eorum incolatus in principio in ſolitudinibus. fol. 344. n. 115. plurimi ſanctitate, prudentia &c. clari ob oppoſitiones transeunt ad Capuccinos. n. 116. recurrunt ad Greg. XIII. pro plena Clementinæ conſtitut. executione. f. 350. n. 127. ſubduntur ſolius Generalis gubernio. ibid. & f. 357. §. 8. magnas propterea patiuntur ab Obſervantibus contradictiones, ob quas procurant conſtitutionis ſuſpenſionem. f. 350. n. 128. obtinent tamen propriorum Cuſtodum gubernium, & Conventuum multiplicationem. n. 129. creſcunt numero, virtute, & authoritate. ibid. & n. 130. poſſunt ex ſe celebrare ſua Capitula Cuſtodialia. f. 351. n. 135. non poſſunt fieri Confeſſarij Monialium ipſis non ſubjectarum. fol. 351. n. 131. non obligari ad ſtatuta reformationi adverſantia. ibid. non eligi in Cuſtodem, aut Guardianum niſi expletò biennio continuo à ſua reformatione. ibid. quam fœliciter proſperati ſub Greg. 13. & Clem. VIII. f. 353. n. 140. maximè commendandi, quòd vivant ad decretales Nicolai III. & Clem. V. n. 143. in quibus ſubjaceant Miniſtris Gener. & Cuſtodibus. f. 354. n. 145. & ſeqq. quare recedant à Conſtitutionibus Bonaventuræ Calatagyronen. f. 355. n. 154. Quos Obſervantes poſſint recipere ad convivendum. f. 357. §. 9. poſſunt ſibi condere ſtatuta peculiaria. §. 12. non tamen Pontificiis decretis adverſantia. f. 360. §. 6. ſtare tamen debent generalibus ſuo ſtatui non contrariantibus. fol. 358. §. 15. Non poſſunt divertere apud Fratres de Familia, ubi ipſi habent Conventum. f. 360. §. 8. in actionibus Capitularibus abſente Generali ſubſunt Commiſſario Viſitat. f. 361. n. 157. habent in Capitulis provincial. vocem activam, & paſſivam. ibid. eis interdicitur directio ſpiritualis Monialium. f. 366. n. 169. 70. Itali in-

juſtè de inobedientia adMiniſtrũ gen.de ſuperbia &c.inculpãtur367.n.174.in eos invehitur generaliter libellis &c. Joaoninus Ninous Recollectua. ibid. in Italia ſubjiciuntur omnimodè Commiſſario gen. f. 370. n. 180. qui quando poſſit eos viſitare, & quomodo ſe eorum negotiis ingerere. 182. Calumniari in populis, ut novi religioſi, regulæ traosgreſſores &c. n. 183. vindicantur per declarationem Clem. VIII. ibid. & f. 371. §. 1. 2. 4. gaudent iiſdem, gratiis &c. ubique, quibus Fratres de Familia. §. 3. quietè vivunt ſub Paulo V. & quare.f. 372. n. 181. ex decreto Greg. XV. ſolus Cuſtos accedat ad capitulum Provinciale. f. 374. §. 1. nullus habeat Officium inter Obſervantes. §. 2. præſcribitur tranſitus ad Familiam. ibid. eligunt potiùs vivere ſub Miniſtro, quàm ſub proprio Vic. generali. fol. 292. n. 46. f. 375. n. 190. ipſis tamen aſſignatur Vicarius cum plenitudine poteſtatis. ibid. eorum proclamationes contra Obſervantes.f.383. n.204. conquieſcuut ex novitiatuum reſtitutione, & Conventuum receptione pro Obſervantibus præſcripta. ibidem. à quibua Superioribus, quibus conſtitutionibus gubernandi, & viſitandi. fol. 385. §. 9. ad 13. utilitas ex erectione Provincisrum. §. 15. Ciſmontani poſſunt accipere novos Conventus conſenſu aliorum Regularium in eodem loco non quæſito. f. 391. n. 222. In Indiis utriſque magna pro fide Catholica diſſeminanda ſunt operati, & paſſi.f. 448.n.355. & ſeqq. plures poſt tranſitum ad Capuccinos redeunt ad ſuos, & quare. f.593.n.77.8.9.

Reformantiones omnes Hiſpanæ unitæ ſub Vicario. Gen. Ultramont. f. 36. 37. Reformatio in Religionem quare introducatur. fol. 264. b. alia nova interdicitur Obſervantibus. f.385.§. 15

Religionum omnium per Hiſpanias indocta per Cardin. Ximenium. f. 524. n. 71. ad 79. approbatur per Leonem X. f. 527. n. 81 Conventualium Religionum omnium indicitur per B. Pium V. f. 529. n. 83. Tertiariorum in Hiſpaniis f.532.n.85.6.7.8.

Reformatio, ſeu Reforma, ſeu Strictior Obſervantia indefeſſo Benigni Generalis conatu ſtabilita. f. 183. b. ejus ſtabilimentum, & ampliationem quæ impedimenta retardaverint. f.342.n. 109. 10. f. 363. n. 164. f. 364. n. 165. f. 383. n. 204. remedia aliqua propoſita. f.364. n. 165.non acceptantur. n. 166. comprehendit Diſcalceatos Hiſpanos, Reformatos Italios, & Recollectos Gallos. f. 269. 80. n. 6. 7. horum varia denominatio, ſed identitas. f. 270. n. 6. 7.8.omnes gaudent iiſdem privilegiis. f. 270. n. 7. in quo accidentaliter differant. f. 271. n. 8.9. f. 303. n. 64. oſtenditur eorum identitas eſſentialis. n.65.6.Reformatio In Hiſpania, Italia, & Gallia Obſervantibus inviſa, & quare. f.395.n.231

Reformationis in Italia occaſio, & initium. f. 269.n.3. f. 327. n. 80. 81. 82. deportata ab Hiſpaniis. f. 441. n. 330. quomodo ſeparata gradatim ab Obſervantia.f. 269. n. 3. Primi ejus Conventus.f.329. n. 89. 90. per Miniſtros Generales Introducta, & promota. n. 91. 92. quomodo Introducta in Calabriam. n. 93. maximas patitur à Piſotto Gen. perſecutiones. f. 336. n. 94. quare lentè adeò profecerit. f. 340. n. 100. 1. 2. quare de ejus initiis,& primis progreſſibus pauca habeantur. n. 103. quinam de eis compendiosè ſcripſerint. n. 104.quibus motivis ejus progreſſibus oppoſiti Obſervantes. f. 341. n. 106. f. 342. n. 108. ejus vita in principio à variis Scriptoribus tradita. f. 440. n. 325. ejus profeſſorum alienatio à ſæculo, cæca obedientia, & reliqua virtutum exercitia. n. 326. ad n. 332. Propagatur aſſignatis aliquibus Conventibus Obſervantium in qualibet Prov. n. 331. ei reſtituuntur ſolitaria S.Franc.loca.n.335.per 70.annos deliteſcens glorioſiùs ſtabilitur. f. 446. n. 346. 7. 8. vix cognita à Chriſtianis Principibus ex poſtulatur. ibid. glorioſa Legationibus Apoſtolicis f. 448. n. 355. 6. Sacræ doctrinæ excellentiâ, & Apoſtolicis Operariis. f. 450. n. 357. ad 360. ex titulo ſanctitatis. f.451.n. 360. 1. Sacrorum Confeſſorum multitudine. f. 452. n. 362. 3. Nullum particularem, & unicum agnoſcit Promotorem. f. 454. n. 364. Primarius Stephanus Molina.f. 455. n. 367. Aliquot Provinciarum particularium proprij Fundatores. n. 367. 8. 9. in initio quàm aliena à Monialium cura ſubeunda. f. 663. n. 193. ejus ſcholares diſpenſati ab officiis ſupererogationis.f. 441. n. 333. qualia vitæ rigor ad hæc tempora quoad eſſentialia, & ſupererogationis. f. 443. n. 334. 5. 6. 7. idem de Recollectis Gallis, & Reformatis Germaniarum.n.337.quam convenientiã habeat cum Regulari Obſervant.f.445.n. 344. In Provincia Romana quas difficultates, & anguſtias paſſa f. 343. n. 112. Sicula quando initiata, & poſt totalem extinctionem vix reſtituta cœpit habere Cuſtodes. ibid. Etruſca quando,& quandiù conſtituta ſub Cuſtodibus.ibid. Mediolanenſis ab initio ſub Cuſtodibus perſeverans primos in Germaniam,& Poloniam propagatores mittit. f. 343. n. 113. Nepolitanæ, & Bononien. fundatio, & Vmbriacæ antiqui rigorum exceſſus. n. 114.

Reformatio ex Italia deportatur in Gallias, inde in Belgium, item in Germaniam.f.269.n.4.5. Pro Reformatione in Galliis *Vide V.* Recollectio Gallica. In Belgium introducta. f. 420. n. 283. conſtituitur ſub immediato gubernio Cuſtodum. fol. 421. n. 285. 6. incipiens dilatari exturbatur f. 423. n. 287. 8. in priſtinum reſtituta creſcit numero Fratrum, Conventuum, & Provinciarum. n. 289. quando introducta in Germaniam Superiorem, & Bavariam, & Poloniam.f. 424. n. 290. Dilatator in Bavaria. f. 425. n. 293. in univerſa Germania f. 426. n. 295. oppoſitiones maximas, & Dei providentiam experitur in ſui introductione in Poloniam n. 297. introducta ob oppoſitiones expellitur Regno. f. 427. n. 298. poſt longum litigium. f. 428. n. 300. 2. 3. tandem ſtabilitur. ibid. & f.432.n.307. 8. oppoſitiones novas graves evincit. f. 433. n. 313. 14. eligit ſibi Cuſtodem Cuſtodum. f.435. patitur violentias, & gravamina plurima à Commiſſario Apoſt. Obſervantino. f. 436. n. 317. obtinet Viſitatorem Reformatum. n. 318. 19. concordat nudis pactis cum Obſervantia. f. 438.n.320. 21. ob novas tempeſtates vix ad nihilum non redacta. f.439.n.324

Reformatores Hiſpani, excepto Santoyano ſpecialem, non univerſalem Reformationem intenderunt,

tenderunt. fol. 37. a.

Regeſtaria Ordinis quæ, & quid ſingula contineant. f.537.n.94

Regula Minoritica non modificata diverſa ſubſtantialiter à mitigata per privilegia Apoſtolica. f. 205. b. 206. a. cam ſimpliciter Obſervantes, & Capuccini, ſed cum modificatione Conventuales profitentur. ibid. b. ejus puritas in unitate indiviſa quandiù conſervata f. 207. b. 262. b. Regula S. Benedicti Clariſſis tradita. f. 603. n. 19. 20. quando. f. 640. n. 136. ab omnibus Monaſteriis Clariſſis excepto Aſſiſienſi acceptata. f. 608. n. 37. quomodo ab eis obſervanda. f. 640. n. 137. quare in conſtitutionibus ſub præcepto adjecta. f. 644. n. 141. 2. A ſancto Franciſco tradita S. Claræ. f. 608. n. 38. ad 50. confirmatur authoritate Apoſtolica per Cardinalem Oſtienſem. fol. 613. n. 52. 3. item per Sedem Apoſtolicam. f. 617 n. 63. obtinet nomen *prima regula*. f. 618. n. 66. 8. ſecundùm expoſitionem B. Capiſtranen. continet 103. præcepta obligantia ſub mortali. f. 676. n. 220. ſed ejus rigor mitigatur. n. 221. ſecunda Clariſſarum. f 620. n. 72. Nova Conceptioniſtis à Julio 2. præſcripta. f. 699. n.258. Pro Annunciatiſtis decerpta ex præcipuis virtutibus B. Mariæ Virginis f. 707. n. 279. 80. patitur pro confirmatione difficultates. ibid. confirmationis chirographum febricitanti impoſitum reſtituit ſanitatem. ibid. deſcribitur. f. 708. n. 284. Tertio Ordini de pœnitentia à S. Franciſco tradita, & à Nicolao IV. confirmatore aliquantulum aucta, & mutata. f. 784. n.34. f. 788. n. 25. à pluribus Pontificibus confirmata. n. 27. ad 31. à graviſſimis Scriptoribus, etiam extraneis illuſtrata. f. 789. n. 32. Tertiariis Regularibus ſpecialiter accommodata à Leone X. fol. 873. n. 152. Ex hac, & prima omnibus communi tres componuntur. ſcil. pro viris, & pro mulieribus regularibus, & pro ſæcularibus utriuſque ſexus. f. 838. n. 153.

Relaxationes contra regulam introductæ in Ordinem, contra quas zelotes recurrunt ad Concilia. f.231. a.b. Unde introductæ. f. 257. b. unde exortæ in regulari Obſervantia. fol. 268. a. f. 271. n. 11. reddunt Religiones viles apud Principes, & populos, & dant cauſam reformationibus. f 504. n. 29. In Clariſſis unde originatæ circa paupertatem, f. 719. n. 304 f. 720. n. 306

Religio Franciſcana in regulæ puritate in dies per totum Orbem multiplicatur. fol. 217. a. ejuſdem præcipuarum gloriarum compendium. f. 161. a. ejus nomen eſt *Minorum* deſumptum ab Evangelio. f. 256. a. ab initio uſque ad annum. 1400. toto conatu pugnavit pro integra regulæ obſervantia. f. 257. b. Franciſcana, & Dominicana commendandæ non ex antiquitate, ſed ex Sanctorum, & Beatorum multitudine &c. f. 217. 18. Religiones omnes unde laudandæ. ibid. a. b. à vario fundamento varium ſibi titulum aſſumunt. f. 253. b. ad quid in Eccleſia approbatæ, & conſervatæ. fol. 445. n. 345. quænam reddantur præ cæteris inſigniores. fol. 446. num. 346.

Repugnantia ad poſſidendum in communi, & in particulari eſſentialis differentia religionis Franciſcanæ. f. 265. a. incompatibilis cum poſſeſſione in communi. ibid. per eam Conventuales poſſidentes mutantur eſſentialiter, & fiunt alij à Minoribus. ibid. b.

Rex Boſnæ per Obſervantes converſus ad fidem eis fundat in ſuo regno plures Conventus f. 46. a. ejuſdem in eos gratitudo. ibid. Galliarum informat Pium 2. de moleſtiis illatis per Conventuales Obſervantibus. f. 128. b. Reges, & Principes per litteras tum deprecatorias, tum comminatorias patrocinantur Obſervantes apud Sixtum IV. fol. 126. b. adlaborant Religioni reformandæ. f. 151. b. Hiſpanus, Caſtellanus, & Legionen. plurimum adverſantur Diſcalceatorum initiis pro Obſervantibus. f. 238. 9. f. 285. n. 30. f. 286. n. 31. Hiſpanus particulariter. fol. 299. n. 55. Rex, & Regina Hiſpan. favent reformationi. f. 464. n. 31. Chriſtianiſſimi Ordinis reformationem maximè deſiderant. f. 396. n. 234 Luſitani affectant reformationem Conventualium. f. 535. n. 89. Luſitanus decernit ut Moniales Santarenen. ab Ordine rebellantes ſubjiciantur Archiepiſcopo Uliſſiponen. f. 683. n. 228

Riccioli dictum pro Conventualium antiquiotate confutatur. f. 229. b.

Richardus à S. Anna, & ſocij Belgici Recollecti martyrium ſubeunt in apoſtolico exercitio. f. 451. n. 360.

Robertus Licienſis Obſervantinus relaxatus, fit anteſignanus malignantium in Obſervantiam. f. 81. b. f. 94. b. quare defecerit. ibid. graviùs etiam invehitur. f. 95. b. confutatus à Nicolao Auximano. ibid. nimias gratias obtinet à Nicolao V. f. 97. b.

Robertus Prævoſti coadjutor in fundatione Recollectionis Gallicæ f. 396. n. 235. ejus patria, acceſſus ad religionem &c. f. 397. n. 237. reformationis deſiderio commoratus plures annos Romæ & in Terra Sancta revertitur in Gallias. ibid. aliæ ad idem peregrinationes, & labores, contradictiones, & obitus. f. 398. ibid.

Robertus Malateſta Dux Ariminen. Sancti Franciſci monitu fit Tertiarius in Conventu Minorum. f. 808. n. 88

P....à Rocha Aquitaniæ Provincialis prudentia, & zelo conſpicuus. f. 397. n. 236. annuit fundationi recollectionis in Conventu Rapiſtanenſi. ibid.

Rolandus Archiep. Borgen. Præſes judicij ſuper validitate votorum Tertiariorum &c. fol. 869. n. 220.

Rota myſterioſa indicans futuros Obſervantiæ progreſſus à Chriſto monſtrata Franciſco à Papia. f. 93. b.

S.

Sacerdotes quàm pauci in initio Ordinis fol. 14. b.

Sacellum S. Mariæ de Moſteyro ob inſigne prodigium in magna veneratione habitum prima Obſervantium Sedes in Luſitania. f. 33. b.

B. Salomæa Regina Clariſſa. f. 634. n. 114. 116.

Salvator, ab Offida, & ſocius reformati contra polygamiam prædicantes impiè trucidati. f. 452. n. 361.

B. Salvator ab Horta ex Recollectione, ſul,

& noſtri ævi Thaumaturgus. f.486. n. 78

B. Sancia Siciliæ Regina Clariſſa. f. 634. n. 116. eidem conceditur egreſſus cum duabus monialibus extra Clauſuram ad opera pia. fol. 754. oum. 393.

Saoctus Fababuccius de primis fundarotibus Obſervantiæ io Aragonia. f. 42. a.

Sancius de Canales Viſitator &c. Obſervantium in Caſtella, & Legione. f. 68. b.

D. Sanctacrocius Nuntius. Apoſtol. in Polonia convocat ad Comitia univerſa Reformaros Polonos. f. 433. n. 310.

Ven. Sanctius de Codogno, & Sancius de Ripa Truneoſa Reformati, celebres, & fructuoſi Prædicarores. f. 450. n.358

Schiſma relaxationum cauſa Io Ordine. Mio. f.493. n. 13.

Sapientia bumana in conſiliis ſuis altè decipitur. f.456. n.r.

Scholæ de Theologia ſcholaſtica, & jure canonico quando apertæ apud Obſeevantes. fol. 55.b.

Scotus fideliſſimus Atiſtotheli ab eo recedit in eebus mathematicis, & quare. f.227.a.

Sebaſtianos Piſaurien. ſocius B. Guadalupeo. in fundatione Cuſtodiæ Extremaduræ. fol. 275. oum. 17.

Senatus Venetus tutatur Reformatos contra Clem. VIII. & Piſotti Gen. conatus. f.336. n.96. f. 344. o. 113.

Seraphio Caietani inſignis concionatoris eximiæ aliæ dotes. f. 16. b.

Sigillum Ord. à quot, & quare tranſlatum ad Obſervantes. f.168.a.f. 187. b. Sigillorum Generalium Obſervantium, & Conventualium varia inſcriptio. f. 225. b.

Sigiſmundus Poloniæ Rex Reformæ ſemper magis propitius. f. 433. n. 309. obtinee contra opponentium cooatus confirmationem Cuſtodiæ. n. 313.

Silveſtri Maruli dictum de initio Obſervantium explicatur. f.229. a.

Silveſter de Grandis inter Recollectos Aquitan. quare ad Vrbem miſſus hoſpitetur ad Aramcœli. f.411. n.268

Silveſter de Podio-fidooe Procurator Geo. Curiæ laborat pro ſtabilienda Polonica Reforma. f. 427. n.298.

Simonis de Calaſcibeta Reformati virtutes, merita, tamulario, & publica veneeatio. f. 453. n. 363. primas reformaoonis radices fixit in Sicilia. f.455. n. 368

D. Simonetta Epiſc. Fulginas quàm malè ſe habeat in reformatos in ſua Nuotiatura Apoſt. Polonica. f. 424. o.298

Simonia cavenda in receptione novitiarum Monialiom. f. 713.o.293.f.733. o.334

Sixtus IV. ex-Conventualis fruſtra conatur totum Franciſcanum Ordinem ſubjicere Conventualibus. f. 125. 26. ejus memorabile dictum ob Priocipum patrocinio erga Obſervantes. ibid. b. placatus animo promittit ſe Obſervantiæ beneficum. f. 127. a. quæ monia habuerit in Religione, non tamen ut Conventualis. f. 244. a. b. ejus, & Sixti V. munificentia io Conventum SS. Apoſtolorum de Vrbe. f. 524. n. 70. Utceque ſumm. Pootifex ex-Conventualis. fol. 553. oum. 154.

Smiſingh. Recollectus Belgicus duo edidit egregia volumina. f.451. n.359

Spada Arcbiep. Barien. io Belgio Nuntius Apoſt. onus ex-Conjudicibus ſuper validitate votorum Tertiatiorum &c. f.869.n.220

Spiritus à S. Aotonio Tertiarij tranſitus ad Obſervantes quare invalidus &c. & ipſe obligatus redire ad ſuos. f. 872. o. 224

Spondani dictum pro Obſervantium antiquioritate. f. 230. a. b.

Statuta Martiniana quæ, & quare ſic dicta. f. 444. n. 14.

B. Stephanus Molina Pontificij, & Regum negotiis, ſed magis ſanctitate conſpicuus. fol. 327. n. 84. pro puriori regulæ obſervantia Zelator. ibid. Conſtituitur Superior aliquorum Conventuum pro Italicæ Reformæ initiis. fol. 329. o. 89. monitum ejus de ooo recipiendo Conventu io Vrbe, & quare. f.342. n. 108. proclamar cootra ejus receptiooem. fol. 350. o. 130. quantùm potuit eam impedivit. f. 440. o. 327. Reformationis Italicæ Pater, & Magiſtee quoties, & ubi Proviocialis. f. 382. n. 201. quæ muoia à Religione, quæ negotia à Summis Pontificibus, Cardinalibus, & Principibus ejus prudentiæ &c. commiſſa. f.447. o.351. cum ſingulariſſima pietatis opinione obit. ibid. ejus geſtorum memoriæ neglectæ. f.452. n.363 incorruptus, & miraculis elarus requieſcit Naſſani. f. 455. oum. 367.

Stephanus Imberti ex primis recollectioois Galliæ fundarotibus. f.396. n.225.26

Stephanus Luſitanus Minorita obtinet inſtitutionem Ord. Aſcenſionis, & Militiæ Jeſu C. f. 939. o. 42.

Stephanus Hungariæ Rex jubet imagioem S. Elixaber Turingiæ Domioæ pingi eum habitu, & chorda Minorum, & quare. f. 826.n.123

B. Stuppa Terdarius fundator unius Congregationis Tertiariorum in Loſitania. f. 922. oum. 2.

Sudariorum oſus ex panoo lineo Reformatis extra infirmatiam interdictus. f.387. b.

Syndicus Martinianus, & coonſtitutus per Nicolaum III. & Clem. V. in quo differant. f.134.b. Martiniani cōceſſio non eſt diſpeoſatio, ſed proviſio. f. 260. a. per plures Pontifices confirmata. ibid. præſertim pee Martinum IV. à quo & ampliata. ibid. b. Uſus Syndici varius apud Regulaeem, & Strictiorem Obſerv. f. 234. b.

T.

TErtius Ordo à S. Franc. inſtituitur, quando & ubi. f. 783. o. 2. 3. primus ejus alumnus B. Luchesius cum conjuge. o. 3. incipit multiplicari. ibid. Regulam ſcriptam recipit à S. Fraociſco. ibid. Eum ingredi volentes quomodo examinandi. o. 4. quomodo recipiendi. n. 5. præſcribitue forma habitus, & qualitas indumentorum. n. 6. prohibentur inhoneſta convivia, ſpectacula &c. f. 785. n. 7. præſcribitur abſtinentia, & jejunium. n. 8. confeſſionis etiam, & Communionis ſacræ frequentia. n. 9. geſtatio

tlo armorum, niſi pro defenſione Romanæ Eccl &c. interdicitur. n. 10. præſcribitur recitatio officij. f. 786. n. 11. editio teſtamenti. n. 12. conciliatio pacis inter Fratres, & alios. n. 13. modus ſe gerendi quando moleſtentur Fratres contra jus &c. n. 14. Cavendum pro poſſe à juramentis ſolemnibus. n. 15. de Miſſa andienda, & Congregatione facienda. n. 16. de charitate in infirmos, & defunctos Fratres habenda. n. 17. de Miniſtris. n. 19. de vitandis litigiis. n. 20. de diſpenſatione circa abſtinentiam. n. 21. de culpis manifeſtis Viſitatori denuntiandis. n. 22. Non obligat regula ſub peccato, ſed ſub pœna. n. 23. Tertius Ordo à pluribus Pontific. confirmatus. f. 788. n. 27. ad 31. & privilegiis, & quibus præcipue auctus. n. 29. quare de *Pœnitentia* nuncupatus. f. 790. n. 33. qualis in principio vitæ methodus. n. 34. Fundat Xenodochium prope Florentiam. ibid. & n. 35. quantùm in toto orbe, & in ſupremis Regum &c. aulis effloruerit. n. 36. quantùm dilatatus. ibid. & f. 791. n. 37. 38. 39. Impetitur, ſed fruſtra à malignis ſpiritibus. ibid. Proſperatur, & numero, & perfectione in Polonia. ibid. Nobilitatis, & ſanctitatis ſplendoribus conſpicuus. f. 792. n. 40. in quo differat à Congreg. Chordigerorum. ibid. Per plures Pontificum declarationes vindicatus à calumnia per Scriptores illata de hæreſi Beguardorum, & Beguinarum ipſi attributa. n. 41. 42. Tertiarij de mandato Ioan. XXII. examinantur ab Ordinariis locorum de erroribus illis attributis. f. 796. n 45. Declaratur per ipſum eorum innocentia, & vera pietas f. 797. n. 46. In Hiſpania, & Luſitania quaſi ad nihilum redactus hic Ordo quando, & quare f. 798. n. 48. In Luſitania reſtitutus à quo. n. 49. & Minorum diligenti culturà quantùm & numero, & bonis operibus profecerit in Principibus, & popularibus per Hiſpanias f. 799. n. 51 52. per Luſitaniam. n. 53. 54. ad 62. extenditur maximo cum fructu etiam in Americam. n. 63

Tertij Ordinis habitum dare ſæcularibus quòd ſpectet ad Minores non conſtat ex antiquis bullis. f. 801. n. 64. neque ex regulæ textu. n. 65. ad Miniſtrum Gen. Minorum quo jure ſpectet. ibid. Pontificia decreta Minoritis hanc facultatem tribuentia. n. 67. 8. 9. 70. Alia in contrarium. n. 69. 70. Miniſtr: Provincialibus, & Generali attributa facultas quoad ſæculares. f. 806. n. 82. n. 70. Capuccinorum conatus fruſtranei pro hac facultate obtinenda. n. 71. ad 81. Ratio quare eis non competat. f. 906. n. 82. 3. Agitata circa hanc facultatem cum Tertiariis Regularib. lis deciditur ad favorem Minorum f. 807. n. 86. ad 104. ſententiæ duæ in favorem Minorum emanatæ judicantur reformandæ. f. 814. n. 103. f. 815. n. 104. Deciditur ultimo lis per Protectorem Barberinum. f. 816. n. 105. Jus conferendi habitum Tertiariis ſæcularibus ab initio Ordinis prius Sancto Franciſco, ejuſque legitimis ſucceſſoribus, & deniq; generaliter Ordini Minorum competere fusè oſtenditur. f. 807. n. 86. ad 89. Longa ſeries Tertiariorum ad habitum admiſſorum in ſæculo vel à S. Franciſco, vel à FF. Minoribus. n. 88. Item f. 808. n. 88. Probatur uſus continuatus habitus traditi ſæcularibus Tertiariis per Minores. ibid. Quàm ingens numerus de præſenti in Portugall. Tertiariorum ſæcularium per Minores admiſſorum. ibid. Tertiariorum ſæcularium rebellio ab obedientia Minórum in America compreſſa. fol. 816. n. 106. & ſeqq. Tertiarij omnes ſæculares ſubjiciuntur Minoribus per Bullam Alexan. 7. f. 817. n. 107

Tertiariorum ſæcularium opera pietatis in Xenochio Florentino. f. 818. n. 108. & ſeqq. Pluribus in hoſpitalibus. f. 819. n. 111. 112. f. 920. n. 200. quorum multa ipſi conſtruunt. ibid. Regij dicuntur *Frati del parnolo*, & quare. ibid. Obtinent varias gratias à Paulo 2. ob pietatis obſequia in hoſpitalibus impenſa. fol. 820. n. 112. Congregatio Mediolanen. in quibus, & quàm laudabiliter ſe piis operibus exerceret. f. 822. n. 113. ab eis amota eis reſtituitur. ibid. Mattiti pariter operantur. n. 114. Varius vivendi modus in Luſitania, & varia pietatis exercitia. f. 823. n. 115. 16. 17.

Tertius Ordo pro regulari nec fundatus, nec primitùs approbatus. f. 823. n. 119. adducuntur rationes. ibid. Non inducit inhabilitatem ad matrimonium, nec obligationem ſpecialem ad caſtitatem. f. 824. n. 119. 120. in quo differat à puro ſtatu ſæculari, & à Confraternitatibus Roſarij &c. f. 825. n. 121. Non eſt contra ejus regulam, ſed juxta mentem legiſlatoris regularitas. n. 122. Elevatur in regularitatem à S. Elizabeth Thuringiæ Domina, quando, & quomodo. n. 123. 24. 26. Obtinet in Alemania Oratoria, & capellas. f. 926. Congregationis Zepperenſis bona recepta ſub protectione Sedis Apoſt. n. 127. Obtinet facultatem celebrandi Capitulum, & eligendi ſibi Superiorē Gen. in diſtrictu Trajeten. f. 827. n. 128. Recenſentur aliqui antiquiores Conventus. n. 129. Quando incœperit vovere n. 129. 130. Ejus alumni declarantur à Joann. 23. veri religioſi ibid. & n. 130. Profeſſionis ſolemnis forma, & vitæ regularis leges in Flandria adducuntur, & ab eodem Pontif. confirmantur. f. 827. n. 130. ad 142. Declarantur ab eodem per ſolemnem profeſſionem veri Religioſi, & confirmantur ſtatuta. f. 830. n. 143. Aliæ conceſſiones pro aliis Congregationibus per alios Pontifices. f. 831. n. 144. Habent Viſitatorum Generalem ſibi proprium in Hiſpaniis, cujus munus habetur. f. 832. n. 145. ampliantur pro Italis conceſſiones. f. 833. n. 146. 148. 49. Pro Hibernis. ibid. Eorum vota declarantur ſolemnia, & ejuſdem effectus ac aliorum Religioſorum. f. 836. n. 150. Gaudent omnibus privilegiis, quibus Ordo Min. 151. Ipſis accomodatur regula pro ſæcularibus in propriis domibus degentibus deſcripta. f. 837. n. 152. Viris ſua, Monialibus ſua, & ſecularibus utriuſque ſexus ſua peculiaris regula compoſita à Paulo III. f. 838. n. 153. Lumbardicæ Congregationi ſpecialiter confirmata omnia prædicta privilegia. ibid. & incorporatæ aliæ Prov. & quæ n. 154. Chordigerorum Confraternitatem ubi poſſint erigere. n. 155. Eorum regularitas à pluribus hujus ſæculi Pontificibus declaratur. f. 838. n. 156. Quando cœperit in variis provinciis, & ſæculis habere domos communes ad convivendum. f. 839. n. 157. 8. Ejus in regularitatem erectionis origo attribuitur B. Angelinæ de Corbaria, & quomodo, & ubi n. 158. & ſeqq.

Primus

Primus profeſſionis regularis Conventus, cui brevi plures accedunt. 840. n. 161. 2. Angelina, & ſociæ obtinent Miniſtras Superiores in ſingulis monaſteriis, quarum una generaliter omnibus præſit cum poteſtate viſitandi &c. poſſit etiam ſibi ſubſtituere Vicariam Generalem. n. 162. 3. & f. 841. n. 164. ad 166. ob inconvenientia inde provenientia abrogatur facultas Miniſtræ gen. f. 843. n. 167. 8. lites inter has Tertiarias, & Fratres Min. circa clauſuram quam hi ab illis prætendunt ſervandam. f. 644. n. 167. 169. 170. 172. Obſervantibus totaliter ſubjectantur, & declarantur veræ Religioſæ. f. 846. n. 173. 4. 5. gaudent omnibus privilegiis Clariſſarum, etiam Conſervatoris Apoſtolici. f. 848. n. 177. Quæ rigoroſa jejunia ſervent. ibid. n. 178 9. nunquam à primæva perfectione declinant. f. 849. n. 180. Urſulinarum Monialium Congregatio qualiter ad tertium Ordin. S. Franc. ſpectet. f. 849 n 141. 2. 3. Officialium Tertij Ordinis ſive ſæcularis, ſive Regularis variæ electiones, & munia pro variis temporum ſucceſſibus. f. 850. n. 184 5. 6. 7. 8

Tertij Ordinis reformatio. f. 851. n. 189. & ſeqq. ſubjicitur totaliter Ordini Minorum à B. Pio V. f. 852. n. 190. Timor de ſuppreſſione ex precedenti ſubjectione conceptus auffertur per litteras alias ejuſdem Pontif. f. 855. n. 191. Rigidior reformatio, & glorioſi profectus à Vincētio Muſſart Gallo in Galliis. n. 192. & ſeqq. initium reformationis, & progreſſus. f. 856. n. 197. 8. facultas celebrandi capitula Provincialia præſidente Miniſt. vel Commiſſ. gen. Minorum. f. 857. n. 199. 200. *Vide verb. Vincentius Muſſart.* poſt plurimas difficultates ſtabilitur per univerſā Galliam reformatio. f. 858. n. 202. 203. aliqua capitula Prov. quando. & ubi celebrata. f 859. n. 204 Provincia Pariſienſis accepit denominationem S. Elxcarij. ibid. ſtatuta pro Reformatione quando, ubi edita. n. 205. f. 860. n. 206. confirmata ab Archangelo de Meſſana Gen. ibid. & n. 207. Diviſio Provinciæ Pariſien. in quatuor cum propriis titulis aſſignatas, & confirmatas. f. 860. n. 206. 7. Varia ſtatuta pro reformatione edita confirmantur à Paulo V. n. 208. & ſeqq. eligunt virtute ſtatutorum ſuum Vicarium, ſeu Viſitatorem generalem f. 863. n. 209. Vicariatus, ſeu viſitatoratus ſupprimitur pro interim. ibid. & n. 210. penitus extinguitur deductis Tertiariis ad omnimodam Miniſtri, & Commiſſarij gen. ac Protectoris Obſervantium obedientiam. f. 863. n. 209. & f. 864. n. 212. Congregatio à quo, & quando incohata, & ſtabilita f 866. n. 213. Obtinet facultatem eligendi proprios de ſuis Provinciales in ſuis comitiis, recipiendi ad habitum, & profeſſionem tertij Ordinis ſæculares in propriis domib. commorantes, & concedendi benefactoribus litteras *Filiationis*. n. 213 214. Decernitur de eis hoſpitio acceptandis apud Aramcœli donec &c. f. 867. n. 216. Depoſita corrigia jubentur aſſumere cingulum crineum, vel canapeum. n. 217. impetrant conventum in Urbe pro quatuor provinciarum Fratribus, & negotiis f. 869. n. 218. Exturbata ob authoritatem Vincentii Muſſart in dubium revocatam Congregatio tranquillatur. n. 219. 220. examinatur, & declaratur valida profeſſio Tertiariorum emiſſa ſub Vicariatu general. ejuſdem Vincentij. n. 220. 221. Tertiariorum, ſeu Tertiariarum in Conventibus Fratrum, ſeu Monialium ſervientium vota paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ non ſunt ſolemnia f. 872. n. 222. De Gallicana reformatione profeſſi non poſſunt tranſire ad ullam aliam religionem Mendicantem ſine licentia ſui Provinc. in ſcriptis. n. 223. 224. Laici, ſeu Converſi qualiter votum habeant in publicis Conventus conſiliis. n. 225. & ſeqq. ad 231. oblatorum, ſeu ſervientium ad caputium, & ſtatum Converſorum admiſſio poſt varias litea præſcribitur ad Alexan. VII. & ſac. Congreg. fol. 874. n. 227. & ſeqq. ad 231.

Tertij Ordinis habitus à S. Franciſco in regula pro ſæcularibus præſcriptus qualis: ſed in Luſitania ſub varia forma in uſu. f. 878. n. 233. de uſu caputij præſertim apud aliquos ex tertio Ordin. Sanctos in ſæculo. ibid. ſæcularium in domo propria in eremo, in Min. ſeu Monialū cœnobiis ad manualia ſervitia degentium habitus qualis. f. 879. n. 234. 35. Eremitæ caputium uſurpantes pœnas quas incurrant. ibid. f. 917. n. 284. Regulares Hiſpalenſes in Ordinibus ſacris conſtituti obtinent à Martin. V. ſcapulare. f. 879. n. 237. Caputia indulſit Flandrenſibus Eug. IV. f. 880. n. 238. ob aliqua inconvenientia provenientia ex uniformi ſæcularium, & regularium habitu, de caputij, & ſcapularis geſtatione, ac de aliis conſtituit varia Nicolaus V. n. 239. 240. Italorum habitus per Apoſtolicas conſtitutiones præſcriptus. n. 241. Jubentur geſtare habitum in colore, & forma à Minoritico diverſum. n. 242. Præſcribitur ex panno vili contexto ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & una naturaliter alba. f 882. n. 242. & ſeqq. ad 247. permittitur eis, ut geſtē Capparonem de ſuper ſcapulas deſcendentem infra cingulum. f. 883. n. 245. f. 885. n. 248. 49. Cingulum crineū etiam, ſeu canapæum, & calcpodia. n. 250. Eremitæ geſtantes habitum conſimilem Tertiariis Gallicanis quam pœnam incurrant. f. 886. n. 251

Tertius Ordo ex vi regulæ à Minoritico independens eidem ex titulo reverentiæ ad S Franciſcum Pontificia cohortatione ſubjicitur. f. 887. n. 252. Pontificiæ dipoſitioni reluctātes ut *filij* degeneres ad ſubjectionem compelluntur, & acquieſcentes favoribus cumulantur. ibid. & n. 253 ſubjiciuntur per varia Pontificum diplomata. fol. 888. n. 254. 5. 6. 7. eximuntur, & libertati reſtituuntur. f. 890. n. 258. 59. 60. ſubjiciuntur in Provincia S. Antonij. f. 892. n. 261. in regnis Caſtellæ. f. 893. n. 262. in Orbe univerſo. f. 893. n. 263. 4. ſpecialiter in Belgio. f. 895. n. 265. Bruxellis. f. 897. n. 267. plures ad hoc Pontificum diſpoſitiones. 898. n. 268. Eximuntur ab obedientia Conſervatorum deputatorum à Minoribus. f. 900. n. 270. ſubjiciuntur in univerſo Orbe f. 901. n. 271. Per Hiſpanias, & Luſitaniam conſtituntur ſub omnimoda poteſtate Vicarij gen. f. 903. n. 272. Sed redeguntur iterum ad obedientiam Obſervantiū. f 911. n. 273 Poſt aliquas variè ſuccedentes Pontificias diſpoſitiones ſuper ſubjectione, & exēptione conſtituuntur in Italia ſub proprio Viſitatore gen. multū à General. Min. dependente. f. 913. n. 274. 275. f. 915. n. 277. cauſa hujus determinationis. f. 914. n. 276. quæ extenditur ad Dalmatas, Juſtinopolitanos. & Belgicos, non ad Gallos, & Hiſpanos. f. 915. n. 277. his conceditur

ceditur vox activa & unus Diffinitor Gen. in Capitulis gen. Minorum, ibid. In Italia prætendunt, & litigant pro non uſu prædictæ ſubjectionis ad Generalem Minorum, adducuntur rationes pro Generali f. 916. n. 279. Tertij Ord. regularis ingens multiplicatio n. 280. Ejuſd. Ord. in ſua integritate partitio in mẽbra, 281. 82. 83. litigat pro præcedentia cum Minimis. f. 918. n. 285. 6. 7. Ordinis mirabile incrementum, & numero, & ſanctitate. f. 920. n. 289. & ſeqq.

Tertiariarum ab Ordine Min. (pœnitentibus exceptis) derivatæ ſex Cogregationes aſſignantur. f. 922. n. 2.

Teſtamentum, in quo Minorita inſtituitur hæres non ſubſiſtit. f. 492. n. 9.

Thadæi Aderati Doctoris Florentini pinguia legata pro hoſpitalibus. f. 819. n. 111.

Theatrum vitæ humanæ graviter præjudicat gloriis Ord. Minor. f. 227 a.

Theodoricus Aurigæ eligitur Vicarius gen. Vltramont. f. 110. b.

Theodorus Beza hæreſiarcha falsò dicit Bernardinum Ochinum fundatorem Capuccinorum. f. 596. n. 87.

Theodoſius Regum Portugalliæ filius cum Genitoribus Tertiarius. f. 800. n. 54

Thomas Fitignanus Generalis concedit Conventum Bruliani B. Paluccio. f. 6. a. accuſatus apud Pontificem de infidelitate, & expurgatus à calumnia reſtituitur Generalatui, & evehitur ad Patriarchatum, & Cardinalatum. f. 7. a.

Thomas Farenſis legatus Apoſt. in Boſna petit à B. Capiſtrano Fratres pro ſpirituali cultura Regis & Regni. f. 46. b.

Thomas de Curte quando, & ubi electus Vic. gen. Obſervantium. f. 60. b.

Thomæ la Grave dictum neque Conventualibus, neque Obſervantibus favet in cauſa antiquioritatis. f. 229. 30.

Thomas de Maſſa Commiſſarius gen. Ciſmont. aſſignat reformatis aliquos Conventus aliis non contiguos. f. 352. n. 138

B. Thomas Illiricus vitâ, prædicatione, ſanctitate celebris quieſcit Mentoni f. 396. prædicit bellorum tumultus in Gallis à Calviniſtis. ibid.

Thomas Obicinus Reformat. Aleppi Præſul. ſubrogatus Commiſſario Apoſtolico. f. 447. n. 352. plurima operatus pro fide catholica obiit, & ubi. ibid.

Thomas Calaritanus Conventual. virtutibus, & cœleſtibus viſionibus illuſtris. f. 152. n. 150

Thomas Ornayn Generalis ſuper Tertiarios in Hibernia. f. 835. n. 148.

Tranſitus à Conventualibus ad Obſervantes, & vice verſa. f. 130. a. Obſervantium ad Conventuales diſplicet B. Capiſtrano. f. 97. 8. præſcribitur à Pio II. f. 87. a. 130. a. f. 140. a. à Julio II. f. 130. ab Eugenio IV. & Calixto III. f. 136. a. f. 139. b. interdicitur, ſed non revocatur à Nicolao IV. f. 135. b. à Nicolao V. f. 136. à Paulo II. f. 141. a. f. 144. a. b. à Sixto. f. 144. a. b. & f. 147. a. f. 148 a. ab Innocentio VIII. f. 149. b. f. 150. a. ab Alexandro Gregorio Coſta Viceprotectore f. 150. 51. ab Alexandro VI. f. 152. a. b. à Julio II. f. 154. 56. 57.

Tranſitus ad non reformatos interdicitur Reformatis à Leo. X. f. 167. a. Conventuum reciprocus inter Obſervantes, & Conventuales ex concordato Vltramontes. f. 171. b. interdictus tranſitus ad Obſervantes profeſſis inter Diſcalceatos, & regreſſus Obſervantibus per annum inter illos commoratis, niſi ex cauſa &c. f. 299. a. Diſcalceatis ad alias Religiones, niſi ſub formis &c. fol. 326. n. 79. Obſervantibus ad Capuccinos, conceſſus Capuccinis ad Obſervantes. f. 345. n. 119. 22. 23. f. 568. n. 23. f. 569. n. 24. f. 570. n. 27. 8. f. 572. n. 32. f. 575. n. 38. f. 579. n. 44. 5. inter utroſque reciprocus interdictus. f. 348. n. 125 inter Obſervantes, & Capuccinos reciprocus. f. 571. n. 30. f. 593. n. 76. 7. item Reformatis ad Obſervantes. f. 350. n. 127. ex cauſa quomodo fieri debeat ex decreto Pauli V. f. 373. §. 6. ex decreto Gregor. 15. f. 374. §. 2. ex decreto Clement. VIII. f. 393. n. 227. extra Capitulum, vel Congregationem ex decreto Card. Barberini. n. 228. tranſeuntes Reformati ad Obſervantes non poterant rejici. f. 395. n. 230. Obſervantium ad reformatos remiſſus Cuſtodi reformatorum. f. 350. n. 127. Non requiſitâ ſuorum Superiorum licentiâ. dummodo recipiantur. f. 392. n. 223. petitâ, etſi non obtentâ licentiâ. n. 224. 25. Obſervantes tranſeuntes ſecunda vice à Cuſtodia Reformata Romana non reipiendi, niſi &c. f. 393. n. 226. poſt tranſitum ad Reformam quando, & quomodo incorporandi. n. 227. 8. 9. Reciprocus tranſitus inter utroſque de præſenti præſcriptus. f. 395. n. 230. Obſervantium ad Recollectos & viceverſa in Galliis præſcribitur. f. 417. n. 278. 79. 80. Obſervantium ad vitam Eremiticam interdicitur. f. 568. n. 23. 24. Ad perfectiorem Religionem facilis, ad imperfectiorem difficilis. fol. 593. n. 75. Minorum ad Minimos, & vice verſa quomodo. f. 594. n. 82. ad Cartuſianos. f. 595. n. 84. Tranſitus Fratrum, & Tranſlatio Conventuum primaria cauſa diſcordiarum inter Conventuales, & Obſervantes, & poſtea inter hos, & Reformatos. f. 135. a. f. 342. n. 107

Tranſlatio Conventuum Ordinata à pluribus Generalibus, & Pontificibus. f. 388. n. 115. non poteſt fieri ſine ſpeciali recurſu, & approbatione ſac. Cong. n. 117. f. 394. n. 229. facienda cum omnibus eorum utenſilibus. f. 389. n. 219. Tranſlatio novitiatuum ad Reformatos ordinatur. f. 389. n. 218. Reformatorum de uno Conventu ad alium, de una Cuſtodia ad aliam, idem de pœnitentiatis, & inquiſitis. f. 355. n. 152. fol. 370. n. 182.

Triſtanus Comes Nivernenſis erigit Conventum Nivernenſem. f. 398. n. 242

B. Thuelmanus Tertiarius quando, & ubi ſuſceperit habitum. f. 808. n. 88.

V.

VDalricus de Fryberg. aſſignat Curam quandam pro extructione monaſterij Clariſſar. Vlmæ. f. 633. n. 114

B. Veronica Principiſſa Polona Clariſſa. f. 634. n. 116.

Vicaria Provincialis Auſtriæ, Bœmiæ &c. erecta à B. Capiſtrano. f. 52. b.

Vicaria Hungarica quantùm ſe extendat. fol. 51. b.

Vicariatus Generalis Reformatorum de communi eorum, & Obſervantium conſenſu annullatur. f.181. a. b.

Vicarius Provincialis conceditur à Martino V. Obſervantibus in Palatinatu. f. 48. a. b. Vicariorum gubernium ubi, quando, & quare inceperit apud Obſervantes. f. 64. a. b. eliguntur à Generalibus Pyretio, & Salvetto ſucceſſivè. f. 65. a. quando deficiant eligi à Fratribus de Communitate. ibid. b. fuerunt potiùs Provinciales, quàm Generales. ibid. an verè fuerint tales B. Joan. de Stronconio, S. Bernardinus, B. Nicolaus Vzannius, & B. Pauluccius. ibid. Provinciales pro Obſervantibus in priſtinum reſtituuntur in Capit. gen. Aſſiſienſi. f.66.a.b. quanta Generalium authoritas. f.65.b.& f. 69. b. quæ ab Eug. IV. confirmatur. f.72.a.& innovatur. f.76. b. 92.b. Vicarius Gen. Obſerv. ſuſtinet contra Conventuales obſervantiam bullarum Eugenianæ, & Calixtinæ. f. 86 b. quando cœperit dici Vicariorum Vicarius f. 114. b. Vicarius Prov. Flandriæ cedit aliquos Conventus Generali Delphino & quos. f.128.a. Vicarij Generales Ciſm & Vltram. totius Obſervantiæ nomine ſe conſignant Summi Pontificis diſpoſitionibus in Capitulo gen. Romano. f.162. 63

Vicarius gen. à Miniſtro Gen. in ſola confirmatione dependens procuratur à Diſcalceatis f.291. 92.n.42.45. ejus inſtitutio non approbatur ab aliquibus integris Provinciis. ibid. Negatur à Sac. Cong. & quare n.46. conceſſus; ob reclamationes committitur Nuntio Apoſt. confirmandus, vel infirmandus juxta majorem approbantium, vel reprobantium Vocalium numerum. f.293.4. potior pars ſtat pro infirmando, cui ſententiæ tandem omnes ſubſcribunt. f. 294. 95.n.49. reviviſcit controverſia ſub Greg. XV. à quo ſtabilitur Vicarius dependens à Miniſt. gen. f. 295. 96.n.50.1.2.3. Patitur maximas contrarietates à Generali, à Diſcalceatis, à Rege &c. f. 299.n.55.ad 58. variæ in hac controverſia tum piorum, tum Doctorum ſententiæ.n.59 & ſeqq. abrogato à Pontifice Vicariatu omnia in priſtinum reſtituuntur. f. 302.n.63. Inſtituitur Vic. gen. pro Reformatis in Italia fol. 375.n. 190. 91. electio peculiari Modo facta. fol. 377.n.192. ejus ampla facultas excitat lites inter Obſervantes, & Reformatos. f. 379. n. 196. ejus abolitio, Ordini pacem reſtituens. f.380.n.198.99. 200

Vicepatriarcha Conſtantinopolitanus aliquando ex Obſervantibus, aliquando ex Conventualibus. f.553.n.158.9

Vincentius Muſſart Gallus Tertiarius ſuum Ordin. ad reformationem, & glorioſos profectus excitat. f.855.n.192.& ſeqq. ejus patria dotes, pietatis exercitia &c. in ſæculo.n. 193.4. quare ab aliquibus credatur fuiſſe Cappuccinus. ibid. multiplicatis in ſolitudine ſociis prædicatione & ſanctitate clariſſimis. n. 196. omnes tertiam regulam de Pœnitentia ſolemniter profitentur. n. n.197. incipit Ordinem ſuum ex integro reformare.n.198. obtinet facultatem celebrandi ſingulis bienniis, vel trienniis Capitulum Provin. f.857.n. 199.200. eligitur in primo Capitulo primus in Galliis Tertiariorum Provincialis. f. 858. n. 201. in reformatione maximas experitur difficultates etiam adjutus brachio Regio, & Parlamenti. n. 202.3. dicitur primus Reformatæ Congregationis Vicarius, ſeu Viſitator gen. f.863. n.209.

SS. Virginum S. Urſulæ ſociarum tria capita delata Coloniâ ad monaſterium Sufflingen. f.634.n. 114.

Viſitatores zelantes pro reformatione Ordin. per ſingulas Prov. deſtinati à Bernardino de Senis Gen. f.183.b ut ampliùs non neceſſarij auferuntur. f.184.b.

Viſitatores Apoſtolici deſtinati à Clem. VIII. ſuper univerſos Italiæ Reformatos. f.361.n.159.f. 365.n.169. quinâ & ad quid deſtinati. f.364.n 166. novas à Miniſtro Gen. accipiunt pro officij executione litteras. f. 365.n.167. poſt annum ceſſant ab officio.n.168 9. Alij deſtinati à Paulo V. & aliis Pontificibus. f.367.n.176. Reformatorum rogatu abolentur. f.369.n 177. Alij quatuor de triennio in triennium à Protectore deputandi, ad quid. f.374. 5.4. abolentur ut non neceſſarij. f.382.n.2

Viſitatores Clariſſarum qui. f.651.n.167.68.69. 70. Clariſſarum Urbaniſtarum, qui à quo, & cum qua authoritate deputandi. f.628.n.95. Damianiſtarum, de Ordin. Minor. aſſignandus. f.639.n.132. ejuſdem facultas. f.653. n. 171. forma viſitationis præſcribitur. f.661.n. 188. plurium viſitatio in eodem Monaſterio non concurrat. f.669. n.204. ad ipſos ſpectantia. ibid. ad n.218. Conceptioniſtarum Minorita, & modus ſe gerendi. f.701.n.261. Coletanarum à quo, qualis aſſignandus, & quomodo ſe gerat. f.747.n.372.3.4.

Uladiſlaus Poloniæ Rex dat manus unioni inter Obſervantes & Reformatos, ſtabiliendæ. f.436. n. 317. pro eadem graviſſimas dat litteras. f.439. n. 324. ſed certioratus reformationis ſtabilimento efficaciter adlaborat. ibid.

Unicuique in ſua ſcientia experto credendum eſt. f.227.a.

Unio totius Ord. in Capitulo Gen. Aſſiſienſi. f.91.a. etiam jurata non durat, & quare. ibid.

Urſulæ, & Beatricis Sororum Clariſſarum Parentes qui. f.773.a.b. earum litigium cum propriis Fratribus. ibid. inculpatæ de morte per venenum Abbatiſſæ illata carcerantur. ibid. & ſeqq. ubi habetur tota ſeries, & deciſio cauſæ.

Xenodochium propè Florentiam à Tertiariis quando, qua occaſione fundatum. f.783.n.2. f.790. n.34. f.818.n.108.9

B. Yolenta Principiſſa Polona Clariſſa. f.634 n.116

FINIS.

Errata. *Notandum quòd f. folium, a. b. columnam primam, & ſecundam, l. verò lineam ſignent.*

Fol. [illegible] Antiquovrate lege Antiquitate. f.11. a. l. 40 Falgineo leg. Fulginio. f.32. a. l. 15. Aphonſus leg. Alphonſus. f. 48. [illegible] l. 50 [illegible] Dicam. f. 63.a.l.18. In tratamen leg. Laramen. f.77.b.l.19 firmas leg. firmi[illegible] f.86. a l.41. Erat leg. Erant. f.157. b. l 24. [illegible] leg. in obediente. a.f.204.b.l.7.& ſi leg. eſt. f.243.b.l.26. appoſitas leg. oppoſitas. f.276.a. l. 48. apoſtolica leg. Apoſtolica f. 16 a.l.26. Alexand. VIII. leg. Alexand. VII. f.110 a l. 27 Guardianum. leg. Guardianus. f.142.b l. 46. Pribenſi leg. [illegible] f. 264. [illegible] [illegible] f.167.b l 38 776. leg. 276. f.196.a.l.46 comperto leg. comperta. f.377.b.l.56. ampliſſimum leg. ampliſſimam. f.[illegible] l.42 274. leg. 374 f.448 b.l 54 Valencio leg. Valentia f.451.a.l 27 Tenicula leg. Tarricula. f.121.a l.3.65. leg. 36. f.516.b.l. 43. Epiſc. [illegible] leg. Epiſcopi. f 548.b.l 51. nuncu[illegible] leg. nuncupatam. f 578.b.l. nonullo leg. nulla. f.601.b.l.2. pſas leg. ipſas. f. 646.a.l. 15. quartum leg. quartam. f.655.b l.16 Affinus leg. Aff[illegible] f.675 .b.l.51. Chariſſimè leg. Chariſſimè. f.688.b. l 41. Abaſſatum. leg. Abbatiſſarum. f.701 a l.40 aliculus leg. alicus. f.845.b.l 46.S ummarum leg. Summarium. f.913.a.l.43. Sixtus IV. leg Sixtus V

Hæc ſunt graviora, cætera leviora, quæ lectionem non retardabunt, Æquus Lector condonabit.



VAREZZA
RESTAURO
1976

Digitized by Google